DECLAMATIONES

SPERELLI

DECISIONES
SPERELLI.

Estante 41
No. 1.
Vol. 4

DECISIONES
SUPERIORES

ALEXANDRI

SPERELLI

EPISCOPI EUGUBINI

Summi Pontificis Prælati Domeſtici, & Aſſiſtentis,

DECISIONES

FORI ECCLESIASTICI;

IN PRÆCIPUIS, QUIBUS PRÆFUIT, TRIBUNALIBUS firmatæ, diligentique methodo ad Theoricam, & Praxim diſpoſitæ.

PARS PRIMA.

OPUS PRÆSULIBUS, PRINCIPUM CONSILIARIIS, omnibuſque in utroque Foro verſantibus apprimè utile, & neceſſarium.

Editio noviſſima, cæteris emendatior, ac locupletior.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

VENETIIS, M.DC.XCVIII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

ALEXANDRI

SPERELLI

EPISCOPI EUGUBINI

Summi Pontificis Prælati Domestici, & Assistentis,

DECISIONES

FORI ECCLESIASTICI;

IN PRÆCIPUIS, QUIBUS PRÆFUIT, TRIBUNALIBUS

firmatæ, diligentique methodo ad Theoricam, & Praxim dispositæ.

PARS PRIMA.

OPUS PRÆSULIBUS, PRINCIPUM CONSILIARIIS,

omnibusque in utroque Foro versantibus apprime utile, & necessarium.

Editio novissima, cæteris emendatior, ac locupletior.

VENETIIS, M.DCC.VIII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

ARGUMENTORUM

In ſingulas

HUJUS VOLUMINIS DECISIONES

ELENCUS.

DECISIO I.

AN, & quando Judex Eccleſiaſticus parvulis infidelium utroque parente orbatis Tutorum Chriſtianum dare valeat.

An, & quando parvuli infidelium invitis Parentibus baptizari poſſint, & reprobatur. *Conſil. Nattæ 454. vol. 2. & Burſatt. conſ. 231. lib. 3.*

DECISIO II.

Equites Sancti Jacobi de Spata, Alcantaræ, Calatravæ, & ſimiles, an ſint verè, & propriè Religioſi, & an gaudeant privilegio fori, & Canonis, & Gabellarum, & quid in Equitibus Chriſti, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & Militiæ Chriſtianæ.

Religio cum voto continentiæ conjugalis, an poſſit inſtitui.

Vota Religioſa qualia eſſe debeant.

Privilegia Regularibus conceſſa, an indigeant publicatione, & receptione.

DECISIO III.

Percuſſio à laico in laicum in Eccleſia inflicta, an ſit mixti fori? Et quid de cæteris ſacrilegiis. Et conciliantur plurimæ ſcribentium ſententiæ.

DECISIO IV.

Epiſcopus ad quas pœnas contra laicos in delictis mixti fori procedere valeat. An habeat territorium, & an Familiam armatam poſſit retinere.

DECISIO V.

Matrimonium ex quibus conjecturis præſumatur meticuloſum, & ex quibus liberum; Metus quando annullet matrimonium, quando metus inferendi ſuſpicio, & reprobatur Conſilium Laderch. 17.

DECISIO VI.

Matrimonium, an ſit validum ſi contrahatur à reperto cum puella, ad evadendam mortem, ſibi in injuriæ ultionem comminatam. Et quid ſi ad evitandam accuſationem. Metus injuſtè non ad finem extorquendi conſenſum illatus, an matrimonium, vel cæteros contractus annullet. Et quid de juſtè ad conſenſum extorquendum illato. Ad ornatum, & enucleationem *c. veniens il ſecondo, de ſponſalibus.*

DECISIO VII.

Clericus ſuccedens Laico, in re litigioſa, an, & quando forum ſæculare declinare valeat. Rei litigioſæ alienatio, an teneat, & an judicium alteret. Sententia lata contra alienantem rem litigioſam, an, & quomodo, & per quem Judicem exequi poſſit.

DECISIO VIII.

Articulus poſſeſſorii ſpiritualis, an, & qundo ſit mixti fori, methodicè explicatur, & plurimæ ſcribentium inter ſe pugnantes opiniones conciliantur, & nonnulla ad unum, vel alterum forum ſpectantia obiter annotantur.

DECISIO IX.

Judex laicus, an, & quando cogere poſſit conjuges ad ſimul habitandum, & quando cauſa ad Eccleſiaſticum ſit remittenda.

Poſſeſſorium matrimoniale, an, & quando ſit mixti fori, & examinatur deciſio *Theſa.* 117.

Inhibitioni, ſeu notificationi extrajudiciali Judicis Eccleſiaſtici, an ſit à Judice parendum.

DECISIO X.

Statuta laicorum mandantia ſolemnitates in Inſtrumentis vel ultimis voluntatibus ſervari, an, & quando comprehendat inſtrumenta cum Clericis, vel piis locis celebrata: eorum vè teſtamenta, vel inſtitutiones. Materia dilucidatur; innumerique Doctores ad concordiam rediguntur.

DECISIO XI.

Clerici, an & quando contra laicos uti poſſint ſtatuto laicali, quo ipſi non ligantur.

DECISIO XII.

Statutum ſeu proclama laicorum, annonæ extractionem prohibens, vel aliàs ob publicam, & promiſcuam Clericorum, laicorumque utilitatem, ſeu neceſſitatem conditum, an, & quando perſonas Eccleſiaſticas quoad vim coercitivam obligat, & confutatur ex profeſſo totum conſilium *Menochii* 800.

DECISIO XIII.

Clerici, an & quando, & quo jure teneantur vi directiva ſervare ſtatuta laicalia. Et an, & quando tuta conſcientia extrahere, vel introducere valeant annonam contra Principum proclamata.

DECISIO XIV.

Ordinarius, an Judici Laico delegare valeat exercitium concedendi, & negandi licentias Clericis annonam extrahere cupientibus.

Edicta Episcopi, & Vicarii, an, & quando post mortem, vel remotiorem ab officio durent.

DECISIO XV.

Synodalis constitutio, an, & quando dicatur ab initio usu recepta, & an probandus sit usus, an verò non usus. Quotidiana materia ad sciendum quis dicatur statutorum, seu edictorum, synodalium constitutionum transgressor, & quando statuta ligent.

DECISIO XVI.

Novitius non comprehenditur in statuto certas solemnitates in contractibus mulierum, & minorum requirente. Et reprobatur. *Thesau. quæst. forens. lib. 7. quæst. 8. num. 3.*

Novitius quamvis non propriè religiosus, gaudet tamen Religionis privilegiis, & exornatur, text. *Sacr. Concil. Trid. sess. 25. c. 16. de Reg.*

DECISIO XVII.

Clericus à Judice laico carceratus, an & quando, & quomodo ad ordinarium sit remittendus, dilucidè resolvitur.

Quæstio super Clericatu, super Privilegio fori, super vestibus, super collationis ordinum validitate, ad ordinarium unà cum capto remittenda, & confutatur *cons. Menochii 912. lib. 10.*

DECISIO XVIII.

Remissio Clerici unà cum actis cujus expensis fiat.

DECISIO XIX.

Clerici concubina, vel mulier ab eo cognita à quo Judici puniatur.

Laicus, an, & quando ratione juris connexi, Clerici privilegio fruatur.

DECISIO XX.

Venenum ad tempus operaturum Clerico, vel Religioso propinans, an, & quando incidat in excommunicationem canonis, & in casum homicidii reservatum, & quid, si mors inde non sequatur.

Mandans, Clericum vulnerari, an incidat in excommunicationem, si mandatarius veneno illum perimat.

Monialis procurans abortum, vel seipsam verberans, an incidat in excommunicationem Canonis, & an in censuram inflictam in constitutione *Felic. Record. Sixti V.* contra procurantes abortum.

DECISIO XXI.

Equites Jerosolymitani, an sint verè & propriè Religiosi, an gaudeant Canonis, fori Gabellarum, cæterisque Clericorum Regularium vè privilegiis, an contineantur in decretis Concilii Tridentini, constitutionibusque Pontificum de Religiosis loquentibus. An succedant in feudo, vel fideicommisso. An sint pensionum capaces. An per ingressum in dictam Religionem solvatur matrimonium ratum non consummatum, & cætera hujusmodi resultantia ex votis à dictis Equitibus emissis.

Privilegia, an, & quando sint latè vel strictè interpretanda, & quid de Privilegio Canonis.

DECISIO XXII.

Venenum propinans inimico, morte non secuta, an Proditor dicatur, & an Ecclesiæ immunitate gaudeat. Et an vulnerans vel offendens Sacerdotem, contra Peguer. *decis. 221.*

DECISIO XXIII.

Inimicum veneno, vel ex insidiis perimens, an dicatur Proditor, & Ecclesiæ immunitate privetur. Proditor quis propriè sit.

Affertur germanus sensus *capit. 21. exodi & c. 1. extr. de homicid.* & confutantur *Peguera decis. 49. & Mar. Ital. de immun. l. 1. cap. 5. §. 4. sub num. 10.*

DECISIO XXIV.

Operarius à Clerico conductus, si coram Laico Judice de turbativa, vel furto, vel damno dato accusatur, an, & quando ad forum Ecclesiasticum sit remittendus. Clericus in Auctorem nominatus, vel laudatus, an, & quando causam ad forum suum trahat. Reprobatur. *Paul. de Castr. cons. 471. lib. 1.* & offertur germanus intellectus ad *Authen. quia in provincia, C. ubi de crimine agi possit.*

DECISIO XXV.

Mandatum speciale, an requiratur in causis matrimonialibus, & spiritualibus, & quando mandatum generale sufficiat.

Matrimonium metu contractum, an post copulam meticulosam subsequutam sit annullandum, vel potius declarandum nullum.

Juramentum meticulosum, an, & quando indigeat relaxatione, præsertim in contractu matrimonii.

DECISIO XXVI.

Clericus ad hoc, ut fori privilegio gaudeat, an, & quando docere debeat de tribus requisitis Concilii copulativè. Omittens habitum Clericalem, an, & quatenus idem privilegium amittat, & an illud recuperet. Servitium Ecclesiæ quale requiratur, & an adscriptio illius de mandato Episcopi sit necessaria.

DECISIO XXVII.

Præsumptiva probatio, an, & quando, & qualis admittatur ad docendum pecuniam in Census constitutione simulatè, vel nullo pacto numeratam fuisse.

Præsumptiones juris, an, & quando plenè probent.

Simulatio ubi directè probanda est, quæ & quales testes requirat, & plurimi Scribentes ad concordiam rediguntur.

DECISIO XXVIII.

Contractus Censualis, & quando ex reportatione pecuniæ reddatur invalidus, & fœneratitius ad interpretationem *Constitutionis Pii V. super censibus.*

Simulatio contractus, & pecuniæ reportatio ex quibus detegatur.

Contractus in dubio, an præsumatur legalis, vel fœneratitius.

DE-

DECISIO XXIX.

Depoſitarius, an, & quando uti poſſit pecunia depoſitata; & an citra labem uſuræ poſſit deponens ex pacto, vel via juris prætendere intereſſe, vel lucrum ex pecunia per eum depoſitato, à depoſitario negotiationi expoſita.

DECISIO XXX.

Diſpoſitio *l. Barbarius Philippus ff. de offi. Prætor.* an, & quando procedat in ſpiritualibus. Acta per Vicarium revocatum, vel poſt obitum Epiſcopi geſta, an, & quando ſuſtineantur, ſi revocatio, vel mors communiter ignorabatur, & reprobatur *Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 22. num. 59.*

Collatio ordinum, vel beneficii, abſolutio vel excommunicatio, an, & quando teneant, ſi fiant ab occultè inhabili, & enucleatur tex. *in d. l. Barbarius.*

DECISIO XXXI.

Vicarius Capitularis, an exequi valeat diſpenſationes, & gratias ordinario, ſeu Vicario à Papa commiſſas, & reprobatur *Sanchez de Matrimon. libr. 8. diſp. 27. num. 72. & ſeq.*

Et an cauſa delegata ſub nomine dignitatis tranſeat ad Vicarium ſucceſſorem.

DECISIO XXXII.

Parenti ad ſecundas Nuptias tranſeunti, an legitima vel ejus ſupplementum debeatur, & an in proprietate, vel in uſufructu, & confutatur. Merlin. de legitima *lib. quarto, tit. 2. quæſt. 2.*

Legitima, an in fructibus, & an in Uſufructu conſiſtere queat.

Mater binuba, an, & quando filii teſtamentum contratabulare poſſit.

DECISIO XXXIII.

Matri binubæ, an contra teſtatoris prohibitionem legitimæ ſupplementum debeatur, & afferrur germanus ſenſus §. *hinc nos in Auth. de nupt.* contra *Merl. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 2.*

Mater binuba, an filio ſuperſtite fratri non ſuccedente, vel tacitè maternis nuptiis conſentiente, legitimæ proprietatem conſequatur.

DECISIO XXXIV.

Legitima Matri binubæ in bonis filii prædefuncti debita quota eſſe debeat.

DECISIO XXXV.

Bona, an, & quando cum ſuis oneribus ad Eccleſias, & Clericos tranſeat, & quando efficiantur immunia.

DECISIO XXXVI.

Collecta certa, & perpetua, an ſit onus reale, vel mixtum, & an cùm bonis ad Clericos tranſeat, & rejicitur Maccabrun. in conſ. 40.

DECISIO XXXVII.

Immemorabilis conſuetudinis vis, & poteſtas qualis ſit, & an contra Eccleſiaſticam immunitatem introduci, vel allegari poſſit, & an ſublata cenſeatur per conſtitutiones, quamcumque conſuetudinem prohibentes.

Immunitas Eccleſiaſtica, an ſit de jure divino vel poſitivo.

Gravantes clericos, vel ab eis exigentes onera quæ peccata admittant, & quas incurrant cenſuras.

Plurima in diſcurſu traduntur ad enucleationem Canon. 18. *Bullæ Cœnæ Domini.*

DECISIO XXXVIII.

Interrogari de crimine, diffamatione non precedente, an, & quando quis poſſit.

Regularis delinquens quibus in caſibus poſſit ab ordinario carcerari, vel etiam puniri. Ad ornatum *Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 14. de Regul. & Conſtitutionis fel. rec. Clem. Octavi.*

DECISIO XXXIX.

Judex Eccleſiaſticus proferens ſententiam excommunicationis ſine ſcriptis, an, & quando incidat in pœnas *cap. 1. medicinalis de ſentent. excomm. in 6.* quæ Decretalis luculenter enucleatur.

Ignorantia juris, inadvertentia vel inconſideratio, an & quando à cenſurarum incurſu excuſet.

DECISIO XL.

Promiſſio ſolvendi debitum alienum infra certum tempus, & in eventum non ſolutionis, capiendi cambio, facta prius quietatione priori debitori, an cenſeatur pura, vel conditionalis. An non facta quietatione remaneat perfecta, vel imperfecta. An debitor dicatur conſtitutus in mora. An teneatur ad intereſſe. Quod genus obligationis conſtituatur, ſi inducat novationem. Quæſtio facti quæ ſit & ad quem Judicem ſpectet in materia uſuraria.

DECISIO XLI.

Coloni Clericorum, an, & quando teneantur ad onera laicalia, & an, & quando fruantur dominorum privilegiis. Et refellitur Theſaur. *deciſ.* 116.

DECISIO XLII.

Coloni Clericorum, an conſuetudinis, vel communis opinionis prætextu oneribus mixtis gravari poſſint, & quid in colentibus bona patrimonialia.

DECISIO XLIII.

Coloni Clericorum, an gravari poſſint pro reparatione viæ, aggeris, vel aquæductus: Et ratione fructuum pendentium, vel perceptorum, aut operum, & induſtriæ.

DECISIO XLIV.

Coloni partiarii, cum Clericorum, tum laicorum prædia colentium, collectari haud poſſunt ratione fructuum partis colonicæ.

Collecta quodnam genus oneris ſit, & à quibus ſolvenda.

DECISIO XLV.

Apprehendens Clericum per humerum, vel per capillos, aut veſtes, an, & quando incidat in excommunicationem: Quæ manum injectio, & quæ violentia ad hunc effectum requiratur.

Diſpo-

Diſpoſitio *Canon. ſi quis ſuadente 16. quæſt. 4.* an ſit favorabilis vel odioſa, denique illius intellectus, ac multiplici extenſione.

DECISIO XLVI.

Juramentum, an, & quando firmet contractum contra legis prohibitionem celebratum.

Leges, an, & quando obligent ſub mortali. Et quando dicantur reſpicere bonum publicum, vel privatum.

DECISIO XLVII.

Inſtrumentum abſque inſinuatione à Conſtitutione Marchiæ requiſita, an ſit ipſo jure nullum. Et an, & quando Juramentum, vel Judicis præſentia defectum ſuppleat inſinuationis, vel alterius ſolemnitatis à ſtatuto requiſitæ.

DECISIO XLVIII.

Judex non reſtituens reum ab Eccleſia abſque ſcientia, & mandato ſuo extractum, incidit in cenſuras latas contrahentes.

Declaratoria, an, & quando per appellationem ſuſpendatur, & quando à cedulonorum affixione frivolè appellans non ſit ulterius citandus.

Sententia excommunicationis quando dicatur contra juſtitiam legalem, & quando contra juſtitiam commutativam.

DECISIO XLIX.

Curia laica non poteſt in domo Clerici Laicorum bona perquirere, & multo minus inde abſtrahere.

Laici injuriantes Clericos, etiam in caſibus, in quibus in excommunicationem haud incurrunt, puniri poſſunt à Judice Eccleſiaſtico Judicis juriſdictionem turbantes, de illius foro efficiuntur.

DECISIO L.

Judex ſæcularis Clericum, vel Monachum abſque ſui Superioris licentia examinans, an, & quando incidat excommunicationem, & an, & quando hujuſmodi diſpoſitio teneat, & an, & quando, & à quo Judice Clericus, cogi poſſit ad teſtimonium perhibendum. Ad ornatum Can. 15. & 19. *Bullæ Cœnæ Domini*.

DECISIO LI.

Judex ſæcularis, an in Hoſpitalis, vel alio loco immuni vulneratos vel teſtes examinare queat ſaltem de licentia Ordinarii, & rejicitur. *Bartol. in leg. nemo n. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & Geminian. in c. decet in §. ordinariis de Immunit. Eccl. in ſext.* Et an, & quando cæteri actus forenſes, tum ſæculares, tum Eccleſiaſtici, & citationes, & contractus in Eccleſia fieri poſſint. Ad interpretationem *cap. cum Eccleſia extra de Immunitat. Eccleſ. & cap. decet eod. tit. in ſexto*.

DECISIO LII.

Proviſus à capitulo, & in poſſeſſionem immiſſus, an, & quando ſit legitimus contradictor adverſus proviſum Apoſtolicum, & quando iſte ſit immittendus non obſtante clauſula *dummodo à die datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum*.

DECISIO LIII.

Præceptum ſine cauſæ cognitione tranſmiſſum, quid operetur.

Præceptum cum clauſula juſtificativa, an, & quando in vim ſimplicis citationis reſolvatur.

Et quid in novi operis nunciatione, & reprobatur, *Theſaurus deciſ. 204. num. 3.*

DECISIO LIV.

Paries quando dicatur inter vicinos communis, & quando proprius unius, & quando diviſorius, vel ad fabricandum deſtinatus.

Vicinus, an, & quando elevare poſſit commmunem parietem officiendo luminibus vicini.

Peritorum relationi, an, & quando ſit ſtandum, & plurimi de tertii periti electione in caſu diſcordiæ.

DECISIO LV.

Vicinus quibus in caſibus poſſit in ſolo proprio ædificare, vel aliud opus cum alterius vicini ſe opponentis detrimento facere.

DECISIO LVI.

Socius vel vicinis quibus in caſibus re communi, ſocio, vel vicino invito uti poſſit.

DECISIO LVII.

Vicinus, an & quando aliquid facere, vel protendere valeat in ſolo vicini, & an, & quando ejuſmodi ædificium, vel protectum ſolo cedat, liceatvè Domino ſoli propria auctoritate illud demoliri, vel amovere.

DECISIO LVIII.

Vicinus, an, & quando cogi poſſit ad obſtruendas feneſtras, è quibus proſpicere poteſt Moniales.

Et an, & quando cogatur ad vendendam domum pro conſtruenda, amplianda, vel reſtauranda Eccleſia, Monaſterio, vel habitatione Eccleſiaſticarum perſonarum. Et an ad illam locandam; & reprobatur *Riccius deciſ. 10. part. 1.*

DECISIO LIX.

Immunitati Eccleſiæ, an quis poſſit renunciare.

Debilitans alicui membrum in Eccleſia, an illius gaudeat immunitate, & an irregularitatem incurrat, & quid in mutilante, manum aridam, vel in pura rixa.

DECISIO LX.

Occidens, vel mutilans in ſchalis, porticum, vel oſtio Eccleſiæ: etiam ſub ſpe immunitatis, gaudet illius beneficio.

DECISIO LXI.

Homicidium patrans in Sacriſtia, vel in manſionibus Eccleſiæ cohærentibus, etiam ſub ſpe immunitatis, eſt in Eccleſia tutus.

DECISIO LXII.

Laicus percutiens laicum in loco ad colloquendum cum Monialibus deputato (quod vulgò dicitur

Parla-

Parlatorium,) an incidat in excommunicationem latam in *cap. pro cauſa de ſentent. excomm.* & an poſſit ab Ordinario puniri, & refellitur *Riccius in deciſ. 179. par. 3.*

Sacrilegium quando, quomodo, & in quibus locis, & caſibus committatur.

Connexorum quando idem ſit judicium.

DECISIO LXIII.

Tectum Eccleſiæ, vel Palatii Epiſcopi, ſeu Domus Canonicalis gaudet immunitatis privilegio.

DECISIO LXIV.

Offendens Principem, vel opem offendenti præbens ignoranter, an incidat in crimen læſæ Majeſtatis, & an Eccleſiæ immunitate privetur.

Dans operam rei illicitæ, an, & quando teneatur de eo, quod ſequutum eſt, etiam ſi mutet ſpeciem delicti, ita ut & Eccleſiæ immunitate privetur. Et enucleatur text. *in lege quoniam multa facinora C. ad legem Iul. de vi publica.*

DECISIO LXV.

Appellatio per *Conſtitutionem Gregor. XIV. ſuper Immunitate*, prohibita reo à ſententia de tradendo illum Curiæ ſeculari, cenſetur denegata etiam Fiſco, vel Actori, ſi Judex Eccleſiaſticus pronunciat reum eſſe Eccleſiæ remittendum. Et refellitur. *Gambacurt. in Comment. de Immun. Eccleſ. lib. 6. c. 17.*

DECISIO LXVI.

Epiſcopus, an, & quando cogere valeat Clericos ad incedendum in habitu, vel illum reaſſumendum.

Clericus Beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus non incedens habitu, & tonſura quibus ſubjacet pœnis, & an peccet mortaliter.

Et quid de Clerico in minoribus non beneficiato.

Impetrans beneficium tanquam vacans, ob non delationem habitus, quid probare debeat.

Habens penſionem Eccleſiaſticam, an gaudeat fori privilegio licet in habitu non incedat, vel Eccleſiæ non inſerviat.

DECISIO LXVII.

Ad Eccleſiarum reparationem qui, & quo ordine teneantur. Et quomodo collecta, ſeu taxa imponatur. Conſuetudo quomodo introducatur, & probetur.

DECISIO LXVIII.

Ad Eccleſiæ, vel Canonicalis domus, & cœmeterii ampliationem, & reconciliationem, ad paramenta, luminaria, cæteraque ornamenta, quis teneatur, & quibus mediis cogatur.

DECISIO LXIX.

Jus eligendi concionatore in Parochiali Eccleſia cui nam incumbat & quomodo probetur.

Immemorabilis quomodo ſit probanda exactè agitur.

DECISIO LXX.

Concionatoris alimenta, & eleemoſynam, an, & quando Parochus, & an, & quando Populus præbere teneatur.

Conſuetudo vel pactio aliquid Concionatori præter alimenta præſtandi, an teneat.

DECISIO LXXI.

Emphyteuta, qui ob non ſolutum Canonem incidit in commiſſum, an poſt declarationem à Domino directo factam poſſit moram purgare, ſtante pacto, ut res ad dominum revertatur ipſo jure vel ipſo facto; & quid in ſimilibus pactis.

Mora quando incipiat, quouſque purgari poſſit, & an illius purgationi renuncietur.

Caducitas, an, & quando ab hærede, & contra hæredem declarari valeat.

DECISIO LXXII.

Emphyteuſis conceſſa Patri, & poſt ejus obitum filio, an poſſit à patre alienari, Et an filius prædecedens illum tranſmittat. Hæreditatis agnitio, vel immixtio in hærede ſuo, an, & quando ſit neceſſario probanda.

DECISIO LXXIII.

Filius naturalis, vel legitimatus; an, & quando ſit capax feudi, & emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ad interpretationem Conſtitutionis 116. Pii V.

Actus ab Ægroto factus quando cenſeatur in fraudem geſtus.

Filius emphyteuſi ſuccedere volens, an, & quando habere debeat qualitatem hæreditariam, & an ſit ſatis illum eſſe legatarium.

DECISIO LXXIV.

Emphyteuta ſpecialiter hypothecans, vel pignorans rem emphyteuticam pro tantæ quantitate, ut non ſit ſpes luitionis, an, & quando illam alienaſſe dicatur, & à jure ſuo cadat.

Sententia lata ex falſa cauſa, an ſuſtineatur ex vera in libello non deducta, & an ex jure ſupervenienti.

Lector malè alienans rem Eccleſiæ, an illam recuperare poſſit, & an ejus ſucceſſor, & an teneatur de evictione, & ad pretii reſtitutionem.

Et quid in Eccleſia recuperante rem à ſuo Prælato alienatam.

Rector quando dicatur egiſſe nomine Eccleſiæ, & quando nomine proprio.

DECISIO LXXV.

Metus in cauſa matrimoniali quando, & à quibus teſtibus probetur. Metus juſtus qualis dicatur. Metus reverentialis, an, & quando ſufficiat ad matrimonium irritandum. Parentes, an, & quomodo filios ad matrimonium urgere, vel ab illo abducere valeant.

DECISIO LXXVI.

Canonicus, qui digniorem locum in cornu ſiniſtro optavit, an poſſit eveniente caſu optare digniorem lateris dexteri. Et traduntur nonnulla in Præcedentiarum materia.

DE-

DECISIO LXXVII.

An, & quando is, qui Cancellarii, vel Nuncii ſeu Bajuli officio in criminalibus perfunctus fuit dicatur ad ordines Eccleſiaſticos irregularis.

Irregularitas ex defectu lænitatis quando incurratur, & quando ex defectu bonæ famæ ſeu ex infamia.

Irregularis, an, & quando in dubio quis cenſendus ſit.

Et reprobatur. *Maiol. in tract. de Irregularitate lib. 2. cap. 6. ſub num. 3.*

DECISIO LXXVIII.

Evictio quando dicatur imminere in limine contractus, & an, & quoties ob id præſtanda ſit per venditorem fidejuſſio, & quid ſi is qui litem movit, illi renunciaverit, & an ſit fidejubendum tam pro ſoluto, quàm pro non ſoluto pretio, & pro qua rei portione, & an pro damnis, & expenſis ad explicationem, & ornatum *l. ſi poſt perfectam C. de evict.*

DECISIO LXXIX.

Profeſſio, ſive votum quando per metum fieri dicatur. Metus qualis requiratur ad irritandum actum, & quomodo probetur. Metus reverentialis, an, & quando profeſſionem annullet.

DECISIO LXXX.

Profeſſus nulliter, an, & quando per ordinum ſuſceptionem, alioſve actus profeſſis proprios tacitè dicatur ratificaſſe.

Ratificatio expreſſa, an, & quando convalidet profeſſionem, vel matrimonium. Cauſa metus quando durare dicatur.

DECISIO LXXXI.

Donatio pio loco facta nemine pro eo acceptante, an valeat irrevocabiliter, & quid de donatione perſonæ privatæ abſenti facta.

Clericus, an ſit integer pro ſua Eccleſia teſtis. *Berous in capit. in præſentia n. 79. de probat. 2. reprobatur.*

DECISIO LXXXII.

Affictus inexacti ratione fructuum naturalium vel civilium debiti, an cedāt commodo hęredum, vel ſucceſſoris in beneficio, vel Cameræ Apoſtolicæ.

Beneficiarius, an ſit Dominus, vel uſufructuarius, vel dumtaxat uſuarius fructuum beneficii.

DECISIO LXXXIII.

Minor qui dat de nullitate ſuæ obligationis ex defectu inſinuationis, an, & quando probare debeat contractum non fuiſſe inſinuatum, & an, & de quo tempore juramenti relaxationem petere debeat.

Nullitatis exceptio, an, & quando retardet executionem Cameralis obligationis.

DECISIO LXXXIV.

Interuſuria dotalia an, & quando & ad quam ſummam debeantur, & an ab initio ex pacto, vel Statuto taxari poſſint.

An, & quando cenſeantur remiſſa, An currant ſoluto matrimonio. Et quid in eleemoſynis dotalibus Monialium.

Cap ſalubriter de uſuris, & l. vir uſuras ff. de donat. inter vir. & uxor. enucleantur.

DECISIO LXXXV.

Appellatio in poſſeſſoriis, an, & quando, & qualiter concepta admittatur.

Non rediens in termino juris pro Apoſtolis, an, & quando cauſam deſerere dicatur, & an, & quando ob impedimentum excuſetur.

De Attentatis, an, & quando poſt deſertionem dari poſſit.

DECISIO LXXXVI.

Percutiens, vel interficiens miniſtrum Curiæ Eccleſiaſticæ à quo puniatur.

Epiſcopus cauſas in quibus pœna ſanguinis irrogatur, an, & quando, & quomodo laico poſſit committere, & rejicitur.

Carol. de Graß. effect. 1. Clericat. num. 565.

DECISIO LXXXVII.

In Parochia dignoſcenda, an conſideretur Domicilium, vel præſens habitatio.

Sepeliendi ubi nam ſint habitantes domos conductas, officiales, ſcholares, famuli, Advenæ, Viatores, Tertiarii, & ſodalitatum Confratres.

DECISIO LXXXVIII.

Parvuli, an, & quando ſepeliendi ſint in Sepulchro majorum, & quodnam dicatur majorum ſepulchrum.

Vidua, vel conjugata ubi non ſit tumulanda.

DECISIO LXXXIX.

Parentes, an, & quando filiis præmorientibus eligere valeant ſepulturam, & an, & quando conſanguineus conſanguineo, Amicus Amico.

Conſuetudo quoto tempore dicatur legitimè inducta tam juxta terminos juris canonici, quàm ſecundùm jus Cæſareum.

DECISIO XC.

Agitur de uſuris pupillaribus, & ad quid teneatur Tutor pecunias pupilli non inveſtiens.

Intereſſe alterius intereſſe, an, & quando ſit licitum.

Uſura in quibus contractibus, vel diſpoſitionibus indirectè committatur.

DECISIO XCI.

Contractus ad negotiandum ſuper cambiis qualiter ſit licitus, & à cambio diſtinctus.

Contractus, an à partium denominatione, vel potius ab effectu judicetur.

Mulieri ex indebita cauſa ſolutum, an extenuet ſortem.

DECISIO XCII.

Punitus vel abſolutus à judice Eccleſiaſtico, an, & quando poſſit à laico judice moleſtari in delictis mixti fori.

Puni-

Punitus vel abſolutus à judice laico, an poſſit ab Eccleſiaſtico pœnis ſpiritualibus plecti.

DECISIO XCIII.

Epiſcopus, ejuſve Vicarius, an ſit Judex competens in cauſa menſæ Epiſcopalis. Quid in cauſa Eccleſiæ. Quid in cauſa propria ipſius Epiſcopi. An, & quando poſſit uterque, ut ſuſpectus recuſari.

An, & quomodo, & ad quem effectum eligendi ſint arbitri ſive Judex ordinarius, ſive delegatus allegetur ſuſpectus, & ſive de jure Cæſareo, ſive de Pontificio, & refelluntur *Antonm. Variar. reſol.* 48. *ſub n.* 8. *lib.* 1. *& Bellett. diſquiſ. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcul.* §. 1. *num.* 36.

DECISIO XCIV.

Clerici, an, & quando pro fructuum rerumque tranſportatione, vel venditione ad gabellæ ſolutionem teneantur, & quando negotiari dicantur.
Carol. de Graſs. effect. 3. *Clericat. num.* 37. *reiicitur.*

DECISIO XCV.

Impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis ex quibus ſponſalibus oriatur, & an illis diſſolutis evaneſcat.

Judex, an ex confeſſione extra proceſſum facta moveri poſſit.

DECISIO XCVI.

Appellatio à mandato de manutenendo, an, & quando concedatur.

Diſtributionum percipiendarum jus, an, & quando ad ſucceſſorem tranſeat.

Rector, an, & quando Eccleſiæ, vel proprio nomine agere debeat.

DECISIO XCVII.

Epiſcopus, an, & quando viſitare valeat Monaſteria ſanctimonialem Regularibus ſubjectarum, & quid in ejus Vicario Generali. Ad ornatum *Conc. Trid. ſeſs.* 25. *c.* 5. *de regul.* ac *Conſtitutionis Pii V.* & cenſuratur *Rodriq. to.* 2. *qq. reg. q.* 47. *art.* 10.

Vicarius, an, & quando comprehendatur in Conſtitutione de Epiſcopo loquente.

DECISIO XCVIII.

Clericus agens pro Canone rei emphyteoticæ, vel pro rei Eccleſiæ recuperatione, pro laudemio, pro fructibus, decimis, & obventionibus, pro redditione rationis ſuper adminiſtratione rei Eccleſiaſticæ, pro turbativa, vel ſpolio, habet fori electionem. *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 5. *reiicitur.*

DECISIO XCIX.

Creditores apprehendentes bona decocti, inter quæ eſt prædium emphyteoticum, an, & quando laudemium ſolvere teneantur, & an illo non ſoluto emphyteuſim amittant: ad interpretationem *Statuti Genuenſ. lib.* 4. *c.* 7. *de decoctis* §. *ſecuta*. Et incidenter agitur de pluribus alienationis ſpeciebus caducitatem cauſantibus.

DECISIO C.

Conductor, an, & quando exceptionem dominii refricare poſſit locatori.

Clerico donatario, an, & quando obſtet exceptio ſolemnitatis ſtatutariæ in donatione omiſſæ, ſive agatur in foro Canonico, ſive laicali.

AD LECTOREM.

QUibus rationibus, quibusque partium ſtudiis hujus Operis auctor ducatur, ubicumque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animadvertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſſitatem, ſeu mavis corruptelam agnoſces; Cæterùm ne imprimendi operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra novarum opinionum ſectatores, ſua jura probè conſtent.

DECI-

DECISIONES
FORI ECCLESIASTICI
AUCTORE
R·P·D· ALEXANDRO SPERELLO
EPISCOPO EUGUBINO.

Pars Prima.

ARGUMENTUM.

An, & quando Judex Ecclesiasticus paruulis Infidelium utroque parente orbatis Tutorem Christianum dare valeat.

An, & quando Paruuli Infidelium invitis Parentibus baptizari possint, & reprobatur *cons. Nattæ* 454. *vol.* 2. & Bursat. *cons.* 231. *lib.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Hebræorum Judex competens quis sit.*
2 *Inter Hebræos servanda est Lex Mosaica, & in subsidium Lex Romanorum.*
3 *Tutor dandus est ab eo Judice, cui Pupilli persona subest.*
4 *Tutor Pupillo Clerico à solo Judice Ecclesiastico dandus est.*
5 *Judæus nequit esse Tutor Pupilli Christiani.*
Rationem vide num. 18.
6 *Judæi non possunt habere nutrices Christianas, etiam cum licentia Episcopi.*
Rationem vide num. 18.
7 *Instructio in fide est res spiritualis.*
8 *Causa spiritualis, vel quasi, spectat privativè ad Judicem Ecclesiasticum.*
9 *Judex Ecclesiasticus Decretum interponit in actu spirituali minoris Laici.*
10 *De Juramenti viribus si contingat articulus in causa merè profana, discutiendus est coram Judice Ecclesiastico.*
11 *Idem in articulo usuræ, vel symoniæ.*
12 *Sponsalium causa mixti fori est, nisi agatur de illorum validitate, quo casu ad solum Judicem Ecclesiasticum spectat.*
13 *Coram Judice Ecclesiastico potest exequi contractus juratus.*
14 *Juramentum non mutat forum; sed addit forum foro.*
15 *Causa dotis inter Laicos, an agitari possit coram Ecclesiastico.*
16 *Ecclesiasticus Judex ratione peccati, & pacis se intromittit in qualibet causa.*
17 *Causæ personarum miserabilium sunt mixti fori.*
18 *Hebræus quare Pupilli tutelam administrare, vel Christianam nutricem retinere nequeat.*
19 *Impedientes Iudæum baptizari, tanquam suspecti de fide inquirendi sunt.*
20 *Tutor datur moribus Pupilli, & quid si illius bonam educationem negligat.*
21 *Hebræorum paruulos ante usum rationis baptizare invitis parentibus est contra justitiam, & est peccatum mortale. num.* 27.
Contrarium si quis publica auctoritate baptizare eos vellet tenent relati in num. 29.
22 *Hebræorum paruuli quorum parentes longissimè absunt, baptizari possunt.*
23 *Baptismum infantibus non est differendus.*
24 *Tutoris assensus requirendus an sit in baptizandis infantibus orphanis.*
25 *Hebræorum paruuli ante annos discretionis non baptizantur invitis parentibus.*
26 *Baptizari non possunt pueri Hebræorum invitis parentibus, nisi sint pubertati proximi.*
Contrarium est verius, & sic quod sufficit eos habere usum rationis num. 30. & sub num. seq.
27 *Pubertati proximus quando dicatur masculus, & quando fœmina.*
28 Natta cons. 458. *reprobatur.* & num. seq.
29 *Pueri Hebræorum, an publica auctoritate invitis parentibus baptizari possint.*
30 *Expleto septennio etiam in sententia D. Thomæ pueri Hebræorum invitis parentibus baptizantur.*
31 *Rationis usus communiter incipit expleto septennio.*
32 *Sponsalia valent si fiant statim septennio completo.*
33 *Paruuli ad vitam æternam invitantur à Salvatore.*
34 *Breve Julii Tertii, ad favorem Hebræorum in dictione Romani Pontificis degentium recitatur, & explanatur.*
35 *Baptizantur Paruuli in fide offerentium, seu Patrinorum, etiam sine consensu, vel mandato Parentum.*
36 *Hebræorum Paruuli, si de facto invitis parentibus baptizantur, imprimitur character.*
37 *Hebræi habent filios in patria potestate.*
38 *Patria potestas nihil operatur ad impediendum filiorum baptismum.*
39 *Matre petente, & Patre invito potest paruulus Hebræus baptizari.*
40 *Patria potestas in spiritualibus nihil operatur.*
41 *Baptizari potest in mortis articulo puer Hebræus invitis parentibus.*
42 *Hebræus infans invitis parentibus baptizatus, an sit illis restituendus, & reprobatur.* Bursat. cons. 231.

DECISIO I.

Lebantur Civitate Regii duo pueri ex Hebræis, utroque parente orbati; quos ergo tunc bo. me. Cardinalis Alexandri Eſtenſis Vicarius, ad meam adduci præſentiam juſſi, ea mente, ut per regenerationis lavacrum, ad veræ fidei lumen reducerem.

Quo audito alius puer Hebræus, octo fermè annos natus, qui cum ſupradictis pueriliter luſitare conſueverat, Divino inſtinctu, ſociorum exempla ſequi geſtiens, ſupra ætatem, ſupra vires ſapiens de matris ſinu (Patrem enim amiſerat) in ædes cujuſdam Catholici ultro rapitur, ſacram ablutionem, & ipſe inclamans.

Hinc in me commota univerſa Hebræorum caterva, non modo Regii, ſed & Mutinæ, ac Carpi degentium, Sereniſſimum D. Ducem adeunt, quærimoniis Ducalem aulam replent, me ſcilicet ipſiuſmet Ducis juriſdictioni imminentem, largita ab ipſo privilegia infringere, ſeque indirectè ab ipſius dictione eiici. Quare multis hinc inde agitatis, tria in quæſtionem vocare contigit.

Primùm, an ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ad ſæcularem pertineat cognoſcere, nunquid ſit dandus, & qualis, Tutor Pueris Hebræis orphanis.

Secundùm, Nunquid ipſe eoſdem orphanos baptizare poſſem reluctante Synagoga.

Tertiùm, an etiam baptizare liceret illum Puerum octo annorum, reclamante Matre.

1 Quoad primùm dicebatur † non eſſe recedendum à communi diſtinctione, nempe Judæos in rebus Eccleſiaſticis ſubeſſe Judicibus Eccleſiaſticis, in profanis verò Principibus ſæcularibus, & in mixtis eſſe locum præventioni, ut magis communiter tradunt: *Canoniſtæ in C. quod ſuper extra de voto*, & poſt alios habetur per Decia. *tom. 1. tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. circa med.* quibus addo Mart. *iuriſd. par. 4. cap. 166.* & latè Marquard. *in tract. de Judæis par. 2. cap. 9.* per totum, Navar. *conſ. 7. num. 3. tit. de Hertic.* & ante eos idem ſenſit. Bald. *conſ. 3. ſub num. 3. lib. 2.* & de ſecundo diſtinctionis membro, eſt textus *l. Judæi, & leg. ſi qua C. de Judæis*. Vide etiam *Direct. Inquiſit. 2. par. quæſt. 46. fol. 352. & ſeqq.* Alvar. *de Planct. Ecc.* Ricciul. *l. 2. c. 52. de iur. perſon. extr. Eccl.*

Unde cum Tutoris datio ſit res merè civilis, & profana non videbatur, Judicem Eccleſiaſticum, in ea ſe poſſe intromittere, ſed id totum ad Judicem Laicum remittendum, ac proinde D. Podeſtas unus ex Magiſtratibus Civitatis Regii, alebat, ſe velle dictis pueris dare Tutorem Hebræum, quia

2 † inter eos in primis eſt ſervanda Lex Moſaica, & in ſubſidium Lex Romanorum, ut per Cald. *conſ. 10. de conſtit. & conſ. 359. alias 30. de teſt.* quem ſequitur Maran. *de ord. iud. diſt. 3. num. 49.* quibus addo Deci. plurimos congerentem *dict. lib. 5. cap. 14. num. 6.* Surd. *deciſ. 133. in princ.* Rota cum per eam congeſtis *in deciſ. 316. num. 1. ex recollectis* per Farin. *poſt ſecundum vol. conſiliorum*. His etiam addi poterat in via diſputativa regula in terminis, quæ habet, Tutorem ab eo Judice dandum eſſe, cui perſona Pupilli ſubdita

3 eſt *ad l. 1. in fin. ff. de Tut. & cur. dat. ab his l. propter litem §. licet ff. de excuſ. tut.* Alexand. *conſ. 44. num. 17. lib. 1. DD. in l. 1. C. ubi tutor. & in l. ſi Curatores* per illum textum *C. de excuſ. tut.* Alb. *in rub. C. de in lit. dand. Tutor. Mon. in tract. de Tut. & Cur. cap. 4. num. 22.* & rurſus *c. 20. num. 1.* ubi alios refert, & ſic hujuſmodi pueris laicis, à laico Judice Tutorem

4 fuiſſe aſſignandum: quemadmodum † Pupillo Clerico Judex Eccleſiaſticus privativè, & non Laicus dare poteſt Tutorem, ut poſt Bart. *in l. 1. ff. de Tut. & Cur. dat. ab his*, & Fabr. *inſt. de Attil. tut. num. 4. in fin.* & Jo. Andr. *c. fin. de iud. in 6.* tradunt Soc. ſen. *in cap. ſi quis clericus num. 23. in fin. de foro compet.* Ripa *in c. 2. num. 10. de iud.* Rim. *conſ. 89. num. 1. lib. 5.* Montan. *d. cap. 1. num. 25.*

Quod idem adſtruunt DD. de Curatore univerſali; tametſi ſecus concludant ubi particulariter agitur de Curatore ad litem dando Clerico Pupillo coram Judice Laico ſuper rebus patrimonialibus, litiganti; nihil enim obſtat quo minus ille à Judice Laico aſſignetur quippe, qui datur rebus, non perſonæ, ut per Oldr. *conſ. 55.* Gemin. *in cap. fin. §. ſi verò col. 2. de iud. in 6.* Dec. *in cap. 2. num. 220. extra eod.* Rota *deciſ. 14. de iud. in antiq. addit.* ad Rotam *in deciſ. 7. num. 6. de iud. in nov.* Acchil. *deciſ. 8. num. 4. & 5. qui fil. ſint legit.* Ferret. *conſil. 105. num. 3.* Bellet. *diſqu. Cler. tit. de favor. cleric. perſon. §. 5. num. 13. & ſeqq.*

Sed nec altercandum videbatur de Religione tutoris decernendi. Nam † ſicut Judæus non poteſt eſſe Tutor Pupilli 5
Chriſtiani, ſecundum veriorem opinionem, quam poſt alios latè defendit Montan. *d. c. 4. 32. 39. & ſeqq.* ſic è contra dicebatur Chriſtianum non poſſe eſſe Tutorem Pupilli Hebræi, ut contrariorum eadem ſit diſciplina Præſertim quia
† Judæi prohibentur habere Nutrices Chriſtianas, adeo, ut 6
nec Epiſcopus in hoc diſpenſare valeat, ut not. Card. *in c. ad hæc*, & ibi Abb. *in fin. extra de Judæis Deciſ. in cap. conſuluit. il terzo, extr. de appel.* Mont. *d. c. 4. num. 36.*

Pro contraria parte dicebam, quod etiam admiſſa diſtinctione, de qua *ſup. num. 1.* quæ non eſt abſolutè vera; ea tamen ad hanc facti ſpeciem applicari non poterat: non enim agebatur de Tutore ſimpliciter decernendo; ſed an eiſdem pueris dandus eſſet Tutor Chriſtianus, qui eos in fide Catholica inſtrueret: vel potius Tutor Hebræus, qui illos in Judaiſmo educaret, & ſic verè; & propriè agebatur de inſtructione in fide, † quæ eſt res ſpiritualis, ut de ſe patet, 7
& habetur per Leſſium *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 35. num. 15. & 77. & ſeqq.* † Unde tanquam cauſa ſpiritualis vel quaſi ad Ju- 8
dicem Eccleſiaſticum privativè ſpectabat *c. tua de ord. cognit. c. lator. c. cauſam qui fil. ſint legit.* Ab. *in c. literas de iuram. calum.* Azor. *tom. 1. inſtit. Moral. lib. 8. c. 14. dub. 1.* dixi Latius *in deciſ. 8. num. 18.*

Sic † in ſimili tametſi Laicorum minorum contractus à 9
Iudice cui ſubſunt, & ſic à Laico ſint auctorizandi: ubi tamen agitur de actu ſpirituali cum minore gerendo; auctoritas non à Laico, ſed ab Eccleſiaſtico eſt interponenda *gloſſ. & Domin. in c. ſi annum de iud. in ſexto*, Aufrer. *de poteſt. ſæcul. in Eccl. & e contra in fin. num. 147.*

Sic † pariter ſi in cauſa merè profana, dubitari contin- 10
git de viribus Iuramenti, tunc Iudex Eccleſiaſticus privativè eſt competens; cum articulus iſte ſit ſpiritualis, *c. venerabilem de elect.* Auf. *de poteſt. ſæcul. Eccl. perſon. in 4. reg. lim. 4. nu. 5. in decimoquarto tom. tract. diverſ. fol. 398.* Guttier. *d. c. 12. ſub num. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſput. 32. num. 18. ver. & hoc tamen, & in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 13. num. 13.* † qui Do- 11
ctores poſt alios idem dicunt quoties agitur, an contractus habeat uſuræ, vel ſimoniæ vitium.

Sic rurſus, † cauſa ſponſalium ad ſolum Iudicem Eccleſia- 12
ſticum ſpectat, quoties agitur, an illa valida ſint, vel invalida, quicquid ſit, ubi de validitate non agitur, Abb. *in cap. ex litteris il 2. n. 4. deſponſ.* Roſel. *in verb. ſponſalia num. 3.* Brunel. *de ſponſ. concl. 16. num. 6.* Palud. *4. diſt. 27. quæſt. 1. num. 38.* Sanch. *lib. 1. de Matrim. diſp. 29. num. 9. & eodem li. diſp. 69. num. 10.* Idque non alia de cauſa procedere reor, niſi ratione finis, nempe Sacramenti Matrimonii, ad quod ſponſalia ſunt ordinata; Ergo & in caſu noſtro, cum finis hujus dationis Tutoris his Pueris Hebræis, ſit educatio in una, vel altera Religione, & fide, quod eſt quid ſpirituale, dubio procul non modo cognitio ſuper qualitate Tutoris dandi ad Eccleſiaſticum omninò ſpectat; ſed ſucceſſivè ratione connexitatis, & ipſa Tutoris deputatio, vel ad eundem devoluitur, vel ſaltem efficitur mixti fori, ita ut prævention i ſit locus: quemadmodum ubi petitur executio contractus jurati,
† ratione juramenti Laicus efficitur de foro Eccleſiæ, & po- 13
teſt etiam coram Iudicem Eccleſiaſtico conveniri tex. *in cap. fin. de for. comp. in ſexto, ubi Domin. de S. Gemin. hoc notat num. 3.* text. *in cap. novit. de iud. in c. 1. & in c. cum contingat de iureiur. & in cap. licet eodem tit. in ſexto*, & *in cap. quamvis pactum de pact. in ſexto*, & tradunt omnes ibi, & alibi paſſim.

Quia † licet Iuramentum non mutet forum, ſecundum 14
veriorem opinionem, addit tamen forum foro, ut per Io. Andr. & alios quos congerit Iaſ. *in l. nulli num. 6. C. de Jud.* Guttier. *de iurament. lib. 3. cap. 12. num. 2. & ſeqq.* Sanch. *tom. 1. in Decal. lib. 3. cap. 13. num. 15.*

Et † ob eandem connexitatis rationem Iudex Eccleſiaſti- 15
cus ſe intromittit in cauſa dotis inter laicos Aufrer. *de poteſt. ſæc. in eccl. & è contra in fin. num. 16.* Quamvis enim dos ſecundum aliquos exigatur coram Iudice laico *l. exigere ff. de Judic.* Molfeſ. *in comment. ad conſuet.* Neap. *part. 2. de bonis quæſt. 11. numer. 18. noviſſimè* Novar. *in præx. elect. & Variat. fori ſect. 1. quæſt. 7. num. 11.* Aufrer. *in tract. de poteſt. ſec. in eccl. num. 21.* (quod tamen non tranſit ſine difficultate, & contrarium, ut nempe ſit mixti in fori tenent Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* & Bald. Novelli *in tract. de dota part. 9. privileg. 16.*) quoties tamen principaliter eſt, quæſtio de Matrimonio; quia de eo coram Eccleſiaſtico Iudice agendum eſt utique coram eodem incidenter tra-

ctari

ctari potest de dote, quæ cum Matrimonio est connexa, ut per Aufrer. *loco cit.* & Anch. *in cons.* 12. *num.* 21. Consta Ruger. *in tract. de dote quæst.* 17. *num.* 5. *ver. si quæro*, ubi probat hunc esse casum *c. per vestras in fin. de donat. inter vir. & uxor.* Lupus *in d. cap. per vestras num.* 20. *not ab. num.* 17. Bardus *in tract. de tempore, utili, & continuo cap.* 15. *nu.* 5. Mart. *de Iurisdict. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 17.

16 Provt † rursus ratione peccati, & pacis Ecclesia se intromittit in qualibet, connexa causa Aufrer. *ubi sup. num.* 27. ita ut pacis fractæ causa sit mixti fori, tradi latissimè post alios Marta. *de Iurisd. p.* 2. *c.* 22. *per totum*, & est textus clarus *in c. super quibusdam* 26. §. *fin. extr. de verb. signif.*

17 Quibus omnibus accedit, † causas pupillorum, & miserabilium personarum spectare etiam ad Judicium Ecclesiasticum, & esse sub Ecclesiæ protectione text. *est in d. cap. super quibusdam* 26. §. *fin. extra de verb. signif. cum simul. Innoc. in cap. significantib. de offic. de leg. & ibi* Abb. *num.* 6. *vers. sed quoad tertiam* Collector. *com. opin. diversorum tom.* 4. *loco* 10. *cap.* 2. *vers. personæ miserabiles*, & ex his corruunt ea, quæ in contrarium deducebantur.

Quòd verò addebatur de contrariorum disciplina servan-
18 da, tollitur ex rationis diversitate, † Ideo namque Hebræus à pupilli Christiani tutela arcetur, ne illum in Judaismo educare moliatur, sicut nec in domo Christianam Nutricem retinere permittitur, ne illam sua conversatione in moribus, & in fide corrumpat; In casu nostro non modo cessat hujusmodi ratio, sed alia prorsus contraria militat, ideo etiam contrarium jus statuendum est. Imò si quis seriò diceret se, cum possit hujusmodi pueris dare Tutorem Christianum, potiùs velle dare Hebræum, inquiri fortè posset,
19 tanquam adhærens ritibus Judæorum (provt † generaliter eos, qui impediunt Judæum baptizari, posse uti de fide suspectos, inquiri tradit Marqu. *in tract. de Iudæis par.* 3. *cap.* 2. *in*
20 *fin.*) cum præsertim Tutor † detur principaliter moribus pupilli ita ut illius bonam educatione, eruditionemque in primis curare teneatur *l. cum plures* §. *cum Tutor ff. de admin. tut. leg. qui filium leg. ius alimentorum ff. ubi pupill. educ. deb.* Montan. *in tract. de tutel. cap.* 4. *num.* 11. *& seq.* Mol. *tom.* 1. *de iust. disput.* 220. *col.* 2. Adeo ut sit Tutor id negligat, dicatur esse in lata culpa, & contra eum jurari possit in litem ad damna, & interesse, ut post alios tradit Plotus *in l. si quando num.* 230. *verb. dare operam C. unde vi.* Borgni. *in tract. de Tutor. num.* 275. possitque, ut suspectus removeri ut per Cravett. *cons.* 190. & Borgn. *loco cit.*

Pronunciavi itaque dandum esse præfatis orphanis Hebreis Tutorem Christianum: provt de facto dedi. Non quod id ad effectum illos baptizandi necessarium esset; sed ut ex tempore commotam seditionem sedarem. Quod & à supremo Sanctissimæ Inquisitionis tribunali probatum fuit, ut ex litteris missivis ad me datis sub die 11. Januarii 1625.

21 Quoad secundum dubium, facilis erat resolutio. Nam doctrina D. Tho. 2. 2. *q.* 10. *art.* 12. *in corpore articuli, & 3. p. quæst.* 68. *art.* 10. *in corpore*, quæ ex adverso allegabatur. Et quam sequuntur plurimi congesti per Ricciul. *de Iur. Personar. li.* 2. *c.* 32. loquitur in pueris Hebræorum habentibus parentes, & omnes ejusdem S. Doctoris, & sequacium rationes concludunt, esse contra Justitiam baptizare hujusmodi paruulos invitis eorum Parentibus, & quod inde orirentur homicidia, & apostasiæ, qui est punctus sequentis quæstionis; quod autem paruuli parentibus orbati, baptizari queant,
22 nemo est, qui neget: † quinimo etiam si parentes habeant, qui tamen longissimè absint, licitum est Christianis in quorum manibus iidem paruuli, sive bello, sive furto, sive violentia, sublati, sive empti, vel casu inventi sunt illos res fidei docere, ac baptizare, ut bene per Azor. *tom.* 1. *Institut. Moralium lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 4. ubi rationem reddit, quia perinde est, ac si essent omni parentum auxilio destituti, quorum Deus curam demandavit iis, ad quos aliqua ratione pervenerit, Et quamvis Azor. neminem citet, hanc tamen eandem doctrinam tradidit Cajet. fidelis doctrinæ D. Thom. interpres *in* 3. *part. summ. quæst.* 68. *art.* 10. ubi ait sic se habere Ecclesiæ consuetudinem, et post *Catarinum, Sotum, & filios* firmat Suar. *in* 3. *part.* D. Thomæ *tom.* 3. *disput.* 25. *sect.* 3. *vers. secundo infertur*, ubi *de communi* testantur.

Quicquid igitur obstreperet Synagoga, quæ nullum jus habebat in duobus paruulis orphanis de quibus agebatur, non erat illis denegandum baptisma; cum sola parentum reclamatio difficultatem facere possit, quibus deficientibus cessat quoque omne impedimentum.

Et omni prorsus caret fundamento id, quod dicebatur expectandum saltem esse, ut ad usum perveniant rationis, & eligant an velint, vel nolint baptizari. Nam supposito, quod paruuli Infidelium orphani baptizari legitimè valeant, Saltem de licentia Principis, ut ex Sot. & Hurtad. contra Paludan. tradit Salern. *cons.* 47. §. 2. *num.* 14. erraret profectò, qui per tantum temporis spatium, eis baptismum differret;
ex doctrina D. Thomæ † *p.* 3. *q.* 68. *art.* 9. ubi habet, con- 23
veniens esse, pueros baptizari, ut à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ vitæ, firmius perseverent, secundum illud *Prover.* 22. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea*. Et inferiùs respondendo ad primum argumentum affert similitudinem pulcherrimam, & casui nostro aptissimam, nempe quod sicut pueri in materno utero constituti, non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur: Ita etiam Pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero Matris Ecclesiæ constituti, non per se ipsos, sed per actum Ecclesiæ, salutem suscipiunt; quin *& Conc. Trid. sess.* 7. *Can.* 13. *de baptis.* Eum anathematis damnat, qui dixerit paruulos esse baptizando, cum ad annos discretionis pervenerint; eo quod actum credendi non habeant: qua de re, vide etiam latè Suar. *in* 3. *par. tom.* 3. *disp.* 25. *sect.* 2. Unde frustra quæritur an rationis usus in hisce pueris Hebræis esset expectandus.

Quæ cum ita se habeant, ego nihilominus ad abundantiorem cautelam, & ut leonum ora pro tunc obstruerem decrevi dictis puerulis Tutorem dare, ut dixi in præcedenti
quæstione; quia † ad Tutores datos infantibus, paren- 24
tum officium & cura transit, & eorum consensus in eis baptizandis requiri potest ad tradita per Palud. 4. *d.* 4. *quæst.* 4. *art.* 3. Azor. *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 9. Suar. *d. disp.* 25. *sect.* 3. *ver.* 2. *infertur in fine* Ricciul. *cum relat. d. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 16. *& 17.*

Quoad postremum articulum de puero ætatis annorum octo, qui genitrice reluctante baptismum petebat; dicebatur rem omni carere difficultate, † eo quod puer iste nondum 25
ad annos discretionis perveniisset, & mater reclamaret; unde intrabat communis conclusio; quæ habet, paruulos infidelium usu rationis carentes, non posse invitis, vel reluctantibus parentibus, sine peccato, baptizari, quam opinionem firmavit D. Th. 3. *par. quæst.* 68. *art.* 10. aliisque locis, ut ibi per Cajet. idemque tenent ibi communiter omnes Thomistę, plurimas reddentes rationes Riccar. de Media Villa *in* 4. *d.* 6. *quæst.* 3. Azor. *attestans de com. dist.* 6. 8. *c.* 25. *q.* 3. Nald. *in sum. v. Baptismus num.* 4. Ang. *eod. ver.* §. 2. Sylu. *eodem v. Baptismus Enriq. in sum. lib.* 2. *cap.* 25. *latè* Bann. *in* 22. *quæst.* 10 *art.* 12. *latè & pulchre* Suar. *in* 3. *p.* D. Thom. *tom.* 3. *disput.* 25. *sect.* 3. & ex nostratibus gloss. *in cap. Iudæorum* 18. *q.* 1. Card. Floren. Soc. sen. Abb. *& cæteri in cap. sicut extra de Iudæis* ubi Felyn. *num.* 1. *testatur* de magis com. opin. Cald. *in cons.* 3. *titul. de Iud.* latè Paris. attestans itidem de magis com. opin. *in cons.* 2. *nu.* 38. *& num.* 41. *lib.* 4. sequitur Marquard. *in tract. de Iudæis par.* 3. *cap.* 2. *sub num.* 6. *vers. sed D. Abb.* latissimè Natt. *in consil.* 434. per totum *lib.* 2. Port. Imol. *cons.* 4. *num.* 34. Burs. *consil.* 152. *num.* 14. *iuncto num.* 70. ubi etiam de veriori, & magis communi. Ascan. *clementin. in tract. de Patria potest. effect.* 7. *num.* 6. ubi etiam de communi. Decian. *tom.* 1. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 14. *sub num.* 1. Scappa *de iure non scripto lib.* 2. *c.* 41. Læl. Zanch. *de Privil. Eccles. privil.* 142. *nu.* 10. & 13. Menchiac. *lib.* 1. *controv. illustr. cap.* 8. *num.* 12. Afflict. *decis.* 151. Cavalcan. *decis.* 22. *num.* 14. *part. Pasqual. de Viribus Patriæ potest. par.* 1. *capit.* 7. *num.* 3.

Quod † autem tunc dicantur pueri usum habere ratio- 26
nis, quando sunt doli capaces, & pubertati proximi, consuluit in terminis nostris. Natt. *d. cons.* 434. *num.* 15. *& seq. vol.* 2. ubi propria determinavit puellam Hebræam novem annorum, quæ optabat baptizari, non esse baptizandam invitis parentibus, quia † mulier tunc demum dicitur proxi- 27
ma pubertati, quando est ætatis annorum novem cum dimidio, masculus verò quando habet annum decimum cum dimidio, *ut ibi per eum* quem in puncto sequitur Burs. *in cons.* 231. *num.* 4. *& seq. lib.* 3. & Pasqual. *de Virib. patriæ potest. p.* 1. *c.* 7. *num.* 6. Si ergo Puella de qua loquitur Natta, & cui deficiebat duntaxat dimidium anni ad tempus proximum pubertati, non potuit baptizari, multo minus dicebatur potuisse hunc puerum, cui deerant anni tres, & dimidium ad pubertatis proximitatem.

Cæterùm his minimè obstantibus † censui Natta consu- 28
lentis alioquin celeberrimi sententia, non esse in judicando sequendam.

29 Nam † quicquid ſit, de ſupradicta ſententia D. Thom. ut pueri infidelium invitis parentibus baptizari nequeant, quæ tamen non tranſivit in judicatu, cum contrarium teneant (ſaltem quoties non eſt perſona privata is, qui illos baptizare intendit) Arch. Jo. And. præpoſ. & Card. *in cap. qui ſincera diſt.* 45. Henriq. Boich. *in d. capit. ſicut de Iudæis* Montan. *in tract. de reprob. ſent.* Pilati §. *vos inquam num.* 11. Afflict. *dec.* 151. *à num.* 4. Ferret. *conſ.* 76. *num.* 5. ubi de magis com. quos ſequitur Ceval. *tom.* 2. *com. contra com. quæſt.* 375. *à num.* 10. Reſtaur. *in tract. de Imperator quæſt.* 28. *num.* 4. Syntagm. *com. opin. tom.* 1. *tit.* 30. *rubr. de Iudæis cap.* 4. *verſ. Iudæorum filii, & ſeq.* ubi relatis contrariis hanc dicitur eſſe communem opinionem, ab eaque in judicando, & conſulendo non eſſe recedendum.

Et ex Theologis hanc defendunt Scotus *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 9. & ibi Tataret. Franc. *de Maior. in* 4. *diſt.* 6. *quæſt.* 2. *in fin.* Nicol. Orbel. *in* 4. *ſent. d.* 4. *quæſt.* 7. Gabr. *in* 4. *diſt.* 4. *q.* 2. *dub.* 5. Sum. Angel. *in v. baptiſmus q.* 6. *num.* 11. Nicol. de Nyſe. *ſuper quartum lib. ſent. tract.* 6. *part.* 3. *de baptiſmus quæſt.* 10.

Quorum aliqui validiſſimis rationibus defendunt hanc opinionem, qua re verſatis pia, & benigna eſt; ſed quia ego ſemper D. Thomæ Protectoris mei, veſtigia adoro, pro nunc non me ſubſcribo huic opinioni, quia ad caſum noſtrum determinandum id non eſt neceſſe.

Igitur admiſſa D. Thomæ ſententia, non tamen inde ſequitur haud poſſe expleto ſeptennio hos paruulos, invitis parentibus, baptizari.

30 Imò † idem D. Thomas in locis à Natta allegatis non obſcurè contrarium dicit, nempe *diſt.* 3. *part. q.* 68. *art.* 10. *in corpore*, & 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 11. *in corpore articuli*, hæc enim ſunt ejus formalia verba. *Unde contra Iuſtitiam naturalem eſſet, ſi puer antequam habeat uſum rationis, à cura parentum ſubtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur invitis parentibus; poſtquam autem incipit habere uſum liberi arbitrii, Iam incipit eſſe ſuus, & poteſt quantum ad ea, quæ ſunt iuris divini, vel naturalis, ſibi ipſi providere: & tunc eſt inducendus ad fidem non coactione, ſed perſuaſione*; Idemque habetur per Suarez *d. tom.* 3. *diſput.* 25. *ſect.* 3. *verſ. ſecundum dubium*. Eman. Sà *in ver. baptiſmus num.* 11. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 3. Reginald. *lib.* 27. *num.* 68. *ad fin.* Tolet. *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. Bonac. *qui de comm. teſtatur tom. de ſacram. diſt.* 2. *quæſt.* 2. *ſub num.* 9. *verſ.* 1. Azor. *tom.* 1. *Inſtitut. Moral. lib.* 8. *cap.* 25. *quæſt.* 11.

Non ergo requiritur aliquem eſſe proximum pubertati, ſed ſatis eſt ſi puer incipiat habere uſum rationis, & liberi
31 arbitrii † Communiter autem uſus rationis incipit ſeptennio completo, juxta eundem D. Thomam 4. *diſt.* 2. 7. *quæſt.* 2. *art.* 2. & ibi eum omnes ſequuntur, & poſt alios, quos refert, tradit Mandoſ. *de ætate minori cap.* 4. *num.* 2. Sanc. *de*
32 *Matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *num.* 2. † ubi propterea dicit, valere ſponſalia ſtatim completo ſeptennio *c. litteras, & c. acceſſit de ſponſ. impub.* quæ non valerent, ni poſſet, in illa ætate conſiderari voluntas, & liberum arbitrium. Qui videndus eſt etiam *ibi num.* 10. & in terminis noſtris idem tenet Emanuel. Sà *in Aphoriſm. confeſſ. verbo Baptiſmus num.* 11. cum aliis, quos refert, & ſequitur Bonacin. *tom. de ſacramentis quæſt.* 2. *punct.* 6. *ſub num.* 11. Ricciul. *cum relat. d. lib.* 2. *cap.* 33. *per tot.*

Et probatur *ex l. ſi infans* §. *ult. iuncta l. potuit C. de iure delib.* nam *in l. potuit* dicitur requiri voluntatem Pupilli, ut ei acquiratur hæreditas, *& in d.* §. *ult.* dicitur poſſe majorem ſeptemnio acquirere, ergo ſupponit jam habere liberum arbitrium. Rurſus probatur *in l. ſponſalib.* ibi *ſi modo id fieri ab utraque perſona intelligatur ideſt ſi non ſint minores, quam ſeptem annorum*, ergo ſupponit tunc habere uſum rationis, & intelligentiæ, ut benè advertit Sanch. *ubi ſupra*. Et Marſil. *loco citat.*

Inſuper in ſententia Nattæ, & ſequacium, ſi uſus rationis non niſi proximo pubertati accederet, ſequentur puerum antè dictum tempus non eſſe peccati capacem, quod in doli capace falſiſſimum eſt, &, ſic deciſum contrà Henrigum Regem Angliæ, tradunt Reginald. Polus, & Nicol. Sanderus *in hiſtoria Angliæ*.

Pueri itaque Infidelium majores ſeptennio ſi ipſimet conſenſum præſtent, baptizari poſſunt invitis parentibus, quia habent jus petendi, quod ipſis neceſſarium eſt ad ſalutem; cum ſint ſui juris in his, quæ pertinent ad bonum animæ, nec teneantur Patri obedire in iis, quæ Deo, & ipſis contraria ſunt, ut habeatur ex præfatis Doctoribus.

33 Et certè voluntati paruulorum ſeptennio majorum, ad fidem convolare cupientium, eo minus obſiſtere debemus, quo Salvator noſter præcepto cavit, ne venientes arceantur, dicens *Marc.* 10. 14. *Sinite paruulos venire ad me: ipſorum eſt enim Regnum Cælorum*; cur ergo invideamus paruulis ſalutem, quam Chriſtus offert, vel quid repellimus eos à vita, ad quam Auctor vitæ invitat? Ita in puncto, dicit Udalric. Zaſius *in libel. de Iudæis quæſt.* 2. cum ſubſcriptione quorumdam Theologorum maximæ auctoritatis, refert, & ſequitur Marquard. *de Iudæis par.* 3. *cap.* 2. *ſub num.* 6. quibus locis concludunt dictos paruulos non modo venientes non poſſe reiici inſtantibus parentibus, ſed & omninò ad illos recipiendos nos teneri. Unde dignoſci poteſt, quam graviter laberetur qui Nattæ conſultationem ſequendo, animas Chriſto eriperet, pro quibus Chriſtus prætioſum ſanguinem fudit.

Nec ſalvari poteſt, idem Natta ſub prætextu privilegii *Pauli Tertii*, quod ibi refert *ſub num.* 15. quo interdicitur, ne filii à Judæis auferantur, niſi duodecimum exceſſerint annum, & doli ſint capaces, quia præfatum Privilegium, (quod neque eſt *Pauli Tertii*, ſed *Iulii Tertii*) fuit dumtaxat conceſſum Hebræis degentibus in nonnullis locis ſtatus Eccleſiaſtici, & in caſu violentiæ, neque dicit id, ad quod allegatur à Natta, ſed ejus verba relata à Naldo *in ſumma v. Baptiſmus in fin.* ſunt ſequentia.

Et † *inſuper Epiſcopis, eorumque Vicariis, & Officialibus, & quibuſvis aliis perſonis tàm Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus dictarum Provinciarum, Civitatum, & locorum, ſub ſuſpenſionis à divinis, ac mille ducatorum auri ipſo facto per quemlibet ipſorum contrafacientium incurrendis, & præfatæ Cameræ applicandis pœnis, expreſsè inhibemus, ne filios veſtros, tàm mares, quam fœminas vobis invitis, violenter auferre, ſeu ſubtrahere, nec præter formam ſacrorum Canonum quomodolibet baptizare debeant, vel præſumant*, ubi ponderanda ſunt illa verba (*violenter auferre*) quæ nec Nattæ caſui, nec noſtro applicantur, & alia verba (*præterformam ſacrorum Canonum*,) quæ important ante ſeptemnium, & ſic; in infantili ætate, ut ſupra ſatis ſuperque deductum fuit. Unde mirum eſt, quod Natta dicat d. privilegium loqui de ætate duodecim annorum. Ejuſdemque farinæ credendum eſt fuiſſe diploma Martini V. relatum à Burſatto *dict. conſ.* 231. præſertim cum illud non reperiatur, nec ulla de illo potuerit haberi notitia, unde nec illius prætextu erat à juris regulis recedendum. Neque obſtat alia ratio Nattæ *à numer.* 8. in qua maximum facit fundamentum, † nempe non ſufficere ad baptiſmum, quod in recipiente 35
non ſit obiectus contrariæ voluntatis, ſed requiri voluntatem directam, vel interprætativam: directam autem non reperiri in eo, qui non eſt proximus pubertati; interprætativam non adeſſe in eo, in quo Parentes, nec expreſsè, nec tacitè conſentiunt: nec ſufficere patrinorum voluntatem, qui abſque mandato parentum infantis conſentire nequeunt.

Falſum eſt enim, majores ſeptemnio, & pubertati non proximos carere directa voluntate, ut deduximus ſupra *num.* 31. *& ſequent.*

Falſum item eſt non ſufficere fidem offerentium, ſeu Patrinorum, abſque conſenſu vel mandato parentum, quia ut inquit, Diuus Antoninus *in* 3. *p. ſuæ ſumm. tit.* 14. *cap.* 13. iſta gloſſa non reperitur in jure, & contrarium probatur *in cap. paruuli de conſecr. diſtinct.* 4. ubi dicitur indiſtinctè paruulis ſufficere fidem offerentium, nulla facta mentione de fide parentum, & ita etiam ex Noſtratibus firmant Anchar. *in conſ.* 196. *& alii*, quos refert, & ſequitur Afflict. *deciſ.* 151. *num.* 5. *& 6.*

Præterea ſi ratio Nattæ vera eſſet, ſequeretur, ut ſi de fa- 36
cto iſti paruuli baptizarentur, non imprimeretur character, & baptiſmus eſſet nullus, cum tamen contrarium ſit verùm, ex quo etiam in paruulis ratione carentibus interveniunt omnia ad baptiſmum neceſſaria, nempe materia, forma, & intentio miniſtri, in qua intentione adeſt voluntas matris Eccleſiæ, quæ ſufficit, ideoque baptiſmus tenet ad tex. *in cap. Iudæorum 28. quæſt.* 1. *& c.* 2. *de converſ. infidel.* & ita tenuerunt ex Theologis Cajet. *in* 3. *par. quæſt.* 68. *art.* 10. Sylveſt. *in verb. Baptiſmus* 7. *quæſt.* 11. *d.* Antoninus *part.* 3. *tit.* 13. *cap.* 22. & eſt etiam ex mente D. Thomæ, ut benè deducit Azorius *tom.* 1 *inſtitu. Moral. lib.* 8. *cap.* 25. *quæſt.* 8. Nald. *in vero Baptiſmus num.* 4. & ex Noſtratibus Afflict. latè *dicta deciſ.* 151. per totam Ferret. *conſ.* 76. *numer.* 6. Ceval. *in ſpecul. comm. contra comm. quæſt.* 735. *num.* 21. *& ſequenti Paſchalis de Viribus Patriæ poteſt. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 11.

Imò

Imò quod sufficiat voluntas Christi, & Ecclesiæ ex D. Augustini, & D. Thom. probat Francis. Salern. *cons.* 14. §. 1. per *tot. Ciarlin.* me citato *controvers.* 199. *num.* 12.

Sicut nec facessit negocium alia ratio à Natta considerata de Patria potestate, sub qua reperiuntur hujusmodi paruuli Hebræorum: quamvis enim, & nos sequamur una
37 cum Natta opinionem illam, quæ habet, † etiam Judæos habere filios suos in potestate glos. *in cap. Iudæorum* 28. *quæst.* 1. (quæ propterea dixit filios Judæorum eximi per Baptismum à Patria potestate) Bald. Alberic. & Cyn. *in leg. item in potestate ff. de his, qui sunt sui vel alt. iuris*. Canonistæ omnes *in capitul. de convers. infidel.* Alexand. *cons.* 71. *numer.* 2. *vers. Nam etiam Iudæi libr.* 2. *& consil.* 99. *numer.* 4. *lib.* 2. ubi addentes testantur de communi, *& consil.* 13. *numer.* 9. *lib.* 7. *idem* Natta *cons.* 620. *numer.* 8. *in fine volum.* 3. Tiraquel. *de iure primogen. quæst.* 66. *numer.* 2. Paris *cons.* 2. *numer.* 9. *lib.* 4. & de mag. comm. opin. *testatur* Socc. *consil.* 62. *numer.* 12. *lib.* 1. Roland. *consil.* 35. *numer.* 27. *& seqq. lib.* 2. Ursil. *in addit. ad* afflict. *decis.* 151. *in princ.* Bursat. *cons.* 121. *num.* 6. *libro* 1. Vivi. *opin.* 392. *numer.* 1. ubi contrarium tenentes reprobat Syntagm. *comm. opin. tom.* 1. *lib.* 30. *titul. de Iudæis cas.* 4. *numer.* 1. 2. *&* 5. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 944. *numer.* 24. Navarr. *cons.* 4. *de convers. infidel. num.* 1. *part.* 1. *Clementin. de Patr. potest. effect.* 7. *num.* 6.

38 Negamus tamen Patriam potestatem operari, ut filius sine patris consensu baptizari nequeat; si enim hoc verùm esset, plurima sequerentur absurda, quorum primum esset contra ipsum Nattam seu potius contra D. Thomam, *& sequaces*, nempe matrem, quæ procul dubio non habet filios in potestate; carere jure reclamandi, & se opponendi ne filius etiam minor infante baptizetur, quod tamen in sententia D. Thomæ, quem Natta sequitur, non est veritati consentaneum.

Secundò sequeretur, filium invito patre Hebræo, non posse baptizari etiam in ætate adulta; Patet evidenter, quia Patria potestas non expirat pubertate filiorum, ut notum est lypis, & tonsoribus, consequens est falsum, ex doctrina tam *Thomistarum*, quam *Schotistarum*, *nec non Canonistarum*, ut dixi supra *num.* 21. *& num.* 25. 27. 28. 30. *& seqq.* ergo, & antecedens.

Tertiò sequeretur, ut si mater velit filium baptizari, & pater renuat, non esset baptizandus, ne Patriæ potestati
39 fieret injuria, † & tamen certum est, matrem non modo quoties convertitur ad fidem, petere posse communem sobolem baptizari, etiam marito, & patre respectivè invito, & tunc baptismum non esse denegandum tex. *in cap. ex litteris, & ibi* Abb. *de convers. infidel. & in cap. Iudæi* 28. *quæst.* 1. Azor. *instit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 25. *q.* 3. *in fin.* Marquard. *in tract. de Iudæi p.* 3. *c.* 2. *nu.* 10. Bonac. *tom. de sacram. disp.* 2. *qu.* 2. *punct.* 6. *sub nu.* 11. *vers.* 3. *baptizandum* Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p.* D. Thom. *disp.* 25. *sect.* 3. *sub ver. duo superfunt* Barbat. *cons.* 57. *vol.* 3. Ursil. ad Afflict. *decis.* 151. *num.* 7. *latius* Pasqual. *de virib. patr. potest. p.* 1. *c.* 7. *num.* 10. *& seq.* Salern. *d. cons.* 14. §. 2. *num.* 15. Sed etiam si tàm pater, quàm ipsa mater in infidelitate remaneat: adhuc enim alterutro parente, & altero invito infans baptizari potest, ut per Suar. *ubi supr.* & post alios quos congerit, tradit Bonac. *ubi sup. vers. respondeo* qui rationem reddunt, quia cum actus iste cedat in favorem Religionis, & salutem infantis, maximè favorabilis est, & consequenter consensus unius præferendus est dissensui alterius. Quod per easdem rationes puto omninò verum, etiam si Auus paternus instaret infantum baptizari, cujus mater renueret, quicquid in contrarium consuluerit Navar. *cons.* 4. *tit. de convers. infidel. p.* 1. *c.* 3. qui tamen in calce consilii fatetur contra se judicatum fuisse.

Non igitur opinio D. Thomæ, quod pueri infantes infidelium, invitis parentibus baptizari nequeant, provenit
40 † ex Patria potestate, quæ in spiritualibus non consideratur *cap. fin. de iudic. in* 6. Decius *in reg. nuptias ff. de reg. iur.* & in terminis nostris tradunt Ursil. ad afflict. *decis.* 151. *num.* 12. plenè Barb. *cons.* 57. *per tot. lib.* 3. quem refert, & sequitur Pascal. *de Virib. Patriæ potest. p.* 1. *cap.* 7. *nu.* 10. Azor. *d. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 25. *qu.* 3. ubi quod quando de communi fidei bono agitur, nulla habetur ratio Patriæ potestatis, & est de mente D. Thom. *in* 3. *part. quæst.* 68. *art.* 10. *omniumque Theologorum.* Salern. *d.* §. 2. *num.* 20. Sed potiùs dicta opinio fundatur in quodam jure, quod parentes habens in filios à natura, seu de jure Naturæ, ut eos instruant, & dirigant, dum propria voluntate regi non possunt. Undè quotiescumque hujusmodi ratio cessare potest cessat etiam prohibitio baptizandi filios invitis parentibus, ut suprà latè deduxi.

Quinimò ubi prefata ratio nondum etiam absolutè cessavit, si tamen est de proximo cessatura, v. gr. si infans in 41
articulo mortis reperitur, potest invitis parentibus baptizari, modo absit scandalum, quia nulla injuria eis infertur, cum brevi filium sint amissuri D. Antoninus *in* 2. *quæst. summ. tit.* 12. *c.* 2. §. *quarto pueri Iudæorum, & in* 4. *sent. tom.* 1. *dist.* 5. *quæst.* 15. *art.* 10. *in fin.* §. *Septimum autem* Azor. *d. lib.* 8. *c.* 25. *qu.* 10. Suar. *d. q.* 25. *sect.* 5. §. *ex his autem Nugn. in* 3. *p. d.* Rom. *quæst.* 66. *art.* 10. Pascal. *de Virib. patr. potest. p.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 11. Salern. *ubi sup. d.* §. 2. *num.* 18. Ciarlin. *me citat. d. controv.* 199. *num.* 13.

Denique † non merebatur allegari sententia, quam 42
Bursa. *d. cons.* 231. *sub num.* 6. *lib.* 3. inquit, latam fuisse Genue anno 1539. à delegatis Apostolicis, & in cujus executione puer septemnis invitis parentibus, baptizatus, eisdem restitutus fuit, donec ætatem annorum duodecim compleret, præstita per ipsos fideiussione de illo tunc Episcopo præsentando, & de non subornando, vel eum à Christiana Religione retrahendo. Quia præterquam quod sententiæ Judicum, quibus Princeps ad partium preces, causas provt juris dirimendas committit, nullam in cæteris tribunalibus sibi vendicant auctoritatem; hæc de qua loquimur, contra jus, falsque lata dignoscitur: cum in sacro Toletano Concilio, relato in *cap. Iudæorum* 28. *quæst.* 1. differtis verbis totum oppositum cautum fuerit? nimirum Iudæorum filios sacro baptismate ablutos, ne parentum ultra involuantur erroribus, ab eorum consortio separandos esse; idemque in *cap. seq.* decernitur ea ratione, quia *sæpè malorum consortia, etiam bonos corrumpunt; quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt?* Nec video quo spiritu ducti Iudices illi, in fidei ac Religionis contemptum, puerum illum tàm manifesto exposuerint apostatandi periculo. Et quorsum quæso illa ad tempus parentibus facta restitutio, illa per eos data fideiussi? cum ipse major effectus, etiam nolens, ratione characteris indelebiliter impressi (*ut dixi supra numer.* 36.) fuisset ad fidem servandam compellendus, tex. est infortioribus terminis, nempe in baptizatis per vim conditionalem in *capitul. de Iudæis* 45. *distinction.* & ex sententia D. Thomæ D. Antonini, *& aliorum* firmat Afflict. *decisio* 151. *numer.* 7. *& seqq.* & Leo. *in Thesaur. Fori Ecclesiast. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 8. ubi reportat resolutionem *S. Congreg. Eminentissimorum Cardinalium S. Conc. Trid. interpretum* directè cum dicta sententia à Bursatto allata pugnantem. Et quamvis Bursatt. fundetur etiam auctoritate Calder. *in consil.* 3. *de Iudæis*, quem sequitur Anania *in capit. sicut numer.* 5. *&* 6. *de Iude*. Ubi de verbo ad verbum dictum transcripsit, & ibi Filin. *in princ.* & nemine citato idem tenuit Tolet. *in sum. lib.* 2. *capit.* 21. *numer.* 2. Nihilominus *dict. cons. Calder.* communiter reprobatur, & signatur ab Afflict. *decis.* 151. *num.* 10. *&* 12. *vers.* Nec est verum, Paris. *cons.* 2. *num.* 40. *lib.* 4. Marguard. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 2. *sub numer.* 6. qui omnes testantur contrarium practicari, provt etiam Ricciul. *de Iur. Personar. d. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 4. qui addit opinionem Calder. & sequentium ante annũ 1587. in Curia Romana judicatam fuisse erroneam, & falsam. Et ex his censui, cum binos orphanos invita Synagoga, tùm alium puerum octennem, sacram ablutionem invita genitrice, petentem, jure potuisse, & debuisse baptizari: provt cum effectu baptizati sunt; eorumque alterum de meo nomine Alexandrum dixi ad laudem Sanctissimæ, & individuæ Triadis, cui soli honor, & gloria. In Congregatione Sac. Conc. Trid. habita die.... Iulii 1639. cum in facti contingentia consilium. Nattæ adduceret clar. mem. D. Cardinali Bentivolus, unus ex Patribus attulit hanc meam decisionem, & secundùm illam resolutum fuisse mihi retulit. Rursus cum de Anno 1644. ageretur, an Puer annorum septem in circa Baptismum perens invitis, & acriter reclamantibus Parentibus esset baptizandus, Sac. Cong. Sanctissimæ Inquisitionis remansit arbitrio Vicarii, re priùs maturè discussa, & sic contra Nattæ consilium, & adducebatur pariter hæc mea decisio, ut per Ciarlin. *d. Anton.* 199. *nu.* 23. ubi epistolam Sac. Congregationis registravit; & ad hanc decisionem vide aliqua apud Farinac. *in fragment. litt. f. num.* 621. *& deinceps*, & Dian. par. 1. resol. moral. tract. 15. resol. 45.

ARGUMENTUM.

Equites Sancti Iacobi de Spata, Alcantaræ, Calatravæ, & similes an sint verè, & propriè Religiosi, & an gaudeant privilegio fori, & Canonis, & Gabellarum, & quid in Equitibus Christi, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & Militiæ Christianæ.

Religio cum voto continentiæ conjugalis, an possit institui.

Vota Religiosa qualia esse debeant.

Privilegia Regularibus concessa, an indigeant publicatione, & receptione.

SUMMARIUM.

1 *Christiani in duas classes dividuntur in Ecclesiasticos, & Laicos.*

2 *Equites Sancti Iacobi, & similes magis accedunt Laicis, quàm Ecclesiasticis.*
Contrarium est verius num. 59.

3 *Mixtum tribuitur simplici, ubi magis incalescit.*

4 *Matrimonium ex diametro Religioni opponitur.*

5 *Continentiæ perpetuæ votum, ad statum Religionis requiritur.*
Imò sufficit continentia coniugalis num. 61. cum pluribus seqq.

6 *Qualitas adiuncta enti illud qualificat, & in diversa specie reponit.*

7 *Paupertas voluntaria requiritur ad statum Religionis.*

8 *Religiosus quicquid acquirit, acquirit Monasterio.*

9 *Equites Sancti Iacobi, & similes vovent limitatam paupertatem, & retinent proprium.*
Sed de licentia Superioris, & quotannis se ex propriant num. 75.

10 *Obedientiæ votum requiritur ad statum Religionis.*

11 *Obedientiæ votum exigit omnimodam propriæ voluntatis subiectionem.*
Intellige ut num. 79.

12 *Vir sui corporis potestatem non habet, sed uxor.*

13 *Vir sollicitus est, quæ sunt Mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.*

14 *Vir etiam per superioris præceptum non potest ab uxore separari.*

15 *Equites Sancti Iacobi, & similes habent Superiorem Laicum.*
Contrarium est verius num. 84.

16 *Equites Sancti Iacobi succedunt in feudis, in quibus Religiosi non succedunt, & nu. 85.*

17 *Papa non potest facere, ut Religiosus non sit adstrictus tribus votis substantialibus, dum remanet Religiosus.*

18 *Forma sublata, actus corruit.*

19 *Religiones secundum quid sunt illi modi vivendi, secundùm quos homines matrimonio utuntur.*
Intellige tamen, ut num 92.

20 *Tale non dicitur, quod est tale secundùm quid, & non simpliciter.*

21 *Secundùm quid idem est, ac nomine tenus.*

22 *Tertiarii non sunt Religiosi.*
Et quare num. 95.

23 *Milites gaudentes non sunt Religiosi nec personæ Ecclesiasticæ.*
Et quare num 95.

24 *Hospitalarii, & templarii non sunt personæ Ecclesiasticæ, nisi largo modo.*
Et quare num. 95.

25 *Equites militiarum sæcularium non sunt personæ Ecclesiasticæ.*

26 *Equites Sancti Iacobi Alcantaræ Calatravæ, & c. non sunt verè, & propriè Religiosi.*
Contrarium est verius num. 58.

27 *Equites Sancti Iacobi, & cap. non sunt Religiosi propriè, nec impropriè.*
Contrarium est verius num. 58. & 98.

28 *Equites Sancti Iacobi, & cap non sunt personæ Ecclesiasticæ.*
Contrarium est verius num 99.

29 *In Religionibus Militaribus est potiùs apparentię in habitu, quam existentia in effectu.*

30 *Equites Sancti Iacobi, & capit. non gaudent privilegio Fori.*
Contrarium est verius num. 97.

31 *Sancti Iacobi de Spata Regula ab Alexandro III. confirmata, hodie est immutata, & collapsa.*
Contrarium est verius num. 106.

32 *Privilegiis abutens, illis carere debet, ac renunciasse videtur.*
Requiritur tamen declaratoria num. 108.

33 *Privilegii abusus est non servare Regulas à concedente præscriptas.*

34 *Privilegii causa cessante, cessat & privilegium.*

35 *Privilegiorum innovatio, novum ius non tribuit, sed antiquum conservat quatenus adsit.*

36 *Milites ociosi non gaudent privilegiis militaribus.*

37 *Beneplacitum importat arbitrium boni viri.*
Beneplacitum autem Sedis Apostolicæ numquam expirat nisi revocetur. num. 109.

38 *Constitutio, vel lex non publicata, non tenet.*
Fallit, si habet clausulam decreti irritantis num. 100.

39 *Privilegium concessum censetur in præjudicium concedentis, non autem in præjudicium tertii.*

40 *Privilegium ita interpretatur, ne jus tertii lædat.*

41 *Papa non potest eximere Laicos à iurisdictione sui Principis.*
Declara, ut num. 111. & seqq.

42 *Equites Religionum exterarum in Hispania non gaudent immunitate.*
De ratione vide num. 114.

43 *Constitutio vel lex nisi probetur usu recepta, non ligat.*

44 *Religio instituti potest ad opera vitæ activæ, & ad militandum pro Christo.*

45 *Religio Sancti Iacobi de Spata approbata, & confirmata fuit à Sede Apostolica.*

46 *Equites Sancti Iacobi, sub qua forma profitcantur.*

47 *Religiosus verè est, qui emittit tria vota, in approbata Religione.*

48 *Equites Sancti Iacobi profitentur sub Regula Canonicorum Regularium Sancti Augustini, Equites Calatravæ, & Alcantaræ, sunt Ordinis Cisterciensis.*

49 *Religiosum vocari in Bullis Pontificum idem est, ac si quis vocaretur talis in Textu, vel Canone.*

50 *Equites Sancti Iacobi ad sæculum, vel ad alium Ordinem transiens sine Magni Magistri licentia, efficitur apostata.*

51 *Apostata non est, qui veram Religionem non deserit.*

52 *Equites S. Iacobi, & cap. non profitentur ante annum decimumsextum, nec nisi expleto anno noviciatus.*

53 *Equites Sancti Iacobi, & cap. visitantur à suis superioribus.*

54 *Magnus Magister militiæ Sancti Iacobi assumitur per Canonicam electionem.*

55 *Equitum Sancti Iacobi fornicatio est sacrilega, & eorum copula mutat speciem.*

56 *Equites Ordinum militarium, uti veri Religiosi, excipiuntur in Bulla de Munerum largitione.*

57 *Exceptio debet esse de Regula.*

58 *Equites S. Iacobi sunt verè, & propriè Religiosi, & opinio contraria erronea.*

59 *Equites S. Iacobi magis accedunt Ecclesiasticis, quam Laicis.*

60 *Vota religiosa sunt media ordinata ad perfectionem charitatis.*

61 *Vota religiosa profiteri secundum totum suum rigorem non est necesse, ut Religio sit propriè Religio.*

62 *In Castitate, Paupertate, & Obedientia datur latitudo, & una Religio est laxior altera Castitas quid sit.*

63 *Castitas habet tres gradus Virginitatis, cælibatus, & continentiæ coniugalis.*

64 *Castitas coniugalis est verè castitas.*

65 *Religio cum Castitate conjugali compatitur.*

66 *Voti castitatis commutatio in continentiam coniugalem, non mutat Regulæ substantiam.*

67 Diuus Thomas secunda, secundæ, quæst. 68. art. 8. *declaratur.*

68 *Vota religiosa adhærere possunt Religioni etiam limitata, & modificata.*

69 *Peculium quo casu Religiosus habere possit.*

70 *Castitatis votum in equitibus S. Iacobi, & similibus, modificatum est, non sublatum.*

71 *Equitibus Sancti Iacobi, & similibus quare concedantur uxores.*

72 *Religioni institutæ pro vita contemplativa coniugium præ-*

stat

stat impedimentum non autem institutæ pro vita activa.

73 *Religiosi, an reddantur incapaces dominii de jure divino, an verò solo jure humano, cui Papa ex causa dispenset.*

74 *Religioso prohibita est testamenti factio, & proprietas iure humano, cui Papa ex causa dispensat.*

75 *Equites Sancti Iacobi, & c. possident bona de licentia superioris, & quotannis se expropriant.*

76 *Equites Sancti Iacobi, & cap. testantur ex Apostolico indulto.*

77 *Societatis Iesu studentes habent proprium, sed sunt viri Religiosi.*

78 *Renunciatio propriorum in præparatione animi, est medium ad perfectionem.*

79 *Votum obedientiæ, quid in se contineat.*

80 *Equites Sancti Iacobi, & cap. vovent obedientiam valdè rigidam.*

81 *Religiosorum ordinum Obedientia non est æqualis.*

82 *Equites S. Iacobi, & c. nubunt secundum Regulam, & ex uxoris consensu obediunt Magno Magistro.*

83 *Regularis effectus Parochus promittit obedientiam ordinario in respicientibus curam, & Sacramentorum administrationem.*

84 *Equitibus S. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & c. præest Rex Catholicus uti Religiosus, & Magnus Magister eorundem, Ordinum.*

85 *Equites S. Iacobi, ac etiam Hierosolymitani succedunt in feudis.*

86 C. cum ad Monasterium extr. de stat. Monach. *declaratur*, & num. seqq. Mota lib. 2. c. 2. §. 7. *reprobatur.*

87 *Pontifex absoluere potest Religiosum à votis ex justa causa*, & num. seq.

88 Navar. cons. 13. num 7. de Regul. *præhenditur. Constantia Monialis dispensatur à Papa, ut nubat Imperatori Arrigo.*

89 *Solemnitas voti in Religione requisiti est de jure positivo, ideo à Papa determinari, & minui potest, & num. seqq.*

90 *Cælibatus, an semper fuerit Monachali Regulæ annexus.*

91 *Religionum instituta confirmare ad S. Pontificem spectat.*

92 Diuus Thomas secunda secundæ, art. 4. quæst. 86. ad 3. *declaratur.*

93 *Milites, & Tertiarii tria vota non emittentes, sunt Religiosi secundum quid.*

94 Rodriq qq. Regul. tom. 1. q. 1. art. 6. Mastril. d. 290. nu. 71. & Miran. Manual. Prælatorum q. 10. art 4. concl. 33. *reiiciuntur.*

95 *Tertiarii, Miites gaudentes, & similes, non viuunt in Religione approbata.*

96 *Religio quando à Sede Apostolica approbata dicatur.*

97 *Equites S. Iacobi, & c. gaudent privilegio fori.* Cap 1. de verb. signif. in sexto, *germanus intellectus traditur.*

98 *Equites S. Iacobi etiam si essent Religiosi secundum quid uti simpliciter personæ Ecclesiasticæ, gaudent privilegio fori, & Canonis.*

99 *Equites S. Iacobi, & c. sunt personæ Ecclesiasticæ.*

100 *Beneficium Ecclesiasticum quid sit.*

101 *Commendæ equitem S. Iacobi, & c. an sint beneficia Ecclesiastica.*

102 *Privilegio* Canonis si quis suadente 17. q. 4. *gaudentes, gaudent etiam privilegio Fori.*

103 *Equites S. Iacobi, & c. gaudent privilegio Canonis.*

104 *Ecclesiastica persona est addicta perpetuò alicui ordini.*

105 *Exemptio a iurisdictione Principis Laici quibus modis acquiratur.*

106 *Exemptionis privilegio an Equites S. Iacobi ubi valeant.*

107 *Religiosus ubicunque de licentia superioris maneat, censetur in claustro residere.*

108 *Religio collapsa, Religio est, donec contrarium à Papa declaretur.*

109 *Privilegium concessum ad beneplacitum alicuius, ejus morte extinguitur, concessum verò ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, est perpetuum.*

110 *Privilegia, an & quando ad eorum validitatem indigeant publicatione.*

111 *Papa an directè eximat Laicum à sui Principis potestate, & num. seq.*

112 *Papa ratione ordinis, vel Religionis eximit Laicum à Principis potestate.*

113 *Laicus eximit se à Principis iurisdictione mancipando se Regulis approbatis.*

114 Bobadili polit. lib. 2. c. 19. n. 19. *declaratur.*

115 *Privilegium, an & quando liget statim ignorantes.*

116 *Privilegii non usum alleganti, incumbit onus probandi.*

117 *Equites S. Iacobi, & c. non possunt non sui Iudicis iurisdictionem prorogare.*

118 *Privilegio cum clausula Decreti irritantis, an & quando possit de partium consensu irritari.*

119 *Equites Calatravæ, & Alcantaræ sunt Religiosi, & gaudent privilegio fori, & Canonis.*

120 *Equites Iesu Christi, Sancti Stephani, S. Lazari, & Militiæ Christianæ sunt Ecclesiasticæ personæ, & gaudent privilegio Fori.*

121 *Equites S. Iacobi, & c. trahens, vel trahi faciens ad tribunalia Laica incidit in Bullam Cœnæ Domini.*

122 *Equites S. Iacobi, & cap. an ad sæcularia officia sint promovendi.*

123 *Equites S. Iacobi, & c. an possint confiteri cum Sacerdote non approbato.*

124 *Equites S. Iacobi, & c. collectari non possunt.*

125 *Equites S. Iacobi, & c. an in civilibus conveniri possint coram judice Laico, & quid in Clericis conjugatis. ibidem.*

126 *Clerici non judicantur à Laico, quacunque consuetudine non obstante, & quare Clerici à Laicorum jurisdictione de jure divino sint exempti.*

127 *Equites S. Iacobi, an conveniri possint coram judice Laico, si adest consuetudo, vel præscriptio*, & n. seqq.

128 *Possessio non acquiritur ex actibus nullis.*

129 *Decretum irritans annullat actum ipso jure, & alia operatur.*

130 *Equites novitii an gaudeant privilegio Fori, Canonis, & Gabellarum.*

131 *Equites S. Iacobi, & c. occidens Clericum, an & quomodo amittat cingulum militiæ, & privilegium Fori.*

132 *Equites Sancti Iacobi delinquens in officio Laicali à quo puniatur.*

133 *Religionem vovens, an satisfaciat assumendo habitum Religionis militaris.*

134 *Equites, an accedere possint ad Monasteria Monialium.*

135 *Epistola Philippi Tertii, ad Neapolitanum Archiepiscopum.*

DECISIO II.

D. Nicolaus de Aste eques professus Sancti Jacobi de Spata, pulsatus coram Judice Laico à D. Nicolao Spinula pro prætenso credito scutorum quinque millium auri; forum declinavit, & instetit per me tunc Vicarium Genuensem, & Illustrissimorum Ordinum Hispaniæ Conservatorem, inhiberi, & declarari ipsum uti Religiosum, ac personam Ecclesiasticam, fori privilegio potiri. Cum autem Articulus esset exemplaris, ac ideo non leve haberet momentum, in quo etiam Serenissima Respublica pro suo interesse audiri petebat, illum non sine magna librorum Diplomatumque dicti Ordinis revolutione expediendum duxi; concessa interim inhibitione petita. Et quidem super hujusmodi quæstiones acris jamdudum fuit altercatio insignes Doctores Franciscum Sarmientum Sacræ Rotæ Auditorem, & Martinum Navarrum *in eorum tract. & Apologiis de reddit. Ecclesiast.* quam etiam latè examinavit Greg. Lopez *in l. 1. tit. 7. parti d. primera super glos.* 1. ubi nolens illam determinare, Lectores reiicit ad ordinum Militarium Bullas, & Constitutiones provt etiam Vasq. Menchiac. *lib. 3. controv. illustr. cap. 105. à num. 44.* ad partes instituit, & indecisam reliquit, sub prætextu, quod insignes controversiæ, sub eo Præside tunc penderent, & inter recentiores latè ad partes disseruit Bobadill. *in sua Polit. lib. 2. cap. 19.* Latius Mastrill. *in decis. 290.* & demum tractatum integrum super hujusmodi materia publicavit Didacus *de la Motta* Canonicus Regularis ejusdem Militiæ S. Jacobi, & tamen adhuc locus controversiis remansit. Unde pro faciliori causæ expeditione, advertendum est, quod hac in re difficultatis Cardo in eo versatur, An scilicet privilegium Fori ab Equite Nicolao prætensum, competat dictis Equitibus de jure communi, uti veris Religiosis an verò duntaxat ex privilegio, & quatenus ex Privilegio, an illud Principibus Laicis præjudicet, & huc fermè conversa utriusque partis jacula tendunt.

Videbatur itaque dictis equitibus de jure communi nullatenus fori privilegium competere, Primo quidem,

1 † quia duo ſunt genera Chriſtianorum, unum quod eſt mancipatum Divino officio, & deditum contemplationi, & orationi, cui ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare convenit, ut ſunt Clerici, & Deo devoti nempe converſi. Alterum autem ſæcularium tex. *in c. duo ſunt genera 12. quæſt. 1.*

2 Equites † verò præfati non ſunt Clerici, quia carent ordinibus, nec plenè converſi, ut requirit ille contextus, cum non ſint dediti orationi, & contemplationi, ſed implicentur negotiis ſæcularibus magis, quam Eccleſiaſticis, ducant uxores, filios nutriant, & vivant in propriis domibus, non degant in clauſtris, non ſint addicti Eccleſiæ, non exerceant functiones Eccleſiaſticas, aut Clericales, neque aliis Religioſorum, aut Clericorum propriis officiis operam navent; ſed imò in armis verſentur, in aulis Principum frequentes ſine ullo diſcrimine, non ſecus ac cæteri Laici cernantur; Unde in eis cithara cum Pſalterio, ideſt vita activa, cum contemplativa malè concordat, ut dicit text. *in cap. diverſis fallaciis de Cleric. conjug.* Cum itaque accedant potiùs ad ſtatum laicalem, quam ad Eccleſiaſticum, conſideran-
3 dus eſt in eis ſtatus, in quo magis incaleſcunt. † Mixtura enim attribuitur ſimplici, ubi magis incaleſcit *l. quæritur ff. de ſtatu homin. cap. ſi teſtes §. hermaphroditus 4. quæſt. 3.* Barbatia *in cap. inquirendum de pecul. Cleric.* & propter hanc rationem Milites Gaudentes non potiri privilegio fori, concludebat Abb *in cap. 2. num. 11. extr. de foro compet.* & Barbat. *loco ſupracitato*; ut mirum non ſit, ſi equites Sancti Jacobi de Spata, nuncupati fuerint Laici uxorati à Jo. Andr. *in c. veniens de verb. ſignif. in 6.*

Secundò, quia dicti Equites promittunt duntaxat caſtitatem conjugalem, ad quem lege Naturæ omnes homines obli-
4 gantur, quamvis non ex voto, † Matrimonium enim ex diametro Religioni opponitur, retrahitque animum ne totaliter feratur in Dei ſervitium: tùm propter delectationis vehementiam, tùm etiam propter ſollicitudinem, quam ingerit homini de gubernatione uxoris, filiorum, rerumque temporalium, ut diſſertè docet Diuus Thomas *ſecun-*
5 *da, ſecundæ quæſt. 86. artic. 4. in corpore*, Ubi † propterea firmat ad ſtatum Religionis requiri votum perpetuæ continentiæ, de quo eſt tex. *in cap. cum ad Monaſterium extra de ſtatu Monachorum*, & tradit Cardin. Seraphin. *deciſ. 121. num. 7.*

Cum itaque caſtitatis votum requiratur ſimpliciter, ſi addatur ei qualitas Matrimonii, voveaturque caſtitas conjugalis, utique transfunditur in aliam vitam, nec remanet
6 amplius caſtitas ſimpliciter, ſed ſecundum quid, † qualitas adiuncta enti, illud qualificat, & in diverſam ſpeciem reponit, ita ut non dicatur amplius tale Bart. *in l. ſi quis poſthumum §. filium in fin.* ubi Jaſ. *num. 51. ff. de liber. & poſthum.* Marſil. *ſing. 520.* Gomeſ. *in §. in perſonam num. 16. Inſtit. de act.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 29. num. 12. & tit. 5. quæſt. 4. num. 21.* Bero. *conſ. 129. num. 12. vol. 1.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. 11. num. 13.*

7 Tertiò, quia † ad ſtatum Religionis requiritur voluntaria paupertas, ita ut quis ſine proprio vivat, & ad hoc ſe voto adſtringat, ut per eundem D. Thomam *d. quæſt. 86. art. 3. in corpore, junctо art. 6. in corp.* & eſt text. *in d. cap. ad Monaſterium extra de ſtatu Monach. & c. ſcimus 12. quæſt. 1. & in cap. Monach. extra de ſtatu Monach.* ubi gloſſ. notat adeò eos non poſſe habere proprium, ut ſi quis fieret Monachus cum conditione habendi aliquid proprii, conditio vitiaretur,
8 & remaneret Monachus, unde † quicquid acquirit Religioſus, acquirit Monaſterio *cap. in præſentia extra de probat.* Rota *in Marſicana bonorum 7. Aprilis 1606. coram Penia.*

9 Equites † autem hujuſmodi non vovent omnimodam paupertatem, ſed limitatè ſecundum Regulas, retinent bona patrimonialia, & acquirunt feuda, in quibus Religio nullatenus ſuccedit, ſed de illis, ac de cæteris bonis, ad libitum diſponunt, contrahunt, diſtrahunt, litigant, ut per Molin. *tract. 2. de juſt. & jur. diſp. 141. litterа b, alter* Molin. *in tract. de Primog. lib. 2. cap. 9. num. 69. & lib. 1. cap. 13. num. 98. Intrigliol. in tract. de feud. centur. 2. artic. 1. num. 211. cum ſeq. cum aliis relat.* per Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. eff. 4. num. 71.*

10 Quartò quia † ad Religionis ſtatum requiritur votum obedientiæ, per quod homo in his, quæ pertinent ad Religioſam vitam, alterius imperio ſubditur, ut per D. Thomam *d. quæſt. 86. art. 5. in corpore.*

11 Quòd † votum exigit omnimodam propriæ voluntati ſubordinationem, & ſubiectionem voluntati ſuperioris, ut ex Divo Auguſtino habetur *in cap. 11. non dicatis 12. quæſt. 1.* ibi, *cum hujus noſtræ congregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed voluntatibus propriis, in ipſa ordinationis ſuſceptione renunciaverint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperio in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint, &c.*

Quòd quidem votum ab his equitibus uxorem ducentibus minimè ſervari poſſe videtur, quia † vir ſui corporis 12
poteſtatem non habet, ſed mulier, ut inquit *Apoſt. 1. Cor. 7. 4.* & habetur in *cap. non debet extr. de conſang. & affinit.* in terminis Lopez *lib. 1. tit. 7. partid. 1. gloſſ. 1.* Sotus *de Juſt. & jur. lib. 7. quæſt. 5.*

Unde † hujuſmodi vir ſollicitus eſt, quæ ſunt Mundi 13
quomodo placeat uxori, & diviſus eſt 1. Corinth. 7. 33. exornat Lopez *in l. 1. tit. 7. partit. 1. littera H. col. 1.* Vaſq. *lib. 3. controv. illuſtr. cap. 105. num. 45.* Soccin. Sen. *conſ. 13. num. 36. volum. 1.* nec profeſſio, quam dicti Milites faciunt tollit obligationem erga † uxores, pro quibus omnia relin- 14
quere debent, & quæ obligatio procedit Jure Divino, ita ut invicem per Superioris præceptum ſeparari minimè poſſint *gloſſ. in cap. ſi quis pecunia diſt. 79.*

Et ſic ceſſant in his Equitibus tria vota Religioſa, de quorum natura eſt removere abſolutè illa tria impedimenta carnis divitiarum, ac propriæ voluntatis, ut ſolidiſſimè probat D. Thom. 2. 2. *quæſt. 185. per totam.*

Quintò, quia † equites habent caput, & Superiorem 15
Laicum nempe Catholicum Regem, ergo etiam uti Laici, coram Laicis Judicibus ſunt conveniendi, ut in ſpecie motivando argumentatur Cevall. *in tr. de cognitione per viam violentia par. 2. quæſt. 14. num. 17.* ubi ex Camill. Borell. *in tract. de Regis Cattol. præſt. cap. 74. num. 1. & 4.* obſervat Regem Catholicum uti Regem Hiſpaniarum eſſe Magiſtrum Ordinum Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & Sanctæ Mariæ de Mercede: uti Regem Portugalliæ Magiſtrum ordinis Jeſu Chriſti; & tanquam Ducem Burgundiæ Magiſtrum aurei Velleris Vulgò del Toſone.

Sextò, quia † dicti Equites ſuccedunt in feudis, in quibus 16
neque Religioſi, neque Clerici ſuccedere poſſunt, & conſequenter non ſunt propriè Religioſi, ita arguit Menoch. poſt alios in *tract. de arbitr. Iud. caſ. 56. num. 13.* & ita etiam tradit Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 13. num. 98.* ubi quod quamvis hi quodammodò ſint Religioſi, tamen quo ad hæc potius Laici habentur, ita etiam tenet Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect. 4. num. 71. & ſeq.* ubi quod potiùs cenſentur Laici, quàm Religioſi.

Neque ad rem pertinere videtur, eoſdem Equites ex Apoſtolico indulto uxores ducere, propria bona poſſidere, in propriiſque domibus, & ſic extra obedientiæ frena vivere; quia † Summus Pontifex poteſt quidem facere de Religio- 17
ſo non religioſum; non autem efficere valet, ut Religioſus tribus votis Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ non ſit adſtrictus, dum remanet Religioſus, ut de duobus prioribus votis eſt text. *in cap. cum ad Monaſterium extr. de ſtat. Monach. in fi.* ibi, *Abdicatio Paupertatis, (ſicut etiam cuſtodia Caſtitatis, adeò annexa eſt regulæ Monachali, ut contra eam neque Summus Pontifex poſſit indulgere*, & de omnibus tradit Bar. communiter receptus in *repet. auth. ingreſſi num. 10. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & latè docet D. Thomas 2. 2. *quæſt. 88. art. 11.*

Alias enim ſequeretur. Religionem conſiſtere poſſe ſine forma ſubſtantiali, quæ dat eſſe Religioni, quod quidem minimè dicendum eſt; cum † ſublata forma, actus corruat. 18
Dec. *in l. ſemper num. 5. ff. de regul. jur.* Jo. Fabr. *in §. & ne huius num. 3. Inſtitut. de eo cui libert. cauſ. bona adim.* Gemin. *in cap. 1. num. 3. de poſtul. prælat.* & eſt textus in *cap. quia propter extra de elect.* Surd. *deciſ. 144. num. 17.* Tiraqu. *de retract. convent. §. 4. gloſ. 6. num. 31.* Rota in *Camerinen. penſionis 11. Maii 1626. coram R. P. D. Pirovano.*

Præterea conceſſo etiam dictos Ordines militares eſſe Religiones à Sede Apoſtolica approbatas; non tamen videbantur equites dici propriè, & verè Religioſi, ſed ad ſummum impropriè, & ſecundum quid. Quia ut benè inquit,
† Diuus Thomas communiter receptus in 2. 2. *art. 4. quæſt.* 19
86. ad 3. illi modi vivendi, ſecundum quos homines matrimonio utuntur, non ſunt ſimpliciter, & abſolutè loquendo, Religiones, ſed ſecundum quid; in quantum ſcilicet in aliquo nonnulla participant quæ ad ſtatum Religionis pertinent, cui adſtipulatur gloſſ. ſingularis in *clem. ex eo de ſent. excomm.*

Non videntur ergo Religioſi; cum † non dicatur tale, 20
quod

quod est tale secundum quid, & non simpliciter Bart. *in l. maritus §. legis juliæ ff. de adult.* Bald. *in l. adoptivam §. patronum ff. de in jus vocand.* Alexand. *cons.* 178. *column.* 1. *in fin. volumn.* 2.

21 Idemque est dicere secundum quid, † ac nomine tenus, ut in propriis terminis observat Mirand. *in Manual. Prælat. Regul. q.* 10. *art.* 4. *conclus.* 2. *circa fin.*

22 Sic in simili dicunt Doctores † de Militibus gaudentibus, de Templariis, Hospitalariis, & fratribus Tertii Ordinis Sanctorum Dominici, & Francisci, qui tametsi vivant, secundum quendam modum à Sede Apostolica approbatum & gestent habitum, non tamen sunt Religiosi, ut de Tertiariis colligitur ex tex. *cum gloss. in clement.* 1. *de Relig. dom. & in clem. cum ex eo de sent. excomm. & tradunt utrobique Doctores* Bald. *consil.* 272. *lib.* 1. Calderin. *cons.* 4. *de Regular.* Paris. *cons.* 40. *num.* 14. *lib.* 3. Rota *decis.* 591. *numer.* 7. *p.* 1. *diversorum*, cum aliis congestis per Menoch. *de Arbitr. jud. cas.* 56. *num.* 7. quibus addendi sunt Abb. *in cap.* 2. *num.* 11. & Felyn. *num.* 10. *de foro compet.* Marian. Soccin. *in cap.* 1. *num.* 12. *eodem tit. Duenna ex communi Reg.* 100. *lim. ultim.* Vulpell. *de libert. Eccles. part.* 3. *num.* 29. latè Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *à numer.* 29. cum aliis relatis per eum & per Barbosa *de officio Episcopi alleg.* 12. *num.* 41. ubi etiam plurimos pro contraria parte congerit. Et quod Tertiarii Bizzocarum corrigeati, & similes foro Laico subsint degradatum fuit in *Concil. Latteranensi* sub Leone Decimo *sess.* 21.

23 Et † de militibus gaudentibus tradit Speculat. *in tit. de stat. Monach. qu.* 36. ubi ait id diligenter se quandoque examinasse, & ita per Clementem judicatum fuisse, quod etiam tradit Abb. *in rubric. de regul. num.* 4. & *in dict. cap.* 2. *num.* 11. *de foro compet.* ubi citat Feder. de Sen. *in cons.* 145. quem in meo codice reperire non potui Bar. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. de pœnis*, ubi etiam Bald. idem Bart. latiùs in *l. semper §. quibusdam*, & ibi Alex. *in addit. magna ff. de jure Immun.* idem Alex. *in l. Centurio*, *num.* 23. *ff. de vulg. & pup.* & tradunt Canonistæ *in Rub. de Regul. & transeuntibus ad Relig.* Soccin. *consil.* 13. *vol.* 1 (quos & alios Bobadil. & Burg. de Paz. in locis infra allegandis, perperam citant in terminis nostræ quæstionis, cum tamen gaudentes satis diversi essent ab hujusmodi Militiarum Hispanicarum equitibus, ut infra dicemus) idemque admittit Rota apud Card. Seraphin. *in decis.* 121. *num.* 6.

24 Et † de Hospitalariis, templariis, & similibus Innoc. *in cap.* 1. *de celebrat. Miss.* Gemin. *in cap. ex eo §. in Ecclesiis num.* 3. *de elect. in sexto*, post Archid. ibidem Lambertin. *de Jurepatr.* 1. *par. lib.* 2. *qu.* 7. *art.* 5. *num.* 2. & *art.* 7. *num.* 6. Cæs. de Grass. *decis.* 1. *num.* 3. & *seq. de Probat.* ubi tamen concludit eos esse largo modo personas Ecclesiasticas *Afflict. in cap.* 1. §. *qui Clericus num.* 9. *si de feud. sit controv. inter dom.* & Agna. Menoch. *de arbit. Jud. cas.* 56. *num.* 9. Rota

25 *decis.* 591. *par.* 1. *diversorum*, & in genere † de Equitibus militiarum secularium, qui matrimonio utuntur, & in propriis domibus cum uxoribus, & liberis habitant, ac de eorum bonis disponunt, quod non sint Religiosi, nec personæ Ecclesiasticæ, Gratian. *tom.* 2. *discept. forens. cap.* 363. *num.* 16. ubi affert *decis. Rota in Veronen. Pens.* 23. *Febr.* 1600. *coram Lancelloto*, & citat. Cæs. de Grass. *d. num.* 17. Navarr. *de redditibus Eccles. quæst.* 1. *monit.* 55. & *cons.* 10. *de Regul.* Vasquez. *controver. Illustr. cap.* 105. Mandos. *in Reg.* 3. *Cancell. quæst.* 12. (cum tamen Cæs. de Grass. Navarr. & Vasq.

26 contrarium sentiat .) Et in puncto quod † Equites S. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & similes non sint verè, & propriè Religiosi, tenuit originaliter ex *Theologis*, & mordicus defendit Sotus *de Justit. & jur. lib.* 7. *qu.* 5. *art.* 3. & *in* 4. *sentent. dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. Arrag. *in* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 11. *ad ver.* 4. *corrol.* 1. Valentia *tom.* 2. *disp.* 10. *qu.* 4. *vers. itaque* Azor. *Institut. Moral. lib.* 13. *cap.* 3. *quæst.* 2. Manuel. *in Summ. tom.* 2. *cap.* 95. *n.* 8. Eman. Sà *in summ. verb. Religio n.* 41. Jo. de la Cruz. *de statu Religioso lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 3. *concl.* 2. Ledes. *in sum. to.* 2. *tra.* 10. *cap.* 8. *dub.* 2. *concl.* 2. Graffius *to.* 1. *lib.* 3. *cons.* 11. Molfes. *in Summ. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 2. *nu.* 30. Molin. *de Iust. tract.* 2. *disp.* 141. *vers. est vero, & disput.* 623. *n.* 5. & hanc esse receptam Theologorum sententiam fatetur Fernand. *divers. qu. Jur. p.* 1. *quæst.* 10. & probabiliter sustineri posse dicit Dian. *resolut. moral. par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 64. ubi alios citat, tametsi multis in locis contrariam sententiam teneat, ut suo loco dicemus & ex Canonistis, & Juristis, ita in primis acerrimè contendit *Sarmien. de redditib. Eccles. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 13. *in tom.* 15. *tract. divers. fol.* 387. & latiùs in 1. *par. defensorii monit.* 55. *num.* 1. & 5. & *monit.* 56. *num.* 1. & 4. *Monit.* 57. Alcozer. *in tract. de Lud. cap.* 39. Gironda *in tract. de Gabel. par.* 7. *n.* 46. Avend. *de exequen. mand. cap.* 26. *nu.* 11. Bellug. *in specul. Princip. cap.* 1. *rubr.* 7. *nu.* 7. Menoch. *in cons.* 904. *sub num.* 53. *vers. septima est dubitatio tom.* 10. Guttier. *pract. quæst. lib.* 2. *quæst.* 111. *num.* 2. & *de Gabel. quæst.* 95. *num.* 12. Lassarte *de decima venditionis c.* 19. *num.* 92. Garz. *in tract. de benefic. par.* 1. *cap.* 4. *nu.* 15. *cum seqq.* ubi refert Rotæ decisionem in una *Lucana Plebis Marta de iurisd-par.* 2. *cap.* 32. *num.* 15. & *par.* 4. *cas.* 113. *numer.* 33. Azeved. *lib.* 3. *recopill. tit.* 5. *num.* 14. Moneta *de conserv. iudic. cap.* 10. *num.* 389. Alterius *de censur. tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 16. *cap.* 1. novissimè Vivian. *in Prax. Iurispatron. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 17. ubi testatur sic fuisse per Rotam decisum coram *Seraph. die* 4. *Junii* 1587. (tu dic quod imò sub 4. Julii 1572. & est *decis.* 587. in ordine inter impressas sub nomine ejusdem Card. Seraphini,) & sic declarasse Sacram Congregationem *die* 10. *Novembris* 1609. *sed dict. decisio* Rotæ loquitur de militibus Sancti Stephani, dicta verò resolutio Congregationis non apparet, imò sæpius contrarium decisum fuisse suo loco ostendam.

Et de militibus Sancti Jacobi dumtaxat, secus de equitibus Calatravæ, & Alcantaræ idem tenet Burg. de Paz. *in cons.* 17. *num.* 2. *part.* 1. ubi quosdam antiquos citat, quos non oportebat ad hoc allegare, eum tamen sequi videtur Guttier. *pract. qq. lib.* 2. *qu.* 111. *num.* 2.

Imò † nec quidem impropriè eos posse dici Regulares 27
tradunt in specie Sot. 4. *d.* 27. *qu.* 1. *art.* 4. & *d. lib.* 7. *de Iust. q.* 5. *art.* 3. Sarmient. *in d. difensor. ad* 56. Monit. *n.* 1. & *seqq.* quos refert, & sequitur Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *sub num.* 10. *in fi.* ubi ad hoc citat etiam Abb. *in rubr. de Regular. nu.* 1. & *col. penult. in fin.*

Demum, quod † dicti milites nec quidem sint personæ 28
Ecclesiasticæ tenuit Sarmient. *d. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 13. quam opinionem magis communem inconsideratè appellat Guttier. *in tract. de Gabel. qu.* 95. *num.* 12. Seraph. *decis.* 121. *sub num.* 3. 6. & 7. quæ est *decis.* 191. *par.* 1. *diversor. in Romana alimentor.* 21. *Junii* 1727. & *in Parmen. bonor.* 18. *Junii* 1631. *coram Durano*.

In † similibus enim ordinibus videtur potius esse quæ- 29
dam apparentia in habitu, quam existentia, & realitas in effectu Religionis perfectæ, ut advertunt Bart. *in leg.* 1. *ff. de pœnis*, & Bald. *in leg. officiales in fin. verb. Cod. de Episcop. & Cler.*

Ex qua sic firmata conclusione si vera esset, oriretur altera ad decisionem causæ nostræ, † ut dictus D. Nicolaus 30
Eques S. Jacobi, Jure communi attento, non poterit forum sæculare declinare, neque gaudeat privilegio fori, sed ad instar, cæterorum Laicorum ipse, ac reliqui dd. Militiarum ordinum equites, sæculari subiiciantur Jurisdictioni, ut in puncto tradit idem Sarmient. *in defensor. ad monit.* 55. & 56. ubi ait sic passim in Hispania practicari Sot. *de Iust. & jur. lib.* 7. *quæst.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 98. Alioz. *in tract. de Ludo cap.* 39. Mart. *de Iurisd. p.* 4. *cas.* 113. *nu.* 33. ubi ait, ita fuisse judicatum Guttier. *pract. qu. lib.* 2. *qu.* 111. *nu.* 2. Eman. Sà. *Aphorism. confessar. verb. Religiosi Roderiq. in Summ. par.* 2. *cap.* 34. *n.* 3. Jo. de la Cruz. *de stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 3. *concl.* 2. ubi subdit, eos gaudere privilegio Canonis, non quia Religiosi, sed ex Apostolico indulto.

Non igitur dicti equites gaudere videntur privilegio fori de jure communi: sed nec quidem ex indulto Apostolico, vel ex privilegio illud allegare posse. Bases enim hujusmodi immunitatis videntur esse Bullæ *Alexandri Tertii*, *Martini V.* & *Pii Quinti*, quarum tamen nulla suffragari videtur.

Non Bulla Alexandri, quia † confirmat institutum dd. 31
Equitum qui vivebant in communi, obedientiam servabant; se, & bona sua offerebant Deo, in pœnitentia continua versabantur, & contra Saracenos præliabantur indefessè, hospitalitatem servantes; ut bonus odor Christi ubique fidelibus essent. Cum igitur hac nostra tempestate nihil horum in ipsis cernatur Regula ipsa immutata videtur, ita ut de illis affirmari possit, quid Alexander ipse Tertius de Cistercienses Monacis in *cap. recolentes §. si enim de statu Monac. si enim relictis originalibus Ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum Monasteriorum iura divertere, oportebit vos communi iure censeri: quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam, susciptunt, similem sentiant in legibus disciplinam*. Et faciunt verba D. Augustini cujus isti Regulam profiteri dicunt, *relation. in cap. privilegium* 63. 11.

quæst.

qu. 3. judicio enim, legum jure ab obtenta dignitate deiicitur, qui privilegio sibi concesso abutitur c. ult. de immun. Eccl. & c. Romana de sent. excomm. in sexto, & fuit dictum in *Bono. exemptionis* 15. *Maii* 1628. *coram Eminentiss. Card. Ubaldo*. Cum igitur hi milites hodie sæcularium more magis, quam Regularium vivant, & dictis privilegiis renunciasse censentur, & ad instar sæcularium videntur judicandi. Ad quod etiam facit optimè Panorm. *in cons.* 104. ubi latè probat dictos fratres non esse Religiosos ex rationibus, quæ omnino his equitibus convenire videntur.

Et mutata Regula cum non amplius eadem censeatur non possunt allegare privilegium in favorem suum, ut per Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 141.

33 Est † enim abusus privilegii non servare Regulas à concedente præscriptas, quæ sunt causa privilegii concedendi *cap. privilegium* 11. *qu.* 3.

34 Et † cessante causa privilegii, cessat & privilegium *cap. magna devot. in fi. de Voto*, ubi glos. *in verbo cessante c.* Abbate *de verb. sign. in fin. cap. suggestum de decim. & post translationem de renunc. cum similibus*.

35 Neque nova privilegia † indicant aliquid de novo concessum quamvis de novo emanassent, si ab antiqua regula recessum fuerit; nisi de regulæ mutatione in novo privilegio specialis facta fuerit mentio, tex. expressus in *cap. ex parte il primo in fin. extr. de priv.* quod etiam probatur *ex cap. cum capilla*, §. *quo circa eod. tit.* & expressius in *cap. quia intentionis eod. tit.*

Non etiam suffragari videtur *Bulla Martini*, quia ut ex ejus lectura apparet, dictum privilegium conceditur militibus prælia conferentibus adversus Christi hostes atque ideò veritatis impugnatores, qui se, & sua pro fide intrepidè exponebant, & quibus dictum privilegium concedebatur, ut ferventiori spiritu, nec non quietiori, nullis oppressionibus obnoxii altissimo Deo libero corde militia exercere possent. At nihil horum videmus in Equitibus nostri temporis, saltem ordinariè loquendo, ut supra abundè deductum fuit, & consequenter dictis equitibus ociosis idem privile-
36 gium non suffragatur, provt † in militibus ordinariis communis est DD. sententia, ut dum sunt otiosi militaribus privilegiis minimè iuventur Cyn. *l.* 1. *quæst.* 6. *col. pen. Cod. de Jur. & fact. ign. & ibi* Bar. *ad fi. & l. militibus ex quibus caus. Matr. fol.* Alex. *cum per eum relatis. in l. centurio col.* 4. *ff. de Vulg. & pup.* ubi etiam Galiaul. *numer.* 3. *Afflict. in Constit. Neapol. l.* 1. *Rubrica* 9. *num.* 46. Zasius *consil.* 6. *num.* 10. Valasq. qui testatur de communi opinione in *consult.* 104. *num.* 29. *tom.* 1.

Ultra quod ejusdem Bullæ privilegium jam expirasse dicebatur; quia concessum ad beneplacitum Sedis Apostoli-
37 cæ, † beneplacitum verò importat arbitrium boni viri, ut post alios quos congerit probat Menoch. *in tract. de arbitr. Jud. qu.* 8. *nu.* 10. & rursus in *cons.* 1033. *in fin. vol.* 11. Bonus autem vir non arbitrabitur adhuc durare dictum beneplacitum cum hodie non militent supradictæ rationes, quibus Papa motus fuit ad privilegium concedendum: præterea si ad beneplacitum eximuntur, ergo non verò Religiosi, aliter in perpetuum eximerentur.

Non denique Bulla Pii V. quia de illius publicatione non
38 constat, † quæ tamen publicatio ad legis validitatem necessaria, ut D. Tho. *prima secundæ, qu.* 90. *art.* 4. *in corp.* & ex communi Theologorum sententia tradit Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *per tot.*

Quo fit, ut allegans constitutionem; illius publicationem probare debeat, ex quo antea minimè ligat Henri. Betther *in tract. de Synodo p.* 2. *art.* 2. *num.* 2. Thesa extendens etiam ad statuta, & de communi attestans in *dec.* 249. *nu.* 6. Rota *in Comment. Capellaniæ Lunæ* 5. *Julii* 1593. & latius in Burgen. *Archipresb. de Pancorvo.* 18. *Decembr.* 1589. *coram Penia* Goz. *ad cons.* 16. *nu.* 16.

Dato tamen quod ex privilegio gaudeant beneficio fori dicebatur non exinde dictum Equitem Nicolaum de Aste extra dictionem Summi Pontificis, vel Regis Hispaniarum ad cujus instantiam privilegia emanarunt, fori privilegio
39 potiri posse, imò privilegium censeri concessum † duntaxat in præjudicium concedentis, illiusque successorum non autem in præjudicium aliorum Principum sæcularum quibus equites subsunt ut ex Innocent. & aliis *in cap.* 2. *de Major. & obed. & in c. significantibus de offic. deleg.* observat Greg. Lopez. *in leg.* 1. *titul.* 7. *partit.* 1. *in gloss. magna in fin.* quem etiam refert Bobadill. *in Polit. libr.* 2. *cap.* 19. *numer.* 10. & motivando dicebat etiam Vasq. *libr.* 3. *controv. illustr. cap.* 105. *sub numer.* 45. quod quidem jure consonum videtur cum privilegium regulariter non concedatur in præjudicium tertii, *l. cum filius fam. ff. de testam. l. impuberi ff. de admin. tut. l. cum avus C. de Emanc. lib.*

Quinimò † concessum à Principe ita debet interpretari 40
ne jus Tertii *ladat l.* 2. §. *merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ. l.* 1. §. *illud tamen ff. de aqua quot. & æstiu. l. sed cum ab hærede ff. ad trebell. l. si quando in princip. ff. de inoffic. testam. d. leg. nec avus C. de Emanc. l.* 1. §. *plene ff. quod vi aut clam. l.* 1. §. *sunt qui putant ff. ne quid in flum. public.* neque (ut verbis Imperatoris utar in *l. fin. Cod. de statu, & imag.* aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri oportet. Anchar. *cons.* 161. *in princ.* Honded. *cons.* 67. *nu.* 39. & 40. *lib.* 1. cum aliis per Rot. *in Parmen. status* 14. *Decemb.* 1629. *coram Reverendiss. Coccino vers. unde apparet*.

Dicebatur autem à ministris Serenissimæ Reipublicæ jura ejus lædi si dicta privilegia extendantur ad Equites in ejus dictione degentes; † quæ quidem cum habeat à Deo jurisdi- 41
ctionem in suos cives, & subditos, non potest ei per privilegium, vel alio modo tolli, nec quidem à Summo Pontifice, quasi id esset tollere jus tertii, quod quidem fieri minimè potest, §. *fi. instit. de Jur. pers. gloss. in l.* 2. *verb. detrahi ff. de his, qui sunt sui vel alien. Jur.* Alias (addebant) facilè esset Summo Pontifici rescripto suo totum Christianum orbem sibi quo ad jurisdictionem temporalem subdere, ut tangit Lopez *in d. l.* 1. *tit.* 7. *part id.* 1. *gloss. magna in fi.* quod quidem instituto Sectæ Ecclesiæ repugnat. Nec id directæ est in potestate Summi Pontificis, qui in temporalibus extra terras Ecclesiæ nullam habet jurisdictionem *secundum* Bal. *in l.* 2. *C. de Servit. & aqua*.

Hæc autem eo magis procedere videntur, quia ut dicebam, privilegia præfata concessa fuerunt ad instantiam Regis Hispaniarum, & sic † non se extendunt extra sua re- 42
gna, ut de aliis ordinibus militaribus Italiæ, cæterarumque Provinciarum tradit Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *sub num.* 19. *ibi y assi es de advertir que las dichas ordenes militares extrangeras, en estos Regnos no tienen essention. de no pecar ni dezar de dezmar, ni de pagar al cavallas, ni otro privilegio alguno*.

Denique addebatur † non sufficere allegare extravagan- 43
tes summorum Pontificum, sed necesse ultra publicationem, probare illas fuisse usu receptas Bald. *in l. rem non novam C. de Jud. & in rubr. de consuet.* Dec. *in cap.* 1. *de treg. & pac.* Jos. Lud. *commun. concl.* 54. & quidem in eodem loco ubi agitur controversia, ut dicit Rota *in allegat. Burgien. Archipresbyt. coram Penia, de quo tamen dic.* Et ego dixi in *decis.* 14. Cum itaque in dictione Reipub. Genuensis dictæ extravagantes ad Equitum favorem latæ, non fuerint usu receptæ, merito non debebant suffragari dicto Equiti Nicolao, quemadmodum constitutionem Pii V. super censibus non servari in Regnis Hispaniarum, quia ibi non fuit usu recepta, testatur post alios Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 41.

Ex altera verò parte constanter tenendum esse videbatur præfatum D. Nicolaum de Aste, jure meritò declinasse Laici Iudicis jurisdictionem præsertim, quia Equites S. Iacobi de Spata, sunt verè, & propriè religiosi; Compertum est enim veram Religionem † principaliter institui posse, ad 44
opera vitæ activæ, & ad militandum pro Christo, minore cum rigore, & minus arctè quam Religiones, quæ ad finem vitæ contemplativæ instituuntur, ut exemplo Davidis, & Machabeorum docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 188. *art.* 3. Lop. *in d. gloss.* 1. Vasq. *dicto libr.* 3. *controv. Illustr. cap.* 105. *num.* 46. *& seq.*

Quæ quidem Religiones à Romana Ecclesia approbantur, ut ex Clem. *quia contingit* §. *permissa de Relig. dom.* advertit Mastrill. *dicta decis.* 290. *numer.* 110. Ejusmodi † verò est 45
Religio S. Iacobi de Spata, quæ Canonicè instituta, & ab *Alexandro Tertio* consultè, & maturè fuit approbata, ac deinceps à multis Summis Pontificibus usque ad *Pium V.* inclusivè confirmata, privilegiisque ac honoribus decorata, ut ex innumeris Bullis registratis à Didaco de la Motta *in suo tract. de confirmat. Ordinum Militarium S. Iacobi libr.* 1. *cap.* 4. *per totum*.

Porrò d. Religionis approbatæ Equites se, suaque Deo dicant, professionemque regularem in habitu regulari emittunt, cum tribus votis substantialibus Religionis, vt legitur in dicta *Bulla Alexandri Tertii*, & in aliis subsequentibus, & patet † ex formula dictæ professionis, quæ talis 46
est *yo N. me ofrezco y doya Dios y a Santa Maria, y al Bienaven-*

naventurado Apoſtol. Senor. S. Iago, y prometo obedientia al Rey nueſtro Senor. como adminiſtrador perpetuo de la Orden de S. Iago, per auctoritad. Apoſtolica, o al Maeſtre, o Maeſtres adminiſtrador, o adminiſtradores, que por tiempo fueron de la dica Orden Canonicamente entrantes, y ago voto, y prometto de viver en caſtidad conjugal, y ſin proprio, ſegun la Regla de S. Iago, y las conſtitutiones, y Privilegios de la dicha Orden baſta la muerte.

47 Vera autem Religio ex triplici voto conſtituitur, adeo ut omnis, qui emittit tria vota in Religione à Sede Apoſtolica approbata ſit verè Religioſus *cap. ad Monaſterium de ſtatu Regular. cap. in Eccleſiis de majorit. & obed. cap. fin de relig. dom. cap. ex parte de regularib.* Hoſtien. Io. Andr. Abb. & DD. *communiter in rubr. eod.* Socc. *in cap. ſi quis clericum numer.* 10. *de foro competen.* & ex communi Theologorum ſententia firmat. D. Thom. *in opuſc.* 18. *cap.* 8. *& opuſc.* 19. *cap.* 5. & in terminis noſtris deducit Navarr. *in Apolog. de reddit. Eccl. qu.* 1. *monit.* 56. *num.* 2. Vaſquez. *lib.* 3. *controver. Illuſtr. cap.* 105. *num.* 50. *&* tradit etiam Mohedan. *deciſ.* 10. *num.* 2. *de cauſ. poſſ. & propriet.* qui tametſi loquatur de equitibus Hieroſolymitanis, fundat tamen ſuum dictum in votis Religionis, unde, & ad favorem Equitum S. Iacobi allegatur à Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 112. ubi etiam alios adducit, & ſignanter Rim. Iun. *in conſ.* 527. *nu.* 28. *lib.* 5.

48 Et † hæc quidem profeſſio Equitum S. Iacobi fit ſub Regula Sancti Auguſtini Canonicorum regularium, ut inquiunt *Clemens Septimus in ſua Bulla edita anno* 1531. *Paulus Tertius in Bulla edita anno* 1534. *& Pius Quintus in ſuo diplomate dato anno* 1566. & tradit etiam Caſſan. *in Catalog. Gloriæ Mundi part.* 9. *conſid.* 7. propter quod illos non modo eſſe verè religioſos, ſed jure poſſe appellari regulares tradit Valaſc. *conſultat.* 108. *numer.* 28. *libr.* 2. quemadmodum Equites Calatravæ, & Alcantaræ ſunt ordinis Ciſtercienſis; ut per Lopez. *in l.* 1. *partid. primer. titul.* 7. *gloſ.* 1. *column.* 2. Caſſan. *dipar.* 9. *conſid.* 8. & à Summi Pontificibus in dictis Bullis appellantur Fratres, & Religioſi dd. Ordinum, ita ut nephas videatur aſſerere, illos non eſſe religioſos, qui tales à Sede Apoſtolica paſſim nuncupantur

49 † idem eſt enim eos vocari Religioſos in dictis Bullis, ac ſi ita vocarentur in aliquo textu, vel canone, ut ex Fiſcal. *relat.* à Navarr. *intra de redditib. Eccleſ. quæſt.* 3. *monit.* 28. aſſerit Maſtril. *d. deciſ.* 290. *num.* 38. & quod ex tali appellatione Summorum Pontificum dicantur Religioſi, concedit etiam Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 19. *ſub num.* 12. ubi ait illos, & ſi Religioſos, arma tractare pro fide exemplo Machabæorum. Cumque profiteantur præfatas Regulas, utique ſunt verè Regulares, & conſequenter ſunt etiam propriè Religioſi, ut deducit Navarr. *in Apolog. Monit.* 56. *ſub numer.* 2. ex Panormit. communiter recepto in Ruber. *de regul. & in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* & Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 1. *num.* 7. *de Probation.* Valer. *in differ. utriuſque fori verſic. Munera. num.* 23.

50 Rurſus † dd. Equites poſt emiſſam profeſſionem, ad ſæculum redire nequeunt, nec ad alium tranſire ordinem ſine magni Magiſtri licentia, ut conſtat ex dicta *Bulla approbationis Alexandri Tertii, & ex alia Innocentii Quarti, & ex alia Lucii Tertii;* quod ſi ſecus facerent, efficerent Apoſtatæ, ut expreſsè declarant *Honorius Tertius, & Gregorius Nonus*, in ſuis Dipolomatibus pro eodem Ordine conditis; regiſtratis à Didaco de la Motta *in tract. de conſim. Ordin. Sancti Jacobi l.* 1. *c.* 4. §. 11. *&* 13. ſequitur Dian. *in reſolut. moral. part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 30. *verſ. tertio, notab.* ubi etiam quod peccarent mortaliter; & incurrent in excommunicationem ſi habitum relinquerent, & ibi etiam *verſ.* 4. *non poſſunt.*

51 Apoſtata † autem eſſe non poteſt, niſi veram deſerens Religionem Cajetan. *in Summa verb. Apoſtata* Navarr. *conſ.* 1. *titul. de Apoſtaſia libr.* 5. *& conſ.* 81. *de Regul. libr.* 3. Alphonſus Vega *in Silva caſ. conſcien. lib.* 5. *conſ.* 510. *Bannes* 2. 2. *qu.* 12. *art.* 1.

52 In eadem inſuper profeſſione, quæ fit ab iſtis Equitibus, ſervatur ad unguem forma veris, & propriis Religionibus à *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Reg. jur.* præſcripta ut nempe nec ante annum decimum ſextum expletum, nec niſi expleto integro Novitiatus anno, profeſſio emittatur, ut in terminis advertitur Navarr. *in conſil.* 5. *numer.* 4. *de his, quæ vi, metusve cauſ. libr.* 1. & Roderiqu. *in Summa part.* 1. *cap.* 8. quicquid ſecus, & malè tenuerit Menoch. *de arb. Jud. caſ.* 56. *num.* 13. quod adeo verum eſt, ut quoties Rex Hiſpaniarum, uti magnus Magiſter Ordinis, vult Equites Novitium ante annum expletum aliqua decorare præbenda; petat à Summo Pontifice diſpenſationem pro emittenda profeſſione Infra dictum annum, ut teſtatur Didacus *de la Motta in dict. tract. in lib.* 2. *c.* 14. *probation.* 10. *num.* 5. *&* 6. ubi propterea inquit, hanc eſſe inſolubilem rationem ad oſtendendum dd. Milites profiteri in vera, & propria Religione.

Præterea † Equites præfati, quemadmodum, & cæteri veri Religioſi viſitantur à prælatis ſui Ordinis, ut ad rem noſtram advertit Maſtrill. *d. dec.* 190. *num.* 52. 53

Et † Magiſter dicti Ordinis aſſumitur per Canonicam electionem juxta formam *cap.* 1. *de elect. & cap. congregatio* 16. *quæſt. fin.* ut inquit Gregor. Lopez *leg.* 1. *partit.* 1. *tit.* 7. *gl.* 1. 54

Adde quod dictorum † Ordinum Equites fornicantes committunt ſacrilegium, ut late defendit Rodriq. *q. regular. tom.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 2. idemque docuit Motta *lib.* 2. *cap.* 2. §. 23. *num.* 7. Franc. Molin. cujus verba refert, & ſequitur Diana *reſolut. moral. par.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 30. *verſ. ſecundo*, loquentes de prole inde ſuſcepta, quicquid ſecus ſenſerit Guttier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 111. *nu.* 1. Unde tam eques fornicator, quam mulier, quæ cum eo rem habuit, tenetur aperire Confeſſario hujuſmodi circumſtantiam, quæ mutat ſpeciem, & conſtituit peccatum ſacrilegii, ut poſt eundem Roderiq. ubi ſupra & *Magiſtrum Iſolam, & Ayalam Archiepiſcopum Valentinum in explicatione dictæ Regulæ cap.* 4. alioſque doctos viros firmat Didac. *de la Motta lib.* 2. *cap.* 2. §. 23. *num.* 6. *&* 7. & Diana *loco cit.* de quo tamen vide ſcribentes pro utraque parte relatos à Rota *in deciſ.* 68. *ſub numer.* 4. *impreſſ. poſt volumn. primum conſil. Farinacc.* in qua Rota videtur inclinare in contrariam partem, quam apertè tenuit in Romana alimentorum 21. Junii 1627. coram D. Urgellen. Quæ eſt *deciſ. Durani* 308. *num.* 6. *part.* 2. idemque tenuit eadem Rota Coram Card. Seraphin. *deciſ.* 121. *ſub num.* 3. 6. *&* 7. quæ eſt repetita *in deciſ.* 591. *part.* 1. *diverſor.* idem firmavit *coram eodem Durano deciſ.* 95. *num.* 2. *par.* 1. plurimos hinc inde affert Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 15. non inſiſto, quia parum confert ad rem noſtram. 55

Denique † *Clemens Octauus* in ſua Bulla de largitione munerum, qua interdixit Religioſis munerum largitionem utpotè Religioſæ paupertati adverſantem excipit expreſsè Milites Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & cap. ex quo ſequitur illos eſſe vera Religioſos, quia exceptio † debet eſſe de Regula, ita in terminis ratiocinatus Joan. Valerius *in differentiis utriuſque fori verb. Muneræ*, *num.* 23. ubi latè inſiſtit Fauſtus *in Theſ. Religio lib.* 8. *quæſt.* 203. Paulin. Bartol. *in explicatione dictæ Bullæ parte ſecunda, principali* noviſſimè Diana *in reſolut. moral. par.* 1. *tract.* 6. *reſolut.* 23. 56 57

Ex quibus, & aliis manifeſtè † apparet dictos Equites Sancti Jacobi eſſe verè, & propriè Religioſos: provt etiam frequentiori calculo tenent Juriſtæ, & Canoniſtæ inter quos in primis Navar. *in ſæpe citato tract. de redditibus Eccleſiaſticis, & in Apolog. q.* 1. *monit.* 55. *&* 56. *& q.* 3. *monit.* 27. *&* 28. *ubi Fiſcalis* ab eo relatus teſtatur ejuſdem opinionis fuiſſe *Cardinalem Albanum* idem Navarr. *in cap. fin.* 16. *quæſt.* 1. *in q.* 3. *n.* 31. *& in conſ.* 9. *num.* 6. *de his, quæ vi metuſve cauſa, & in conſ.* 10. *& de Regular. & in conſ.* 13. *eod. tit.* ubi *numer.* 5. ait quoſdam recentiores inconſideratè contrarium dixiſſe contra multa diplomata à Sede Apoſtolica Religionibus militaribus conceſſa Covarru. *in* 4. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 18. ubi inquit, eos eſſe verè Religioſos, & emittere tria vota ſubſtantialia, quæ etſi limitatè emittant, hoc tamen non repugnat veræ, & propriæ profeſſioni Petr. Bellug. *in ſpeculo Principum* §. 7. *num.* 7. & ibi Camill. Borell. *in addit. literæ F. fortun.* Gar. *in conſil. præſtito pro militia Sancti Iacobi par.* 2. *in verſic. præterea*, quem refert Covar. *loco ſupr. citato*, ubi quod tametſi non obſervent præciſam, & exactam Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam, nihilominus ſunt verè Religioſi, & gaudent privilegio fori, cum id non ſit contra ſubſtantiam Religionis Avendan. *de exequend. mandat. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 11. ubi quamvis quæſtionem diſputet, & videatur inclinare in eo, ut æquiparentur Clericis ſæcularibus primæ tonſuræ, tamen concludit in fine cum Covarr. & Bellug. negari non poſſe quin ſint veri Religioſi, Cened. *in decretal. collect.* 29. *num.* 8. Iul. Cæſar. *Imbrian. in tract. de Iudic. Regn. in præfat. num.* 42. Bambacar. *in repet. cap.* 1. §. *qui Clericus quæſt.* 2. *nu.* 31.

cum

cum seqq. si de feud. controv. fuer. Guttier. *pract. qq. lib. 2. cap.* 111. *num.* 2. Motta *in tract. de confirm. ordin.* Diui Jacobi *lib. 2. per totum* in cujus calce regiſtravit ſubſcriptiones *triginta trium graviſſimorum* DD. quorum plerique damnant opinionem contrariam tanquam falſam, & erroneam, & dicunt *Sarmientum* ejuſque ſequaces non vidiſſe Bullas Summorum Pontificum, quia fieri non poteſt, ſi illas vidiſſent, ut negaſſent hos milites eſſe verè Religioſos, & gaudere privilegio Canonis & fori; in eandem opinionem ſe fuiſſe ſemper dicit Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 12. *num.* 46. & ultra alios citat Mendoz. *à Caſtro in praxi Luſitaniæ lib. 2. cap.* 1. *num.* 10. & ſubdit ſe pro hac parte vidiſſe quoddam reſponſum doctiſſimis fundamentis refertum, idemque tenet Carol. de Graff. plurimos referens *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 110. *cum ſeqq.* plures etiam cumulat Bobadil. *in ſua polit. lib. 2. cap.* 19. *ſub num.* 11. & in ſpecie Felyn. *in c. nu.* 8. *de foro compet.* Caſſado *in conſuet.* Burgund. *rubr.* 3. §. 5. *ſub n.* 18. Valer. *in differ. utriuſque for. verb. munet.* 28. ubi quod ſunt veri Religioſi, quippe qui tria vota ſubſtantialia ſanctæ Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, ſaltem conjugalis, in Religione per Sedem Apoſtolicam approbata, ſolemniter in manibus Prælatorum ad id deputatorum emittunt Menoch. ſibi contrarius *de arbitr. de jud. caſ.* 231. *num.* 21. ubi quod ſunt veri Religioſi tria vota ſolemniter emittentes idemque tradit Valaſc. *conſult.* 109. *nu.* 26. *&* 27. *lib.* 2. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 30. *par.* 3. *lim.* 34. *num.* 303. *& ſeq.* qui in eandem ſententiam manifeſtiſſimè inclinavit *d. lib.* 3. *controv. illuſtr. cap.* 105. provt etiam ante eum Lopez *d. l.* 1. *partit.* 1. *tit.* 7. *gloſſ.* 1. quatenus uterque hanc ſententiam ultimo loco recenſet, & melioribus fundamentis corroborat, oppoſitiſque reſpondet, licet dignis de cauſis illam indeciſam reliquerit; his addendi ſunt Borgni. Cavalc. *in dec. Alvar. Valaſc. conſult.* 14. *nu.* 8. ubi quod etſi uxorati, ſunt tamen fratres profeſſi & *conſul.* 130. *num.* 3. ubi quod ſunt verè Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, tanquam viventes ſub regula S. Auguſtini, & gaudent privilegio Canonis, & fori; hanc etiam ſententiam amplexa fuit Rota *in dec.* 266. *per totam par.* 2. *diverſorum, & in Imolen. penſionis* 28. *Junii* 1596. *coram Penia* ubi refert, & ſequitur aliam deciſionem & in *Caurien. Juriſd.* 22. *Junii* 1582. *coram Card. Blanchetto*. Unde evidentiſſimè apparet hanc eſſe communiſſimam Canoniſtarum, & Juriſtarum ſententiam, quam etiam plerique Theologorum defendunt in primis autem latè Em. Rodriq. *in q. regul. tom.* 1. *qu.* 1. *art.* 6. *per tot. & qu.* 13. *art.* 2. Metina *de ſacrorum hominum continentia lib.* 4. *controv.* 7. *cap.* 39. Sanch. *in decalog. to.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. ubi ait ſe verius cenſere eos eſſe verè, & propriè Religioſos, Hier. de Cenedo *in tract. de pauper. religioſ. dub.* 60. *nu.* 12. *& ſeq.* Pontius *in tr. de imped. Matrim. cauſa* 27. *qu.* 2. §. 24. ubi aſſerit ſe adeò certè exiſtimare dd. equites eſſe verè, & ſubſtantialiter Religioſos, ut oppoſitum judicet nimis licentiosè dictum ne dicam gravius, cum pleno ore literæ Pontificiæ illos appellent Religioſos, &c. Sancius *in ſuis practicis diſputationibus diſp.* 49. *numer.* 11. Diana *in reſolut. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 49. *&* 47. *& tract.* 6. *reſol.* 23. *& par.* 3. *tractat.* 2. *reſolut.* 30. ubi ait id ſatis noviſſimè probare Ferdin. Pizzanum *in diſcurſ. Apologet. ordinum militarium &c.* quibus addo Mirand. benè loquentem in Manual. *Prælat. regul. quæſt.* 10. *artic.* 4. *concl.* 2. *ver. ſed loquendo, & concluſ.* 3. Rebell. *de obligat. juſtit. par.* 2. *lib.* 3. *qu.* 4. *num.* 12.

Cui quidem ſententiæ non refragantur ea, quæ ſupra in contrarium adducta ſunt; imò ex eorum ſolutione dilucidius apparebit hujus opinionis veritas.

Ad primum igitur, ex jam dictis patet reſponſum, cum
59 † enim hi Equites regulam à Sede Apoſtolica approbatam, profiteantur, ac perpetuò ſint Religioni mancipati, utique comprehenduntur in numero eorum qui inter Eccleſiaſticos & Deo dicatos, jure numerantur, & in hoc magis incaleſcunt, & proinde retorquetur text. *in cap. duo ſunt genera* 12. *qu.* 1.

Non etiam obſtat ſecundum, in quo dicebatur dd. equites non vovere continentiam perpetuam, ſed conjugalem duntaxat eamque cum Religione incompatibilem ex Diu.
60 Th. 2. 2. *qu.* 86. *art.* 8. quia advertendum eſt † vota religioſa in tantum eſſe de ſubſtantia Religione in quantum ſunt media tendendi ad perfectionem, ut per eundem D. Thomam 2. 2. *qu.* 186. *art.* 6. & ordinantur, ſicut in finem, ad perfectionem charitatis, ut docet idem Angelicus Doctor *d. qu.* 187. *part.* 7. *ad primum*. Celibatus itaque tametſi perfectior ſit continentia conjugali, eſt tamen accidens, & non variat ſpeciem in genere; ſeu in ratione caſtitatis, ſed nec quidem in genere, ſeù ratione Religionis, cujus perfectio, ut dicebam non conſiſtit eſſentialiter in Caſtitate ſed in Charitate, & ſi cum iſta tria vota ſumantur, ut inſtrumenta, non † eſt neceſſe profiteri ea ſecundum totum 61
ſuum rigorem, ſed quantum conveniens eſt prædicto fini, ut docet *idem* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 188. *artic.* 4. ubi etiam Corradus, *& opuſc.* 17. *cap.* 15. *&* 16. & Navarr. *in conſil.* 13. *&* 23. *de regul.* Covarr. 2. *par. epit. decret. cap.* 3. §. 1. *nu.* 18. Medina *de Sacrorum homin. contin. lib.* 4. *contr.* 7. *cap.* 39. Vaſq. *de Succ. creat. lib.* 3. §. 30. *par.* 3. *lim.* 34. *nu.* 302. *ſequitur* Rota *dec.* 266. *p.* 2. *diverſorum* facit tex. *in c. licet de regul. c. quod Dei de ſtat. Monac.*

Et quemadmodum † in Paupertate, & Obedientia da- 62
tur latitudo, & una Religio, quo ad eam, eſt laxior altera; ſic etiam dicendum eſt de Caſtitate, quæ pariter habet ſuam latitudinem, nempe tres gradus Virginitatis, cœlibatus, & continentiæ conjugalis, & hæc quidem poſtrema ſpecies eſt verè, & eſſentialiter talis; Caſtitas enim nihil aliud eſt quam abſtinentia ab omnibus pravis delactationibus venereis, ut docet D. Auguſtin. *lib.* 2. *de decem cordis cap.* 3. & colligitur ex Diu. Thom. 2. 2. *quæſt.* 151. *artic.* 1. *&* 2. & clarius *qu.* 152. *art.* 3. *ad* 5. & ibi Cajetan. inquit, omnem Cœlibatum, & Caſtitatem conjugalem, ſub una Caſtitatis virtute comprehendi latè Abulenſ. in Matth. *cap.* 25. *q.* 86. Jo. Major. *in* 4. *ſen. d.* 38. *q.* 3. *& inſtr. Conſcientiæ c.* 291. & habetur etiam in *Cath. Pii V. in doctrina ſexti præcepti ſub init.*

Et quod † Caſtitas conjugalis ſit verè Caſtitas eſt text. *in* 64
cap. Nicena 32. *diſtinct.* ibi *Caſtitatem dicens eſſe cum propria concubitum* Navar. *d. conſ.* 12. *libr.* 3. *tit. de Regul.* Azeved. *in l.* 14. *num.* 3. *titul.* 5. *lib.* 3. *recop.* quos ad rem noſtram refert, & ſequitur Bobadil. *Politic. libr.* 2. *cap.* 19. *ſub num.* 11. & conſequenter una cum hac Caſtitate conjugali, quæ eſt materia voti, poteſt ſtare Religio, ut per Baſil. Pontium *in tractat. de Imped. matrim. cauſ.* 47. *quæſt.* 2. §. 4. quem ſequitur, & laudat Dianæ *in reſol. Moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 49. ubi ait ita tenere etiam alios Theologos, idemque defendit Navarr. *in Apolog. qu.* 1. *Monit.* 56. Unde & in ſacro *Rotæ Rom.* auditorio in terminis noſtris deciſum fuit commutationem voti continentiæ in Caſtitatem conjugalem, non mutare Regulæ ſubſtantiam, ut habetur in *deciſ.* 226. *nu.* 6. *p.* 2. *Diverſor.*

Et ſic ceſſat auctoritas D. Th. 2. 2. *qu.* 86. *art.* 8. quatenus docet ad perfectionem Religionis requiri votum perpetuæ continentiæ, ipſe enim loquitur de perfectiſſima Religione, & in apice perfectionis conſtituta, per ea quæ tradit Medin. *de ſacr. ho. contin. lib.* 14. *controv.* 7. Unde ex doctrina Diu. Th. deſumitur has Religiones militares, in quibus vovetur Caſtitas conjugalis, non eſſe perfectiſſimè Religiones; non autem inde infertur, quin ſint veræ Religiones, aliud enim eſt eſſe verè tale, aliud eſſe perfectè tale. Unde quam. vis ad totalem Religionis perfectionem requiratur Cælibatus, vera tamen Religio conſiſtere poteſt cum continentia conjugali per ſupradicta.

Præterea quamvis ad ſubſtantiam perfectæ Religionis pertineant hæc tria vota Paupertatis, Continentiæ, & Obedientiæ, non † tamen ita præcisè ſunt de ſubſtantia perfe- 65
ctè Religionis, quin quandoque limitata Religioni etiam adhæreant, ut patet in voto Paupertatis, quod ſubſiſtere poteſt in particulari licet non ſit in communi, ſic itaque dicendum in Caſtitate, ut ſtare poſſit limitata ad Caſtitatem conjugalem, ita Covarr. in terminis hujus Religionis S. Jacobi 2. *p. epit. decret al. cap.* 13. *num.* 18. quæ quidem Covarruu. ratio confirmatur ex *cap.* Monachi §. *qui verò de ſtat. Monach.* † ubi habetur Monachos de licentia Abbatis re- 69
tinere poſſe peculium ex cauſa alicujus regiminis, vel adminiſtrationis ſibi demandatæ, nemo remanente voto Religionis, & habetur per Camill. Saler. *in Proem. conſuet. Neap.* §. *prælatis in addit. incip. pro concluſione column.* 4. & in terminis noſtris adducit Bobadil. *in Polit. libr.* 2. *cap.* 19. *ſub numer.* 11. *ſub fine*, ergo eadem ratione, juſtis de cauſis, modificari poterit votum Caſtitatis, † quod quidem in his 70
equitibus non fuit ſublatum, ſed modificatum; matrimonium enim ab eis ante profeſſionem contractum tolleratur, & poſt profeſſionem contrahi permittitur de magni Magiſtri licentia ex Apoſtolico indulta, & diſpenſatione, ut habetur in Bulla confirmationis Ordinis S. Jacobi ab *Alexandro Tertio*, edita, & à *gemino Innocentio* videlicet Tertio, & Quarto confirmata, quorum prior inhibet magno

gno Magiſtro, ne contra dicti Ordinis Regulas hujuſmodi licentias concedat. Juſtè autem, & prudentiſſimè Summi Pontifices moti fuerunt ad d. votum in his Ordinibus modi-
71 ficandum, † tum ne propagatio virorum nobilium deficeret, ſine quibus militia propagari non poteſt. Tum etiam quia cum iſti milites ex proprio Inſtituto debeant per orbem vagari, & extra clauſtra degere; notoria, & evidens, erat occaſio peccandi propter quod poſt Ariſt. ajebat D. Thom. *in libr. de regim. Principis*, quod Milites convenit eſſe conjugatos, ita in terminis noſtris Maſtrill. *in deciſ. 290. numer. 136. & ſeq.* quod adeo verum eſt, ut *Sarmient.* contra hos milites ſcribens, non dubitaverit aſſerere, eos non poſſe, humano more loquendo, continentiam ſervare, in quo tamen reprehenditur à Navar. *in Apolog. quæſt. 1. monit. 56. ante fin.*

Inconveniens autem, quod ex D. Thom. & ex *Theologis*
72 dicebatur reſultare ex † conjugio, qui cum Religione pugnare videtur, eò tendit, ut illud ſit impedimentum orationis, & contemplationis, & ſic bene militat in cæteris Religionibus, quæ ad vitam contemplativam, vel ſaltem ad mixtam ordinatæ ſunt; ceſſat autem in Religione militari, cujus ſcopus non eſt contemplatio, ſed militia pro Chriſto ejuſque Sancta Fide; ac proinde milites voventes Caſtitatem conjugalem in Religione, approbata remanent propriè, & verè Religioſi.

Et hinc etiam patet reſponſio ad tertium argumentum.
73 Quamvis enim controverſum ſit inter ſcribentes † an Religioſi reddantur dominii incapaces ſolo jure humano, an verò jure naturali Divino: prior tamen ſententia verior eſt teſte Sanch. *in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 4.* Rota *deciſ. 246. nu. 12. p. 4. in recentioribus*, & hinc eſt quod Prælatus, licèt cum Monacho diſpenſare nequeat, ut peculium tanquam proprium retineat; benè tamen diſpenſat, ut retineat ad tempus, quoad uſum, & adminiſtrationem; ita intelligunt DD. tex. *in cap. cum ad Monaſterium in fi. ibi, nec æſtimet* Abbas, *quod ſuper proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare extr. de ſtatu Monach. c. non dicatis ubi* Præpoſ. *n. 12. concl. 1. 12. qu. 1.* Cald. *in conſ. 2. in princ. verſ. & ratio de Reg.* Abb. *in c. 2. in tertio notab. de ſtat. Monac.* Sylu. *in ſum. verb. Religio 6. num. 7. verſ. ſi autem Prælatus* Tapia *in Auth. ingreſſi in ver. ipſo ingreſſu cap. 3. num. 35.* Graff. *dec. aur. par. 2. lib. 3. cap. 18. nu. 23.* Butr. *in cap. 2. num. 10. & ibi* Abb. *nu. 4. & DD. communiter de ſtatu Monach.* Rota *dec. 772. nu. 2. & ſeqq. par. 1. & dec. 216. num. 12. & 13. par. 2. diverſ. & noviſſimè in dec. 246. nu. 10. par. 4. in recentioribus.* ubi atteſtatur de commun. opin. Garz. *cum per eum relatis de benef. p. 7. cap. 10. num. 42. cum ſeqq.*

Papa verò etiam quoad proprietatem, ex cauſa diſpenſare poteſt cum Monacho, etiam remanente Monacho Innoc. *in d. cap. cum ad Monaſt. nu. 2. de ſtat. Monac.* & communiter Canoniſtæ ibi, *& in cap. non dicatis, ubi præpoſ. in 1. concl. & num. 12.* dicit communem pro ut etiam Nav. *ibid. in commen. 2. de reg. n. 17.* fatetur communem (licet ab ea diſcedat) Covarr. *in c. 2. nu. 10. & ſeq. de teſtam.* Greg. Lop. *in leg. 2. verb. no puede tit. 6. par. 1.* Garz. *de benef. par. 7. c. 10. nu. 60. & 91.* Ema. Rodriq. *qu. regul. tom. 1. qu. 1. art. 4. verſ. cui obiectioni*, qui omnes reſpondent tex. *in d. cap. ad Monaſt. in fin.* ubi dicitur, abdicationem Paupertatis, ſicuti & cuſtodiam Caſtitatis adeo eſſe annexam Regulæ Monachali ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere, intelligi, ſine cauſa, non autem cum cauſa, eoſque refert, & ſequitur, & de communi teſtatur Rot. *in dec. 246. num. 21.* ubi hinc probat privilegium, quod habent Jeſuitæ ſtudentes, retinendi proprium poſt tria vota emiſſa, eſſe conforme juri communi, & *nu. 6.* addit ſola Eccleſiæ conſtitutione Monachum eſſe dominii incapacem, ac propterea poſſe per Papam diſpenſari.

Rurſus utriuſque ſententiæ ſectatores in hoc conveniunt,
74 ut † ex Pontificis permiſſu poſſit Regularis de rebus ſuis etiam in ultima voluntate diſponere, utpotè quia hujuſmodi prohibitio jure humano emanavit Caſtrenſ. *in Auth. ſi qua mulier n. 5. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Greg. Lopez. *l. 53. verbo que los ganen. tit. 6. part. 1.* Azor. *tom. 2. Inſtitut. Moral. l. 12. c. 6. q. 5.* cum aliis latè congeſtis per Sanch. *d. cap. 8. num. 5.*

75 Porrò † Equites præfati poſſident quidem bona, & de eis in vita diſponunt, ſed ex Pontificiis Privilegiis, ac ex permiſſu, & licentia Magni Magiſtri: cui quotannis per menſem ante feſtum Nativitatis Domini Noſtri, fidele bonorum ſuorum inventarium mittere tenentur; quo ex illius licentia anno in ſequenti bona illa poſſideant, ut apparet ex dictorum Ordinum Regulis, & ſtabilimentis ex Bullis *Clementis V. & Gregorii XIII.* & tradit idem Sanch. ubi ſupra *nu. 33.* qui *num. 35.* docet eos peccare mortaliter contra votum Paupertatis, ſi animum habeant non relinquendi, aut non expendendi bona juxta ſuperiorum beneplacitum. Fatentur inſuper in hujuſmodi annuali expropriatione Magnos Magiſtros poſſe ad libitum dd. bona quæcunque illis auferre, & alteri aſſignare, ſe ſeque ad hoc eſſe paratos, & ita patet ex ſtabilimentis, & Capitulis generalibus ejuſdem Ordinis, & deducit Motta *d. tract. lib. 2. cap. 2. §. 26. num. 10.* & ſic re vera quotannis ſe expropriant provt ſimiliter advertit Maſtrill. *dec. 290. nu. 61.*

Teſtatur quoque de eorum bonis, † ſed pariter ex per- 76
miſſu, & inducto Apoſtolico, nempe *Innocentii Octavi, Clementis Septimi, & Gregorii Decimitertii*, ut advertunt Molina *tom. 3. de Juſt. diſput. 604. in fin.* Motta *in tract. de confirm. Ordin. Sancti Iacobi lib. 1. cap. 2. §. 18. num. 8.* Sanchez. *ubi ſupr. num. 30.* quamvis eos de Patrimonalibus, ac de bonis partis aliunde quam ex commendis, poſſe etiam de jure teſtari, quaſi non ſint verè Religioſi, ſentiat Card. Seraph. *in dec. 587.*

Cum itaqua valeat Summus Pontifex, ſic ut ſupra, votum Paupertatis limitare, abſque Religionis ſubſtantiæ læſione; certè non poteſt ullo pacto bene inferri dd. Equites non eſſe verè, & propriè Religioſos, ut etiam videmus in
77 ſtudentibus Societatis JESU, † qui poſt tria ſimplicia vota emiſſa, & veri Religioſi ſunt, & ſuorum bonorum dominium retinent, de quibus cum Superioris conſenſu diſponere poſſunt; provt utrunque habetur in *Extravagant. Gregorii Decimitertii, Aſcendente Domino*, & in propoſito obſervavit Motta *d. tract. de confirm. Ordin. Sancti Iacobi lib. 2. cap. 2. §. 7. ad 7. numer. 3.* eoque non relato, luculentius oſtendit Sanchez. *dict. leg. 7. cap. 8. in decalog. nu. 25.* plenè, & pulchrè Rota *in dec. 246. num. 2. per totam part. 4. in recentioribus.*

Quæ omnia ex eo confirmantur, quia cum ut dictum eſt ſupra *num. 59.* vota Religioſa ſint media ad perfectionem ſui ſtatus aſſequendam; profectò † nihil prohibet ſtatum
78 perfectionis eſſe ſine actuali renunciatione propriorum, dummodò quis in præparatione animi paratus ſit, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere, cum & id pertineat directè ad perfectionem, ut docet D. Thom. 2. 2. *qu. 184. art. 7. in reſp. ad primum.* Non fuit itaque incongruum Religionem militarem inſtituere in qua ex Apoſtolicis indultis, ac ex legitimè præſcripta, & tollerata conſuetudine, Equites Religioſi voveant Paupertatem non tam arctam, & rigidam, quam Religioſi clauſtrales, cum dicti Equites ex eorum inſtituto, & in bellis verſari, & in propriis domibus manere, & uxores, & filios, familiamque habere poſſint.

Quartum argumentum eſt ejuſdem farinæ, licet enim Summi Pontifices non tam arctam induxerint obedientiam in militantibus Ordinibus, ſicut in cænobiticis; apparet tamen in eis perfectam ineſſe obedientiam. Etenim obedien-
79 tia Religioſa † conſiſtit in cuſtodiendis præceptis, et regulis ordinis; itavt nil fiat contra præcepta, et regulas, nec contra Superiorum mandata Regulæ conformia ut habetur ex D. Th. 2. 2. *q. 86. art. 5. in corp. in art. 9. ad 1.* ubi etiam Cajet. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 74.* Id autem continetur in voto, quod à dictis Equitibus emittitur, ut apparet ex formula, de qua ſupra *nu. 45.* meritò negari non poteſt quin obedientiam, quo ad ſui eſſentiam, et ad Religionis ſtatum ſufficientem voveant.

Imò, quamvis in propriis domibus manere permittantur, non temerè fortaſsè dici poſſet † eorum obedientiam 80
aliquo reſpectu arctiorem eſſe, quam Monaſticam, cum à ſuis Prælatis cogi poſſint ad præliandum pro Chriſto adverſus infideles, & exponendum ſe martyrio, ut habetur in eorum Regula à Cardinali Alberto compilata, & per Sedem Apoſtolicam approbata ſub initio: propter quod *Gregorius* Summus Pontifex in quadam ſua *Bulla* vocat eos Chriſti Athletas.

Obedientia † autem ſingulorum Ordinum regularium, 81
non eſt eadem; ſed diverſa; & alii quidem ad Monaſticam ſolitudinem, & ad pſallendum in choro tenentur, alii ad redemptionem captivorum, alii admiſſiones, alii adminiſtrandum infirmis; ſic, & alii ad militandum pro Chriſti fide, & omnes vovent quidem obedientiam ſecundum talem Regulam, ut ex Cordub. *lib. 3. qu. 6.* Sot. *de ſecret. qu. 3. concl. 2.* Frat. Manuel. *in ſumm. 2. p. qu. 9.* deducit Mott. *d. tr. lib. 2. cap. 2. §. 19. num. 20.*

Ne-

Neque verum eſt àdd. equitibus uxorem ducentibus non poſſe votum obedientiæ ſervari, quaſi ſui corporis dominium ſit pœnes uxorem; quia imò † ſi matrimonium præcedit profeſſionem, habent conſenſum expreſſum uxoris, ſi verò ſubſequitur, habent tacitum illius conſenſum: Ita ut equites uxorati vota Religioſa emittant cum licentia expreſſa uxoris; juri ſuo cedentis, & conjugem ſuum Magno Magiſtro ſubmitti permittentis; hoc autem adeò jure fieri poteſt, ut imò conjuges invicem ſe abſolvere valeant ab omni jure, quod habent in alterutrum *c. dudum cum ſua gloſſ. de converſ. coniug.* ſi verò poſt votorum ſuſceptionem uxorem ducunt, contrahunt quidem Matrimonium, non ut cæteris, ſed cum licentia Magni Magiſtri, & ſecundum Regulam S. Iacobi, & ſic Puella nubens viro non libero, ſed totaliter mancipato Deo, & ordini, tacitè conſentit, & juri ſuo renunciat, & ſic matrimonium non impedit votum Obedientiæ à dicta regula præſcriptæ. 82

Nec contemnendum eſt omninò exemplum, quod ad rem noſtram affert Motta *d. tract. lib. 2. cap. 2. §. 19. ad 19. nu. 19.* † de illis Religioſis, qui cum totaliter traditi ſint ordini, de licentia Prælati efficiuntur Parochi, & promittunt obedientiam Dioceſano in his, quæ ad curam, ac Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, juxta diſpoſitionem *Concilii Tridentini ſeſſ. 21. cap. 11. de Regular. & Conſtitutionem Leonis* regiſtratam *à Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. c. 3. tit. de viſitat. regul. nu. 40.* 83

Quintum quoque argumentum facili negocio de medio tollitur, quia † licet hi equites ſubſint Principi ſæculari, nempe Regi Catholico, non tamen ei ſubſunt quatenus eſt Princeps laicus; ſed quatenus eſt Magnus Magiſter Ordinis, & conſequenter ipſius Ordinis Religioſus, circa quod tanquam per ſe clarum non inſiſto. 84

Sextum argumentum eadem facilitate corruit, † milites enim harum militiarum ſuccedunt quidem in feudo, non quod non ſint Religioſi, ſed quod in eis, arma tractantibus, & ſplendidiſſimam paupertatem colentibus, ceſſant rationes illæ, quæ militant in cæteris regularibus Clericis; Unde etiam milites Hieroſolymitani, qui citra ullam controverſiam ſunt Religioſi, ut deduxi in *dec. 21. nu. 8.* ſuccedunt in dd. feudis juxta veriorem, & magis communem opinionem, ut deducunt Tapia *in auth. ingreſſi in ver. ſua cap. 14. nu. 19. & 20. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Intrigliol. *in tract. de feud. cent. 2. art. 1. n. 209. & ſeq.* & alii innumeri, quos congeſſit Carol. de Graſſ. *de elect. cleric. effect. 4. n. 68. & 69.* quibus addendus eſt eruditiſſimus Sanchez. *in decalog. l. 7. c. 15. nu. 47. cum ſeq.* quicquid ſecus ſenſerit Menoc. *de arb. iud. caſ. 231. n. 2. & ſeq.* de quo tamen v. infra *dec. 21. n. 61.* 85

Ad ſeptimum in quo dicebatur † abdicationem proprietatis, & cuſtodiam Caſtitatis adeo eſſe annexam Regulæ Monachali, ut nec quidem Summus Pontifex diſpenſare valeat, ut habetur in *cap. cum ad monaſterium extr. de ſtat. Monach. & ex eo id tradit* D. Th. 2. 2. *qu. 88. art. 11.* & per conſequens eſſe impoſſibile, ut quis remaneat ſimul Religioſus, & matrimonium contrahat, ut etiam latè oſtendit idem Angelicus Doctor. 2. 2. *qu. 188. art. 3. cum quinque ſeqq.* Multipliciter ſatisfieri poſſe videtur, & primo quidem reſpondet Motta *in tr. confirm. ordin. S. Iacob. lib. 2. c. 2. §. 7.* decretalem non loqui de Religione in univerſum, ſed de ordine Monachali, & ideo non procedere in aliis Religionibus; ſed (pace ſua) hæc reſponſio non valet obolum, ut patebit ex iis, quæ mox dicam adverſus reſponſionem ſequentem ſecundò igitur in terminis noſtris reſpondet Navarr. *conſ. 13. nu. 2. de regul. tom. 1.* quod licet in corpore juris clauſo, & ſic de juri communi cum nititur Doctrina D. Thomæ aſſumptum ſit verum, † per diſpenſationem tamen Sedis Apoſtolicæ, id fieri poteſt, ſecundum communem ſententiam gloſ. Innoc. & aliorum *in d. cap. cum ad monaſterium*, quam etiam inquit, ſequutum fuiſſe. Cajetan. contra ſententiam D. Thomæ *in dict. qu. 88. art. 11.* ad quod Navarr. citat etiam ſeipſum in Manual. *cap. 12. nu. 75. & in comment. 2. de Regular. num. 17.* quam Navarr. reſponſione ſequuti ſunt in puncto Motta *in tract. confir. Relig. S. Iacobi libr. 2. cap. 2. §. 7. ad 7. & 8.* & Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 1. ſub num. 115. in fin. & nu. 114.* 86 87

Cæterùm † in hoc non poſſum non valde mirari de doctiſſimo Navarro quia Cajet. *in d. qu. 88. art. 11. Innocent. & DD. in d. cap. cum ad Monaſterium* ubi inter cæteros benè Panorm. *numer. 21. cum ſeqq.* & ipſemet Navar. in locis, in quibus ſe citat, hoc duntaxat dicunt, quod Papa quamvis iudulgere, hoc eſt ſive cauſſa non debeat diſpenſare ſuper voto perpetuæ continentiæ poteſt tamen ex magna cauſa particulares Religioſos diſpenſare, quod etiam tenuit Diu. Thomas *in 4. diſt. 38. qu. 1. art. 4. quæſtiuncula 1. ad 3.* (quamvis ipſe, mutaverit ſententiam ex pravo intellectu dictæ decretalis, inquit Cajetanus) Ricard. *eadem qu. 38. art. 9.* Durand. *qu. 2.* Paludan. *qu. 4.* D. Antonin. *in ſum. par. 3. tit. 22. cap. 3.* Arrago. *de iuſt. & iur. q. 88. art. 11. circa ſecundam concluſionem*, latè & pulchrè Leſſ. *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 40. dubit. 19. n. 140.* ubi ait hanc eſſe ferè communem Theologorum ſententiam.

Verum iſte non eſt noſter Articulus, neque eſt bona argumentatio de particulari diſpenſatione illius, qui votum Caſtitatis emiſit ad eos, qui illud non ſimpliciter emittunt, ſed caſtitatem duntaxat conjugalem vovent, ut etiam advertit. Sarmient. *in defenſorio in Monit. 56. ſub n. 2.* dictaque *decretalis cum ad Monaſterium* ad hoc allegatur, ut votum continentiæ adeo ſit ſtatui Religionis annexum, ut ab eo etiam ex Summi Pontificis auctoritate ſeparari nequeat, & ſic fieri non poſſit, ut quis ſimul, & ſemel ſit Religioſus, & conjugatus, quod quidem non negat Cajetan. *loco cit.* imò id expreſsè concedit, & declaret exemplo albedinis; proprietas enim albi eſt eſſe diſgregativum viſus, eſtque adeo annexa hæc proprietas albo, ut non poſſit ab eo ſeparari: cum hoc tamen ſtat quod eſt album cum omnibus proprietatibus ſuis poſſit ſeparari à ſubiecto, quod eſt album, & hoc eſt quod dicunt Doctores, Papam poſſet diſpenſare in voto continentiæ Religioſi faciendo de Monacho non Monachum, hæc ille ibi *in ver. ad hoc breviter*; quin etiam ipſe Navarr. *in comment. 2. de Regul. num. 17.* eandem prorſus diſtinctionem facit, ut nempe poſſit quidem Papa liberare Religioſum à nexu voti; non poſſit tamen facere, ut ducat Uxorem Caſtitatis voto integro manente, quæ quidem propoſitio, & veriſſima eſt, & ab omnibus conceditur per *dictum cap. cum ad Monaſterium*, & teſtatur Leſſ. *d. dubit. 19. ſub num. 140.* & hanc diſtinctionem latè ponit Corduba *in ſuis quæſt. moral. lib. 1. quæſt. 24.* ad hæc tamen vide, quæ dixi circa votum Paupertatis. Et quod Papa diſpenſare valeat in d. d. notis in ſenſu diviſo, ideſt faciendo, quod Religioſus non ſit amplius Religioſus, non autem in ſenſu compoſito, ideſt ut quis manendo Religioſus non teneatur ad unum ex dd. votis tradunt plurimi congeſtis à Barboſ. *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 2. de regular.* Hinc eſt quod defuncto Guilielmo Siciliæ Rege, relicta poſt ſe duntaxat Conſtantia filia Moniali profeſſa, cum Tancredus Eccleſiæ infenſus injuſtè d. Regnum invaderet Papa diſpenſavit cum Conſtantia, ut demiſſo habito Religioſo nuberet Arrigo VI. Imperatori cum dote ejuſdem Regni Siciliæ.

Tertiò igitur, & melius reſpondet Navarr. *eodem conſ. 13. num. 3. de regular.* quod † licet voti obligatio ſit de jure naturali, & divino inducta; ſolemnitas tamen voti Religioſi juris humani Pontificii inventum quoddam eſt; Unde ſicut Pontifices Maximi ſtatuerunt, ut inter cætera ad hoc; ut quis ſit verè Religioſus voveat Paupertatem, Obedientiam, Caſtitatem ſimplicirer, ita ſtatuere poterunt, ut aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus, & conſequenter efficere, ut non ſolum votum Caſtitatis integræ, ſed etiam votum Caſtitatis conjugalis in aliqua Religione ſufficiat, & ſicut Religioſi poſſunt ex aliquo privilegio certo modo teſtari per limitationem voti Paupertatis, ita ſtatuere potuit Apoſtolica ſedes, ut Religioſi Militarium Religionum ſatisfacerent voto Caſtitatis, Religioni neceſſariæ, ſervando conjugalem continentiam. 89

Pro cujus rationis confirmatione adduco tex. *in cap. unico de voto, & voti redemptione in 6.* ubi habetur, voti ſolemnitatem ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſſe inventam; quæ verba præciſa appoſuit etiam *Gregorius XIII. in Bulla*, edita pro Religione Societatis JESU *Aſcendente Domino*, quam etiam doctrinam defendunt Caietan. 2. 2. *qu. 88. art. 7.* Scotus *in quarto, diſtinct. 28.* ubi etiam Palud. & Durand. *in quæſt. 2.* Navarr. *in ſum. cap. 22. num. 35. fuſe* Hieron. Plato *de bono ſtatus Religionis lib. 2. cap. 20. & 21.* ubi ſignanter ex D. Baſil. *epiſt. 2. ad Aph. can. 15.* probat quod † olim, qui ſe Monachorum ordini addicerent, tacitè cælibatum admittere conſueverunt, quod poſtea expreſsè vovere cæperunt, & docet primum omnium Summorum Pontificum, (quod literis extet) *Innocentium II.* cum Romana Synodo generali Anno 1139. Religioſis matrimonium omne interdixiſſe; itavt matrimonium, poſt votum ſolemne contractum, nullam vim haberet: & tandem concludit religioſa vota eam quidem vim habuiſſe ſemper, ut matrimo- 90

nium

nium illicitum efficerent ; illam autem vim, ut etiam nullum, & irritum efficerent, quæ à Theologis voti ſolemnitas appellari ſolet, temporis progreſſu, & quaſi gradatim fuiſſe introductam. Eandem ſententiam tenet Eman. Rodriq. *in qq. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 4. qui alios etiam adducit ſequitur Motta *ſæpe cit. tract. libr.* 2. *cap.* 1. §. 12. *probat.* 10 *ſub numer.* 5.

Quamvis itaque Religionis ſtatus, tria vota ſubſtantialia continens, in Evangelio fundatus ſit; Dominus tamen ſuo Vicario reliquit modum emittendi, ea pro temporum, ac gentium, & ſtatuum qualitatibus determinanda, Et ſic poteſt illa diverſis Religionibus diverſimodè, & limitatè, vel etiam magis extenſivè præſcribere, ut colligitur ex dicto *cap.*
91 *unico de vot. in ſexto*, quemadmodum, & † ad eundem Pontificem ſpectat Religionum inſtituta confirmare, quæ & ab eo confirmata, verè, & propriè Religiones ſunt, ut in terminis noſtris advertit Sanch. *in decal. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *ſub nu.* 11.

Denique non refragatur octavum argumentum, deſumptum ex auctoritate Divi Thom. 2. 2. *articul.* 4. *quæſt.* 86. *ad quintum*, qui dicere videtur hos milites non eſſe ſimpliciter Religioſos, ſed ſecundum quid. Dupliciter enim reſpon-
92 detur; primo † Divum Thomam non loqui de his militibus tria vota in Religione approbata emittentibus, ſed tantum de illis, qui aliqua convenientia ſtatui hujuſmodi Religionum ſervant, quales ſunt viri, & fœminæ Tertii Ordinis Prædicatorum, vel Franciſcanorum non profitentes tria ſubſtantialia vota; ita latè reſpondet Navarr. *in Apolog. de redditib. Eccleſ. qu.* 1. *monit.* 56. *nu.* 6. quem ſequitur Motta *lib.* 2. *cap.* 2. §. 10. *ad* 10. *nu.* 5.

Secundò reſpondet Eman. Rodriq. *qq. Regul. to.* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 6. quod eſto D. Thom. de his militibus locutus fuiſ-
93 ſet, † verum quidem dixiſſet, eos non eſſe ſimpliciter, & abſolutè Religioſos: quia ſunt Religioſi militares, ſubdens in hoc allucinatos fuiſſe Theologos, non intelligentes quomodo illa dicatur vera Religio, ubi ejus profeſſores uxores habere minimè prohibentur; non conſiderantes, quod Religio cum additamento militaris, cum uxoribus compati poſſit ex Pontificis indulgentia, & Rodriquum ſecuti ſunt Maſtrill. *deciſ.* 290. *numer.* 72. & Mirand. *in Manual. Prælator. Regular. quæſt.* 10. *articul.* 4. *concluſion.* 3.

94 Hæc doctrina vera † quidem eſt in ſe ex iis, quæ latè deduxi ſupra *num.* 64. *cum ſeqq.* Sed (ut verum fatear) non benè tollit doctrinam Divi Thomæ, qui non ſolum dixit illos modos vivendi non eſſe ſimpliciter, & abſolutè Religiones, ſed eſſe duntaxat ſecundum quid; ultra quod non dicitur propriè tale, quod non eſt ſimpliciter, & abſolutè tale ad *l. Lucius*, §. *hoc quæſitum*, & *l. hoc legatum*, & utrobique Bartol. & ſcribentes *ff. de legat. tertio*, & poſt hæc ſcripta reperi Roderici reſponſionem rejectam fuiſſe etiam à Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 4. *numer.* 20. dicente, quod ſi abſolutè, & ſimpliciter non ſunt verè Religioſi, non poſſunt dici verè Religioſi militares, & ſi ſunt verè Religioſi militares, poſſunt dici verè Religioſi abſolutè, & ſimpliciter per argumentum de toto in modo: Nam illud additum, militares, non variat ſubſtantiam Religionis: Unde magis placet reſponſio Navarri, quam & germanam puto.

Et hinc etiam tolluntur exempla ex adverſo allata de di-
95 ctis † tertiariis, de Rectoribus Hoſpitalium, de Militibus gaudentibus, & his ſimilibus; illi enim non emittunt vota ſubſtantialia, nec vivunt in Religione approbata, ut poſt alios tradit Menoch. *de arb. Jud. caſ.* 56. *num.* 7. & quod milites gaudentes profitentur obedientiam, ſed non carentiam proprii, neque caſtitatem tradit Calderin. *in conſ.* 415. *aliàs* 30. *de Regular.* ubi illos æquat Fratribus Tertii Ordinis. Imò ſi Tertiarii collegialiter vivant, ſeù cum clauſtralibus habitent mulieres autem virginalem, ſeù celibem, aut caſtam vidualem vitam ducant, & habitum; gaudent privilegiis omnibus conceſſis fratribus tertii ordinis, ut *in d. ex adverſo allato Concil. Lateranenſi ſeſſ.* 11. & ita tenet Sac. Cong. Immunitatis, & ſignanter in una Eugubina 21. Novembr. 1633. in qua reſolutum fuit d. d. Tertiarios ità demum non eſſe exemptos ab oneribus, ſeù muneribus Magiſtratuum ſi ſeorſum, & in propriis domibus habitant; quæ reſolutio confirmata fuit die 21. Julii 1634. proponente R. P. D. Paulutio poſteà Cardinali.

96 Ut † autem Religio per Sedem Apoſtolicam approbata dicatur, non ſufficit, modum vivendi ab illa approbata, ut in prædicti perſonis, niſi ea tanquam vera Religio approbata fuerit, ut colligitur ex gloſſ. *in Clem. cum ex eo de ſen. excomm.* & tradit Sanch. *in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *numer.* 49. provt approbatum fuiſſe Ordinem Sancti Jacobi, conſtat ex *Bullis* approbationis illius; & ſic non benè arguitur de uno ſtatu ad alterum.

Unde † milites ejuſdem Ordinis cum ſint Religioſi, pro- 97
fectò de jure communi gaudent privilegio fori, ut in terminis tradunt Navarr. *in dict. Apolog. de redditib. Eccleſ. Monit.* 56. *& in conſ.* 12. *&* 13. *&* 22. *de Regul. libr.* 3. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 47. *à num.* 16. Rodriq. *qq. Regular. tom.* 2. *qu.* 62. *artic.* 13. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. Jud. caſ.* 135. *num.* 31. *in addit.* Mend. *de Caſtro in Prax. luſitan. libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Cabal. *reſolut. crim. caſu* 56. *num.* 9. *&* 10. *& caſ.* 225. *à num.* 11. Gambacurt. *de Iummun. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 2. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini can.* 15. *qu.* 28. *num.* 1. *& qu.* 5. *concl.* 5. *& qu.* 18. *n u.* 50. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *à nu.* 109. Novarius *in prax. elect. & varia fori qu.* 37. *nu.* 20. *cum aliis*, quos refert, & ſequitur Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 13. *nu.* 45. Diana alios etiam referens *reſolut. Moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 72. Lotterius *de re Beneficiaria lib.* 1. *qu.* 36. *nu.* 36. & quod propterea eorum Iudices conſervatores poſſunt excommunicationem fulminare adverſus Judices Laicos, qui cauſas eorum cognoſcere volunt, quia gaudent fori privilegio, provt cæteri regulares, tradunt etiam Motta *in d. tract. de confirm. Ord. S. Jacobi lib.* 2. *c.* 1. §. 9. *&* §. 32. *nu.* 31. *&* 43. ubi etiam Franc. Molin. & Michael Carantia. Valaſc. *conſul.* 108. *nu.* 27. *libr.* 2. Camil. Palerm. *in proem. conſtit. Regni Neapol. lib.* 2. *cap.* 19. §. *præfatis in add. nu.* 4. & hanc opinionem eſſe in praxi receptam teſtatur Flores de Mena *lib.* 2. Variar. *qu.* 21. §. 15. *n.* 215. Cabedo *dec.* 61. *n.* 6. ubi inquit, Regem tanquam Magiſtrum ordinum non poſſe illorum cauſas laico Judici delegare partibus reluctantibus, quos refert & ſequitur Ceval. *in tr. de cognit. per viam violent. p.* 2. *q.* 149. *à n.* 1. *& infra, & n.* 20. ubi inquit, quod quamvis hinc inde adſint fortiſſima fundamenta, hanc tamen ſententiam ſemper vidit in praxi obſervatam apud ſuprema tribunalia Regia, & ideo ab ea non eſſe recedendum, & loquitur, tam in civilibus, quam in criminalibus, ſubdens, contigiſſe dum hæc ſcriberet caſum in perſona D. Fernandi de Toledo Equitis S. Jacobi, & re acriter diſcuſſa, fuiſſe reſolutum Judicem conſervatorem, qui fulminavit interdictum, eo quod dictus eques à Curia Laica detinebatur, non feciſſe violentiam, & cauſam una cum dicto Equite remiſſam fuiſſe, & ita vel explicitè, vel implicitè tenent omnes, quos longa ſerie ſupra congeſſi *nu.* 58. Et quod dd. Equites etiam ab antiquiſſimo tempore ſubiecti eſſent foro Eccleſiaſtico patet ex text. *in c.* 1. *de ver. ſignif. in* 6. quo loci *Innocentius Quartus*, declarat illa verba *Bullæ Alexandri Tertii*, *in ſpeciales Eccleſiæ Romanæ filios vos recipimus*, per quæ inquit; dictos milites non eſſe exemptos à Juriſdictione diœceſani, tametſi excommunicari non poſſint niſi per Summum Pontificem, vel ejus delatere legatum. Et quamvis gloſſ. & nonnulli ſcribentes exiſtiment dictum textum loqui de militibus Hieroſolymitanis, attamen falluntur, quia ipſemet *Innocentius Quartus* in apparatu quem facit *ad d. c. in calce. tit. de verb. ſignific. in finalibus verbis dicti apparatus*, oſtendit agi, *in dicto cap.* de Equitibus S. Jacobi, & Bulla *Alexandri* in qua habentur ſupra relata verba, eſt illamet, qua ille confirmavit dictum Ordinem ſub data 3. *non. Junii* 1175. Quamobrem decipitur Pereira *in tract. de man. reg. part.* 2. *cap.* 2. 6. *num.* 9. dum opinatur dd. Equites non gaudere privilegio fori Clericalis, eo quod habeant Judicem reputatum ad omnes cauſas criminales; reſpondetur enim, quod in curiis, in quibus d. deputatum ſortiuntur ille, Judicis Eccleſiaſtici vice fungitur, illoſque à Judicibus ſecularibus defendit: in variis autem Urbibus, in quibus illo carent foro Eccleſiaſtico ſubſunt ex jam deductis.

Sed, & † quatenus, ſine veri præjudicio admitteremus 98
dd. Equites non eſſe verè, & propriè Religioſos ſed ſecundum quid, vel ſimpliciter perſonas Eccleſiaſticas; adhuc tamen negari non poſſet, quin eodem fori privilegio gauderent, provt plerique etiam ex iis, qui tenent eos non eſſe verè Religioſos, ingenuè fatentur, & ſignanter ita tenet Sylveſt. *in ſumm. in v. Eccl.* §. 4. *verſ.* 6. *quantum ad Deo devotos, & ver. quinto milites de ſpata*, ubi quod ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & quod gaudeant privilegio Canonis, & fori, utì verè Religioſi *ead. ſumm. in v. Relig.* ubi tametſi diſputet an ſint propriè, vel largè religioſi, concludit tamè eos dubio procul

cul esse personas Ecclesiasticas, & uti tales esse immunes à Iurisdictione sæculari Cerdar. *in tract. de visit. carcer. c.* 51. §. 4. *num.* 13. ubi quamvis dicat eos non esse verè, & propriè Religiosos, resoluit nihilominus esse Ecclesiasticos, & gaudere exemptione, & privilegio fori Io. Azor. *in sum. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 2. ubi quamvis *in q.* 2. conetur probare ipsos non esse verè, & propriè Religiosos, attamen statim *quæst.* 3. resoluit esse Ecclesiasticos, & tanquam tales gaudere privilegio Canonis, & fori *flores de Mena lib.* 1. *var. quæst.* 21. *num.* 205. ubi quod licet non essent perfectè Religiosi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 4. per totum, & signanter *num.* 6. & 15. ubi refert Doctores pro utraque parte in ea quæstione, an sint verè, & perfectè Religiosi, vel secundum quid, & *num.* 21. dicit quod quicquid sit de hoc, negari non potest, quin sint personæ Ecclesiasticæ, & gaudeant privilegio Canonis, & fori, idemque tenent, & Zerul. *in prax. episc. p.* 1. *ver. commendatar.* §. 1. Lotter. *in tr. de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 36. *nu.* 36. ubi quamvis teneat eos esse largo modo Religiosos, dicit tamen; quod ratione illius qualiscunque Religionis sortiuntur forum Ecclesiasticum Avendagn. *in tract. de exequend. mand. princ. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 11. Azebed. *in l.* 4. *num.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *recopil. Girond. de Gabel. p.* 7. *in princ. n.* 47. *& seq.* & illos eodem privilegio gaudere firmavit Rota *Romana* apud Card. Seraph. *decis.* 549.

99 Quod autem † dicti Equites sint saltem personæ Ecclesiasticæ nullum Catholicorum negasse præter Sarmient. inquit Nav. *in Apol. de reddit. eccl. mon.* 55. *num.* 1. eumque sequitur Mastril. *dec.* 290. *n.* 88. *& seq. licet* autem itidem Sarm. *in suo defensor. eod. Monet.* 55. dicat è contra, quod nullus Catholicus dixit eos esse personas Ecclesiasticas, & Guttier. *in tr. de Gabel. q.* 95. *num.* 12. inadvertenter dicat, ita se habere communem opin. nihilominus, ut ex mox allegatis apparet vera, & communis sententia est, ut ipsi omninò sint personæ Ecclesiasticæ, & tales etiam appellantur à *Clem. V.* Summo Pontifice in ejus Bulla ad hujus Ordinis favorem condita, & tradit etiam Valasc. *consult.* 108. *num.* 27. *lib.* 2. Prædictis adstipulatur Bart. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. de pæn. & in l. semper* §. *quibus d. ff. de Imm.* Ant. de Butr. *in c. nullius num.* 6. *extr. de Iur. immunit.* Abb. *in rubr. de Reg. num.* 4. qui licet non loquantur in specie de Militibus S. Iacobi, loquuntur tamen de aliis hujusmodi militibus, de quibus magis, quam de his dubitari poterat, & nihilominus volunt eos saltem censeri personas Ecclesiasticas, & gaudere privilegio fori, & Bartolum quo ad prædictam conclusionem sequuntur etiam Card. *in Clem. per literas de præbend.* Felyn. *in cap. nullus num.* 9. 6. & 8. *de foro compet.* Bonif. *de Vitalin. in clem. ex eo num.* 30. & 31. *de sent. excomm. in* 6. Ang. *in sum. in verb. Religiosus*, ubi quod in favorabilibus habentur pro Religiosis Socc. *in cap.* 1. *de foro compet. in declaratione quæst.* 11. & 12. Dyn. *in cons.* 52. *in cap.* super eo quod quæritur *vers. sed constat.* ubi inquit, eos esse personas Ecclesiasticas, & à Iurisdictione cujuslibet Iudicis sæcularis esse exemptos: & quod licet habeant uxores, non ideo sequitur eos esse à beneficio Religionis, & personarum Ecclesiasticarum exclusos, ita etiam per omnia, pluribus relatis tenet Lotterius *de re Beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 35. *& seq.* ubi inquit, non posse controverti, quin sint Ecclesiasticæ personæ, & sortiantur forum Ecclesiasticum.

Quod etiam Navar. *d. monit.* 55. pluribus ostendit rationibus, quarum aliquæ licet, ut ingenuè fatear, non videantur, subsistere ex iis, quæ respondet Sarmien. *ad idem monit.* 55. tria tamen inconcussa remanere videntur.

100 Primum est quod † beneficium Ecclesiasticum est jus percipiendi redditus Ecclesiasticos, conferibile tamen à persona Ecclesiastica, personæ Ecclesiasticæ, ut colligitur ex Cald. *in cap. postulasti. de rescript.* cum aliis relatis à Fel. ibidem & à Io. *de Seluc. in tract. de benef.* 1. *par. quæst.* 1. & à Navar. *dict. monit.* 55. *sub num.* 2. *& latius in rubr. de præbend.* qua de re vide latè Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 2. *cum pex eum congestis.*

101 Cum itaque dicti Equites capaces sint beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ vocant commendas, sequitur, & ipsos Equites esse Ecclesiasticos, & quamvis Sarmient. *ad d. monit.* 55. *num.* 5. dicat minorem propositionem esse falsam, & Navarrum errasse, cum dictæ præbendæ non sint beneficia Ecclesiastica, subdens se de hoc bene informatum esse, cum ejus Pater, & frater fuerint Commendatarii; Ego tamen, pace sua, arbitror Navarrum, minimè errasse, qua reperio *Pium Quintum*, in sua Bulla ædita ad favorem Ordinis Sancti Iacobi *de Anno* 1566. in illis verbis *Prioratus, Baiuliuas, Præceptorias*, commendas illas appellasse *Ecclesiasticas*, &c. idemque tenet Garz. post hæc scripta visus *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. & 7. ubi refert ex dictæ Religionis stabilimentis per Mottam adductis, esse simoniam dare pecuniam pro Commenda, ut etiam differit Azor. *lib.* 13. *c.* 6. *quæst.* 3. & Navarrum in hoc sequitur etiam Valasch. *in consultat.* 108. *num.* 28. *lib.* 2.

Secundum est quod † omnes gaudentes privilegio Cano- 102
nis, *Si quis suadente* 17. *quæst.* 4. quo excommunicantur iniicientes manus violentas in personas Ecclesiasticas, sunt Ecclesiastici, gaudentque etiam privilegio fori, exceptis Clericis in minoribus non habentibus requisita (propter particularem provisionem *Sacri Concilii Trident.*) Hanc traditionem ultra Navarrum *loc. cit.* benè firmat Suar. *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 7. Layman. *in Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 1. Diana *par.* 1. *resolut. moral. tract.* 2. *resolut.* 72.

Dicti † autem milites S. Jacobi, Calatravæ, & similes 103
gaudent privilegio Canonis, ut ultra Navarr. *d. monit.* 55. & *cons.* 11. *de Regul. l.* 3. patet ex Sylus. Azor. Garzia, & aliis supra citat. *num.* 98. quibus addendi sunt Antonin. *Variarum resolut. lib.* 1. *cap.* 112. *cas.* 63. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 9. *num.* 131. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 1. *quæst.* 4. *nu.* 14. Rodriq. *qq. Regul. tom.* 1. *quæst.* 73. *art.* 2. Graff. *decis. aur. lib.* 2. *decis.* 33. Gyptius *de casibus reservatis, cap.* 3. *num.* 15. Bonac. qui plures congerit *de cens. disp.* 4. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 7. Diana *d. resol.* 22. in fine, & ita nominatim disponunt *Alexander III. & Alexander IV.* in eorum Bullis pro Ordine S. Iacobi conditis, & ex Bulla *Innocentii* tradit Gratianus *in Regul.* 175. *nu. fin.* quem refert, & sequitur Ceval. *in tract. de cogn.* per *viam violen. q.* 149. *nu.* 7. *idemque tradit* Valasc. *in consult.* 108. *nu.* 27.

Postrema ratio est, quod † cum eorum personæ, ita sint 104
dicto Ordini adstrictæ, ut egredi non possint, sine dubio sunt personæ Ecclesiasticæ ad Card. *in Clem. cum ex eo quæst.* 2. *de sent. excom.* qui citat *c. per exceptionem de privil. in* 6. & ita in terminis nostris arguit etiam Lopez *l.* 1. *partit.* 1. *tit.* 7. *glos.* 1. ubi subdit, quod ex quo perpetuò deputati sunt servitio Dei, ad usum pium, censeri debent Ecclesiasticæ personæ *Clemen.* 1. *in fin. de decim. & dict. cap. per exceptionem* quod confirmat, & exornat Vasq. *lib.* 3. *controv. illustr. cap.* 105. *num.* 51. *& seqq.*

Denique † duo sunt modi eripientes à Iurisdictione Prin- 105
cipis sæcularis, receptio ordinum, & conversio ad unam ex Religionibus approbatis Abb. *in cap.* 2. *sub num.* 10. *de foro compet.* cum igitur isti Equites conversi sint ad dictam Religionem à Sede Apostolica approbatam, certè concludendum est, illos à laica Iurisdictione esse liberatos. His itaque sic se habentibus de jure communi, & circunscriptis Privilegiis exemptionem largientibus, non est opus ingredi aliam difficultatem, an scilicet dicti Equites uti valeant immunitate, ex Privilegio ipsis competente, quamvis etiam † in hoc 106
affirmativè respondendum esset, contrariis supra allatis non obstantibus; Quod enim dicebatur Ordinem esse ferè collapsum, omninò falsum convincitur ex jam deductis, ex quibus patet eos tria vota substantialia custodire. Et quamvis in propriis domibus, ex Magni Magistri indulgentia habitent, non inde desinunt esse Religiosi, ut patet ex *cap. insinuatione, qui cleric. vel voven.* quo probatur posse quem fieri verè Religiosum, & professum, manendo in domo, quæ sua erat ante professionem, cum aliis, quæ deducit Navar. *in cons.* 20. *num.* 2. *cum seqq. de Regul. lib.* 3. † & notum est 107
etiam, quod ubicumque Religiosus cujuscunque Ordinis, sub Superioris obedientia manet, censetur intra claustrum residere Abb. *cap. ex rescripto num.* 5. *de iureiur.* Sylvest. *in sum. verb. Religiosus* 3. *quæst.* 19. *num.* 2. Navarr. *cons.* 41. *num.* 3. *& cons.* 42. *num.* 2. *&* 3. *de Regul. lib.* 3. *Medina de sacror. hom. contin. lib.* 5. *cap.* 35. Motta in terminis *in dict. tract. lib.* 2. *c.* 2. §. 25. *num.* 4. *& seqq.* ubi etiam probat quemlibet ex dictis Militibus esse alicui Conventui deputatum, licet de Superiorum licentia extra illum moretur.

Ultra quod † collapsa Religio adhuc est Religio, donec 108
contrarium declaretur, & peccant quidem Religiosi præcipuè autem Superiores, quorum incuria dilabitur non tamen efficiuntur Laici, ut benè deducunt in terminis nostris Navarr. *in Apolog. de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 56. *& latius* Motta *d. c.* 2. §. 26. *&* 27. nec contrarium probatur *in c. recolentes* §. *si enim de statu Monach.* quia ibi dicitur, quod declinantes omnino à primo instituto merentur privari prærogativis, & Privilegiis, non autem dicitur eos censeri privatos, quæ quidem privatio soli Pontifici est reservata,

ut

ùt accidit in Templariis; quorum ordo cum diù fuiſset prorſus collapſus, nunquam tamen Ordinis nomen amiſit, donec *Clemens Papa V.* ſua ſententia illum annullaverit, ut tradit Caſan. *in Catal. gloriæ Mundi p. 9. conſid. 5.* & utinam non adeſſent, & aliæ Religiones, etiam à Regulæ ſubſtantialibus deflectentes, & tamen Religiones ſunt, & ejus alumni Religioſi dicuntur, quorum ruinam deplorabat Columba Bellarminii *in ſuo gemitu lib. 2. c. 6.* ex quibus etiam ceſſat, quòd adverſum Bullam Martini deducebatur, maximè verò, quia non ſpectat ad Equites bellum adverſus infideles inſtituere, ſed ad Magnum Magiſtrum, & in hoc ſufficit eos eſſe paratos illius obedire mandatis.

Nec relevat, quod Martinus Privilegium ad beneplacitum
109 conceſerit, quia ſi † conceſſiſset ad ſuum beneplacitum; per ejus obitum extinctum remanſiſset, cum autem illud ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ emanaverit, dicitur conceſſum in perpetuum, niſi revocetur; quia Sedes Apoſtolica nunquam meretur, ita expreſsè diſtinguit *text. c. ſi gratiosè de reſcript. in 6.* Ultra quod etiam *Pius V.* illud in perpetuum confirmavit.

Illatio verò, quæ fiebat, ut non verè ſint Religioſi, ex quo duntaxat ad beneplacitum fuerunt à Martino exempti, non procedit, quia Martinus eos non eximit duntaxat à Laica Juriſdictione, à qua jam de jure erant exempti; ſed eximit eos à quibuſcunque Judicibus ordinariis cum Regularibus, tùm ſæcularibus, eoſque ſubjecit immediatè ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, ac illius protectioni, & ſic argumentum retorquetur; ſi enim eos eximit à juriſdictione Judicum Eccleſiaſticorum, iàm ſequitur eſſe perſonas Eccleſiaſtico foro de ſui natura ſubjectas.

Quod autem non conſtet Pii V. Bullam publicatam fuiſ-
110 ſe, minimè obſtat, quia quamvis † privilegia, quæ feruntur per univerſales leges, exempl. gr. *c. ſi quis ſuadente clem. dudum de ſepul. clem. unic. de Baptiſm. clem. dignum de celebrat. Miſſarum*, & his ſimilia, publicatione indigeant: privilegia tamen quæ non per viam legis, ſed privatim conceduntur per particularia indulta Religionibus, Univerſitatibus, hoſpitalibus, vel aliis; non publicantur; juxta diſtinctionem, quæ colligitur *ex gloſſ. in Proem. clem. verb. de cætero*, & *ex* Bart. *in l. leges num. 2. Cod. de legibus* Felyn. *in c. cognoſcentes n. 7. limit. 3. de conſtit.* Rodriq. *in qq. Regul. tom. 1. qu. 7. artic. 6.* Azor. *inſtitut. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 25. q. ult.* Salas *de legib. diſp. 17. ſect. 5. à num. 31.* & *num. 34.* planius, & plenius Suarez *in tract. de legib. lib. 8. cap. 24. per totum*, ubi benè examinat, & probat, & *num. 7.* teſtatur ſic eſſe in uſu, ut hæc particularia privilegia non publicentur: fatetur tamen neceſſariam eſſe notitiam privilegii, ut illud obliget tàm in foro fori, quam in foro poli, & hoc quidem per authentica documenta; quæ cura notificandi hujuſmodi privilegium non ſpectat ad Principem, ſed ad ipſum Privilegiarium, ut ibidem *num. 7.* quod tradit etiam Sylveſt. *in ſumm. in verbo exemptio*, ubi in puncto loquitur de privilegio exemptionis, & addit, quod ſi habens intereſſe petat privilegii copiam, eidem danda eſt. Supradictam ſententiam probat etiam Caſtro Palao *de privileg. tractat. 3. diſp. 4. punct. 3. §. 2. num. 1.*

111 Quod autem addebatur, † S. Pontificem non poſſe directè aliquem à Juriſdictione Laica eximere, & ideò præfata privilegia intelligenda eſſe, quo ad concedentis, non quo ad Principum præjudicium advertatur hanc fuiſſe argumentationem allatam à Lopez *in leg. 1. tit. 7. part. 1. gloſſ. 1.* & Vaſquez *lib. 3. controverſ. illuſtr. cap. 105 num. 45.* cui jam copioſè uterque eorum ſatisfecit, ille circa *fin. dict. gloſſ.* iſte *num. 46. 47.* & *48.* & latiùs Maſtrill. *deciſ. 290. à num. 99.*
112 uſque ad 121. † ſicut enim ordo clericalis eximit Laicum à ſæculari juriſdictione, cui originaliter tamquam natus Laicus ſubjectus erat; ſic ſuos converſos eximit ordo, à Sede Apoſtolica approbatus. Nec de poteſtate Papæ dubitandum eſt, cum citra controverſiam poſſit eximere Laicum à juriſdictione Principis, ſine illius conſenſu, quando illi aditur aliqua qualitas, vel quando id facit cauſa Ordinis, vel Religionis, ut per Innocent. & alios communiter *in cap. 2. de majorit.* & *obbedient.* Nec ulla fit injuria Prin-
113 cipi † nec propriè loquendo, Papa eximit Laicum, ſed ipſe Laicus ſe eximit mancipando ſe Regulis approbatis, ut latè deducunt Vaſq. & Maſtril. *locis ſupracitatis*, qui videri poterunt.

Nihil etiam negotii facit, quod dictæ Bullæ ad inſtantiam Regis Cattholici conditæ fuerint, ac proinde in Regnis ſibi, vel concedenti non ſubditis executionem non mereantur; quia conſequens eſt falſum, ea potiſſimum de cauſa, quia Rex Catholicus pro dictis Bullis expreſsè inſtetit tanquam Magnus dicti Ordinis Magiſter, ad quem propterea, & nō ad alios ſpectabat inſtare, ut decoraretur privilegiis; quibus in ſuis Regnis minimè indigebat; poterat enim perſe ipſum illos eximere à ſuorum Miniſtrorum Laicorum Juriſdictione, ſed quia optabat ubique terrarum eos tali immunitate potiri, ideò ad Summum Pontificem totius Eccleſiæ Præſulem recurſum habuit.

Quòd autem ex Bobadill. addebatur Equites † Militia- 114
rum exterarum non habere in Regnis Hiſpaniarum exemptionem, eſt ſatis leve; tùm quia Bobadill. præſupponit eorum privilegia, quibus nituntur eſſe localia; tùm etiam quia id ideo contingit, quia de facto negatur regium exequatur dictis privilegiis, ut per Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 1. num. 105.* unde perperam id allegatur pro articuli juris deciſione, & in Civitate Genuæ, in qua non retardatur executio litterarum Apoſtolicarum, ſub prætextu alicujus exequatur.

Denique ceſſat, quod noviſſimo loco addebatur Bullas Genuæ non eſſe uſu receptas; quia quicquid ſit de illa quæ-
ſtione † an privilegium liget ſtatim etiam ignorantes, in 115
qua tres diverſas Doctorum opiniones recenſet Creſcent. *deciſ. 4. de privileg.* certè affirmativa verior eſt, quoties in privilegio adeſt decretum irritans, prout in Breve Martini V., in favorem equitum Sancti Jacobi conditum adeſſe conſpicitur *capit. ſi eo tempore*, & *ibi gloſſ. de elect. cap. dudum*, & *cap. penult. de præbend. cap. 1.* & *cap. ſi ſoli de conceſſ. præbend.* quæ jura ad hoc adducit Marta de Clavol. *part. 1. clauſul. 141. num. 12.* & ante eum idem dixerat Oſaſch. *deciſ. 5. nu. 2.* & *11.* & Gonzal. qui alios etiam congerit in 8. *Regul. Cancell. gloſſ. 67. num. 18.* & in omnem ca- 116
ſum † alleganti non uſum incumberet onus probandi, ut firmat Rota apud Creſcen. *dict. deciſ. 4. num. 2.* hoc autem in caſu noſtro; eo uſque nec probatum; imò nec articulatum fuit, ut imò conſtaret de uſu dictarum Conſtitutionum, cum enim aliàs coram Rota civili Genuæ D. Dominicus Doria Eques S. Jacobi, conventus fuiſſet, ipſe uti Eques, & Religioſus declinavit forum, & Rota cauſa cognita remiſit caumſa ad Judicem Eccleſiaſticum.

Quòd ſi quandoque † aliquis ex dictis militibus patiatur 117
ſe citari coram Judice Laico, non propterea prorogare poteſt Juriſdictionem, & conſentire in non ſuum Judicem, cū non de ſuo tantum, ſed etiam de Superioris præjudicio tractetur, cui immediatè eſt ſubjectus. *Abb. in cap. cum tempore in quinto notab. extra de Arbitr.* & tradunt paſſim DD. communiter, & in terminis de Equite Sancti Jacobi de Spata, ita firmavit Rota apud Creſcentium *deciſ. 3. de foro compet.* ubi propterea fuit declarata nulla ſententia contra talem equitem lata, & eo magis quo privilegium Martini habet decretum † irritans, cui non poteſt de partium conſenſu 118
renunciari *ad gloſſ. in cap. ſtatutum in §. in nullo quoque de reſcript. in ſexto.*

Quò ultimum intelligunt aliqui, ubi de favore publico agitur, ut in caſu noſtro, ſecus ſi de privatorum favore ita diſtinguit Cur. iun. *in l. penult. num. 35. C. de pactis* Dec. *in l. pacta, quæ contra num. 11. ff. de ritu nupt.* Mart. ubi ſup. *num. 5.* Imò & ubi de privatorum favore agitur, ita demum per contrarium uſum tollitur privilegium decreto irritanti munitum, ſi ipſimet contraveniunt per actum poſitivum, ſecus ſi patiuntur ad not. per Archi. Jo. Andr. & Gemin. *in cap. cum de benefic. de præben. in ſexto*, & Fely. *in cap. eum acceſſiſſent col. 14. verſ. 4. lim. de Conſt.* Creſc. *viden. in deciſ. 4. num. 4. de privileg.*

Et ex his ni fallor apparet verius eſſe, ut hujuſmodi Equites, Religioſi ſint, gaudeantque privilegio Canonis, & fori, in quam partem ego inclinabam, ſed lis inter Equitem Nicolaum de Aſte, & D. Nicolaum Spinulam fuit per concordiam auctoritate Sereniſs. Senatus conſopita, idcirco ſententiam quam jam conſcripſeram, publicare non oportuit.

Amplia modo dictam † deciſionem, ut à fortiori proce- 119
dat in Militibus Calatravæ, & Alcantaræ, qui ſunt Ordinis Ciſtercienſis antiqui à Sacris Canonibus approbati, profitenturque obedientiam, & vivunt ſine proprio, & quicquid poſſident, retinent ex voluntate Prælati, & ex eorum primæva inſtitutione vovebant, & ſervabant omnimodam caſtitatem quemadmodum Equites Hyeroſolomitani, quæ ex Pauli Tertii, conſtitutione, in conjugalem caſtitatem commutata fuit, & ideo de eis ſemper minus dubitatum fuit, quam de militibus Sancti Jacobi, ut in propoſito

advertit Lopez in *l. 1. titul. 7. partit. prima* Maſtrill. *deciſ.* 290. *ſub num.* 72. & latè defendit Burg. de Paz. *in conſil.* 17. *num.* 1. *cum plur. ſequentibus*, & ideo hanc ſententiam firmant omnes, quos longo ſtylo recenſui ſupra *num.* 59. & *num.* 91.

120 Secundò † Amplia etiam in Equitibus Chriſti, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & ſimilibus, Nam, & hi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, emittunt vota, & gaudent privilegio fori, ut per Navarr. in *conſ.* 13. *per totum de Regul. lib.* 3. loquentem de militibus Chriſti, latiùs, & meliùs in *conſil.* 23. *eodem titulo*, ubi agit de militibus Sancti Stephani, arguit ad partes, & contraria diluit, probatque eos eſſe verè Religioſos, & vota ſubſtantia emittere, ac propterea gaudere privilegio fori, quem ſequitur Maſtrill. *deciſ.* 290. *num.* 42. nec diſſentit Menoch. *de Arb. jud. caſ.* 56. *nu.* 10. Caball. *reſ. crim. lib.* 2. *caſ.* 225. *à num.* 11. Novarius *de elect. & variat. fori par.* 1. *q.* 37. *num.* 2. Barboſ. *de Off. Epiſc. alleg.* 12. *num.* 45. Diana *cum relat. par.* 3. *reſolut. Moral. tract.* 2. *reſol.* 30. Rota *in Veronenſis penſionis* 23. *Febr.* 1610. *coram Card. Lancelloto impreſs. per* Marcheſ. *de commiſs.*

Contrarium tamen tenuit Rota apud Card. Seraph. in *deciſ.* 121. *ſub num.* 2. quæ eſt repetita in *dec.* 591. *par.* 1. *diverſorum*, & regiſtratur Pariſ. *in tract. de reſign. lib.* 6. *à num.* 116. in qua deciſum fuit Milites Sancti Stephani non eſſe Religioſos, potiſſimum, quia non emittunt vota ſubſtantialia, & ideò non compræhendi ſub diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regul.* quo cavetur ne quis in Religione tam virorum, quam mulierum ante annum probationis expletum profeſſionem emittat, quam etiam deciſionem refert Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. Rurſus idem Card. Seraph. una cum Card. Pamphilio, & Card. Arrigono dum eſſent Rotæ Auditores deferunt votum, in quo tenuerunt Equites Sancti Stephani, uti non Religioſos eſſe capaces beneficiorum ubi ſæcularium, quod votum habetur inter *deciſ. recentiores parte tertia deciſ.* 228. *per totum*, cujus voti (ſub nomine Pamphilii) meminit Garz. ubi ſupra *num.* 18. dicet eos uti Religioſos, non eſſe capaces beneficiorum ſæcularium cenſuerit Congregatio Concilii annuente Summo Pontifice, prout habetur apud eundem Garz. *par.* 7. *cap.* 10. *ſub num.* 32.

Sed quidquid ſit de hoc ſaltem ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ ut per Garz. *d. p.* 1. *cap.* 4. *in fin. &* Cæſ. de Graſs. *dec.* 1. *de prob.* & gaudent privilegio fori, nec contrarium determinavit Rota locis citatis, & ita in Equitibus Chriſti cenſuit Sac. Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in una Aſſiſien. de menſe Decembre 1627. in qua annuente Sanctiſſimo mandavit equidem Placidum Bentium militem Chriſti ad forum Eccleſiaſticum eſſe remittendum. *Et* 28. *Feb.* 1640. idem reſcripſit.

Idemque rurſus in eiſdem equitibus militiæ Chriſtianæ cenſuit *eadem Sacra Congregatio die* 25. *Septembris eiuſdem anni* 1627. in qua mandavit equitem à Curia Sereniſſimi Ducis Mantuæ captum reſtitui Ordinario una cum proceſſu, & facta reſtitutione facultatem conceſſit abſolvendi eundem Ducem, ejuſque miniſtros ab excommunicatione ob dictam capturam incuſa, ut patet ex dicta reſolutione tenoris ſequentis.

Die 25. Septembris 1627. In eadem Congregatione in cauſa Mantuana, & dubio an Equites Religionis Chriſtianæ ſint exempti à juriſdictione laicali.

Sacra Congregatio cenſuit equitem inquiſitum, & carceratum à miniſtris Ducalibus conſignari Epiſcopo Mantuano una cum originali proceſſu facto, quamvis nullo, qui ut delegatus cauſam cognoſcat audito Procuratore Ducali, & facta conſignatione, ut ſupra abſolvantur Dux, & omnes complices ab Epiſcopo. Et quod milites Chriſti ſint à laicorum juriſdictione exempti juxta Bullam erectionis, dixit eadem Sac. Congreg. Neocaſtrin. 14. *Febr.* 1634. modo tamen profeſſionem emiſerint aliàs ſecus eadem Sac. Congr. *in una Neapolitana* 6. *Novembris* 1625. Et quod milites Sancti Lazari, quoad eorum perſonas, & bona Religionis gaudent eiſdem privilegiis, quibus Equites Hieroſolymitani ex Bulla Pii V. 95. & conſequenter privilegio fori dixit eadem Sac. Congregat. *in una ſeſs.* 2. *Octob.* 1634. proponenti R. P. D. Falconerio poſtea Cardinali.

121 Tertiò † Amplia, dictam regulam eouſque veram eſſe, ut trahentes, vel trahi facientes dictos milites Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ ad Tribunalia ſæcularia incidant in excommunicationem inflictam in *Bulla Cœnæ Dominicanon.* 15. ut nominat firmat Duard. *in dict. Bulla eod. canon.* 15. *q.* 28. *num.* 1. ſequitur Bonacc. *in tract. de cenſur. in particul. diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 3. *n.* 16. quod etiam patet ex dicta reſolutione Sac. Congregationis paulò ſuperiùs regiſtrata; per argumentum à fortiori; quia minus dubium eſt de militibus S. Jacobi, quàm de equitibus militiæ Chriſtianæ per ſupradicta.

Quartò amplia † dictos milites eouſque eſſe verè Religioſos, ut ad ſæcularia officia non ſint promovendi Azeved. *l.* 14. *tit.* 15. *l.* 7. *n.* 19. *tit.* 9. *lib.* 9. *recopil. & in ſcoliis ad* Cur. Piſan. *cap.* 21. *ad fin. l.* 2. Burg. de Paz. *l.* 2. Taur. *num.* 75. *ad fin.* quos refert, & ſequitur Giurba in *conſ. crim.* 21. *ſub num.* 9. 122

Hoc tamen eſſe arbitrarium Principi tradit Bobadill. in *ſua Polit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 16. ubi quod alias admiſſa fuit excuſatio cujuſdam equitis S. Jacobi, dicentis ſe non poſſe cogi ad ſubeundum quoddam munus, quia uti religioſus officialia laicalia adminiſtrare non debebat.

Quintò † ampliat Sancius *in ſuis pract. diſp.* 49. *n.* 11. *&* 13. adeò eſſe verè Religioſos, ut poſſint confiteri cum ſacerdote ſæculari non approbato ab ordinario, prout etiam cæteri regulares; ſequitur, & dicit valde notandum, quia novum, Dian. *in reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 49. *ante fin.* ſuper quo tamen cogitandum relinquit, quia conſuetudo eſt in contrarium idem Dian. *par.* 2. *tract.* 2. *reſol.* 30. ideò caveant tam ipſi, quam confeſſarii ne confeſſiones invaliditati ſubjaceant, & ne confeſſarii ab Ordinarii puniantur, præſertim quia Sacra Congregatio dictam opinionem non admittit. 123

Sextò amplia † ut dd. equites, ſive ſint Religioſi, ſive perſonæ Eccleſiaſticæ, collectari non poſſint, ſed à gabellis, & collectis ſint immunes, ut latè deduci Fiſcal. apud Navar. *in Apol. de reddit. Eccleſ. monit.* 28. *col.* 2. Laſſarte, qui ait, per quandam legem fuiſſe electam mediam viam in *tract. de decim. cap.* 19. *num.* 92. *in fin.* & Navarrum ſequitur Maſtrill. *deciſ.* 290. *n.* 62. Barboſ. qui plures refert *de offic. Epiſc. alleg.* 13. *n.* 14. Michael de Caranza apud Mott. *in tra. de confirm. Ord.* D. Jac. *lib.* 1. *cap.* 2. §. 29. *n.* 4. & ibi per totum idem tenet Flores de Mena *lib.* 2. *q.* 21. *n.* 203. Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 49. ubi ait, ſe conſulente, Senatum Panormitanum conceſſiſſet exemptionem gabellarum dictis equitibus etiam novitiis idem Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. ubi citat Enriq. Rodriq. & Mottam. 124

Et hanc puto veram opinionem, quamvis Guttier. poſt alios quos refert *in tract. de gabellis qu.* 95. *nu.* 13. teneat contrarium, & dicat mediam viam fuiſſe electam per quandam legem regiam, & Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 264. id reſtringat ad fructus præbendarum. Et facit regula communiſſima quæ habet quod qui non ſubiicitur non collectatur, qua de re latè diſſerui *in deciſione* 12. *num.* 23. *& ſeqq. per totam*, ad quam recurre.

Limitatur primò dicta ſententia ſecundum quoſdam (ſed minùs rectè) ut procedat in criminalibus, in quibus dictis milites non ſunt à Iudice laico puniendi, ſed ad Judicem Eccleſiaſticum remittendi; ſecus autem in civilibus, in quibus eos non gaudere privilegia fori diſtinguendo ait Girond. *in tract. de gabell. p.* 7. *in princ. num.* 48. & ita innuere, & ſupponere videntur Lopez *l.* 1. *tit.* 7. *p.* 1. *gloſſ. magna*, & Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 26. quorum uterque teſtatur olim per quandam concordiam fuiſſe determinatum; ut in atrocioribus dd. equites non remitterentur ad ſuos iudices, ſed dumtaxat in cæteris delictis: tametſi equites dictæ concordiæ minimè acquieverint, aſſerentes ſine conſenſu ipſorum fuiſſe factam itaut illa à Iudicibus non ſervetur, ſed dd. equites in criminalibus cauſſis pro quocunque gravi delicto ſuis Judicibus, & conſervatoribus remittantur, & ſubdit Bobadill. pluries fuiſſe declaratum dd. Conſervatores, laicis Judicibus inhibentes illoſque excommunicantes non inferre violentiam. 125

Et (quod limitationem hanc certam reddere videbatur) Maſtrill. *deciſ.* 290. *poſt num.* 165. regiſtravit diploma Philipp. Regis Catholici, in quo teſtatur per Breve *Clemens Papæ Octavi ſub data* 31. *Januar.* 1600. *à Paulo Quinto* confirmatum *die* 5. *Jan.* 1608. ſancitum fuiſſe, ut in poſterum cauſæ criminales, & mixtæ cujuſcunque generis equitum ordinum Militarium S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ in prima inſtantia cognoſcantur à ſuis Judicibus, in ſecunda à duobus de conſilio dictorum Ordinum, & ab aliis duobus de conſilio Status, in tertia inſtantia ad Majeſtatem ſuam devoluantur, à deputandis ab ea terminandæ; quo verò ad cauſas civiles idem Rex eodem diplomate mandavit ſervari cujuſcunque loci ſtylum, & conſuetudinem.

Cæ-

Cæterum advertendum eſt dictum Breve continere dumtaxat gratiam, & privilegium conceſſum Regi Cattolico in ſecunda, & ulteriori inſtantia cauſſarum criminalium, & mixtarum, in quibus Rex inſiſtebat, ut equites præfati, qui in ſuis regnis frequentiſſimi ſunt, magis à delictis abſtinerent, nec Rempublicam perturbarent, & ſic quoad eaſdem cauſſas criminales, & mixtas præſupponit jus commune in contrarium, ut nempè à ſuis ſuperioribus cognoſcantur: in civilibus verò Summus Pontifex ibi nullam curiæ ſæculari concedit juriſdictionem; nec profectò dicta diſtinctio eſt juridica, nec amplectenda, Nam eò tendit, ut equiparet hos equites Clerici conjugatis, de quibus adeſt diſpoſitio particularis in *cap. unic. de cleric. coniug. in 6.* & ita innuere videtur Lopez *d. gloſs.* 1. Cum tamen hæc duo genera hominum maximè inter ſe differant, & inter hos, & illos militent rationes ſatis diverſæ, ut oſtendit Navarr. loquens etiam de Clericis non conjugatis in *apolog. de reddit. Eccleſ. quæſt.* 1. *monit.* 62. *num.* 1. & ſic ex diverſis non fit illatio *l. Papinianus exuli ff. de minoribus, cum vulgaribus*, & nihilominus in Sac. Congregatione *Eminentiſſimorum Cardinalium Controverſiis Juriſdictionalibus præpoſitorum*, ex veriori opinione reſolutum fuit etiam Clericos conjugatos eſſe tam in criminalibus, quam in civilibus exemptos; & ſic multo magis idem tenendum eſt in his, quibus ratione votorum, & Religionis à Sede Apoſtolica approbatæ major militat ratio. Unde meritò contra dictam limitationem tenet expreſsè Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 72. & ante eum idem ſenſit Cevall. in *tract. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *quæſt.* 149. *in princ.* & ità tenetur ſentire omnes, quos ad nauſeam uſque congeſſi ſupra *num.* 58. *& num.* 97. quatenus firmant eos eſſe Religioſos, vel ſaltem perſonas Eccleſiaſticas, & gaudere privilegio fori. Sic etiam perſuadent omnes rationes à me jam ad equitum favorem adductæ, quæ non magis militant in criminalibus, quàm in civilibus: & è converſo diſtinctio iſta nullo jure, nullave ratione probatur, & ideò non modo dicta limitatio admitti non poteſt, ſed imò in ampliationem eſt convertenda, tanto magis, quia *Bulla in Cæna Domini* excommunicans eos, qui Eccleſiaſticas perſonas ad laica trahunt tribunalia loquitur tam in civilibus, quàm in criminalibus, ut nouiſſimum eſt, ideo ab hac ſententia nullatenus eſt recedendum. Denique quod præfatum breve fuerit locale, & ſic quod extra Hiſpaniarum fines ſervandum ſit indiſtinctè jus commune, quo equites dd. ordinum à ſuis ſuperioribus judicandi, & coercendi ſunt, convincitur, ex epiſtola ejuſdem Regis anno 1618. ad Archiepiſcopum Neapolitanum data, cujus exemplum poſt hæc ſcripta ab Eminentiſſimo D. Cardinali Brancaccio habui, & in calce hujus deciſionis regiſtrabitur.

Limitatur ſecundo à quibuſdam, ut non procedat, ubi
126 adeſt conſuetudo in † contrarium; quamvis enim Judices ſeculares non poſſint Juriſdictionem præſcribere in clericos, quorum immunitas, & exemptio ratione characteris, eſt de jure divino tex. in *cap. clerici* cum ibi notatis, per *ſcribentes* communiter *extra de Judic.* cum aliis, quos plena manu congeſſit Carol. de Graſs *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 2. Dixi latius *deciſ.* 37. *per tot.* & latiſſimè *in deciſ.* 101. *p.* 2. *bene* Decian. *in tom.* 1. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *à num.* 10. *ubi n.* 14. ampliam etiam in conſuetudine immemorabili, & à Papa tollerata ob Judicis laici incapacitatem, ſequitur Caball. *libro* 1. *reſol. crim. caſ.* 64. *num.* 5. *& ſeqq.* quibus addendi ſunt alii, quos noviſſimè cumulavit Bonacc. *de cenſur. in particul. diſp.* 1. *q.* 16. *punct.* 2. *num.* 5. Rota *dec.* 10. *de conſuetud. in antiqu. & deciſ.* 241. *num.* 3. *inter impreſſ. poſt vol.* 2. *conſ. Farin. & in Ravennaten emphiteuſis* 28. *Maii* 1631. *coram R. P. D.*
127 *Merlino*: ſecus tamen dicendum † videbatur circa horum militium exemptionem, quam quidam dicunt eſſe de jure poſitivo, & idcirco adverſus illam præſcribi, & valere conſuetudinem contrariam, ut conſiderabat Lopez in *d. leg.* 1. *tit.* 7. *par.* 1. *gloſs. circa med.* quem ſimpliciter refert Maſtrill. *deciſ.* 290. *num.* 87. & movetur ex Jo. de Imol. *in clem. penul. col.* 2. *de ſent. excom.*

Sed & hæc limitatio reiicienda eſt, præſertim, ſtante decreto irritante *in Bulla Martini V.* ac in aliis ad favorem Equitum Sancti Jacobi emanatis, quod contrariam impedit præſcriptionem, quæ ſine poſſeſſione non currit, ut notiſſimi juris eſt, & habetur in *regula ſine poſſeſſione lib.* 6. *ubi*
128 *ſcribentes* † quæ poſſeſſio non acquiritur ex actibus nullis
129 Creſ. *deciſ.* 4. *in fin. de privileg.* † prædictum autem decretum annullat ipſo jure actum in contrarium factum DD. *in clem. cum ei de conceſſ. præben.* Felyn. *in c. cæterum num.* 19. *de reſcript. & conſ.* 31. *num.* 21. *ver. ſecunda via*, Dec. *conſ.* 275. *num.* 9. Burſatt. *conſ.* 82. *num.* 21. *vol.* 1. Gomeſ. *in tract. de Gratiis expect. num.* 18. *&* 19. Menoch. *in conſ.* 83. *vol.* 1. & habet implicitam inhibitionem, & vim privativam, & avocativam etiam parte non opponente, Rota *in dec.* 231. *num.* 3. *& ſeqq. par.* 5. *rec.* ubi quod ligat etiam ignorantes ante ipſius publicationem, & inficit non ſolum titulum, ſed etiam poſſeſſionem, Rota *dec.* 2. *de reſtitut. ſpol. in antiqui, & dec.* 11. *&* 12. *de cauſ. poſſ. & prop. in antiq.* Caſſad. *deciſ.* 1. *&* 2. *de reſt. ſpol.* ubi latè Put. *dec.* 99. *par.* 1. *& dec.* 27. *par.* 2. Rota *deciſ.* 99. *&* 122. *p.* 3. *diverſ.* & ita quotidie deciditur in ſacro Rotæ auditorio; & ſic in terminis noſtris ſentire videtur Creſcent. dum in *dec.* 3. *de foro compet.* loquens de equitibus Sancti Jacobi, reiicit lectorem ad ea, quæ ipſemet dixit in *deciſ.* 4. *de privil.* ubi ſub *num.* 6. *&* 7. inquit contra privilegium habens decretum irritans non poſſe præſcribi per ſupradictas rationes. Ultra quod *Bulla in Cæna Domini*, quotannis publicatur, & omnem impedit præſcriptionem, & conſuetudinem interrumpit, ſemperque reſiſtit.

Limitatur tertio à quibuſdam eadem regula, † ut proce- 130
dat in equitibus profeſſis, non autem in novitiis, qui nec Religioſi ſunt, nec gaudent fori privilegio, ita Bobadil. in *polit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 86. & latius in *cap.* 19. *num.* 16. *&* 17. qui quamvis fateantur juxta communem opinionem, ſecus, dicendum eſſe in novitiis Religionum Regularium, de quibus vide, quæ ego latè dixi in *deciſ.* 16. in his tamen Equitibus, inquit non ſufficere, quod geſtet quis crucem in pectore, ſed oſtendere debet ſe feciſſe caravanas, & neceſſaria exercitia ſuper triremibus Religionis, reſederit in conventibus, & inde profeſſionem emiſerit, & movetur auctoritate Bald. in *l. non ignorat num.* 1. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* ubi quod ſi magiſter militum petit ad ſe remitti militem, videtur requiri vera, & concludens probatio, & quod appareat illum eſſe deſcriptum in matricula, ut ibi latiùs per eum, ubi etiam affert Sac. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 11. *in fin.* quod requirit, ut hi milites, vel ſint profeſſi, vel actu ſerviant, ad hoc ut ſint exempti; & teſtatur, ita judicatum fuiſſe de anno 1590. eumque ſequitur Maſtrill. *deciſ.* 290. *num.* 166. ubi ad hoc citat Socc. in *cap. propoſuiſti de foro compet. &* Boſs. *eodem tit. num.* 44. & ita inquit practicari vidiſſe in regno. Idemque tradit Cened. in *canonic. qq. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 39. Rodriq. *in qq. reg. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 14.

Contrarium tamen quod imo etiam equites novitii gaudent privilegio fori, tenuit Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 12. *num.* 55. *per* tex. *in cap. religioſo* §. 1. *ubi* Archid. *de ſent. excom. in 6.* & teſtatur ſe in regno Portugalliæ ita vidiſſe judicari, & eo non relato ita etiam tenet Diana *reſolut. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 49. *in fin.* ubi quod ipſo conſulente Senatus Panormitanus conceſſit exemptionem Gabellarum Equitibus novitiis; eoſque gaudere privilegio fori, Gabellarum, & Canonis, firmat idem Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. *ver. quarto non poſſunt*, ubi citat Henriq. *lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 7. Rodriq. *tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 17. Mott. *lib.* 2. *cap.* 2. §. 8. cum aliis. Cui ſententiæ, quam veriſſimam puto; & poſt hæc ſcripta accepi eſſe de mente S. Congregationis, non obſtat doctrina Baldi à Bobadil. allata, quæ licet in ſe vera ſit, non applicatur caſui noſtro, in quo agitur de Novitiis Religionum militarum, qui quidem deſcripti ſunt in matricula Novitiorum.

Sed advertendum eſt, hanc quæſtionem decidi per Sac. Conc. Trid. loco à Bobadill. citato, nempe *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *in fin. de reform.* ubi habetur hos Militaribus Religionibus addictos, cæteroſque hujuſmodi, niſi militiis actu ſerviant, conveniendos eſſe coram locorum Ordinariis, uti Sedis Apoſtolicæ delegatis, non obſtantibus exemptionibus ipſis militibus conceſſis; unde manifeſtè lapſus eſt Bobadill. dum ex eodem contextu colligebat, dictos novitios à Judicibus laicis eſſe judicandos, cum imò judicandi ſint ab Ordinariis, uti Sedis Apoſtolicæ delegatis, & ita expreſsè firmavit Rota apud Card. Seraph. *in ejus deciſ.* 549. ubi ex quo conſtabat de profeſſione cujuſdam Equitis Alcantaræ, fuit deciſum illum ſubjacere Epiſcopo, uti Sedis Apoſtolicæ delegato, vigore Concil. Trid. *d. cap.* 11.

Limitatur quartò, † quando Eques occidit Clericum; 131
tunc enim ipſo facto privatur cingulo militari, per textum ſingularem *in cap.* 2. *de pœnit. & remiſſ.* & ibi Innoc. & Abb. & ſubinde uti metus laicus à Judice ſeculari puniri poteſt, Rodriq. *qq. regul. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 15. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 23. qui rationem addit, quia privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio. Quæ quidem ratio

tio nihil valet, cum privilegium datum sit ordini, non personæ, & ex ea sequeretur, ut Clericus occidens Clericum posset à Judice laico puniri, quo nil absurdius excogitari potest. Unde salvando Bobadillam, dic ejus sententiam sustineri posse, postquam dictus occidens Clericum, à Curia Ecclesiastica declaratus fuerit, privatus privilegio militari; hæc enim declaratoria ad Judicem Ecclesiasticum spectat, ut per Abb. *loco citato num. 1. & 2. & tradit idem* Bobadill. *cod. lib. 2. cap. 17. num. 86. &* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. notab. 2. §. 1. num. 5.* & subdit Bobadill. *d. c. 19. num. 24.* quod in facti contingentia, cum quidam Eques Christi novitius inquisitus fuisset de nece cujusdam Clerici, & postea professionem emisisset, à Curia sæculari condemnatus dumtaxat fuit in pœna pecuniaria, non autem corporali: quod notandum est pro articulo, de quo supra *numer.* 120. an milites Christi sint Religiosi.

132 Quintò † limita, si delinquerent in officio laicali, ad quod per Principem admissi fuissent, quia tunc ab ipso Principe puniri possent, secundum Bobadill. in *polit. lib. 2. cap. 18. num. 232.* quod etiam tenuit Rodriq. *qq. regul. tom. 2. quæst. 65. art. 13.*

Quam sententiam non examino, ad prolixitatem vitandam, sed cum ipsi sint verè Religiosi, & gaudeant privilegio fori, ut suprà dictum est, contrarium omninò tenendum est, prout in Equitibus Hierosolymitanis in puncto determinant Vinc. de Franch. in *dec.* 479. *n.* 4. & Caball. *lib. 1. res. crim. cas. 64. per totum* quos ego sequutus fui in *dec. 21. n.* 27.

133 Sextò † limita, ut quamvis dictæ militiæ sint veræ Religiones, non tamen quis satisfaceret voto Religionis, assumendo habitum ordinis militaris, quia communiter Religionem promittentes, intendunt statum viventium in communi, & alienum à tumultu, fastu, & curis sæcularibus. ita Sanch. in *decal. tom. 2. lib. 4. cap. 16. num.* 11. & ibi *num. seq.* idem tenet ob eandem rationem si quis assumeret habitum ordinis S. Joannis Hierosolymitani post Cordub in *summ. quæst.* 148. quicquid secus, & malè senserint quo ad dictam Religionem Hierosolymitanam. Arago. 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. Azor. *lib.* 13. *instit. moral. c. 4. q.* 4. & Manuel. Rodriq. *in 2. tom. summ. cap. 93. n.* 8. quorum sententia nullatenus tenenda videtur, nisi vovens, cum votum emisit, etiam de dicta militum Religione cogitaverit.

134 Septimò † declara; ut quamvis prædictis Equites sint Religiosi, non tamen comprehendantur in decreto *S. Congregationis Regularium* mandato *Sixti V. edito de anno* 1590. *& sub Sanctissimo D. N. Urbano Octavo* 12. *Kal. Decembris anno* 1623. confirmato, quo Regulares prohibentur accedere ad Monasteria Monialium, nisi sub certa forma in dicta confirmatione præscripta; & ratio est, quia ibi nominatim prohibitio extenditur ad Equites S. Joannis Hierosolymitani; unde inclusio hujus militiæ est aliarum exclusio, *jurib. vulg.*

Ratio autem discriminis est manifesta, quia scilicet cum milites Hierosolymitani votum habeant perpetuæ continentiæ, prout Regulares claustrales, magis convenit eos à Monialium colloquiis arceri, quam cæteri equites, qui uxores ducunt, & propterea minus redduntur suspecti.

Sequitur Exemplum Epistolæ Regis Catholici ad bo. me. Cardinalem Caraffam olim Archiepiscopum Neapolitanum.

Muy Reverendo in Christo Padre Arçebispo de Napoles de mi Consejo. Por experiençias hebrais visto lo que hà sncedido, y sucede en esse Reyno, y el en combeniente tam grande de no haveese entido claramente mi voluntad enlo que toca à quien hà de juzgar, y conoçer de las causas de los Cavalleros de las ordenes militares de S. Jago, Calatrava, y Alcantara (cuja administration perpetua yo tengo por autoridad Apostolica) que en esse Reyno ay, ò huviere para que en los casos que se offrecieren de à, qui adelante los dichos Cavalleros no se an molestados, y vexados por otra via que de la de su orden, ny menos se de occasion que qualquiere dellos comettan delictos, y escandalos, y hagan cosas pregiudiciales à titolo de la exencion; y por la mucha sadisfacion, que tengo de vuestra persona he querido cometer, y mandaros, como por la presente lo hago que os encargheys de ser Ivez del Cavallero, ò Cavalleros, que al presente Gay ò por adesante huviere en esse dicto Reynojuzgandolos, y castigandolos segum Dios, y orden, quando fuere menester, y por otra parte amparandolos en sus privilegios, y exemptiones; de manera que no reciban agravios, ny ellos le hagau à nadie, sino bivan con la modestia, y quietitud que son obligados, y recebido que haurays este despacho lo hareys luego notorio à las partes à quien tocare, para que en las occasiones que se ofrezcan à cudan à vos, à sepan de la facultad, que se os da, y orden para no perturbaros en la execution della sino dexaros la usar libramente que complido y vastante poder como para ello es menester os lo doy por la presente. Y mando que ningunas Justitias, ni personas de qualquiere estado y condition que sean, no os ponga entervalo, ni empedimento en ello por ningun caso, y abisareys me luego del recebido deste despacho, y adelante como se fueredes poniendo en execution de que me tendere de vos porbien servido. Ad materiam vide novissimè Anton. de Marin. *lib. 1. resol. quotid. cap.* 44. qui has mea lucubrationes non vidit.

ARGUMENTUM.

Percussio à laico in laicum in Ecclesia inflicta an sit mixti fori, Et quid de cæteris sacrilegiis. Et conciliantur plurimæ scribentium sententiæ.

SUMMARIUM.

1 *IUdex Ecclesiasticus an privativè quoad laicum cognoscat de delicto à sæculari in Ecclesia commisso, & n.* 27.
2 *Judex laicus an, & quando privativè quoad Ecclesiasticum puniat laicum in Ecclesia delinquentem, & num.* 7.
3 *Delictum in Ecclesia à laico commissum, an, & quando sit mixti fori, & num.* 7. *& 19.*
4 *Offensio personæ Clerici, & delictum in Ecclesia commissum à pari procedunt.*
5 *Judex Ecclesiasticus an contra delinquentem in Ecclesia ad pœnas non spirituales procedere possit.*
6 *Ecclesia non minus violatur percutiendo quem in ea, quam aliquem ab illa extrahendo, & sub num.* 32.
7 *Judex laicus procedit super vulnere in Ecclesia inflicto, uterque autem judex super sacrilegio, & num.* 13.
8 *Sacrilegii pœna non confunditur cum pœna de vulnere in Ecclesia inflicto.*
9 *Episcopus habet territorium, & num. seq. & 16. & 36.*
10 *Abbas ab impugnatione Tusci defenditur.*
11 *Ecclesia an sit de districtu judicis sæcularis, & an de illius territorio.*
12 *Ecclesia exempta an sit in Diœcesi.*
13 *Sacrilegium à laico commissum est mixti fori.*
14 *Percussio in Ecclesia ab utroque jure prohiberetur.*
15 *Mixti fori est delictum, quod ab utroque jure prohibetur.*
16 *Ecclesia est de jurisdictione, & territorio Judicis Ecclesiastici.*
17 *Laicus committens delictum à solo jure canonico prohibitum punitur in utroque foro.*
18 *Percussio facta in oratorio privato est mixti fori: & an dicatur sacrilegium, vel quasi sacrilegium, & num. seq.*
19 *Statutum loquens de sacrilegio an, & quando comprehendat percussionem factam in oratorio privato.*
20 *Percussio clerici à laico facta est mixti fori.*
21 *Clericus à laico offensus habet fori electionem.*
22 *Remissione à clerico facta laico, qui illum offendit non dicitur remissa injuria Ecclesiæ.*
23 *Stuprum cum moniali commissum est mixti fori.*
24 *Furtum rei sacræ, vel rei prophanæ de loco sacro an sit mixti fori.*
25 Cavalcan. *dictum* in tract. de brachio regio par. 1. n. 75. *examinatur, & num. seq.*
26 *Sacrilegium an sit, & an mixti fori furtum rei prophanæ in loco sacro.*
27 *Judex Ecclesiasticus procedit privativè contra laicum committentem crimen Ecclesiasticum.*

DECISIO III.

TRansmissa per me, tunc Vicarium Parmensem inquisitione quibusdam illius Universitatis scholaribus, qui virum in Cathedrali Ecclesia vulnerarunt: insurrexit fiscus Ducalis, prætendens causam non ad forum Ecclesiasticum, sed ad Gubernatorem omninò spectare. Unde articulus iste diligenter pro bono pacis discutiendus fuit. Et

quidem

quidem majores noſtri diverſas in factiones diviſi ſunt ; ut propterea materia priſcis temporibus adeo remanſerit ambigua, ut nonnulli in varios prolapſis ſint errores.

1 Prima † itaque ſententia fuit Petri, & Cyni *in l. præſens C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* dicentium cognitionem hujuſmodi delicti in Eccleſia patrati, ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum privativè ad alios, ratione loci criminis commiſſi, qui eſt de ſua juriſdictione, cujus reſpectu reus ſortiri debet forum ipſius Eccleſiæ, juxta Text. *in Authent. qua in provincia C. ubi de crim. agi oport.*

2 Secunda † opinio, præcedenti omninò contraria, nimirum quòd Judex laicus privativè ſit competens, fuit Bartoli *in l. ſi cui §. fin. num. 3. ff. de accuſ.* per tex. id expreſsè dicentem *in l. ſi quis hoc genus C. de Epiſcop. & cler. in cap. fin. extr. de Immunit. Eccleſ.* & Bartolum ſequuti ſunt complures Doctores, quos refert, & ſequitur Rolan. *in conſ. 24. num. 5. & 6. lib. 2.* ubi hanc ſententiam communem profitetur, eleganter Bertrand. *in conſ. 9. & 10. lib. 7.* Clarus etiam de communi in §. *final. q. 38. num. 18.*

3 Tertia ſententia eſt, † ut hujuſmodi delicta ſint mixti fori, ita ut inter officialem, ſeu Vicarium Epiſcopi, & Judicem laicum ſit locus prævention, & altero præveniente, alter nequaquam procedere valeat, ut per Guid. Pap. *in dec. 562. num. 2. & 3.* ubi teſtatur ita ſervari ; ſic etiam fuiſſe judicatum inquit Pappon. *lib. 4. tit. 4. arreſt. 6.* & quamvis Guid. Pap. loquatur de injuria facta Clerico, idem tamen eſt ac ſi de de-
4 licto in Eccleſia commiſſo loqueretur, cum † hæc pari paſſu ambulent, & ex utroque eadem offenſio in Hyerarchiam Eccleſiaſticam reſultet *d. l. ſi quis hoc genus C. de Epiſc. & cler.* & dicam infra *num. 20.*

5 Quarta † denique principalis ſententia eſt, ut uterque Judex procedat, Eccleſiaſticus, quidem ad pœnas ſpirituales, laicus verò ad temporales, vel fiſco applicandas, ut per Amade, qui ait ita ſe in facti contingentia obtinuiſſe *in tract. de ſindic. num. 171.* quam opinionem magis ſibi placere inquit Clarus *in §. final. quæſt. 36. num. 47. ver. quæro quid ſi per laicum.*

Porrò & omnes iſtæ opiniones ſimpliciter intellectæ falſæ ſunt : & ſingulæ aliquo reſpectu veræ, ſi benè adaptentur, ut in diſcurſu hujus, & ſequentis deciſionis patebit. Placet itaque quinta Panormitani ſententia, ſecundam, & tertiam ex ſupra relatis, fœdere diſtinctionis concilians : pro cujus intelligentia advertendum eſt cum Bertacchin. *in tract. de Epiſc. par. 2. num. 7.* præfatos ſcholares unico ictu, duo admiſiſſe crimina, alterum ſæculare, quod conſiſtit in ipſo vulnere à ſæcularibus perſonis perſonæ laicæ illato ; alterum ſacrilegii, quod conſiſtit in violatione Immunitatis Eccleſiaſticæ,
6 † quæ non minus læditur percutiendo aliquem intra Eccleſiæ ſepta, quam in extrahendo ex illa confugientem ad eam *cap. cum pro cauſa 27. extra de ſentent. excomm.* Villa-
7 gut. *deciſ. 29. num. 70.* Si † igitur quæratur ad quem ſpectet directè cognitio cauſæ ſæcularis, tunc benè procedit opinio Bart. ſecundo loco relata, ut ea ad ſæcularem judicem privativè pertineat ; cum Eccleſia non habeat territorium, niſi reſpectu eorum, quæ ſunt, ſeu pertinent ad forum Eccleſiaſticum. Si verò quæritur, ad quem ſpectet cognitio ſacrilegii, & tunc procedit tertia ſententia, ut nempè ad utrumque Judicem pertineat, & locus ſit prævention. Ita originaliter diſtinguit Abbas *in cap. inter alia ſub num. 29. extra de Immunitat. Eccleſiaſt. & in cap. cum ſit generale num. 27. ver. addo extra de foro competent.* quem ſequitur Barbat. *in conſil. 93. num. 13. inter conſil. criminalia diverſor. in fol. magn. lib. 1.* & plurimi apud Vini. *deciſ. 497. num. 4. & num. 8.* ubi poſt alios, quos citat, inquit, hoc in caſu dari accumulationem fori foro, plurimos etiam congerit Carol. de Graſs. *de effect. cler. effect. 1. num. 614.* Guttier. *pract. quæſt. lib. 3. q. 1. num. 13.*
8 *& 14.* † Ad quod benè facit Theorica Bartoli *in l. ſenatus ff. de accuſ.* quatenus inquit pœnam ſacrilegii non confundi cum pœna delicti de vulnere, ſed vulnerantem in Eccleſia eſſe tam in ſacrilegii pœnam, quàm in pœnam vulneris puniendum, ſequitur Bajard. ad Clarum in §. *Sacrilegium num. 13.*

Benè verum eſt, quòd in praxi paſſim ſervari vidi ; ut quoties Eccleſiaſticus prævenit, & pro ſacrilegio condignam impoſuit pœnam, vel ritè abſolvit, laicus Judex non puniat rurſus delinquentem pro illato vulnere, niſi in caſu, quo imponenda eſt pœna ſanguinis ; & iſte, ni fallor, fuit caſus Bertacchini, qui dicit ſe practicaſſe dictam diſtinctionem in *tract. de Epiſc. p. 2. num. 7. tract. diverſ. tom. 13. par. 2.*

Cæterùm adverſus primum membrum diſtinctionis Abbatis acriter, & magno zelo inſurgit Card. Tuſchus *in ſuis comm. Concl. littera I. verb. Immunitas concl. 59. num. 15. & ſeqq.* dicens hujuſmodi diſtinctionem eſſe contra textus claros, ipſumque Abbatem aliàs tenuiſſe contrarium, ut † nem- 9
pè Epiſcopus habeat territorium, *cap. omnes baſilicæ 16. quæſt. 7. ubi* Ægid. *in ver. territorio*, & atteſtatur tempore felicis recordat. *Pii V.* ad favorem Sancti Caroli Borromæi, & Eccleſiaſticorum obtentum fuiſſe, Epiſcopum habere territorium, & tenere poſſe familiam armatam, ad quod benè inducit etiam Conc. Trid. *ſeſſ. 25. num. 3. de reform.* & nos latiùs in *ſequenti deciſione* dicemus.

Sed † ni fallor, non merebatur Abbas reprehendi ; non 10
enim negat Epiſcopum habere territorium, imò id affirmat ; cum moderamine tamen, ut illud habeat reſpectu eorum duntaxat, quæ ad forum pertinent Eccleſiaſticum, cujus contrarium nullus *ex citatis per* Tuſchum aſſerit, cum omnes loquantur in terminis ſacrilegii, quod eſt de foro Eccleſiæ, ut infra dicemus. At percuſſio à laico in alterius laici perſonam facta in Eccleſia, circumſcripto ſacrilegio ex loco delicti reſultante, eſt certè delictum merè laicale, & nullatenus ad Eccleſiaſticum forum pertinens, ac proinde non mirum ſi duntaxat ad judicem laicum ſpectat ; & ideo quoad hoc primum dictionis membrum Abbatem ſequitur ſunt Petr. de Anchar. in *repetit. cap. poſtulaſti in tertia oppoſit. de foro compet.* Alex. *conſ. 131. ſub num. 1. lib. 1.* Gomeſ. *variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. ſub n. 2. verb. & adde.* ubi ait Abbatem bene loqui. Covar. *lib. 2. variar. reſol. cap. 20. num. 38. ver. trigeſimo quinto* Roland. *conſ. 26. num. 5. 6. 7. & 9. lib. 2.* qui de communi teſtatur Clar. in §. *fin. q. 38. n. 18. ver. vidi etiam*, ubi affirmat hanc eſſe magis com. opin. & ita obſervari idemque poſt alios tradit Farinac. *de carceribus, & carcerat. q. 28. num. 62.* Vulpell. in *tract. de libert. Eccleſ. par. prima ſub n. 29. ver. quod abſque ratione.* Decian. in *tract. crim. tom. primo lib. 4. cap. 17. num. 34.* Caball. plurimos congerens *lib. primo reſolut. crim. caſ. 194. num. 2.* & Menoch. *de arbitr. jud. caſ. 389. num. 40. & ſeqq.* Viv. *deciſ. 491. num. 1.* ubi teſtatur ita reſolutum fuiſſe per primarios ſapientes, & advocatos Regni, & Curiæ Romanæ.

Quamvis † enim Eccleſia non ſit de diſtrictu Judicis ſæ- 11
cularis, eſt tamen de territorio, in quo ſituata reperitur, quantum ad approbationem, & tuitionem, licet non quantum ad impugnationem, ut poſt Bald. *in l. ſi quis hoc genus. C. de Epiſc. & Cler. & ibi* Paul. de Caſtr. advertit in terminis noſtris Roland. *conſ. 24. num. 7. lib. 2.* & licet locus ſit exemptus, remanet tamen de territorio, ſi non exemptus ibi delinquit Alexandr. *dict. conſ. 113. volum. 2. &* Roland. *ubi ſupra.*

Quemadmodum † dicimus de Eccleſia exempta, quæ licet 12
non ſit de Diœceſi, remanet in Diœceſi, ut per Jo. Andr. in *cap. ſi propter in princ. de reſcr. in 6.* Abb. *in cap. inter alia n. 29. de Immun. Eccleſ.* Roland. *ubi ſupra num. 8.* & eſt tex. *in cap. cum Epiſc. & ibi* Franch. *in 2. not ab. & gemin. num. 3. de offic. ordin. in 6. cap. 2. & ibi* Gemin. *num. 17.* & Franch. *in §. Statuto num. 10. & ſeqq. conſtit. eod. lib. 6.* Feder. de Sen. *conſ. 2. n. 4. ver. quod autem, & num. 7.* Rot. *dec. 201. p. 2. diverſ. cum aliis relatis in dec. 324. num. 3. par. 1. in rec. ubi num. 7.* dicit Doctores à Rolando citatos in *conſ. 33. n. 44. & ſeqq. lib. 3.* aſſerentes locum exemptum conſtituere territorium per ſe, loqui impropriè, & intelligendos eſſe quoad certos effectus, per modum æquiparationis.

Vera itaque eſt Abbatis diſtinctio in priori illius membro, ſed nec minus vera, & communis in poſteriori, quatenus habet † ſacrilegium, ex dicta percuſſione ſequuta in Ec- 13
cleſia, eſſe crimen mixti fori, & inter utrumque Judicem eſſe locum prævention : id, quod poſt eum tenent Canoniſtæ omnes in *cap. cum pro cauſa de ſent. excomm.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Roland. *dict. conſ. 24. n. 13. vol. 2.* Decian. *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 19. num. 34.* Cab. *d. caſ. 193. ſub n. 8.* Zer. *in prax. Epiſc. p. 2. ver. laic. §. 6. & 8.* Guttier. *lib. 1. pract. quæſt. cap. 1. n. 13.* cum aliis per Menoch. *de arbit. jud. caſ. 389. num. 32. & ſeq.* Vulpell. *in tract. de immun. Eccleſ. par. 1. n. 29.* Leon. in Theſ. *fori Eccleſ. p. 1. c. 13. n 33.* Farinacc. cum per eum congeſtis in *append. ad Bull. de Immun. Eccleſ. cap. 16. n. 236.* ubi ait id eſſe indubitabile.

Et probatur inconvincibili † ratione, quia ſcilicet hujuſ- 14
modi crimen ab utroque jure vetitum reperitur ; de jure quidem civili per tex. *in leg. ſi quis in hoc genu. 5. C. de Epiſc. & Cleric.* qui loquitur de percuſſione in Eccleſia illata tam in perſonam clerici, quam laici, ut declarat ibi Alberic. & habetur per Jac. Buttig. Saly. & Paul. de Caſtr. *in auth. ſed*

novo jure eod. tit. & Vinc. de Franch. *decis.* 402. *num.* 1. de jure verò canonico *in cap. cum pro causa de sentent. excommunic.*

15 † quando autem delictum utraque lege punitur civili, & canonica, mixti fori esse tradunt omnes *in cap. cum sit generale de foro competen.* Soccin. *in cons.* 219. *num.* 7. *volum.* 4. Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 63. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 63. Bald. *in auth.* Clericus quoque *num.* 7. *C. de Episc. & Cler.* Bellitt. *disquis. cleric. tit. de favor. clerical.* §. 4. *num.* 8. Zerula *in pra epist. laic.* §. 8. *& 9. art.* 405. Eldrad. *cons.* 86. Laiman. *in Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 2. *num.* 4. Antonell. *me hic citato de regim. Eccles. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 1. & quamvis delinquens sit laicus, & sic jurisdictioni

16 sæculari subjectus; † Ecclesiasticus tamen est Judex competens ratione loci sacri, qui est de jurisdictione, & territorio ipsius Abb. *in cap. fin. de Immun. Eccles.* Rolan. *cons.* 24. *n.* 6. *lib.* 2. August. *de arim. in addit. ad* Angel. *in tract. Malefic. in verb. in schalis S. Petronii num.* 2. *vers. tu autem* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 617. Potest enim quis puniri à Judice loci delicti, cum ratione illius loci sortiatur forum *cap.* 2. *de privil. in* 6. Vitalin. *in clem.* 1. *num.* 31. *& seq. de vit. & honest. Cleric.* Villalob. *in com. opin. in ver. delinquens num.* 57. cum aliis, quos refert, & sequitur Carol. de Grass. *de effect.* 1. *num.* 616.

17 Sic † dicimus in simili quod quando sæcularis committit crimen à solo jure canonico prohibitum, uterque Judex procedere potest; laicus ratione personæ; Ecclesiasticus ratione pœnæ, ut per Soccin. *cons.* 219. *num.* 7. *vers. confirmatur*, Decian. *d. cap.* 25. *num.* 64.

Et ita remanet bene defensata distinctio Abbatis, cujus secundum membrum multipliciter ampliavit Carol. de Grass.

18 *ubi supra à num.* 621. *& deinceps*, & ultra eum † amplia, ut procedat etiam si quis percutiatur in oratorio privato, quod quis domi habet, vel in oratorio hospitalis privati, vel Confraternitatis; tunc enim quamvis de jure civili non dicatur propriè sacrilegium, ut declarat Bar. *in l. sacrilegii capite ad legem jul. peculat.* quem sequitur Ghilland. *in tract. de pœnis omnifar. coit. ver. post hæc*, eo quod ista loca dicantur privatè sacra *cap. ad hæc de Relig. dom. Clem. quia contingit. eod. tit.*

19 † & ideo iste non comprehenderetur sub dispositione statuti Civitatis loquentis de sacrilegio Grilan. *d. q.* 1. *vol.* 2. *ver. ultra prædicta*, & decidit Vinc. de Franch. *decis.* 240. *num.* 8. *& seq.* Marta *de jurisd. dict. lib.* 2. *cas.* 11. *num.* 18. De jure tamen canonico, & hoc in casu dicitur propriè sacrilegium *cap. quisquis* §. 1. *vers. similiter sacrilegium* 17. *q.* 4. Menoch. *de arbit. jud. cas.* 389. *n.* 11 ubi quod propterea eadem pœna punitur, qua delictum in loco publicè sacro commissum; ac proindè statutum Ecclesiasticum loquens de sacrilegio, etiam in isto casu verificatur, ut post Clar. *in* §. *Sacrilegium in fin. &* Boss. *in tit. de sacrileg. num.* 5. *notat.* Marta *d. cas.* 11. *n.* 19. Et ex his pronunciavi me dictæ causæ Judicem competentem.

Ad uberiorem tamen materiæ enucleationem, non ommittam idem per omnia respondendum esse quoad cæteras

20 sacrilegii species; † & signanter quod sacrilegium resultans percussione facta à laico in personam, Clerici sit mixti fori, ita ut ab utroque judice puniri possit, vel ab altero, qui prævenit, tradunt Guido Papa *in decis.* 562. *num.* 3. Pappon. *lib.* 1. *tit.* 4. *avert.* 6. ubi testatur ita in Gratianopolitano Parlamento judicatum fuisse Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *num.* 47. Bonacoss. *in suis comm. opin. in ver. clericum offendens* Carol. de Graff. qui plurimos congerit *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 577. *cum seq.* Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 29. *num.* 5. Menoch. cum per eum adductis *de arb. Jud. cas.* 389. *n.* 14. *& seqq.* Urfill. *ad Afflict. decis.* 219. *num.* 2. Giurba cum per eum copiosissimè cumulatis *in cons. seu decis. crim.* 70. *num.* 10. Suarez *in tract. defens. fides lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 13.

21 Adeò ut † Clericus offensus habeat fori electionem, ut luculenter tradit Joann. Vinc. de Anna *in alleg.* 146. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 2. *& ibi adden. litera C. sequitur* Vivius *in dec.* 27.

22 *à num.* 3. *usque ad fin.* ubi, † quod isto casu etiam Ecclesia in Clerici persona dicitur offensa, adeo ut facta per Clericum remissione, non dicitur remissa injuria Ecclesiæ, & quod propterea clericus pro hujusmodi sacrilegio coram Ecclesiastico judice agere debet.

23 Sic † etiam sacrilegium resultans ex stupro commisso à laico in personam monialis esse mixti fori, tradunt Osasch. *decis.* 103. *per totam* Menoch. *d. casu* 389. *num.* 22. *& seqq.* Guazzin. *defens. reor.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. *circa finem*, & de articulo egregiè differens Decian. *tom.* 2. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 20. *per totum*. Caball. *resol. crim.* 200. *num.* 73. & vide omninò Campanill. *in divers. jur. canon. rubr.* 12. *cap.* 16. in fine.

Sic pariter † sacrilegium, quod committitur in rapiendo 24 sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro esse mixti fori, utpote ab utroque jure vetitum à jure quidem civili per Text. *in l. sacril. pœnam in princ. & in l. sacrilegii capite* §. 1. *ff. ad l. Jul. peculat.* de jure verò Canonico *in cap. quisquis* 17. *quæst.* 4. cum *similibus* tradit latè Boer. *decis.* 154. *in princ.* latius Menoch. *de arb. jud. cas.* 389. *à n.* 2. *usque ad* 15. Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 30. *num.* 16. de quo sacrilegii genere videtur Peguer. *in decisio crim.* 24.

Et † nihilominus quo ad non sacrum de sacro, inquit 25 Hortens. Cavalcan. *in tract. de brachio regio p.* 1. *num.* 75. se vidisse Judicem laicum procedere, verbo concorditer facto cum Episcopo, vel ejus Vicario, subdens, *est modus in rebus, sunt certi denique mores (non dico tamen fines) quibus utriusque jurisdictio in timore Dei servatur &c.* Innuens non obscurè Vicarium non debere procedere. Quæ quidem consideratio licet quandoque possit esse urbana, nec tamen juridica est, nec semper ab inurbanitate excusaretur, † quamvis 26 enim ablatio rerum laico facta ab alio laico in Ecclesia secundum jus civile sit simplex furtum *l.* 1. Divi Severus, Antoninus *ff. ad l. jul. peculat.* tamen de jure canonico est sacrilegium *dict. cap. quamvis* 17. *quæst.* 4. quam differentiam inter utrumque jus notant Bald. *in l. si nondum num.* 4. *C. de furt.* Ghirland. *in tract. de pen. omnifar. coit. quæst.* 1. *n.* 5. Boer. *dec.* 254. *num.* 2. Decian. *dict. lib.* 6. *cap.* 30. *n.* 16. & nemine citato idem firmat Menoch. *dicto casu* 389. *num.* 14. qui omnes tradunt hac in re ejus canonicum esse attendendum. Cum itaque crimen hujusmodi sit sacrilegium, & mixti fori non potest ullo pacto Judex laicus conqueri, si Ecclesiasticus procedit. Quinimo sæpè contingere potest, ut probationes sint per clericorum depositiones faciendæ, & sic facilius in Curia Ecclesiastica, quàm in sæculari delictum verificari possit. Ego autem in facti contingentia uti solebam distinctione, nam ad partis læsæ querelam, indistinctè procedebam, cum enim citra ullam hæsitationem hujus causæ cognitio non minus spectet ad Judicem Ecclesiasticum, quam ad laicum, utique si rejecissem querelantem, ei justitiam denegassem, eodemque tempore, per actum positivum, Ecclesiam sua jurisdictione privassem: quod quidem intolerabile esset. At verò cessante querela, nunquam ex officio procedere volui, non quod non possem, sed quod ex hujusmodi specie sacrilegii nullum Ecclesiæ damnum vel dedecus in hominum existimatione sequi soleat, unde mihi semper bonum visum fuit dissimulare, ne viderer moveri aviditate lucri potiùs, quàm justitiæ zelo, & in his terminis salvari potest consideratio Cavalcan. de qua supra.

Ubi † autem laicus committeret crimen merè Ecclesia- 27 sticum, tunc causa non esset mixti fori, nec Judex laicus in ea se posset intromittere, sed solus Judex Ecclesiasticus procederet, ut post alios, quos referunt, declarant Decian. *in tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *sub num.* 34. *&* Cabal. *lib.* 1. *resolut. crimin. cap.* 194. *num.* 3. dicentes in his terminis servari opinionem Cini, quam ego retuli *supra num.* 1.

An autem hisce in casibus Judex Ecclesiasticus contra laicos delinquentes ad pœnas temporales procedere valeat, & consequenter an quarta sententia de qua supra num. 5. tenenda sit; in sequenti decisione discutietur. Ad materiam hujus decisionis *idem* Caballus *casu* 194. & Farin. *in appendic. n.* 364. Gambacurt. *de immun. lib.* 6. §. 5. *sub num.* 6.

ARGUMENTUM.

Episcopus ad quas pœnas contra laicos in delictis mixti fori procedere valeat. An habeat territorium, & an familiam armatam possit retinere.

SUMMARIUM.

1 *JUdex Ecclesiasticus contra laicos non procedit ad pœnas temporales.*
Contrarium est verius *num.* 4. *&* 10.

2 *Episcopus territorio, ac familia armata caret.*
Contrarium est verius *num.* 8. *&* 9.

3 *Pœna temporalis in sacrilegiis à jure duntaxat Cæsareo provenit.*
Contrarium est verius *num.* 6. *&* 12.

4 *Judex Ecclesiasticus laicos etiam temporaliter coercet.*

5 *Prævention is effectus quinam sit.*

6 *Sacrilegii pœna quæ de jure Cæsareo, & quæ de jure Pontificio.*

7 *Lai-*

7 *Laicus ratione delicti, vel loci, vel pœna, ſortitur forum Canonicum.*
8 *Epiſcopus forum, & territorium per totam diœceſim habet.*
9 *Epiſcopus familiam armatam tenere poteſt.*
10 *Judex Eccleſiaſticus etiam ad capturam laicorum procedit.*
11 *Judex Eccleſiaſticus an, & quando procedat contra laicum cum clerico delinquentem.*
12 *Sacrilegum etiam de jure Canonico pœna temporali punitur.*
13 *Percutiens aliquem in Eccleſia, qua pœna puniatur.*
14 *Judex laicus poteſt imponere pœnam à ſolo jure Canonico inflictam, & è contra.*
15 Giurba conſ. 70. num. 16. *emendatur.*
16 *Pragmatica Regni, & Conſtitutio Pii IV. ne Epiſcopus pœnas temporales irrogent laicis, abrogata.*

DECISIO IV.

QUamvis Fiſcalis Ducalis ex adductis in ſuperiori deciſione, tandem concederet me in dicta cauſa ratione ſacrilegii poſſe contra Laicos procedere: adhuc tamen inſtabat reformandam ſaltem eſſe inquiſitionem per me illis tranſmiſſam in ea parte, in qua temporales pœnas continebat; aſſerens me ad ſummum eoſdem reos in pœnas Eccleſiaſti-
1 cas poteſt mulctare, † & quidem quod in delictis mixti fori. Judex Laicus procedat ad pœnas corporales, & pecuniarias, Eccleſiaſticus verò non poſſit Laicos corporaliter capi, & carcerari facere, nec temporaliter punire, ſed contra eos duntaxat ad pœnas ſpirituales, & ad cenſuras procedere debeat, fuit ſententia Amede. quem refert, & ſequitur Clar. *in §. fin. quæſt. 36. num. 47. ver. quæro quid ſi per Laicum*, quem adduxi in ſuperiore deciſione *num.* 5. idemque tenuit ipſe Clarus *in quæſt. 37. num. 8.* ubi inquit, hanc eſſe communem opinionem, & ſibi placere circumſcripta contraria conſuetudine, & inter cæteros citat Menchiac. *lib. 3. de teſt. §. 22. poſt num. 17.* (qui tamen ſubdit non eſſe minorem numerum Doctorum contrarium ſentientium) prædictis addendi ſunt Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 2. num. 80.* ubi tamen ait, ſervandam eſſe locorum conſuetudinem nam Romæ Locumtenens Cardinalis Vicarii procedit etiam ad pœnam ultimi ſupplicii contra laicos Camil. de Curte *in 2. par diverſ. feudal. cap. 2. num. 17.* ubi ineptè ait textum *in cap. cum ſit generale de foro compet.* locum duntaxat habere in terris temporaliter Eccleſiæ ſubjectis Carol. de Graſs. *de effect. cler. effect. 1. num. 620.* ubi inquit, ita obſervatum fuiſſe, in quadam cauſa de anno 1606. Riccius *in deciſ. 292. par. 2.* Maſtrill. *deciſ. 68. num. 7.* communem profitetur Giurba *in conſ. crim. 70. n. 16.* ubi plurimos citat, *& num. 11.* poſt Camil. de Curt. & Maſtril. *locis citatis* dicit pariter *d. cap. cum ſit generale* non procedere extras terras Eccleſiæ, & hanc ſententiam admittere videtur Scaccia *in tract. de Judic. par. 1. cap. 12. num. 80.* ſubdit tamen ſervandam eſſe locorum conſuetudinem: hanc rurſus tenet, & Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. num. 15.* quatenus inquit, poſt Palat. Lupus, *in cap. perverſas num. 18. de donat. inter vir. & uxor. §. 1. ſub num. 1. cum ſeqq.* quod ubicumque Eccleſiaſticus poteſt Laicos condemnare, non tamen poterit pro executione ſuæ ſententiæ auferre bona, neque eos carcerare, ſed circa hoc implorabit brachium ſæculare, quod idem pluribus contendit Berret. *in conſ. 3. cum ſeqq.*

Quæ quidem ſententia duobus innititur fundamentis, quorum utrumque falſum eſt, primum quod Epiſcopus non habeat territorium diſtinctum. Ac proinde nec familiam armatam tenere valeat, ut poſt Abb. *in cap. ſignificaſti numer. 10. de offic. de leg.* complures arbitrati fuere, quos refert, ſed non ſequitur Marta *de juriſd. par. 2. cap. 29. num. 12.* Et Hyppol. Rimin. per pœnam in hoc deciſum reprehendens *in repetion. capitul. cum non ab homine numer. 8. de judic.*

2 Secundum † fundamentum eſt, quod pœna temporalis iſti in caſibus veniat à lege, ut per Bart. *in l. placet num. 6. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & conſequenter inquiunt dictam pœnam tantum à Judice Laico imponi poſſe.

Verùm citra ullam hæſitationem contrarium duxi veriùs
3 † nempe in hujuſmodi ſacrilegiis, aliiſque criminibus mixti fori poſſe Judicem Eccleſiaſticum, tàm ad ſpirituales, quàm etiam ad temporales pœna (citra ſanguinem) contra Laicos procedere, quam tenuit Innoc. *in cap. cum pro cauſa ſub n. 1. in fin. de ſent. excomm.* quem ibi omnes ſequuntur Butr. *in cap. cum ſit generale num. 11. ubi etiam* Abb. *num. 15. de foro compet.* ubi etiam Anani. & Fely. *num. 20.* & Mari. Socc. *in fin. ver. utrum autem Eccleſia idem* Felyn. *in cap. ſignificaſti num. 4. in fin. de offic. deleg.* Calder. *in conſ. 11. num. 2. de Judic.* Gemin. *in cap. cum Epiſcopus ubi etiam* Franch. *de offic. ordin. in ſexto, idem* Roman. *ſing. 53. ver. fui interrogatus* Oldrad. *conſil. 86. & conſ. 89.* Covarr. *pract. q. cap. 10. num. 2. verſ. contrarium planè* Lel. Jordan. *in tract. de Rom. Sedis* Orig. *cap. 8. num. 19.* Card. Tuſchus *in ſuis com. concluſ. ver. immunitas concl. 59. num. 17. ubi citat jura, &* DD. Oſaſc. *deciſ. pedem. 103. num. 7.* Navarr. *in conſ. 1. de foro compet.* Marta *in tract. de juriſdict. par. 2. cap. 29. num. 1. & ſeqq.* Bellett. *diſquiſ. cleric. tit. de favore cler. Real. §. 5. num. 103.* Caball. *lib. 1. reſol. crim. caſ. 194. num. 10. & 11.* Maſtrill. *deciſ. 68. num. 4.* Guazzin. *defenſ. reorum 3. cap. 11. num. 20. in fin.* Giacchar. *in addit. ad* Clar. *§. Sacrilegium in prima addit.* hanc etiam ſententiam tenet Decian. in contrarium allegatus in *primo tom. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1.* ubi inquit, pœnam ſanguinis ſolum Laicum infligere poſſe; excommunicationis, vel ſimilem, ſolum Eccleſiaſticum, ſi autem agitur ad pœnam pecuniariam, vel rei reſtitutionem utrunque Judicem procedere, *& alii complures*, quorum catalogum longum eſſet contexere, ita ut non ſit ambigendum hanc eſſe crebriorem ſententiam, quæ quidem hodie videtur indubitabilis ex diſpoſitione Sacri Concilii Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat.* ubi habetur non modo in criminalibus, ſed & in cauſis civilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, poſſe Judicem Eccleſiaſticum ad captionem pignorum, mulctas alienaſque executiones reales, ac perſonales in qualibet parte Judicii, etiam contra laicos, procedere. Sed & idem de jure antiquo ſtatutum fuerat, ut *in cap. contra Idolorum, & ibi gloſſ. 26. quæſt. 5. & in cap. attendendum 16. quæſt. 4. & in cap. 2. de adult.* in quibus juribus habetur Epiſcopum poſſe laicos capere, & corporaliter coercere. Et propius ad caſum noſtrum probatur *in cap. ſi quis contumax, & cap. ſeq. 17. quæſt. 4.* ubi violans Eccleſiæ immunitatem punitur ab Epiſcopo in pœnam ſolidorum nongentorum, aliiſque pœnis arbitrariis, ut ibi per Gloſs. & Turrecrem. & advertit etiam Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de immun. Eccl. §. Quæ ſit pœna violantium in princ.* & Abb. *in cap. penult. in fin. de Immun. Eccleſ.* & Villagut. *deciſ. 29. num. 70.* ubi fusè agit de dictorum nongentorum ſolidorum interpretatione.

Imò etſi jura deeſſent, rationes tamen id evidenter demonſtrantes minimè deficerent, quarum prima eſt, quia ſcribentes omnes etiam contrariam partem ſectantes, uno ore fatentur, hujuſmodi delicta eſſe mixti fori, ac in eis eſſe locum præventioni † effectus autem præventionis eſt, 4
ut unus alium excludat, & altero procedente, alterius forus ſileat, & in Judice procedente omnis conſolidetur jurisdictio, *cap. penult. de foro compet. l. ſi quis poſtea ff. de jud.* Decian. *tom. 1. tract. criminal. lib. 4. num. 1. & ſequentibus* Farinacc. cum per eum copioſè congeſtis *de Inquiſit. quæſt. 7. num. 52. & 54.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 12. num. 57. & 67.* Guazzin. Reorum *defenſ. prima cap. 8. num. 1.* ubi alios congerit Sacca *in conſ. 2. num. 9.* Theſaur. *deciſ. 90. ſub num. 6.* Maſtrill. *deciſ. 210. num. 3.* ſequitur noviſſimè Vermigliol. qui totam hanc deciſionem citat, & laudat *in conſ. 102. numero 3. prout etiam* Antonell. *de regimen. Eccleſ. lib. 5. capit. 5. num. 9.*

Ergo falſum eſt, quòd Eccleſiaſtico Judice præveniente, poſſit Judex ſæcularis indiſtinctè, etiam ad pœnas citra ſanguinem procedere: quia dubio procul hoc repugnat naturæ præventionis per ſupradicta; præterea fruſtra diceretur mixtum, vel mixti fori, niſi poſſet ab utroque judice temporaliter puniri, ut obſervat Oſaſc. loquens de coeunte cum moniali in *deciſ. 103. ſub num. 7.*

Secundò † probatur, quia hodie pœna ſacrilegii eſt judi- 5
ci arbitraria, ut per Boer. *deciſ. 254. in fin.* & latius per Menoch. *de arb. jud. caſ. 289. num. 1. 4. & 12.* & videri poſſunt DD. *in cap. qualiter, & quando de accuſat.* dicentes leges in ſacrilegum ultra centum pœnas promulgaſſe, & de jure Canonico ultra excommunicationem, pro caſuum diverſitate, diverſas quoque impoſitas fuiſſe pœnas, ut infamiæ, carceris, vel pecuniariæ, ut benè, & indiſtinctè poſt alios tradit Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 30. num. 24. cum ſeqq.* ubi plurima adducit jura. Adeò ut Marta *in tractat. de juriſdict. par. 2. cap. 11. circa fin.* arbitratus fuerit hujuſmodi in caſibus poſſe Judicem Eccleſiaſticum condemnare laicum etiam ad carceres perpetuo. Quis eſt igitur, qui

Episcopi manus ligare valeat, illique inhibere, ne pœnas à jure canonico irrogatas, infligat reis, ejusque arbitrium auferre, jurisdictionemque ad solas pœnas spirituales restringere?

6 Tertiò facit, † quia laici sortiuntur forum Canonicum, & ab Ecclesiastico Judice puniri possunt, quoties committunt crimina canonica, vel Ecclesiastica, sive ratione personæ offensæ, sive ratione loci, sive ratione rei, sive ratione pœnæ, Bald. *in auth. clericus quoque num. 7. in fin. ver. & conclude C. de Episc. & Cler.* sequitur Joann. de Anan. *in capit. cum sit generale in princ. vers. quæ sint, & ibi* Anton. de Butr. *num. 5. ver. nota de foro compet.* Oldrad. *cons. 86. quæritur.* Si ergo laici in his terminis efficiuntur de foro Ecclesiæ, utique tanquam personas sibi subditas potest Ecclesiasticus Judex illos pœna condigna punire, nec Judex laicus in hoc se ingerere valet, ad quod facit Osasch. *dict. decis. 103. num. 7.*

Nec duo fundamenta in contrarium adducta ullius sunt ponderis. Primum enim, in quo dicitur Episcopum nec territorium habere, nec posse familiam armatam tenere: falsum est, ut ex Concil. Trid. *aliisque juribus*, post Card. Tusc. teti-
7 gi in superiori decisione num. 9. 10. & 16. † & quòd Episcopus habeat forum, & territorium per totam Diœcesim, ideoque omnes intra illam delinquentes punire possit, tradunt Innoc. *& alii in cap. 2. venerabili de censibus* Gemin. *in cap. cum Episcopus de off. ordin.* Joann. de Anan. *in cap. 2. de adulter. & in cap. qualiter, & quando 1. §. Ad corrigendos num. 8. de accusat.* Bertacchin. *in tract. de Episcopo par. 3. lib. 4. num. 3.* Marta *de jurisd. par. 2. cap. 29. num. 8.* & quòd Episcopus ha-
8 beat territorium, & consequenter † tenere possit familiam armatam, post alios longa serie recensèt, comprobat diligentissimus Modernus Barbosa *in tract. de off. Episcop. par. 3. alleg. 107. à num. 1. ver. altera usque ad num. 9.* Dec. *in dicto cap. cum non ab homine num. 39. late pluribus congestis* Leo. *in Thesaur. for. Eccles. par. 1. cap. 9. à num. 16. usque ad* 31. Molin. *de Brach. secular. in Eccles. cap. 18. num. 96.* Mastrill. *decis. 68. num. 4.* Bellett. *disquisit. clerical. tit. de favor. cler. real. §. 5. num. 103.* Leo. *in Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 9. num. 16.* Barbos. *cum relat. de Episcop. alleg. 107. num. 1.* & benè defendit Barbat. *in cap. cum non ab homine num. 34. &* 40. *de Judic.* ubi inquit quosdam Episcopus carere familia armata, non quòd careant Jurisdictione, sed quòd sumptibus parcere volunt, & pluries declaravit *Sac. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium S. Concil. interpretum*, & signanter de anno 1624. ad favorem D. Episcopi Parmensis, in cujus re solutionis executionem ego ipse, cum bona venia cl. mem. Cardinalis Farnesii, optimi Principis, qui pro Sereniss imo Duce Odoardo, tunc adolescentulo Ducatus Parmensis habenas regebat, familiam armatam introduxi; quod quidem
9 fiscalis Ducalis nec ignorabat, nec inficiabatur; & quod † Episcopi contra laicos ad capturam personarum procedere possint, probatur de jure antiquo in *capit. contra Idolorum, & ibi gloss. 26. quæst. 5. cap. attendens 16. quæst. 4. cap. 2. de adult. cum similibus*, & expressius de jure verius esse testatur Genuen. *in praxi Archiepisc. 13. num. 4.* Mart. cum per eum latè congestis *dicto capit. 29.* & ita post multas altercationes concluſum fuisse coram san. mem. Pio V. ad favorem Sancti Caroli testator Tusch. *dict. concl. 59. n. 16.* & post alios tenet etiam Guazzin. *defens. reor. 1. cap. 8. num. 28.* Ugolin. *de offic. & potest. Episc. par. 2. capit. 56. num. 3.* Et quod Distinctus. Diœcesis, Territorium quasi idem sint scilicèt universitas grorum ubi quis habet jus imperandi post Guil. tradit. Imol. *in clement. pastoralis num. 4. de sent. & num. judic. ubi idem juribus comprobat.*

10 Et † comprobatur ex eo, quòd quamvis hodie regulariter de consuetudine non servetur communis sententia, quæ habet Judicem Ecclesiasticum indistinctè punire posse laicum una cum Clerico delinquentem, ex regula, ut magis dignum trahat ad se minus dignum; ea tamen theorica etiam hodie procedit, & observanda est, si judex Ecclesiasticus in ipsius laici socii criminis captura prævenerit, ut fatentur Doctores, teste Farinac. *in quæst. 8. num. 151.* & sequitur Bajard. *in addit. ad Clar. §. fin. quæst. 36. num. 50.* & tradit Zerula cum per eum relatis *in pract. Episc. par. 2. ver. laici §. 9.* & ego non semel practicavi. Sequitur ergo perneceſſe, ut Judex Ecclesiasticus familiam armatam habeat, & proprios carceres, laicosque carcerare, & punire valeat. Antonell. *olim meus Vicarius Generalis de regim. Eccles. Episc. lib. 6. cap. 40. num. 2.* ubi me citat.

Quæ quidem magis perspicua redduntur ex responsione ad posterius partis adversæ fundamentum, quod habet pœnam temporalem in sacrilegiis duntaxat à jure civili fuisse inductam, ac propterea non posse per Judicem Ecclesiasticum imponi, cujus quidem tam antecedens, quam consequens est falsum. Antecedentis autem falsitas, † & sic ut imò pœna 11
temporalis veniat etiam à jure canonico convincitur *ex capit. attendendum 17. quæst. 4. cum similibus, & ex* Concil. Trid. *dict. cap. 3. sess. 25. de reform.* & ex dictis per me supra *num. 5.* ac ex communi DD. sententia. Adeò ut imò Judex Ecclesiasticus ex ejusdem Sacri Concilii dispositione non nisi in subsidium ad excommunicationis pœnam procedere debeat, † & 12
signanter, quòd percutiens aliquem in Ecclesia absque sanguinis effusione, non soleat excommunicari, sed pecuniaria pœna per Judicem Ecclesiasticum plectatur *ex cap. quisquis, & cap. si quis in atrio 27. quæst. 4. cum aliis præcedentibus capitulis* tradit Turrecrem. *in cap. Sacrilegium ver. septimo quæro 7. q. 4.* Farin. *quæst. 28. num. 4. & append. ad Bull. de Immun. Eccles. cap. 15. num. 1. & 2.* qui tamen non negant, quin Episcopus, quoties magis expedire cognoverit, etiam ad excommunicationem procedere valeat.

Consequentiæ verò falsitas, & sic ut imò etiam si pœna temporalis dumtaxat à jure civili descenderet, adhuc posset Judex Ecclesiasticus illam citra sanguinem imponere, ex eo suadetur, † quia quemadmodum Judex sæcularis in delictis 13
mixti fori procedere potest ad pœnam, etiam si illa à jure tantum Canonico fuerit imposita, ut per Socc. *in consil. 219. præsupponitur in facto sub n. 7. ver. confirmatur vol. 4.* Decian. *tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 64.* ita pari ratione in hujusmodi delictis Judex Ecclesiasticus procedere posset citra sanguinem ad pœnam à jure civili statutam, quia forum foro accumulatur, & jura juribus juvantur. Abb. *in cap. cum sit n. 15. de foro compet.*

Non denique refragatur auctoritas scribentium pro contraria sententia adductorum, tum quia in numero succumbunt, ut *supra num. 3.* ostendi, tum etiam quia si attentè legantur, complures eorum non dicunt id, ad quod allegantur, plurimi etiam stant pro hac parte, & † proindè cavendum est 14
à Giurba *cons. 70. num. 16.* ubi citat in contrarium Fely. *in cap. cum inter alia de Immun. Eccles.* qui in libro meo non commentavit illam Decretalem, citat Decian. qui loquitur non de sacrilegio, sed de ipso delicto principali, & laicali, de quo, & nos in superiori *decisione num. 20.* quo verò ad sacrilegium, tuentur sententiam nostram, prout etiam Guid. Pap. ab eodem Giurb. citatus, qui rursus affert Gomes. *tom. 3. variar. cap. 10. sub num. 2. ver. & adde*, ubi licet sub initio contrariam sententiam tenere videntur, in progressu tamen sequitur Abb. *in dict. cap. inter alia*, quem dicit benè loqui, & sic stat pro nobis Graff. *& cæteri* per eundem Giurb. citati loquuntur pariter de ipso vulnere, quatenus à sacrilegio abstrahitur, præter Mastrillum, qui tamen non videtur figere pedes. Clarus autem videtur sibi contrarius quia in *quæst. 57. ver. sed quæro sub num. 14.* apertè *militat* in nostris castris, quatenus præsupponit Judicem Ecclesiasticum pro crimine mixti fori pœnam pecuniariam, & corporalem imponere posse: & sic nostra sententia remanet etiam magis communis, à qua nullo pacto recedendum puto; Et ego cum in dicta causa Parmensi, tùm in aliis itidem, Genuæ, Regio, Lepido, & alibi passim practicavi.

Nec omittendum putavi, † quod tametsi in Regno Nea- 15
politano, adsit quædam Pragmatica Regis Philippi, qua prohibentur Judices Ecclesiastici ad pœnas, non spirituales contra Laicos procedere, cujus Pragmaticæ meminit Bajar. ad Clarum *in §. fin. quæst. 26. num. 51.* quod idem in statu Ecclesiastico olim per Constitutionem *Pii Quarti*, provisum fuerat.

Nihilominus dicta Pragmatica nullius fuit momenti; utpotè Ecclesiasticæ libertati contraria; ad latè tradita per Canonistas *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitut. & per me* post alios *in decis. 10. num. 33. & decis. 12. fere per totam.*

Unde optima ratione abrogata fuit, & contrarium provisum per *Capitulum Regni* 104. quo disponitur, ut Prælati in criminibus Ecclesiasticis liberè contra Laicos cognoscant, eosque puniant, nec Judices sæculares se intromittere valeant. Prout identidem Constitutio *Pii Quarti*, redacta fuit ad terminos juris communis ac Sacri Concil. Tridentini per aliam Constitutionem *Pii Quinti sub dat. 20. Junii* 1566. ut observant Farinacc. *in quæst. 8. num. 156.* Bajar. ad Clar. *in §. fin. quæst. 37. num. 2. &* Guazzin. *reor. defens. 1. cap. 10. num. 27.*

ARGU-

ARGUMENTVM.

Matrimonium ex quibus conjecturis præſumatur meticuloſum, & ex quibus liberum, Metus quando annullet matrimonium, & quando metus inferendi ſuſpicio, & reprobatur. *Conſilium Laderch.17.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonialis cauſa comparatur cauſæ ſtatus.*
2 *Matrimonium eſt ſpecies ſervitutis.*
3 *Metus quibus conjecturis probandus ſit, & numer.36. 70. & 72.*
4 *Metus illati qualitas probanda eſt per actum proximum contractui.*
5 *Præſumptio præſumptionis, fictio fictionis an, & quando detur ſpecialia non ſunt multiplicanda.*
6 *Tractatus de inferendo metum facit illum preſumere, etiam ſi non probetur incuſſus.*
7 *Metus incuſſus à tertio, etiam ſine contrahentis ſcientia reddit actum nullum.*
8 *Metus probandus eſt ab allegante.*
9 *Metus, ut actum annullet, debet ordinari ad extorquendum conſenſum.*
10 *Metus non cadens in virum conſtantem non attenditur.*
11 *Metus illatus non ſufficit, niſi ex parte metus patientis conceptum fuerit.*
12 *Metus quas conditiones habere debeat, ut ſuffragetur remiſſivè.*
13 *Metus ſuſpicio reſultans ex deprehenſione cum puella non ſufficit ad matrimonium reſcindendum.*
14 *Deprehenſus in facinore, ſi matrimonium ſtatim celebret, an, & quando dicatur per metum conſenſiſſe, & num. 35 & ſeqq.*
15 *Metus ſuſpicio ita demum eſt juſta, ſi videt eos accintos ad eum offendendum qui ſolent exequi.*
16 *Metus ſuſpicio oriri debet ex periculo præſentaneo, & jam jam imminenti.*
Intellige, ut num.78. & ſeqq.
17 *Metus ſuſpicio non probatur niſi per concludentes, & neceſſarias conjecturas.*
18 *Metus purgatus videtur ex ſupervenientia eorum, qui poterant metum paſſo conſulere.*
Contrarium eſt verius.
19 *Metus ſuſpicio abſque probatione non ſuffragatur.*
Contrarium eſt verius num. 86.
20 *Parentes, & fratres ſunt integri teſtes favore matrimonii.*
Limita ut num.88.
21 *Matrimonium fuiſſe ſine metu contractum probatur per duos teſtes de libero conſenſu deponentes.*
22 *Teſtibus duobus de metu deponentibus, an, & quando magis credatur, quam mille de libera voluntate atteſtantibus, & num.28.*
Innoc. in cap. ſuper hoc num. 2. de Renunc. *declaratur.*
23 *Metu contraxiſſe non præſumitur ducens Amaſiam in uxorem* fallit ſi inter eos erat copula ſecuta numer.89.
24 *Metu non præſumitur contrahere ducens eam, cui jam promiſerat.*
25 *Matrimonium contractum in Civitate non præſumitur meticuloſum, niſi apertiſſimè probetur metus.*
Declara, ut num.91.
26 *Metum abeſſe præſumitur ab eo, qui contrahit in præſentia Religioſorum, vel amicorum.*
Declara, ut num.92.
27 *Matrimonio exiſtente nullo, contrahentes remanent in concubinatu.*
28 *Metus ſi dicatur illatus ab eo, qui metum paſſo eſt potentior, vel è perſona religioſa, præferuntur probationes liberi conſenſus.*
29 *Metu contraxiſſe non præſumitur, qui matrimonium celare curat.*
Contrarium tradunt relati num.94.
30 *Metus non niſi ex probationibus claris probatur quando pro non metu adſunt conjecturæ.*
Dummodo ſint præſumptiones juris, non hominis num.95.
31 *Metus, vel inſtantis periculi probabilis ſuſpicio, habetur pro metu.*
32 *Per metum aliquid fieri, vel per probabilem ſuſpicionem metus, paria ſunt.*
33 *Metum probaſſe dicitur, qui cauſam metuendi probavit.*
34 *Matrimonium exigit animi libertatem, non modo à compulſione, ſed à compulſionis timore.*
35 *Metu contrahere præſumitur qui contrahit ad favorem eius, in cujus domo, vel Camera fuit repertus.*
36 *Metu contraxiſſe præſumitur deprehenſus à conſanguineis cum amaſia, etiam ſi non conſtet de armis, neque minis.*
37 L. nec timorem §. proinde ff. qui metus cauſa, & cap. veniens il ſecondo, extra de ſponſal. *interpretantur.*
38 *Metus ex facti ſerie arguitur.*
39 *Metus in ſponſo arguitur ex tractu ſponſæ cum ejus fratre de reperiendo ſponſum in domo.*
40 *Præordinatus inter ſponſam, & fratrem præſumitur ejuſdem fratris acceſſus ad thalamum, in quo illa cum amaſio latebat.*
41 *Metum præſumere facit nimia feſtinantia.*
42 *Metus in matrimonio ſine denunciationibus contracto facilius præſumitur.*
43 *Metus ſuſpicio juſta eſt in eo, qui reperitur in loco, in quo poteſt ab offenſo offendi.*
44 *Preces importunæ, an, & quando metum inducant ſeclusa reverentia.*
45 *Metus, an, interceſſerit ex eo dignoſcitur, num contrahens eſſet in ſua libertate conſtitutus.*
46 *Matrimonium contrahentis animus debet plurima ſecuritate gaudere.*
47 *Metus probatur per locum à veriſimili, vel in veriſimili.*
48 *Meticuloſum præſumitur matrimonium hora importuna celebratum.*
49 *Meticuloſum præſumitur matrimonium, in quo non fuerunt vocati conſanguinei.*
50 *Meticuloſum præſumitur matrimonium januis clauſis celebratum.*
51 *Metus præſumitur in matrimonio ex qualitatibus in liberis matrimoniis non conſuetis.*
52 *Dolus, & fraus præſumitur ex fictione, & nimia cautela.*
53 *Meticuloſum preſumitur matrimonium in domo amaſiæ contractum.*
54 *Metus præſumitur ex alteratione ſponſi, & inſolita Parochi interrogatione.*
55 *Metus præſumitur in ſponſo, qui voce non intelligibili reſpondet ad Parochi interrogationem.*
56 *Metus præſumitur ex vultus pallore, & meſtitia.*
57 *Metus arguitur ex inſolitis circunſtantiis.*
58 *Metus arguitur ex inæqualitate inter ſponſos ratione ætatis, & divitiarum.*
59 *Metu contractu matrimonium preſumitur ex ſubitaneo ſponſi receſſu.*
60 *Metu contraxiſſe præſumitur, qui recedit non deoſculata ſponſa.*
61 *Metus aguitur etiam exſecutis poſt matrimonium.*
62 *Metum coadiuvant extraiudiciales conquæſtiones.*
63 *Metu contraxiſſe præſumitur qui poſt matrimonium nunquam ad ſponſam rediit.*
64 *Metus probatur etiam per publicam vocem, & famam.*
65 *Teſtes de auditu, an & quando contra inducentem plenè probent.*
66 *Matrimonia contracta à deprehenſis in facinore ſolent eſſe meticuloſa.*
67 *Singula quæ non proſunt, ſimul juvant ad metum probandum.*
68 Turrettus conſ.28. num.16. lib.1. *carpitur.*
69 *Metus eſt difficilis probationis.*
70 *Metus probatur indiciis, & conjecturis, & per teſtes domeſticos.*
71 *Probatio per indicia in materia conjecturali eſt manifeſta, & liquida probatio.*
72 *Metus per quot, & quales coniecturas probetur eſt arbitrarium.*
73 *Metus, qui non cadat in virum conſtantem Iudicis arbitrio remittitur.*
74 *Metus minor ſufficit ad matrimonium, quam ad alium contractum irritandum.*

76 *Metus incuſſus in privata domo clarioribus probationibus probatur.*
77 *Metus nocturnus, & clandeſtinus faciliùs probatur.*
78 Sotus in 4. ſent. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2. ver. alterum *declaratur.* l. metum la terza, ff. quod met. cauſa *intellectus.*
79 *Metus inferendi periculum imminens quod nam dicatur.*
80 *Metus quid ſit.*
81 Laderch. conſ. 17. n. 4. *reiicitur*, & n. 86. & 87.
82 *Metus quando dicatur purgatus.*
83 Neviz conſ. 47. *declaratur.*
84 *Metu durante facta dicuntur geſta adoleſcente cum puella reperto.*
85 *Metus quatenus duret, & quo pacto dicatur purgatus in reperto cum puella.*
86 *Proteſtatio non requiritur in contrahente per metum.*
87 *Arma vel minæ non requiruntur neceſſario ad inducendam metus ſuſpicionem.*
88 *Matrimoniali in cauſa non probant conſanguinei ſi adeſt diſparitas inſponſis.*
89 *Amor præcedens, ſecuta copula non inducit præſumptionem liberi conſenſus.*
90 *Matrimoniali in cauſa, qui nam teſtes requirantur remiſſivè.*
91 *Matrimonium in Civitate celebratum, ſi ſponſus non poterat, & domo egredi non præſumitur liberum.*
92 *Sacerdos, & Religioſus, an, & quando habeat per ſe juris præſumptionem.*
93 *Delictum non præſumitur, niſi commodum afferat delinquenti.*
94 *Matrimonium celare procurans non præſumitur ſponte contraxiſſe.*
95 *Metus quomodo probandus ubi pro non metu adſunt præſumptiones.*
96 *Præſumptio maior, minorem excludit.*
97 *Coactis nuptiis non eſt favendum.*
98 *Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent.*
99 *Peccatum æquale eſt jungere non conjungendos, & ſeparare non ſeparandos.*

DECISIO V.

DIU, multumque coram me agitata fuit cauſa nullitatis Matrimonii mota ab A. cive Genuenſi adverſus M. quam per verba de præſenti deſponderat in thalamo ejuſdem mulieris tunc viduæ, cum qua à fratre ipſius M. presbytero regulari deprehenſus fuerat, ac propterea ſe per metum contraxiſſe dicebat: quam cauſam exactè videre volui: tum
1 quia graviſſima, utpotè † quæ à Doctoribus cauſæ ſtatus comparatur, ut per gloſſ. *in c. mulier extra de jureiur. quam communem dicit deciſ. conſ.* 133. *num.* 2. Alciat. *in conſ.* 5. *num.*
2 51. *lib.* 1. & Bero. *in quæſt. familiar.* 55. *num.* 2. † Cum Matrimonium ſit ſpecies ſervitutis gloſſ. *in cap. licet mulieri de iureiur.* tum etiam quia tota Civitas illius exitum expectabat, ac per ora virorum verſabatur.

Quoniam autem ipſe A. allegabat tam metum ſibi actualiter incuſſum à quatuor armatis viris in inferiori parte dictæ domus poſitis in inſidiis; quam etiam juſtam, & rationabilem ſuſpicionem metus ſibi inferendi, conceptam ex eo, quod ex improviſo dictus Religioſus in dicto thalamo ſupervenit, cum apparatu, & circumſtantiis, de quibus infra, ideo pro faciliori cauſæ expeditione diſtinguebam dictos duos terminos ſatis inter ſe diverſos.

Quod igitur attinet ad priorem partem dubii, & ſic, an appareat de metu è dictis viris armatis incuſſo, reſpondendum eſt, neque directè, neque indirectè id probari. Non quidem directè, quia in toto proceſſu non apparet eos fuiſſe in inſidiis poſitos, nec ad dictum thalamum acceſſiſſe.

3 Non item indirectè, Tùm primo, † quia conjecturæ ad hunc effectum debent eſſe propinquæ, & immediatæ actui, qui geritur, graves, & veriſimiles, aliàs minimè ſunt attendendæ, ut poſt antiquiores, tradunt Jaſon *in lege interpoſitas num.* 1. *Cod. de tranſact.* Plot. *de in lit. juran.* §. 3. *numer.* 12. Cravett. *conſ.* 44. *num.* 6. Roland. *conſ.* 100. *nu.* 112. *& ſeqq. lib.* 4. Maſcard. *in tract. de probat. concl.* 1051. *nu.* 14. Alciat. *conſ.* 5. *num.* 33. *lib.* 1. Burſatt. *conſ.* 72. *num.* 16. *vol.* 1. Gregor. XV. *in deciſ.* 374. *num.* 2. *& ſeqq. in fin.* Et quod debeant eſſe neceſſariæ, & concludentes cum agatur de fœdere matrimonii tradit Rota *in deciſ.* 600. *ſub num.* 2. *part.* 4. *in recentior.* † Et quod probanda ſit qualitas metus illati per 4
actum proximum contractui, tenet Bald. *in l. interpoſitas C. de tranſact.* quem ſequitur Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 107. quales nullo pacto videbantur eſſe conjecturæ adductæ.

Tum ſecundò, quia ſi ex dictis conjecturis præſumendum ſit adfuiſſe homines occultos in domo, & rurſus ex eorum terrore A. matrimonium contraxiſſe, dabitur hìc præſumptio præſumptionis; cum tamen † præſumptio fabricetur ſuper 5
certitudine, non ſuper alia præſumptione *l.* 1. *Cod. de dot. promiſſ.* Alex. *in l. ſi aliquam rem* 28. *num.* 21. *ff. de acqu. poſſ.* Rota *dec.* 958. *n.* 15. *p.* 3. *in rec.* ſicuti enim denegatur concurſus duorum ſpecialium *l. cum poſt* §. *gener. ff. de jure dot. l.* 1. *in fin. C. de dot. promiſſ.* Roman. *conſ.* 350. *n.* 36. Alex. *conſ.* 13. *num.* 4. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 29. *num.* 4. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 135. *num.* 78. Rota *deciſ.* 338. *num.* 8. *part.* 3. *in recentior.* Neque datur fictio fictionis *d.* §. *gener. & ibi gloſſ. & d. l.* 1. & habetur per Barb. & alios *in l. ſi is qui pro emptore ff. de uſucap.* Et dixi infra in *deciſ.* 28. *num.* 66. *& in deciſ.* 63. *num.* 2. Sic pari ratione non datur præſumptio præſumptionis, ita ut ex una præſumptione reſultet, & ſequatur altera: ut probatur *in leg. cum de indebito ff. de probat.* & tradunt DD. *in cap. is qui fidem, & in cap. tua nos extra de ſponſal.* Alexand. *in l. ſi aliquam rem* 28. *num.* 21. *ff. de acq. poſſ.* vbi ad hoc ponderat tex. *in dict. leg.* 1. *Cod. de dot. promiſſ.* Rimi. *in leg.* 1. *num.* 29. *Cod. qui admitt.* Ruin. *in conſ.* 66. *nu.* 20. *volum.* 3. Bero. *conſ.* 160. *num.* 12. *volum.* 2. Surd. *conſil.* 135. *num.* 79. *lib.* 1. Quæ quidem concluſio tametſi limitari conſueverit quando una fictio, vel præſumptio venit in conſequentiam alterius, ut per Imol. *in dict. leg. aliquam rem ff. de acqu. poſſ.* Hæc tamen limitatio ita demum procedit ſi illæ ex diverſis fontibus oriuntur, ſecus ſi ex eodem fonte, ut in hac facti ſpecie contingeret, tunc enim etiam ſi una veniat in alterius conſequentiam, non tolleratur earum concurſus in præjudicium cujuſcumque, ut declarat Bart. *in leg. ſi quis pro emptore in* 7. *q. princ. ff. de uſucap.* & benè explicat Alex. *in d. l. ſi aliquam rem ſub num.* 21. *ff. de acq. poſſ.*

Tùm tertiò, quia præcipuum indicium, quod ad hunc effectum allegabatur, erat tractatus præcedens de inferendo metum, quem probaverant duo teſtes conteſtes aſſerentes ſe à quopiam requiſitos fuiſſe ad aſſiſtendum cum armis, & ſociis, ut per vim cogerent dictum A. ad matrimonium cum M. contrahendum, † ex quo tractatu dicebatur inſur- 6
gere præſumptio, quod matrimonium fuerit meticulosè contractum, etiam ſi metus actualiter incuſſus non probetur, ut ex notatis per Speculat. *in tit. de præſumpt. ſub num.* 7. *verſ. ſed pone*, & Cyn. *in leg.* 1. *C. ſi quis Impera. maledix. & in l. metum C. quod metus cauſa*, & per Bart. *in l. ſi quis ex aliena C. de acq. hæred. & in l. poſt contractum ff. de donat.* & Bald. *in l. fin. ff. de hæred. inſtit. tradit.* Cepol. *conſ. civil.* 2. *ſub num.* 5. *ver. prima conjectura* Petr. de Barboſ. *inter conſilia matrimonial. lib.* 1. *conſil.* 24. *num.* 7. Cravett. *conſil.* 115. *numer.* 6. Ruin. *conſil.* 362. *numer.* 55. *& ſeqq. lib.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 6. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1054. *num.* 44. Genuen. *in Prax. Archiepiſc. Neapol. cap. mihi* 105. *num.* 4. Rota *deciſ.* 643. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.*

Etiamſi tractatus factus fuerit à tertia perſona, ut in hac facti ſpecie prætendebatur; † nil enim refert, an metus in- 7
feratur à parte, vel à tertio, etiam ſine culpa, & ſcientia contrahentis, cum hoc quoque caſu tollat conſenſus libertatem, ut bene per Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 12. *num.* 19. Hæc inquam conjectura: quæ etiam ſi probata concludenter fuiſſet per ſe, non ſuffragaretur, in caſu noſtro ceſſabat in facto; ex quo dd. duo teſtes criminaliter proceſſati de falſitate fuerunt; cumque aſſeruiſſent in eorum depoſitionibus ſe ſe idcirco non perfeciſſe opus quia die ſequenti ſuper certa navi vela dederunt: probatum fuit dictam navim non niſi longè poſt matrimonium contractum ſoluiſſe portu; quam ob rem à me in inſula Corſicæ relegati fuerunt.

Ex hoc igitur capite A. erat in caſu ſuccumbentiæ, quia † metus probandus eſt ab eo, qui dicit matrimonium metu 8
eſſe contractum Nevizan. *conſ.* 47. *nu.* 4. Veral. *dec.* 221. *par.* 2. Menoch. *conſ.* 610. *num.* 1. *lib.* 7. Rota *in Ulisbonen. matrimonii* 16. *Decembris* 1616. coram Pirovano, qui ordinatus ſit † ad extorquendum matrimonium Abb. *in cap. ſicut* 9
in ſecundo, num. 5. *de regul. egregiè Sotus de juſt. & iur. lib.* 4. *q.* 2. *art.* 1. *col.* 4. *in fin. ver. diſtinguitur ergo*, latè comprobat Sanch. de matr. *lib.* 4. *diſp.* 12. *num.* 3. *cum ſeqq.* & rurſus in

Deca-

*Decalog.lib.4.c.3.n.*384.Graffius *in conſ.9.n.7.lib.3.tit.de voto*
10 *tom.*1. cum alijs per me latè deductis in *deciſ.79. num.*41.† Et qui cadere poſſit in conſtantem virum, & ſic vt non læuiter, ſed probabiliter timuerit *leg. metum la ſeconda, & ibi Ang.& DD.ff.de eo quod met.caſ. Afflict. deciſ.*336. *Verall. dec.*221.*nu.*5.*p.*2.*Couarr. in Epitom.de ſponſal.*2.*p.*§.4.*num.*1. Rolandi.*conſ.*83.*n.* 30.*lib.*2. luculenter Sanch. qui plurimos congerit *de matrim.d.lib.*4.*diſp.*1.*num.*10.Burſat.*conſ.*72.*nu.* 30.*lib.*1.Cæpol..*conſ.ciuil.*17.*ſub n.*3.*vol.*1.Ladere.*conſ* 17.*ſub num.*1.*vol.*1. Tapia *in iur.Regni titul.de rebus Religioſis in ver. ingreſſi c.*12.*nu.*8.*&* 9.

11 Ac† etiam, quod mente conceptum fuerit ex parte metum patientis, quod aliter quam per coniecturas, indicia, & facti circumſtantias aſſequi non poteſt, vt per Rotam *in dicta Vlisbonen. Matrimonij* 16. *Decembris* 1616. coram Pirouano.

12 Et† demum cum illis quinq; conditionibus copulatiuè, de quibus per Sanch.*d. lib.* 4. *diſp.* 1.*n.* 10. cum pluribus ſeqq. & Rotam *in Venetiarum Matrimonij* 29. *Nouembris* 1604.*coram Penia.*

Quo verò ad poſteriorem partem dubij, an ſcilicet conſtet de metus ſuſpicione, quæ ſuffragetur ad effectum de quo agitur, & ſic an idem A. cum dicta muliere deprehenſus, iuſtè, ac rationabiliter timuerit ſe per metum cogendum ad dictum matrimonium contrahendum; negatiuè pariter reſpondendum videbatur.

Quamuis enim admitteretur ſuſpicionem metus haberi pro metu, & ſufficere ad reſcindendum actum, vt non-
13 nulli ſunt arbitrari; † non tamen huiuſmodi ſuſpicio reſultare videtur ex eo duntaxat, quod quis fuerit cum puella deprehenſus, niſi etiam appareat illi fuiſſe ab alio metus incuſſus iuxta *text.in c. veniens il ſecondo, extra de ſponſal.* qui textus loquitur in caſu, quo Pater puellæ, qui adoleſcentem cum ea inuenerat, illum necare volebat, ſi matrimonium celebrare detrectaſſet, vt ex mente ſcribentium, quos refert Sanch. *de matrim. lib.*4. *diſp.* 13. *ver. ad primum, & diſp.*8.*ſub nu.*9. *ver. ſed prior*, & addendus eſt Laderch.*in c.* 17.*num.*1. vbi ita in ſpecie reſpondet ad Alexand. & Boſſ. in contrarium adductos.

14 Quia etiam in ſententia eorum, qui opinati ſunt † hoc in caſu non requiri probationes coactionis, ſed ſat eſſe ſi adoleſcens fuerit cum puella repertus, & ſtatim celebrauerit matrimonium, ex textu in *leg.nec timorem* §. *proinde ff. quod met. cauſ.* requiri ſaltem videtur, ut Amantes, ab ijs deprehendantur, à quibus vel ex armorum genere, vel ex potentia, vel ex alia perſonarum qualitate adoleſcens rationabiliter metuere poſſit ſe grauiter offendi, vt non obſcurè innuunt verba illius contextus ibi, *timuit enim mortem, vel vincula*, & rurſus ibi *poterat, vel non iure occidi, & ideo iuſtus fuit metus*, & ſic præſupponendi ſunt terminis habiles, videlicet, vt conſanguinei puellæ à quibus reperti fuerunt in facinore, apti, & potentes eſſent ad redigendum, amaſium in vinculis, vel illum trucidandum: quid enim ſi à puero deprehenſi fuiſſent; quid ſi a muliere; nunquid adoleſcens tunc dicetur concepiſſe ex cauſa extrinſeca metum cadentem in conſtantem virum; ecce igitur, quod cauſa extrinſeca debet eſſe habilis ad metum inducendum; idque clarè probari videtur etiam ex *leg.Famoſi.ff. ad leg. Iul. Maieſt.* ibi *Nam & perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere.* Cum itaque A. deprehenſus fuerit cum M. duntaxat ab vnico illius fratre, & quidem Sacerdote Regulari, & inermi, profectò non videtur exinde talis reſultare metus ſuſpicio, quæ apta fuerit ad matrimonium inualidandum, nec quæ in virum conſtantem cadere potuerit; nullum enim compulſionis timorem ſaltem iuſtum, & rationabilem inferre valebat iuueni robuſto, & ſæculari, regularis inermis.

Hinc tradunt paſſim ſcribentes huiuſmodi timorem, eſſe debere iuſtum, rationabilem, & ex iuſtis procedere cauſis.

25 Iuſtæ† autem cauſæ tunc erunt, quando quis non poteſt vlla ratione ſibi conſulere, et videt eos ad offendendum accinctos,qui ſolent exequi; ſi credimus Laderchio *in conſil.* 17.*nu.*4. *verſ.ex quibus*, qui ſcripſit in caſu in quo ſuſpicio poterat rationabilior videri, quam in noſtro, quia iuuenis repertus fuerat cum puella non à Religioſo viro, ſed ab illius genitore, qui etiam pugionem euaginauerat, et à quopiam alio aſſociatus erat.

16 Hinc† Sotus in his terminis loquens in *quarto ſententiarum diſt.*29.*quæſt.*2.*art.*2.*ver. alterum vero;* admonuit conſtantem virum non niſi ex probabili, & vehementi æſtimatione periculi, quod eſt præſentaneum, & iam iam impendens, moueri. Hæc autem vehemens præſentanei periculi æſtimatio nullo pacto poterat oriri ex perſona Religioſi inermis: ſicut in ſimili videmus virum debilem, vel ſenem non eſſe aptum ad inferendum metum cadentem in conſtantem virum, ut tradunt plurimi, quos refert, & ſequitur Sanchez *de matrim.lib.*4.*diſp.*1. *num.* 19. quibus adſtipulatur Rota *in dict.deciſ.*600.*num.*1.*& deciſ.*605. *numer.* 2.*par.*4. *in recentior.* quatenus † docet metum conceptum non probari 17
niſi per indicia, & coniecturas concludentes, & neceſſaria, iuſtificarique ex qualitate armorum, ac tractatu in ipſo actu matrimonij, & loquitur Rota in caſu, quo quidam adſtabat armatus enſe, quamuis in lecto proſtratus, & ſic in fortioribus terminis.

Quæ quidem longè fortiùs procederent, ſi admittamus quaſdam ponderationes allatas à Laderch. *in dict. conſ.* 17.
† Altera eſt quod ex ſuperuenientia eorum, qui paſſi non 18
fuiſſent metum inferri, & quibus adoleſcens poterat rem narrare, cauſa metus durare minimè dicatur, vt ibi per eum *ante nu.*5.*ver.quin. & ſi aliquem*, vbi ad hoc citat Rolan. *conſ.* 2.*& conſ.*95.latè *in princ.* Ab. *conſ.*77. *&* Soc. jun. *conſ.*77.*n.* 52.*in princ.* id quod in caſu noſtro dicendum videtur de R.P. Hieronymo Socio d. Religioſi, ac de Parocho, eiuſq; Curato,qui matrimonio interfuere, & quibus A.rem poterat narrare, ita vt videatur potuiſſe hanc metus ſuſpicionem facilè euadere. Quo fit etiam, vt ſi extrema meticuloſa fuiſſent, tamen ſat ſit medium fuiſſe liberum, vt autumat idem Lader. *ibi.nu.*4.ex mente Neuizan.*in conſil.* 47. *in fin.* Quod quidem aſſumptum videtur eſſe de mente Rotæ *in ſæpè citata deciſ.* 600.*nu.*2.*p.* 4. *in recentior*. quatenus inquit,quod ad hoc, vt metus remoueat conſenſum ab actu, probandus eſt in ipſo actu, nec ſufficit ſi præceſſerit, aut ſubſequatur, quia per tempus ante matrimonium probatio remanet æquiuoca propter poſſibilitatem mutationis voluntatis, quæ variabilis, & ambulatoria eſt.

Altera † ponderatio Laderchii eſt, vt in his terminis 19
neceſſaria ſit proteſtatio, vt ibi *per eum num.* 3. *ver.* 4. *multum* vbi ad hoc citat Alexand. et Crauett.et Henric. Obſeruat rurſus idem Laderch. ibi *numer.* 4. ſcribentes, qui in his terminis contra matrimonium ſcripſere, ſemper atrocem metum conſideraſſe, magnumque armorum terrorem, vt ibi latiùs per eum, diſcutientem diuerſa Doctorum reſponſa.

Sed, et vlterius dicebantur ex proceſſu reſultare probationes tàm directæ, quem conjecturales liberi conſenſus, et ex illis vel elidi, vel eneruari ea, quæ pro metu deducebantur: Directa verò probatio conſiſtebat cum in depoſitione matris, et fratris ſæcularis ipſius M. dicentium nullum fuiſſe metum illatum, † qui quidem, quamuis parentes, 20
& conſanguinei, fauore matrimonij admitti, ac habiles reputari videntur ob matrimonij prærogatiuam, text. expreſſus *in cap. videtur in fin. qui matrim. accuſ.poſſ. cap. ſuper eo, il ſecondo, & ibi gloſſ. in ver. ſolutè de teſtibus vbi* Hoſtien. *in princ.&* Anton.de Butr.*col.*1. *in fine* Alex. *in conſ.*15.*col. vlt. ver. quæritur lib.* 6. Ant. Gabr. cum per eum allegatis *in ſuis comm.concl.lib.*1.*tit. de teſtibus concl.* 9. Et per plures rationes latè comprobat Sanch. *de matrim.lib.*3. *diſp.*4. *num.*5. *& ſeq.* Pariſ.*conſ.*58.*nu.* 2. *iuncto n.* 24.*lib.* 4. qui loquitur de depoſitione ſororis ad alterius ſororis fauorem Card. Mant. *deciſ.*112. *num.* 12. Tùm etiam ex atteſtatione Parochi, teſtiumque, qui matrimonio interfuere dicentium A. ad primam Parochi interrogationem dediſſe conſenſum: per
† duos autem teſtes de libero conſenſu deponentes pro- 21
bari matrimonij validitatem poſt Ant. de Butr. *in cap. ſuper hoc de renunc.* conſuluit Cæpol. *inconſil.ciuil.*2.*num.*22.*ver. ſecunda præſumpt.*

Nec erat opus ingredi illam difficultatem; † an magis cre- 22
datur duobus teſtibus de metu, quam mille de libera voluntate deponentibus in qua affirmatiuam concluſionem originaliter tradidit Innocent.*in cap. ſuper hoc numer.* 2. *verſ. inducunt extra de renunc.* quem frequentiori calculo ſequuntur DD. ſignanter Bal.*in l.obſervare*, §. *proficiſci quæſt.* 13.*ff. de offic.pro conſ.* Abb.*in cap.* 1.*nu.*10.*extra de his, quæ vi, metuſue cauſ.*Alex.*conſ.* 156.*nu.* 3.*vol.* 5. Marſil.*in ſingul.* 325. Alciat. *de Præſumpt.regul.*3.*præſumpt.*7.*numer.*5.*verſ. fortius.*

Tùm quia nulli adſunt teſtes, qui de metu directè deponant; tùm etiam quia dicta regula ita demum procedit, quando conſtat de facto apto ad inducendum metum; ſe-

cus

cus ſi hinc inde factæ fuerunt probationes per ſigna externa, ut in noſtro caſu; tunc enim vel judicantis religioni remittitur quibus magis fides adhibenda, vel credendum eſt potius dolibera voluntate deponentibus, ut poſt alios latè concludit Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 50. *à num.* 25. *uſque ad* 30. nec diſſentit Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 27. *num.* 2. *&* 3. & in hunc ſenſum ſalvari poteſt Ang. in *l.* 1. *C. quod met. caſ.* & in *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Julia de vi publ.* dicens præfatam *Innocentii* traditionem non ſubſiſtere ob aliam regulam allatam ab eodem Ang. in *leg. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſa*, videlicet teſtes de ſpontanea voluntate deponentes veriſimiliora dicere videri argum. *l. ob carmen ff. de teſtibus cap. præterea cap. in noſtra eod. tit.* ac proinde præferri; Id inquam intelligendum eſſe reor, quoties præſumptionibus certatur. Unde, & Alciat. in *conſ.* 5. *num.* 75. *lib.* 1. eandem *Innocentii* doctrinam duobus duntaxat in caſibus admittebat: Primò quando pro metu adeſt juris præſumptio. Secundò, quando teſtes, pro parte metum paſſi inducti, deponunt de minis, & vi: & ſic de actu externo, qui ſenſu percipitur corporeo, & è contra teſtes pro libero conſenſu inducti deponunt non de actibus facti, ſed de rebus in mente exiſtentibus; iſta fuit doctrina Signoroli de Homod. in *conſ.* 75. *in fin.* quam ſequitur Dec. in *l. in omnibus cauſis col.* 3. *de regul. jur.* & Hipp. Rimin. in *conſ.* 77. *num.* 2. *inter conſ. matrim. diverſ. vol.* quorum neutrum in hac facti ſpecie concurrit.

Neque deerant plurimæ liberi conſenſus conjecturæ, inter quas prima, ſe ſe offert ea, quæ reſultat ex Amore quo A. proſequebatur dictam M. cujus etiam imaginem penes ſe retinebat, illamque ſedulo ſtudio ſectabatur. Ducens
23 † autem in uxorem mulierem, cujus antea captus erat amore, præſumitur voluntariè, non autem per metum contraxiſſe, ut ratiocinatur Cæpoll. *d. conſ. civil.* 2. *nu.* 18. *ver. undecima* Rimin. jun. *conſ.* 77. *num.* 3. *inter conſ. matrimon. diverſ. lib.* 1. Laderch. *conſ.* 17. *ante n.* 4. Rota *deciſ.* 605. *n.* 2. *par.* 4. *in rec.*

Secunda conjectura liberi conſenſus deſumebatur ex depoſitionibus Matris, Fratris, Soceri, & cujuſdam mulieris vicinæ dictæ M. aſſerentium eundem A. jam diu promiſiſſe
24 ducere illam in uxorem; quo fit, † ut matrimonium ſubſequutum, præſumatur celebratum in præcedentis tractatus, & promiſſionis executionem argum. *l. ſed Julianus* §. *Proinde ff. ad* Maced. Alciat. *de præſ. regul.* 2. *præſumpt.* 24. *in princ.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 49. *num.* 20. Et in his terminis, quod voluntariè, & non per metum præſumatur contraxiſſe qui duxit illam in uxorem, cui pollicitus fuerat, dicit Cæpoll. *dict. conſil.* 2. *ver. decima præſumptio in civilibus*, & Rimin. *d. conſ.* 77. *num.* 3. & Laderch. *d. conſ.* 17. *ante num.* 4. Quod autem dicti teſtes conſanguinei probent dixi *ſupra num.* 20.

Tertia adducebatur conjectura, quæ, à ſcribentibus magni fieri ſolet, ex loca matrimonii contracti, nempe in ci-
25 vitate † in qua contra attentantes hujuſmodi violentias ſeverè procedi ſolet, unde, & vim ipſam abfuiſſe præſumendum erat *l. non eſt ff. de eo quod metus cauſ.* Boſs. *in tit. de pluribus violent. num.* 85. Roland. *conſ.* 83. *num.* 33. *lib.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 3. cum per eum allatis Burſatt. *conſil.* 72. *num.* 18. *lib.* 1. ubi concordantes citat, & rurſus *num.* 48. Hæc autem conjectura tanti ponderis eſt, ut non niſi apertiſſimis probationibus elidatur *dicta l. non eſt*, in illis verbis: *Sed hujuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere*; & tradit Alex. poſt gloſ. *in leg. tranſactionem quæ dominii C. de tranſact.* & notat Menoch. *dicta præſumpt.* 126. *num.* 3. *& in conſil.* 610. *num.* 3. & facit Tex. *in l. ſi extraneus ff. de condit. ob cauſ.* & adſtipulatur Specul. *in titul. de probat.* §. *fin. ſub numero* 28. *ver. nota ultim.* ubi inquit hoc in caſu probationem fieri debere per tres teſtes ideneos, vel ſaltem per duos omnino excellentes, & in terminis matrimonii tradit Boſs. *in prax. dict. tit. de plurib. viol. num.* 86. ubi poſt alios, quos allegat inquit, ad probandum matrimonium meticuloſum, quod in civitate contractum ſit probationes exigi luce meridiana clariores prout in criminalibus, tradit etiam Pariſ. in *conſil.* 135. *col.* 2. *lib.* 4. & Rolan. in *conſil.* 83. *num.* 37. *lib.* 2.

26 Quarta, † deducebatur pro matrimonio conjectura, quod in præſentia Religioſorum contractum fuerit, unde omnis præſumptio metus ceſſare dicitur arg. *l. tranſactionem C. de tranſaction.* Præſertim, quia illi non fuiſſent paſſuri, ut metus, vel vis adhiberetur quemadmodum in ſimili dici ſolet præſumi voluntariè factum, contractum in præſentia amicorum celebratum, qui paſſi non fuiſſent amicum metu preterei i, & indebitè obligari *d. l. tranſactioi.em ubi* Jaſ. *num.* 1. Marſil. in *ſing.* 417. *præſentia* Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 53. *& 56. lib.* 1. Alciat. in *tract. de præſumpt. regul.* 13. *præſumpt.* 21. Cravett. *conſ.* 114. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 610. *n.* 4. Gram. *deciſ.* 66. *num.* 9.

Quinta inſurgit conjectura ex qualitate d. Religioſi, qui d. A. cum ſua ſorore in thalamo deprehendit. Is enim, quò erat regularis, & ſacerdos, credendum non fuit, tàm grave piaculum committere voluiſſe, ut invitum ad nuptias cogeret; quo verò erat germanus frater dictæ M. & (uti in Theologia Magiſter non ignoraret matrimonium meticuloſum eſſe nullum) non erat credibile, ſororem in concubinatu tradere voluiſſe: † matrimonio, enim per metum exiſtente nullo, 27
contrahentes in concubinatu remanent, ut docet Alciat. in *conſ.* 3. *num.* 65. *lib.* 1. unde non potuit in virum conſtantem cadere timor, ne ſibi metus inferretur ab illo, vel de ejus mandato ab aliis.

Et † quod quando probatum eſt allegantem vim vel 28
metum eſſe potentiorem eo, qui vim intuliſſe dicitur, vel hunc eſſe talem, qui non præſumatur vim inferre propter Religionem, vel fidelitatem ſuam probationes ſpontaneæ voluntatis præferendæ ſint probationibus pro metu allatis, tenuit Innoc. in *cap. ſuper hoc num.* 2. *verſ. Item ſi præſumeret extra de renunc.* quem ibi ſequitur Joann. Andr. *ſub n.* 17. *verſ. fatentur*, & Ant. de Butr. *num.* 28. *ver. ſed adhuc, & n.* 20. *ver. hoc tamen limita*, & Bellamer. *col.* 4. *verſ. ſecundus caſus* Barbat. *conſ.* 54. *col.* 2. *verſ. hoc tamen limit. vol.* 2. Egregiè Cæpoll. in *conſ.* 2. *ſub n.* 14. *ver. Nam huic*, *in civil.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 27.

Poſtrema conjectura (omiſſis levibus) oriebatur ex eo, quod A. contracto matrimonio, in diſceſſu rogavit Parochum, & teſtes, ne cuiquam rem panderent, donec ipſe illius publicationi annueret, vt inquit Soccius dicti Religioſi;
† ſi enim invitus contraxiſſet, non utique procuraſſet illud 29
celari, ſed maluiſſet ad omnium notitiam pervenire, ſed ut ratiocinatur Cæpoll. *d. conſ. civil.* 2. *num.* 17.

Quibus etiam accedebat diuturnitas ſilentii ipſius A. qui non niſi elapſu quinquennio, hujuſmodi petitionem judicialiter porrexit.

Quando † autem pro non metu adſunt conjecturæ, ad 30
docendum de metu requiruntur probationes luce meridiana clariores Boſs. in *tit. de plurib. violen. num.* 87. *& ſeq.* Rolan. *conſ.* 83. *num.* 35. *& ſeq. lib.* 2. Rimin. jun. *conſ.* 538. *numero* 49. *lib.* 5.

Præmiſſa verò, † tametſi valde urgere viderentur, non 31
tamen tanti ponderis erant, ut non urgentiora pro A. metum paſſo occurrerent, non quidem quod probaretur metum actualiter fuiſſe à quoppiam incuſſum, juxta priorem partem dubii: ſed quod ex cauſis extrinſecis ad id tendentibus A. timuerit ſibi vim, & metum inferri, & quidem eo timore ad id adductus fuerit, qui in virum conſtantem cadere potuerit. Licet enim regulariter metus debeat eſſe à libera cauſa incuſſus, ut habetur in *l. metum ff. qui met. cauſ.* & latè probavi in *deciſ.* 79. idem tamen juris eſt, ſi iſto non actu inferatur, poteſt quis probabiliter, & non vanè timere de proxima metus illatione, prout illum textum in terminis noſtris ſic explicat Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 1. *ſub num.* 16. *ver. ſed tex.* Unde communiter receptum eſt, ſuſpicionem metus, ſeu inſtantis periculi haberi pro metu, & ſufficere ad reſcindendum actum text. in *l. noviſſimè ff. quod falſo tutore*, *ibi*, *quid enim ſi metu compulſus*, *aut metuerit ne compelleretur*, Bart. *in l.* 2. *lectur.* 2. *num. unico ver. debetis ſcire C. quod met. caſ.* Bald. *in l. interpoſitas ad fin. C. de tranſact. cum aliis*, quos congerit, & ſequitur Maſcard. *de probat. concl.* 1055. *num.* 26. *&* Sanchez *d. diſp.* 1. *num.* 17. & tradunt etiam Brun. *conſ.* 82. *num.* 2. *&* Surd. *conſ.* 367. *num.* 23. Mandell. *conſ.* 77. *num.* 11. Monterus *in deciſ. Aragon.* 45. *num.* 16. ubi exornat, & *num.* 17. addit idem operarii potentiam in habitu, quod operatur ipſa potentia in actu, ut eleganter habetur per Hip. de Marſil. in *l. quæſtionis habendæ num.* 15. ubi multa de materia *ff. de quæſtion.* Et quod inſpiciatur nocendi actus dixit Anchar. in *conſ.* 158. quem refert, & ſequitur Roland. *conſ.* 2. *num.* 73. *lib.* 1. plurimos congerit, & ſequitur in ſuſpicione metus probabili Farinacc. *in fragmenta ver. Metus num.* 72. Et † paria eſſe, quod fiat aliquid per metum, vel 32
per probabilem metus ſuſpicionem latè Alex. in *conſ.* 99. *num.* 7. *vol.* 3. Pariſ. *conſ.* 53. *num.* 57. Neviz. *conſ.* 46. *n.* 3. Cotta *in mem. ver. Conductor. col.* 2. Natta *conſ.* 50. *num.* 16. *& ſeq.*

& conſ.

& conf. 627. *num.*7. Bellon. *conf.*18. *num.*14. Gramat.*decis.* 5. *num.*8.*& decis.*18.*num.* 17.*& seq.* Surd. *conf.* 367.*sub num.*24. *lib.*3. *& decis.*164.*num.*25. Joan. Franc. à Ponte *conf.*44.*n.*15. Et compulsum dici, qui timet ne compellatur Bald. *in consil.* 26.*sub num.*1.*volum.*3. *& in leg.fin.in princip. columna prima, vers. nota C. de jur. del.ib.*

33 Unde, † & metum probasse dicitur, qui causam metuendi probavit; cum nemo debeat se exponere periculo *capit. bonæ memoriæ Episcop. Mozontinus, extra de elect.* Bald. *in rubric. extra qui met. cas.* Angel.*in l. metum ff. qui met. caus.* Surd. *dicto conf.*367. *num.* 24. *& dicta decis.* 194.*sub num.* 24. Et edictum, quod metus causa non intelligitur de metu prout est de præsenti, sed quando verisimiliter res ad hoc tendit, tradit Bart. *in l. metum la secunda ff. de eo, qui met. caus.* sequitur, & commendat Sanch. *de matrim.lib.*4. *disp.* 1. *sub num.* 16. *vers. sed textus*, & Joann. Franc. à Ponte *dicto conf.* 44. *num.* 15. *qui num. seq.* inquit sufficere quod metus sit periculi futuri ex facto instanti, quod verisimiliter ad periculum tendat; Hæc autem cum in cæteris contractibus sibi locum vendicant, tùm præ cæteris in materia nostra, ex
34 quo † matrimonium requirit animi libertatem, non modo à compulsione, verum, & à compulsionis timore, ut per Bald. *in conf.* 105. *ad fin.lib.*2. Sanch. *de matrim.d. disp.* 1. *num.* 17. *& disp.* 12. *num.*14. & Gregor. XV. *decis.* 374. *numero* 18. *& seq.*

Quæ cum ita sint, utique probabilem, justamque metus suspicionem habuisse A. dicendum est dum repertus noctis tempore in thalamo M. solus cum sola ab illius fratre antequam è domo, imò è thalamo egredi potuerit; matrimonium
35 contraxit. Id † enim præsumitur metu factum, quod ab eo fit, qui in domo, vel camera reperitur Cor.in *conf.* 41. *col.* 2. *vol.* 2. Barbatias *conf.* 54. *num.* 19. *vol.*1. Paris. *conf.* 53.*n.*59. *& conf.* 60. *num.* 16. *vol.* 4. Decian. in *conf.* 30. *num.*18.*vol.*4. ubi inquit, quod quando quis est in domo illius, ad cujus favorem contrahit, præsumitur metu contrahere, quia non est in libertate.

36 Et in specie † quod repertus ex improviso cum puella si cum illa contrahat, præsumatur per metum contrahere quamuis de metu compulsivo nihil appareat Jo Andr. in *c. veniens de sponsal. & ibi* Abb. *num.*8. qui dicit quod tanquam repertis solis in lecto vel in camera, poterat quis comminari mortem, ideo talis metus jure approbatus, habet excusare. Alex. *ita conf. matrim. divers. lib.* 1. *conf.*21. *num.* 6. latè, & pulchrè Alex. de Neuo *inter conf. ejusd.* Alex.Tartal. *conf.* 99. *num.* 6. *& 7. lib.* 3. quod responsum redditum fuit à Collegio Patavino, & ab eodem Alex. de Nevo exaratum, ut ostendit ibidem additionator, Ubi quod etiam si pater puellæ ingressus fuisset cameram sine armis adhuc tamen matrimonium non teneret; probabiliter enim juvenis sic cum puella repertus debuit suspicare se compelli, ad contrahendum, nisi sponte contraxisset, & addit hanc esse suspicionem cadentem in virum constantem. Petrus de Barbobus *inter conf. matrim. divers. lib.*1. *conf.* 24. *num.* 15.*&* 16. ubi post Jo. And.*supra relatum* inquit, ex eo solo quod quis inventus à patre cum filia contrahat matrimonium, præsumi metu justo contraxisse, & ad illius observantiam minimè teneri Paris. in *conf.* 38. *num.*65. *& conf.*60.*num.*15. *lib.* 4. Barbat. in *conf.* 34. *col.*3. *vers. remanet lib.* 1. Rimin. jun. *inter conf.matrim. divers. vol.*1. *conf.* 77. *num.* 21 Bossius *in pract.crim.tit. de pluribus violent.num.*83. ubi quod ex qualitate etiam facti, non apparentibus aliter minis, nec ex alio actu extrinseco de violentia ipsa, actus dicitur factus metu mortis, ut in casu quando celebratur matrimonium ab eo, qui fuit cum puella deprehensus, quia licet non appareat de minis, nec de aliqua violentia, nec de aliquibus armis præsentibus, tamen si matrimonium factum fuit in eo actu, quo fuit deprehensus cum puella, dicitur factus metu mortis inferendæ de facto. Gail. *pract. observ. lib.* 2. *obser.* 93. *num.*28. Menoch.in *tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 4.*num.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 1054. *num.* 48. *lib.* 2. ubi ad hoc (citat fortè Typographorum errore) glos. Archid. & Præpos. *in cap. relatum* 50. *distr.* cum tamen citare voverit gloss. in *cap. clericum eadem dist.* 50. unde deceptus Riccius in *dec.* 110. *num.* 15.*p.*4. non visa *dicta glos.* nec citato Maschar. prædictum illius errorem transcripsit, & pluribus relatis idem Riccius in *dec.*82.*num.*4. *eadem par.* 4. ubi inquit, hanc unicam præsumptionem sufficere ad rescindendum matrimonium, Egregiè Jo. Franc. à Ponte in *conf.*44.*à num.*9.*per plures seqq.lib.*1.*vers.hac ratione attenta*, Ubi quod etiamsi nihil aliud adesset, nisi quod videremus juvenem cum puella à fratribus noctis tempore in camera deprehensum, & incontinenti matrimonium sequutum, deficiente ex hoc plenæ libertatis, & securitatis qualitate, matrimonium judicandum sit meticulosum, & proinde annullandum; quodque hujusmodi timor justus erit, & cadens in virum constantem, quia justè poterat metuere mortem, & corporis cruciatum, quam Jo. Franch. à Ponte conclusionem reassumit Rota in *decis.* 784. *num.* 3. *par.* 3.*in recent.* eliciens inde præsumptionem separatam ab armorum terrore, de qua in *numero antecedenti*, verba fecerat, ita ut Rota illam teneat etiam in propinquis non armatis latè Giovagnon. in *conf.* 67. *à numero* 6. ubi sequendo Alexandrum inquit, matrimonium censeri meticulosum, etiam si frater puellæ ingressus sit thalamum sine armis, nam debuisset amasius suspicari fore, ut compelleretur ad matrimonium contrahendum, nisi sponte contraxisset, eandemque sententiam firmavit Rota *in decis.*643. *numero* 21. *par.* 1.*in rec.* Monterus in *decis. Aragon.* 45. *sub num.* 23. *ver. octava*, ubi inquit, quod etiam si nulli adessent testes de metu, tamen hoc in casu, metus præsumi debet, considerata communi observantia eorum, qui similes homines in suis domibus inveniunt, non enim sinunt illos tam liberè exire, nisi cum puella contrahant, cum qua deprehensi fuere.

Ex quibus apparet hanc esse communem opinionem † 37
quæ etiam benè probatur in *l. nec timorem* §. *Proinde ff. de eo quod met. caus.* ubi habetur illi competere actionem metus causa, qui in furto, vel adulterio deprehensus dedit aliquid, vel se obligavit; *timuit enim mortem, vel vincula &c.* cui Legi nullatenus contradicit text. in *cap. veniens il secondo, extra de sponsal.* quia, si accuratè expendatur, ibi S. P. non approbat, nec reprobat factum à partibus narratum, nec facit vim in illo, sed respondet duntaxat de jure, matrimonium à reperto cum puella contractum infirmari si intercessit metus cadens in virum constantem, & ita illum textum interprætatur Rota *in Ulisbonen. matrimonii* 16. *Decembris* 1616. *coram Pirovano Jur. Cons.* autem in *d. l. nec timorem* §. *Proinde* determinat factum, ut scilicet ille contraxisse per metum videatur, qui repertus fuit cum puella, & rationabiliter timere potuit ne offenderetur. Quamobrem non requiritur perneceſſe sævitas, vel nimia potentia in eo, qui amantes deprehendit, non minæ, non arma, ut ex mox citatis scribentibus apparet; sed totum quæstionis pondus ad hoc reducitur, an scilicet amasius deprehensus ex circumstantiis rationabiliter timuerit.

Porrò in hac facti specie plurimæ, & quidem urgentissimæ concurrunt circumstantiæ, ex quibus A. credendus est rationabiliter timuisse; & quidem † ex tota facti serie, ex 38
qua potissimum arguitur metus, ut per Alex. *d. conf. 99. sub num.*7. *circa medium lib.* 3. Paris. *conf.*53.*num.*55. *& 56.lib.*4. Greg. *dec.* 326. *num.*35. *& seq.*

Prima circumstantia se se offert ex eo, quod A. accedens ad domum M. dato solito signo (ut ipsa in responsionibus ad positiones partis fatetur) hora noctis tertia mense Majo, quo tempore omnia consueverunt esse ad maximam quietem composita, & ab ipsamet (non à pedissequa, non ab alia persona) sine lumine in domum receptus, & in thalamum inferius introductus, non in aulam, ubi aderant mater, & alii, & sic nihil de matrimonio cogitans, cum præmissa omnia magis amasii, quam sponsis conveniant; deprehensus cum illa fuit, non casu, & à quoppiam ejusdem domus habitatore, sed ab N. religioso Claustrali, qui ex condicto fuerat à d. M. ejus sorore acersitus hora qua Regulares, nec solent, nec nisi ex urgenti causa debent extra Claustra morari: undè A. animadvertens dictum tractatum inter M. & N. justè, ac rationabiliter metuere debuit sibi insidias parari, & secum dolosè ab eadem amasia agi; & ita de jure præsumitur, unde tradunt scribentes, † ex consimili 39
tractatu præcedente inter amasiam, illiusque fratrem argui metum in sponso, irritarique matrimonium Petr. de Barbobus in *conf.* 24. *num.* 14. *vers. secundo princip. inter conf. crimin. divers. lib.* 1. Rimin. jun. latissimè in *conf.* 362. & Giovagnon. *in conf.* 67. *num.*5. Rota *decis.*643. *num.* 3. *& 4. par.* 1. *in recent.* quod eo magis dicendum est, quo jura abhorrent hujusmodi simulationes, & fraudes *leg. in fundo ff. de rei vend.* cum vulg. Et † ex præordinatione dictæ mulieris, 40
ejusque fratris, totum id præsumi actum tradunt Petr. de Barbob. *d. conf.*24.*num.*2. *in primo vol.conf. matrimon.divers.* & habetur per Monter.*d.decis.Arag.*43.*sub num.*22.*ver. sexta fuit*, qui ad hoc citat Paris. *in consil.* 66. *lib.* 4. mihi hoc non dicentem.

Secunda,

Secunda, Quia d. regularis non acceſſit imparatus, ſed cum obtenta à Domino Archiepiſcopo licentia contrahendi dictum matrimonium abſque ſolitis denunciationibus, nec non etiam cum Parocho, & teſtibus in aula ſuperiore recluſis; qui quidem apparatus, præſertim intempeſta noctis hora, oblatus, magnam ſuſpicionem inferendi metum in animum adoleſcentuli ex improviſo deprehenſi; & talia non
41 ſuſpicantis gignere debebat, cum † ſola nimia feſtinantia, etiam ſecluſa loci, & horæ qualitate non careat ſuſpicione Paul. de Caſtr. in *conſ.* 174. *num.* 3. *circa med. lib.* 1. Gregor.
42 XV. in *deciſ.* 326. *num.* 36. † Et ex matrimonio ſine denunciationibus contracto argui metum conſiderat Fab. Turrett. *in conſ.* 28. *num.* 23. Rota *in deciſ.* 643. *ante num.* 21. *p.* 1. *in rec.* Giovagnon. *conſ.* 67. *num.* 13. (quæ tamen conjectura ab aliis ſe juncta ſatis levis eſt.)

Tertia, quia cum A. renuerit matrimonium contrahere, fuit per plures horas, ferè uſque ad Auroram importunè ab eodem Regulari vexatus, ac interpellatus, ut dictam ejus ſororem duceret: unde & animus A. à matrimonio averſus deprehenditur, & oſtenditur ipſum rationabiliter metuere potuiſſe, dictum Regularem tam enixè matrimonium efflagitanrem, illiuſque voluntatem expugnare ſatagentem, nullatenus re infecta diſceſſurum, quia, qui vult finem vult media, & qui vult eſſe, vult conſequens ad eſſe, inquit Philoſoph. & propterea ſive per ſe, ſive per alios acceptam injuriam ulciſciturum, vel ad matrimonium compulſurum
43 † juſta eſt autem ſuſpicio in eo, qui agnovit ſe aliquem offendiſſe, & reperitur in loco, in quo poteſt ab offenſo offendi Pariſ. *poſt alios in conſ.* 58. *num.* 65. *lib.* 4. Natta *conſil.* 50. *n.* 16. *lib.* 1. Corroboratur autem iſthæc circumſtantia, ponderando importunas, & inverecundas preces, & vexationes quibus dictus adoleſcens à præfato Religioſo præmebatur; nam
44 † importunæ preces, etiam provenientes à perſona, cui non debeatur reverentia, continent quodam violentiæ genus, ac à viro etiam conſtante extorquent potiùs, quam impetrent conſenſum, ut probatur in Extravagan. Execrabilis, *de præben.* ibi. *Et improbitas importuna petentium à nobis, & prædeceſſoribus noſtris non tàm obtinuiſſe, quam extorſiſſe plerumque noſcitur*, ubi gloſs. *in ver. extorſiſſe*, ſupplet, ab invito per talem importunitatem; Et facit Luc. 15. ibi *propter improbitatem tamen ejus ſurget, & dabit ei*, quod verbum improbitatem vertit interpretatio Syriaca *propter importunitatem*, & propterea plurimi ſcribentes, quos longa ſerie recenſet Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 7. *numer.* 4. firmant obtentum ad importunas preces, etiam ſecluſa reverentia dici ab invito extortum, & eſſe invalidum. Et in puncto, quod in materia ſponſalium, & matrimonii importunæ præces æquiparentur compulſioni, actuſque invaliditatem inducant, conſulit Angel. de Ubal. *inter conſ. matrim. div. volum.* 1. *conſ.* 46. *num.* 4. *per l. primam, & ibi* Bald. *C. de petit. honor. ſubla. lib.* 10. & notatur in *cap. ſuper literis de reſcript.* Unde propterea colligit, matrimonium, de quo ibi à quadam Helena ad importunas præces mulierum de domo ipſius factum, inutile fuiſſe, idemque ſentit Martin. *laudens, in eodem vol.* 1. *diverſ. matrim. conſil.* 15. *num.* 16. Ubi inter cætera inquit, quædam ſponſalia fuiſſe nulla, ratione perſuaſionis, & infeſtationis factæ puellæ, quas perſuaſiones, ait æquiparari compulſioni ſivè errori text. rotundus in *l.* 1. §. *Perſuadere ff. de ſerv. corrupt.* gloſs. & Bal. *in l.* 1. *C. ne filius pro patre*. Et quamvis Sanch. loco citato *num.* 7. verius exiſtimet una cum præcibus, etiam reverentiam requiri, nihilominus priorem ſententiam ultra ab eo relatos tenet noviſſimè Baſil. Pontius *de matrim. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 17. *& cap.* 12. *num.* 5. ubi teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Ego revera nunquam ex hoc ſolo capite declararem matrimonium nullum; aliis tamen concurrentibus, plurimum pollet hæc conjectura, præſertim in terminis noſtris, in quibus habemus adoleſcentem in facinore deprehenſum ab homine gravi, & reverentia digno; & ab ſe graviſſimè in exiſtimatione offenſo, illum exagitantem, iterum, atque iterum importuniſſimè vexantem, & per noctem plenè in vigiliarum tormentis cruciantem, ut matrimonio præberet aſſenſum, ita ut benè conveniant verba contextus in *d. l.* 1. *de peti. honor. lib.* 10. *inverecunda petentium inhiatione*.

Quarta, quia ferè per totam noctem dictus regularis detinuit Parochum, ejuſque Curatum in domo, curſitans pluries ab inferiori thalamo ad ſuperiorem aulam, & viciſſim ab aula ad thalamum, ex quibus agitationibus A. rationabiliter ſuſpirari potuit, illum egredi ad alloquendum cum viris ad vim inferendam paratis, præſertim, quia, nec Parochus per tres horas fuit admiſſus in thalamum, nec vice verſa fuit A. ad aulam ductus † Ad arguendum autem me- 45
tum, maximè perpendi debet an contrahens eſſet in ſua libertate conſtitutus Bal. in *conſ.* 117. *ſub num.* 1. *&* 364. *ſub num.* 5. *lib.* 3. Cravet. *conſ.* 49. *num.* 6. Rimin. jun. in *conſ.* 215. *num.* 58. † Præcipuè in matrimonio, in quo contrahentis 46
amicus debet plurima ſecuritate, & libertate gaudere *cap. cum locum*, & ibi Abb. *num.* 4. *de ſponſal.* Felyn. in *conſ.* 14. *ſub num.* 5. Ferret. *conſ.* 311. *num.* 7. Gregor. XV. *deciſ.* 326. *ſub num.* 31. Et revera ſi A. ſponte contrahebat, quorſum tàm diuturna, & importuna dilatio? quorſum tot concurſationes? quorſum ſecreta, & reiterata colloquia inter dictum regularem, ejuſque matrem, ac dictæ M. ſocerum. Argumentum † autem à verifimili, vel inveriſimili, ad metus proba- 47
tionem plurimùm pollet Aym. *conſ.* 49. *n.* 5. Rolan. *conſ.* 100. *num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 4. *nu.* 12. Mogol. in *tract. de his, quæ vi, metuſve cauſ. fiunt cap.* 2. §. 7. *num.* 323. Greg. *dict. dec.* 326. *num.* 6. Rota *dec.* 343. *ante n.* 20. *par.* 1. *in rec.*

Quinta, † Quia matrimonium celebratum fuit clam, ho- 48
ra noctis ſeptima, & ſic poſt mediam noctem; hora quidem importuna nimis, & prorſus inconſueta ad nuptias celebrandas, cum tamen de die commodiùs, æquius, & honeſtiùs fieri potuiſſet, & ideo contra illud præſumitur *tot. tit. extra de clandeſt. de ſponſ.* Cæpoll. *conſ. civ.* 2. *num.* 7. Barbat. *conſ.* 45. *ſub num.* 6. *ver. ex alio apparet lib.* 1. Joan. Franc. à Ponte *d. conſ.* 44. *num.* 30. Polidor. Ripa *de nocturno tempore cap.* 89. per tot. Menoch. *d. præſumpt.* 4. *num.* 14. *lib.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 10. Rota *dec.* 643. *n.* 20. *par.* 1. *in rec.* Giovagnon. *d. conſ.* 67. *num.* 13.

Nec dicatur conjecturam ex nocturno tempore, & hora Parochi inſolida deductam, tamquam frivolam reiici à Rota *in deciſ.* 605. *par.* 3. *in recentior.* quia non ſimpliciter illam reiicit, loqueretur enim contra communes DD. ejuſdemque Rotæ traditiones; ſed ex particularibus rationibus, quæ in caſu noſtro non concurrunt, dicit enim id in ſuo caſu factum fuiſſe propter Parochum, qui fortè recuſaſſet accedere ad domum, & ſic ibidem aderat juſta cauſa temporis nocturni, & horæ inſolitæ, unde non mirum ſi inde non poterat metus conjectura deſumi: at nos è contra habemus Parochum ſponte accedentem ad domum dictæ M. antè primam noctis horam, Parocho non mediocriter de hujuſmodi mora conquerente, & dicente ſibi valdè ſuſpectam eſſe: quo fit, ut hæc conjectura validiſſima quidem ſit judicanda.

Sexta, † Quia in dicti matrimonii celebratione nulli fue- 49
runt vocati propinqui, quod tanquam inconſuetum facit arguere metum in contrahente, cum communiter in hujuſmodi actibus adhiberi ſoleant conſanguinei, affines, & amici Barbat. *d. conſ.* 45. *ſub num.* 6. Alciat. *conſ.* 5. *num.* 22. *lib.* 1. Menoch. *dict. præſumpt.* 126. *num.* 18. Genuen. *in prax. Archiep. Neap. cap.* 105. *ſub n.* 4. Giovagn. *d. reſponſ.* 67. *num.* 13. Card. Seraph. *dec.* 859. *num.* 7. Greg. *d. dec.* 326. *n.* 39. Rota *d. dec.* 644. *ſub n.* 20. *par.* 1. *in rec.*

Quæ quidem conjectura in caſu noſtro maximum recipit robur ex eo, quod nec Simon ſocius d. A. qui eum præ foribus expectabat, nec quidem mater; & frater junior, & ſocer d. M. in eadem domo exiſtentes, ad matrimonii celebrationem vocati fuerunt. Quod ſanè tàm inſolitum eſt, tàm à recta ratione exorbitans; tàm condecentiæ, & bonis moribus repugnans, ut ferè ex hoc dictum matrimonium reddatur omnino ſuſpectum, nec id tribui poteſt ſecreto à partibus affectato; quia mater, & frater M. ignorare nullatenus poterant, quod in domo fiebat; præſertim quia cum Parocho, & teſtibus tam longam moram traxerant. Et eſt præcipua animadverſione dignum quod S. ejuſdem M. ex primo viro Socer; qui in d. domo habitare minimè conſueverat, aderat illo ſero, & quamvis ſenex, totam noctem in ſomnem, & extra cubile duxit, & tamen matrimonio non interfuit; ad quid ergo præter ſolitum acceſſit ad domum ſuæ nurus? quare ſaltem non ivit dormitum? cur denique ſine illius præſentia in eadem domo contractum fuit matrimonium, de quo per tot horas coram ipſo; & cum ipſo fuerat habitus ſermo? Certè, vel acceſſit ad aſſiſtendum coactioni faciendæ A. prout etiam ſonant verba, quæ dixit, *Biſognerà ben, che lo faccia*, de quibus deponit Parochus (qui etiam ſubdit ſe illis auditis, conqueſtum fuiſſe cum ſocio d. N. regularis, & dixiſſe quòd tam diuturna mora jam ſibi fœtabat) vel ſi acceſſit ut matrimonio aſſiſteret,

ſteret, ideo non fuit præſens, quia A. non ſponte contrahebat.

50 Cumque † Doctores ſuſpectum habeant matrimonium celebratum januis domus clauſis; illudque meticuloſum præſumat Alex. *dict. conſ. 99. ſub num. 4. ver. item coadjuvant. lib. 3.* Cæpoll. *dict. conſ. civil. 2. ſub num. 5. ver. tertia conjectura.* Ferrett. *conſ. 311. ſub num. 7.* Petr. de Barbob. *d. conſ. 24. num. 20. & 21. inter conſ. matr. div. lib. 1.* Rimin. jun. *conſ. 77. num. 18. eod. lib. 1. conſ. matrimon.* Gregor. *deciſ. 326. num. 37.* præſertim ſi non fuerunt vocati conſanguinei, ut ſupra dicebatur; cur non præſumatur meticuloſum hoc, de quo agitur, quod non modo foribus domus clauſis, & conſanguineis ab extra non accerſitis, ſed nec quidem cum interventu matris, fratris, & ſoceri ſponſæ in eadem domo ma-

51 nentium, ac de delicto † matrimonio ſollicitorum, celebratum fuit; præſertim, quia ſi quando adſunt qualitates, quæ in matrimoniis liberis intervenire minimè conſuevere, præſumitur metus Pariſ. *conſ. 53. num. 64. lib. 4. & conſ. 60. n. 29. cod. vol. 4.*

Et corroboratur magis eadem conjectura, vel circumſtantia ex eo, quod dictus religioſus, nec quidem Parochum introducere volebat, ſed ſibimet vices Parochiales, & jus aſſiſtendi efflagitabat concedi; quod ubi impetrare nequivit, rogavit ut ſaltem teſtes ita diſpoſiti eſſent ne viderentur à ſponſo; ex quo oritur ſuſpicio, quod illum decipere vellet, tan-

52 quam in matrimonium nullum, † & abſque teſtium præſentia conſenſurum; nam ob fictionem, nimiamque cautelam præſumitur dolus, & fraus, ut ex multis juribus docet Paul. de Caſtr. in *conſ. 174. ſub num. 3. ver. eſt etiam lib. 1.* & ex actu inſolito præſumi fraudem, & dolum tradit poſt alios Maſcar. *de probat. concl. 531. num. 75.* prout etiam ex occulto Maſc. *ibi. n. 42.* Corroboratur rurſus, quia dicta M. in reſponſionibus ad poſitiones partis, medio juramento affirmat illo ſero nullum virum in domo fuiſſe, cum tamen idem ipſe frater junior atteſtetur ſe, & dictum ſocerum ante Solis occaſum ad dictam domum acceſſiſſe, ibique tota illa nocte permanſiſſe, ex quo etiam mendacio reſultare videtur fraudis, & doli præſumptio.

Septima ſuboritur ex murmure vocum, ac ſtrepitum peduum, quem Capellanus ante matrimonii celebrationem, & Parochus poſt celebrationem audivit in parte domus inferiori, & valdè veriſimile eſt, ut etiam ad aures ejuſdem A, pervenerit; qui proprius manebat, ſi enim dictus Capellanus inquit ſe de dicto ſtrepitu malè ſuſpicatum fuiſſe, quid de A, credendum eſt? certè potuit, & debuit ex illo arguere adeſſe domi viros ad ipſi vim inferendam paratos, niſi ſponte conſenſiſſet *ad l. nec timorem §. Proinde ff. de eo quod met. caſ.*

53 Octava † deducitur ex qualitate loci, in quo contractum fuit matrimonium nempe in domo adverſariorum; non eſt enim novum, metum juſtum ex loci qualitate inſurgere poſſe, ut *ex l. 3. cum duabus ſequentibus ff. de donat. cauſ. mort.* probat Sanch. *de matrim. lib. 4. diſp. 1. num. 16. & dixi ſupra num. 35.* Et ſignanter, quod ex quo juvenis reperiebatur in domo Amaſiæ, à qua recedere non valebat, per metum contraxiſſe præſumatur, tradit Bero. *in quæſt. familiar. 54. ſub num. 1. in fin. & n. 2. per* tex. *in cap. cum locum de ſponſal.* ubi S. P. mandat puellam de cujus prætenſo matrimonio agebatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat honeſtè teneri, ut latius per Bero. *ibid.*

Ex his itaque, ſaltem ſimul junctis liquidò apparere videtur quemlibet conſtantem adoleſcentem cum puella repertum, habere potuiſſe rationabilem cauſam timendi, ne ſibi vis inferretur. Quod autem A. de facto timuerit facilè deprehenditur, tum ex eiſdem, tum etiam ex aliis circumſtantiis, & conjecturis, & ſignanter, ex alteratione, in qua ille à Parocho, & teſtibus repertus fuit, quæ Parochum obli-

54 gavit ad interrogandum illum an libenter contraheret, † ex qua alteratione à Parocho, & teſtibus cognita, ac ex inſolita ejuſdem Parochi interrogatione inſurgere conjecturam metus in ſponſo benè deducit Petr. de Barbob. *dict. conſil. 24. num. 24.* & firmat Rota in *deciſ. 643. num. 13. par. 1. in recent.*

Ex reſponſione A. ad primam Parochi interrogationem voce adeo ſubmiſſa, ut opus fuerit illum iteratò interrogare; unde colligitur illum prima vice non bene, nec intelli-

55 gibiliter reſpondiſſe: † quod quidem arguit metum *arg. leg. de timore §. Tormenta ff. de quæſtion.* faciunt notata *in capit. afferte de præſumpt.* & per Petr. de Barbob. *d. conſ. 24. num. 22.* & Menoch. *præſumpt. 4. num. 10. lib. 3.* & Giovagnon. *reſp. 67. num. 12.* & tradit in terminis Rota *d. deciſ. 643. ſub num. 13.* præſertim, juncta reſponſione ipſius A. ad ſecundam Parochi interrogationem, in hæc verba, *ſi, ſiniamola*, quæ maximum indicant tædium, ac indignationem, nec ullam præſeferunt liberi conſenſus judicationem.

Ex vultus pallore, † & mæſtitia ipſius ſponſi, unde me- 56
tus arguitur Petr. de Barbob. *d. conſ. 24. num. 200. & ſeqq.* Pariſ. *conſ. 53. num. 32. lib. 4.* Maſcar. *de probat. concl. 1054. n. 47. lib. 2.* Farinacc. *in fragmen. verbo metus num. 185.* Gregor. *deciſ. 326. num. 42.*

Ex ſitu loci ubi matrimonium fuit contractum, nempe inter cubile, & parietem; ac ex ipſius ſponſi habitu; erat enim capite aperto, pallio involutus de menſe Maii, & ut inquit Parochus, ſemiſpoliatur: † matrimonia autem, quæ 57
ſponte fiunt, neque in tali loco, ſeu ſitu, neque talibus indumentis fieri conſuevere, ac proinde metus arguitur, ut poſt alios bene deducit Joann. Franc. à Ponte *in conſ. 44. numer. 20. lib. 1.*

Ex inæqualitate A. & dictæ mulieris, tam ratione ætatis, quàm divitiarum; ille namque erat valde adoleſcens, & ditiſſimus, ita ut ſorori nubenti dederit in dotem ſcutos ultra triginta millia; illa verò vidua erat ætatis annorum circiter triginta ac dotem habebat ſcutorum dumtaxat 2300. eratque duarum filiarum onere ex priore matrimonio gravata, ex † qua diſparitate oriri conjecturam meticuloſi 58
matrimonii probat in terminis noſtris Petr. de Barbob. in *ſæpè citat. conſ. 24. num. 10.* Cæpoll. qui in eadem cauſa, ſed pro contraria parte ſcripſit *conſ. civil. 2. num. 7. conjectur. 9.* Menoch. *dict. præſumpt. 4. num. 16. lib. 2.* Turrett. *conſ. 28. num. 10. lib. 1.* Giovagnon. *reſponſ. 67. num. 11.* Genuenſ. *in prax. Archiep. cap. 105. ſub n. 4.* Ricc. *deciſ. 110. num. 21. par. 4.* Monterus *deciſ. Arag. 45. ſub n. 23. in fin.* Rota *dec. 643. n. 20. par. 1. in rec.*

Ex ſubitaneo † receſſu ipſius A. qui matrimonio utcum- 59
que contracto, cum eſſet hora ferè ſeptima noctis, ex templò abiit, & quamprimum tuto potuit, ſe in libertatem recepit; unde oritur manifeſta præſumptio, ſe non voluntariè contraxiſſe, ut eſt tex. in terminis cum ſua gloſſa *in cap. conſtat 1. q. 1. & in cap. ad id*, ubi etiam gloſſa *de ſponſal.* & tradit Petr. Barbob. *dict. conſ. 24. num. 7. ver. ſecundo*, & Menoc. *d. præſumpt. 4. num. 8. lib. 3.* præſertim cum nunquam redierit ad domum dictæ mulieris, ſed ſemper matrimonium impugnaverit. Pariſ. *conſ. 53. num. 56. lib. 4.* Rimin. junior. *conſil. 362. num. 80. lib. 4.* Turrett. *conſ. 28. num. 12.* Rota *dicta dec. 643. ſub num. 17.*

Nec ſatisfacit allata reſponſio, ut nempè idcircò receſſerit, quia optabat matrimonium eſſe ſecretum. Tum quia id in facto non ſubſiſtit, cum ſtatim domus januam egreſſus, illud Simoni, qui eum expectabat propalaverit (ſi eidem Simoni ſocio ipſius A. credendum eſt,) & ſequenti
mane aliis publicaverit; † tum etiam quia receſſit, ne de- 60
oſculata quidem M. quam continentiam ſanè habere minimè potuiſſet, ſi nimio correptus amore acceſſiſſet ad matrimonium cum illa ineundum; ac propterea maxima hinc inſurgit conjectura, quod invitus, & coactus contraxerit, ut his terminis deducunt Barbob. *d. conſ. 24. ſub num. 7. ver. ſecundo*, & Menoch. *d. præſumpt. 4. n. 18.*

Et profectò cum hæc mulier prætendat A. ejus pulchritudine captum in amore flagrantem, poſt diuturnam ſervitutem ipſi exhibitam, eo deveniſſe, ut clam ſuis, diſparitate minimè attenta, dictum matrimonium celebraret; ſi hoc ei credimus, ſtatim arbitremur neceſſe eſt, flagrantem in amore juvenem in ætatis floræ exiſtentem; quam tot obſequiis, tot ſuſpiriis concupivit puellam; tantoque pretio (nempè opulentiſſima dote, quam ab alia conſequi potuiſſet) adeptus ſtatim corripuiſſe in amplexibus, & exoptato tandem fine laborum ſuorum potitum eſſe; præſertim cum locus, & hora admoneret, nec puella renueret, vel detrectare poſſet, & tamen eouſque id abfuit ut imò ſtatim, abſque ullo affectus maritalis ſigno, receſſerit, numquam rediturus. Ergo ne in eodem corde, eodemque tempore copulari potuerunt vehemens amor, & manifeſtum odium intemperata libido, & Socratica pudicitia? potuit ne mollis adoleſcentulus magis eſſe continens, quam fuerit Maſſiniſſa victor, qui à fœmina victus in ſua victoria, ac amore Sophonisbæ captus, ſe cohibere nequiuit, quin irrequiſito Lelio, inſcio Scipione adhuc ſanguine inimicorum madidus, cum conjuge hoſtis matrimonium celebraret, ſtatimque incumberet; ut per Tit. Livium *Hiſt. ad Urbe condit. lib. 30.* quod ille in armis à cupidine impetrare nequivit,

vit, obtinuit iſtæ in cubiculo, & inter delicias amaſiæ? certè in terminis noſtris, & tot munita circumſtantiis hæc ni fallor, eſt vehementiſſima præſumptio; quæ quidem ab uno ex Advocatis præferebatur præſumptioni, qua Sapientiſſimus Salomon uſus fuit ad indagandum quæ nam ex duabus altercantibus mulieribus eſſet vera mater infantuli, quæ præſumptio reperitur canonizata *in c.afferte extr.de præſumpt.* Non tam enim repugnat, ut non commoveantur viſcera materna in nece filii, cum plurimæ fuerint matres, quæ illos necaverunt; quam ut non commoveantur viſcera adoleſcentuli amore correpti, dum liberè potiri poteſt amata, ac diu deſiderata puella; ita ut nec oſculum in deſponſatione conſuetum illi præbere voluerit. Ad metus autem probationem argumentum ductum à veriſimilitudinibus, & è contra plurimum valet, ut multis relatis tradit Greg.*d.deciſ.*326.*n.*6.& facit *à Pont.d.conſ.*44.*num.*20. *ſupra num.*47.

61 Rurſus quod A.timuerit deducitur † etiam ex ſecutis poſt matrimonium,ex quibus pariter arguitur metus Alexand.de Nevo *conſ.*3.*n.*11. Pariſ. *conſ.*33.*n.*56. Gratian.*conſ.*58.*nu.*23. *lib.*2. Gregor. *d.deciſ.*326.*n.*4.

Præſertim ex immediato conqueſtu A. cum Simone, cui dixit ſe fuiſſe proditum, & ad mortis periculum evadendum contraxiſſe, prout etiam conqueſtus fuit cum Parochi Capellano die ſequenti, quem acriter, objurgavit, quod paſſus
62 fuerit ſibi violentiam inferri. † quæ quidem extrajudicialis conqueſtio etiam abſente parte facta, tametſi metum non probet, alias tamen præſumptiones corroborat,& coadiuvat, ut pluribus relatis tradit Surd.*in deciſ.*194.*n.*26. Turrett. *conſ.* 28.*n.*11.*lib.*1.

Rurſus ex eo, quod cum ante celebrationem matrimonii A, quotidie terret viam juxta domum M. & cum illa colloquia haberet, illo demum contracto, nunquam amplius
63 ad eam acceſſit, † ſignum evidens, quod voluntariè cum ea minimè contraxerit, ut per Pariſ. *conſ.*53.*num.*56.*lib.*3. Rimin.iun.*conſ.*362.*n.*80. *lib.*4. *& rurſus inter conſ. matrim. diverſ.conſ.*77.*num.*34.*& ſeq.lib.*1.Turret.*conſ.*28.*nu.*12.*li.*1. Giovagnon.*reſponſ.*67.*num.*16. Rota *deciſ.*643.*n.*17.*par.*1.*in recentior.*

Præſertim quia Nuncio ſibi ab M. poſt tempus miſſo, & repulſam dedit, & ne amplius reverteretur prohibuit, & in ſumma nunquam matrimonio conſenſit, ſed illud ſemper impugnavit, ut ſupra dicebam.

Denique accedit publica vox, & fama probata per teſtes utriuſque partis,quæ in vicina, & civitate increbuit præfatum matrimonium fuiſſe coactè, ac per metum contra-
64 ctum; † quæ quidem tametſi potuerit ab ipſomet A. oriri, nihilominus Scribentes autumant magnum ex ea inſurgere argumentum, validamque matrimonii meticuloſi probationem Cæpoll. *d.conſ.civil.*2. *num.*18. Barbob. *d.conſ.*24.*nu.* 17.& pluribus relatis tradit Menoch.*præſumpt.*4.*num.*21.*li.*3. *& præſumpt.*126.*num.*22. Genuen. *in prax. Archiepiſc. Neap. cap.*105.*n.*4. Monald. *conſ.*13.*nu.*3. Giovagnon.*conſ.*67.*n.*19.
65 Et quamvis duo ex teſtibus ipſius mulieris non deponant de fama, ſed duntaxat de auditu, nihilominus contra producentem plenè probant, ut poſt alios, quos refert tradit Ant.Gabr. *lib.*1.*tit.de teſtib.concl.*1.*num.*14. *&* 15. Cæphal. *conſ.*65.*num.*55.*lib.*1. Bertazz. *conſ.*36.*num.*3.*& conſ.*484.*nu.* 8.Burſatt.*conſ.*57.*num.*11.*lib.*1. *& conſ.*166. *num.*22. *eod.lib.* 1.Farinacc.*de teſt.q.*62.*num.*16. *& ſeqq. & quæſt.*69.*num.*57. cum M.non modo illos examinare curaverit, ſed & examen poſt illius publicationem produxerit, juſta diſtinctionem allatam poſt alios à Farinacc. locis citat. Idque eo fortiùs in terminis noſtris eſt admittendum, quo in cauſa matrimoniali metus probatur etiam per teſtes de auditu ab eodem metum paſſo inductos Alex.*conſ.*99.*lib.*7. Alc.*reſponſ.*3.*num.*11. *lib.*1.*juxta Venetam impreſſionem*. Hect. Emili. *in tract.de teſtib.in materia teſtis de auditu num.* 71. Farinacc. *d. quæſt.* 69.*num.* 67. & ſic ſive conſideremus ea quæ matrimonium præceſſere, ſive concomitantia, ſive ſubſequentia, nullum profectò veſtigium apparet liberi conſenſus in A, imò omnia redolent animi repugnantiam mentiſque trepidationem, & quidem ex cauſis extrinſecis rationabiliter ſubortam: unde,
66 & metum probatum fuiſſe fatendum eſt; †præſertim cum attenta communi obſervantia matrimonia contracta à deprehenſis in facinore, meticuloſa ſint, & nulla Barbat.in puncto *conſ.*54.*colum.*16.*lib.*1. Giovagnon. *reſponſ.*67. *num.*
67 21. Verſemurque in materia, † in qua ſingula quæ non proſunt, ſimili juncta, juvant Barbob.*d.conſ.*24.*num.*30.*&* 31. *lib.* 1.*inter conſ.matrim.div.* Farinac. cum per eum relatis *in fragment. verb. metus num.* 181. *in fin.* plurimos congerit, & ſequitur Honded. *conſ.*29. *num.*23. *&* 49. *lib.*1. Rot. me hìc citato in Burgen. nullitatis profeſſionis 16. Julii 1649.coram Arguelles impreſſ.à Diana *in calce p.*9.*reſolut. moral.*

Licet † enim nullatenus placeat, quod ſcripſit Turrett. 68
*conſ.*28.*num.*16.*lib.*1. ex duabus duntaxat conjecturis, probari metum, in quo ille, ſicut in aliis, quæ contra veras traditiones in *d. conſ.* firmavit excuſari poteſt, cum preſſus multis negociis dictum reſponſum dederit, ut ipſe ſub illius initio profitetur; † Indubium eſt tamen, quod cum me- 69
tus ſit difficilis probationis. Pariſ. *conſ.*53.*num.*63. *lib.*4. Menoch. *de arbitr.jud.caſ.*116.*num.*17. Rota in Nicien.*matrimonii* 6.*Martii* 1587. *coram Card. Seraphin. Greg.deciſ.* 326.*num.*2. tàm ex parte illum patientis, eum in ejus animo ſit reconditus *l.*1.*ff.quod met.cauſ.* Anchar.*in conſ.*299.*lib.* 1.Alciat.*reſponſ.*3.*num.*26. *lib.*1. Gregor. *dict. num.*2. quàm ex parte inferentis, cùm ſecretò & clam inferatur Alciat. *d.conſ.*5.*num.*9. *& in tract. de præſumpt. reg.*3. *præſumpt.*7. *num.*3. Gaill. *pract. obſerv. qu.*3.*num.*19. *lib.*2. Maſcard.cum relatis, *de probat.concl.*1055. *num.*4. Gregor.*ubi ſup.num.*3.
† Probatur ex indiciis, & conjecturis, etiam ad effe- 70
ctum, ut contractus nullus, & invalidus declarari poſſit. Cynus *in l.carcerem. C. quod met.cauſ.* Bart. *in l.ſi ob turpem C.de condit.ob cauſ.* Bald. *conſ.*26.*vol.*3. Ancharan.*conſ.*295. Roland.*conſ.*100.*n.*127.*vol.*4. Menoch. *de arbit.jud.caſ.*136. *num.*1.Boer.*deciſ.*100.*num.*2.*&* 4. Oſaſch. *deciſ.*79.*nu.*1. Sur. cum relat.*deciſ.*194.*num.*23. & tradunt in terminis noſtris Alexand.alios referens *in conſ.*21.*num.*9. *inter conſil.matrim. div.vol.*1.Cæpol. *conſ.*2.*num.*5.*in civil.* Barbob.*dicto conſ.*24. *num.*6. Gaill.*pract.obſerv.lib.*2.*obſerv.*93.*num.*18. *& ſeq.* Menoch. *d. præſumpt.*4. *num.*4. latè Honded. qui de communi teſtatur, & plurimos adducit *in conſil.*29. *num.*21. *vol.* 1. Card. Seraph. *deciſ.*771.*num.* 2. Rota *deciſ.*643.*num.*23. *par.* 1. *recentior.* Imò potiùs, totam hanc materiam eſſe conjecturalem, & non niſi ex conjecturis probari poſſe oſtendit Jo. Franc.à Ponte *in conſ.*44. *num.* 17. ſequitur Rota *in d.deciſ.*643.*num.*23. Dixi etiam *in deciſ.*139.*num.*87.*p.*2. ubi quod probatur etiam per teſtes domeſticos. Adeò ut
† ejuſmodi probatio, quæ fit per præſumptiones, & conje- 71
cturas ſit manifeſta,& liquida probatio,ut per Bald.*in l.ſi quis ex argentariis. §. cogentur num.*3.*ff. de eden.* Barbob. *d.conſ.* 24.*num.*4. Monterus *deciſ.*Aragon.45.*ſub num.*25.dixi in deciſione 79.

Cumque non detur in jure certa regula ad cognoſcendum
† quot; & quales præſumptiones in iſta materia requi- 72
rantur, id totum judicis arbitrio remittitur,vt poſt antiquiores tradunt Pariſ. *conſ.*53.*num.*60.*lib.*4. Socc.iunior.*conſ.*77. *num.*45.*lib.*2. Covarr. *in epitom.*4.*decret.p.*2.*c.*3.§.5.*nu.*20. *ad fin.*Sebaſt.Medic.*de caſib.fortuit.par.*1.*q.*7.*num.*7. Sanch. *de matrim.lib.*4.*diſp.*5.*num.*1. *& ſeqq.*Menoch.*de arbitr.jud.caſ.* 136.*n.*2.Maſcard.*concl.*1055.*n.*10. Surd. *conſ.*395.*num.*25.*lib.* 3.Honded.atteſtans de communi opin. *conſ.*29.*num.*29.*lib.*1. Boer. *deciſ.*101.*nu.*3.Rota *deciſ.*785.*par.*3.*in recentior.* Card. Mantic.*deciſ.*112.*n.*3.

Quemadmodum † etiam qui nam ſit metus ſufficiens, & 73
in virum conſtantem cadens judicis arbitrio remitti tradunt Alexand. *conſ.*156.*num.*5.*in fin.lib.*5. Soccin. iun.*dict.conſ.* 77.*num.*47.Sanch.cum per eum congeſtis *d.diſput.*5.*nu.*1.ubi rationem aſſignat, quia non poſſunt in particulari exprimi omnes caſus Maſcard. cum relatis, atteſtans de communi opinione *d.concl.*1055.*n.*12.Greg.XV.*dec.*374.*nu.*12. In terminis vero noſtris, & levioribus conjecturis opus eſt,& minor metus requiritur, † tum quia agitur de matrimonio, 74
ad quod irritandum minor metus ſufficit, quam in cæteris contractibus propter maximam libertatem voluntatis, quæ in illo deſideratur, ut ex communi omnium ſententia tradit Menoch.*in conſ.*2.*n.*233.*lib.*1. † unde, & læviores deſide- 75
rantur probationes, ut pluribus congeſtis advertit Sanch. *d. lib.*4.*diſp.*6.*n.*1.

Tum etiam, † quia tractatur de facto ſecuto in privata 76
domo, quo caſu metus levioribus probationibus probatur Mandell.*conſ.*77.*num.*11. Monterus *deciſ.Aragon.*45.*nu.*15. & benè facit Giovagnon. cum per eum relatis *in reſponſ.*67. *num.*13.*&* 41.

Quæ † quidem multo magis ſibi locum vendicant in 77
metu nocturno, & clandeſtino Menoch.cum per eum relatis *præſumpt.*126.*num.*10. Magol.*in tract.de his quæ vi, metuſve cauſ.c.*10.§.3.*nu.*12.*in fi.*Rota *deciſ.*643.*ſub num.*29.*p.*1.*in recentior.*

Non

Non obſtant contraria : quia quod dicebatur juſtum metum ceſſare, ex quo A. deprehenſus fuit cum puella à viro religioſo, ac inermi, à quo necem, vel cruciatum timere non poterat ; procederet ſi vel fuiſſet in loco patenti, & libero, vel ſi ille Religioſus habitare conſueviſſet in dicta domo, & improviſo in Amantes incidiſſet. At cum A. eſſet in domo clauſa, hora intempeſtiva, in eorum poteſtate, qui ſe ab illo exiſtimabant offenſos : & in facinore deprehenſus, non ex accidenti, ſed præmeditato eorum conſilio, ac prævia Parochi, teſtium, licentiæ Ordinarii præparatione, & cum importunis precibus, & vexationibus per trium Horarum ſpatium præfati religioſi, ægreferentis jacturam honoris, dictique juvenis renitentiam, & rurſum, ac deorſum curſitantis : juſtè quidem, ac rationabiliter timere potuit, ſibi ; vel corporis, cruciatum, vel necem imminere ſi ulterius reſtitiſſet, debuitque credere nolle propinquos M. ſibi illudi, neque gratis prædicta præparamenta feciſſe, eoſque præmiſiſſe d. religioſum, ut quoad fieri potuiſſet, ſine ullo ſtrepitu matrimonium ſuccederet ; duriùs poſtea ſecum acturos, eidem Religioſo non paruiſſet : & propterea benè intrant concluſiones ſupra per me allatæ à *num.* 31. & fatendum eſt A. non potuiſſe ulla ratione ſibi conſulere, & ſic ceſſant quæ dicta ſunt à *num.* 15. & *ſeq.* præſertim *ex* Laderch. *conſ.* 17. *ſub nu.* 4. *ver. ex quibus*, & Sot. *in* 4. *ſent. diſtinct.* 29. *quæſt.* 21. *art.* 2. *ver. alterum vero*, & Sanchez *ibidem citato*.

Et quoniam ſcribentes pro M. faciebant præcipuum fun-
78 damentum in dicta doctrina † *Soti*, quatenus inquit, æſtimationem metus eſſe debere ex periculo præſentaneo, & jam jam impendenti : advertendum eſt, illum moveri *ex l. metum la* 3. *ff. quod met. cauſ. ubi* I. C. inquit *Metum autem præſentem accipere debemus, non ſuſpicionem inferendi ejus*, quæ quidem lex interpretatur de ſuſpicione levi, & vana, nec excludit probabilem mali futuri ſuſpicionem, ut poſt alios benè declarat Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *diſp.* 1. *ſub num.* 16. *ver. ſed text.* Quod ſi Soti doctrina abſolutè accipiatur, profectò defendi non poterit, cum illi adverſetur communis concluſio, de qua ſupra *num.* 31. & *ſeq.* nempe, ſuſpicionem probabilem metus haberi pro metu. Si enim periculum jam jam impendens adeſſet, non appareret quo modo metus actualis à ſuſpicione metus diſtingui poſſit. Exu-
79 laret rurſus alia concluſio, quæ habet † appellatione inſtantis periculi, non tantum proximè imminens intelligi, ſed futurum etiam diſtanti tempore, ſi tamen probabiliter timeatur eventurum, ut benè per Sanch. *ſub dicto num.* 16. *ver. imo crediderim*, & *per* Pontium *de matrimon. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 7.

80 Denique confunditur dicta doctrina ex † diffinitione metus à I. C. tradita *in l.* 1. *ff. quod met. cauſ.* ubi quod eſt inſtantis periculi, vel futuri mentis trepidatio, & tradunt Anchar. *conſil.* 299. Burſatt. *conſ.* 72. *num.* 29. Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 78. Monter. *deciſ.* 45. *nu.* 61. Covarr. pulchrè *in* 4. *decret. tit. de matrim. p.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 1. Si enim periculum eſſe deberet, jam jam impendens, & præſentaneum, utique metus non eſſet periculi futuri mentis trepidatio, unde, & Cicero in Tuſculanis metum ajebat eſſe mali expectationem, eumque refert, & ſequitur Gaillus *de Pace publica lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. & Monter. *d. num.* 61.

Non obſtat, quod dicebatur, metum non probari, niſi per indicia, & conjecturas concludentes, & neceſſarias, & juſtificari ex qualitate armorum, ex *Rota deciſ.* 600. & 605. *par.* 4. *in recentior.* quia imò læviores probationes, ac ſola indicia, & conjecturas ſufficere in propoſito ex communi Doctorum ſententia tradit Giovagnon. in puncto *conſil.* 67. *num.* 2. & *Rota in deciſ. in calce dicti conſilii impreſſa numer.* 69. & 70. & habetur ex traditis per me ſupra *nu.* 70. etiam ſine armorum præparatione, ut ex communi dixi *num.* 36. & *ſeqq.*

81 Nec † refragantur ponderationes Laderchii, nam prima, de qua ſupra *num.* 18. falſa eſt, & DD. ab eo relati contrariam ſectantur ſententiam, nam Roland. *d. conſ.* 2. *num.* 87. inquit metum ſemper durare durante cauſa metus, & cauſam ipſam durare, durante potentia ipſius, metum inferentis, idemque poſt alios inquit *in dict. conſ.* 95. *num.* 32. & 33.
82 *lib.* 1. † ubi notabiliter addit ex Bald. *in tract.* Schiſm. *in* 8. *col.* quod ſpiritu timoris nunquam mens purgatur, niſi ſint cauſæ conſentiendi congruæ, ſic etiam Socc. jun. *cit. in conſ.* 77. *numer.* 53. *ex* Corn. *in conſil.* 41. *colum.* 2. *lib.* 2. & Marſil. *in conſil.* 48. *column.* 3. *ver.* & *ſubdit*, inquit, quod donec eſt in facultate ejus, cujus metu aliquid fit ; offendendi, durat metus, & quæ tunc fiunt, metu fieri dicuntur ; & rurſus *numer.* 54. inquit, non dici, quem eſſe in ſua libertate, dum eſt in territorio adverſarii, eo quod facilè detineri poſſet, ad quod citat Abb. *in cap. accedens not. ab. ult. de procur.* & Ang. *in l.* 1. *Cod. de pri. car.* Et ſic hi ſcribentes fovent cauſam A, qui etiam quando Parochus, & teſtes thalamum ſunt ingreſſi, erat in territorio, ideſt, in domo eorum, quos offenderat, nec dici poterat in libertate conſtitutus, præſertim cum fores eſſent clauſæ, nec ſibi ſuperveniſſet aliqua cauſa, conſentiendi congrua. Et quod metus tunc demum cenſeatur purgatus per ſequentes actus poſitivos, & ſine metu factos, quando fiunt ex intervallo, aliàs ſecus tradit Dec. *in l. in omnibus cauſis ſub num.* 14. *ff. de reg. iur.* poſt Paul. de Caſtr. *in l. inter poſitas num.* 8. *Cod. de tranſact.* & *ibi* Roman. *num.* 17. *in fin. cum aliis*, quos refert, & ſequitur Farinacc. *in fragmen. verb. metus num.* 138. facit per optimè Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 11. *num.* 4. ubi deridet practicam quorundam Vicariorum, qui nolunt concedere facultatem contrahendi matrimonium incluſio in carcerem propter ſtuprum, ut ſtupratam ducat ; donec è carceribus extrahatur, & ita extractus non dum tamen liber dimiſſus eam uxorem ducit, & putant liberè illum contrahere ; is enim uſus frivolus eſt, & à Bart. & compluribus ſcribentibus apud eundem Sanchez reprobatus, ea ratione, quia nondum liber ille dicitur, cui libera recedendi, quo velit facultas, minimè conceditur. Quo fit, ut † non applicetur id, 83
quod Laderchius inquit ex mente Neviz. ut dato medio libero, extrema meticuloſa non conjungantur : hic enim nullum medium fuit liberum, ſed omnia plena timoris, itavt A, in ipſo actu matrimonii, & pallidus, & alteratus, & ſemiſpoliatus eſſet, & ad Parochi interrogationem cum quadam indignatione reſponderit verba illa, *ſi, finiamola*. Neviz. autem loquitur in caſu, quo puella prius metum paſſa, tandem precibus, acquieverat, hilaris erat, ridebat, & fratrem de quadam dotis rata diſſentientem reprehendit, dicens, quid ad te ? ſi hoc mihi placet, cur tibi placere non debet ? ex quibus verbis non modò liberum conſenſum, ſed enixam, & vehementem voluntatem arguebat Neviz. *ibi num.* 33. Licet revera neque in his terminis tuta ſit ejus conſultatio, imò ex jam dictis, & proximè dicendis, crederem illam ſuſtineri non poſſe.

Et † quod geſta ab adoleſcente cum puella reperto, di- 84
cantur facta durante eadem cauſa metus tradit Giovagn. *d. reſponſ.* 67. *n.* 27. poſt Alex. de Nevo *dict. conſil.* 99. *nu.* 3. *in fin. inter conſil.* Alex. *libr.* 3. & Barb. *late conſ.* 54. *col.* 16. *ver. remanet modo libr.* 1. nec diſſentiunt Jo. Franc. à Ponte *in conſ.* 44. *num.* 24. & Rota *in deciſ.* 643. *in fin. par.* 1. *in recent.*
† Et quod attendi debeat principium meticuloſum, cæte- 85
raque ſecuta ab eo regulanda ſint. Et quod requiratur continuatio actus libertatis ad purgandum metum priſtinum ex *cap. ad id de ſponſal.* itavt juvenis conſtitutus fuerit in loco libero, antequam puellam, cum quia repertus fuit, deſponſaret ; tradit egregiè Barbat. *in conſ.* 54. *col.* 2. *vol.* 1. quem ſequitur, & commendat Rimin. jun. *in conſ.* 77. *nu.* 28. & *ſeq. inter conſ. matrim. div. lib.* 1. ubi inquit metum ante deſponſationem incurſum, non dici purgatum tempore deſponſationis, ſtante modico temporis intervallo ; inter metum, ipſamque deſponſationem decurſo, ipſumque adoleſcentem donec exiſtit in eadem domo, in qua fuit cum puella repertus, ſemper timere debuiſſe, quod compelleretur ad contrahendum matrimonium, etiam ſi tempore deſponſationis vir exoſculatus fuerit mulierem, Alex. *d. conſ.* 99. *numer.* 6. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. libr.* 3. *præſumpt.* 4. *ſub num.* 23. ubi reiicit Cæpoll. contrarium tenentem Maſc. *de probat. concl.* 1054. *nu.* 37. *lib.* 2.

Etiam ſi poſt tres, vel quatuor horas fieret contractus matrimonii, quia adhuc per metum fieri præſumitur Jo. Cald. *conſil.* 2. *de his, quæ vi metuſve cauſ.* Alexand. *conſ.* 88. *num.* 6. & 7. *libr.* 3. Maſcard. *ubi ſupr. num.* 38. eandemque ſententiam, nimirum, quod eodem metu, quo quis inducitur ad matrimonium contrahendum, dicatur inductus ad verba liberum conſenſum denotantia, poſt Alba. *conſil.* 77. *num.* 27. Crot. *conſ.* 182. *num.* 29. Grat. *conſil.* 83. *nu.* 13. & *ſeq.* Cravett. *conſ.* 461. *num.* 32. Rimin. jun. *conſ.* 77. *numer.* 33. *lib.* 1. *conſ. matr. diu.* tradit Turrett. *in conſ.* 28. *num.* 29. *libr.* 1. & Giovagn. *d. conſ.* 67. *num.* 28. qui dicunt attendendum eſſe initium meticuloſum, à quo omnia ſecuta regulari debent. Et in puncto, quod præſentia Parochi, & teſtium non tollat metum, reſpondent in ſpecie Purpurat. *in conſil.*

579. *num.* 14. & Turrett. *d. conſ.* 28. *num.* 21. *lib.* 1. & juxta prædicta intelligenda ex Rota ex adverſo citata in *dec.* 600. *numer.* 2. *part.* 4. *in recent.* præterquam quod in caſu dictæ deciſionis apparebat, adoleſcentem ſponte contraxiſſe, optaſſeque, ſe à conſanguineis puellæ cum illa deprehendi, ad parandam excuſationem cum matre ſua, matrimonio contradicente, ut apparet ex alia deciſione manuſcripta antecedenter in eadem cauſa facta, nempe *in Ulisbonen. matrimonii* 16. *Decembris* 1616. *coram Pirovano*. Et profecto ſi contraria ſententia admitteretur, nunquam poſt *Concilium Tridentinum* poſſet aliquod matrimonium tanquam metu factum reſcindi, cum ſemper intervenire debeat Parochus, cum duobus teſtibus, quæ fuit opinio *Palatii* 4. *diſtinct.* 26. *diſput. unica* §. *hæc porro omnia folio* 663. quem meritò reprobavit Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 12. *nu.* 1. & contrarium ſentiunt omnes, qui poſt Concilium pro nullitate matrimonium ex cauſa metus ſcripſere, & *Rota Romana*, quæ plurimas in hanc ſententiam deciſiones publicavit.

Quod autem addebatur, præfatos Sacerdotes non fuiſſe paſſuros, ut eidem A, metus inferretur, gratis dicitur, quia in illa domo, vel invitis, & obſiſtentibus Sacerdotibus ille poterat, & juſtè timebat offendi.

86 Alia † ponderatio Laderchii, ut nempe in his terminis neceſſaria ſit proteſtatio, antequam matrimonium contrahatur, falſa eſt, omninò reiicienda, & Alexand. & Cravett. ab eo citati, nec per ſomnium quidem id aſſerunt: & contrariam concluſionem, nempe, dictam proteſtationem, minimè requiſitæ poſt Bartol. Alexand. & Paul. de Caſtr. & alios firmat Dec. *in leg. in omnibus cauſis numer.* 12. *de reg. jur. & ibi* Cagnol. *num.* 13. *&* 15. ubi teſtatur de communi opinione, ſequitur Villalob. *in ſuis comm. opin. litt. P. num.* 364. *& ſeq.* Mandell. *conſ.* 77. *num.* 15. *lib.* 1. Covarrvu. *in Epitom.* 5. *decretal. part.* 2. *cap.* 4. §. 5. *num.* 12. *verſ. ſatis enim*: ubi, aliis relatis teſtatur ita alias in ſummo Romanæ Urbis Prætorio fuiſſe judicatum, ex Gomeſ. quem citat *reg. de annali poſſeſſ. quæſt.* 76. Maſcard. *concluſ.* 1055. *num.* 9. Theſ. jun. *qq. forenſ. lib.* 1. *qu.* 51. *numer.* 14. idemque tenuerunt Rim. jun. *in conſil.* 362. *numer.* 8. *libr.* 4. & rurſus inter *conſ. matrimon. diverſ. lib.* 1. *conſ.* 77. *n.* 27. Turrett. *conſ.* 28. *nu.* 28. *lib.* 1. Giovagnon. *reſponſ.* 28. *n.* 18. *& dixi in deciſion.* 75. *nu.* 57.

87 Obſervatio † autem ejuſdem Laderchii, in qua enumerando conſulentes, qui pro metum paſſis ſcripſere, advertit in unoque caſu adfuiſſe arma in promptu, atrocemque metum, fuit ſatis extranea; tum quia in conſultationibus non conſiderantur ea, quæ caſu evenerunt, ſed rationes, quibus in conſulendo utuntur ſcribentes; tum etiam, quia imò plerique Doctores, etiam ex allegatis per eum idem juris eſſe dicunt; ſi nec arma, nec terror, neque minæ intervenerint, ut probavi ſupra *nu.* 36.

Minus obſtant teſtes deponentes dictum matrimonium
88 fuiſſe liberum contractum, † quia licet mater, & frater ipſius M. regulariter ad favorem matrimonii probarent, in caſu noſtro, nec quidem indicium faciunt, ſtante diſparitate inter ſponſum, & ſponſum, ut poſt alios latiſſimè proſequitur Pariſ. *in conſ.* 58. *num.* 12. *cum ſeqq. lib.* 4. ubi etiam *num.* 36. *cum ſeqq.* probat ſufficere diſparitatem in divitiis, vel ætate: & latè etiam tradit Berous *in ſuis quæſtionibus familiaribus q.* 55. *per totam*.

Atteſtatio autem Parochi, & teſtium probat quidem, non fuiſſe in ipſo actu contracti matrimonii à quoquam metum illatum; non autem excludit quin ante illorum adventum præceſſerit metus, ita reſpondet in puncto Rota *in deciſione* 64. *numer.* 25. *part.* 1. *in recentioribus*, imò ex eorundem depoſitione potius conſtat dictum A, non depoſuiſſe metum jam conceptum, ut ſupra deductum eſt.

Ad conjecturas pro libera voluntate conſideratas facilis eſt reſponſio: prima enim, quæ deducitur ex amore, quo A, proſequebatur M, reſpondebatur, quod amor præcedens ipſius A, non tendebat ad matrimonium, ut ex facto dignoſcitur: præſertim, quia ex illis verbis M., in reſponſione ad poſitiones, *diede il ſolito ſegno*, apparet ipſum A,
89 aliàs, ad illam acceſſiſſe: † amor autem præcedens, ſecuta copula, non inducit præſumptionem liberi conſenſus in matrimonium, ut per Riminal. jun. *in conſ.* 77. *ante n.* 33. *inter conſ. matrim. diu. lib.* 1.

Sed dato, quod copula non interceſſerit, & puella amaſium non ad alium, quam ad honeſtum matrimonii finem noctis tempore in thalamum admittere conſueviſſet, (ut mihi optimam de illa opinionem habenti, credere juvat) non tamen inde ſequitur quin juvenis ad illam hac eadem intentione acceſſum habuerit; cum præſertim A, ſtatim, contracto matrimonio receſſerit, nullo quidem exhibito ſponſæ benevolentiæ ſigno, imò amore in odium converſo: hinc enim jam perſpicuum eſt, quo tendebat amor, & ſic potius hæc conjectura retorqueretur: ſi enim A, puellam adamaſſet ad matrimonium cum illa contrahendum, utique adepto fine hilaris fuiſſet, & optata uxore frui voluiſſet.

Secunda conjectura non probatur à matre, fratre, & ſocero dictæ M. propter inæqualitatem inter ipſam, & A. ut dixi ſupra *n.* 88. Alia mulierecula, quæ de promiſſione A. ducendi M. in uxorem pariter una cum prædictis deponit, cum ſit viliſſimæ conditionis, & nuper de adulterio proceſſata, & remaneat ſingularis, non eſt habenda in ulla conſideratione, præcipuè in cauſa matrimoniali inter perſonas non pares, per 90
ea, quæ tradit Ber. *in ſuis qq.* 55. *num.* 2.

Tertia conjectura deducta ex eo, quod contractus celebratus fuit in Civitate, in qua jus redditur, nihil relevat † 91
quia Scribentes in contrarium adducti, loquuntur quando contrahens poterat è domo liberè recedere, & magiſtratum adire, quam rationem expreſsè reddit textus in *leg. non eſt veriſimile ff. de eo quod met. cauſ. & in leg.* 1. *ff. de his, qui propter tim. judic.* Ex quibus juribus ſcribentes dictam præſumptionem deſumunt, & juxta quæ jura intelligendi ſunt: quod & agnoſcit Burſatt. in contrarium adductus in *conſ.* 72. *libr.* 1. qui cum *num.* 18. dixiſſet, fortiores probationes requiri ad probandum metum illatum in Civitate ubi adeſt Princeps; & Magiſtratus, qui ſeverè in facinoroſos animadvertant; applicando exinde ad caſum ſuum *numer.* 49. inquit, quod poterat haberi recurſus ad magiſtratum, & *numer.* 51. quod poterant illi contrahentes liberè diſcedere, &c.

Unde cum nos verſemur in caſu, in quo A. clauſus erat in domo eorum, quos offenderat, nec inde audebat, vel poterat egredi: imò timebat fores ab armatis hominibus cuſtodiri parum refert an in civitate adeſſet, vel non adeſſet Magiſtratus, ad quem recurrendi aditus ſibi non patebat, imò potiùs hinc deſumitur contraria conjectura, ut deduxi ſupra n. 35. & 43.

Ad quartam jam fuit ſatisfactum, quia nec metus illatus fuit coram illis ſacerdotibus, nec illi prohibere poterant ultionem, ſi quam facere voluiſſent conſanguinei M. adverſus Adoleſcentem.

Quinta conjectura deducta ex qualitate dicti Religioſi, qui ejus ſororem cum eodem A. deprehendit, eſt valde generalis, nec poſt concurrere cum ſpecialibus contrariis, quemadmodum dicimus de hominibus, qui præſumuntur generali præſumptione poni *l. merito ff. pro ſocio*. Præterea † licet Sacerdos, & Religioſos habeat pro ſe præſumptio- 92
nem, ſunt tamen ponderandæ circunſtantiæ loci, temporis, & negotii, necnon cauſæ, quæ quidem inducunt, vel auferunt ſuſpicionem mali, ut probatur *in cap. in omnibus, cum ſua gloſſ. & in cap. clericus* 81. *diſt. cum ſimilibus*. Abb. *in cap.* 1. *ſub num.* 7. *ver. dico enim extra de cler. non reſiden.* Everar. *in ſua centuria, loco à communiter accidentibus num.* 9. Unde cum in caſu noſtro ageretur de materia ſpectant ad honorem, & exiſtimationem ipſius Religioſi, ejuſque familiæ, in quibus terminis mens humana paſſionis vehementia veluti denſa obnubilata caligine non ratiocinatur, imò rectè rationis habenas excutere nititur, ceſſat præſumptio alias ex ſacerdotio reſultans.

Nec A. dici poterat potentior dicto Religioſo; dum in illius domo clauſus, & inermis veſtibus etiam ſpoliatus, & ab amaſia proditus (ut exiſtimabat) reperiebatur, & ſic doctrinæ in contrarium adductæ non applicantur. † Et facit 93
quod dici ſolet, delictum non præſumi, niſi commodum afferat delinquenti, ſeu facienti. Alexand. *conſ.* 127. *viſa. numer.* 12. *lib.* 1. Præterea fortè dictus religioſus putavit his artibus evitare majora ſcandala, quæ ex aliorum dictæ M. conſanguineorum indignatione imminebant, ut colligitur ex verbis tertii teſtis ſummariè examinati ad inſtantiam ejuſdem mulieris pro obtinenda ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo facultate omittendi denunciationes, inquit enim, quod ni fieret dictum matrimonium *ne potrebbono ſeguire de diſguſti, &c.*

Ultima conjectura deſumpta ex eo, quod A. in receſſu è dicta domo rogaverit, ut matrimonium non propalarent; præterquam quod in facto non bene probatur, nihil

va-

valet: quinimo dicta verba arguunt animum suum non fuisse liberum, ut post Barbat. *cons.* 54. *col.* 8. *vers. præmitto vol.* 1. tradit Paris. *in cons.* 60. *nu.* 3. *lib.* 4. ita ut saltem hæc propositio broccardica videatur.

Non denique refragatur, quod quando pro non metu adsunt conjecturæ, tunc metus non nisi clarissimis probationibus probatur.

95 Tum † quia regula procedit quoties pro non metu affertur præsumptio juris, non autem hominis, & ita loquuntur Bost. Roland. & Riminald junior. ex adverso citati supra *num.* 30.

Tum etiam, quia revera vel ex dictis responsionibus remanent elisæ omnes conjecturæ pro M. allatæ, vel contra illas militant longè urgentiores; & vehementiores, præsumptiones, ut ex supra latissimè deductis apparet. † Quo fit, 96 ut conjecturæ pro eadem M. adductæ non habeantur in ulla consideratione *l. Divus ff. de restit. in integr.* Cardin. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. libr.* 12. *tit.* 17. *num.* 16. Menoch. *cons.* 409. *num.* 67. *lib.* 5. Pancirol. *consil.* 179. *num.* 13. Surd. *consil.* 16. *num.* 22. Borell. *consil.* 80. *num.* 45. Turret. *consil.* 28. *in fin. libr.* 1. cum tamen non desint, qui adstruunt omnem modicam præsumptionem sufficere ad tollendam spontanei consensus præsumptionem Abb. *in cap. ad audientiam in fin. extr. quodmet. caus.* Barbat. *consil.* 54. *col.* 1. *volu.* 1. Roland. *consil.* 2. *num.* 93. *lib.* 1. ubi de communi opinione testatur.

97 Cum † itaque coactis nuptiis non sit favendum *cap. eum locum de sponsal.* Rimin. jun. *cons.* 77. *num.* 36. *inter consil.* 98 *matr. lib.* 1. Quippe † quæ malos exitus habere consueverint *cap. veniens* 15. *& cap. requisivit de sponsal.* Alex. *in cons.* 98. *in princip. lib.* 3. Rimin. jun. *loco sup. cit. n.* 37. Rota *dec.* 99 69. *num.* 16. *part.* 4. *diversor.* Sitque † non minus peccatum jungere non conjungendos, quàm separare non separandos; ut notatur *in cap. juravit de probation.* cum aliis adductis per Parisium in *cons.* 58. *num.* 47. *vol.* 4. sequitur Rim. jun. *d. cons.* 77. *nu.* 38.

Ideo pronunciavi dictum matrimonium nullum, & invalidum.

ARGUMENTUM.

Matrimonium an sit validum si contrahatur à reperto cum puella, ad evadendam mortem, sibi in injuriæ ultionem comminatam. Et quid si ad evitandam accusationem. Metus injustè non ad finem extorquendi consensum illatus, an matrimonium, vel cæteros contractus annullet. Et quid de justè ad consensum extorquendum illato. Ad ornatum, & enucleationem *cap. veniens il* 2. *de sponsalib.*

SUMMARIUM.

1 *REpertus cum puella, si contrahit cum ea ad evitandam mortem sibi in ultionem injuriæ comminatam, matrimonium tenet, &* num. 5.
In praxi tamen difficile obtineretur num. 10.

2 *Repertus cum puella, si ad evitandam accusationem contrahit, matrimonium validum est,* & num. 11.
Declara ut num. 13. & 15.

3 *Matrimonium contractum per metum injustè ad illum finem incussum, est in utroque foro nullum; & quid inter infideles.*

4 *Metus non ad finem extorquendi consensum etiam injustè illatus, non annullat matrimonium.*

5 Text. in c. veniens il 2. de sponsal. *an procedat ubi pater adolescenti cum filia reperto minatur necem ad vindictam* & num. 7.

6 *Metus suspicio an, & quando pro metu habeatur.*

7 Cap. veniens il secondo de sponsal. *an procedat ubi metus fuit injustè illatus, non tamen ad extorquendum consensum.*

8 *Delictum non præbat causam timendi aliud damnum, quàm eidem delicto debitum.*

9 *Metus injustè illatus, licet non ad eliciendum votum, annullat actum, si fiat ad redemptionem mali intentati.*

10 *Matrimonium celebratum à reperto cum puella, an & quando dicatur meticulosum, & nullum, remissivè.*

11 *Metus auctoritate privata justè illatus, ad extorquendum consensum, an vitiet contractum, vel votum.*

12 *Metus in quem quis propria incidit culpa, an irritet matrimonium, vel professionem. Et quid in cæteris contractibus.*

13 *Stuprator, si jure cogi potest ad ducendam stupratam, an validè contrahat ad evitandam accusationem sibi comminatam, & quid si à judice ad id non poterat præcisè compelli.*

14 *Stuprator an teneatur copulativè ad ducendam, & dotandam stupratam.*

15 *Violans Virginem sub promissione conjugii, potest præcisè ad illud compelli.*

16 *Matrimonium ab ægroto contractum cum filia medici nolentis aliter mederi, an & quando sit validum.*

DECISIO VI.

IN quadam Matrimoniali causa coram me agitata fuit incidenter actum de intellectu textus *in cap. veniens il* 2. *in ordine XV. extr. de sponsal.* Cujus formalitas, in eo consistere dicebatur, quod pater puellæ adolescentem cum ea repertum injustè metu mortis ad matrimonium contrahendum adegerit, & in his duntaxat terminis dispositionem d. textus procedere. Et hinc binæ deducebantur assertiones, † quarum prior erat, ut si in casu *dictæ decretalis*, pater 1 puellæ non animo cogendi, sed ea mente accessisset, ut adolescentem ad acceptæ injuriæ ultionem interficeret, ille autem precibus impetrasset, ut sibi parceret, eo quod paratus esset in compensationem injuriæ, accipere puellam in uxorem, tunc matrimonium validum fuisset, ad quod allegabatur duntaxat; Reginald. *in praxi fori pœnit. libr.* 31. *cap.* 13. *sub n.* 79. *vers. ex hac*. eam sui dicti adducens rationem, quia tunc metus, non ad matrimonium extorquendum fuisset incussus: sed potius per ipsum matrimonium metus jam in flagitii vindictam illatus, tolleretur.

Posterior † verò erat assertio, ut si pater ille minatus 2 fuisset adolescenti se accusaturum illum apud Judicem, nisi filiam, cum qua deprehensus fuerat, acciperet in uxorem; is autem ad accusationem, & molestiam effugiendam, matrimonium obtulisset, contraxissetque, illud validum fuisset, ut per eundem Reginaldus *loco cit.* ea motum ratione, quia pater potuit illum justè accusare, in eum finem, ut matrimonium contraheret, ad quod Judex illum cogere poterat. Quamvis autem præfatæ causæ matrimonialis resolutio, non penderet ex dicta Reginaldi doctrina, quia tamen ob morum corruptelam consimiles casus frequenter contingunt, & quia hæc conducunt ad interpretationem, & ornatum *dicti cap. veniens*: ideo de his placuit particulariter videre.

Quo igitur ad priorem † assertionem, suppono, quod 3 quemadmodum communis est omnium conclusio, ut matrimonium contractum metu cadente in constantem virum, injustè ad illud extorquendum incusso, in utroque foro sit nullum *cap. cum locum*, & ibi Doctores *cap. consultationi, & dict. cap. veniens de sponsal.* & tradunt frequentiori calculo Theologi, & Juristæ quos diligenter congessit Sanch. *de matrim. libr.* 4. *disp.* 12. *num.* 18. ubi de communi opinione testatur. Et quidem tam jure humano, quam naturali, & sic etiam inter infideles D. Thom. *in* 4. *sentent. dist.* 29. *quæst. unic. artic.* 3. *quæstiuncul.* 1. *in corp.* cum *aliis* per Paul. Comit. *libr.* 1. *respons. moral. qu.* 122. plurimos congerit, licet non sequatur Sanch. *d. libr.* 4. *disput.* 14. *sub num.* 1. *ver. octavo*. hanc tenet, & defendit noviss. Pontius *in comment. de impediment. matrimon.* §. 13. *ver. cæterum*. Sic versa vice † si non ad extorquendum consensum, sed 4 ad alium finem fuerit illatus, sive justè, sive injustè, matrimonium non annullat: ita ex communi, & certissima scribentium sententia firmat Sanch. *d. libr.* 4. *disp.* 12. *nu.* 3. *& sub num.* 11. *ver. cæterum, sequitur* Coninch. *de Sacram. & censur. disput.* 28. *dub.* 1. *numer.* 9. ubi rationem reddit, quia jura idcirco irritant matrimonia metu contracta, ut alios avertant, ne quemquam matrimonium inire cogant, ac ut subveniatur patienti metum, ne per injuriam ad rem sibi odiosam compellatur, quæ ratio cessat, ubi ad diversum finem metus incutitur.

Et † hinc sequitur veram esse Reginaldi assertionem, ut 5 nempe si pater, de quo *in dict. cap. veniens*, fuisset mortem adolescenti comminatus in vindictam acceptæ injuriæ, utique validum fuisset matrimonium, quia defuisset ista qualitas à Doctoribus, requisita, ut nempe ad finem extorquendi consensum, metus incutiatur: & ita Reginaldum simpliciter sequitur Barbos. *in collectan. d. cap. veniens num.* 4. Tu dic, quod ante Reginald. idem firmarunt Henric.

lib. 2. de Matrimon. cap. 9. num. 2. Angles *fol.* 458. Vivald. *in candelabr. Sacrament. nu. 64. Corona confeſſ. part. 4. materia de matrim. cap. 8. tit. de Impedim.* Violen. *num. 29. §. ſed eſt hic.* Sanch. *de matrimon. lib. 4. diſput. 12. numer. 14.* ubi hanc ſententiam defendit, oſtendens eam non repugnare textui *in leg. nec timorem §. proinde ff. de eo quod met cauſ.* neque communi ſcribentium concluſioni, quæ habet probabi-

6 lem † metus ſuſpicionem haberi pro metu, de qua ego poſt alios latiſſimè diſſerui *in deciſione præcedenti numer. 31. cum pluribus ſequentibus*. Quæ quidem concluſio ex mente Sanch. *ibidem*. procedit in probabili ſuſpicione metus inferendi ad finem extorquendi conſenſum, ſecus ſi ſuſpicio eſt ut vis inferatur, non ad eum finem, ſed ad vindictam de ſtupri injuria ſumendam: ſtuprator autem ſua ſponte matrimonium cum illa offerat, ut injuriæ, pœnæque veniam impetret.

7 Reperio † tamen, quo noviſſimè Baſil. Pont. *in commentar. de Impedim. matrimon. cauſ.* 31. §. 10. *&* 12. quamvis amplectatur generalem concluſionem, de qua *ſup. num.* 1. in caſu tamen particulari *d. cap. veniens* contrarium omnino tenet: ut nempe ſi deprehenſus in ſtupro, offerat conſanguineis puellæ matrimonium cum illa, vel adulter offerat matrimonium cum conſanguinea mariti, modò id metu mortis faciat, matrimonium ſit nullum; quia metus eſt injuſtè illatus, cum non poſſint conſanguinei juſtè illum necare, ſed duntaxat comprehendere, & judici tradere, ad quod citat text. *in leg. nec timorem §. iſti quidem, ibi quamvis non omne adulterum liceat occidere, vel furem, niſi ſe telo defendat; unde iure occidi non potuerunt.*

8 Pro † qua quidem ſententia, ni fallor, facit ratio allata à Sanch. *d. diſp. 13. ſub num. 9. ver. ad replicam*, nempe delictum non præbere cauſam timendi aliud damnum, quàm debitum illi delicto, & ſic legitimam accuſationem, & pœnam, juris ordine infligendam: quæ ratio tametſi à Sanch. adducatur in caſu, quo quis ad matrimonium juſtè fuerit compulſus, non tamen eſt dubium, quin & hoc quoque caſu militet.

9 Rurſus † confirmari poſſet ex doctrina Leſſii *de iuſtit. & iur. cap. 40. dub. 2. ſub num. 16. ver. non tamen*: ubi inquit ad hoc ut metus annullet votum, non eſſe neceſſe, ut intendatur principaliter ad votum eliciendum, ſed ſatis eſſet, ut incutiatur injuſtè, & concedatur votum ad redemptionem mali intentati, ut conſtat ex *c. per latum, extr. de his, quæ vi* ubi mulieri ob ſuſpicionem adulterii intentatur mors à famuli mariti, & ex affectu miſericordiæ conceditur, ut redimat mortem profeſſione religionis, quæ tamen profeſſio ibi declaratur nulla.

Cæterum à priori ſententia in puncto juris, non puto ullatenus recedendum: tum quia communis, tum etiam quia generaliter exigunt ſcribentes, ut metus omninò ad finem conſenſus eliciendi incutiatur, imò nec idem Pontius, ſi rectè advertatur, aliàs illam negavit *in tract. de matrim. lib. 4. de conſenſu ex metu cap. 19. num. 10. iunctis num. 2. & 7.* unde ſumptus fuit dictus commentarius *de imped. matrim.* ab eo ſeorſim impreſſus.

10 Si † tamen ſpeculativa reducatur ad praxim; difficilè id obtinet poterit, cum ſit fere impoſſibile deducere in proceſſu, non ad matrimonium extorquendum, ſed ad ultionem injuriæ, patrem puellæ, vel ejus conſanguineos voluiſſe adoleſcentem cum ea repertum necare: imò eo ipſo, quod conſtaret ab illis, præſertim armatis, adoleſcentem fuiſſe repertum cum puella, & exinde matrimonium contraxiſſe, diceretur in foro fori per vim, vel metum, vel ſaltem per probabilem ſuſpicionem metus inferendi, matrimonium fuiſſe contractum; & ideo nullum & invalidum judicaretur, juxta tamen ea, quæ ego latiſſimè deduxi in deciſione præcedenti, ad quam lectorem relego.

11 Quo verò † ad poſteriorem aſſertionem, in qua dicebatur matrimonium ab adoleſcente oblatum, & contractum ad evadendam comminatam accuſationem valere; dico idem ante Reginald. tradidiſſe Sanchez *de matrimon. lib. 4. diſp. 12. n. 3.* qui ſe remittit ad tradita per ipſum *diſp. præced. n. 9.* ubi tamen loquitur de caſu, quo quis publica auctoritate damnatus erat ad mortem ibique *plurimos* Doctores citat. idemque tenet *ead. diſc. 13. ſub n. 9. ver. ad tertium*, & ſequitur noviſſimè Pontius *in commentar. de Impedim. matrim. cauſ. 31. §. 12. ver. at quando* ubi teſtatur de communi opinione, & inquit, non inde lædi ab inferente metum, ſummam libertatem in matrimoniis requiſitam, ſed potius ab ipſo delinquente fuiſſe læſam, qui ſe ipſum in eas anguſtias coegit.

Hujus autem aſſumpti veritas pendet ab illo univerſali problemate; An metus auctoritate privata juſtè illatus ad extorquendum conſenſum vitiet contractum: qua de re pleniſſimè agit Sanch. *de matrimon. libr. 4. diſp. 13. per totam*, ubi relatis tribus Doctorum ſententiis, negativæ, uti probabiliori adhæret, quam juribus, rationibus, & auctoritatibus comprobat à *num. 3.* & deinceps. Potiſſima verò hujus opinionis ratio ea frequentius à ſcribentibus ſolet adduci, quam ſupra retigimus, nimirum, quia quando metus juſtè irrogatur ob crimen, non tam cenſetur inferri ab extrinſeco, quàm provenire ab intrinſeco, ſcilicet à propria delinquentis voluntate, & à natura delicti: itavt delinquens taliter delinquendo, ipſe ſibi metum inferat, exponendo ſe hujuſmodi periculo: is autem qui matrimonium, votum, aliumvè contractum proponit, alias malum minantur, quod juſtè poteſt inferre, potius aufert, quam infert metum: oſtendens viam evadendi mali: id verò quod ex propria oritur voluntate, non cenſetur moraliter libertate repugnare. Quam ob rationem, eandem ſententiam ſequitur, & veriorem dicit Leſſius *de iuſtit. & iur. libr. 2. cap. 40. de voto dub. 3. ſub num. 15. ver. ſed verius*. Coninch. *de Sacrament. & cenſur. diſput. 28. de matrimon. metu controver. dub. 1. num. 15. ibi num. 9.* inquit, Hoc in caſu ceſſare rationem à me ſupra *num. 4.* relatam, ob quam jura Matrimonium metu contractu irritant nam irritando hujuſmodi matrimonia nullo pacto alios à metu inferendo averteremus, & patienti eriperetur modus, quo periculum poſſet effugere, quod aliter, quam contrahendo matrimonium nequit vitare; eandem ſententiam tenet etiam Pontius *de matrim. lib. 4. cap. 19. num. 7.* & ex noſtratibus Monterus *in dec. Arrag. 45. numer. 7. & 8.* ubi ad hoc citat Panorm. *in cap.* Abbas *numer. 7. & in cap. cum dilectus num. 6. extr. quod metus cauſ.* Felyn. *in cap. cum inter num. 20. de except.* Rip. *in rubric. de damn. infect. num. 2.* (qui loquuntur in terminis *leg. ſi mulier 21. in princip. ff. de eo quod met. cauſ.* & ſic de metu gravaminis juris) citat etiam Decius *conſil. 42. col. 5.* & Covarruu. *2. part. de ſponſal. cap. 3. §. 4. numer. 12.* loquentes de metu publica auctoritate juſtè illato, & ſic extra rem noſtram.

Hanc eandem ſententiam in terminis matrimonii ſpiritualis, id eſt profeſſionis in religione defendit id: Sanch. *in Decalog. libr. 4. cap. 3. num. 21.* ubi contrariis ſatisfacit, & inquit huic ſententiæ adhærere etiam Sotum *de iuſtit. & iur. libr. 7. quæſt. 2. art. 1. ad primum paulo ante fin.* quatenus inquit requiri metum incuſſum ab homine per injuriam ut votum irritet, idemque apertè firmat Medina *in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 6. fol. 86.* Eman. Sà *in Aphoriſm. confeſſ. ver. votum num. 8.* Graffius *in conſ. 1. num. 8. de voto lib. 3. tom. 1.*

Contrariam tamen ſententiam, ut ſcilicet matrimonium, vel totum celebratum per metum cadentem in virum conſtantem quantumvis juſtè, in eum finem incuſſum, ſit nullum, juribus, & rationibus comprobat & probabilem dicit, ſed non ſequitur Sanch. *diſput. 13. num. 1.* ubi innumeros ad hoc adducit ſcribentes, quibus addendi ſunt Gabr. *in 4. diſt. 29. qu. 1. art. 2. concl. 4.* & Sotus *ibidem art. 3. ver. regula ergo generalis*, & Rebellius *de oblig. juſt. lib. 2. de matrim. quæſt. 11. num. 12.* ubi rationem reddit: quia ſcilicet quamvis accuſatio juſtè ob culpam delinquentis indici poſſit ob proprios accuſationis fines: injuria tamen illi, & ſacramento fit, ſi per ea media per ſe intendatur extorſio conſenſus ad matrimonium, qui liber, & non coactus eſſe debet, & proindè invalidum erit matrimonium, non ſecus ac ſi timore inferendæ mortis etiam juſtæ quemquam ad profeſſionem cogeres, profeſſio invalida eſſet, ut colligitur ex *dict. cap. cum dilectus*. Eandem ſententiam confirmat ibi Rebell. alia ratione, quia non minus finibus matrimonii per ſe adverſatur; nec minus libertatem minuit timor ejus, qui cauſam timendi dedit, quam timor illius, qui nullam dedit, ſi modò uterque cadat in virum conſtantem. Et hoc tendit conſimilis ratio allata à Covarru. 4. *decret. part. 2. cap. 3. §. 1. nu. 15.* ubi ſubdit, potius eſſe conſiderandum an metus ſit illatus, vel ne: quam quod juſtè inferatur: idem, inquit Sotus *ubi ſupra*, quam etiam rationem affert, licet non ſequatur Coninch. *de Sacrament. & cenſur. diſput. 28. de matrim. metu contract. dub. 1. n. 3.*

Confirmatur rurſus eadem ſententia ex communi ſcri- 12
bentium diſtinctione; quæ habet in cæteris contractibus metum, in quem quis propria incidit culpa, nemini prodeſſe debere, *l. ſi mulier in fin. ff. quod met. cauſ.* in matrimonio verò ob omnimodam libertatem in eo requiſitam, uti-

que

que excusationem parare, illudque nullum reddere, text. *in l. nec timorem* §. 1. *ff. quod met. caus. & in d. cap. veniens il 2. de sponsal.* ubi glossa communiter recepta, & Franc. *num. 6. in fin.* & Anton. de Butr. *in 3. notab.* quem textum ad hoc singularem dicit Felin. *in cap. cum inter num. 20. extr. de except.* Abb. *in cap. 2. num. 8. de his, quæ vi metusve caus.* Alexand. *cons. 99. in princip. lib. 3.* Paris. *cons. 61. num. 19. lib. 4.* Riminald. jun. *cons. 77. num. 26. inter cons. matrimon. divers. volum. 1.* plurimos congerit, & sequitur Covarr. *in 4. decret. de Matrim. 2. part. c. 3. §. 5. num. 7.* ubi post alios rationem reddit; quia culpa directè non tendit ad coactionem, vel metum inferendum. Gregor. XV. *decis. 326. num. 17.* Rota *decisione 784. num. 5. par. 3. in recentioribus* Rebell. *de obligat. iustit. lib. 2. de matrim. qu. 11. sect. 2. sub num. 16. ver. quare*, ubi id verum in matrimonio docet, quando metus ordinatur ad coactionem, & sic in terminis nostræ quæstionis, aliàs secus.

13 Cæterum, † quicquid sit in reliquis casibus, arbitror in terminis nostris, has inter se pugnantes opiniones fœdere distinctionis conciliari posse: ut scilicet prior opinio procedat quoties stuprator jure licito præcisè compelli potest ad matrimonium contrahendum, provt est quoties vel sponsalia celebravit, vel in ea urbe delictum commisit, in qua lege cavetur, ut stuprator omnino ad matrimonium cum stuprata contrahendum compellatur; tunc enim cum spontè se tali pœnæ submiserit, ipse sibi metum iniecit: executio verò juris licite fieri potest, & cum offeratur à privato eadem pœna, quam judex mediante illa accusatione infligere potest, utique metum incutere non dicitur; posterior verò sententiæ procedat, ubi stuprator præcisè ad matrimonium jure medio non potest compelli: tunc enim dici non potest metus justè incussus, cum ad id tendat, ad quod Judex delinquentem compellere non poterat, & ita in effectu distinguit Rebellius *de oblig. just. lib. 2. de matrim. quæst. 11. numer. 12.* & si benè advertatur juxta hos terminos loquitur etiam Reginal. *de quo supra num. 2.* dum eam suæ assertionis reddit rationem, quia pater puellæ poterat stupratorem accusare in eum finem, ut matrimonium contraheret, ad quod eum Judex cogere poterat.

14 Porrò † ad quid ex veteri testamento teneretur stuprator habetur Exod. *cap. 21.* in hac verba. *Si invenerit vir puellam Virginem, quæ non habeat sponsum, & concubuerit cum illa, & res ad iudicium veniret, dabit qui dormierit cum illa patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam, si pater ei eam dare noluerit, dotabit*; quæ lex renovata fuit per jus Pontificium in *cap. 1. extra de* Adult. ubi dicitur. *Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormierit que cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam, juxta modum dotis, quam Virgines accipere consueverunt*; ex quo contextu nonnulli colligebant stuprantem teneri copulativè ad ducendum, & dotandum, & signanter gloss. & Innoc. Jo. Andr. Ant. de Butr. & Cardin. ibid. cum aliis quos congerit Farinacc. *de delict. carn. quæst. 147. num. 97.* ubi testatur de communi opinione. Alii autem è contra tenuerunt textum intelligendum esse non copulativè, sed alternativè, ut scilicet teneatur, vel ducere, vel dotare, ut per Abb. ibidem *num. 4.* & Anchar. *num. 5.* & Jo. de Anan. *column. 2. ver.* nota *secundum* per textum *in c. 2. eodem titul.* & hæc sententia obtinuit in praxi, ut testatur Gomes. *ad leges Tauri in leg. 80. sub numer. 8.* ubi inquit, ita servari in practica, & se ita judicasse sequitur Clar. *in §. stuprum num. 3.* ubi ait se credere, quod ita servetur ubique Papp. *libr. 22. titul. 9. arrest. 9.* Caball. *resol. crimin. cas. 196. sub num. 12. ver. non enim tenetur præcisè*, ubi quod ubique locorum, & quotidie ita observatur in practica Menoch. *de arb. Iud. cas. 288. sub num. 15. in addit.* Guttier. *quæst. Canonic. cap. 37. numer. 7.* Cardin. Tusch. *conclus. 709. numer. 28. & seq. volum. 7.* ubi inquit, cum hac sententia concurrere generalem consuetudinem Farinacc. *dict. qu. 147. num. 98. & 99.* ubi quod veritas est, ut si velit ducere, in uxorem teneatur etiam dotare eam; si verò non velit ducere, sed tantum eam dotare, & tunc patiatur pœnas, de quibus ipse tractat *ibid. nu. 103.* & ita post Gomes. *loco cit.* concordat jura scilicet *c. 1. de adult. & cap. 2. eod. tit.* & quod alternativè teneatur ducere, vel dotare tenuit, etiam Bellet. *disqu. Cleric. tit. de favore clericorum reali §. 4. n. 117.* Azor. *Instit. Moral. p. 3. lib. 5. cap. 5. de restitut. ob stuprum facienda vers. quæres an teneatur S. Antonin. in summ. p. 2. tit. 5. cap. 6. §. 1.* Covarr. *lib. 4. decretal. c. 6. §. 8. num. 15.* quæ sententia canonizata fuit à Rota *in dec. 779. à num. 5. & deinceps* ubi egregiè contrariis satisfacit.

Si † igitur puella non consenserit in stuprum ex promis- 15
sione conjugii sibi facta, quo casu, ut dicebatur omnes conveniunr stupratorem posse præcisè ad illam ducendam compelli, ut de communi opinione testatur, Less. *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 10. dub. 3. num. 29.* vel nisi adsit lex municipalis obligans stuprantem ad conjugium, utique compelli non potest ad puellam ducendam, & propterea extra hos casus verior mihi videtur secunda sententia: quæ magis tuetur conjugiorum libertatem, pro qua, jura enixè laboraverunt *cap. gemma de sponsal. cum sexcentis similibus.*

Et ex his decidi posse videtur alia pulchra quæstio, † an 16
scilicet Matrimonium contractum ab ægroto morbo lætali oppresso cum filia Medici minitantis se nolle mederi, nisi dictam ejus filiam ducat, validus sit. Et quidem affirmativam partem defendit *Sotus 4. distinct. 29. quæst. 1. artic. 3. §. regula ergo generalis* Corduba *in sum. quæst. 171. punct. 1.* Vega *lib 2. summ. cas. 281.* cum aliis quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. libr. 4. disp. 12. num. 15. & disput. 13. sub num. 3. ver. & confirmatur secundo*, ubi testatur de communi opinione eamque reddit rationem, quia Medicus non infert metum, sed morbus: ille autem exigit matrimonium velut medelæ stipendium, & sic justè, cùm lege justitiæ non teneatur mederi. Ex qua ratione videtur innui contrarium id casu quo medicus ex justitia tenetur mederi, puta si à communitate conductus, vel ex conventione ad medendum adstrictus esset, quam distinctionem expresè facit Rebell. *de iustit. & iure lib. 2. qu. 11. sect. 2. nu. 16.*

Sed quod dicta affirmativa sententia ita demum sit recipienda, si medicus ex longinquis Regionibus esset petendus, & non nisi cum gravi difficultate posset ad ægrotum venire, aut quando alias habet causas, sive justas, sive injustas, ob quas suam operam ægro negat, itavt id non faciat ad matrimonium extorquendum, quamvis paratus sit eam exhibere ægroto, si puella ei nubat, & è contra reiicienda sit si medicus in eisdem locis habitat, nec aliam ob causam negat ægroto suam operam, nisi ut matrimonium extorqueat firmat Coninch. *de Sacramen. & censur. disput. 28. sub 1. num. 11. & seqq.* uti rationem reddit quia tunc Medicus verè infert metum, subtrahendo ægroto media vitæ necessaria, quæ antea una cum reliqua civitate communiter possidebat.

Neq; valet consequentia medicus non tenetur ex justitia mederi, ergo non peccat contra justitiam exigendo matrimonium pro medela, quia imò peccat contra justitiam, exigendo pro sua opera tantum prætium: quemadmodum Usurarius, qui tametsi contra justitiam non faciat nolendo mutuare, injustè tamen exigit tantum suæ mutuationis prætium, ut latius per Coninch. *ibidem*. Hanc eandem negativam sententiam, ut matrimonium sic celebratum non teneat, & si medicus non teneatur mederi, & sic posito quod justè metum incutiat; quia sufficit, ut vel justè, vel injustè ad matrimonium, vel consensum incutiatur tenet Pontius *de Matrimon. lib. 4. cap. 19. num. 15.* Cui sententiæ ego quoque accedo, tùm ob præfatas, & aliàs à Coninch. allatas rationes; tùm etiam ex dictis in præcedenti quæstione, si enim metus quantumvis justè illatus delinquenti irritat matrimonium, quoties ad finem extorquendi consensum infertur, certè multo magis irritabit, si à medico incutiatur ægroto, qui nullam metui causam præbuit. Præterquam quod hujusmodi exactioni fallor est omninò contra bonos movet, fovet peccatum, & denique præbet medicis ansam facile extorquendi ab ægrotis matrimonia, in maximam Reipublicæ perturbationem, & perniciem, ac in omnimodæ libertatis in hujusmodi Sacramento requisitæ diminutionem.

ARGUMENTUM.

Clericus succedens Laico, in re litigiosa, an, & quando forum sæculare declinare valeat. Rei litigiosæ alienatio, an teneat, & an judicium alteret. Sententia lata contra alienantem rem litigiosam, an, & quomodo, & per quem judicem exequi possit.

SUMMARIUM.

1 *Clericus pro rebus à Laico acquisitis conveniendus est coram Iudice suo.*
2 *Etiam si Laicus illius auctor in forma Cameræ se obligaverit.*
3 *Clericus succedens Laico titulo universali, an ligetur instantia cum illo cæpta.*
4 *Clericatus superveniens post litem cæptam, an præbeat fori electionem.*
5 *Litigiosa res alienari non potest.*
6 *Litigiosæ rei contractus est ipso jure nullus.*
7 *Litigiosæ rei alienator habetur pro possessore.*
8 *Litigiosæ rei alienatione non obstante, an, & quando judicium contra alienantem cæptum, actor prosequi possit, emptore minimè citato.*
9 *Litigiosa effectare, non potest ejus status in actoris præjudicium mutari.*
10 *Litigiosæ rei alienatio dolo, & judicii mutandi causa facta præsumitur, & nu. 12.*
11 *Privilegium lite pendente superveniens, an, & quando alteret judicium, & mutet forum.*
12 *Revocatoria ad contractus rescissionem, an sit necessaria, ubi quis ignoranter rem litigiosam emit.*
13 *Actione reali quando dicatur actum, & quando personali.*
14 *Executio sententiæ ubi actum fuit actione personali, an, & quando fieri possit contra emptorem rei litigiosæ.*
15 *Sententia lata contra vendentem rem litigiosam, exequitur contra emptorem absque novo judicio.*
& an prævia citatione hic, & n. 17.
16 *Sententia lata super re ipsi actori specialiter hypothecata exequi potest per Judicem Laicum contra Clericum emptorem.*
Contrarium est verius nu. 20.
17 *Litigiosæ rei emptor citandus est in executione sententiæ.*
18 *Alienatio, an, & quando lite pendente fieri possit, remissivè.*
19 *Citatio, an, & quando in executione requiratur, remissivè.*
20 Cevall. q. 36. nu. 14. & seqq. *reiicitur.*
21 *Executio super re, lite pendente in Clericum alienata, facienda est per Iudicem Ecclesiasticum, clerico citato.*
22 *Inhibitio de non alienando rem litigiosam fieri potest statim lite cæpta.*

DECISIO VII.

LIte inter duos Laicos super cujusdam prædii consignatione pendente, reus conventus illud in Clericum distraxit, qui, & forum sæculare declinavit, & per me tunc Vicarium Archiepiscopalem inhiberi instetit. Cum autem hac in re utriusque partis Advocati confundentes terminos, multa perperam inculcarent, quæ non minus ad Clericum ex testamento succedentem Laico, quam ad Laicum lite pendente Clericum effectum, & rursus non minus ad litem cæptam, quam ad sententiæ executionem promiscuè pertinebant; ego quoniam articulus est quotidianus pro materiæ dilucidatione, quatuor diversos distinguebam casus.

1 Primus † est quoties Clericus succedit Laico, cum quo instantia seu lis nondum cæpta erat: & tunc omnes conveniunt, ut non obstante præcedenti hypotheca, seu obligatione Laici venditoris Clericus emptor, nonnisi coram Judice suo conveniri possit, ut per Bart. *in leg. hæres absens n.* 1. & ibi Doctores communiter *ff. de iudic.* Anton. de Butr. Abb. & Canonistæ *in cap. quia extra eodem* Marant. *in suo speculo part.* 5. *numer.* 13. Gaill. plurimos congerens & de magis communi attestans *singul. observ. libr.* 1. *observat.* 37. *numer.* 10. Peregrin. *de iur. fisci libr.* 4. *titul.* 6. *sub numer.* 37. Qua de re vide Jas. *cum relat. in auth.* quas actiones *numer.* 39. *Cod. de Sacros. Eccles.* Germon. *de Sacr. Immunitat. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 95. Borell. *in Sum. decis. titul.* 43. *num.* 62. & *seqq.*

2 Etiamsi † Laicus ipsius auctor in forma Cameræ Apostolicæ se obligasset, ut per Gallens. *ad form. Cam. oblig. ad* 2. *partic. q.* 2. *nu.* 3. & iste non est casus noster.

3 Secundus † est casus quando lite jam cæpta cum Laico, Clericus eidem ex titulo universali successit; & tunc valdè anceps; & controversia est in jure quæstio, an Clericus ligetur instantia: ita ut prosequi teneatur judicium jam contra Laicum auctorem suum incæptum, necne. Et partem quidem affirmativam tenuit Ang. *in l. hæres absens in princ. circa med. ff. de Judic.* & ibi Paul. de Castr. attestans de communi opinione Imola *in l. si cum hominem ff. de fideiuss.* alias *de fideicom.* cum aliis adductis per Cagnol. in utramque partem differentem *in l.* 3 *num.* 249. *& seq. C. de pact. inter empt. & vendit.* ubi ait, juxta hanc opinionem se vidisse judicare; latius hinc inde differens, plurimos cumulans, & obiectis satisfaciens Surd. *in cons.* 22. per totum, & *decis.* 110. per totam, ubi, quod ista est magis æqua opinio Scacc. *de Judic. part.* 1. *cap.* 11. *numer.* 23. *in fine.* innumeros congerit, & rationes ex aliorum mente adducit Carolus de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 282. novissimè Novarius *in prax. elect. & variat. fori sect.* 4. *quæst.* 20. *per totam*, ubi pariter argumenta pro hac parte refert; idemque in cæteris personis privilegiatis, fori habentibus electionem, concludit. Pro qua sententia binæ possunt adduci rationes; prior est quia clericus hæres censetur una eademque persona cum defuncto *l. hæredem 99. de regul. jur.* Posterior est qui per adictionem hæreditatis quasi contrahit cum creditoribus defuncti *leg.* 3. §. *idem scribit ff. de pecul.*

Contrariam tamen sententiam tenuit Anton. de Butr. *in cap. quia ubi Imol.* sibi contrarius, & latè, Felyn. *de judic.* Bald. *in leg.* 1. *Cod. si pend. appell. & in c. in præsentia colum.* 4. *de probat.* cum aliis; quos cumulat. Asin. *in prax.* §. 3. *cap.* 12. *sub numer.* 54. *& sequent. & num.* 60. ubi de magis communi testatur, & à *numer.* 44. contrariis satisfacit: alios etiam congerit Carol. de Grass. *de effectu* 1. *Cleric. numer.* 281. eamque crebriorem fatentur Gaill. & Scacc. locis citatis, eamque firmat Boer. *decis.* 69. *numer.* 35. Magis communem profitentur etiam Maria *de Iurisdict. part.* 4. *cas.* 33. *in fin.* & per totum; Ambros. *de immunit. Eccles. cap.* 20. *numer.* 45. Validissimè comprobat Robusterius *in quodam voto impresso* per Marches. *de commiss. part.* 2. *fol.* 320. *numer.* 127. *cum plur. seqq.* qui etiam adversantia diluit, Et difficile esset contrarium obtinere, ut fatentur Gratian. *discept. forens. cap.* 16. *ante num.* 34. & Zacch. ad Gallens. *ad form. Cam. obligat. quæst.* 8. *numer.* 3. hanc partem sequitur Rota, & signanter apud Card. Seraph. *in decis.* 957. *numer.* 9. eaque servatur in praxi in statu Ecclesiastico quicquid in contrariam partem inclinare visus sit Marchesan. *loco supra cit. sub numer.* 140. *in fine.* Non disputo, quia neque iste est casus noster. Ad quod vide etiam Petr. Barbos. *in leg. final. numer.* 19. *& seq. ff. sol. matrim.* Germon. *de Sacr. Immunitat. libr.* 3. *cap.* 15. *num.* 95. *cum pluribus seqq.* Borell. *cum congestis d. tit.* 43. *nu.* 62. *& seqq.*

Ad primam rationem à me supra allatam responderi potest eam procedere in iis, quæ non repugnant privilegiis Clericorum. Ad secundam, quod etiam si verè contraxisset esset coram suo Judice conveniendus.

Tertius † est casus quando Laicus, instantia jam con- 4
tra ipsum cæpta, efficitur Clericus, & tunc, ex mutatione ipsius personæ, non mutatur judicium quo ad bona, sed jam cæptum prosequi tenetur secundum Bal. *in leg. si quis postea quam ff. de judic.* Surd. *dec.* 110. *nu.* 3. Carol. de Grass. plurimos referens, *de effect. cleric. effect.* 1. *nu.* 1240.

Quæ tamen sententia, vel non est vera, vel ita demum procedit, si quis in fraudem effectum fuerit clericus, secundum Robusterium apud Marchesanum *ubi supra numer.* 140. *fol.* 321. ex Oldrad. *in consil.* 4. qui tamen loquitur in terminis causæ criminalis, de quo articulo latè differui *in decis.* 100. Qua de re vide pinguem remissionem Barbos. *ad cap. proposuisti* 19. *numer.* 7. *de foro competent.*

Quartus est casus, quando Clericus Laico litiganti succedit titulo singulari; puta venditionis, vel cessionis, & iste est casus noster, & tunc † quoniam rei litigiosæ alienatio 5
prohibita est, & fieri juridicò non potest, ut in Rub. *& tot. tit. ff. & Auth. de litigiosis.* & signantur *in l. fin. ubi scribentes* communiter *Cod. de eod. cap. fin. extr. de alien. iud. mut. caus. fact.* ubi Abb. & Canonistæ, idem Abb. *in c. Ecclesia, il primo num.* 14. *Ut litt. pend.* Peregr. *de jur. Fisc. libr.* 4. *tit.* 6. *n.* 19. *& seq.* ubi post alios id ampliat ad quamcumque rei distractionem, etiam alienationis latè sumpto vocabulo. † 6
Et ejusmodi contractus est ipso jure nullus Abb. *in d. cap. Ecclesia sub num.* 10. *ut lit. pend.* & ibi Canonistæ text. *in l.* 3. in illis verbis *tanquam si nihil factum sit*, & ibi Bartol. & Bald. *Cod. de litigios.* Afflictus *decis.* 331. *numer.* 2. & ibi Ursil. † 7
Propterea alienans ipse habetur pro possessore Paul. de Castr. *in leg. certa Cod. ut in possess. legat.* Affl. *d. decis.* 331. & clarius

rius *decis.* 369. *num.* 9. & ibi Ursill. *num.* 7. Unde à primo ab
8 ultimum † actor contra illum, clerico emptore minimè citato, judicium prosequi potest, ut per Ant. de Butr. *in cap. final. num.* 7. & ibi Abb. *num.* 5. *de alien. iud. mut. caus. fac.* latè, & pulchrè post alios Lancell. *de attent.* 2. *par. cap.* 4. *in*
9 *præf. a num.* 451. *usque ad* 528. † ubi ponit regulam multiformiter ampliatam, & limitatam, & ita post hæc scripta, me proponente Signatura resoluit in una Romana Domus die ultima Maii 1635. & rursus in Romana Pecunaria de mense Junii ejusdem anni proponente R. P. D. Albergato. Nunc Cardinali Ludovisio. Si quidem eo ipso quod res effecta est litigiosa, non potest ejus status in præjudicium actoris mutari quo ad judicii ordinem, & causæ examinationem, neque litis cursus impediri, duriorvè fieri actoris conditio, ex juribus allegatis per Covarr. *practicar. qq. cap.*
10 15. *sub num.* 7. † ejusmodi verò alienatio, quæ dolo, ac judicii mutandi causa facta præsumitur, ut per Paul. de Castr. *in l. à Divo Pio* §. *si super rebus de re iudic.* Paris. *cons.* 138. *num.* 28. *lib.* 4. Lancell. *de attent.* 2. *par. cap.* 4. *in præfat. num.* 453. Capic. *decis.* 128. *sub numer.* 10. nullum juris effectum parere debet, nec fuit in facultate rei conventi alterare judicium, in præjudicium adversarii, & consequenter non potest Clericus successor particularis, & voluntа-
11 rius, actorem ad diversum forum trahere, † & hanc distinctionem, ut privilegium lite pendente superveniens procuratum, non alteret iudicium, non procuratum verò alteret, post alios agnovit. Giurba *in decis.* 82. *num.* 7. Quando autem executivè agi possit emptorem litè pendente plenè Burat. *cum addend. in dec.* 166. *& dec.* 204.

Ex his itaque inhibitionem petitam denegandam censui: paratum tamen me ad illam concedendam exhibui, quoties de exequenda sententia, per Judicem Laicum ferenda tractaretur.

Undè lata sententia contra reum, qui prædium Clerico distraxerat, & successivè inhibitione per me concessa, altera insurrexit altercatio: nam Clericus prætendebat, neque per Judicem Laicum, neque per me Ordinarium suum præfatæ sententiæ executionem posse concedi; Et quidem ex
12 duplici capite: primo quidem, quia cum † ipse allegaret ignorantiam litis de tempore quo prædium emit, & scientia non præsumatur, nisi probetur; propterea opus esse dicebat revocatoria ad rescissionem contractus, retardata interim sententiæ executione, §. *item si quis in fraudem Inst. de action. & tot. tit. de his quæ in fraud. cred.* & ita distinguit Ang. *in Auth. de litig. column. fi.* quem sequitur Natt. *cons.* 350. *sub num.* 4. *lib.* 2.

Verùm hæc ratio satis levis visa fuit, tum quia semper alienatio præsumitur facta judicii mutandi causa, nisi clarè constet de contrario, ut per Salic. *in l. per diversas in fin. C. mandat. &* Petr. Barbos. *in l.* 1. *par.* 7. *ante numer.* 48. & dixi *supra num.* 10. Tùm etiam, quia ignorantia non consideratur circa validitatem, vel invaliditatem contractus, nec circa tertii præjudicium, sed circa evitandas pœnas contra ementes rem litigiosam inflictas; ita declarat Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ il primo, sub num.* 10. *Ut litt. pend.* idemque tenent (*Angelum* nominatim reprobantes) Covarr. *pract. qq. cap.* 15. *num.* 7. qui hoc dicit probari in *l. fin. C. de litigios.* & Gaill. *observ.* 118. *num.* 2. *lib.* 1. ubi hanc sententiam veriorem appellat; quæ quidem indubitata videtur, quia res transit cum vitio litigiosi, in quemcumque tertium possessorem, etiam ignorantem, & quia omnes rationes, supra ponderatæ æquè militant, ubi emptor litem ignoraverit, ac ubi illius habuit notitiam.

Secundò igitur prætendebat Clericus executionem super dicto prædio ab ipso possesso fieri minimè posse; quia non
13 fuerat actum actione reali, sed personali: † non enim petitum fuit, nec in sententia declaratum, ad quem rei dominium spectet, quo casu dicitur actum actione reali, & citra quem casum personali actum censetur, ut declarant Roman. *cons.* 270. *num.* 2. Tob. Non. *consil.* 781. *n.* 4. Honded.
14 *cons.* 20. *num.* 30. *lib.* 1. Porrò † tametsi sententia lata in actione reali exequi posset contra eum, in quem lite pendente fuit res alienata ex supradictis; secus tamen dicebatur concludendum in casu nostro, in quo personalis actio intentata fuerat, eo quod tunc actio ipsa duntaxat, non autem res efficiatur litigiosa, ut declarat Bero. post relatos per eum *consil.* 177. *num.* 18. *lib.* 2. cum aliis plena manu congestis per Honded. *d. cons.* 20. *num.* 30. *&* 31. Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 68. *num.* 34. Rot. *decis.* 3. *Ut lit. penden. in nov. & decis.* 4. *num.* 33. *ex impressis* à Zacchia *ad Gales. de oblig. cameral.* Cardin. Seraphin. *decis.* 1134. *numer.* 4. Rota *decis.* 103. *num.* 7. *par.* 3. *in recentior.* ubi de communi testatur. Ade novissimè Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap.* 256. *num.* 7. in Rot. in Urbevetana bonorum 26. Februar. 1628. coram Pirovano.

Sed, & hæc ratio parum urget; quia tametsi hujusmodi distinctio sit regulariter vera, non tamen procedit quoties actio personalis deducitur in judicium ad rei dominium obtinendum, ut contingit in actione exempto, donato, vel alia simili juxta terminos nostri casus, tunc enim, & vitium litigiosi contrahit res ipsa, & sententia exequi potest contra eum, qui lite pendente illam titulo singulari acquisivit, ut latè deducit Covar. *d. c.* 15. *n.* 6. ubi plurimos ad rem congerit, & ex *Romano* communem profitetur, sequitur Gaill. *d. observ.* 118. *n.* 2. Lancellott. *de attent.* 2. *p. cap.* 4. *in præfation. num.* 484. nec dissentit Hond. *d. cons.* 20. *sub num.* 31. *vers. quæ declaratio*, & ita firmare omnes testatur Peregr. *de iur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 6. *sub n.* 10.

Laicus actor vice versa prætendebat sententiam pro se latam exequendam, esse per eundem Judicem Laicum super eodem prædio, & quidem Clerico non citato, ex *communi* scribentium traditione, quæ habet † sententiam latam 15
contra cedentem, vel vendentem rem litigiosam, exequi posse contra cessionarium, vel emptorem absque novo judicio, ut per Bart. *in l. fi. C. de litig. & in repet. l. creditores n.* 23. ubi multipliciter distinguit *C. de pign.* Abb. *in c. fin. num.* 8. *de alien. iud. mut. caus. fact.* Mohed. *decis.* 1. *de sent. & re iud.* latè Covarr. *pract. qq. c.* 15. *sub num.* 7. Gaill. *pract. observat.* 118. *num.* 2. & quidem absque ulla citatione, ut ex auctoritate Cyni tenuit Paul. de Castr. *in leg. certa C. ut in poss. legat.* quem refert, & dicit cum eo concordare Capitulum Regni Affl. *dec.* 396. *num.* 9.

Præsertim quia agebatur de re specialiter ipsi actori hypo- 16
tecata cum pacto de non alienando, quo casu executio fieri potest per Judicem Laicum super eadem re, esto ad Clericum ex aliquo titulo transierit, ut per Cævall. *in spec. com. contra com. q.* 36. *n.* 14. *cum plurib. seqq.*

Sed nec ejusdem actoris prætensio in hoc visa fuit rationabilis; † quia tametsi scribentes adstruant sententiam adver- 17
sus alienantem latam, exequi posse contra eum, qui lite pendente, rem emit, non tamen negant saltem citationem esse necessariam, ut in specie advertit Natta *in consil.* 350. *num.* 4. *lib.* 2. Imò expresè contrarium communiter affirmant, ut scilicet executio contra emptorem fieri nequeat, nisi prævia citatione per text. *in l.* 1. *vers. caperis ex sententia conveniri C. de iur. & fact. ignor. leg. meminerint C. unde vi* Bart. Alex. Ias. & cæteri copiosè *in l.* à Divo Pio §. *in venditione ff. de re iudic.* cum aliis per Asin. *in praxi* §. 31. *cap.* 4. *in princ.* Capic. *decis.* 128. *num.* 12. *&* 13. ubi testatur ita Consilium votasse, Ursill. ad Affl. *decis.* 396. *nnm.* 7. Lancellot. *de attent. par.* 2. *c.* 4. *in præfat. num.* 452. *& seqq.* Carocc. *in tract. de excep. rei iud. in except.* 108. *sub num.* 2. *&* 11. ubi latè de materia, de quo articulo vide etiam Asin. *citato* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 25. Neque subsistit auctoritas Cyni, & Castrensis, tum quia cæteri scribentes communiter tenent contrarium, ut fatetur Affl. *d. decis.* 128. *n.* 9. Tùm etiam quia Cynus non ita expresè hoc dicit, ut advertit Capic. *d. dec.* 128. *n.* 6. unde Castrensis opinio remanet peregrina.

Quemadmodum enim iniquum foret, actorem diversis defatigari judiciis, ut contingeret si executio tela judiciaria danda esset, ut post alios ad rem advertit Gail. *dicta obser.* 118. *sub n.* 2. Sic irrationabile esset, ut sententia contra unum lata, contra alium non citatum executioni mandaretur; quia hoc esset auferre defensionem, quam citatus facere posset ostendendo potissimum alienationem non pendente judicio factam fuisse, ut in specie considerat Natta *cons.* 350. *sub num.* 4. Præterquam quod † plurimi sunt casus 18
in quibus etiam durante instantia, alienatio citra vitium litigiosi fieri potest, de quibus latè per Lancell. *de atten. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 464. & Carpan. *ad stat. Mediolan. cap.* 68. *num.* 65. unde contingere potest, ut alienatio valida fuerit.

Et certè quando executio facienda est contra tertium, sive non ab eodem Judice, qui sententiam tulit, nemo est, qui dubitet quin requiratur citatio; † quando non desunt 19
plurimi, qui affirment requiri, etiam si contra eundem reum, & ab ipso Judice, qui sententiavit executio fiat, de qua tamen materia vide latè Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* per totam, & latius Asin. *in practica* §. 31. *cap.* 4. per totum Marant. *de ordin. iudic. par.* 6. *de Citatione num.* 16. Duen. *regul.* 94. Anton.

ton. Gabr. *in ſuis commun. concluſ. lib. 2. tit. de citation. concluſ. 1. à num. 129. uſque ad* 136. Vivium *in ſuis commun. opinion. lib. 1. opin.* 35.

20 Non etiam refragatur, † quod cum prædium ſpecialiter actori hypothecatum, fuerit in Clericum alienatum, Judex Laicus exequi valeat, quia iſta fuit opinio Guglielmi de Cuneo, quem meritò reprobaverit Abb. *in cap. qualiter, & quando numer.* 8. *de Judic.* Bald. *in cap.* 2. *in fine eodem titulo* Soccin. *in cap. ſanè num.* 16. *column.* 8. *de foro competent.* & poſt alios Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 141. *numer.* 9. ſequitur Zacch. ad Galleſ. *quæſt.* 8. *numer.* 6. unde perperam Cevall. opinionem jam à ſubſellijs eliminatam, longo poſt-

21 liminio reducere conatus eſt. † Cùm itaque ſententię contra Laicum alienantem latæ executio abſque citatione contra hunc Clericum Emptorem fieri nequeat, ſequitur perneceſſe, ut non ab alio, quàm ab eo, qui juriſdictionem habet eum citandi, & ſic ab Eccleſiaſtico Judice, executio ipſa facienda ſit, ut etiam advertit Marta *de iuriſdict. part. 4. cap. 35. num.* 16. undè inhibitionem conceſsam confirmavi, & mandavi citari Clericum ad dicendum, quare ſententia præfata ſuper dicto prædio exequi non deberet.

22 Ad evitandas autem hujuſmodi difficultates; † cautela eſt, ut ſtatim lite cæpta fiat reo inhibitio, ſeu præceptum de non alienando, quod fieri poſſe compertum eſt, *l. Diuus, ff. de pet. hæred.* notatur in §. *primo ver. ſed nunquid Inſtit. de empt. & vend.* Bald. *in l. ſi fideiuſſor* §. *final. ff. qui ſatiſd. cogan.* Henric. Bover. *in ſingul.* 15. *ſequeſtratio num.* 4. Addentes ad Capic. *deciſ.* 128. *in fine.*

ARGUMENTUM.

Articulus poſſeſſorii ſpiritualis an, & quando ſit mixti fori, methodicè explicatur, & plurimæ ſcribentium inter ſe pugnantes opiniones conciliantur, & nonnulla ad unum, vel alterum forum ſpectantia obiter annotantur.

SUMMARIUM.

1 *IUdex ſæcularis eſt competens in cauſſa poſſeſſorii ſpiritualis.*
Contrarium regulariter verius n. 17. & 20. 22. 24. 25.

2 *Poſſeſſorium rei ſpiritualis eſt temporale.*
Contrarium verius, quia imò eſt ſpirituale, num. 19. vel quaſi num. 25.

3 *Poſſeſſorium nihil habet commune cum petitorio.*

4 *Declara quò ad acquiſitionem, vel amiſſionem, & quoad præjudicium, quod ſententia in uno lata, alteri poſſit afferre.*

5 *Secus quoad judicialem cognitionem.*

6 Capituli cauſam il ſecondo, extra qui filii ſint legit. *verus intellectus.*

7 Igneus in l. neceſſarios, §. non alias 2. par. ff. ad Sillan. *retunditur.*

8 *Cauſſa poſſeſſorii ſpiritualis eſt ejuſdem naturæ, cujus poſſeſſorium temporale.*
Contrarium eſt verius num. 10.

9 *Cauſſæ in foro Eccleſiaſtico fiunt immortales.*
Contrarium verius num. 13.

11 *In cunctis poſſeſſoriis ſpiritualibus hodie juratur de calumnia.*

12 *Argumentum à ſimili an, & quando procedat.*

13 *Cauſſæ facilius expediuntur in foro Eccleſiaſtico, quàm in ſæculari.*

14 *In cauſſa meri poſſeſſorii in foro Canonico proceditur ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura judicii.*

15 *Iudices Laici negligunt juſtitiam Clericis adminiſtrare.*

16 *Clerici in foro ſæculari litigantes dicuntur miſerabiles perſonæ.*

17 *Poſſeſſorium ſpirituale coram Laico diſcuti non poteſt.*

18 *Cauſſæ Eccleſiaſticæ, & ſpirituales, vel quaſi privativè ad forum Eccleſiaſticum ſpectant.*

19 *Cauſſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, dicitur ſpiritualis, vel quaſi.*

20 *Antecedens conſequentis naturam ſequitur, & juxta illam regulatur.*

21 *Laicus eſt ſpiritualium incapax.*

22 *Titulus coloratus in quocumque poſſeſſorio cauſſæ ſpiritualis probandus eſt.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſſam dubii fori, & determinat, ad quem ſpectet.*

24 *Romanæ Curiæ opinio ſequenda, præſertim in materia juriſdictionali.*

25 *Iudex Laicus in poſſeſſorio rei ſpiritualis procedere nequit.*

26 *Ius patronatus eſt ſpiritualitati annexum, & ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

27 *Iudex Laicus non procedit in poſſeſſorio ſpirituali, etiam incidenter.*

28 *Iudex alias incompetens, ratione incidentiæ, cognoſcit de articulo coram ſe emergente.*
Declara, ut num. 29 30. & 31.

29 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de articulo temporali coram eo incidente, & quare.*

30 *Iudex ſæcularis eſt incapax articuli ſpiritualis, nec illum cognoſcit incidenter.*

31 L. quoties de judic. *non procedit in iis, quæ ſunt alterius ſpeciei, vel ſeparatæ naturæ.*

32 *Iudex ſæcularis ſi procedat non per viam contentioſam, ſed ſummariè ſe informando de notorio, an cognoſcat de articulo ſpirituali.*

33 *Poſſeſſorium adipiſcendæ in beneficialibus non poteſt coram Laico judice agitari.*

34 *Iudex Laicus poſſeſſoria ſpiritualia cognoſcens, incidit in Bullam Cœnæ, non obſtante conſuetudine, vel fama privilegii, aut prætextu violentiæ prohibendæ.*

35 *Statutum, quod nemo apprehendat poſſeſſionem beneficii abſque Principis licentia eſt contra Bullam Cœnæ Domini.*

36 *Poſſeſſoria retinendi, & recuperandi, ubi Clericus eſt reus, non poſſunt à Laico cognoſci.*

37 *Cautela* Marantæ de ordin. judic. par. 4. diſt. 7. in fi. n. 54. *reprobatur.*

38 *Statutum Genuæ* lib. 4. c. 21. §. procedant *non ſubſiſtit.*

39 *Statutum de retractu, ſive de jure prothomiſeos, an, & quando includat Clericos, remiſſivè.*

40 *Iudex Laicus, an cognoſcat de beneficii ſpolio, Clerico per Laicum facto, & n. ſeqq.*

41 *Laicus eſt beneficii Eccleſiaſtici incapax.*

42 *Turbativa à Laico facta in bonis Eccleſiæ eſt mixti fori.*

43 *Occupans, vel uſurpans bona Eccleſiaſtica excommunicatur, & ab utroque Iudice punitur.*

44 Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. *dat juriſdictionem etiam Conſervatoribus contra uſurpantes bona regularium.*

45 Scribentes *nonnulli declarantur, & ad concordiam rediguntur.*

46 *De poſſeſſorio Sacrarum Reliquiarum ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit. Contra* Bobadill. Papon. & Petr. Gregor.

47 *Curia Principis Laici, etiam ex Clericis, & Laicis mixta, non cognoſcit de articulo ſpirituali.*

48 *Laicus licet poſſit eſſe arbitrator in poſſeſſoriis quaſi ſpiritualibus, non poteſt eſſe arbiter.*

49 *Laicus poteſt una cum Clerico etiam eſſe arbiter poſſeſſorii ſpiritualis.*

50 *Laicus cognoſcit de articulo ſpirituali ex Apoſtolico indulto.*

51 *Iudex Laicus, an ob Eccleſiaſtici negligentiam procedat in articulo ſpirituali, & num.* 53.

52 *Laicus Iudex, cujus brachium Eccleſia imploravit, eſt merus executor.*

53 Menoch. de retinen. remed. 3. à n. 553. *refellitur.*

54 *Iudex ſæcularis, an cognoſcat articulum poſſeſſorii ſpiritualis meri facti, & n. ſeqq.*

55 *Cauſa non dicitur ſpiritualis quando factum eſt ab omni ſpiritualitate abſtractum.*

DECISIO VIII.

IN hujuſmodi articulo, an Judex ſecularis ſit competens in cauſa poſſeſſorii, vel quaſi poſſeſſorii ſpiritualis, ob intricatas ſcribentium ambiguitates, plurima ſolent inter Eccleſiaſtica, & Laicalia tribunalia oriri diſſidia, ut & ipſemet ſæpè ſum expertus. Quare ut illa pro Dei gloria, ac Juſtitiæ, & caritatis conſervatione, quoad fieri poterit, eliminentur Articulum ipſum, in quo pluries deſudavi, pro modulo meo elaborare, enucleareque ſtatui. Duæ ſunt itaque principales, ac inter ſe pugnantes Doctorum ſententiæ quarum † prior affirmat Judicem Laicum, in univer- 1
ſum poſſeſſorii ſpiritualis capacem, ac cognitorem eſſe, &

hanc

hanc universa Legistarum Accademia sectatur teste Igneo, qui mordicus illam defendit *in repetitione l. necessarios §. non alias secunda parte, à num. 2. ff. ad Sillanian.* & in primis illam amplexatus fuit Bartol. & ferè. Cæteri post eum in *l. Titia ff. solut. matrimon. & in lege omni invocatione C. de sacrosanct. Eccles. & in l. quoties C. de iudic. Guido Pap.* latè *decis. 1. per tot.* Boer. *decis. 69. num. 23.* Afflict. *decis. 2. & decis. 24. & decis. 85.* Osasch. *decis. 116. num. 1.* Thesaur. *decis. 82. & decis. 112.* Valasch. *decis. seu consultat. 93. lib. 1.* Marant. *de ordin. iud. parte quarta, distinct. 13. cap. 17. num. 3. & 4.* Natta *cons. 411. in princip.* Roland. *cons. 23. num. 2. lib. 2.* Menoch. *de recuper. possessione remed. 15. num. 220. & sequentib.* Farinac. *cum relatis de inquisit. quæstione octava, nu. 23.* Gravat. *ad Vestr. in prax. lib. 5. capitulo primo*, Gaill. *pract. observat. 38. num. 3. & 4.* Marta *de Iurisdict. parte secunda, cap. 39. & par. 4. cap. 38.* Bovadill. qui alios congerit in sua Politic. *lib. 2. cap. 18. num. 241. tom. 1.* Vide Ancaran. *in cap. eaque num. 10. de reg. iur. num. 6.*

2 Primò, & principaliter pro hac sententia dicitur, † possessorium rei spiritualis non esse spirituale, sed temporale glos. *in cap. litteras de restitutione spoliat. in cap. 1. eod. tit. in sexto*, Franch. & Zabarell. *in Clementina dispendiosam de Iudicis*, & tradunt etiam Canonistæ *in capitulo finali extra de Iudic.* cum aliis quos refert, & sequitur Guidop. qui hoc præcipuo utitur fundamento in *dicta decisione prima, num. primo*, & Cravett. *cons. 258. in princ.* & Anton. Scapp. *de iure non script. lib. 1. cap. 35. in princip.* & Gravat. *ad Vestr. lib. 5. cap. 1. num. 6.*

3 Quod mirum videri non debet, † cum notissimum sit possessorium nihil habere commune cum petitorio *vulgata lege naturaliter §. nihil commune ff. de acqu. poss.* Unde arbitrentur non esse inconveniens, ut respectu ejusdem rei petitorium sit spirituale, possessorium autem temporale.

Cæterum assumptum *glossæ in dicto capit. literas*, & sequacium, brocardicum est, ut ex infra dicendis *num. 19. & 25.* patebit, ac proinde potest in eo fieri fundamen-

4 tum. Et ad regulam *dictæ legis naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. possession.* responderi potest, procedere in suis terminis, nempe quo ad acquisitionem, & amissionem proprietatis, vel possessionis, & quoad id, ut sententia lata in uno judicio, in altero non præjudicet; ita in puncto respondet Abbas *in capitulo literas numero sexto, de Iuramento calumniæ* Aufrer. ad Capell. Tholosan. *decis. 471. num. 3.* Berous *in Rubric. de Iudic. num. 56.* Moneta *dicta quæstione prima, sub num. 14. ver.* ad glossam Schrader. *in tractatu de fœudis part. 10. sectione prima numer. 86.* & Guttier. *loco infra citando*: secus verò quoad cæteros respectus.

5 Et † signanter quo ad judicialem cognitionem proprietatem, & possessionem maximam habere connexitatem, probatur argumento *leg. nulli C. de Iudic. & cap. 1. de caus. possess. & proprietat.* & ponderat Antonius *de Butrio, in capitulo finali num. 58. ver. non obstat, extra de iudic.* comprobat, & ab *Ignei* impugnatione defendit Menochius *in tractatu de recuperand. possessione remed. 15. num. 218.* & Guttier. *Canonicarum quæst. cap. 34. num. 30.* Alias refert, & sequitur *Cened. qq. Canon. quæst. 14. num. 10.* & sic argumentum retorquetur, quia causa possessionis, & causa proprietatis, uti duo connexa apud eundem Judicem tractari debent, & latiùs dicam infrà *num.*

6 Alterum † fundamentum, quo pro hac parte utitur Guido Pap. *dicta decisione prima*, est dispositio tex. *in cap. causam, il secondo, extra qui filii sunt legitimi*, ubi summus Pontifex mandat judicium possessorium relinqui Regi Angliæ, pro cognitione ipsius possessionis habenda.

Sed & hoc fragilissimum est, quia possessorium, de quo ibi agitur, versatur circa possessionem bonorum hæreditariorum, quæ uti merè temporalis inter Laicos jure meritò ad Judicem secularem reiicitur, & ita in terminis respondent Bero. *in rubrica extra de Iudic. sub num. 58.* Robertus *de Freta Romanæ Rotæ Auditor inter consil. Bellamer. cons. 40. columna septima*, Covar. *pract. quæst. cap. 35. sub nu. primo, vers. non obstat*, Menochius *de recuperand. remed. 15. nu. 212.* Guttier. *Canonicarum quæstionum libro primo cap. 34. num. 28.* Monet. *de decim. cap. 8. quæst. 1. num. 14.* penes quos etiam in-

7 venies satisfactum quibusdam aliis argumentis, † ac inductionibus *Ignei in dicta lege necessarios §. non alias 2. ff. ad Sillamian. ubi à num. 2. usque ad 67.* ad nauseam usque, hanc sententiam defendere conatur, sed (pace sua dixerim) non tam rei veritatem indagare, quam ingenii acumen ostentare, ac odium in Ecclesiam evomere visus est; non enim erubuit per plures vices, non modo Canonistas, sed & ipsos sacros Canones, illorumque latores summos Pontifices procaciter carpere, quos non nisi reverentia ore, & calamo nominare debuerat.

Sed † & pro eadem sententia Marta *in tractatu de Iurisdictione, parte secunda cap. 30. num. 18. seqq.* insinuare conatur, causam possessorii rei spiritualis ejusdem esse Naturæ, cujus est causa possessorii temporalis, unde infert etiam in possessorio rei spiritualis, Judicem temporalem cognoscere posse, in quo, & Ecclesiæ utilitatem versari subdit, † cùm lites coram Ecclesiasticis Judicibus motæ, immorta- 9
les fieri soleant, ut dicitur in *Authent. si vero contigerit, C. & Iudic.* & in corpore unde sumitur, *& in §. primo in Authent. ut omnes obediant. iudic. provin.* quod fortasse Marta mutuatus fuit ab Igneo *in dicto §. non alias, l. necessarios* ad Sillani *secunda parte num. 41.* qui ad hoc citat Roman. *in l. titia ff. solut. matrimon.* & Felyn. *in cap. causam quæ col. 6. extra de præscript.*

Verùm hoc argumentum maximam continet fallaciam, † licet enim in aliquibus possessoria spiritualia, & tempo- 10
ralia simbolizent, in multis tamen inter se differunt; & signanter in possessorio rei spiritualis probandus est titulus saltem coloratus, adeo ut propterea dicatur habere annexam causam proprietatis, ut infra dicetur: rursus † hodie in cun- 11
ctis possessoriis spiritualibus juratur de calumnia Ant. de Butr. *in cap. literas num. 33. de restit. spol.* & ibi Abbas *num. 19.* & est tex. *in capitulo primo, de Iuramento calumniæ, in sexto*, per quem corrigitur *cap. literas extra eodem*, ut ibi notant *scribentes* † cum itaque non per omnia conveniant certè ar- 12
gumentum à simili euanescit, etiam data parva dissimilitudine, ut per Butrium *in repetit. cap. fin. col. 45. de consuetud. DD. in cap. translato extra de constit.* Everard. *in sua Centuria loco à simili sub n. 11. in fin.* potissimum autem cum dissimilitudo versetur in eo, in quo fit comparatio, nempe in modo procedendi; tunc enim quando duo sunt similia secundum quid, & non simpliciter, argumentum à simili non procedit Innoc. Abb. Felin. *& reliqui in d. cap. translato*, Everar. *loco cit. num. 4.*

Quemadmodum † etiam falsum est, in hoc versari Ec- 13
clesiæ utilitatem; quia imò causæ facilius expediuntur in foro Ecclesiastico, (licet ex quo de jure Canonico à quocumque gravamine datur appellatio, quæ secundùm jura civilia, ac municipalia in multis denegatur, per accidens quandoquè lites in longum protrahuntur,) † & signanter in causa meri 14
possessorii de jure Canonico proceditur summariè sine strepitu, & figura judicii per text. *in Clement. dispendiosam*, & ibi advertunt Lauren. Joan. de Cign. & Bertrand. *de Iudic.* sequitur Butr. *in cap. fin. extra eodem*, & Berous *in rubr. eiusdem tituli num. 55.*

Et † in omnem casum, assumptum Martæ, est contra tex- 15
tum expressum *in cap. cum sit generale extra de foro compet.* quod non alia de causa conditum fuit, nisi quia Iudices Laici sunt negligentes in administranda Clericis justitia, ut ibi inquit S. P. ubi etiam notant Doctores, & advertit Lap. *alleg. 58. numero 11.* estque etiam contra quotidianam experientiam, quæ docet Clericos magis proprios, & faciles invenire Iudices Ecclesiasticos, quàm Laicos; † propter 16
quod Clerici coram Laico Iudice litigantes dicuntur miserabiles personæ. Mart. *de iurisd. p. 4. cap. 49. num. 16.* & eo non citato Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. lib. 18. quæst. 5. num. 10.* dixi infrà *decis. 49. num. 18.*

Ex quibus, ac aliis; quæ consulto prætereo, patet † verum esse, quod inquid, Covarr. *pract. quæst. c. 35. sub* 17
num. 1. ver. Verum si diligenter, Sententiam *Legistarum* tenentium possessorium rei spiritualis posse coram Laico discuti, omni prorsùs Canonum, ac legum auxilio destitutam esse.

Contrariam itaque sententiam tenet magis communiter tota *Canonistarum* Academia, (ut fatetur *Igneus* loco citato *num. 2.*) & signanter Barbatia *in cap. fin. de Iudic.* Decius *in c. quanto num. 58. & seqq. & 62. extra de Iudic.* Berous alios referens; articulum ad partes disputans, & hanc sententiam egregiè defendens in Rubric. *extravag. de Iudic. nu. 55. cum pluribus seqq.* Ripa *etiam de comm. in capit. decernimus num. 17. extrad. de Iudic.* Covarr. *pract. qq. cap. 35. nu. 1. vers. verum si diligenter* post Io. Diaman. quem citat Moneta *in tract. de Decim. cap. 8. quæst. prima, num. 10. cum seqq.* qui sub *num. 14.* inquit, hanc opinionem esse fortè communio-

rem,

rem, & omnino veriorem, quibus adde Garzi. *de benef. par. 1. cap. 2. num. 52. & seqq.* ubi alios etiam refert.

Et ex Theologis Azor. *Institut. Moral. parte prima lib. 7. cap. 25. quæst. 5.* qui subdit neque per consuetudinem, contrarium induci posse. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini lib. 2. cap. 15. quæst. 19. sub num. 48.* ubi subdit, id ex illo Canone colligi: imò, & ex Juristis Alex. *in l. Titia. sub nu. 11. ff. solut. Matrim.* Angelus de Ubald. *inter consil. matrimon. variorum consil. 44. num. 52. & 60. lib. 1.* & Plotus *ibidem consil. 87. num. 15.* latè comprobat Curt. *in tract. de fœudis par. 7. qu. 6.* Vinc. de Franch. *decis. 36.* Gratian. *discep. forens. tom. 2. cap. 258. num. 8.* quibus addo Cumanum Magistraliter loquentem *in consil. 1. certissimi iuris per tot.* Ursill. ad Afflict. *decis. 2. num. 1.* ubi refert ipsum Afflictum *in constit. Regn. rubric. de Burgensat. & petitor. num. 8.* attestantem hanc esse communem opinionem idem Ursill. *decis. 38. n. 1.* Guid. Pap. sibi contrarius *consil. 149.* Polit. *consil. 23. num. 17. lib. 2.* Osasch. *decis. 116. num. 1.* Schraderius *in tract. de fœud. par. 10. sect. 1. num. 84. in princ.* Et denique hæc est antiqua, & perpetua opinio *Curiæ Romanæ*, ut habetur ex Puteo *decis. 361. num. 4. lib. 1.* inquiente Rotam Romanam numquam opinionem Guid. Pap. admittere voluisse id, quod observat etiam Ausrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decis. 420.* & post hæc scripta eadem Rota *in Ravennatensi emphyteusis 28. Maii 1631. cor. R. P. D. Merlino.*

Pro qua quidem sententia afferri solet primo, quia omnes
18 causæ Ecclesiasticæ, & spirituales vel quasi, ad forum Ecclesiasticum privativè spectant, *cap. de Iudic.* & ibi omnes *clemen. 2. eod. tit. cap. tuam de ordin. cognit. cum similib. Clar. cum per eum relatis in §. fœudum quæst. 20. num. 9. in fin.* & ferè omnes scribentes mox per me citati.

19 Causa autem possessoria rei Ecclesiasticæ dicitur spiritualis, vel quasi, & Ecclesiastica *Clem. unica de Cauſ. poſſ. & prop. Clement. unica*, cum ibi notatis *de sequestr. possess. & fruct. Clement. dispendiosam* ibi, eam quomodo tangentibus *de Iudic. & ita contra glossam in cap. litera de restit. spoliat. tenet ibi* Abb. Ant. de Butr. *in cap. fin. num. 20. extra de iudic.* & ibi pulchrè Barbatia Aufier. ad Capell. Tholos. *decis.* 471. attestans *dictam glossam* esse à Doctoribus magis communiter reprobatam, quod idem asserit Covarr. *pract. quæstion. cap. 35. sub num. 1. vers. non oberit* Robertus *de Freta Rotæ Auditor inter consil. Bellamer. consil. 40. num. 47.* Ursill. ad Afflict. *decis. 2.* ubi reiectis Gram. & Cravetta profitetur hanc esse veriorem Guttier. *lib. primo, Canonic. quæst. cap. 34. num. 35.* Vantius *in tract. de Nullit. tit. de null. ex defect. Iurisd. sub num. 54. vers. sive agantur* Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 238. numer. 70.* ubi ait, non esse attendendum Thesaurum *in decisio 331.* contrarium asserentem Moneta post hæc scripta visus *in tract. de decim. cap. 8. quæst. prima sub num. 14.* ubi latiùs *ad dictam glossam respondit* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. canon. 15. quæst. 19. num. 48.* Cassador. *decis. 4. nu. 2. ut lite pendente* Gar. *de benef. parte prima cap. 2. numer. 52.* & quod proculdubio in possessoriis beneficialibus, & matrimonialibus procedit secundum Butr. *in dict. cap. literas num. 14. de Iuramento calumn.* quem sequitur Balb. *decis. 274.* Sed & in cæteris, in quibus tametsi quandoque ipsa possessio sit merè temporalis, & Laicalis, attamen illius causa est spiritualis, ita ut de ea solus Judex Ecclesiasticus cognoscat, quemadmodum de ipsa proprietate spirituali, cum qualitas spiritualitatis, qualitatem temporalitatis absorbeat, & ad se trahat, ut pluribus relatis, firmat Rota *in dicta Ravennatensi emphiteusis coram D. Merlino.* Quod ex alia Regula corro-
20 boratur, † quia nempe antecedens consequentis naturam sequi debet, *leg. iuxta illam regulam l. illud ff. de acqu. hæred. lege prima, & secunda, ff. de peculio.* si igitur consequens, nempe petitorii Laicus est incapax, erit, & antecedentis, & sic possessorii text. *in dicta clementin. dispendiosam in ver. Languentibus de Iudic.* ubi id animadvertit Card. Alex. *in 11. notab.*

21 Quod † autem Laicus sit spiritualium incapax est text. *in cap. 2. de Iudic.* & manifestissimum est in jure, & copiosè probat Magdalen. *in tract. de numero testium in testamen. parte prima, cap. 10. num. 8.* Berous *in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 91. de constit. ubi omnes* Diaz. *in Regula* 362. Seraphin. *de privileg. Iuram. privil. 67. num. 12.*

Verùm hoc primum argumentum leve visum fuit Menochio *in tract. de Recuper. possess. rem. 15. num. 220. & sequent.* uti fundatum *in clem. unicam de sequestr. possessor. & fruct. & in clement. unica de cauſſ. poſſ. & propriet.* quarum *clementinarum* priorem non obstare dicit, quia ibi S. P. reddit rationem, Laicum scilicet non potuisse fieri fructuum beneficiorum sequestratarium; quia curam, & administrationem sequestrati beneficii, ut par erat sustinere non poterat posteriorem quoque eludi posse arbitratur, quia quamvis ibi Papa causam possessionis, & proprietatis Ecclesiasticam appellet, adeoque coram Ecclesiastico tractandam, non tamen loquitur taxativè, nec prohibet quominus saltem in auxilium Clerici injuriam passi, etiam Iudex Laicus procedere valeat; quod ultimum apud me magnam habet difficultatem; concesso enim, quod causa possessoria sit Ecclesiastica, continuò sequitur, ad forum Ecclesiasticum esse remittendam, ut mox dicebam, ultra quod Menoch. non respondet ad tex. *in clem. dispendiosam de Iudicibus.*

Secundò pro hac sententia valdè urget, † quod in omni 22
possessorio causæ spiritualis semper probandus est titulus saltem coloratus, ut fatetur Guid. Pap. *decis.* 85. & tradunt post antiquiores Dec. *in l. fin. num. 19. C. de edict. diu. Adr. tollen. & consil. 220. colum. prima post vers.* & ex his Aym. *consil. 258. num. 9.* Covarr. *pract. quæst. cap. 35. vers. ex quo patet*, ubi ad hoc adducit glossam, quam celebrem appellat *in clem. unica de cauſ. poſſ. & propr.* Rebuff. *de Decim. quæst. 10. num. 7.* Puteus *decis. 39. lib. 1.* & hanc esse veriorem opinionem in quocumque possessorio sive adipiscendæ; sive retinendæ, sive recuperandæ concludit Gratian. *tom. 2. discept. forens. capit. 238. num. 4. 6. & 98.* & latè ostendit Moneta *de decim. cap. 8. quæst. 1. nu. 13.*

Unde ratione connexitatis dicti tituli merè spiritualis necessariò Iudex Ecclesiasticus est adeundus; ut per præfatos *Doctores*, & per Menoch. qui reprobat Igneum. contrarium tenentem in *tract. de Recup. remed. 15. num. 219.* Guttier. *Canon. quæst. lib. 1. dict. cap. 14. sub num. 29.* Marta. *de Iurisdict. par. 2. cap. 39. numer. 29.* quibus addo Anton. de Butr. *in cap. litteras sub num. 14. de Iurament. calum.* ubi id extendit, etiam si de quæstione facti agatur Berous *in Rubric. extra de Iudic. num. 56.* & est textus *in cap. fin. de cauſ. poſs. & propriet.*

Ad hoc argumentum respondet Valasch. *in consultation. 93. numer. 9.* hanc tituli colorati exhibitionem esse facti; de facto autem etiam rei spiritualis Laicum esse capacem, ut ibi per eum, quæ tamen responsio vel nunquam, vel rarissimè verificari potest, ideo generaliter non est admittenda.

Tertiò considerabam, si præter scribentes dici posset quod cum saltem negandum non sit, nos in dubio versari. Succedat † Regula; Ut ubicumque dubium est ad quem spec- 23
tet Iurisdictio, ad Iudicem nempe Ecclesiasticum, vel ad Laicum, tunc major videlicet Ecclesiasticus præferatur Fely. qui ait, id perpetuò memoriæ mandandum, *in c. pastoralis num. 4. de rescript.* Ias. *in l. ex quacunque num. 19. ff. si quis in jus. vocat.* text. *in c. si Iudex Laicus de sententia excommunicationis, in sexto, cum similibus* latè Carol. de Grass. *de effect. cler. effect. 1. num. 1261. cum plur. sequentibus* Farinac. *in append. de Immun. Eccles. sub num. 362.* & sic ad ipsum Judicem Ecclesiasticum remittendus est articulus decidendus, ad quem causa spectet, ut benè per Soccin. *in cap. si Clericus Laicum nu. 12. & sequentibus de foro competente* Marta *de jurisdict. par. 4. capit. 145. in fin.* & ita in effectu communiter tenent Doctores, ut per Ripam *in cap. decernimus post num. 4. vers. sed coram quo extra de iudic.* Covarru. attestans de communi opinione *in pract. quæst. cap. 33. num. 1.* Suarez *in tract. de defensione fidei lib. 4. cap. 34. sub num. 2.* Bos. *in pract. tit. de foro compet. num. 155.* Mascard. attenstans de veriori, & tutiori opinione in *tract. de Prob. concl. 689. num. 7. & sequentibus* Bellet. *in disquis. Cleric. tit. de favore Cleric. personali §. 14. num. 3. & rursus de favore reali §. 5. in fine.* Dixi infra *decis. 17. num. 15. & decis. 24. num. 59.* latè Ciarlin. *controv. 28. num. 21. & latius me hic citato controv. 164. num. 15.* & rursum iterum me citato *controv. 171. num. 59.* Cancer. *var. resol. par. 2. cap. 3. num. 48.* ubi docet Iudicem laicum teneri parere inhibitioni Iudicis Ecclesiastici.

Porrò jam pluries supremum tribunali † Ecclesiasticum 24
hujusmodi controversiam determinavit, declarando possessorium Ecclesiasticum, vel rei spiritualis non ad Laicum, sed duntaxat ad Iudicem Ecclesiasticum spectare, *ut deduxi supra numer. 27.* ergo ulteriùs non est insistendum, & benè applicari possunt verba doctissimi Lapi in materia usuraria dicentis *alleg. 55. numer. 3. & istam opinionem sequitur Romana Curia; nec puto spectare ad prudentiam vestram, in hac nobili Civitate contra antiquam morum observantiam, Romana Ecclesiæ dictare sententiam contrariam.*

Ex

Ex quibus , & aliis , quæ brevitati conſulens omitto , puto , hanc ſententiam non modo tutiorem , ſed & magis veritati conſonam , & ex eo maximè quod ſcribentes ſupra in contrarium adducti inter ſe non conveniunt , ſed aliqui nituntur , non tàm rationibus , quam forenſi Galliarum uſu , etiam à ſummis Pontificibus approbato , in cujus rei teſtimonium Guid. Papa *in deciſio* 1. regiſtrat breve Martini Quinti , & ſic fateri videntur , jus commune eſse in contrarium , ut in terminis advertit Roland. *in conſ.* 23. *num.* 12. *lib.* 2. Menochius *de recuperation. d. remed.* 15. *num.* 223. & Guttierez *d. cap.* 34. *ſub num.* 23. *circa finem* . Nonnulli loquuntur ſecundum tribunal quod habent Hiſpani de cognitione per viam violentiæ , plurimi etiam loquuntur per viam extrajudicialis cognitionis ad tenendam Rempublicam quietam , alii multifariam diſtinguunt , nulla tamen diſtinctio per ſe ſufficiens videtur ; Unde ut ego tantillus Doctor inter tot Proceres , ac Patres in hac involuta admodum ac ſalebroſa materia meam proferam ſententiam . Conſtituo regu-
25 lam negativam , † ut Judex Laicus in judiciis poſſeſſoriis cauſarum Eccleſiaſticarum procedere minimè poſſit ratione tituli colorati , qui in iis poſſeſſoriis eſt probandus , & ita procedunt auctoritates , & argumenta pro ſecunda ſententia ſupra allata à *nu.* 17. ſive dicamus hujuſmodi poſſeſſorium eſſe ſpirituale , ut ex magis communi notavimus ſupra *num.* 19. ſive appellemus illud quaſi ſpirituale, ut nonnullis placuit, & ſignanter Abb. *in cap. literas ſub num.* 8. *de Iuram. calumn.* cum per eum relatis .

26 Quemadmodum dicimus in jurepatronatu , † quod tametſi non ſit ſpirituale , quia tamen ſpiritualitati , eſt annexum , non cadit ſub cognitione Judicis ſæcularis , ſed ad Eccleſiaſticum forum omninò pertinet tex. *in cap. quando extra de Iudic. ubi omnes* , quod & obſervavit Abb. mox citatus , & tradunt Lambertin. *de Iurepat. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 7. *num.* 4. Scacc. *de ſent. & re iudic. gloſ.* 7. *quæſt.* 2. *limit.* 5. *nu.* 34. & 45. Vivian. *in prax. Iuriſpat. par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 1. Barboſ. *collect. ad cap. de Iure num.* 4. *de Iurep.* Rota *in d. Ravennaten. emphyteuſi* .

27 Amplia † primò eam regulam , ſive de quæſtione Juris agatur principaliter , ſive incidenter , ex quo enim eſt quæſtio juris , & ſic à ſpiritualitate inſeparabilis , quomodocumque emergat , ſemper erit ejuſdem rationis , & ſpeciei ; & ſic ad Judicium Eccleſiæ ſpectabit , juxta crebriorem noſtrarum ſententiam , cum qua tranſeunt etiam plerique , qui in contrarium adduci ſolent ; ita enim admittuntur Roman. & Doctores *in l. titia ff. ſolut. matrim.* ubi Alex. *nu.* 6. *& ſeq.* dicit Bartolum *in lectura nova* contrarium aſſerentem communiter reprobari , ſubdens , quod vix ſibi perſuadere poteſt , illa eſſe verba Bartoli , cum ſint contra jura Canonica. Idem ibi teſtantur Vincent. *num.* 31. & Petr. Barboſa *num.* 22. & Albertin. *in aſſertionibus catholicis quæſt.* 15. *nu.* 51. & alter Barb. *de offic. Epiſc. dict. alleg.* 84. *num.* 20. & à fortiori idem tenet Covarr. *pract. qq. cap.* 35. *ſub num.* 1. *ver. verum ſi diligenter.* Idem tradit Felin. *cum relatis in cap. cum ſit generale col.* 3. *de foro compet.* Cuman. *conſ.* 1. *circa finem. cum ſubſcriptione Fulgoſii & Proſdocimi de Comit.* & communem teſtatur Ripa *in cap. decernimus ſub numer.* 17. *ver. octavò dubitatur extr. de Iudic.* quem ſequitur Gratian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 238. *num.* 34. Capic. etiam de communi *deciſ.* 7. *num.* 2. Puteus *deciſ.* 36. *num.* 12. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 235. *num.* 5. *par.* 1. *in recentioribus*, & hæc quidem ſententia manifeſtè probatur *in cap. tuam de ord. cognit. & in cap. lator qui filii ſint legit.* in quibus juribus habetur , quo ſi in cauſa temporali coram Judice ſæculari vertente incidat quæſtio Juris ſpiritualis ; illa & ad eccleſiaſticum remittenda venit , & interim in cauſa principali ſuperſedendum eſt . Et benè procedunt notata in *clem. diſpendioſam de Iud. & in cap. cum qui extr. de eo qui mittitur in poſſeſs.* ut benè advertit Abb. *in cap. litteras ſub numer.* 8. *de Iur. calum.* quo fit ut Doctores , quos congerit , & ſequi videtur Guttier. *lib.* 1. *canonic. qq. c.* 34. *num.* 45. & Farinac. *q.* 8. *ſub num.* 23. *ver. limita primò* . aſſerentes ubi in Judicio poſſeſſorio juris ſpiritualis , de titulo incidenter tractandum , eſt ſæcularem Judicem cognoſcere poſſe , non loquantur ex mente Juris , niſi tamen intelligantur , juxta ea , quæ dicam mox *num.* 31. Ad dicta me *hoc numer. & duobus ſeqq.* remittit lictorem Ciarlin. *contr.* 171. *num.* 66.

28 Quamvis enim ratione incidentiæ Iudex alias incompetens de articulo coram eo incidente cognoſcere poſſit , *l. quoties C. de iudic. cum ibi notatis , & leg.* 1. *C. de ord. cognit.* Morla *in emporio iuris par.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 145. Menoch. *de arb. iud. l.* 1. *qu.* 91. *num.* 8. *&* 9. Garzia *de Nobilit. gloſſ.* 1. *num.* 17. Pereria *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 25. *à num.* 12. *& de empt. cap.* 34. *num.* 31.

Id tamen † procedit , ubi Judex eſt tantum incompe- 29
tens , non etiam incapax ; quo fit , ut Iudex Eccleſiaſticus , qui reſpectu temporalium inter laicos incompetens eſt *c. cum ad verum* , 96. *diſtinctione* , cognoſcere poſſit de cauſa temporali , quæ incidit in Eccleſiaſticam coram eo vertentem , veluti de dote , & de alimentis ubi principaliter agitur de cauſa matrimoniali , ut probant tex. *in cap. de prudentia , & in cap. nuper , & in cap. per veſtras extr. de donat. inter vir. & uxor.* & tradunt Gerard. *ſing.* 88. Bald. Novell. *in tract. de dote par.* 9. *priv.* 16. Molina *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 76. Petr. Barboſ. *in l.* 1. *par.* 1. *num.* 46. *ff. ſolut. matrim.* cum aliis , quos referunt , & ſequuntur alter Barboſ. *de offic. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 89. *num.* 19. de Guttier. *lib.* 1. *pract. quæſtionum , in quæſt.* 44. *à num.* 6. *& lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 28. quia ſi eſt incompetens , non tamen eſt incapax , ideoque ejus juriſdictio eſt prorogabilis *cap. per venerabilem. qui filii ſint legitim. cap. relatum* 11. *quæſt.* 1. *in c. ſi quis presbyter* 2. *quæſt.* 5. *l. Epiſcopale C. de Epiſc. audien.* & tradit Bart. *in l. ex conſenſu in princ. ff. de appell.* & eſt communis opinio, de qua Curtius *in l.* 1. *in num.* 6. *ff. de judic.* Boer. *deciſ.* 69. *num.* 4. *&* 5.

Secus † tamen eſt , quando Iudex non modo incompe- 30
tens eſt , ſed etiam incapax , provt Iudex ſæcularis reſpectu ſpiritualium , etiam ſi partes conſentiant , *c. ſi diligenti , c. ſignificaſti , de foro compet.* & etiam ſi ab Eccleſiaſtico delegaretur *cap.* 2. *de Iudic. iuncta gloſſ.* 2. communiter recepta, ut teſtantur ibi Dec. *num.* 5. & Ripa *num.* 34.

Tunc enim quemadmodum Iudex non poteſt principaliter , & directè cognoſcere , ita nec incidenter , & indirectè attenta dicta incapacitate , juxta *dict. cap. lator. & cap. tuam* , ut benè advertunt Petrus Barboſ. *in d. l. titia ſub num.* 21. *in fin. ff. ſolut. matr.* & Auguſt. etiam Barboſa *de offic. Epiſcop. dict. alleg.* 84. *num.* 23. *& ſeq.* & ita poſt hæc ſcripta reperii in terminis firmaſſe Vant. *de nullit. ex defect. Iurſ. numer.* 58. Et hoc eſt, quod dicebat Bald. *in l. quoties ſub nu.* 1. *&* 2. *C. de Iudic.* reprehendens Cynum , qui Canoniſtas carpebat . Ideo inquit Bald. ſæcularis non poteſt cognoſcere cauſam ſpiritualem coram ſe incidentem , quia talis juriſdictio eſt à lege divina . Unde is non eſt capax hujus juriſdictionis , per aliquam legem , vel rationem humanam , *c. tuam , de ord. cogn.* Ideo autem epiſcopus cognoſcit de articulo temporali incidente ſpirituali , vel Eccleſiaſticæ cauſæ , quia iſta cauſa eſt dignior , & propterea trahit ad ſe minus dignum , ſecundum dictamen rationis naturalis .

Rurſus † diſpoſitio *d. l. quoties* procedit in iis , quæ non 31
ſunt alterius ſpeciei , & ſeparatæ naturæ , aliter ſecus ; & ſic incidentia cauſæ non ampliat juriſdictionem Iudicis ad ſpeciem juriſdictionis omninò diverſam , & ſeparatæ naturæ , & amplioris gradus , & conſequenter Iudex civilis ; nec quidem incidenter de cauſa ſpirituali , utpotè amplioris gradus cognoſcere poteſt , ut benè per gloſſ. *in cap. tuas de ord. cognit.* ubi Abb. *num.* 9. idem firmat inquiens , ſic etiam tenere *Innoc. & Canoniſtas* communiter ſubdens , quod è converſo Iudex Eccleſiaſticus ideo cognoſcit incidenter de cauſa ad forum laicum ſpectante , quia non eſt ſeparatæ naturæ nec altioris gradus . Ad quod facit Lapus *alleg.* 70. *num.* 8. ubi ait cauſam ſpiritualem , tanto à civili differre , quanto anima eſt corpore pretioſior . Quæ omnia diligenter reporta ad illuſtrationem *d. l. quoties C. de Iudic.*

Hanc † primam ampliationem ſic firmatam , modificant 32
nonnulli , quando de articulo juris emergente Iudex ſæcularis non cognoſcit per viam contentioſam , neque formando proceſſum ordinarium , ſed tantùm ſe ſummariè informando , ut potè quia notoriè conſtat ex actis vel per confeſſionem partis ; tunc enim nil obeſſe putant , quin Iudex ſæcularis ſuper hujuſmodi articulo incidenti pronunciare poſſit , non quidem principaliter , ſed per modum cauſæ , ut tradunt in *d. l. Titia ff. ſolut. matrim.* Imola *num.* 4. Alexand. *num.* 8. *ver. tertio fallit.* & Barboſ. *ſub num.* 30. *ver. colligitur.* Aretin. *in cap. cum ſit num.* 14. *&* 16. *de foro competen.* Navarr. *in c. cum contingat in* 1. *remed. pag.* 149. *de reſcript.* Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *nu.* 33. *cum ſeqq.* Guttier. *cum relat. lib.* 1. *q. Canon. d. c.* 34. *nu.* 47. *& ſeq.* Farinac. *cum relat. qu.* 8. *ſub num.* 23. *ver. limita ſecondo* . Capic. *deciſ.* 7. *num.* 4. & ibi *numer.* 5. *poſt alios* , exemplificat in uſura de qua ſi per partis confeſſionem notoriè conſtat , poteſt Iudex ſecularis de ea per modum cauſæ pronunciare , & ſecundum hanc modificationem ſalvari poſſunt Doctores relati ab eodem Guttier. *ibi-*

dem

dem num. 45. & Farinacc. *cum per eum adductis d. quæſt.* 8. *ſub num.* 23. *in prima limit.* Sed cave, quia aliud autem pronunciare; hoc enim poſtremum reſpicit juriſdictionem; qua omninò caret judex laicus ubicumque de bonis agitur Eccleſiaſticis: unde cum grano ſalis hujuſmodi doctrina eſt intelligenda.

33 Secundò † amplia, regulam procedere in quocumque poſſeſſorio, ſive adipiſcendæ, ſive retinendæ, ſive recuperandæ; in omnibus enim deducitur titulus ſaltem coloratus cujus cognitionis incapax eſt Judex ſæcularis, ut ſupra deduxi *num.* 22. & habetur per Covar. *d. cap.* 35. *variar. reſol. ſub numer.* 1. *ver. verum ſi diligenter*, & poſt alios luculenter deducit Moneta *de decim. cap.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 13. Afflict. *in conſtitut. regni ſuper conſt. de Burgenſaticis num.* 9. *ver. nota primo.*

34 Verum, † quia Doctores circa hanc ſecundam ampliationem plurimum ſe torquent, non modò in cæteris ſpiritualibus, ſed etiam in ipſis beneficialibus, in quibus nullatenus hæſitandum videbatur. Ideo advertendum eſt, quòd quando agitur de adipiſcenda poſſeſſione beneficii Eccleſiaſtici, ferè omnes ſentiunt, Judicem laicum eſſe prorſus incompetentem, teſte Bero. *in rubr. extr. de Judic. num.* 51. Covar. *d. cap.* 35. *num.* 1. *ver. prima concluſio.* Cravett. *conſil.* 104. *ſub num.* 17. *ver. nec obſtat*, quod fatetur & Guid. Pap. *d. deciſ.* 1. *num.* 3. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 235. qui ait, hoc apud neminem ferè dubitari, quamvis unus Igneus *in l. neceſſarios* §. *non alias* 2. *par. n.* 42. *ff. ad ſenatuſconſ.* Syllan. aliter ſenſerit, & malè Guttier. *pract. canonic. qq. cap.* 34. *ſub num.* 23. *& ſeqq. & ſub numer.* 26. *ver. & in terminis* ubi alios refert Mart. *de Juriſd. par.* 2. *cap.* 39. *num.* 22. & latiùs *par.* 4. *cap.* 38. cum per eum congeſtis. Reperio tamen, quod Theſaurus *in deciſ.* 82. diſputans hunc articulum dicit, contrarium fuiſſe in Pedemontano Senatu reſolutum, potiſſimum quia ita ſervatur in Gallia, & in regno Neapolitano; & ideo poſſe eos vicinorum conſuetudine uti maximè ſtante antiqua obſervantia, &c. Et inquit ibi Theſaurus junior *in additionibus*, quòd licèt Guttier. poſt Covarr. dicat hujuſmodi conſuetudinem de jure non valere, ipſe tamen, ut Eccleſiaſticus trahit aquam ad ſuum molendinum, ut dixit Cynus intelligens tamen ſui genitoris ſententiam ubi titulus eſt clarus.

Sed quicquid ſit de obſervantia Galliæ quæ à Summo Pontifice confirmata videtur per *Bullam Martini V.* regiſtratam à Guid. Papa *deciſ.* 1. Reſpondeo primò, dictam conſuetudinem reprobari etiam à ſcribentibus Laicis non aquam ad ſuum molendinum trahentibus, ſed veritatem ſectantibus, & ſignanter à Farinacc. *in quæſt.* 8. *ſub num.* 23. *circa fin.* & à Gratian. *tom.* 2. *diſcept. foreſ. cap.* 238. *numer.* 68. ubi quod in hoc neque immemorabilis tribuit vim privilegii, cum non ſimus in poſſeſſione habili ex Puteo *deciſ.* 365. *in fine lib.* 1. quin etiam Valaſc. ab ipſo Theſau. jun. *citatus in conſul.* 92. *nu.* 5. *ver. ſecundo* ingenuè fatetur, quod ſi ſua valeret ſententia, in iſtis caſibus quæſtionem poſſeſſoriam ad Eccleſiaſticum remitteret, plurimos etiam hujuſmodi conſuetudinem reprobantes congerit Garzi. *de benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 51.

34 Deinde reſpondeo, † hujuſmodi conſuetudinem non modò improbatam, ſed etiam anathematizatam reperiri in *Bulla Cœnæ Domini* 14. *Canone*: ubi excommunicationis mucrone feriuntur quicunque Judices, ac Magiſtratus ſive laici, ſive Eccleſiaſtici, quarumcumque gratiarum, vel litterarum Apoſtolicarum, vel etiam violentiæ prohibendæ prætextu, beneficiales decimarum, aliaſque cauſa ſpirituales, & annexas à Commiſſariis Apoſtolicis, aliiſque Judicibus avocant, vel quoquomodo impediunt: Cum igitur poſſeſſoria beneficialia ſint quaſi ſpiritualia, ut dixi ſupra *num.* 19. & 26. tradit Duard. mox citandus, utique Judex laicus de illis cognoſcens incidit *in d. cap. Bullæ*, ut poſt alios obſervat Duard. *in explicatione dictæ Bullæ lib.* 2. *canon.* 14. *quæſt.* 5. *num.* 31. *iuncta quæſt.* 11. *num.* 5. ubi quod cenſuram incurrit Iudex, etiam ſi cauſam hujuſmodi non avocet ab Eccleſiaſtico foro, ſed ſe in ea quoquomodo interponat, ac etiam ſi id agatur conſuetudinis prætextu, ſive colore privilegii, vel clypeo violentiæ prohibendæ, ut per eundem Duard. *loc. cit. iuncta quæſt.* 9. *num.* 6. & *d. quæſt.* 13. *num.* 3. & 10.

35 Unde † nec valet ſtatutum, quo cavetur, neminem apprehendere poſſe poſſeſſionem beneficiorum abſque Principis licentia, ut poſt alios, quos refert, noviſſimè obſervat Vivian. *in prax. Juriſpat. lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 8. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæſt.* 2. ubi inquit, hunc caſum comprehendi in dicto capite Bullæ Cœnæ Domini, quod idem tenent Alterius *de cenſur. in explicatione dicti Canonis* 14. *Bullæ Cœnæ, cap.* 3. *col.* 4. 1. & 2. *propoſ. & col.* 5. *ver. quæris* Duard. *in d. cap.* 14. *quæſt.* 5. *num.* 35.

Quod † verò attinet ad poſſeſſorem retinendi, & recuperandi, quamvis etiam inter Clericos, vel ubi actor eſt laicus, & reus clericus, cognoſcere poſſe Iudicem laicum tenuerint nonnulli, quos refert, & ſequitur uterque Theſaur. *in d. deciſ.* 82. *num.* 1. 36

Hæc tamen ſententia non minus intolerabilis eſt, quàm falſa, cum Iudex laicus nullam prorſus habere poſſit juriſdictionem in Eccleſiaſticos, qui de jure divino ſaltem humano exempti ſunt, ut dixi *in deciſ.* 37. & latè proſequitur Farinac. poſt alios, quos congerit *quæſt.* 8. *num.* 3. ubi improbat, quamcunque contrariam conſuetudinem, & in terminis noſtris idem habetur per Roland. qui alios refert *conſil.* 23. *à num.* 6. *uſque ad fin. lib.* 2. Covarr. *dict. cap.* 35. *num.* 1. & Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 346. & 347. & 349. Guttier. plurimos congerens *lib.* 1. *canonicarum qq. d. cap.* 34. *n.* 23. *& ſeq.* qui omnes dicunt nullam in contrarium valere conſuetudinem, quæ etiam improbatur à jure *cap. clerici*, ubi omnes de *iud. cum ſimilibus*; permultos etiam cumulat, & comprobat Garz. *in tract. de benef. p.* 1. *c.* 2. *num.* 51. *& ſeqq. ubi num.* 56. refert *deciſ. Rotæ in una Oveten. ſacriſtiæ coram Comitulo*, in qua dictum fuit, indubitatum eſſe cauſam poſſeſſoriam in beneficiis pertinere ad forum Eccleſiaſticum ſaltem ratione perſonarum *clement. unic. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* quam etiam ſententiam plenè defendit Saraguſ. *in repetit. capite ſecundo de Iudic. à numer.* 177. *cum pluribus ſeqq.*

Et † quamvis Marant. *de ordine iudic. par.* 4. *diſtinct. ſeptima, in fine nu.* 54. tradat quamdam cautelam, inductam in Neapolitano Regno per tria nova Capitula, ut ſcilicet quando Clericus, vel alia Eccleſiaſtica perſona ſpoliaret laicum ſua poſſeſſione, poſſit laicus adire Iudicem ſæcularem, & implorare officium ſuum ſuper ejus poſſeſſione defendenda, qui Iudex faciat citationem per edictum, ut quicumque ſua putaverit intereſſe, compareat infra talem terminum, viſurus juramenta teſtium, & allegaturus quidquid velit, quare ille ſpoliatus non debeat reſtitui, & ſic capiat informationem per quandam viam extraordinariam, & ſummariam, & cetera, quam practicam etiam ſervari in Pedemonte teſtatur Theſaur. junior *in addit. ad dict. deciſ.* 84. Ejuſmodi tamen cautela lævis eſt, & eluſoria, quam optimis rationibus reprobat, & confundit Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 228. *& ſeqq.* potiſſimum autem, quia Clericus ſic citatus non tenetur comparere, ac etiam quia, quando contradictor eſt certus, eſt nominatim citandus: denique quia Clericus comparens, & ſe poſſidere allegans, forum declinare poteſt, ut latius ibi per eundem Menoch. cujus dicta re aſſumit, ac latius proſequitur Guttier. *dict. c.* 34. *num.* 31. *cum ſequentibus*, quibus addo Gratian. *diſcep. foreſ. d. cap.* 238. *nu.* 72. & Martam *in tract. de iuriſdict. par.* 4. *cap.* 38. 37

Unde † patet de jure non ſubſiſtere ſtatutum Genuenſ. *lib.* 4. *ſtatut. civil. cap.* 21. §. *procedant prædicta*, diſponens, ut ſit perſona Eccleſiaſtica emerit prædium, & participes agnati, vel vicini velint avocare, id valeant coram Magiſtratibus laicis Reipublicæ, & in probationibus ſufficiat edictum generale per proclama proponere, quod quicumque ſua intereſſe putaverit compareat. 38

An † autem ſi Clericus emens à laico; conveniretur coram Iudice ſuo, teneretur revendere vigore dicti ſtatuti, quod dirigatur in venditorem, & ſic in perſonam ſtatuentibus ſubiectam; & generaliter an, & quando ſtatuta hujuſmodi de retractu comprehendant Clericos, & Eccleſias activè, & paſſivè, ſive dirigantur in perſonam vendentis, vel ementis, ſive in rem ipſam, vide latè per Afflict. *in tract. de iur. prothomiſ. gloſſ.* 13. Morant. *diſput.* 8. *per totam* Vinc. de Franch. *deciſ.* 9. *& deciſ.* 281. Honded. *conſil.* 3. *volum.* 1. Martam *de iuriſdict. par.* 4. *cap.* 30. Surdus *conſil.* 2. *per totum* Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effectu* 2. *num.* 383. *uſque ad* 403. qui alios innumeros congerunt, & multifariè diſtinguunt. 39

Ubi † verò turbator, vel ſpoliator eſt laicus, tunc cauſam poſſeſſoriam beneficialem eſſe mixti fori, & etiam laicum Iudicem eſſe competentem dixerunt ex communi opinione Oſaſch. *deciſ.* 116. *num.* 1. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *nu.* 327. *cum ſequentibus iuncto nu.* 361. *& ſequentibus* Guttier. *lib.* 1. Canonicar. *qq. dict. c.* 34. *num.* 42. *& ſequent.* & Farinacc. 40

quæſt.

quæst.8.num.23.ver.sublimita secundo, cum concordantibus per eosdem congestis, qui reprehendunt Covarr. *d. cap.* 35. *sub num.1. ver. verum si diligenter*, & alios contrarium sentientes.

Sed certè, pace tantorum Patrum, vel casus iste in materia, de qua agitur, dari non potest, vel hic æquivocatur in terminis: aliud est enim, ut Clericus turbetur in possessione beneficii, vel ea spolietur, qui sunt terminis quæstionis nostræ, & quæ dicitur causa beneficialis, & quasi possessorii beneficii: aliud autem est, si hujusmodi turbativa, & spolium fiat de bonis temporalibus Ecclesiarum. Unde rem ad praxim reducendo, prior casus in persona laici in
41 rerum natura dari non potest; cum enim † laicus sit omninò incapax beneficii Ecclesiastici, *cap. causam quæ de præscript.* & tradunt innumeri, quos referunt, & sequuntur Paris. *de resign. benef. lib.* 4. *cap.* 2. *à num.*1. *usque ad* 32. Gongal. *ad Reg.*8. Canc. *glos.* 2. *à num.*60. *& glos.*5. *num.*91. Garzi. *de benef. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 28. (ubi, quod si ex privilegio Apostolico laicus possideret beneficium, illud efficeretur sæculare, & laicum) utique impossibile est, ut in possessorio ejusdem beneficii Ecclesiastici, Clericum turbet, vel spoliet.

Posterior verò casus est extra sphæram materiæ nostræ; non enim tunc dici potest causa beneficiaria, sive de dominio,
42 sive de possessione bonorum agatur: Sed si † laicus turbet Ecclesiam in possessione alicujus rei, tunc ratione sacrilegii causa efficitur mixti fori, ita ut ad utrumque judicem Ecclesia recurrere posset, provt sibi magis expedire viderit, ut est text. *in cap. cum sit generale, & in cap. conquestus extra de foro compet.* quæ jura procedunt, etiam si quis non invadat, nec rapiat; sed quomodolibet opprimat, & sua possessione uti pacificè non sinat, ut benè per Lapum *in alleg.* 65. *per totam*, ac etiam *in allegat.* 59. 64. *&* 72. quem sequitur Menoch. *de retinend. rem.* 3. *num.* 361. *cum seqq.*

43 Si † etiam eisdem bonis Ecclesiam, vel pium locum spoliaverit laicus, delictum pariter erit mixti fori; quia hujusmodi invasor, sive usurpator rationæ personæ subest Judici suo, ratione rei incidit in majorem excommunicationem latam per *Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 11. *de reform.* ac proin-
44 dè etiam Judex Ecclesiasticus procedit, † quod etiam ad Religiosorum conservatores trahi advertit; Salsedo *in pract. crim. can. cap.* 3. *in addit. ver. & nota.* ubi quod sic judicatum fuit.

45 Igitur † secundum hos terminos intelligendi sunt Doctores à me supra relati *num.* 40. provt ita eos intelligit Garzi. post hæc scripta visus *in tract. de benefic. par.* 1. *cap.* 2. *numer.* 59. ubi eandem reddit rationem, nempe, quod istud non dicitur possessorium beneficiale, & est de mente Afflict. *decis.* 24. *sub num.* 9.

Si verò agatur de possessorio quasi spirituali, tunc quia actor probare debet saltem titulum coloratum, utique ad solum Judicem Ecclesiæ spectat, juxta supra tradita: & ita procedit sententia Covarr. *in d. cap.* 35. *num.* 1. *ver. verum.* & Monet. *de decim. cap.* 8. *quæst.* 1. *sub nu.* 13. *ver. tamen id verum* & Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *quæst.* 1. (quem sequitur Garzi. *ubi supra num.* 59.) & aliorum; & hoc pacto præfati Doctores ad concordiam redigi possunt.

46 Ex † quibus patet, sustineri minimè posse sententiam Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 142. ubi post Pappon. *lib. Arrest. tit.* 1. *arrest.* 1. *&* 2. & Greg. *syntagmat. iur.* 1. *p.* 4. quos refert, inquit Judicium possessorium super vener. Sanctorum reliquiis, vertens inter Ecclesias vel Universitates, vel inter possessores, & spoliatos, vel inter plures, quorum unusquisque asserit, se veras habere reliquias, ad Judicem sæcularem pertinere: quin imò, præterquam quod ut plurimum hujusmodi controversiæ vertuntur inter Ecclesiasticas personas, quæ non sunt de laicorum Judicum jurisdictione, in his Judiciis necessariò deducendus est titulus coloratus, ut aliqualiter cognoscatur, an illæ, de quibus agitur sint veræ reliquiæ, quod cognitioni Episcopi reservatum est per *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 1. *de Innoc. & venerat. & Reliquiis Sanctorum.*

47 Tertiò † amplia supra firmatam regulam, etiam si curia Principis laici esset mixta ex Clericis, & laicis, cum enim cujusque rei origo inspicienda sit: utique licet Curia sit mixta, habet tamen originem, & Jurisdictionem à Principe seculari, qui dictorum spiritualium est incapax, ob quam rationem ita concludunt; Rebuff. *in tract. de decim. quæst.* 10. *num.* 36. Germon. *de Sacror. Immun. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 86. *& seq.* Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæst.* 2. Monet. *de decim. cap.* 8. *quæst.* 2. *numer.* 4. qui secus dicunt in curia Summi Pontificis, & sic si prædicta curia non dependeret à Principe laico, nec Jurisdictio in illo radicaretur, utique ratione unius Clerici possent, & cæteri Collegæ super hu-
jusmodi causa judicare, † provt videmus, quòd quamvis 48
hujusmodi possessoria spiritualia, vel quasi non possint in laicum compromitti, *cap. contingit extrà de arb.* ubi Doctores communiter Dec. *in cap. decernimus numer.* 196. *extra de iudic.* quidquid secus senserit, & malè Guid. Pap. *decis.* 69. *num.* 2. Sed in illis laicus arbitrator duntaxat esse possit, ut ibi per Dec. *numer.* 5. & de utroque Farinacc. *cum per eum congestis quæst.* 2. *num.* 24. Camil. *de Curt. in comprehens. iur. feudal. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 71. Moneta *cum relatis de decim. d. cap.* 8. *par.* 1. *num.* 22. Carol. de Graff. *de effect. cleric. effectu* 1. *num.* 409. Nihilominus † laicus una cum Clerico 49
utique potest esse arbiter, quia trahitur, & non trahit, neque isto casu ab alio laico Iurisdictionem sumit *capit. per tuas extra de arb.* Felyn. *in cap.* 2. *num.* 8. *de iudic.* Marsil. *singul.* 180. Covarr. *pract. qq. cap.* 34. *sub numer.* 1. Farinac. *sub d. num.* 24.

Ad † hanc regulam sic ampliatam Menoch. post alios, 50
quos congerit *in tract. retinend. remed.* 3. *à n.*13. *usque ad nu.* 360. tres affert declarationes: prima, ut ea non procedat, quando Iudex laicus ex privilegio Pontificis Maximi posset de hujusmodi Ecclesiasticis possessoriis cognoscere: provt Christianissimus Galliarum Rex prætendit se privilegia habere. Secunda, quando Iudicis laici brachium à Iudice Ecclesiastico imploratur. † Tertia, quando Iu- 51
dex Ecclesiasticus esset negligens in administranda justitia ipsi laico turbato à Clerico, vel per vim, & incuriam censuris opprimit laicum, & Menochium simpliciter secutus est Guttier. *canonicar. qq. lib.* 1. *in sæpè citato cap.* 34. *nu.* 38. *& seqq.*

Cæterum quod attinet ad primam, ea caret omni scrupulo, quoad privilegia valida, & non revocata. Secunda ad rem pertinere non videtur: quia quando Iudex exequitur Ecclesiastici sententiam, illique brachium suum impertitur, jam non ipse procedit super dictis possessoriis, sed Ecclesiasticus requirens, cujus † est laicus merus executor, 52
cap. pastoralis §. quia vero, ver. nihilominus exequi tenentur eandem de offic. de leg. Canonistæ in cap. 3. *de malefic. Iuristæ in l. si quis latrones C. de his, qui latron. occult. no. in leg. executorum C. de execut. rei iud.* Marta *in tract. de iurisd. par.* 4. *cas.* 45. *sub num.* 15. † Tertia verò limitatio omninò sacris 53
Canonibus; ac Ecclesiasticæ libertati adversatur: ac proindè optimis rationibus latè reprobatur ab Azor. *p.* 1. *instit. Moral. lib.* 5. *cap.* 14. *quæst.* 2. *&* 7. & utrobique contrariis satisfacit, quem etiam simpliciter sequitur Moneta *de decim. cap.* 8. *quæst.* 1. *sub num.* 14. *in fine*, & pluribus hanc verissimam sententiam tuetur etiam Marta *in tract. de iurisd. par.* 4. *cap.* 146. *&* 147. & quamvis Farinac. *in quæst.* 8. *sub num.* 23. *in fin.* circa supplendam per judices laicos negligentiam Prælatorum, videatur inclinare in sententiam Menochii; tamen in novissima editione fatetur, regulariter laicum nequaquam illam supplere posse, se remittens ad ea, quæ dixit eadem quæstione sub *num.* 46. *in fin.* ubi plurimos id asserentes adducit, & benè comprobat Decian. *tom.* 1. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 83. *& seqq. iuncto num.* 109. & tradunt Doctores *in cap. qualiter de iudic. & in cap. licet ex suscepto de foro compet.* Et certè si Princeps laici judicare debent an Episcopi sint negligentes, & sub hoc clypeo spirituales causas ad sua tribunalia trahere, & quod durius est, etiam super censurarum validitate, & justitia jus dicere, jam officium Archiepiscoporum, Patriarcharum, & Primatuum super Suffraganeorum causis conquiescet, libertas, ac Immunitas Ecclesiastica exulabit, & innumera sacrorum Canonum decreta recedent ab aula, quid quid pro dicta practica honestanda secus dixerit Covarr. *pract. qq. d. cap.* 31. *num.* 3. & post alios novissimè Ceval. *in suo tract. de cognit. per viam violent.* qui ab Ecclesia Romana prohibitus fuit, quin etiam hunc casum palam est, comprehendi *sub can.* 14. *Bullæ Cœna Domini*, de quo supra *num.* 34. *& seq.* ut ex illius verbis dignoscitur.

Limitant † denique nonnulli, & quidem principaliter 54
dictam conclusionem non procedere, quando incidens articulus possessionis spiritualis, vel quasi esset meri facti, tunc siquidem aiunt causam esse mixti fori, & non solum Ecclesiasticum, sed etiam laicum judicem cognoscere, & judicare posse, & in his terminis loquuntur scriptores *in leg. Titia* 35. *ff. solut. matr.* & intelligi, ac declarari debent authori-

thoritates , & rationes ſupra pro prima opinione allatæ à num.1. ut per Alex.*in d.l. titia num.6.& ſeq. & in conſ.9. col. 1.ver.non obſtant.*Bar. *in cap.fin. num. 20. de foro compet.* benè Abb. *in cap.litteras nu.8.de iuram.calum.*Felyn.*in c.cum ſit generale num.5.eod.tit.& in cap.quanto num. 5. de iudic.* & hanc appellat communem diſtinctionem Dec. *in cap. decernimus num.* 188. *de iudic.* Bero. *conſ.* 211. *num. 6. vol.*3. ubi etiam de comm. Cravett. *conſ.* 253. *num.* 2. Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed.*3. *num.*336. *& ſeqq. & de recuper. rem.* 15. *numer.*212. Guttier. *canon. qq. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 17. *& pract. qq. lib.* 3. *quæſt.*26.*num.*2.*& in tract.de iuram.confirm.par.*1.*cap.*2. *num.* 35.Covarr.*pract.qq.d.cap.*35.*ſub nu.*2.Urſil.ad Afflict.*deciſ.*2. *num.*9.*& deciſ.*138.*nu.*1.Gratian. *diſcept.forenſ. tom.*2. *c.*238. *nu.*12.quibus addo Iaſon.*l.quoties num.6.C. de iudic.* ubi teſtatur de com. opin. Gravat. ad Veſt. qui etiam de communi *in prax.lib.*5.*cap.*1. *nu.* 6. & Villab. *in ſuis comm. opin. ver. iudex ſæcularis num.* 107. *& ſeqq.* & Farinac. plurimos congerens *q.*8. *ſub nu.*25.Suar. in Theſaur. *recep. ſentent. in ver. ſpiritualium* Turzan. *opin.* 90. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1.*num.* 403. qui plurimos congerit dicens ferè omnes ita diſtinguendo tranſire , ita etiam Vant. *de nullit. ex defectu iuriſd.ſub num.*54.pulchrè Ripa *in cap. decernimus in num.* 17. *extra de iudic.* ubi ab impugnationibus Decii hanc ſententiam defendit Belluga. in Speculo Principum *rubr. de decimis §.reſtit.num.*4.Cevall.*commu.contra com.q.*403.Ant.de Padill. *in l.* 1. *num.* 57. *circa fin. ver. quamvis C.de iur. & fact.ignor.* Brittus *poſt hæc ſcripta impreſſus in cap.*2.*par.*3. *num.*52. *& ſeq. extrà de locat. & conduct.*

Non tamen defuerunt plurimi ab hac diſtinctione recedentes , & aſſerentes, quando quamvis quæſtio facti verſetur, Nihilominus ad Eccleſiaſticum ſit remittenda , quaſi vel ſpiritualis ſit, vel ſaltem ſpirituali annexa , & in ſpecie Bald. *in l. quoties C. de iudic.& in leg. omni novatione,*ubi Aret.*num.* 3. teſtatur de comm. opin. *C. de ſacroſ.eccleſ.* Fulgoſ.*in d. leg. quoties* Imola *in d.l.Titia ff. ſolut. matrim. & in capit. cum ſit generale de foro compet.* Lap. *allegat.*55. Facchin. *controv. iur. lib.*1.*c.*44.*per totum*, Azor.*inſtit.moral.p.*1.*lib.*7.*cap.*25. *q.*5.*in fin.*Monet.*de decim.c.*8.*qu.*1.*ſub num.*14.Barboſ.*de offic.Epiſc. p.*3. *alleg.* 84. *nu.* 31. cum aliis per me adductis *in deciſione ſequenti num.*24.*&* 45.

55 Præfatæ † tamen pugnantes opiniones tripliciter fœdere diſtinctionis conciliari poſſunt, & primo ut prior ſententia procedat , quando factum eſt ab omni ſpiritualitate abſtractum , tunc enim re vera cauſa non videtur ſpiritualis , ſed mere temporalis, Afflict.*deciſ.*23. *num.*9. poſterior vero ſententia procedat, quando cum facto eſt aliqualiter admixtum jus , quia iſto caſu , ne continentia cauſæ dividatur , cognitio utriuſque debet ad Eccleſiaſticum remitti, argum. *cap. quanto de iudic.ita* Corn *in conſ.* 227. *uum.6. lib.*3. Baldus *in l. Titia* 35.*poſt medium ff.ſolut. matrim.* & ibi Imola *num.* 3. & Barboſa,& latius *num.*28.ubi egregiè probat, hunc eſse caſum textus *in c. ſi Iudex laicus extr. de ſentent. excommunication.* eandem diſtinctionem ſecuti ſunt *apoſtill. ad Bart. in l. omni novatione,in verbo ego dico verſ.adverte tamen C.de ſacroſanc. Eccl.* Gratian. *diſcept.forenſ. tom.*2.*cap.*238.*num.* 14.Farinac. *pluribus relatis q.* 8.*ſub num.* 25. *v. limita principaliter.* & in his terminis procedit , quod dicebat Dec. *in cap. decernimus* , *num.* 136. *de iudic.* quæſtionem facti neceſsariam habere admixturam , & juris quæſtionem , & ratione mixturæ totum Judicium ad Eccleſiaſticum devolui. Dixi infra *deciſ.* 17.*num.*14.

56 Secundò † concilia dictas opiniones , ut prior affirmativa procedat antequam Iudex Eccleſiaſticus inhibeat , & ſic ſi quæſtio etiam meri facti ſuper poſſeſſorio Eccleſiaſtico incidat coram laico , eatenus poſſit is de illa cognoſcere , quatenus nulla emanaverit inhibitio , at ſi antequam incipiat cognoſcere ſuper illa facti quæſtione , is cujus intereſt Iudicem adeat Eccleſiaſticum , ab eoque petat , ut illius quæſtionis , etiam meri facti cognitionem aſsumat , laicumque judicem inhibeat, utique hujuſmodi emanata inhibitione , Iudex ſæcularis ſupercedere tenetur , donec per Eccleſiaſticum dictus articulus terminetur , & ita procedere poteſt dicta poſterior opinio juxta traditionem Gerardi de Petra Sancta *in ſingul.* 96. ubi hanc appellat bonam practicam , & cautelam , ſecundum quam judicatum fuiſse teſtatur . Sequitur Farinacc. *in tit. de inquiſ. quæſt.* 8.*ſub num.* 25. *ver. ſublimita ſecundo,*ubi citat eundem Gerard. *in ſingul.* 99. & dicit illum allegare Baldum , Butrium , & alios, ſed in meo Codice , ut dicebam Gerard. hoc tradit *in ſingul.* 96. nec citat præfatos Doctores , eſt verum , quod idem tenuit Butrius *in cap. litteras num.* 14. *extr. de Iuram. calum.* & Covarr. *in epitom. de ſponſal.*2.*par.cap.*8.§.12.*num.*3.*&* 4.Guttier.3.*par.ad leges Regni quæſt.*26.*col.*2.Gratian.*diſcept.forenſ. tom.*1.*cap.*138. *num.* 15. Gravat. *ad Veſtr. in prax. lib.*5. *cap.*1.*ſub num.*6.Ambroſ. *de Vignate in cap. ſalubri iter nu.*125.*de uſur.* quibus addo Monetam *de decim.cap.*8.*quæſt.*1.*ſub num.*14. ubi plurimos refert, quamvis Petr. Barboſ. *in d.l. Titia ſub numer.* 38.*ff.ſolut. matrim.* ſubtiliter hanc cautelam impugnare conetur , ab illa tamen non putarem in praxi recedendum , tum quia communiter recipitur , tum etiam quia , ut dixi , cum hujuſmodi diſtinctione pugnantes Doctorum opiniones ad concordiam redigantur . Ad quod vide , quæ dixit *in deciſ. ſequent. nnm.* 25.

Tertiò denique conciliari poſsunt, † ut Iudex laicus pro- 57
cedere valeat in facto incidenti cauſæ ſpirituali ; ſi illa vel non eſt meré ſpiritualis , vel aliquo modo cadere poteſt in laicis : ut putà matrimonii , uſurarum , periurii , & ſimilium . In cauſis autem merè ſpiritualibus , puta hæreſis, ſimoniæ excommunicationis , vel in iis , quæ nullo modo in laicis cadere poſsunt , putà electionis , ordinis , & hujuſmodi , vel ubi Clericus eſt reus , nec quidem ſuper quæſtione meri facti ſæcularis cognoſcere poteſt , ſed illam ad Eccleſiaſticum remittere tenetur , ut benè per Arnald. Albert. *in tract. de agnoſc. aſſer. catholic. & hæred. quæſt.* 25. *num.*54. *& ſeq.* quem ſequitur Farinac. *de inquiſ. quæſt.* 8.*ſub num.* 25. *in fin.* ubi contendit ita ſenſiſse etiam Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 211. mihi autem *num.* 212. Idemque ante eos firmat Dec. *in cap. decernimus num.* 190. *extr. de iud.* poſt Petr. de Anchar. & Alex. quos citat, & hæc ſac. diſtinct.confunduntur ea , quæ nimis audacter in materia excommunicationis tradit Ceval. *in tract.de cognit.per viam violent.gloſſ. 6.num.*129.*cum multis ſeqq.*

Tunc † verò dicitur quæſtio juris , quando partes ſunt 58
concordes circa factum ; & dubitant duntaxat circa jus , utrum factum illud legitimè intervenerit , Cyn. *in l.arethuſa num.6. ff. de ſtatu homin.* Bald.*conſil.*175.*in fin.lib.*3.Barboſ. *in d.l.Titia ſub num.*23. *in fin.*

Quæſtio verò facti dicitur, quando partes ſunt concordes circa jus , & tantum dubitatur circa factum , an ſcilicet aliquid factum extiterit , necne Bart. *in d. l. titia num.* 8. *ff. ſolut. matrimon.* & ibi Barboſ. *ſub num.* 24. Caſtren. *in conſil.* 109.*num.*2.*lib.*2.

ARGUMENTUM.

Iudex laicus an , & quando cogere poſſit conjuges ad ſimul habitandum , & quando cauſa ad Eccleſiaſticum ſit remittenda .

Poſſeſſorium matrimoniale , an , & quando ſit mixti fori , & examinatur deciſio Theſauri 117.

Inhibitionis , ſeu notificationi extrajudiciali Iudicis Eccleſiaſtici an ſit à Iudice laico parendum .

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſorii ſpiritualis etiam matrimonialis cognitio coram Iudice laico tractari poteſt , & nu.* 7.
Contrarium eſt verius num. 22. Præſertim ſi eſt quæſtio juris num. 27.
Et an quæſtio ſpiritualis facti ſit mixti fori , num. 8. & 24. & 25.

2 *Matrimoniali ex contractu oritur cohabitatio , & vinculum perpetuum , quo uterque eſt alligatus .*

3 *Coniuges ad ſimul cohabitandum , uterque Iudex cogere poteſt .*
Contrarium verius num.9.cum pluribus ſeqq. Niſi quæſtio in mero facto conſiſtat num.24. & ſeqq.

4 *Poſſeſſorium matrimoniale habet admixtam cauſam proprietatis .*
Ideo Iudex Eccleſiaſticus adeundus , qui ſæculari inhibet , num. 6.

5 *In Matrimonio non datur reſtitutio , niſi conſtito de legitimo conſenſu .*

6 *Poſſeſſorii matrimonialis cognitor eſt Eccleſiaſticus , qui iudici laico inhibet .*

7 Theſaurus deciſ. 117. *refellitur .*

8 *Quæſtio poſſeſſorii matrimonialis meri facti an ad laicum iudicem ſpectet .*

9 *Epiſcopus ſolus cauſas matrimoniales cognoſcit.*

10 *Alimenta , & ſumptus litis præſtat vir uxori petenti ſe reſti-*

restituì ad possessionem matrimonialium obsequiorum, & thori.

11 *Coniuges propria authoritate ab invicem divertentes sunt excommunicandi.*

12 *Divortium, & thori separatio de iure civili permittebatur.*

13 *Censuras infligere laicus nequit.*

14 *Ecclesiasticum delictum dicitur, quod per censuras Ecclesiasticas prohibetur.*

15 *Iudex laicus in delicto merè Ecclesiastico se intromittere nequit.*

16 *Mixti fori est causa, quoties persona Rei est laica, & pœna duntaxat à Iure Canonico imposita.*

17 *Si tamen pœna Iudici laico potest adptari.*

18 *Mixta causa, quæ dicatur, & quæ mixti fori, & quæ sit utriusque naturali.*

19 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

20 *Secus si pluribus æquè convenire possunt.*

21 *Ex qualitate adiecta cognoscitur, quid in dispositione veniat.*

22 *Iudex laicus incompetens est in possessorio matrimoniali.*

23 *Matrimonium quatenus est contractus civilis, an sit separabile à sacramento.*

24 *Iudex laicus an possit cogere coniuges ad simul habitandum, & num. seq.*

25 *Inhibitione ab Ecclesiastico transmissa, iudex laicus etiam à quæstione meri facti possessorii matrimonialis abstinet.*

26 *Postquam coniux thori separationem allegavit, sæcularis procedere nequit.*

27 *Iudex laicus incapax est quæstionis iuris in possessorio matrimoniali.*

28 *Sævitia per coniugem allegata ad effectum separationis thori, causa remittitur ad Ecclesiasticum.*

29 *Adulterium est mixti fori si agitur criminaliter, & est solius fori Ecclesiastici, si agitur ad separationem thori.*

30 *Separationis pœna est canonica: ideo causa est Ecclesiastica.*

31 *Separatio, seu absentia uxoris propria authoritate facta, an sit iusta, toleranda, spectat ad iudicium Ecclesiæ.*

32 *Inhibitio ab Ecclesiastico minus canonicè facta, non est attendenda, nec actus inducit nullitatem.*
Contrarium in praxi servatur num. 37.

33 *Orto articulo spirituali, ex sola partis protestatione, absque Ecclesiastici Iudicis inhibitione, processus iudicis laici redditur nullus.*

34 *Citatio non requiritur ubi citatus contradicere non potest.*

35 *Inhibitio datur ab Ecclesiastico ad laicum iudicem absque partis citatione.*

36 *Et sufficit præceptum missum parti, ne coram laico procedat.*

37 *Iudex laicus attendere debet inhibitionem Ecclesiastici, etiam minus canonicè factam.*

38 *Vicarius sive iudicialiter inhibeat, sive extraiudicialiter notificet Iudici laico, illi obtemperandum est, & num. seq.*

39 *Separatione thori à coniuge coram Ecclesiastico allegata, si is extraiudicialiter notificet iudici laico, debet ille statim supersedere in causa coram eo vertente.*

DECISIO IX.

DOminus Gubernator Parmæ ad instantiam D. Sfortiæ de Sfortiis Ducis Fiani præceptum transmisit D. Ducissæ ejus conjugi, tunc in Monasterio Præservatarum dictæ Civitatis in habitu sæculari de licentia Sanctissimi degenti, quatenus infra tres dies, rediisse deberet ad cohabitandum cum prædicto ejus viro, eumque ad possessionem, vel quasi thori maritalis, obsequiorumque matrimonialium redintegrasse sub pena scutorum decem millium aureorum. Habito per dictam D. Ducissam recursu ad me tunc Vicarium Parmensem, eo quod parata esset coram me deducere, se ob viri sævitiam ad eum non posse reverti, significavi Domino Gubernatori, ut à dictæ causæ cognitione abstineret, illamque uti ad Ecclesiasticum forum spectantem mihi remitteret.

Quæ quidem remissio facienda nequaquam videbatur ex doctrina Thesauri decidentis in terminis casum nostrum *in decis.* 117. *per totam*, qui unico movetur medio † nempe causam possessorii spiritualis etiam matrimonialis coram Iudice laico tractari posse, secundum ea, quæ ipse latius deduxerat in *decis.* 82. ad quod allegat Anch. *in c. ea, quæ num.* 11. *sub* 4. *quæst. de reg. iur. in* 6. 1

Quam etiam opinionem in possessorio matrimoniali tenet Valasc. *consult. seu dec.* 93. *sub num.* 5. Borell. *in summa decisionum tom.* 1. *tit.* 43. *de foro comp. numer.* 104. ubi ad hoc citat Renat. Choppin. *in sacra Polit. forensi lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 14. & Io. de Selua *de benef. parte* 1. *quæst.* 7. *num.* 12. quibus addo Franch. Marc. *decis.* 511. *par.* 2. & Mart. *in tract. de iurisd. p.* 2. *c.* 8. *nu.* 38. ubi subdit, quod propterea si sæcularis prævenit, Ecclesiasticus non debet inhibere.

Secundò, & melius pro eadem Thesauri sententia facit, † quod cum ex conjugali contractu duo præcipuè oriantur, scilicet, conjugum cohabitatio, & vinculum ipsum, quo uterque ad mortem usque alligatus est, ut advertit Covar. *in epit. sponsal. & matrim. par.* 2. *cap.* 7. *initio num.* 1. tamet si posterius, ideſt vinculum prorsus ad Ecclesiæ forum pertineat, at prius videtur esse mixti fori, † ita ut ubi non de substantia matrimonii, sed agitur de cogendo conjuges ad factum, & sic ad simul cohabitandum, non Ecclesiasticus solus, sed & sæcularis Iudex cognoscere valeat: ut clarè sentit glos. *in c. non est extr. de sponsal. in verb. uxores*, ibi, *per officium iudiciis, vel Episcopi loci*, quam ibi simpliciter sequuntur Anton. de Butr. *num.* 11. Abb. *num.* 6. Præpositus. *numer.* 9. Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. qui filii sint legitimi* §. *unic. littera G. ver. præiudicialem* idem Butr. *in c. illud num.* 10. *de præsumptionibus* Covarr. *dict. cap.* 7. *initio num.* 3. Burſatt. *consil.* 209. *in fine volum.* 2. Valasch. *dict. consult.* 93. *sub num.* 5. Mazienzo *lib.* 5. *recup. tit.* 1. *rubr. gloss.* 1. *numer.* 92. Zerula *in praxi par.* 1. *verb. matrimonium*, §. 16. *in fin.* Piasec. *in prax. Episcop.* 1. *par. cap.* 24. *sub num.* 25. *ver. & quemadmodum* Sanchez *in tract. de matrim. lib.* 9. *disput.* 4. *numer.* 71. ubi rationem reddit: quia nimirum licet quatenus Matrimonium est sacramentum sit res spiritualis, & fori Ecclesiastici: at qua ratione est quidam civilis contractus, potest etiam Iudex sæcularis conjuges ad mutuam fidem servandam compellere. 2 3

Pro contraria sententia facit primò, quia † possessorium matrimoniale habet admixtam causam proprietatis Card. *in cap. ex parte num.* 4. & Bellam. *numer.* 12. *de restit. spoliat.* Anchar. *in cap. ex transmissa in fin. eodem tit. in verb. possessio, & quasi iuris matrimonialis* Ripa *in leg. naturaliter* §. *nihil communem sub num.* 83. *ff. de acquir. possess.* Gregor. XV. *in decis.* 351. *num.* 41. repetita *inter decis. recentior. decis.* 147. *nu.* 38. *par.* 1. 4

In † matrimonio enim quando vir petit per uxorem se restitui ad possessionem obsequiorum matrimonialium, & è contra, non datur restitutio, nisi constito de legitimo consensu text. *in dict. cap. ex transmissa ubi gloss. in verbo legitimo* Ioann. And. *numer.* 5. Anton. de Butr. *numer.* 10. Abb. *sub numer.* 5. *ver. contra quod extr. de restitut. spol. dict. cap. ex parte, eodem tit.* & Butr. *in summario* Bellam. *num.* 12. *qui numer.* 3. rationem reddit, quia nimirum non potest in persona libera haberi quasi possessio hujus servitutis conjugalis, nisi ex legitimo consensu, refert, & sequitur Gregor. XV. *d. decis.* 351. *num.* 40. 5

Cum igitur hujusmodi possessorium admixtam habeat causam spiritualitatis, necessariò † Iudex Ecclesiasticus est adeundus *cap.* 1. *in fin. de caus. poss. & prop. l. nulli. C. de Iudic.* Menoch. (qui ait, non obstare in contrarium adducta per Igneum) *de recup. poss. remed.* 15. *num.* 219. Guttier. *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 34. *sub numer.* 29. Marta *in tract. de Iurisdict. par.* 2. *capit.* 39. *num.* 26. quibus addo Anton. de Butr. *in cap. litteras sub numer.* 14. *de iuram. calumn.* ubi id extendit, etiam si agatur de quæstione facti, & Bero. *in rubr. extr. de Iudic. num.* 56. 6

Quod si de facto adeatur Iudex sæcularis, posse illi ab Ecclesiastico Iudice inhiberi, ne in ejusmodi causa procedat, in terminis nostris tradunt Ang. de Ubald. *inter consil. matrim. diverſ. conſ.* 44. *num.* 57. *& 60. lib.* 1. & Plotus *ibid. in consil.* 87. *num.* 15.

Sensit Thesaurus vim argumenti hujus: ad quod evitandum dupliciter, sed quidem inefficaciter respondet: primò † in quolibet possessorio rei Ecclesiasticæ Iudicem laicum esse competentem, ad latè tradita per Igneum *in leg. necessarios* §. *non alias par.* 1. *à num.* 2. ad Syllan. cujus opinionem communem appellat, sed ut latè deduxi in præcedenti de- 7

ciſione, (omninò videnda) falſa eſt Ignei opinio , præſertim ubi adeſt ſpiritualitatis mixtura . Secundò reſpondet Theſaurus , opinionem noſtram procedere, quando Iudex ſæcularis cognoſcere vellet principaliter, ſecus ſi gaudenter, quo c a.u , air , Doctores uno ore tenere, poſſe laicum Iudicem de poſſeſſorio ſpirituali cognoſcere . Cæterum & hęc reſponſio falſa eſt , ut patet ex deductis per me in eadem prę-
8 cedenti deciſione num. 27. & num. 30. & † DD. quos tacitis nominibus Theſaurus citat , loquuntur in quæſtione facti ab omni ſpiritualitate ſeparata incidenti , ut advertit Covarr. *in epit. ſponſal. par. 2. cap.* 8. §. 12. *num.* 3. ubi nihilominus tenet etiam iſto caſu, nempe quando quæſtio poſſeſſorii matrimonialis etiam meri facti incidit, poſſe Eccleſiaſticum Iudicem inhibere laico, ne ulterius procedat, de quo tamen dicam *infra num.* 24.

Præterea tam in Theſauri, quàm in noſtra facti ſpecie reſtitutio uxoris petebatur principaliter, non autem hujuſmodi quæſtio incidebat in alia cauſa coram civi Iudice agitata; & ſic dicta ejus reſponſio potius retorquetur, & noſtrum argumentum in ſuo robore remanet.

9 Secundò † facit, quia Epiſcopus habet intentionem fundatam ut privativè quo ad alios , cauſas matrimoniales cognoſcat , tam de jure communi *cap. tuam de ord. cognit. cap. accedentibus de exceſſ. prælat. quàm ex Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *can.* 12. *de reform. matr. & c.* 20. *ad hæc , eadem ſeſſ. de reform.* Nec diſtinguitur de cauſa poſſeſſoria , vel petitoria ; ergo neque nos diſtinguere debemus: ſic arguit in effectu Dec. *in cap. quanto num.* 6. *& ſeq. de Iudic.*

Rurſus cauſa , in qua conjux petit ſe reſtitui ad poſſeſſio-
10 nem conjugalem, dicitur cauſa † matrimonialis, itaut maritus qui non tenetur præſtare ſumptus litis uxori litiganti niſi in cauſa matrimoniali , iſto caſu quando uxor petit ſe reſtitui ad maritalem poſſeſſionem , utique illas præſtare tenetur , ut poſt Hoſtien. *in ſumm. tit. qui matrim. accuſ. poſſ. ſub rub. ſi mulier petat in virum.* & Io. Andr. *in cap. primo de do. po. diverſ. reſt. firmat* Polenton. *inter conſ. matrim. diverſ. conſ.* 55. *per totum* , ergo Iudex ſæcularis non poteſt in ea ſe ingerere. *cap.* 2. *de Iudic.*

11 Tertiò, præter ſcribentes facit, † quia ſi vir ab uxore, vel uxor divertit à viro , excommunicationis mucrone cogi debet ad revertendum , conjugemque ſpoliatum reintegrandum , tex. *in cap. litteras , in fin. de ſenten. excomm. & in cap. porrò de divort. cum ſimilibus* & advertunt Abbas *in dict. cap. litteras num.* 29. & ibi cæteri Præpoſ. *in cap.* 1. *num.* 6. & ibi Alexand. *de Nevo num.* 16. *de ſponſ.* Covar. *in epit. de ſponſal. & matrim. par. 2. cap.* 7. *in princ. num.* 1. Cuccus *lib.* 5. *inſtit. maior. tit.* 11. *num.* 126. Dec. *in l.* 2. *num.* 74. *ver. tertio fallit. de regul. iur.* Sanchez, qui alios refert *de matrim. l.* 9. *diſput.* 4. *num.* 6.

12 Ex quo igitur † Iudex ſæcularis pænam hujuſmodi infligere nequit , ſequitur illum eſſe hujuſmodi judicii prorſus incapacem ; & eo maximè , quia de jure civili nulla reperitur pœna inflicta conjugi ſine judicio Eccleſiæ à conjuge divertenti , ſed ſicut de illo jure ſervatis ſervandis permiſſum erat divortium , *tot tit. ff. de divort. & ff. & C. de repud.* quod poſtea reſtrictum fuit ad certas cauſas enumeratas *in* §. *quia plurimas cum duobus ſequentibus in Auth. ut matri & avia*, ſic & multò magis Thori ſeparatio etiam propria authoritate facta permittebatur , nec in toto corpore juris civilis , ni fallor , reperitur , quod Iudex revocandi uxorem honeſtè viventem ad mariti domum jus haberet ; tantummodò ſi uxor extra viri domum in loco ſuſpecto pernoctaſſet , poterat vir ei mittere libellum repudii , ſicut è converſo , ſi vir ſeorſum ab uxore cum alia muliere habitare convincebatur , poſt binam monitionem , uxor poterat ei conſimile libellum mittere , ut de utroque habetur *in dict.* §. *quia vero plu-*
13 *rimos* . Et † ſic nullo caſu datur Iudici authoritas revocandi abſentem conjugem ad alterius cohabitationem : hanc tamen authoritatem habet Eccleſiaſticus Iudex à jure Canonico , & quidem per cenſuras Eccleſiaſticas , & ſic tali pœna , quæ à laico infligi non poteſt Calder. *conſ.* 9. *de iudic.* & patet ex regulas textus *in cap. decernimus de Iudic.* juncta generalitate *cap.* 1. *& c. cum ab Eccleſiarum Prælatis de offic. ord.* latè Suar. *de cenſur. diſp.* 4. *ſect.* 3. *nu.* 8. Brittus poſt hæc ſcripta impreſsus *c.* 2. *p.* 3. *ſub nu.* 53. *de locat. & conduct.*

14 Cum † itaque per jus Canonicum hujuſmodi ſeparatio propria auctoritate facta per cenſuras Eccleſiaſticas prohibeatur , ſequitur articulum iſtum eſſe Eccleſiaſticum , juxta magiſtralem doctrinam Abb. *in c. cum ſit num.* 9. *de foro compet. & in cap. excommunicationi in fin. de raptor.* quam communiter eſſe receptam teſtatur Petrus Barboſa *in leg. titia* 35. *ſub num.* 50. *ff. ſolut. matrim.* † & ſucceſſivè Iudex laicus in 15 eo ſe intromittere non poteſt *cap.* 2. *extr. de Iudic. cap. ſi iudex laicus de ſent. excomm. in* 6. *c. ut inquiſitionis* §. *perhibemus , de hæred. in* 6. *cum ſimilibus .*

Quamvis † enim pro regula tradi conſueverit, quòd ubi 16 perſona eſt ſæcularis , & pœna duntaxat à jure Canonico impoſita , cauſa ſit mixti fori , & uterque Iudex procedere poſſit, Eccleſiaſticus reſpectu pœnæ, laicus reſpectu perſonæ ſibi ſubditæ Soccin. *conſ.* 219. *Præſupponitur in facto ſub num.* 7. *ver. confirmatur. lib.* 4. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *c.* 25. *nu.* 64. & dicam infra num. 18.

Ea tamen ita demum procedit , † ſi pœna impoſita ada- 17 ptari poteſt Iudici laico , ſecus ſi pœna eſt ſpiritualis, ut in caſu noſtro, *d. c.* 2. *extra de Iudic. cum concordant.*

Et ſic hujuſmodi cauſa nec mixta eſt , nec mixti fori , (qui duo termini incautè ab aliquibus † confunduntur) 18 mixta enim dicitur cauſa quando aliquid utroque jure prohibitum eſt , juxta tradita per Cyn. & Bald. *in auth. Clericus , qui C. de Epiſc. & Cler.* & notant omnes *in cap. cum ſit generale , de foro competen.* Socc. *d. conſ.* 119. *Præſupponitur in facto , nu.* 7. *vol.* 4. Decian. *tom.* 1. *tract. crim. l.* 4. *d. cap.* 25. *nu.* 63. & cauſæ mixtæ, ea eſt natura, ut Eccleſiaſticus cognoſcat adverſus Eccleſiaſticos , & laicus contra laicos , ſecundum communem opinionem, de qua Navar. *in cap. novit.* 6. *not ab. num.* 43. *de Iudic.*

Mixti verò fori eſt , quando perſona eſt ſæcularis, & pœna impoſita à jure canonico : tunc enim uterque Iudex adverſus laicus procedere poteſt , & locus eſt præventioni , *c. cum ſit generale de foro compet. ubi DD. cum ſimilibus* Barboſ. *in d. l. Titia numer.* 51. *ff. ſolut. matrim.* Soc. & Decian. *locis ſupracitatis* . Non itaque cauſa hæc eſt mixta , quia à ſolo jure canonico in hujuſmodi temerariam ſeparationem animadvertitur ; non etiam mixti fori , quia pœna ab ipſo jure Canonico inflicta , non poteſt per ſæcularem exerceri : ergo merè Eccleſiaſtica . † Talia enim ſunt ſubiecta , qualia 19 prædicata demonſtrant. Oldra. *conſil.* 60. Iaſ. *in l. ſtipulatio* §. *hi qui num.* 1. *ff. de verb. oblig.* Soc. *conſ.* 3. *num.* 4. *vol.* 4. Neviz. *conſ.* 94. *num.* 4. Bello. *conſ.* 49. *nu.* 3. Cravett. *conſ. pro genero nu.* 433. Natta *conſ.* 460. *nu.* 15. *& ſeq. & conſ.* 520. *num.* 4. Roland. *conſil.* 82. *nu.* 51. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 34. *nu.* 40. *& conſ.* 45. *nu.* 25. *& conſ.* 135. *num.* 13. *volum.* 1.

Dummodo † tamen prædicata uni ſoli ſubiecto conve- 20 niant , ut in caſu noſtro . Nam ſi pluribus æquè convenire poſſent utique prędicata per ſe ſolum ad ſubiectum non inferrent , ut per eundem Sur. poſt alios *dict. conſ.* 135. *nu.* 18. *lib.* 1.

Et † ex qualitate adiecta cognoſcitur , quid' in diſpoſi- 21 tione veniat Bart. *in l.* 4. §. *quoties , ff. de damn. infect.* Felyn. *in cap. nonnulli num.* 102. *&* 104. *de reſcript.* Cephal. *conſ.* 149. *nu.* 14. Surd. *conſil.* 45. *num.* 26.

Quartò , † quia plurimi ſcribentes affirmant hujuſmodi 22 poſſeſſoria matrimonialia ad Eccleſiaſticum Iudicem eſſe remittenda , & ſignanter Afflict. *in conſtitut. Sicil. lib.* 8. *rubr.* 48. *num.* 6. 7. *&* 8. Covarr. *pract. qq. cap.* 35. *ſub num.* 2. *ver. verum , & in epit. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *numer.* 3. Ang. de Ubald. *inter conſ. matrim. diverſ. conſ.* 44. *num.* 57. *&* 60. *lib.* 1. Plotus *in conſil.* 87. *numer.* 15. *eod. lib.* 1. *diverſ.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. allegat.* 84. *num.* 34. Vinc. de Franch. *deciſ.* 36. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 361. *lib.* 1. latè Bero. *in Rubr. extr. de iudic. numer.* 51. *& ſeqq.* & poſt hæc ſcripta , ita tenuit Rota *in Ravennatenſi emphyteuſis* 28. *Maii* 1631. *coram R. P. D. Merlino* , & generaliter de omnibus poſſeſſoriis Eccleſiaſticis tradunt Doctores per me congeſti in ſuperiori deciſione *numer.* 17. Quibus ſic poſitis, non videntur refragari ea , quæ pro contraria parte adduximus: quia unicum Theſauri fundamentum , tum ex prædictis , tum ex latè deductis in præcedenti deciſione remanet eliſum.

Ad † rationem Sanchez dicentis, quod qua ratione ma- 23 trimonium eſt ſacramentum , hujuſmodi poſſeſſorium eſt ſpirituale , at qua ratione eſt contractus civilis , ſpectare poteſt , & ad laicum Iudicem: reſpondeat ipſemet Sanchez *eodem tract. de matrim. lib.* 2. *diſp.* 10. *numer.* 6. ubi defendit inſeparabilem eſſe contractum matrimonii ab eſſe ſacramenti , itavt hæc duo inſeparabiliter conjuncta mutuò ſeſe ponant , ac deſtruant , ut ibi per eum, & hæc quidem eſt vera ſententia , & Romæ approbata , quicquid ſecus ſenſerit Rebell. *de oblig. iuſtit.* 1. *par. lib.* 2. *quæſt.* 5. & Bonacc. *tom. de Matrim. quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 4. Si ergo non datur con-

tra-

tractus matrimonii inter Catholicos à parte rei ſeparatus à forma ſacramentali, nec poteſt eſſe contractus, nec valere, ut contractus, quin etiam ſit ſacramentum, ſequitur ut nec Judex laicus cognoſcere valeat de contractu, quin cognitio verſetur etiam ſuper eſſe ſacramenti, quod à parte rei ſeparabile eſt ab iſto contractu, & quod ſub Judicis laici juriſdictione cadere haudquaquam poteſt.

Et ſic ut vides, hæc ſententia melioribus fulcitur rationibus, & proculdubio verior eſt, & propterea generaliter non ſolent Judices laici ſe intromittere in hujuſmodi reſtitutione adverſus conjugem, qui à conjuge divertit.

24 Quidam tamen † quaſi fœdere diſtinctionis eaſdem ſententias conciliantes; priorem admittunt in caſu, quo vertitur duntaxat quæſtio ſuper facto, & vir petit præcipi uxori, ut ad ſe revertatur: tunc enim, aiunt, judicem procedere poſſe, donec vel aliquid à partibus opponatur, quod ſpiritualitatem ſapiat, vel ab Eccleſiaſtico judice inhibeatur, quaſi quod quæſtio poſſeſſorii matrimonialis ab omni ſpiritualitate ſeparata, & in ſolo facto conſiſtens, cognoſci poſſit à Judice laico, qui ſpectando duntaxat quod ſecundum jus naturalem, & politicum conjux cum conjuge cohabitare tenetur, ad juſtitiam, & pacem domeſticam, ac publicum civitatis bonum, valeat eum, qui privata authoritate ab altero ſine juſta cauſa divertit, cogere ad redeundum, ut poſt antiquiores tradunt Afflict. *deciſ.* 219. *num.* 5. & plurimi, quos refert Urſil. ad eundem Afflict. *deciſ.* 138. *num.* 1. Anton. Franch. de Doctoribus *inter conſil. matrimon. diverſ. in conſ.* 68. *num.* 27. *lib.* 1. Cravett. *conſil.* 253. *ſub num.* 3. Capic. atteſtans de communi opinione *deciſ.* 7. *numer.* 2. cum aliis congeſtis per Menoch. *conſil.* 366. *num.* 11. *& conſil.* 367. *num.* 14. *volum.* 4. pulchrè Petr. Barboſ. *in l. Titia* 35. *ſub num.* 36. *ff. ſolut. matrim.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſput at.* 54. *numer.* 4. In quo tamen articulo Covarr. *in epit. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 3. magis propendet in contrariam ſententiam, ut nempè neque in quæſtione facti poſſit laicus judicare, quam latè defendit Bolognet. *in leg.* 2. *numer.* 42. *& ſeq. ff. de iuriſdict. omn. iudic. eamque* ante illos tenuit Anton. de Butr. *in cap. litteras, ſub num.* 8. *extra de Iuram. calumn.*

25 Quæ quidem † Covarr. ſententia ſine ſcrupulo procedit, poſt tranſmiſſam ab Eccleſiaſtico inhibitionem, in quo utriuſque ſententiæ ſectatores conveniunt, ſecundum ea,
26 quæ dixi in ſuperiori *deciſ. num.* 56. Vel † & multò magis poſtquam conjux allegavit cauſam abſentiæ eſſe talem, ex qua thorum ſeparari prætendat: tunc enim non vertitur am-
27 plius quæſtio facti, ſed ſuboritur quæſtio juris, † quo caſu ſæcularis efficitur incapax, ſecundum comm. de qua Capic. *dict. deciſ.* 7. *num.* 2. Afflict. *dict. deciſ.* 219. *numer.* 5. Urſil. *cum relat. dict. deciſ.* 138. *num.* 1. & intrant rationes, & authoritates ſcriptorum pro hac parte ſupra adduct. *numer.* 4. &
28 latiùs *in præcedenti deciſione à numer.* 5. & † in individuo, quòd ſi deducatur ſævitia ad effectum ſeparationis thori, cauſa ſit ad Eccleſiaſticum remittenda. Practic. Papien. & add. *ad eam in form. declinan. iur. ver. nec fuiſſe iudicem competentem Vincent. de Franch. deciſ.* 244. *in princ. numer.* 7. *& deciſ.* 512.

29 Sicuti † videmus in ſimili, quod quamvis adulterium, quando criminaliter agitur citra pœnam ſanguinis, ſit mixti fori, ſitque locus præventioni: ſi tamen agitur civiliter ad effectum ſeparationis thori, tunc cauſa remittenda eſt ad Eccleſiaſticum, quia is ſolus eſt competens, ut de utroque habetur per Conrad. *in pract. rubr. de adult. numer.* 6. Covarr. *de com. in epit. de ſponſal. & matrim. part.* 2. *capit.* 7. §. 6. *num.* 8. pulchrè Barboſ. *in leg.* 2. *in princ. p.* 1. *numer.* 139. *in fin. & numer.* 140. *ff. ſolut. matrim.* pulchriùs Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8. *num.* 15. *& ſeq.* cum aliis quos congerit, & ſequitur Farinac. *de delict. carn. quæſt.* 141. *num.* 47. quibus addo Decian. *tom.* 1. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 26. *ſub num.* 7. *ver. tertia ſit concluſio.* ubi ad hoc citat tex. *in cap. tuæ de procur.* &
30 teſtatur ſic omnes tradere nemine excepto: † & rationem reddit poſt alios, nempe, quia pœna ſeparationis eſt pœna canonica, & quæ videtur impedire Sacramentum matrimonii, ſeu illius effectum: unde iſta cauſa ſeparationis eſt ſpiritualis, & ſolius fori Eccleſiaſtici *capit. accedentibus de exceſſ. prælat.* ubi notant Doctores Rota *in Romana ſeparationis Thori* 2. *Decembris* 1615. *coram Lugdunen. poſt hæc ſcripta impreſſ. deciſione* 98. *numer.* 1. *part.* 3. *in recenciori-bus.*

31 Et † in puncto, quod an iſta abſentia, ſeu ſeparatio uxoris propria authoritate facta ſit juſta, & toleranda, vel illa ſit ad revertendum cogenda, reſervatur judicio Eccleſiæ,

& determinationis Judicis Eccleſiaſtici eſt tex. *cap. porro*, ubi Butr. *in* 1. *not. de divort. gloſ. in c. littera in ver. divertit. de reſt. ſpol.* Navar. *in c. divortium num.* 4. *diſt.* 1. Hier. Gabr. *conſ.* 161. *nu.* 8. *lib.* 1. Greg. XV. *dec.* 294. *nu.* 1.

Nulla igitur ratione poterat Gubernator poſt meam notificatione ulterius urgere eandem D. Duciſſam ad revertendum cum viro.

Nec refragatur, † quod mea inhibitio uti extrajudicia- 32
lis, & abſque partis citatione attendenda non eſſet ex Feder. de Senen. *in conſ.* 300. *num.* 1. ubi inquit, Judicem ſæcularem non debere ceſſare facta inhibitione ab Epiſcopo, niſi illa ſit canonicè facta, nec talis dicitur, niſi cauſa coram Eccleſiaſtico pendeat; nec ea pendere dicitur, niſi citatione ſecuta *clement.* 2. *ut lit. pend.* & ſic dicit intelligendum eſſe tex. *in c. tuam. de ord. cognit.* idemque tenuit Alexandr. *conſ.* 91. *lib.* 2. *& conſ.* 9. *in princ. l.* 4. *& in l. titia in fin. ff. ſolut. matrim.* ubi teſtatur de magis communi opinione, de qua etiam Dec. *conſ.* 460. *dub.* 2. Ubi, quod inhibitio contra jus facta non inducit nullitatem actus contra illam geſti, quamvis ab ea non fuerit appellatum Bero. *conſil.* 86. *num.* 22. *lib.* 3. & de communi teſtatur etiam Nicell. *de concordant. gloſ. concor.* 52. *in* 8. *fallent.* Van. *de nulli.* tex. *defectu Iuriſdict. ord. num.* 55.

Nam † omiſſo, quòd ex ſola partis oppoſitione, abſque 33
ulla Eccleſiaſtici Judicis intimatione proceſſus coram D. Gubernatore reddebatur nullus Butr. *in capit. tuam, de ord. cognit. & Genuen. in Prax. Archiep. Neap. cap.* 95. *ſub numer.* 1. quaſi ſuſpenſio fiat à lege, *arg. cap. exhibita extr. de Iudic.* ad quod Abb. *in dict. cap. tuam numer.* 11. citat Feder. de Sen. *conſ.* 98. *&* 128. *mihi conſ.* 126. *in quæſtione* (licet Abbas ibidem num. 12. teneat proceſſum quidem validum eſſe, ſed ſententiam nullam, uti latam contra ordinem judicialem)
† omiſſo etiam quòd non requiritur citatio, ubi citatus 34
non poteſt actui faciendo contradicere, *arg. l. qui poteſt*, ubi Cagnol. *de regul. iur.* Maccabrun. *conſil.* 23. *num.* 67. Anton. Gabr. *in commun. concluſionibus tit. de citat. concluſ.* 1. *numer.* 348. Ioſ. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 17. *numer.* 11. & tradidit Joann. And. *in capit.* 2. *numer.* 2. *de nov. oper. nunc.* Natt. *conſil.* 113. *num.* 1. Surd. *conſil.* 1. *numer.* 94. Menoch. *de arbitr. Iud. quæſt.* 17. *num.* 15. ubi plurimos congerit, & quod † Judex Ec- 35
cleſiaſticus inhibet laico abſque cauſæ cognitione, & partis citatione, ubi incidit coram laico quæſtio ſpiritualis, tradit Abbas *in dicto capit. tuam numer.* 11. *de ord. cognit.* ubi citat Lapum *allegat.* 61. quæ in meo Codice eſt *allegat.* 60. *num.* 7. ubi Mand. *in addit.* alios refert, quibus adde Lancellottum, cum per eum adductis *in tract. de attent. par.* 2. *c.* 20. *quæſt.* 4. *numer.* 60. *& ſeq.* & Rota *deciſ.* 315. *part.* 2. *diverſor.* cum aliis per me adductis in *deciſ. præced. numer.* 56. Præſer- 36
tim ubi peccatum immineret, ob periculum animæ Soccin. *in cap. propoſuiſti num.* 111. *extr. de foro compet.* Anton. Gabr. *tit. de citation. concluſ.* 1. *num.* 78. Lanc. *loco citato, numer.* 220. Mandoſ. *in tract. de inhibit. cap.* 18. *num.* 7. *ver. ſimiliter.* Alexandr. *conſ.* 69. *num.* 3. *vol.* 7. & in his terminis loquitur Abb. *d. num.* 11. ubi diſtinguendo procedit. Et † quod ſufficit præ- 37
cipere parti, ne coram laico judice procedat abſque alia inhibitione, idem Feder. de Sen. *conſil.* 236. Omiſſis inquam iis, ac aliis; ſufficit pro nunc dicere præfatam Federici ac ſequacium doctrinam, de qua ſupra *num.* 32. in praxi non recipi, provt de contraria Curiæ Archiepiſcopalis Bononię obſervantia teſtatur Imol. *in dicto capit. tuam, & in leg.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic.* quem refert Alexand. *in dict. leg. titia in final.* verbis ac Nicell. *loco ſuperius citato*, provt Vantius ubi ſupra, fatetur communem opinionem malè in praxi ſervari.

Quinimmo † quando agitur cum Magiſtratum ſupremo, 38
non ſolet inhibitio ob illius honorem fieri: quamvis ſit in facultate Vicarii illam facere, vel omittere, ut benè per Genuen. *in prax. Archiep. Neapolit. cap.* 95. *numer.* 1. *&* 2. & ſic extrajudicialem notificationem ſolent Magiſtratus laici loco Judicialis inhibitionis revereri, ut etiam feciſſe Concil. Neapol. patet ex *deciſ. Capic.* 7. *in fin.* juncto principio.

Et quod † plus, eſt idem Feder. Senen. in his præciſis ter- 39
minis ſeparationis thori hoc idem docuit *conſil.* 236. *ſub num.* 3. *ver. ob quam cauſam*, ubi conſuluit ſufficere ſolam notificationem, vel intimationem Vicarii de quæſtione præjudiciali ad Curiam Eccleſiaſticam delata, abſque alia inhibitione, eoque non relato, idem firmat Angel. de Ubald. *inter conſ. matrim. diverſor. tom.* 1. *conſ.* 44. *numer.* 60. *& ſeq.* Ubi inquit ſufficere notificationem, quia efficacia eſt non

tam in inhibitione, quam in articulo præjudiciali, ſubdens id apertè colligi ex *cap. tuam de ord. cognit. & ex cap. lator, qui filii ſint legit.* hoc enim caſu, ut ipſe ſubdit, Vicarius nihil de novo inducit, ſed quod erat à jure præceptum, indicat & denunciat, ſicut in ſimili dicitur in *cap. venerabilem de electio. & in leg. naturalem §. cum quis, & leg. hæredes palam, §. ſed ſi notam ff. de teſtam.* & non eſſe neceſſarias litteras monitoriales, niſi quando ipſe Judex ſecularis eſſet, negligens, vel rebellis in remittendo. art. poſt eundem Feder. de Sen. tradit Gemin. *in cap. ſi Iudex laicus §. fin. num. 9.* & ibi Franch. *ſub nu. 6. de ſenten. excommunicationis num. 6.*

Ego itaque ex urbanitate, & reverentia Sereniſſimis D. Ducis Parmæ, non miſeram D. Gubernatori inhibitionem formalem, paratus tamen mittere, ubi illa mea abuſus fuiſſet modeſtia, quod tamen haud fecit, quamvis aliqualiter reſtiterit; Nam tandem, & ab ulteriori proceſſu abſtinuit, & D. Dux Sfortia cauſam coram me introduxit, quam poſtea proſequutus non fuit.

ARGUMENTUM.

Statuta laicorum mandantia ſolemnitates in Inſtrumentis, vel ultimis voluntatibus ſervari; an & quando comprehendant inſtrumenta cum Clericis, vel piis locis celebrata; eorumve teſtamenta, vel inſtitutiones. Materia dilucidatur; innumeriique Doctores ad concordiam rediguntur.

SUMMARIUM.

1 *Statuta laicalia ex honeſta cauſa condita, an clericos, & eccleſias comprehendant.*
2 *Forenſes litigantur ſtatuto, formâ contractibus præſcribente.*
3 *Clerici contractus cum laico celebratus ſub eſt ſtatuto formam præſcribenti* & ſub num. 4.
4 *Subditus non poteſt ſpreta lege ſui ſuperioris contrahere cum non ſubdito.*
5 *Contractus claudicare non poteſt.*
6 *Formæ admiſſio annullat actum.*
7 *Statutum de inſinuandis teſtamentis non comprehendit ea, in quibus Clericus eſt inſtitutus hæres.*
8 *Statutum de inſinuandis teſtamentis, non comprehendit teſtamenta forenſium.*
9 *Inſinuationis forma à quo adimplenda in contractibus & teſtamentis.*
10 *Statutum de inſinuandis teſtamentis, & donationibus, an Clerici teſtamentum, & donationem comprehendat.*
11 *Inſinuatio adhiberi poteſt ex intervallo, & manu alterius notarii.*
12 *Statutum prohibens bona in non ſubditos alienari, Clericos non comprehendit.*
13 *Statuta laicorum an ligent Clericos quo ad quærenda.*
14 *Solemnitas à ſtatuto requiſita ſi difficilè impletur non ligat laicos cum clericis contrahentes.*
15 *Statutum inducens actus nullitatem, an & quando dicatur pœnale.*
16 *Inſinuanda an ſit donatio ad favorem Eccleſiæ facta; & quid ſi in Clericum collata.*
17 *Statutum indirectè Eccleſiæ prærogativas auferens, eſt contra Eccleſiaſticam libertatem.*
18 *Inſinuandus, an ſit contractus cum pio loco geſtus.*
19 *Statutum dans formam ſi loquitur in perſonam, non comprehendit contractus cum Clerico geſtos.*
20 *Statutum mixtim de forma, & de perſona diſponens, non includit Clericos.*
21 *Statutum arctativum, non comprehendit contractus cum Clericis geſtos.*
22 *Statutum arctativum, clericis commodum afferens, illos non comprehendit.*
23 *Statutum diſponens circa ordinaria Iudicii, ligat etiam Clericis,* & num. ſeqq. & quid ſi ſit arctativum nu. 26.
24 *Ordinatoria iudicii quæ dicantur, & quæ deciſoria.*
25 *Statutum ordinatoria reſpiciens, perſonas litigantium non tangit.*
26 *Ius Canonicum conſentit, ut Clerici in foro ſæculari litigantes, illius ordinem ſervent.*
27 *Statutum de cauſis compromittendis, reſpicit ordinatoria Iudicii.*
28 *Statutum de cauſis compromittendis, non comprehendit Clericos.*
29 *Princeps in Clericos iuriſdictionem ſibi non vendicat, ſed eis magis obedire debet.*
30 *Statutum denegans audientiam non ſubdito ſi deiuſſionem non præſtanti, non comprehendit Clericos.*
31 *Statutum faciens de clericis expreſſam mentionem, eſt nullum etiam ſi contractus formam reſpiciat.*
32 *Statutum faciens de Clericis mentionem, quid diſſet ab alio ſtatuto in quo expreſſè non nominatur.*
33 *Statutum faciens de Clericis mentionem, etiam favorabile eſt nullum.*
34 *Leges* Codicis ſub tit. de ſacroſanc. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. ſunt nullæ.
35 *Statutum faciens de Clericis mentionem, ſi reſolvitur in vim conſilii, vel privilegii, tenet.*
36 *Statutum conceptum verbis aptis comprehendere Clericos, an & quando eos favorabili includione includat.*
37 Marta de Juriſd. par. 4. caſ. 52. numer. 12. & Duar. in Bullam Cœnæ l. 2. cap. 15. q. 17. num. 23. *declarantur.*
38 Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 28. & 52. de conſtitut. *reiicitur.*
39 Durandus dicta quæſt. 17. num. 22. *corrigitur.*
40 *Epiſcopus non poteſt approbare ſtatutum Laicale, ita ut Clericos comprehendat.*
41 *Clerici etiam de licentia Epiſcopi nequeunt in Iudicem Laicum conſentire.*
42 *Forum ſortiri & ſtatutis ligari à pari procedunt.*
43 *Cautela pro Epiſcopis volentibus Clericos Laicalia ſervare ſtatuta.*

DECISIO X.

IMpugnabat quidam contractum à ſe cum ſodalitate Sanctiſſimi Roſarii celebratum, ob defectum inſinuationis à ſtatuto ſub nullitatis pœna requiſitæ. Quamvis enim admitteret † regulariter Statuta Laicalia, etiam honeſta, & 1
bona, ac ex honeſta, & rationabili cauſa condita, ſacriſque Canonibus non contraria, nec per ſe Eccleſiis præjudicialia, non comprehendere pia loca, nec perſonas Eccleſiaſticas; quicquid ſecus, & malè ſenſerit Bart. *in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. & fid. cathol.* cum ſuis aſſeclis; inter quos Covarr. raro Eccleſiaſticæ libertati favens *in regula poſſeſſ. 2. par. §. 4. de regul. iur. in ſexto*, quorum ſententia confunditur ex text. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cum ſimilibus*, & reprobatur paſſim à *Scribentibus*, communi calculo hujuſmodi concluſionem firmantibus, ut per Abb. *in cap. quod Clericis, num.* 36. ubi etiam Imola *de foro competent.* idem Panorm. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 4. de conſtitut.* & ibi Felyn. *num.* 81, 89. & 95. Dec. *numer.* 54. cæterique communiter præſertim Barbatia, qui copioſiſſimè quatuor columnas, Bartoli juribus, & rationibus ad nauſeam uſque ſatisfacit Bald. *in dict. leg. cunctos populos colum.* 16. & Salyc. *in auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Soccin. jun. *in leg. filius familias §. divi. numer.* 168. & ibi Crot. *num.* 80. & Ruin. *num. 92. ff. de legat. primo* Jaſ. *in l. quominus num.* 36. *in quæſt.* 25. ubi de magis communi teſtatur *ff. de flumin.* Alexandr. etiam de communi *in conſil.* 210. *numer. 6. in fin. volum.* 2. Cald. *conſil.* 11. *de conſ. Surd.* cum per eum congeſtis *conſil.* 301. *num.* 14. *lib.* 3. ſubdens *num.* 18. *in fin.* id ſaluo pudore negari non poſſe, & *in conſil. 2. numer.* 33. *ver. & contra lib.* 1. ubi communem dicit, & *in conſil.* 560. *numer.* 11. *volum.* 4. *& in deciſ.* 20. Menoch. *conſil.* 136. *numer.* 24. *vol.* 2. ubi contraria refellit; rectius ſentiens quam in *conſil.* 800. *volum.* 8. quod ergo in *Deciſ.* 12. totum proſternere conatus ſum. Lupus *in tract. de libert. Eccleſ. quæſt. 2. lib.* 3. ubi inquit, ita obſervatum, declaratumque per multos ſæculares Imperatores fuiſſe Carpan. *ad ſtatu Mediolan. in prælud. numer.* 574. Leon. *in Theſau. fori Eccleſ. par. 4. cap.* 1. *numer.* 108. Bellett. *diſquiſ. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcul.* §. 1. *num.* 2. Carol. de Graff. *effect. 2. Cler. numer.* 42. quibus addendi ſunt Tiraq. *de retract. Lign.* §. 1. *gloſſ.* 13. *numer. 2. & ſeqq.* Ruin. *conſil. 24. ſub numer. 16. lib. 2.* latiſſimè Soccin. *conſil.* 56. *decreto volum.* 1. ubi quod ſecus judicare eſſet contra conſcientiam Vivius cum per eum latè congeſtis in *deciſ.* 326. *num.* 3. *lib.* 2. ubi de comm. quorum plerique loquuntur etiam in ſtatuto condito pro bono publico, ac etiam quoad bona patrimonialia Clericorum de quo latè differui in *dec.* 10. *ſecunda*. Rota *in Bonien. Succeſſionis de Ianis 9. Decembris* 1654. *coram Bichio Anton. de Marin. quotid. reſol. cap.* 31. *num.* 4 Poſth. me hic citato *reſol.* 128. *num.* 17. *eadem Rota coram Octobono deciſ.* 149. *& in Spuletana bonor.* 3. *Aprilis*

1646.

1646. *coram Emin. Corrado*, ubi pluris copiosissimè congerit *in Eugubina hæreditatis* 2. *Junii* 1651. *coram Bichio*, & *in Tudertina successionis* 1652. *coram Meltio*, ubi etiam me citato, quam regiſtravit Marc. Anton. Sabellus *var. resol. cap.* 34. *sub num.* 7. & *seqq.* in decisione dicitur non obstare, quod illud statutum fuerat à Papa confirmatum tanquam in forma specifica, quia in eo non fuerat facta Mentio Clericorum, aut personarum Ecclesiasticarum; undè mirum est, quod Cala *in opus. de contraband. Clericor. contra me scribens num.* 51. dixerit communissimam opinionem esse in contrarium.

Dicebat tamen dictam conclusionem non sibi locum vendicare quoties, ut in terminis nostris, agitur de statuto concernente actus solemnitatem, tempore contractus adhi-
2 bendam; † quod quidem quemadmodum comprehendit contractus à forensibus in loco statuti gestos juxta doctrinam Bart. *in leg.* 1. *num.* 13. & 14. *C. de summ. Trinit. & fid. cathol.* quem omnes communiter sequuntur, testibus Iaſ. ibi & Purpur. *numer.* 98. & post plurimos quos congerit tradit Lamberteng. *de contract. mulier glos.* 2. *numer.* 26. & *seqq.* Anton. Gabr. *in tit. de consuet. conclus.* 2. *numer.* 4. Surd. *consil.* 257. *num.* 1. & 3. Caputaq. *decis.* 206. & 215. *par.* 3. Cæſ. de Graſſ. *decis.* 2. *numer.* 16. *de donat.* Rota *decis.* 153. *numer.* 5.
3 *par.* 1. & *decis.* 218. *nu.* 5. & *sequent. par.* 2. *in recentior.* † sic etiam comprehendit contractus à Laicis cum Clericis vel Ecclesia celebratos, non quod Clericos ipsos, vel gesta per eos comprehendat, sed quod Laicis suis subditis formam præscribat, & extra eam illos ad contrahendum inhabilitet, ut benè per Feder. *de sen. conſ.* 85. & Surd. *consil.* 2. *numer.* 4.
4 † Itavt nec possit subditus contrahere cum non subdito spreta lege sui superioris *ad leg. nemo potest de leg. primo*, & contrahendo de facto peccet quidem *cap.* 2. *extr. de major. & obed. cap. requisiti de Testament.* Et nulla oriatur obligatio, resistente illi statuto ac Laici consensum inhabilitante *leg. cum lex ff. de fideiuss.* notatur *in capit. cum contingat de Iureiuran.*
5 ac proinde † cum contractus claudicare nequeat *l. labeo* §. *contractum ff. de verb. sign.* idcirco non potest Clericus non subditus simili informi contractu juvari, & ita in terminis nostris tenent Abb. *in repet. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer.* 43. *cum duobus seqq.* Dec. egregiè *numer.* 55. & *seq.* cæterique omnes *extra de constitut.* Feder. *de sen. dict. consil.* 85. *statuto Civitatis Perusiæ* Paul. de Castr. *consil.* 159. *in præsenti causa in fin.* Alexandr. *conſ.* 93. & 206. *lib.* 2. Tiraquel. *de legibus connubus glos.* 8. *numer.* 168. *cum duobus seqq.* Marant. *in disputat.* 8. *numer.* 33. 38. & 48. Malvag. *consil.* 3. *numer.* 25. Carol. de Graſſ. *effect.* 2. *Cleric. numer.* 191. Surd. *dict. consil.* 2. *numer.* 8. & 41. *lib.* 1. & *decis.* 26. *numer.* 15. Lamberteg. *de contract. Mulier* §. *finis numer.* 136. & *sequentibus*, ubi plurimos congerit Seraph. *de privileg. Iurament. privileg.* 77. *num.* 26. pulchrè Corn. *consil.* 64. *numer* 5. *volum.* 3. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. numer.* 599. & *in cap.* 445. *num.* 5. *par.* 1. Barbat. *conſ.* 65. *num.* 5. *lib.* 4. quem refert, & sequitur Neviz. *conſ.* 39. *num.* 15. Picus *ad statut. Urbis glos.* 7. *numer.* 81. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 5.
6 Ex † omissione itaque formæ à statuto inductæ per unum ex contrahentibus, scilicet per Laicum, actus redditur ipso jure nullus *c. cum dilecta ante fin. cum glos. in verbo irritum*, & ibi Felyn. *sub num.* 6. *de rescript.* Bald. *in l. ordo numer.* 7. *ff. de execut. rei iud.* Olasch. *decis.* 165. *num.* 16. Surd. cum relatis *decis.* 144. *num.* 17. & *decis.* 265. *numer.* 8. Decius atteſtans de communi *in conſ.* 532. *num.* 3. Rol. *dec.* 72. *nu.* 10. *par.* 2. *diverſ.* ubi dicitur certissimi juris esse ex omissione formæ, actum reddi nullum.

Cui fundamento non obstabat auctoritas Alexandri cum per eum relatis *in consil.* 209. *numer.* 1. & *seqq. volum.* 2. concludentis ex magis communi opinione statutum de in-
7 sinuandi † testamentis non sibi locum vendicare in testamento Laici, in quo Clericus est institutus hæres,
8 provt † dicitur etiam in testamentis forensium eo loci testantium, communem sententiam de qua testis est Alciat. *in leg.* 1. *numer.* 24. *C. de summ. Trinit. & fid. Catthol.* Socc. jun. *conſ.* 95. *numer.* 4. *volum.* 2. Anton. Gabr. *conclus.* 4. *tit. de testament.* & Mantic. *de coniect. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14.

Quoniam in hac materia non valet argumentum de te-
9 stamento ad contractum. Testamenti † namque insinuatio, personam respicit hæredis, à quo illa facienda est; qui si non est subditus, non potest à statuto ligari, ut post alios observat Marta *de iurisdict. par.* 4. *caſ.* 28. *numer.* 11. &

caſ. 62. *num.* 8. & *seqq.* at in contractu, puta donationis, auctoritas insinuationis interponitur ab agente actum Bellamer. *decis.* 6. *de foro competent.* sequitur Rota *decis.* 7. *num.* 5. *de Iudic. in nov.* Ideſt agenti actum non recipienti hoc casu auctoritas impartitur inquit ibi Papazzol. *in additionibus*.

Quo † fit, ut quamvis nonnulli adstruat de jure testa- 10
mentum Clerici in quo Laicus institutus est, non posse Jurisdictioni statuentium subiici, ac proinde (statuto non obstante) non esse insinuandum ut per Gabr. *de donat. concl.* 1. *nu.* 29. ubi plurimos adducit, & Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *cap.* 15. *quæst.* 19. ubi ad hoc adducit Butrium *in d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, quidam tamen secus senserit: quia insinuatio non percutit personam testatoris, sed Laici hæredis, qui cum sit statuentibus, subditus, utique privari potuit hæreditate si formam ab illis præscriptam omiserit; quemadmodum privaretur si testatoris necem non vindicaret juxta *l. in cognit.* cum similibus *ff. ad Sillanian.* ita Baldus *in auth. cassa numer.* 6. & ibi Fulgos. *C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. quod Cler. numer.* 29. *de foro compet.* Felyn. *in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub num.* 83. *in fin. de Constit.* Mart. *disp.* 8. *num.* 50. præsertim, cum insinuatio sit, quid separatum ab ipso actu & ex intervallo possit adhiberi *l. fin.* §. *simili modo C. de donat. ante nup.* Abb. *in conſ.* 4. *num.* 49. Rota *decis.* 385. *nu.* 5. *p.* 2. *in recent.* & manu alterius notarii Canar. *in tract. de insinuat. par.* 1. *num.* 49. Rota *loco cit.* & dixi *in dec.* 46. *num.* 17. sed re vera ego non discederem à priori Butrii & sequacium sententia; quia alias in effectu testamentum Clerici subiiceretur jurisdictioni statuentium; & hæreditas contra ejus voluntatem, ob insinuationis defectum, auferretur ab hærede, quem ipse elegit, & deferretur cæteris agnatis, fortasse ubi invisis, & sic nec testamentum Laici, in quo Clericus est institutus subiicitur dicto statuto; quia Clericus hæres ligaretur, nec tabulæ Clerici in quibus Laicus institutus est; quia Clericus testator sua frustraretur ultima voluntate, & hanc sententiam tenuit Rot. apud Puteum *decis. num.* 33. *num.* 3. *lib.* 3. quæ de communi testatur, & penès Duran. *decis.* 91. *num.* 12. & *decis.* 121. *num.* 37. 38. & 40. Posth. me hic citato *d. resol.* 128. *nu.* 27.

Quod à fortiori, & citra ullam hæsitationem dicendum est si in Clerici testamento, alter Clericus est institutus, ut per Bald. Abb. Felyn. & Marant. *mox citatos*, & in donatione à Clerico ad favorem Clerici facta tradit Butrius *in dict. capit. quod Clericis col.* 8. *citra fin.* & *in conſ.* 45. *incip. statuto Civitatis Parmæ* Felyn. ubi supra *num.* 94. Maran. *d. lib.* 8. *numer.* 51. Afflict. *decis.* 2. *num.* 25. Vivius *decis.* 49. *num.* 3. Scaccia de magis communi in *tract. de iudiciis par.* 1. *cap.* 11. *num.* 28. & 30. Honded. *conſ.* 3. *num.* 2. *lib.* 1. Farinacc. cum per eum congestis *quæst.* 8. *num.* 21. qui pariter de magis comm. Nulla enim tunc vel ratione personarum, vel ratione rei adaptari potest statuentium jurisdictio.

Minus videbatur eidem fundamento obstare vera, & communis conclusio per argumentum à simili inducta, quæ habet statutum † prohibens bona stabilia in forenses, vel 11
in non subditos alienari, non afficere alienationes in Clericos forenses, ut per Joan. Andr. *in cap. fin. de Immunit. Eccl. in sexto*, Abb. *in cap. a nobis num.* 5. *de sent. excomm.* Bart. *in leg. filius familias* §. *div. numer.* 12. *de legat.* 1. & ibi Ang. Imol. Alexand. *num.* 11. & Iaſ. *in prima lectura numer.* 72. & *seqq.* & *in secunda lectura numer.* 107. & *seqq.* atteſtans hujusmodi sententiam communiter approbari reprobata opinione, Baldi Signor. & Federici Senensis ac sequacium secus sentientium durumque esse ab hac tam in consulendo, quam in judicando recedere. Eandem sententiam ibidem sequuntur Crot. *in repet. numer.* 88. Ferd. Loaz. *numer.* 82. & 107. Socc. jun. *num.* 16. & *seqq.* Ripa *n.* 8. & *seqq.* idem Crotus *conſ.* 370. *numer.* 13. & *seqq.* Corn. *conſ.* 145. *numer.* 4. *lib.* 4. Alexandr. *conſ.* 211. *num.* 3. *lib.* 2. Mandel. *conſ.* 8. *nu.* 9. Marant. *disp.* 8. *numer.* 12. ubi de communi latissimè Rimin. jun. *consil.* 15. *numer.* 85. & 86. 89. & *seqq. lib.* 1. ubi plurimos congerit, communem profitetur, omnibusque contrariis satisfacit; communem fatetur ab eaque non recedendum dicit etiam Socc. jun. *in conſ.* 76. *num.* 30. *vol.* 3. Honded. cum per eum relatis *consil.* 3. *num.* 22. *lib.* 1. Gaill. concordantes adducens *observat.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. plurimos congerit Carol. de Graſſ. *effect. Cleric.* 2. *numer.* 340. & post plurimos quos adducit, magis communem asserit Surd. *in consil.* 2. *numer.* 34. Navarr. etiam de communi in *consil.* 4. *in fin. lib.* 1. hæc quidem verissima est, quicquid secus visus sit sentire Vulpel. *in tract. de libert. Eccles. par.* 2. *numer.* 2. & Tiraquel.

plurimos hinc , inde adducens de Uſu.§.1.*gloſ.* 13.*numer.* 5. *& de primogen.q.*39.*& de legibus Connubus gloſſ.ult.quæſt.*17. cum aliis per me latè congeſtis *infra deciſ.* 12. *numer.* 54. *& ſeq.* quo loci dixi hanc ſententiam probari in *capit. fin. de Immun. Eccleſ. in ſexto* , ubi annullatur ſtatutum , quo Laici prohibentur vendere Clericis ; ibique inquit, Gemin.quem ſequuntur omnes , hujuſmodi prohibitionem nullius eſſe momenti , ſive directè , ſive indirectè fiat , utpotè contra Eccleſiaſticam libertatem , quę reſtringitur ubicumque Laici nequeunt liberè cum Clericis negociari.Idque verum eſt ſive ſtatutum prohibeat in ſpecie , ſive in genere ad text. *in cap. cum in generali* , *de reg.iur.in ſexto* , Alexand. *conſ.*210. *nu.* 14. *vol.* 2. Salyc. *in Auth. caſſa num.* 14. *C. de Sacroſanc. Eccleſ.* cum aliis relatis per Martam *de Iuriſ. par.* 4. *caſ.* 4. & Duard. *in Bullam Cœnæ lib.*2.*can.*15.*quæſt.*17.*num.*21.*& dixi infra num.*.....

12 Unde † obiter notandum eſt ſubſtineri non poſſe , quod dicitur ſtatuta Laicorum ligare Clericos quo ad quærenda licet non quo ad quæſita ; cujus ſententiæ fuit Decianus *in tract.crim.lib.*2. *cap.*35. *num.*4. adducens Baldum *in rubric. de conſtit.col.*2. *& conſ.*9. *inter conſ.* Anchar.Andr.Sicul. & Dec. *in conſ.*524. *num.*3. quod etiam tenuit Gaill. *obſer.* 32. *num.* 7. *lib.*2.Bellet.alios referens *Diſqu.Cleric.tit. de exempt. cleric. à ſtatu Laic.*§.4.*num.*26.

Non inquam præfata concluſio pugnabat cum allato fundamento , quandoquidem inter unum caſum , & alterum , maximum intercedit diſcrimen : ubi enim ſtatutum ſimpliciter prohibet contractum, utique Clericis eſſet oneroſum ſi illos compræhenderet ; at verò ubi non ſimpliciter , ſed ſub certa forma , vel qualitate reprobat contractum , non dicitur Clericis oneroſum , cum forma illa facili negotio poſſit per laicum impleri ; cui propterea non licet ſpreta lege ſui ſuperioris contrahere, ut ſupra dicebamus.

13 Unde † ſequitur , quod ſi ſolemnitas à ſtatuto requiſita , non ſine magna difficultate impleri poſſet , diceretur indirectè clericis oneroſa , & ideo laicos cum ipſis contrahentes non ligaret , ut benè per Felyn. *in c. Eccleſia S. Mariæ nu.* 85. *& ſeqq. de conſtit.* & ibi Dec.*num.*175.Mart.*de iuriſd.par.* 4.*cap.*62.*num.*21.Duard. *in Bullam Cœnæ lib.*2. *can.*15. *quæſt.* 19.*num.*128.

Non rurſus obſtare videbatur quod ſtatutum mandans inſinuationem , vel aliàs ſolemnitates ſub nullitatis pœna ſervari , dicatur pœnale , ac proinde actus cum Clericis geſtos non compræhendere . Quia reſponderi poterat , tunc
14 ſtatutum † inducens actus nullitatem dici pœnale quando id diſponit in odium perſonæ , actum contra legis prohibitionem efficientis ; ſecus ubi reddit actum nullum propter defectum formæ , ut contingit in ſimilibus ſtatutis certam formam , & ſolemnitatem in contractibus , & teſtamentis inducentibus : illa enim nec perſonam lædunt, nec minuunt patrimonium , ſed duntaxat jus quærendi abſque illa forma excludunt , ac proinde non poſſunt dici pœnalia juxta magiſtralem diſtinctionem de qua Card. Mantic. *in deciſ.* 300. *per totam* .

Cum itaque ſtatutum inducens formam vel ſolemnitatem, afficiat contractus etiam à laicis cum perſonis Eccleſiaſticis celebratum , dicebatur donationem ad præfatæ ſodalitatis favorem factam ob defectum inſinuationis à ſtatuto requiſitæ , nullitatis vitio ſubiacere .

Cæterum quicquid ſit de dicta concluſione generaliter ſumpta , quæ non tranſit ſine difficultate , ea tamen non eſt perpetuò vera , ſed plurimas recepit reſtrictiones , quarum nonnullæ in hac facti ſpecie concurrunt .

Primò itaque advertendum eſt pleroſque Doctores illam tenentes , non loqui de contractibus cum Eccleſia geſtis , ſed cum clericis , & ſic extra noſtram quæſtionem ; non quod Eccleſia , & clericus in materia exemptionis judicen-
15 tur ad imparia , ſed † quod inter eos in his terminis diverſa conſideretur ratio . Cum enim inſinuatio requiratur à ſtatuto ad fraudes vitandas ; arbitrati ſunt contractum cum Clerico quamvis præſumptivè bono , contemplatione propriæ perſonæ celebratum , poſſe abſque inſinuatione ſubiacere fraudibus : quod quidem non eſt dicendum in donatione Eccleſiæ , vel clerico ejuſdem Eccleſiæ intuitu facta ; tunc enim quemadmodum non eſt neceſſaria inſinuatio à lege requiſita , utpotè injucta ad evitandas fraudes , quæ ab Eccleſia præſumuntur alienæ , ut per hanc , & alias rationes firmant Specul. *in tit. de Inſtrum. edit.* §. *porrò in fin.* & ibi Joan. Andr. *in addit.* Bart. *in l. illud C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Roman. *in leg. Modeſtinus ff. de donat.* Hoſtienſ. Jo. Andr. & Butr. *in cap. fin. de fid. inſtrum.* cum aliis relatis per Felyn. *in cap.Eccleſ.S.Mariæ num.*82.*de conſtit.*Anton.Gabr. poſt alios ; quos plena manu cumulat de communi atteſtans *in tit. de donat. concl.*1.*num.*28.Matheſil. *ſing.*169. ubi latè addentes , Calcan. *conſ.*7.*per totum* Duenn. *reg.* 124. *lim.* 6. *Clar. in* §. *donatio quæſt.*17.*num.*1.Canar. *in tract. de Inſinuat. quæſt.*8.*numer.*9.Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.*324. *nu.* 76. Rota *deciſ.*458 *num.* 6. *part.* 2. *in recentior.* quæ pariter de communi teſtatur, provt etiam Theſaurus *in quæſt. forenſibus lib.*2.*quæſt.*8.*num.*9.

Sic pariter nec inſinuatio , vel alia ſimilis ſolemnitas à ſtatuto requiſita exigitur Cravett. *conſil.* 160. *num.* 1. *Sola in Antiqu.decret.tit. de donat.min. gloſ.* 2. *par.*1. *in fine* Theſaur. *loco citato*, ubi inquit, quod ſi hoc verum eſt in inſinuatione, à lege requiſita , fortius obtinebit in ſolemnitate à ſtatuto introducta . Et confirmari poteſt : tùm quod ſtatutum interpretatur ſecundum jus commune , tùm etiam quod cum Eccleſia habet hujuſmodi prærogativam , ut donationes in ea collatæ inſinuatione à lege requiſita, non indigeant, certè ſi ſtatutum † eaſdem donationes compræhenderet , eſſet 16
contra libertatem Eccleſiaſticam , tanquam indirectè contra Eccleſiæ privilegia , & prærogativas veniens, Innoc.*in cap.noverit num.*1.*& 2. de ſent. excomm.* ubi etiam Ant. Butr. *numer.* 9. & Abb. *num.* 2. Dec. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.*9. *de conſtit.* Lap. *allegat.* 92. *nu.* 1. *& ſeqq.* Bellett. *diſqu. cleric.tit. de exempt. cleric.à ſtatut. ſæcul.* §.1. *num.* 9. ubi concordantes congerit.

Quod † autem dictum eſt, de donatione in Eccleſia col- 17
lata , profecto ob rationis identitatem procedit in facta ad favorem loci pii juxta terminos noſtræ quæſtionis , ut per Specul. *in d.* §. *porrò ver. item nota* Abbas *in cap. quod clericis num.* 16. *de foro compet.* cum aliis plena manu congeſtis per Tiraq. *de privil.piæ cauſæ privileg.*126. & per Clar. *d.quæſt.*17. *ſub num.*1.*in fin.*& Carpan. *d.c.*324.*nu.*8.& Theſau.*d.q.*8. *n.*9. *lib.*2.& Rota *d.dec.*458.*nu.*6. *p.*2. *recent.* quatenus citat Tiraquellum , quo ſupra loco .

Necnon , & in quocunque alio contractu cum Eccleſia , vel pia cauſa geſto Jaſ. *in l. ſi unus* §. *pactum ne peteret num.*31. *ff. de pact.* Felyn. *in cap.quæ in Eccleſiarum numer.* 71. *ver. ſed de conſtit.* cum aliis congeſtis per Tiraq. *de leg. connub. gloſ.* 8. *num.*162. Boccac. *ad conſtit. Egidian.gloſ.*8. *num.*48.Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 328. *num.* 111. Alex. 105. *num.* 13. *lib.*4.Cæph.*conſ.*109.*num.*18. *lib.*1. Honded. *conſ.* 32. *nu.* 106. *lib.*1. Verall. *deciſ.* 164.*p.*3. Granut. de magis communi atteſtans *Theor.* 25. *nu.* 37. quamvis in contractu à minore cum Eccleſia geſto dubitet, aliis relatis, Picus *ad ſtatut. urbis gloſ.* 7. *nu.*223. *& ſeqq.*

Secundò , dicta concluſio non eſt in terminis noſtris recipienda : quia ſtatutum , de quo agitur , inquit , *omnes* , *& ſinguli contrahentes* , *teneatur* , & ſic loquitur in perſonam Surd. *conſ.* 2. *num.* 25. *in fin. & num. ſeq. &* 49. † ſtatutum 18
autem loquens in perſonam , tametſi det formam actui , non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, ſtatuentibus non ſubditas ; ut per Lapum *allegat.* 100. *numer.* 5. ubi ibi inquit ſi ſtatutum loquatur in rem relatam ad perſonam . Imol. *in cap. quod clericis de foro compet.* ſequitur Alexand. *conſ.*210. *ſub num.*13.*ver. ſi autem ſtatuta vol.* 2. *& conſ.* 44. *numer.* 10. *vol.* 5. Socc.*conſil.*71. *num.* 17. *vol.*4. Brun. *in tract. de ſtatut. excluſ. fœm. art.*6. *principali numer.*8.*& art.* 8. *numer.*9. cum aliis congeſtis per Surd.*dict.conſ.*2.*num.*26. *ex ſeqq. & nu.* 33. *&* 42.43.47.& per totum Carol.de Graſſ.*de effect.cleric.effec.* 2.*num.*195.Honded.*conſ.*3.*num.*23.*&* 29.*lib.*1.ſequitur Poſth. *d.*2.*reſol.*128.*nu.*36.ubi ſe ſubſcribit a me huic , quàm ſequentibus limitationibus à me allatis infra *num.*20. *cum ſeqq.* quicquid ſecus ſenſerint Alciat. *in Auth. caſſa num.* 13. *& ſeq. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Carpan. *ad ſtat. Mediolan. cap.*445. *numer.* 4. quorum opinio ſubvertitur ex validiſſimis fundamentis adductis per Maran. *d. diſp.* 8. per totam , & Honded. *dict.conſ.*3. per totum,& per Surd. *d. conſ.* 2. & Mart. *de iuriſd.par.*4. *cap.*6. per totum , & Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.*15.*q.*19.*nu.*83.*& ſeqq.*

Etiam † ſi mixtim de forma, ac de perſona diſponat: cum 19
enim forma ſit acceſſorium perſonæ , cenſetur principaliter de jure perſonæ diſpoſitum , ut per Bald. *in l. cunctos populos n.*13.*C.de Sacroſ. Eccleſ.* ſequitur Corn. *conſ.*94. *circa fi. vol.* 3. ac proinde non includit clericos , nec loca pia , ut in puncto tradit Imol. *in cap. quod clericis de foro competen.* ſequitur Alexand.*conſ.*210.*ſub n.*9.*ver. ſi autem ſtatuta lib.*2.Surd.*dict. conſ.*2.*ſub n.*43.*ver. quinimo* .

Tertiò , † dicta concluſio non procedit quoties ſtatutum 20

pro-

provt in casu nostro ; est auctorizativum , vel arctativum , personarum , vel rerum , & loquitur per verba præceptiva , vel prohibitiva . Cum enim statuentes nullam in Clericos jurisdictionem sibi vindicare valeant , non possunt contractus cum eis celebratos sub authorizativo statuto comprehendere Lapus *loquens etiam de statuto favorabili dict. allegat.* 100. *num.* 5. *& latius allegat.* 101. *numer.* 14. *&* 15. ubi Mandos. *in addit.* plurimos cumulat , & de magis communi testatur . Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ numer.* 4. *de constit.* loquens de statuto clericis favorabile , & ibi Felyn. *num.* 81. Socc. jun. *cons.* 1. *num.* 9. *cum seqq. volumn.* 2. Rimin. jun. *consil.* 449. *num.* 32. *& seqq. volum.* 4. Bursatt. *cons.* 93. *num.* 45. *volumn.* 1. Lapus *allegat.* 101. *numer.* 14. *& seq.* Roman. *consil.* 447. Alexand. *consil.* 201. *numer.* 13. *lib.* 2. Barbat. *cons.* 50. *col.* 2. *ver. isti nunc lib.* 3. Honded. *cons.* 20. *num.* 18. *lib.* 2. ubi citat etiam *Domin. de Sancto Gemin. in cap. fin. ver. sed dixit de*
21 *offic. de leg. in sexto* . † Etiam si clericis commodum afferret Lapus *d. allegat.* 100. *num.* 5. Abb. *dict. num.* 4. & rursus *in repet. numer.* 37. & ibi benè Felyn. *num.* 95. & Dec. *numer.* 27. ad hoc subtiliter inducens textum *in eod. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* , aliosque referens sequitur Navarr. *cons.* 4. *nu.* 5. *de const. lib.* 1. ac etiam si fiat ad occurrendum fraudibus *dict. c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ* .

22 Sic in simili dicimus , quod † quamvis statutum disponens circa ordinatoria judicii liget etiam clericos cum laicis in foro sæculari litigantes *cap. quod clericis de foro compet.* Felyn. *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ numer.* 81. *de const.* & ibi Decius *numer.* 9. Ancharan. disputans quæstionem ad partes in *capit. ea quæ in* 26. *quæst. de reg. iur. in sexto* . Pulcrè Vasqu. *de succes. creat.* §. 10. *sub num.* 649. *vers.* denique Seraph. *de privil. iuram. privil.* 77. *numer.* 26. Asin. *in tract. de libert. Eccl. par.* 2. *numer.* 42. Socc. sen. *consil.* 71. *num.* 7. *lib.* 4. ubi de communi testatur , cum alii congestis per Carol. de
23 Grass. *effect. cler.* 2. *num.* 132. *& seq.* † Ubi pulcrè declarat , quæ nam dicantur respicere ordinaria , & quæ decisoria judicii . Pulcriùs declarat Soccin. Juni. *in cons.* 71. *num.* 9. *& seqq. lib.* 4. eandemque opinionem firmant Jos. Ludovic. *dec. Lucens.* 39. *num.* 2. & Carpan. cum relatis *ad stat. Mediolan. in prælud. numer.* 600. *&* 601. intelligendo tamen ut per Mart. *de iurisd. part.* 4. *cap.* 31. *per totum* . Cujus conclusio-
24 nis duplex assignari solet ratio : altera quia † hujusmodi statutum procedendi modum concernens , personas non tangit litigantes , sed respicit causam , quæ illi foro subiicitur , ut per Asin. *in dict. cap.* 78. *num.* 16. Vulpell. *loco citat.* & Roland. *cons.* 48. *num.* 21. *vol.* 1. Calderin. *cons.* 11. *num.* 1.
25 *de constit.* Altera est ratio : quia † jus canonicum , consentiens Ecclesiasticos certis in casibus coram sæculari judice litigare , tacitè permittere videtur , ut juxta illius fori modum agant, inquit glos. *in d. c. quod clericis de foro competen.* & tradunt *Canonistæ ibi* , *& in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* glos. *in clem.* 2. *de re iudic. Vide latius in decis.* 135. *nu.* 47. *& seqq.*

26 Si † tamen statutum est arctativum , tunc nec quidem quoad ordinaria contra clericos servatur . Ut patet in statuto arctante consanguineos ad compromittendum ; quod tametsi dicatur respicere ordinatoria processus Bal. *consil.* 5. *volumn.* 2. *& cons.* 103. *in fin. volumn.* 6. refert , & sequitur Marsil. *in l. si quis viduam num.* 20. *ff. de quæstio.* Capic. *decis.* 66. *per totam* , & est magis comm. opin. de qua Borell. *de compromiss.* §. 6. *in gloss.* 3. *nu.* 225. Socc. sen. *cons.* 71. *per totum*
27 *volumn.* 4. Bellett. *loco mox citando* . Nihilominus † non comprehendit clericum coram Judice laico cum consanguineo litigantem . Bald. *in cap. cum veniss et de eo* , *qui mittitur in poss.* Alexand. *consil.* 210. *numer.* 2. *& consil.* 211. *sub numer.* 8. *lib.* 2. Marsil. *in singul.* 467. *in rubr. de fideicomm. numer.* 19. Marta *de iurisd. par.* 4. *cas.* 4. *nu.* 22. *& seq.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *canon.* 15. *quæst.* 19. *numer.* 43. Socc. *cons.* 71. *num.* 12. *volumn.* 4. Ruin. *cons.* 23. *sub numer.* 16. *volumn.* 2. Marant. *in disp.* 8. *numer.* 9. *&* 14. Roland. *consil.* 77. *numer.* 1. *&* 2. *& num.* 27. *& seq. lib.* 2. & est commun. opin. quicquid inadvertenter contrarium attestatus fuerit Bellett. *in disquis. cleric. tit. de exempt. cleric. à statu. laic.* §. 3. *num.* 10. non considerans hujusmodi statutum esse arctativum ; unde nec quidem Rolland. à Vall. *in dict. cons.* 77. contra clericum reddito , ausus fuit hoc negare ; sed convolavit ad aliud confugium , scilicet ad instrumenti de quo agebatur illegalitatem , & juxta hanc sententiam ego retroactis annis , dum essem Vicarius Regiensis , practicavi : non enim permisi R. Simeonem Rotam cum fratre litigantem cogi , in vim similis statuti , ad compromittendum :

quamvis Judex laicus enixè contrarium attentaverit.

Hujus autem conclusionis ea est ratio , quia hujusmodi statuta personas arctant : ac proinde Clericos non subditos comprehendere nequeunt , ut per Soccin. *d. cons.* 71. † alias 28
Princeps sibi vindicaret jurisdictionem in clericos , quibus magis obedire debet *c. cum adversum* , *& c. nunquam* 96. *distinct.* Marant. *d. disp.* 28. *num.* 8.

Sic eadem ratione statutum denegans audientiam non sub- 29
dito , cautionem non præstanti , quamvis ordinatoria respiciat judicii clericos non comprehendit ; quia est arctativum , & aufert clericis id , quod ipsis de jure communi competit , ut latè per Martam *de iurisd. par.* 4. *cap.* 55. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 19. *num.* 44. & hinc Judices sæculares passim audientiam Clericis non fideiubentibus denegantes , intelligere possunt , an tuta conscientia id agant ; & quidem post hæc scripta in quadam Civitate , in qua contraria consuetudo , quin potiùs corruptela irrepserat , enixè laboravi , ut ab illa recederetur .

Quarto † statutum de quo agitur non intrat , quia de 30
clericis , locisque piis , eorumque bonis expressam facit mentionem , & sic tametsi actus solemnitatem , & contractus formam respiciat ; nullatenus tamen clericos , vel eorum contractus comprehendit : quia nullum est ex defectu potestatis Felyn. *in sæpè cit. cap. Ecclesia S. Mariæ numer.* 36. & ibi Dec. *num.* 49. *de constitut.* Surd. *cons.* 301. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 3. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. nu.* 593. cum aliis plena manu congestis per Carolus de Grass. *de effect. clerc. effect.* 2. *num.* 88.

Porrò † quamvis dici soleat differentiam à nonnullis con- 31
sideratam inter statutum faciens de Clericis expressam mentionem , & aliud de eis mentionem non faciens , verbalem esse , non fundamentalem cum in utroque casu æqualiter jurisdictionis defectus consideretur : ut latè , & pulchrè per Surd. *dict. cons.* 2. *sub num.* 43. *ver. secundo* , *& numer. seq.* & per Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 17. *num.* 21. *&* 30. nam si de clericis mentionem facit , illos non includit : quia adest quidem includendi voluntas , at deficit potestas , si verò illorum non meminit , & potestas deficit , & voluntas , nec id voluisse præsumuntur statuentes , quod eis erat impossibile Alexand. *cum relat. consil.* 210. *&* 211. *num.* 6. *lib.* 2. Duard. *in dict. can.* 15. *quæst.* 10. *numer.* 85. Honded. *cum relat. cons.* 20. *numer.* 7. *lib.* 2. Riminald. jun. *cons.* 15. *num.* 101. *volumn.* 1. Ita tamen , ut priori casu statutum sit nullum , tanquam ponens falcem in messem alienam , & Ecclesiasticam offendens libertatem : posteriori verò casu , sit quidem validum , sed illos non comprehendat , ad Roman. *in l. si publicanus* §. 1. *column.* 2. *vers. aut statutum ff. de publicat.* & tenent *scribentes* communiter , & colligitur signanter ex DD. relatis per Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 19. *num.* 83. *& seq.*

In terminis tamen nostris non est ista differentia otiosa , nec aspernenda : quia non agitur de inclusione Clericorum , sed Laicorum cum illis contrahentium . Et ideo admisimus Laicos non posse regulariter cum clericis contrahere spreta lege sui superioris , quia id clericis ipsis onerosum dici non potest . † At si de eis specialem faciat mentionem , jam 32
quodammodo in illos aliquam jurisdictionem sibi vindicare videtur , unde non mirum si nullum est , & invalidum etiam ubicunque esset illis favorabile , textus est rotundus in *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* & ibi Butrius *sub numer. fin. ver. si disponit.* Abb. *in repet. numer.* 4. & Dec. *num.* 28. 52. *& seq.* Montesperellus *in cons.* 59. *num.* 9. & per totum Ciosus *cons.* 81. *num.* 84. *& seq. lib.* 2. Vulpell. *de libert. Eccles. p.* 2. *nu.* 7. Gaill. *obser.* 32. *lib.* 2. Borgnin. *decis.* 33. *num.* 15. *lib.* 2. Plot. *cons.* 93. *num.* 2. quibus addendi sunt Lapus *allegat.* 101. *numer.* 14. Honded. alios etiam referens , & de communi attestans *consil.* 3. *numer.* 11. *vol.* 1. plurimos congerit Carol. de Grass. *effect.* 2. *cleric. numer.* 43. *& seq.* Surd. *cum relat. cons.* 2. *nu.* 19. *lib.* 1. *& cons.* 301. *num.* 24. *lib.* 3. Ubi rationem reddit , quia scilicet si statutum laicale expressè disponeret de clericis , nunquam dici posset favorabile ; quamvis enim in ratione causæ vel subiectæ materiæ illis prodesset ; noceret tamen quatenus eos litigaret : imò plus esset nocivum : quatenus in illos jurisdictionem exerceret , quam prodesset , commodum tribuendo temporale : quam etiam rationem cum aliis duabus affert Suar. *in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 9. Et est diligenter notanda à Dominis Ministris sæcularibus , qui sæpe sub prætextu protegendi Ecclesiam , (& fortasse bona intentione) falcem in alienam messem ponere satagunt ; si enim eorum brachium non fuerit ab Ecclesia imploratum ,

non debent se ingerere , ne plus damni , quam utilitatis afferant , & ita me hic citato dixit Rot. *in Baren. in nullius pecuniaria 26. Maii* 1645. *coram Cerro* , quæ est *dec. 96. nu. 24. ex impressis à Merlin. in tract. de pignor.*

33 Et † hinc tradunt scribentes singulas Codicis leges sub titulis de Sacrosanctis Ecclesiis , & de Episcopis , & Clericis , quantumvis eisdem favorabiles , esse ipso jure nullas , ob jurisdictionis defectum Dec. *in leg. Senium num. 15. ff. qui testam. facer. poss.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 164. num. 12. dixi in dec. 59. num. 33.*

34 Nisi † tamen statutum sive lex faciens de clericis , vel Ecclesiis expressam mentionem , resolveretur in vim consilii , vel privilegii ; exempli gratia , quod credatur libris rationum Ecclesiæ , quod illius violatores ban niantur , &c. Surd. cum per eum relatis *dicto cons. 2. num. 19. & seq. & cons. 259. num. 2.* quem commendat Ambrosin. *de Immun. Eccles. cap. 2. num. 18. & seq.* ubi alios congerit. Carol. de Grass. *de effect. 2. cleric. num. 52. & seq.* Suar. *in defension. fidei lib. 4. cap. 16. num. 9.* Tunc enim statutum nec jurisdictionem in clericos exercet , nec quoad eos ullam habet rationem legis , sed meram liberalitatem , quam unusquisque potest in Ecclesiam exercere .

35 Et † juxta hos terminos intelligitur , quod adstruunt *scribentes* ; statutum quoties affert simpliciter commodum ; si sit conceptum verbis aptis comprædendere clericos , eos includere favorabili inclusione , cum sit merè privilegiativum ; ita ut Clerici , si velint , possint illo uti , ut per Lapum *allegat. 101. num. 15.* ubi Mandos. plurimos citat , distinctionemq; hanc frequentiori calculo à D. D. teneri testatur. Abb. *in repet. dicti capituli Ecclesia Sanctæ Mariæ , num. 37.* & ibi Felyn. *num. 81.* & Decius *numer. 216. de constitut.* Bald. *in cap. cum venisset numer. 6. ver. oppono extra de eo qui mitt. in poss.* Addentes ad Alban. *in cons. 8.* ubi de communi testantur Carol. de Grass. *de effect. clerical. effect. 2. n. 490.* Surd. *cons. 2. num. 19. & cons. 259. numer. 2.* Ambrosin. *de Immun. Eccles. cap. 21. nu. 18. & seq.* cum per eum congestis Honded. *cons. 20. numer. 17. vol. 2.* Cavalc. de Brachio Regio , *par. 6. sub num. 289. ver. tandem* Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæst. 17. num. 26.* ubi citat Abb. *in c. constitutus de in integr. rest. & addentes ad eum .*

Modò aptum non sit æquè afferre commodum , ac incommodum juxta veriorem opinionem , de qua pulchrè Molfet. *ad constit. Neap. par. 2. quæst. 7.* Aliàs si de eis specialem facit mentionem non valet nisi adsit specifica Summi Pontificis approbatio , ut per Surd. *d. cons. 2. num. 15. & cons. 301. nu. 14. & seq. volum. 3.* Matthesil. *sing. 112.* Marta *de iurisd. p. 4. cas. 52.* & Duard. *loco cit. nu. 23.*

36 Unde † dum Marta ubi supra *num. 12.* & Duard. *dict. nu. 23.* inquiunt , quod ubicumque statutum est Clericis favorabile , & alicui Canoni non contradicit , semper præsumitur à Romano Pontifice approbatum , nisi expressè reprobetur ; intelligendi sunt retento eodem themate , nimirum de statuto expressam de Clericis mentionem non faciente . Rursus *leg. universali non de municipal.* nisi sit merè privilegiatiuum , ut dixi *in decis. 123. num. 39. & 40. par. 2.*

37 Hincque † rursus apparet Decium *in dict. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 18. & 52. & seq.* dicentem , statutum privilegiativum faciens de clericis mentionem , valere etiam si sit pre-
38 ceptivum , loqui contra communem , † & è converso sententiam Duardi *dict. quæst. 17. num. 22. & seq.* absolutè firmantis statuta hujusmodi , etiam privilegium continentia , esse nulla , & invalida ex textu in *cap. benè quidem dist. 96.* & ex DD. ab eo *citatis* , intelligendam esse juxta prædicta , Nam textus *in dict. cap. benè quidem* loquitur in diversis terminis , nimirum in casu quo Princeps laicus sub specie recti , volebat se ingerere in Summi Pontificis electione , clericisque interdicere bonorum Ecclesiasticorum alienationem . Decius autem , Surd. *cæterique* quos citat , tenent totum oppositum in casu , quo statutum est merè privilegiativum .

Neque obstabat in casu nostro taciturnitas , & conniventia Episcoporum , qui pro tempore extiterunt , & dicti
39 statuti usum permisere ; † quia insufficiens est etiam expressa Episcopi auctoritas , cum requiratur specifica Summi Pontificis approbatio , ut in specie advertunt Abb. *in dict. cap. Eccles. S. Mariæ in prima lectura num. 5.* & ibi Felyn. *num. 3.* dicens hunc esse casum reservatum Papæ , Marta , cum per eum relati , *de iurisdict. part. 4. cap. 1. numer. 43.* Hostiens. *in cap. fin. de solut.* Jo. Andr. & Calder. *in cap. 1. de novat. oper. nunc.* Cotta *in memorab. vero clerici ligantur col. 2. vers. sed* ista Gram. *cons. 1. num. 33. in calce suarum decisionum* Afflict. *in tract. de iure prothomiseos in princ. num. 8.* Surd. *cons. 301. num. 61. volum. 3.*

Quemadmodum † enim Clerici nequeunt etiam cum li- 40
centia Episcopi , in judicem laicum consentire . Hostiens. *in summ. tit. de iudic. §. quæ sint necessaria.* Gramm. *decis. 61. num. 8.* refert , & sequitur Surd. *cons. 301. numer. 61.* quibus addo glos. *in cap. significavit extra de foro competen.* Alex. *cons. 8. col. 1. volumn. 1.* Roland. *cons. 4. numer. 10. volumn. 1.* Sic
nec se statutis submittere laicorum ; † Cum à pari proce- 41
dant forum sortiri , & statutis ligari , ut consideravit Surd. *cons. 2. num. 3. lib. 1.* latè Marta *de iurisdict. par. 4. cap. 100.* Card. Seraphin. *decis. 1018. num. 6.* & post hæc scripta tenuit Rota *in Ravennaten. emphyteusis 28. Maii* 1631. *coram R. P. D. Merlino* , quæ est *decis. 42. num. 7. par. 6. recent. dixi in decis. 12. numer. 24. & decis. 16. num. 17.* & utrobique alios adduxi .

Unde † advertant Episcopi cupientes aliqua in re clericos 42
pari passu cum laicis ambulare , ut non confirment statutum , vel proclamata Principis , sed consimile edictum separatum publicent quo ad eorum subditos , & ita pluries practicavi , quoties duxi bono regimini expedire , ut cum Principum ordinationibus me conformarem , ut fieri debere dixi in *decis. 12. num. 58.* Navarr. *in Manual. cap. 23. num. 88.* Cum itaque statutum de insinuandis instrumentis multis nominibus casum nostrum haud comprædenderet : pronunciavi non attento insinuationis defectu , instrumentum esse exequendum .

ARGUMENTUM.

Clerici , an , & quando contra Laicos uti possint statuto Laicali , quo ipsi non ligantur .

SUMMARIUM.

1 *IUre, quo quis non patitur contra se uti , nec ipse utatur.* Limita tripliciter , ut n. 13. vers. *non obstant .*
2 *Lex est omnibus communis , & claudicare non debet .*
3 *Ægidiana constitutio prohibens appellationem in causa possessorii , sicut non ligat clericos , sic nec illis suffragatur .*
4 *Clerici non possunt uti statutis , quibus non ligantur .* Contrarium est verius n. 8. declara ut n. 25. & 29.
5 *Statutum exclusivum fœminarum favore masculorum juvat & Clericos .*
6 *Statutum inclusiuum fœminarum comprædendit etiam fœminas effectas Moniales .* Contrarium est verius num. 17. & seqq.
7 *Clerici utuntur statuto , quo non ligantur .*
8 Decian. tract. crim. lib. 2. c. 35. sub n. 7. *refellitur .*
9 *Clerici dicuntur cives , & districtuales , & subeunt onera spiritualia .*
10 *Ecclesia , & clerici uti possunt lege , & contractu prose , & non recipere contra se .*
11 *Ius congrui non habet locum contra Ecclesiasticos , qui tamen illo uti possunt .*
12 *Præscriptio decem , vel viginti annorum non currit contra Ecclesiam , quæ tamen illa utitur adversus alios .*
13 *Statutum tribuens instrumento executionem paratam prodest clericis , quibus tamen non obest .*
14 *Statutum exclusiuum fœminarum , an procedat in testamento clerici .*
15 *Princeps , vel superior uti potest lege inferioris , quamvis ea non ligetur .*
16 *Privilegium motu proprio concessum , potest , quis non pati contra se , licet illo utatur .*
17 *Clericus utens statuto Laicorum , debet uti cum omnibus suis qualitatibus , etiamsi aliquæ sint contra ipsum .*
18 *Intellige tamen modo cum effectu utatur .*
19 *Clerici possunt invitari ad statuti commodum sub certa lege.*
20 Thesaur. lib. 2. q. 1. *reiicitur .*
21 *Statutum quod iniecit vinculum ante clericatum , an , & quando clericos , & religiosos comprædendat .*
22 Gaspar. Thesaur. *sibi contrarius carpitur .*
23 *Iuris succedendi capacitas inspicitur tempore delatæ successionis .*
24 *Statutum inducens primogenituram , excludit etiam Clericos secundogenitos .*

25 Pri-

25 *Primogenitura acquiritur Primogenito, & tranſmittitur ad filios etiam vivente Patre.*

26 *Statuto præceptivo, vel arctativo, an, & quando Clerici uti poſſint.*

27 *Statutum de eo faciendo compromiſſo non ligat clericos, ipſi tamen eo uti poſſunt.*

28 *Statuto laicorum clerici utuntur, non tanquam lege, ſed ut privilegio.*

29 *Statutum excluſiuum fœminarum, an procedat in hæreditate clerici, ubi bona prætenduntur Eccleſiaſtica.*

30 *Clerici, an, & quando uti poſſint ſtatuto, de eis expreſſam mentionem faciente.*

DECISIO XI.

CUm iterum ſtatutum de quo in præcedenti deciſione, in quæſtionem veniſſet: controvertebatur nunquid perſonæ Eccleſiaſticæ quas paſſivè non compræhendit, ſaltem illo activè uti valeant: & dicebant quidam Advocati
1 partem negativam eſſe indubitabilem. Cum † iniquum videatur, ut quis eo jure utatur, quo contra ſe alios uti non permittit, *toto tit. ff. quod quiſque iuris*, & latè ad rem
2 exornat Tiraquel. *de retract. conſang. gloſſ.* 13. *nu.* 6. † & lex debeat eſſe æqualis, & communis omnibus, ut ſit æqua *cap. erit autem lex* 4. *diſt. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* eaque condatur, ut ſit omnibus communis, & claudicare non debeat, & hanc opinionem defendit Honded. *conſ.* 20. *num.* 12.
3 *& ſeqq.* ubi firmat † conſtitutionem Ægidianam, qua prohibetur appellatio in cauſa poſſeſſorii, quemadmodum non ligat clericos, quo minus appellare nequeant, ſic nec eis ſuffragari poſſe: quominus laicus, contra quem lata fuit ſententia in poſſeſſorio ad favorem Eccleſiæ, poſſit appellare, & ita dicit concluſum fuiſſe in Rota *Romana pluries per deciſ. Bellamer.* 617. Buratt. poſt hæc ſcripta typis mandatus in
4 *dec.* 315. *num.* 12. *& ſeqq.* & quod † clerici non utantur ſtatutis, quibus non ligantur, viſi ſunt tenere Vinc. de Fran. *dec.* 285. *num.* 4. & aliqui ex relatis (non tamen omnes) à Carol. de Graſſ. *effect. cleric.* 2. *nu.* 499. eamque expreſsè firmat Decian. *in tract. crim. lib.* 2. *c.* 35. *ſub num.* 7. *ver. fallit. ſecundò*. (ubi inter cæteros, perperam adducit Abb. Felyn. & Alex. ſecus ſentientes) & Bald. *in l. de quibus q.* 6. *C. de legib. & in l.* 1. *in fi. C. de contrab. empt. & in l. de novat. C. de ſacroſ. Eccl.* & Iaſ. *in d. l. de quibus column.* 3.

5 Unde † dicebatur idcirco clericos uti poſſe ſtatuto excludere fœminas propter maſculos, ſecundum veriorem opinionem, de qua Theſaur. *qq. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 1. Graſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.* 8. *in fi.* Peregr. *deciſ.* 138. *nu.* 3. & de communi teſtantur Honded. *conſ.* 78. *num.* 110. *lib.* 2. Addent. ad Rom. *ſing.* 446. *incipit ab eo caſu* Add. ad Matheſil. *ſing.* 110. incipit. Nota unam lucroſam Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.* 2. *canon.* 15. *quæſt.* 19. *numer.* 15. Lapus *allegat.* 100. *numer.* 4. *& ſeqq. & latiùs allegat.* 101. *nu.* 6. ubi Mand. plurimos concordantes adducit, & communem dicit exploſis argumentis Socc. Iun. & Matheſol. ſecùs ſentientibus de quo habes amplum conſilium Gabrielis Saraniæ impreſſ.
6 poſt ſingul. 100. ejuſdem Mathiſilai, quia † illud eſt reciprocum, & ligat etiam perſonas Eccleſiaſticas, adeo ut fœmina effecta monialis, virtute dicti ſtatuti excludatur à ſucceſſione, quoniam hujuſmodi vinculum injectum fuit antequam Monaſterium ingrederetur, ut poſt alios tradit idem Theſ. *d. lib.* 2. *quæſt.* 2. quam opinionem tenuerunt Abb. *in cap. quod clericis num.* 40. *& ſeq. de foro competent.* Paul. de Caſtr. *in conſ.* 335. *incipit primum dub. de quo quæritur* Felyn. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ numer.* 77. *in fi. de conſtitut.* Pariſ. *de com. conſ.* 4. *numer.* 15. *& 16. volum.* 2. & videtur tenere Antonin. cum relatis *lib.* 1. *var. reſolut. capit.* 83. *num.* 2. Et ex his concludebant iidem advocati clericos uti non poſſe ſtatuto, quo ipſi non ligantur.

7 Cæterum † contraria ſententia verior eſt, & amplectenda quam tenuere Bart. *in l. cunctos populos numer.* 10. *ver. alii aſſignant C. de Sacroſ. Eccl.* Felyn. omnium latiſſimè *in cap. Eccl. S. Mariæ ſub num.* 13. *de conſtitut.* Socc. *conſ.* 71. *num.* 19. *volum.* 4. Abb. per illum text. *in cap. conſtitutus numer.* 4. *de integ. reſtit. & conſ.* 6. *column.* 1. Dec. *conſ.* 202. *numer.* 7. *& ſeq. & in d. c. Eccl. Sanctæ Mariæ num.* 52. *lib.* 69. *&* 70. Tiraqu. *de retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 13. *num.* 2. Honded. *conſ.* 20. *numer.* 17. *vol.* 2. Carol. de Graſs. *d. effect.* 2. *num.* 500. qui quamvis quatuor modis has contrarias opiniones conciliare nitatur nulla tamen conciliatio placet, præter tertiam, de qua infra dicemus, hanc eandem opinionem ſcilicet, quod clerici uti poſſint ſtatuto, quo non ligantur latè defendit Surd. poſt alios, quos citat in *conſ.* 2. *num.* 35. *& ſeq. & numer.* 47. & rurſus *conſ.* 259. *num.* 10. *volum.* 2. *& conſ.* 560. *num.* 13. *vol.* 4. *& d. dec.* 20. *num.* 9. & de *Alimen. tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 62. eandemque opinionem tenuerunt Alex. *conſ. mihi* 209. *& ſeq. lib.* 1. Marant. *diſp.* 8. *num.* 14. Honded. *conſ.* 78. *numer.* 110. *& ſeq. lib.* 2. & rurſus Bald. *conſ.* 30. *column.* 2. *volum.* 1. Cravet. *conſ.* 441. *num.* 6. *ver.* & per illam gloſsam *vol.* 3. *& conſ.* 972. *num.* 5. *vol.* 1. Bertach. *de Epiſc. p.* 1. *lib.* 4. *num.* 97. *inter tract. diverſ. tom.* 13. *p.* 2. Brun. *de ſtatut. art.* 12. *num.* 173. Roch. *de cur. in cap. fin. lect.* 8. *num.* 71. *de conſuet.* Burſatt. *conſ.* 93. *volum.* 1. Gramat. *dec.* 29. *num.* 15. Borgn. *deciſ.* 42. *num.* 64. *par.* 1. Pariſ. *conſ.* 48. *num.* 15. *vol* 4. Put. *deciſ.* 99. *n.* 4 *par.* 3. Rota *in Mediol. hæredit.* 15. *Martii* 1595. *coram D. Cardin. Merlino*, & 11. *Martii* 1596. *quæ eſt deciſ.* 146. *num.* 6. apud eundem Mellinum, *& in Papien. bonorum* 15. *Februar.* 1578. *coram Cardinali Lancellot. ſeniori relata à Beltramino ad deciſ. Greg. XV.* 279. *num.* 24 Lamberteng. *de contract. Mulier gloſſ.* 2. *num.* 58. Fenzon. dum hæc cuderentur impreſsus *ad ſtatut. Urbis in prohem. num.* 103. & hanc opinionem originaliter tenuit: *gloſ. in c. novit in verſ. quicumque ad fin de iudic.* quæ ait, Eccleſiam poſſe acceptare legem in ſui favorem inductam, ſed contrà ſe eam recipere non teneri, quam ibi ſequuntur Innoc. Abb. & alii, † & quamvis Decian. *in tract.* 8
crim. d. lib. 2. *cap.* 35. *ſub num.* 7. *verſ. fallit ſecundò*, dictam gloſsam intelligat, quando aliquid in ſpecie, & principaliter eſt conceſsum Eccleſiis in eorum favorem, & privilegium aliàs ſecus, ex regula, quæ habet inducta ad favorem non eſse in odium retorquenda, hæc tamen reſtrictio, cum ſit contra mentem omnium interpretum non eſt habenda in conſideratione: ultra quod ſi vera eſset, in nihilo clerici privilegiarentur, cum etiam in laicis eadem regula procedat. Convenientia autem potiſſima hujus reſolutionis eſt rationis diſparitas inter activum, & paſſivum uſum ſimilium ſtatutorum, quibus ideo clerici non ligantur; quia ſtatuentium juriſdictioni minimè ſubſunt, & ſic ex defectu poteſtatis, & voluntatis ſtatuentium non compræhenduntur, ut latè dixi in *deciſ. præced.* † è converſu ideò illis uti poſ- 9
ſunt; quia dicuntur cives ſecundum Bartol. *in l.* 1. *ff. ad munic.* plura ponit Natt. *de ſtatut. exclu. in* 3. *quæſt. num.* 84. *& ſeq.* & diſtrictuales Roman. *ſing.* 446. Rot. *deciſ.* 452. *nu.* 2. *par.* 1. *diverſ.* & quamvis non ſubeant onera temporalia, ſubeunt ſpiritualia, ut per Doctores relatos à Paulo de Caſtro *in conſ.* 296. quem refert, & ſequitur Felyn. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub numer.* 81. *ver. primus eſt* in terminis à Surd. *d. conſ.* 2. *num.* 39. qui *num.* 37. affert etiam aliam rationem nempe † eſse ſpeciale in Eccleſia, & Clericis, ut 10
poſſint juvari lege, quam contra ſe non tenentur admittere *cap. leg. diſt.* 10. *gloſs. in cap. novit. in ver. quæcumque de iudic.* ubi Innoc. & Abb. *num.* 28. & Dec. *etiam num.* 28. Hoſt. *in cap. fi. de ſolu.* ubi latè Antonin. cum per eum congeſtis Variar. *reſol. lib.* 1. *reſol.* 83. *num.* 13. Provt dicimus de contractu, qui poteſt ab Eccleſia ſuſtineri, & impugnari ad libitum: quia in hoc illius privilegium conſiſtit, ut ad ejus favorem contractus claudicare poſſit, ut Pinell. latè *in leg.* 1. *par.* 3. *numer.* 32. *C. de bon. mater.* Honded. *conſ.* 18. *num.* 72. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. conven. lib.* 25. *tit.* 6. *nu.* 48. *& ſeq.* Surd. *dec.* 69. *num.* 23. Rota *deciſ.* 286. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* Quod privilegium concedi etiam minoribus latè deduxi in *dec.* 16. *num.* 26.

Hinc eſt quod † quamvis ſtatutum, vel conſuetudo con- 11
cedens retractum Agnatis ratione juris congrui, proſit clericis, ut eſt text. *in conſtitut.* & ibi Doctores *de in integ. reſt.* non tamen ligat eos, ut ex profeſso, & latiſſimè reſponderunt Surd. *d. conſ.* 2. *per tot.* & Honded. *conſ.* 3. *per tot. lib.* 1. & tradunt Mart. *de iuriſdict. par.* 4. *caſ.* 30. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 17. *numer.* 10. & 11. quamvis contrarium pleniſſimè defendat Marant. *dict. diſput.* 8. *numer.* 18. *& ſeqq.* & pluribus hinc inde adductis affirmat Tiraqu. *de retract. §. primo gloſſ.* 13. *numer. ſecundo & ſeqq.* ubi procaciter carpit Canoniſtas ſecus ſentientes, quaſi recedant ab illa regula legis naturalis, & Chriſtianis peculiari, quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: Non advertens à dicta regula ex rationis diverſitate per aliam naturalem, & politicam rationem paſſim recedi. Qua de re vide Graſs. *effect.* 2. Cleric. *numer.* 383. *cum plurimis ſeqq.*

Hinc † etiam quamvis Eccleſia poſſit ſe juvare præſcri- 12
ptione decem, vel viginti annorum contra alios, ipſa tamen ea non ligatur, ut per gloſs. & DD. *in auth. quas actio-*

nes C. de Sacroſ. Eccl. Io. Andr. *in c. quid agendum de regul. iur. in 6.* Surd. *d. conſ. 2. num. 35.*

13 Hinc rurſus , † ſtante ſtatuto , quod inſtrumentum publicum habeat executionem paratam , clericus habens inſtrumentum contra laicos poterit adverſus eos , uti beneficio ſtatuti : laici tamen non poterunt illo contra clericum uti Abb. *in cap. ex literis num. 2. & in cap. quod clericis numer. 18. de foro compet. & in cap. ſicut num. 17. ne clerici, vel Monachi* Bald. *in l. cunctos pop. C. de ſumm. Trinit. & fid. cath.* Viv. *dec. 326. lib. 2.*

14 Hinc † iterum tametſi clericus in laici hæreditate juvetur ſtatuto excluſivo fœminarum , ut dicebamus *ſup. numer. 5.* non tamen ſubiacet illi ipſius clerici hæreditas , quam capiunt etiam fœminæ à ſtatuto excluſæ ; ut per Salyc. *in auth. caſſa. C. de Sacroſ. Eccl. ex Ant. de Butr. in c. quod clericis in fin. de foro comp.* & poſt alios quos citat , latè defendit Ruin. *in conſ. 204. num. 11. volum. 1.* Rolan. plurimos congerens , & de communi atteſtans in *conſ. 75. numer. 27. & ſeq. volum. 2.* latiùs , & meliùs Surd. *deciſ. 20. per totam , ubi numer. 8.* de communi teſtatur , & contrariam refellit ſententiam , Et Rot. me hic citato *in Bononien. hæreditatis 28. Iunii 1652.* impreſſa à Diana *in calce par. 11.* Suar. *reſol. moral.* & quamvis Theſaur. *lib. 2. forenſ. quæſtionum quæſt. 2.* hanc concluſionem ad binos duntaxat caſus reſtringere conetur : nempe ubi vel ſtatutum loquitur in perſonam , vel agitur de bonis ex beneficio quæſitis , quæ aliàs ad ſpolium pertinerent : nihilominus illa eſt ſimpliciter , & abſolutè vera , ut per prædictos , & latè defendit , ejurata contraria opinione, quam prius tenuerat . Marta *de iuriſdict. par. 4. caſ. 5. numer. 14. cum ſeqq.* quam etiam tenent Duard. *ad Bullam Cœnæ Domini lib. 2. can. 15. quæſt. 19. num. 13. & ſeq.* Facchineus *lib. 12. controver. iuris cap. 29. tom. 2.* Rot. me citato apud Eminentiſs. Ottobonum *deciſ. 149. num. 4.* Andreolus pariter me hic citato *controver. 227. per tot.* ubi plurimos hinc inde refert Anton. Conciol. *allegat. 70. num. 28.* qui me,& hanc meam deciſionem collaudat , provt etiam Rot. *in d. deciſ. 149.* plurimis hinc indè citatis , ac maturè conſiderato pondere rationum , & D. D. ita determinavit utraque parte informanti accerrimi , quicquid utramque opinionem defendi poſſe arbitratus fuerit Surd. *conſ. 506. num. 11. & ſeqq. column. 4.*

15 Sic † etiam in ſimili videmus , quod quamvis ſtatutum loci non afficiat Dominos , ejuſdem loci , id tamen intelligitur in partibus præjudicialibus , non autem in partibus favorabilibus , in quibus Dominus , eo uti poteſt Bal. *in leg. in legatis C. ad leg. Falc.* Caſtr. *in l. digna vox in fin. C. de leg. Brun. in tract. de ſtatut. excluſ. fœm. in 6. art. prin. numer. 67. & ſeq.* ubi ad hoc plura cumulat Roland. *in tract. de lucr. dot. quæſt. 38. in fin.* & latius *in quæſt. 84. num. 8.* Surd. *conſ. 2. numer. 38. & conſ. 262. num. 57. & 58.* & per Beltramin. *ad d. dec. 279. num. 13.*

Non obſtant modò rationes in contrarium conſideratæ .

16 Nam prima , & ſic regula † quod quiſque juris , &c. procedit , quoties privilegium conceſſum fuiſſet ad poſtulationem Eccleſiæ , ſecus ſi motu proprio , ut per Bart. *in leg. cunctos populos ſub numer. 10. C. de Summ. Trin. & fid. Cath.* Felyn. *in dict. cap. Eccl. Sanctæ Mariæ , ſub num. 53.* Socc. *conſ. 71. numer. 19. volum. 4.* qui adducit text. cum ibi notatis *in cap. fin. de vita , & honeſt. cleric.* & ita etiam declarant Doctores ſupra pro hac opinione allati , & ſignanter . Surd. *dict. conſ. 2. numer. 36.* ubi etiam *numer. 37. & 38.* affert alias duas limitationes ad propoſitum noſtrum , ut nempe nec procedat in Eccleſia , & clericis ex eorum favore ſpeciali , nec generaliter , quo ad eos , qui ſtatuentibus non ſunt ſubiecti .

Secunda quoque ratio , quæ habet legem claudicare non debere ; præter quam quod non procedit quoad perſonas

17 privilegiatas : ſi rectè intelligatur non † repugnat , quia ubicumque clericus uti vult ſtatuto laicorum : non inficior quin illud recipere teneatur cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus , nec poſſit in una clauſula pro ſe recipere , & in alia reiicere Bald. *in leg. 1. in ver. ſexto , quæro nunquid clerici C. de contrah. empt. & in leg. omni novat. num. 2. C. de Sacroſ. Eccl.* Alexand. *conſil. 210. n. 5. l. 2.* Decius *in l. 1. n. 12.* & ibi Apoſtil. *ff. de iuriſd. omn. iud. & in cap. Eccleſia S. Mariæ , nu. 225. de conſtit. & conſ. 532. nu. 7. & ſeq.* Natt. *conſ. 534. nu. 3. vol. 3.* Cæph. *conſ. 226. num. 16. volum. 2.* cum aliis congeſtis per Bellett. *diſquiſ. cleric. tit. de exempt. cler. à ſtatut. ſæcul. §. 2. num. 39.* latè Tiraqu. *de retract. §. 1. gloſ. 13. num. 7.* Hond. cum per eum relatis *conſ. 78. num. 111. vol. 2.*

Intelligendo † tamen quando clericus cum effectu utitur 18 ſtatuto , quia non ſufficit , poſſe uti , vel in aliis cauſis uſum fuiſſe , ſed requiritur , ut actualiter utatur in illo negotio , in quo prætenditur contra ipſum ſervari qualitates , ejuſdem ſtatuti . Surd. *deciſ. 20. nu. 8. in fin. & nu ſeq.* Bellett. ubi ſupra *in fin.*

Nec iſto caſu dici poteſt in aliquo præjudicari Immunitati Eccleſiæ , ſeu Clericos ligari ; † quia aliud eſt coerceri, 19 & aliud eſt , ſub certa lege ad ſtatuti commodum invitari *l. Titio centum §. 1. de condit. & demonſtr.* ita poſt Bald. declarat Alex. *dict. conſ. 210. numer. 5. leg. 2.* Lamberteng. *de contract. mulier gloſſ. 2. numer. 57.* Rocc. de Curt. *in cap. fi. ſect. 8. numer. 7. de conſuet.* Burſat. *conſ. 93. volum. 1.* Surd. *301. num. 14. lib. 3.* Gramat. *deciſ. 29. num. 15.* Lancell. Gallia *in conſuet.* Alexandrin. *in verbo Marit. quæſt. 4. num. 7.* ubi atteſtatur de communi opin. cum aliis per eundem Surd. *dict. conſ. 301. num. 4.*

Quod autem dicebatur ſtatuto excludente filias fœminas à ſucceſſione ab inteſtato propter maſculos , comprehendi etiam Moniales , reſpondeo . Quidquid ſit de ſtatuto excludente ſimpliciter fœminas propter maſculos abſque verbis in tempus mortis directis , ſecus tamen eſt , ſi eas excludit à ſucceſſione ſtantibus maſculis , quia tunc effectum ſuum dirigit in tempus dilatæ ſucceſſionis , quo tempore monialis non erat ſtatuentibus ſubdita , & ideò eam non comprehendit Bald. *conſ. 55. num. 1. volum. 5.* qui idem tenere videtur *in leg. cunctos populos num. 92. C. de Sum. Trinit. pulcrè* Salicet. *in auth. caſſa numer. 14. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ubi inquit , ſe ita determinari vidiſſe per valentiſſimos Doctores in perſona D. Liti de Alidoxiis Epiſcopi Immolenſis Ancar. *conſ. 108. num. 12.* Alex. *conſ. 111. num. 9. lib. 2.* Dec. *in cap. Eccleſia S. Mariæ non mihi 208. & pluribus ſeqq. de conſtit. latè , & pulcrè* Ruin. *conſ. 204. num. 10.* qui inquit idem tenuiſſe Francum in publica diſputatione ſubdens , hanc partem religioni faventem tenendam , & rurſus *in conſ. 200. numer. 8. & 9. lib. 2.* ubi ait , præfatam rationem eſſe efficaciſſimam . Roland. *conſ. 57. numer. 29. lib. 2.* Marta *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 13. numer. 1. & rurſus de iuriſdict. part. 4. caſ. 5. num. 1.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. quæſt. 19. numer. 36. & ſeq.* Surd. *deciſ. 20. numer. 8.* & ſic in his terminis hæc ſententia communis eſt, & tenenda cum ſit opinio diſtinguens , D. D. ad concordiam redigat , quam etiam poſt ſecundam hujus operis impreſſionem , me hic citato , amplexa eſt Rota *in Bononien. ſucceſſionis de Ianis 9. Decembris 1654. coram Bichio relatur* per Micalor. *de fratribus poſt tractatum deciſ. 56.* ubi aliæ deciſiones referuntur , & quamvis poſt obitum d. D. Bichii validiſſimè inſtaretur , ut Rota à deciſione recederet , non tamen receſſit ; unde cauſa per concordiam terminata fuit , cumquè articulus iſte in perſonam Clerici diligentiſſimè per totam Rotam , poſtquam cauſa bis dilata fuerit partibus acerrimè informantibus diſcuſſus idem firmavit *coram Eminentiſſ. Ottobono dict. eius deciſ. 149.* † non obſtante quod ſtatu- 20 tum prædictum iniecerit vinculum antequam Mulier efficeretur monialis : quia ſi hæc ratio ſimpliciter intellecta eſſet bona , ſequeretur ferè ſemper ſtatuta laicorum ligare clericos , qui naſcuntur laici , & ſubiiciuntur ſtatutis , & ſic ligantur , & licet poſtea efficiantur clerici , remanerent tamen ligati : quia eſſet iniectum vinculum ante clericatum , ut benè conſideravit. Dec. *in d. cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ num. 67. verſ.* & licet *de conſt.* & Roland. *conſt. 57. ſub num. 29. vol. 2.*

Concluſio † itaque *ſup. num. 9.* in contrarium allata , eſt 21 cum grano , ſalis , intelligenda : ut ſcilicet ſtatutum , quod ante clericatum , vel profeſſionem vinculum iniecit , perſonas Eccleſiaſticas comprehendat , ſi jus agendi ex ſtatuto oritur ex facto , vel quaſi facto ante clericatum ſuſceptum , vel ante ingreſſum in Monaſterium , ſecus quando jus agendi oritur ex facto , vel quaſi facto poſt clericatum ; ſatis eſt enim , ut tempore facti , vel quaſi facti , perſona effecta ſit Eccleſiaſtica ; quia tunc ſtatutum , ſaltem præjudiciale , illam non ligat , ſed ammittit vires ſuas , ut per Anton. de Butr. *in d. cap. quod clericis col. pen. de foro competen.* & poſt Calder. & alios tenuit etiam Alex. *d. conſ. 211. nu. 9. lib. 2.* Roland. *d. conſ. 57. num. 28. vol. 2.* Dec. Ruin. & Cephal. ubi ſupra , Capicius *deciſ. 98.* Franc. *deciſ. 411.* Surdus *deciſ. 20.* Rot. me hic citato *in d. Bononien. hæreditatis 28. Iun. 1652. coram eodem Bichio impreſſa à Diana in calce par. 11. reſol. moral.* & ita ut dicebam Doctores , qui inter ſe pugnare videbantur conciliandi ſunt , † nec eſt facienda vis in au- 22

thori-

thoritate Gasp. Thes. qui erat Achilles informantius pro contraria parte, dum *in libr. 2. quæst. forens. qu. 3. nu. 4.* amplectitur contrariam opinionem, quia ipse parum memor secum pugnat, ex quo *in quæstione præcedenti, nempe 2. num. 9.* quamvis contra Ecclesiam scriberet, firmavit hanc nostram sententiam, pro qua adduxit non esse considerandum utrum ante, vel post clericatum statutum injecerit vinculum, quia inspicitur tempus advenientis conditionis, subdens; propterea illam considerationem refelli per Molin. *de primogen. libr. 2. cap. 10. sub numer. 97.* & in specie per Abb. *cons. 113. num. 18. & seq.* Rolan. *cons. 96. lib. 4.* per tex. *in leg. fin. C. unde liber.*

Porrò jus succedendi oritur ex facto; nempe ex morte Pa-
23 tris, vel Avi: † etenim an aliquis sit capax, nec ne tempus delatæ successionis attenditur *leg. si cognitis, ff. de rebus dubiis*, ut considerat Marta ubi supra *num. 16. & 17.* & ante eum, quamvis ipse non dicat, eandem responsionem dedit Alex. *dict. cons. 211. num. 9. lib. 2.* & quod habilitatem succedere debentis metimur à tempore dilatæ hæreditatis tradunt Bald. *in l. 2. Cod. de Jur. Emphit.* Menoch. *consil. 220. num. 127. & cons. 1170. num. 8.* Peregr. *cons. 33. sub num. 22. libr. 2.* Valenzuol. *consil. 83. nu. 31. in dict. Bononien. coram Bich.* ex quo apparet nullius esse momenti considerationem Felyn. loco supra citato, ut nempè, stante dicto statuto, fœmina dudum, scilicet tempore suæ Nativitatis fuit exclusa à successione. Imò nego assumptum; Non enim fœminæ dicitur exclusa, nisi quatenus tempore successionis extent masculi; unde cum effectus exclusionis verificetur tempore, quo ipsa jam est effecta monialis; non mirum, si dictum statutum illam ligare non potest; & hæc opinio est vera, & in praxi recepta, & quod statutum non dicatur plenè vinculum ante monacatum injecisse, & quod non dum orta erat actio tradunt plurimi, quos retuli, & secutus fui *in decis. 135. numer. 124. & seq. part. 2.* Unde quamvis ferè per totam Italiam adsint prædicta statuta, nihilominus laici prudenter curant, ut Moniales earum consanguineæ, antequam professionem emittant, renuncient bonis paternis, & maternis, juxta forma Sacri Concilii Tridentini, quam meam rationem approbavit me citat Rota in *dict. Bononien.* de Janis *coram Bichio*.

Nec refragatur, si ad ostendendum statutum ligare Clericos, quoties vinculum ante Clericatum injecit, etiam si ca-
24 sus postea succedat, detur instantia de statuto † conservante primogenituram in familiis, quod excludit secundogenitum etiam Clericum Jo. Andr. *in reg. sine culpa in mercurialibus in fin.* Sylvester. *in summ. in ver. lex. quæst. 5.* Duard. *in Bullæ Cœnæ lib. 2. cap. 15. qu. 19. num. 37.* Tiraq. *cum relat. de primog. qu. 43. nu. 14.*

Quoniam, præterquam quod etiam contrarium sustineri posset, ut nempe Clericus secundo genitus vigore dicti statuti minimè dicatur excluſus, ut defendunt Jo. Leciner. *in tract. de primog. lib. 3. quæst. 11.* & Marta *de Jurisdict. par. 4. cap. 22. sub num. 36. & seqq.* Nihilominus etiam admissa dicta conclusione, quæ re vera in praxi recepta est, responderi potest cum Alex. *dict. cons. 210. num. 9.* instantiam non
25 esse bonam, ob rationis diversitatem, † quia jus primogenituræ, etiam vivente patre, produxit effectum, & ante Clericatum secundò geniti radicatum erat, & acquisitum primogenito. Quod adeo verum est, ut si ipse primogenitus moriatur, vivente Patre, jus illud transmittat ad filios excluso secundogenito, ut per Bellamer. *decis. 717. numer. 6. & decis. 723. num. 17. in fin.* & post alios quos refert tradit Marta *in tract. de iurisdict. part. 4. casu 22. numer. 27. & seqq.* ad quod videndi sunt DD. per me relati infrà *dec. 72. num. 12.*

Verissima itaque est Conclusio, ut Clerici uti possint statuto laicorum, quo ipsi non ligantur. Sed casui nostro ex duobus applicari non videbatur.

26 Prius † quia dictum statutum loquitur per verba arctativa, & præceptiva per modum prohibitionis: seu inhibitionis: tunc enim quemadmodum non arctat clericos, ita nec ipsi possunt eo uti contra laicos, secundum Honded. *d. cons. 20. nu. 18. vol. 2.* ubi citat Lapum *alleg. 101. num. 14. & seq.* Domin. de S. Geminin. *in cap. fin. in princ. de off. deleg. in 6.* Abb. *in cap. constitutus num. 4. de restitut. in integ.* Roman. *singul. 447.* Alex. *cons. 210. nu. 13. libr. 2.* & Barbat. *cons. 50. col. 2. verf. istis nunc, suppositis lib. 3.*

27 Sed advertendum est, † quod Lapus, Dominicus, & Alexander non dicunt Clericos non posse uti hujusmodi statuto, sed illo non ligari etiamsi sit in eorum favorem: longè autem distant, ut supra deduximus, ligari statuto saltem favorabili, vel illo uti posse, supposito, quod dicta verba arctativa non dirigantur in Clericum, ut infra *numer. 30.* Et quod hæc Theorica Hondedei non sit vera, videtur probari data instantia de statuto de faciendo compromissum, quod quamvis sit præceptivum & non arctet Clericos, ut egregiè per Socc. Sen. *consil. 71. per totam.* ipsi tamen illo uti possunt contra laicos, cogendo eos ad compromittendum, juxta formam dicti statuti, ut benè per Marant. *disput. 8. num. 6. sub nu. 44. & 47.*

Et † hoc fortè sentit Bald. *in cap. cum venissent, de eo,* 28
qui mittitur in possess. quem refert, & sequitur Surd. *d. cons. 8. sub num. 19. lib. 1.* dum ait, Clericos non ligari à statuto laicorum, licèt eo uti possint tanquam privilegio, non tanquam lege: quia lex obligat, & necessitat privilegio autem nemo invitus utitur: † quæ ratio æquè procedit in bonis 29
Ecclesiasticis, ac in patrimonialibus: quicquid inter illos differentiam posuerit. Honded. *d. cons. 20.*

Posterius † est, & hoc decidit casum nostrum, quia sta- 30
tutum facit expressam mentionem de ipsis Ecclesiasticis, eorumque bonis; tunc enim, si non sit merè privilegiativum, est nullum ex defectu jurisdictionis, ut supra deduximus, & tradunt plurimi congesti per Surd. *consil. 301. num. 12. & 13.* Carpan. *ad statu. Mediol. in prælud. num. 194.* cum aliis cumulatis per Graff. *d. effect. 1. num. 488.* & ego latè dixi: & plurimos congessi in *decis. præced. numer. 30. & seqq.* & sic non mirum, si Clericus eo uti non possit, quia quod nullum est nullum parit effectum. Rota me hic citato *decis. 96. numer. 22. ex impressis* per Merlin. de pignor. Cæteris autem statutis, de clericis, & Ecclesiis expressam non facientibus mentionem etiam non merè privilegiativis, uti possunt Clerici adversus laicos, tametsi illis non ligentur per prædicta.

ARGUMENTUM.

Statutum, seu proclama laicorum, annonæ extractionem prohibens, vel aliàs vb publicam, & promiscuam Clericorum, laicorumque utilitatem, seu necessitatem conditum: an & quando personas Ecclesiasticas quoad vim coercitivam obliget, & confutatur ex professo totum consilium *Menochii* 800.

SUMMARIUM.

1 *Statutum laicorum pro ubertatis conservatione æditum, ligat etiam clericos.*
Contrarium est verius num. 22.
2 *Edictum Principis pro Publica, communique hominum utilitate, ligat clericos.*
Contrarium est verius num. 18. & 33.
3 *Clerici contribuunt cum laicis in respicientibus communem, & promiscuam utilitatem.*
Contrarium est verius num. 48.
4 *Statutum dans formam ædificiis, viis, vel cloacis, ligat Clericos.*
Contrarium verius num. 49
5 *Ecclesia conferre tenetur excubiis ob publicam utilitatem inductis.*
Contrarium est verius num. 50.
6 *Clerici ligantur edictis, & gabellis pro aeris serenitate, & peste emanatis.*
Contrarium verius num. 50.
7 *Ob publicam utilitatem receditur à regulis juris.*
8 *Clerici ligantur statutis de non seminanda oriza ob aeris serenitatem.*
Contrarium est verius num 51.
9 *Statutum de non alienandis stabilibus in non subditos, comprehendit etiam clericos, & Ecclesias.*
Contrarium est verius num. 52. & 53.
10 *Clerici contribuere tenentur pro Academiæ publicæ impensas.*
Contrarium est verius num. 56.
11 *Statutum determinans annonæ pretium, ligat clericos.*
Intellige vi directiva, non arctativa nu. 57.
12 *Consuetudo immemorabilis habet vim privilegii, & clericos ligat.*
Declara ut nu. 59.
13 *Statuta laicorum Ecclesiasticæ derogant libertati, si ob publi-*

blicam condantur utilitatem.
Contrarium verius nu. 18. & deinceps.
14 *Clericus transportans annonam contra Principis edictum, punitur ab Ecclesiastico, & ei curia laica bladas aufert.*
Contrarium est verius sub num. 59. & ex his, & infra.
15 *Curia laica aufert à Clerico arma à Principis edicto prohibita.*
Contrarium verius num. 60.
16 *Laici Clericorum blada contra Principis edictum asportantes, puniuntur.*
Contrarium verius num. 61. & seqq.
17 *Clerici ligantur statuto de non transportandis bladis.*
Contrarium est verius nu. 21.
18 *Clerici non ligantur edictis sæcularibus, etiam promiscuam utilitatem concernentibus.*
19 Barbatia cons. 28. column. pen. lib. 1. à Menochii *impugnatione vindicatur.*
20 *Sanctus Carolus renuit clericos cogere ad servanda edicta ob publicam utilitatem condita.*
21 *Statutum de non extrahenda annona, clericos non comprehendit.*
22 *Clerici omni jure sunt à laicorum jurisdictione exempti.*
23 *Lege sua nemo ligare potest, in quem jurisdictionem non habet.*
24 *Statutis non ligatur, nec forum sortitur qui non subiicitur.*
25 *Causa rationabilis non tribuit auctoritatem ligandi statutis.*
26 *Iurisdictio legislatoris concernit legis substantiam.*
27 *Utilitas publica sustinere non potest actum ex formæ defectu nullum.*
28 *Legum finis, & substantia est commune bonum.*
29 *Lex humana quando justa dicatur.*
30 *Leges in bonum privatum conditæ: cedunt in bonum commune.*
31 *Leges quatenus principaliter, vel secundario bonum commune respiciant.*
32 S. Jo. Chrysostomi *dictum super legum vtilitate.*
33 *Divisum imperium cum Jove Cæsar habet:*
34 *Legum suarum vindex unusquisque est.*
35 *Clericorum bona etiam patrimonialia veniunt accessoriè ad personam quoad forum.*
36 Thesa. qu. forens. libr. 2. qu. 8. sub numer. 9. *reiicitur.*
37 *Bonæ clericorum patrimonalia an, & quando gaudeant privilegio Ecclesiarum.*
38 C. non minus &c. adversus de Immun. Eccles. *renovantur in Bulla Cœnæ Domini.*
39 *Statutum auferens clerici, competentia illis de jure naturali, vel canonico, vel civili dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, & num. 46.*
40 *Transportatio rei propriæ de loco ad locum licita est cuiq;.*
41 *Minor transportans bladas contra formam edicti, excusatur.*
42 *Libertas quid sit.*
43 *Edicta impedientia liberum rerum suarum usum, sunt odiosa.*
44 *Statuto contra Ecclesiasticam libertatem utentes sunt ipso jure excommunicati.*
45 Decius in authent. cassa, nu. 17. & 20. C. de Sacros. Eccles. *reiicitur.*
46 *In dispositione generali non venit quod in specie disponi non potest.*
47 *Paria sunt directè, & indirectè contra prohibitionem facere.*
48 Ancaranus in c. non minus num. 8. de Immunit. Eccles. *reprehenditur.*
49 L. ad instructionem Cod. de Sacrosanct. Eccles. *fuit ab initio invalida, & hodie est correcta.*
50 *Clerici pro excubiis publicis non contribuunt.*
51 *Statutum de non seminanda oriza, non comprehendit agros clericorum.*
52 *Clerici alienant stabilia in forenses contra laici statuti prohibitionem.*
53 *Alienari possunt stabilia in clericos, statuto non obstante.*
54 *Princeps etiam indirectè prohibere nequit subditis, ne obsequia præstent, vel merces clericis.*
55 Cap. fin. de Eccles. Immunit. in 6. *renovatum est in Bulla Cœnæ Domini.*
56 Decian. cons. 14. n. 19. 25. & seq. lib. 1. *confutatur.*
57 *Clerici an vendere possint res vel monetas expendere ultra pretium ab edicto laicali taxatum.*
58 *Episcopus juvare debet suo edicto taxam pretii à laicis impositam.*
59 *Consuetudo Ecclesiasticæ libertati præjudicialis introduci non potest.*
60 *Clerici non possunt à curia laica armis spoliari.*
61 *Laici transportantes bladas clericorum, non possunt à Principe puniri.*
62 *Operarii obedientes conductori in re de sui natura non prohibita in nihilo tenetur.*
63 *Causa laici nomine clerici possidentis spectat ad forum canonicum.*
64 *Frumentum asportatum esse Clerici, an, & quando juramento probetur.*
65 *Iudex Ecclesiasticus adeundus est ubi controvertitur an bladæ quæ vehuntur ad clericum spectent.*
66 *Statutum mandans tempore caritatis frumentum introduci, non ligat clericus.*
67 *Locator prædii Ecclesiæ, an, & quando frumentum in civitate introducere teneatur.*

DECISIO XII.

ARrestatum fuit ad fores Civitatis Parmæ frumentum, quod Clericus quidam ex mea in scriptis licentia pro serendis agris ea ab Urbe extrahi faciebat, statimque D. Gubernatore mandante, distractum, pretiumque fisco applicatum: sub prætextu, quod inciderit in commissum in vim edicti, retroactis annis promulgati, ac unanimiter à Vicario Apostolico, & Gubernatore illius temporis subscripti, quo vetebantur omnes, cum clerici, tum laici frumentum, & bladam absque Gubernatoris in scriptis licentia extrahere. Quod ut ad meas pervenit aures, frumentum restitui, illiusque extractionem liberè permitti mandavi: provt tandem non absque magna cum Gubernatore altercatione, adimpletum fuit. In qua quidem tria in quæstionem venere; primum, an hujusmodi Magistratus laici statutum ad ubertatem in Urbe servandam conditum, clericos vi coercitiva comprehenderet, de quo agam in præsenti. Secundum an vi directiva, de quo in proxima decisione differam. Tertium an saltem virtute subscriptionis Vicarii Apostolici Gubernator juxta illius formam adversus d. Clericum procederet potuerit, quod decimæquartæ decisionis subiectum erit.

Quod igitur attinet ad primum, D. Gubernator se expediebat unico verbo, afferendo plenissimum † *Consilium* 1
Menochis 800. *vol.* 8. ubi ex professo reiiciens Ripam *in tract. de peste in tit. de remed. ad conserv. ubert. nu.* 122. pluribus firmat hujusmodi ordinationes, vel statuta ligare personas Ecclesiasticas, etiam Episcopali dignitate decoratas, eorumque bona: ea potissimum ratione, quia fiunt conservandæ ubertatis gratia, quod communi hominum utilitati interest, *l. fin. in fi. ff. ad l. Iul. de annot.* & apertius habetur in *l. mulierem in princ. ff. de accus.* Cyn. & Rainer. relati à Caccialup. *in leg. cunctos populos num.* 158. *C. de Summ. Trin. & fid. Cath.* Ripa *in dict. tract. de peste in rubr. de remed. ad conservan. ubertat. num.* 15. & 53. Mexia *in tract. de taxa panis concl.* 1. *num.* 14. & *concluf.* 5. *num.* 40. Rim. jun. *in cons.* 68. *num.* 28. *lib.* 1. Clar. *in §. fin. quæst.* 82. *vers. statutum* 7. *circa blada.* Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 22. *de fraudand. aut onerat. annonam num.* 15. & 16. ubi multiplici eruditione rem hanc prosequitur, cum aliis ab eodem. Menoch. *relat. num.* 1.

Unde † secundum eundem *ibid. num.* 2. intrat conclusio, 2
quòd edicta Principum sæcularium pro publica, communique hominum utilitate ædita, etiam Clericos ligant, ut statuisse ait *Conc. Lateranen. in cap. non minus*, §. *quo circa de immun. Eccles.*

Hanc autem conclusionem comprobat Menoch. pluribus instantiis.

Et † primò ex traditione Anchar. *in d. cap. non minus n.* 8. 3
& Abb. *ibid. num.* 18. & *col. pen. vers. aut necessitas*, & ejusdem Anchar. *cons.* 96. *super dubio*, violentium in effectu, quod ubicunque tractatur de communi utilitate Clericorum, & laicorum simul, & permixtim, Clerici teneantur contribuere una cum laicis: cum æquum sit illos ubi commodum sentiunt, sentire etiam incommodum: modo tamen à suis cogantur superioribus, ut *ibidem per eum à num.* 3. *usque ad* 16.

& rursus num. 24. & 25. ubi de impensa excavationis fluminum, reparationis pontium; refectionis, vel purgationis putei in vicinia existentis.

4 Secundò † ex doctrina Salyc. *in auth. cassa. col. 6. vers. & primo quæro C. de Sacrosanct. Eccl.* dicentis, statutum dans formam, & modum ædificii: puta, ut ædificantes, viam, vel porticum certæ latitudinis dimittant: vel circa vias, cloacas, & immunditias extra ejectas, ligare etiam Clericos, *arg. l. ad extructionem cum ibi not. C. de sacrosanct. Eccl. iuncta l. in totum de ædif. prima cum similibus*. Qui tamen per Vicarium Episcopi ad hæc compellantur, ut *ibi per eum*, quam doctrinam sequuti sunt Decius *in d. Authent. cassa. num. 16.* Barbat. *cons. 1. col. 12. vers. & adduco, quod voluit lib. 3.* & Obizon. *in repet. l. filius fam. §. divi nu. 88. de leg. 1.*

5 Tertiò, † quia Ecclesia tenetur conferre pro excubiis ob publicam utilitatem indictis. Andr. de Iser. *in c. 1. §. illicitas de pace iuram. firm. comprobat* Luc. à Penn. *in l. ultim. col. 1. in fi. & col. 3. C. de extract. trib. lib. 10.*

6 Quartò, † quia Clerici ligantur statutis, & edictis, quæ ob publicam utilitatem emanarunt pro aeris salubritate, & tenentur ad collectam impositam propter pestem, ut de primo tradunt Iser. ubi supra & ibi Afflict. *num. 1.* & Paris. de Put. *in tract. de reintegr. feud. cap. 13. numer. 26.* Et de secundo Rip. *in tract. de peste in tit. de remed. ad conserv. ubert. nu. 234. vers. & dato.* Hier. Previdell. *in tract. de peste tit. de cæteris ad salubrit. civitatis, & cap. quod incipit per d. l. unic.* ad quod

7 etiam vide Caball. *resol. 9. & 12. lib. 1.* & ratio † ea assignari potest, quia hic agitur de publica utilitate, ob quam recedituur à regulis juris communis, & multa permittuntur; quę aliàs non licerent, ut post alios notat Gail. *obser. 56. num. 4. lib. 2.*

8 Quintò, † quia Clerici ligantur edicto Principis sæcularis, quò statuit ob conservandam aeris salubritatem in prædiis in sua ditione sitis, orizam seminari non posse, ut latè consuluit Hier. Gabr. *cons. 37. nu. 5. lib. 2.*

9 Sextò, † quia statutum prohibens alienari immobilia in non subditos, conditum ob publicam Civium utilitatem, videtur comprehendere etiam Clericos, & Ecclesiam, ut scilicet in eos ejusmodi alienatio fieri minimè possit, ad quod citat Zabar. latè *cons. 144.* Feder. de Sen. *in cons. 35.* (qui tamen in libro meo hoc non dicit) Crot. *in l. filius famil. §. divi. col. 24. de l. 1.* & ibid. Ferd. Beaz. *num. 424.* Barbat. *cons. 14. nu. 11. lib. 2. & in rubr. de reb. eccl. non alien. nu. 35.* Lud. Mexia. *in tract. de taxa panis col. 5. num. 18.* Tiraqu. *de legib. connub. in glos. 6. nu. 168. & seq.* sed voluit citare *glos. 8. nu. 171.* & poterat allegare eundem Tiraqu. *de retract. §. 1.* ubi plures ad hoc adducit: provt etiam *in tract. de primog. q. 38.*

10 Septimò, † quia clericis contribuere tenentur pro impensa Academiæ Principis sæcularis; quæ fit in conducendis Interpretibus, & aliis, cum sit impensa respiciens communem, publicamque etiam ipsorum clericorum utilitatem, ut per Dec. *cons. 14. num. 19. 25. & seq. lib. 1.*

11 Octavo, † quia edictum Principis sæcularis ne plus, certo à se statuto pretio, vendatur annona, ligat etiam clericos Bar. & Platea *in leg. 1. C. ut nem. lice. in empt. specier.* Vinc. de Franchis *decis. 9. nu. 3.* qui testatur ita decisum fuisse per Concil. Neap. & Sotus *in 4. sent. dist. 25. quæst. 2. artic. 2. col. 4. vers. quarta conclusio*, & Navarr. *in Manual. cap. 13. nu. 88.* & per Menoch. *ubi supr. nu. 27.* & ita etiam decidit Mastril. *decis. 18. num. 35.* Caball. *resolut. 9. num. 6 & seqq.* Vulpell. *tract. de libert. eccl. par 2. 21. 22. & 31.* Thes. *dec. pedemont. 234. sub num. 10. in 5. fallent.*

Nonò denique Menoch. *sub num. 38. & seqq.* fundatur in longissima consuetudine Mediolanensi, quæ etiam allegaba-

12 tur in dicta Parmensi Civitate, † quam dicit ipse saltem uti Summis Pontificibus non ignotam, suffragari, vimque privilegii obtinere: idemque quoad consuetudinem immemorabilem sensit Vulpell. *de libert. Eccl. p. 2. n. 32.*

Unde rejectis quibusdam adductis in Clericorum favorem, quæ inquit procedere, quando non publica versatur utilitas, sed particularium duntaxat; & confutata Ripæ auctoritate, contrarium præcisè in terminis nostris sentien-

13 tis, uti fundata in illa regula, † quod statuta laicorum non possunt tollere ecclesiasticam libertatem, quam regulam ait idem Menoch. *numer. 38.* limitari, quoties statuta condita sunt ob publicam utilitatem, ut per Mexiam *in commentar. ad pragmat. Regiam super pretio frumenti, & aliorum bladorum in glos. ult.* Concludendo denique à numer. 48. &

14 deinceps, firmat duos casus, † prior est, quoties Clerici contravenientes prædicto statuto, vel edicto Principis sæcularis, ipsimet extrahunt, vel præsentes sunt transportationi annonæ; & tunc ait eos puniri quidem non posse à Judice laico in corpore, nec in ære, sed ab Ecclesiastico, vel eadem pœna statuti, vel alia arbitraria, modò illa non sit nimis levis, vel ipse Judex Ecclesiasticus non sit negligens, quo casu tenet Clericum puniri posse à Judice laico ex Covar. *pract. qq. cap. 33. numer. 7.* Subdit tamen, Judicem laicum tametsi non puniat Clericum transportantem: auferre tamen posse ab eo annonam, quam contra Principis edictum asportabat: † sicuti quidam asserunt à Clerico auferri posse 15
arma, quæ adversus Principis edictum deferebat, ut tradit Didac. *d. cap. 33. num. 7. ver. utrunque tamen* Clar. *in §. fi. qu. 36. ver. ulter. quæro, nu. 26.* & idem Menoch. *de arbitr. iud. cas. 393. nu. 1. & seqq. & alii complures*, & Cabal. *cum resol. crim. c. 9. num. 13. & seqq.*

Posterior casus est, quoties Clerici non per se ipsos extrahunt; sed per alios, ut in nostra facti specie, & tunc concludit, laicos † nomine, & mandato Clericorum asportantes, posse à Judice laico puniri, cum nullum eis privilegium sit à lege tributum; de colonis, & inquillinis prædiorum Ecclesiæ, qui ligantur statuto Principis, docuit Salyc. *in authen. cassa col. 6. vers. & primo quæro. C. de sacrosanct. Eccl.* Thes. *dec. 116. nu. 8.* Hier. Gabr. *cons. 37. nu. 4. & 5. lib. 2.* 17

Et ex his, quæ sunt in præcisis terminis nostris, videbatur D. Gubernatorem jure optimo auferri fecisse prædictum frumentum imò satis remisse; egisse; cum laicos illud exportantes impunitos reliquerit, me autem non potuisse de Jure illius ministros cogere ad restitutionem, eoque † ma- 17
gis quo eandem opinionem, ut Clerici ligentur hujusmodi statuto, latè defendit etiam Vulpell. *in tract. de libert. Eccles. part. 2. num. 18. cum plurib. seqq.* ubi alios cumulat. Mexia à Menoch. *relat. super pragmatic. taxæ panis concl. 5. nu. 4.* ad quod videndus est etiam Gaill. *obser. 56. nu. 5. & 32. num. 6. & 7. lib. 2.*

Cæterum sicut ipse summoperè revereor Menochium excellentissimum, egregium, ac nostri ævi Jurisconsultorum facilè Principem; ita ei in propria causa, scilicet pro tuitione sui edicti, suæque jurisdictionis contra Ecclesiasticam libertatem scribenti, usque adeo acquiescere non debeo, ut immo vix mihi persuadere possim consilium illud è tam celebri, ac insigni calamo excidisse, cum ferè quot ibi sunt conclusiones, tot adsint terrores.

Contrariam igitur sententiam absque ulla hæsitatione verissimam esse censui.

Quamvis enim aliqui ex DD. à Menochio relatis, & alii nonnulli teneant statuto Principis sæcularis bonum commune Reipublicæ, ac promiscuam Clericorum, laicorumque utilitatem concernente, ligari etiam Clericos, cæteraque personas Ecclesiasticas.

Nihilominus † verior, communior, tutor, atque in 18
praxi servanda opinio est, Clericos nullo modo, nulloque prætextu obligati legibus, & statutis laicorum, quantumvis bonum publicum commune concernentibus, & etiam ipsis Clericis favorabilibus, nisi à Summo Pontifice confirmentur, Felyn. latissimè *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 89.* & ibi Decius *nu. 55. ver. nec obstat per statutum; de Sacr. Eccles.* Abb. *cons. 3. lib. 1. & in cap. cum à nobis nu. 4. de sent. excom.* Gram. *dec. 100. n. 9. & 16.* Accurs. *in l. ad instructionem in ver. titulo iuncta glos. 1. in l. fin. C. de quibus mune. & præst. lib. 10. glos. in cap. generaliter. §. novarum 10. q. 1.* Jo. Andr. *in cap. non minus, col. fin. de Immunit. Eccles.* qui ait nullam legem digestorum, aut C. aut Authent. potuisse astringere Clericos, Calderin. *consil. 2. colum. 2. in fin. de censib.* Marta *cum relat. de Iurisd. lib. 4. cap. 2. n. 39. & seqq.* Fortun. Garz. *in tract. de ultimo fine iuris àn. 158. usque ad 169.* Vasq. *de succes. creat. §. 10. num. 561. & §. 26. num. 71.* Rebuff. *super Constit. Galliæ in proœm. glos. 1. numer. 55. & seqq.* Surd. qui alios congerit *cons. 301. num. 24. & 30. vol. 3.* Purgm. *in cons. 17. num. 33.* ubi ait hodie statuta condita à laicis respectu Clericorum, inania esse, nullius que momenti, etiamsi honestissima & saluberrima essent, ac Reipublicæ utilia: idemque etiam dixit Paris. *cons. 106. num. 2. lib. 3.* refert, & sequitur Carol. de Graff. *de effect. cleric. effect. 2. num. 199. & seqq.* ubi ait hanc esse veram sententiam Burlat. *cons. 90. nu. 22.* Castrens. *in l. ab administratione post princip. Cod. de lega.* quem refert, & sequitur Ambros. *de Immunit. Eccles. cap. 21. n. 13.* Arer. *in ca. quod clericis in fin. de for. compet.* & ex Theologis Azor. *tom. 1. Instit. Moral. libr. 5. cap. 12. qu. 5. & in cap. 13. quæst. 8. & tom. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 10. 11. & 15.* Less. *de Justit. lib. 2. cap. 33. dub. 3. numer. 25. & seqq.*

Sua-

Suarez. *tom. de legib. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 15. ubi ait, hanc esse veram, & certam resolutionem: & rursus in *tract. defens. fidei libr.* 4. *cap.* 16. *sub num.* 13. *in fin.* ubi ait, Hæreticos contrariam opinionem arripere, *& num.* 16. ubi testatur hanc esse probabiliorem, & veram, Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 16. *quæst.* 17. *num.* 30. *Summ.* Silvester. *in ver. immunitas, in princip. numer.* 12. ubi quod ista est communis opinio Canonistarum, quorum plurimi loquuntur tam de statutis, quam etiam de legibus Imperialibus, & in specie gloss. Ioan. Andr. Mart. Suar. Duard. latè, & pulchrè.

19 Unde † Barbat. *qui cons.* 8. *col. pen. lib.* 1. hoc idem sensit non meruit tam acriter reprehendi à Menoch. *de recuper. possess. rem.* 14. *num.* 57. ubi adeo contra illum invehitur, ut mirum sit reportans alios qui Barbatiam à veritate aberasse, ac superbiæ vento plenum fuisse, ab ejusque doctrina cavendum esse scripsere. Quicquid autem sit de hoc, illius tutelam non assumo, dico tamen eum quo ad hanc propositionem non meruisse reprehendi.

20 Quibus † omnibus accedit auctoritas sanctissimi Præsulis Caroli Borromei, celesti spiritu pleni, qui cum à D. Gubernatore Mediolani per litteras requisitus fuisset ut cogeret Clericos ab observandum edictum ab se pro publica, communique utilitate conditum, eidem in hæc verba rescripsit. *Hoc excellentiæ Vestræ, quam paterna charitate unice in Christo diligimus, primum persuasum esse debet, in Ecclesia Dei novum, atque inusitatum, & esse & Canonum sanctionibus, sanctæque Ecclesiæ Immunitatis ratione alienum, Ecclesiasticos, edictis eiusmodi laicorum Principum, Magistratumve servandis adstrictos teneri, ad eaque exequenda per Episcopum compelli.*

21 Et in † terminis nostris præcisis: edictum laicorum prohibens annonam, puta frumentum, vinum, blada, & legumina, cæteraque hujusmodi extra territorium deferri, ad hoc, ut conservetur abundantia in Civitate non ligare Clericos, quo minus extrahere valeant ultra Ripam *in tract. de peste, in titul. de remed. ad conservat. ubert. numer.* 122. Caccialup. *in leg. cunctos populos, num.* 186. *Cod. de summ. Trinit. & fide* Cath. & Grammat. *in decis.* 100. *numer.* 15. quos citavit pro hac parte Menoch. *sub numer.* 36. firmaverunt etiam Bald. *cons.* 198. *tom.* 2. Bellott. *in disquis. cler. tit. de exempt. clericor. à statutis laicorum.* §. 3. *numer.* 1. Marta *in tract. de Jurisdiction. part.* 4. *cas.* 2. *num.* 13. *& casu* 83. *num.* 1. *&* 2. Duard. *in Bullam cœnæ libr.* 2. *canon.* 15. *quæst.* 17. *numer.* 45. *& seqq.* Grass. *de effect. cleric. effec.* 2. *numer.* 290. *& seqq.* Bajar. ad Clar. *in* §. *fin. qu.* 82. *ver. statutum septimum numer.* 87. Plot. *in tract. de in lit. juran. numer.* 189. *verb. ex ipso tamen decreto.* Viui. *opin.* 386. *part.* 1. *mihi in* 3. *tom. opin. diver. in ver. statutum prohibens, linea* 2. Ex quibus apparet hanc esse veram, & communem opinionem, à qua nullatenus est recedendum, quod dicta ratio publici, & promiscui boni non subsistat non invitus fatetur Cala *in opusc. de contrahend. Clericor. num.* 70. quamvis plurimos illam sectantes aduxerit *nu.* 69.

Ratio autem prædictorum est irrefragabilis, nempe defe-
22 ctus potestatis in ipsis statuentibus; † nemo enim Catholicorum in dubium refricare audet, Clericos omni iure à laicorum potestate exemptos esse *cap. decernimus. de jud. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. cap. sæculares. de foro compet.* cum sexcentis similibus, & post alios ita firmant Alex. *cons.* 4. *vol.* 4. Nat. *cons.* 495. Sur. *cons.* 301. *n.* 53. *cum plurib. seqq. vol.* 3. Bursatt. *consil.* 42. Leon. *in Thesaur. fori Eccl. p.* 3. *cap.* 38. Garz. *de ultimo fine iuris nu.* 160. Comitol. *lib.* 1. *respon. Moral. qu.* 92. *& seq.* & nos latissimè pluribus congestis probavimus *in dec.* 37.

Super quo, tanquam super indubitabile non insistimus,
23 quia contra negantes principia non esset arguendum. † Certissimum est itidem, neminem posse sua lege ligare eos, in quos nullam habet jurisdictionem, sivè in specie de illis faciat mentionem, sive sub legis generaliter illos comprehendere prætendat *leg. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* cum concordan. Paria enim sunt subdi, forum sortiri, & statutis ligari, *ut not.* glos. *in cap. quod clericis*, & ibi DD. communiter *de for. compet.* Felyn. *& cæteri in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* Innocent. *& cæteri in rubr. de consuetud.* Bellett. *desq. cleric. titul. de exempt. clericor. à statut.* §. 1. *numer.* 7.

Et ex Iuristis Accurs. *in l.* 2. *ff. de eo, quod certo loco. DD. in l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud.* Alex. *cons.* 110. *n.* 2. *& cons.* 29. *n.* 3. *vol.* 2. Surd. *cons.* 301. *n.* 16. *& seq. vol.* 3. Rimin. Sen. *cons.* 487. *n.* 7. *lib.* 3. Bero. *cons.* 65. *n.* 99. *lib.* 1. Gozad. *cons.* 49. *n.* 3. Ruin. *cons.* 200. *vol.* 1. *lib.* 2.

Et ideo † qui non subiicitur, non ligat statutis, nec sor- 24
titur forum, cum hæc omnia à pari procedant, Dec. post alios *in dict. leg. fin. in princ. ff. de iurisdict. omn. iud.* Rota *Urbevetana hæreditatis* 18. *Maii* 1579. *coram Robusterio.* Suar. *in tract. defens. fidei libr.* 4. *cap.* 16. *numer.* 1. *& in tom. de legib. lib.* 3. *cap.* 34. *numer.* 1. & hanc sententiam pluribus relatis firmat Menochius *ipse, in cons.* 350. *num.* 47. *vol.* 3. alios adduxi supra *dec.* 10. *num.* 41. *& infra decis.* 16. *num.* 17.

Unde non sufficit bonum publicum, ubi deficit legislato- 25
ris potestas; † causa enim quæcunque sit, non tribuit auctoritatem, ut respondet Bald. *in leg. cunctos populos sub n.* 55. *ver. ista ratio non valet. Cod. de Summ. Trinit. & fide Catholica* & latè Butr. *in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub num.* 20. *de constit.* ubi inquit, nullitatem edicti quoad Ecclesias, non provenire à qualitate causæ, sed à potestatis defectu, qui semper, & indistinctè nullitatem producit, sequitur ibi Dec. *sub num.* 55. *ver. nec obstat, quod statutum* secundum impressionem antiquam, secundum verò novam *sub numer.* 249. *& num.* 233. Crot. *in leg. filius familias.* §. *divi. numer.* 80. *de leg.* 1. egregiè Surd. *dict. cons.* 30. *sub nu.* 18. *& seqq. vol.* 3. ubi quod si vera est ratio, ut in laico statuendi potestas deficiat quoad Clericos, provt est verissima, & negari non potest salvo pudore, fatendum est statutum esse nullum, non minus quando continet utilitatem Clericis, & laicis communem, quam ubi solum prodest laicis, quia sola utilitas non tribuit jurisdictionem, & cum eo etiam in casu, laico desit jurisdictio, deficit quoque statuendi potestas, *per vulg. regul.* quod ubi ratio est eadem, idem quoque jus statui debet, ut latius per eum *ibid.* & rursus *numer.* 28. ubi, quod publicæ utilitatis ratio qualitatem legis respicit; † sed potestas, & auctoritas concernit substan- 26
tiam, sine qua nulla qualitas considerari potest, *leg. nec ullam*, §. *si absentis, & ibi* Ang. *not. ff. de petit. hæred. cum aliis relat. per eundem* Surd. *cons.* 34. *numer.* 73. *vol.* 1. sequitur etiam Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.* 2. *canon.* 15. *quæst.* 17. *numer.* 45. 46. 47. ubi loquitur in puncto de statuto annonam publicam respiciente, & dicit publicam utilitatem non posse sustinere actum, qui nullus est ex defectu formæ, & jurisdictionis. *Rursus* Everar. *cons.* 42. *num.* 3. *&* 5. *&* 40. Alderan. Mascard. *de generali statut. interpr. concluf.* 1. *num.* 7. *&* Azor. *Instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *ver. tertio quæro.*

Si enim honestas, & publica utilitas sufficeret, profectò Clerici quibuscunque laicalibus statutis ligarentur cum nulla lex aut statutum valere possit, quod ob publicam utilitatem conditum non sit; hic † enim est legum finis, ut 27
commune bonum servetur, & in hoc consistit Iustitia; ut post *Aristot.* 4. *politic. cap.* 1. & D. Thom. inquit Molin. *de Just. disput.* 2. *colum.* 2. comprobat latè Garz. *in tract. de ult. fine utriusque Juris, num.* 3. *& seqq.* sequitur Surd. *d. consil.* 301. *num.* 26. ubi ad hoc adducit *l.* 1. *&* 2. *ff. de leg. &* §. *erit autem lex* (voluit allegare *c. erit autem lex*) *distin.* 4. & ibi egregiè prosequitur materiam, idque ponderat Marta *de Jurisd. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 44.

Et quod de ratione, & substantia legis sit, ut pro communi bono feratur, itavt propter illud præcipuè tradatur docet D. Thom. 1. 2. *quæst.* 90. ubi Cajett. *& reliqui.* Sotus *libr.* 1. *de Justit. qu.* 1. *art.* 2. Navarr. *in comment. de finib. n.* 20. egregiè Suar. *in tom. de legib. libr.* 1. *cap.* 7. ubi ait hoc esse omnium commune axioma, & citra controversiam, & ibi hoc probat tam de jure civili, & Canonico, quam secundum Thologos, & Philosophos.

Quin etiam ad hoc, † ut lex humana possit dici justa, tria 29
copulativè requiruntur. Primum, ut sit congruens Religioni, & respiciens actum Iustitiæ. Secundum, ut sit honesta, & qualis in commune bonum. Tertium ut feratur ab habente jurisdictionem in personas, & res, de quibus statuitur, ut per D. Thomas 1. 2. *qu.* 90. *art.* 2. & colligitur ex abundè traditis per Suar. *ubi sup. c.* 6. 7. 8. *&* 9. & ita tradit Bero. *in c.* 1. *nu.* 226. *de constit.*

Et † quamvis aliquæ leges immediatè ferantur ob bonum 30
particularium personarum, ut sunt leges conditæ ad favorem minorum, viduarum, &c. Nihilominus etiam illæ cedunt in bonum commune, §. *sed hoc tempore. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* Commodum enim partis dirigitur, & ordinatur ad totum Covarr. *in epit. de pactis par.* 2. §. 1. *num.* 6. Salas *de legib. disput.* 1. *sect.* 8 *num.* 47. *&*

seq.

seq. Suarez. *lib.* 1. *de legib. cap.* 6. *num.* 8. Sanch. *in oper. moral. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 31. Rebell. *de obligat. iur. par.* 2. *libr.* 1. *qu.* 9. *num.* 9.

31 Hinc colligunt † DD. omnes leges per se primò, & principaliter respicere bonum commune, quoad intentionem; quo verò ad executionem aliquando respicere principaliter bonum privatum, secundariò verò publicum quandoque è conversò principaliter commune, secundariò privatum.

Unde esto, quod hujusmodi edictum haberet duo ex requisitis, ad legis humanæ validitatem necessaria cum tamen in ordine ad Ecclesiasticos deficiat tertium, quod est præcipuum, & fundamentale, nempè jurisdictio, sequitur quoad eos nec justum esse posse, nec ullam vim habere,

32 quia ut egregiè † dixit D. Chrysost. *in Psalm.* 44. *circa finem Regum leges ratæ sunt, & validæ intra eorum fines, Romanorum Imperator Persis non posset ferre leges; nec Persarum Rex posset ferre legis Romanis.* Quare? Quia in illos nullam habet jurisdictionem qualiscunque sit causa, qua aod easdem leges condendas moveatur: ergo pari ratione idem de Judice laico dicendum est, qui per suas ordinationes quantumcunque bono publico proficuas, non potest Clericos ligare, in quos nullam habet jurisdictionem: suntque extra

33 sphæram ejus imperii. † Nam divisum Imperium cum Jove Cæsar habet. *c. convenior. c. tributum* 23. *qu.* 8. facit *l. fin. ff. de Jurisd. omn. Jud.*

Et (ut semel dicam) quod statuta condita pro bono publico includant Clericos, nullo jure comprobatur, imò totum contrarium, ut colligit Abb. *ex d. cap. Ecclesia S. Mariæ in* 1. *not.* & ibi Dec. *nu.* 55. *de constit.* ita dicitur apud Gram. *decis.* 100. *num.* 16.

Confirmatur, quia si Clericus obligaretur ejusmodi edicto, inobediens esset D. Gubernatori illud trasgrediendo,

34 ergo ab ipso puniri posset; † quia unusquisque vindex est suarum legum, & ideo omnis lex secum affert vim cogendi, ut dixit Arist. quia alioqui valde inefficax est ad finem suum assequendum; consequens est falsum; ergo & antecedens; ut etiam per Suar. *tom. de legib. libr.* 3. *cap.* 34. *num.* 1. & præter eum probatur *in leg. fin. ff. de off. ejus. cui mandata est iurisdict.* & ita in effectu arguit Surd. *dict. cons.* 301. *nu.* 32.

Ex quibus apparet toto aberrasse cœlo Gaill. *lib.* 2. *observ.* 32. *nu.* 2. & 8. quosdam alios, qui putantes, publicam sufficere utilitatem, multifariè contra Ecclesiasticam libertatem sunt lapsi.

Hæc autem verissima ratio non modò urget quo ad perso-

35 nas Clericorum, † sed etiam quo ad bona eorum cum Ecclesiastica, tum patrimonialia: quia veniunt accessoriè ac personam, præsertim ubi agitur de foro, vel Jurisdictione, Abb. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ nu.* 21. *de constit. & in repet. num.* 20. & 26. *& cæteri communiter.* Socc. Sen. *cons.* 65. *nu.* 6. *vol.* 4. Bursat. *cons.* 42. *num* 3. *vol.* 1. Marant. *disput.* 8. *sub nu.* 13. Surd. *cons.* 303. *num.* 64. *& seq. vol.* 4. & *dec.* 20. *nu.* 10. *& dec.* 160. *nu.* 9. & 10. Rim. jun. *cons.* 449. *nu.* 35. *vol.* 4. Everard. *cons.* 42. *num.* 9. *& per tot.* Honded. de Com. *consil.* 3. *nu.* 12. *vol.* 1. *& cons.* 20. *nu.* 6. & 11. *vol.* 2. Bellett. *disquis. cleric. tit. de exempt. cler. à stat. laic.* §. 1. *n.* 5. Carol. de Grass. *de eff. Cler. effect.* 2. *nu.* 33. *cum seqq.* ubi plurimos congerit; sed non omnes fideliter, quibus addo Rol. contrariis satisfacientem *in cons.* 67. *in fin. vol.* 5. *& cons.* 12. *num.* 61. *eod. vol.* Abb. *cons.* 440. *nu.* 37. *& seq.* Rip. *resp.* 82. Dixi, & plurimos congessi *in dec.* 37. *nu.* 74. *& seqq.* ubi egi de illis non collectandis, sequitur me honorificè citato Ciarlin. *in* 2. *p. Controvers. cap.* 138. *nu.* 17. Vulpes. *in prax. Eccles. cap.* 17. *num.*

36 5. & Rot. *dec.* 339. *nu.* 8. *par.* 6. *rec.* Et † ista est vera, indubitabilis, & practicata opinio; quamvis Gasp. Thes. *qu. forens. lib.* 2. *qu.* 8. *sub num.* 9. quoad bona Clericorum temporalia, firmet regulam in contrarium, quæ quidem nullo pacto est juridica.

37 Nam admissa etiam opinione, † quæ habet bona Clericorum patrimonialia non gaudere privilegio Ecclesiarum, nisi in casibus in jure expressis, vel ubi adest eadem ratio, ut per Butr. *in cap. si diligenti. de præscr.* & Felyn. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n.* 8. *& 9. de constit.* cum aliis relatis per Mart. *de Jurisd. par.* 4. *c.* 49. & Maran. *disp.* 8. *nu.* 57. & per Tiraq. *de retr. conjang.* §. 32. *glos. ult. n.* 80. *&* 81. (quæ tamen non videtur tuta, ut per Carol. de Grass. *ubi supr.*) Adhuc ea non procederet, ubi consideratur potius persona, quam bona, ut contingit in sortiendo forum, & in subiectione statutorum, ut benè advertit Dec. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ nu.* 18. *& num.* 65. *&* 66. ubi ante eum Abb. *in* 2. *lectur. num.* 3. *in fin.* Card. *in clem.* 2. *in* 2. *vot. de censib.* cum aliis relatis per Surd. *d. cons.* 361. *num.* 65. & per Mart. *de Jurisd. par.* 4. *cap.* 49. *num.* 3. *&* 4. & per Bellett. *d.* §. 1 *num.* 5. & egregiè per Suarez. *in tra. defens. fidei lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 12. ubi ait, hujusmodi rationem convincere, eum bona sint accessoria ad personam: & quamvis loquatur de statuto disponente de bonis Clericorum in particulari; ejus tamen rationes militant etiam in generali dispositione, ut legenti clarè patet, & tradunt etiam supra relati DD. & hæc omnia rectè intuenti probantur *in cap. non minus & in cap. adversus extr. de immun. eccl.* † quæ duo capitula renovantur, & addita excommu- 38
nicatione in contrafacientes, confirmantur in *Clausula* 18. *Bullæ Cœnæ*, ut post alios tradunt Tolet. *in summ. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 5. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part.* Divus Thom. *quod est de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 100. *& dis.* 23. *sect.* 3. *numer.* 2. Molin. *tract.* 2. *de Just. dis.* 970. *n.* 3. Quomodo ergo Cala *de contraban. Clericor. num.* 132. asserit me hic fateri contrarium.

Quinimmò, si D. Gubernator prætenderet edictum suum comprehendere etiam Clericos, eorumque bona, utique illud esset contra Ecclesiasticam libertatem. † Statutum 39
enim, vel edictum non solum si est contra privilegia Ecclesiasticis concessa, sed etiam si prohibet Ecclesiis, vel Clericis, aliisque personis Ecclesiasticis uti ad libitum bonis suis, ipsisque aufert ea, quæ concessa sunt de iure naturali, communi, canonico, vel civili dicitur contra libertatem Ecclesiasticam *cap. quarto de privil. cap. cum terra*, & ibi Butr. Abb. & Imol. *de elect. cap. fin. de Immun. eccl. in* 6. *cap. fi. de vit. & honest. cleric.* benè per Lapum *alleg.* 92. *sub num.* 3. ubi nu. 1. & 2. habet ferè de verbo ad verbum ea, quæ tradit Butr. ejus contemporaneus *in cap. nov. ext. de sent. excom.* & post Alex. & alios, quos refert, tradit Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 7. *de constitut.* ubi, quod libertas magis tollitur in his, quæ competunt de jure communi, *ex d. cap. fin. de immun. Eccles. in* 6. *& in cap. fin. de vit. & hon. cleric.* & citat ad hoc Butr. *in dict. cap. noverint.* qui tamen in libro meo hoc non dicit, sed voluit forsan illum allegare *in cap. terra de elect.* tradit quoque idem Dec. *in cons.* 114. *colum. fin.* cum ibi per eum relat. & rursus *in auth. cassa. num.* 20. *Cod. de sacros. Eccl.* ubi post alios reddit aliam rationem; quia nempe fortius est jus commune, quam privatum §. *quia vero. in Authen. de non alien. & in l. ejus militis* §. *militia missus. de testamen. milit.* ita etiam arguunt Castrens. (reprobato. Bartolo sibi contrario) *in leg cunctos populos numer.* 21. *Cod. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Bal. *in leg. statuimus.* §. 5. *Cod. de Episcop. & cler.* & Bartoli sententiam communiter reprobari tradit Felyn. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 81. Alber. de Rosat. *de statut. par.* 2. *lib.* 2. *qu.* 2. *num.* 6. Brun. *in tract. de statut. exclud. fœmin. art.* 6. *princ. qu.* 2. *numer.* 33. *ver. & si dicitur.* ita etiam post multos, quos refert, arguit Honded. *cons.* 3. *num.* 15. *vol.* 3. eandemque sententiam firmant Grammat. alios referens *dec.* 100. *n.* 13. Cajer. *in summ. ver. excommunicatio, cap.* 31. *ver.* 5. *ad fi.* Alex. *cons.* 210. *n.* 11. *volum.* 2. Bello. cum per eum relat. *consil.* 43. *numer.* 2. & confert, quod tradit etiam Felyn. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub num.* 69. *de constitut.* quod statutum prohibens Clericis non prohibita à lege Canonica, vel diuina, dicitur esse contra Ecclesiasticam libertatem, Ex quibus apparet malè sensisse Signorol. *in consil.* 21. qui in re tam clara in Ecclesiæ præjudicium scribere præsumpsit, & suos quoque asseclas errare fecit.

Quod † verò de jure communi licita sit transportatio 40
rei propriæ ad omnia loca, notissimum est, & tradit idem Menoch. *consil.* 626. *nu.* 14. *volum.* 7. ubi ex hoc infert, † quod minor, qui contra hujusmodi edictum extrahit 41
frumentum è Civitate, excusatur à pœna quia illud repugnat jurigentium, atque ita permissioni communi, ad quod citat Rom. *in sing.* 816. *tu audivisti.* & Crem. *in sing.* 30. *quid si minor.*

Quod confirmatur ratione; † quia nempè libertas nil 42
aliud est, quàm naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet *l. libertas. ff. de stat. hom.* & ad propositum considerat Marant. *dispu.* 8. *sub n.* 3. *in fin.* unde statutum restringens hujusmodi facultatem, si clericos comprehenderet; esset dubio procul contra Ecclesiastici libert.

Rursus † quod similia edicta impedientia liberum rerum 43
suarum usum, sint odiosa, tradit idem Menoch. *in consil.* 1126. *nu.* 37. *& cons.* 1003. *n.* 15. *& cons.* 496. *num.* 103. *& cons.* 1060. *n.* 96. *& cons.* 666. *nu.* 2.

Quamobrem † non modò condentes hujusmodi statu- 44
tum,

tum vel edictum, verum etiam eo utentes contra Ecclesiasticas personas, eorumque bona directè, vel indirectè, sunt ipso jure excommunicati. *cap. grave. & cap. noverit. ubi* Butr. & Abb. *extr. de sentent. excommun. c. eos ubi DD. de sent. excommun. in* 6. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 118. *& seq.* & habetur etiam latè per Lancellot. Gallia. cum per eum congestis *in cons.* 59. *numer.* 86. & incidunt in canonem 15. Bullæ *Cœnæ*; ut ibi habetur in textu, & per Benzon. Ugolin. & Duard. *in commentar.*

45 Hinc † quamvis Dec. post alios, quos refert in *Authen. cassa. num.* 16. & 20. *Cod. de Sacros. Eccles.* dicat statutum laicorum auferens Ecclesiis id quod eis competit de jure communi, esse quidem nullum, & contra Jus Ecclesiæ, non esse tamen propriè contra libertatem Ecclesiæ, ex quo tollitur id, quod omnibus est commune, tamen, ut ex jam deductis apparet, & ex DD. congestis per Carol. de Graff. *de eff. cler. effect.* 2. *num.* 68. *& 69.* Opinio communis est in contrarium, ut per Maran. *disp.* 8. *num.* 3. Abb. *cons.* 8. *n.* 3. Honded. *cons.* 3. *nu.* 15. *lib.* 1. Graff. *ubi supra num.* 70. & aliis relatis, ita tradit Carpa *ad stat. Mediol. in prælud. nu.* 583. ubi in terminis exemplificat, si denegaretur introductio vini nati extra territorium; quod non minus competit de jure communi, quam ipsa extractio. Et libertatem Ecclesiæ comprehendere omne id, in quo Ecclesia non subiicitur, sive illud conveniat Ecclesiæ de jure communi sive ex privilegio, tenuit etiam Cajet. *in summ. verb. excommunicatio cap.* 31. *ver. quinto nota.* & Say. *in Thes. cas. consc. lib.* 3. *cap.* 20. *nu.* 9. Et hodiè omnem hæsitationem abstulit *Bullæ Cœnæ Domini in præfato c.* 15. ubi excommunicantur omnes, qui statuta quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde Ecclesiæ libertas tollitur, sive in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur directè vel indirectè.

Unde sequitur prædictorum ampliatio, ut procedant non solùm, quando directè & nominatim disponitur de clericis; sed etiam quando sub generali dispositione; & sic indirectè
46 laici vellent eos comprædendere. Tum † quia in generali dispositione non comprædenditur id, quod in specie disponi non potest *leg. Luc. §. pen. ff. ad munic.* Bar. *in leg. si quis sub condit. ff. de condit. instit.* Dec. *cons.* 504. Cravett. *consil.* 106. & tradit etiam Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 19. *nu.* 86. & Suard. *to. de legib. c.* 34. *nu.* 3.

47 Tum etiam, † quia paria sunt directè, & indirectè facere contra prohibitionem *can. quanto de priuileg.* Bald. *in Auth. cassa. num.* 7. *de Sacros. Eccles.* & probatur *in leg. qui dum captas ff. si quis ali. test. prohib.* Tum rursus, quia in moralibus unum alteri æquivalet. Tum deniq; quia utrunque per SS. Canones reprobatum est, ut explicat Suar. *de legib. d. c.* 34. *n.* 3. *& de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 89. *& seqq.*

Et sic satis, superq; apparet Menochii conclusionem quam ille putabat indubitabilem, nulla ratione subsistere posse.

48 Non obstant modo instantia ab ipso allatæ. † Nam quoad auctoritatem Ancharani firmantis regulam. Ut ubicunque tractatur de promiscua laicorum, clericorumque utilitate, Clerici in vim edicti Principis simul cum laici contribuere teneantur. Dico Ancharanum loquutum fuisse non modo contra text. *in cap. non minus, & in cap. adversus extr. de eccles. immun.* sed etiam adversus jura civilia, nempè contra text. *in Auth. cassa. Cod. de Sacros. Eccles. & in leg. placet. Cod. eod.* & contra veram, communem, & canonizatam opinionem, & sic cum Anchar. fabricaverit super falso fundamento non mirum, si etiam superædificatum corruat. Et nescio quo pacto Menochius pro sua opinione allegaverit Abbatem, quasi Ancharani sententiam confirmantem *in d. cap. non minus, nu.* 18. *ver. & per hoc.* Nam quamvis ibi Abb. opinionem referat Ancharani, pro ratione dubitandi; ibi tamen eodem numero *vers. ego in hac ciuitate senarum*, dicit se consuluisse contrarium pro Monasterio Montis Oliveti. & judicatum fuisse juxta suum consilium, quod est *tertium in ordine in* 1. *par. suorum consiliorum*. illudque repetit in loco citato, & probat juribus, rationibus, & auctoritatibus Ancharani opinionem esse falsam.

49 Minus refragatur secundum, quod Clerici ligentnr statutis dantibus formam, & modum ædificiis. Nam Salycet. & sequaces ex adverso citati fundant suam opinionem *in l. ad instructionem Cod. de Sacros. Eccles.* quæ quidem prorsus correcta est; non modo per *Auth. cassa. ibi* posita, sed etiam per *d. cap. non minus. & c. adversus extr. de Eccl. immun.* imò illa, usque ab initio invalida fuit, cum etiam in Imperatore illius auctore adesset quoad Ecclesiasticos jurisdictionis defectus, ut per Jo. Andr. *in dict. cap. non minus col. fin.* & probantur *in cap. bene quidem* 96. *dist. cap. si Imperator, de reb. eccles. non alien.* Grammat. *decis.* 100. *numer.* 13. Nec omittam, Decium, qui pro sua opinione à Menochio allegatur *in dict. Auth. cassa. numer.* 16. in libro meo hoc non dicere, sed potius ex ejus dictis contrarium colligi posse. Idem Dec. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 45. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.*

Ad tertium, † ut nempe Clerici teneantur conferre pro 50
excubiis ob publicam utilitatem introitus. Respondeo, hoc esse falsissimum, & contra prædicta Jura canonica *cap. non minus, & cap. adversus.*

Et hoc jure utimur: nam neque in Parmensi statu, nec in ditionibus finitimorum Principum, pro excubiis, quæ fiunt, Clerici ullam faciunt contributionem.

Quartum quoque non obstat, quia fundatur super illa generali ratione, ut ob publicam utilitatem Clerici ligentur statuto laicorum, cujus contrarium superiùs prolixè firmavi *n.* 25. *& seqq.*

Quintum † eodem morbo laborat, & contra Gabr. & 51
Menoch. concinnè scripsere Surd. *cons.* 303. *per tot. lib.* 3. *& incertus auctor post cons. Menochii* 1000. *& alii*, concludentes Clericos nullatenus teneri statuto prohibente, ne feminetur oriza ob æris salubritatem, ad eos remitto lectorem: quam sententiam pro indubitata habuit sanctissimus Præsul Carol. Borom. *in supra relat. ejus epist. inserta post dict. consil. Menoch.* 1000.

Ad † sextum respondeo communem, veriorem, & pra- 52
cticatam opinionem esse in contrarium, nempè statutum laicale prohibens alienationem in forenses, non comprehendere Clericos activè, nec passivè: activè quidem, ut non obstante ejusmodi statuto, Clerici alienare valeant bona sua forensibus: ut per Jo. Andr. *in cap. ult. de immun. Eccles. in* 6. & hanc opinionem disputavit, ac determinavit Paduæ Oldrad. ut refert Federic. de sen. *cons. mihi* 85. *alias* 86. *statuto civitatis Perusinæ n.* 5. Felyn. *in c. Ecclesia S. Mariæ n.* 79. *& seqq.* ubi de communi, tradunt Doctores unanimiter *in §. filiusfamilias. §. divi. ff. de leg.* 1. *ubi* Bart. *num.* 12. Alexan. *nu.* 12. Ias. *in* 1. *lectur. num.* 72. *&* 83. ubi de communi, *& in* 2. *lectur. num.* 207. *& seqq.* ubi, quod durum esset ab ea in judicando, & consulendo recedere Crot. *nu.* 80. *& seq.* Rip. *nu.* 81. Ferd. Loaz *num.* 82. *&* 207. Socc. jun. *num.* 166. *& seq.* ubi de communi Purpur. *nu.* 74. Opiz. *num.* 63. Bolognett. *num.* 209. Alex. *cons.* 311. *nu.* 3. *lib.* 2. Marant. *disput.* 8. *nu.* 12. Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vend.* 3. *p. in princ. nu.* 45. cum aliis plena manu congestis, per Tiraqu. *de legib. connub. glos.* 8. *num.* 172. plurimos etiam congerit, & sequitur Rim. Jun. *in consil.* 16. *num.* 83. *& seqq. &* 89. *& seqq.* omnibusque contrariis satisfacit, plures etiam refert, & sequitur Honded. *cons.* 3. *num.* 22. *vol.* 1. ubi testatur hanc sententiam communiter recipi, reprobata opin. Bald. Signorol. Feder. de Sen. & sequacium contrarium sentientium, ita pariter Socc. jun. *cons.* 76. *num.* 40. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 53. *num.* 37. *& seqq. lib.* 1. Laderc. *cons.* 103. *num.* 1. *&* 3. Gaill. *observ.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de statut. p.* 2. *num.* 10. 12. 15. *&* 19. *cum plur. seqq.* Surd. *cons.* 2. *num.* 34. ubi ait hanc opinionem crebriorem, & veriorem: plurimos etiam congerit Carol. de Graff. *de effect. cleric. effect.* 2. *num.* 338. & dicit hanc opinionem diversis locis Sacræ Scripturæ, legibus, canonibus, Patrum auctoritatibus, ac innummeris rationibus probasse D. Jo. Franciscum à Ponte Clericum Regularem *in suo cons. pro censura Veneta à Sede Apostolica approbato*, ubi doctissimè confutat omnes adversarios. Hanc etiam esse communem opin. tenet Clar. *in §. fi. q.* 82. *in ver. statuto* Craff. *lib.* 2. *ver. statutum numer.* 12. Alderan. Mascard. de General. *Stat. interp. concl.* 1. *numer.* 2. *& seqq.* Lancellot. Gallia *cons.* 59. *num.* 87. *& seqq.* plurimos etiam congerit, & de communi; & magis communi opin. testatur Carpan. ad Novas *constit. Mediol. in cap. collegiis, ver. huic dominio non subditam sub numer.* 150. *ver. tamen communis, & num. seq. fol. mihi* 120. *volum.* 3. ubi asserit ita fuisse à Senatu determinatum, alios etiam cumulat Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de exempl. cleric. à statu §.* 4. *num.* 1. Cujus sententiæ veritas satis superque constat ex hactenus à me deductis, & sic temerarius, & parum propriæ conscientiæ amator esset, qui contrariam amplecti mallet, quia revera illa, nec quidem probabilis est, cum verissimum sit, bona, & personas Clericorum non subiacere statutis laicorum: provt nec etiam exteri, quibus à Clericis sit talis alienatio comprædenduntur. Et hoc jure utimur in eadem Civitate Parmæ, ubi adest ejusmodi prohibitio: & nihilominus

Cle-

Clerici ad hibitum alienant res ſuas. Quid plura? Menochius *ipſe in conſ.* 163. *num.* 8. *vol.*2. pluribus relatis hanc ſententiam probat, & communem dicit, etiam quo ad bona patrimonialia. Et latiùs hanc eandem opin. defendit, & plurimos congerit *in conſ.* 1129. à *num.* 1. *uſque ad* 9. *lib.* 12. ubi contrariis ſatisfacit. Hinc eſt quod ſtatutum diſponens renovationem Emphiteoſis fieri non poſſe niſi proximioribus ſubditis non ligat Eccleſiam renovare volentem proximioribus exteris Socc. *conſ.* 56. *per tot. lib.* 1. *facit* Rota *in Romana relocationis domus* 19. *Maii* 1595. *coram Gypſio.* Anton. Conciol. *alleg.* 20. *num.* 52. qui hanc deciſionem refert, & nimis me laudat.

53 Paſſivè † etiam, ut dicto ſtatuto non attento in Clericos, & Eccleſias alienatio fieri poſſit, tam ex contractu, quam ex ultima voluntate firmant communiter Bart. & DD. *omnes in d.* §. *Divi.* & ibi Obizon. *num.* 51. ait hanc eſſe receptiſſimam inter DD opinionem ad favorem Eccleſiæ, & propter dubitationem incidendi in excommunicationem *cap. fin. de immun. Eccl. in* 6. non eſſe opus reſpondere in contrarium allegatis. Io. Andr. *in dict. cap. fin. de immun. Eccleſ. ſub num.* 81. *&* 86. Felyn. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ num.* 89. ubi de communi. Abb. *in cap. nobis num.* 5. *de ſent. excommun.* Fab. de Mont. *tract. de empt. & vend. in* 3. *par. princ. n.* 45. Covarruu. *in reg. poſſeſſor malæ fidei* 3. *par.* §. 4. *numer.* 9. *ver. Hoc ipſum.* Riminald. jun. qui plurimos cumulat, & de communi teſtatur *in conſ.* 973. *num.* 19. *&* 20. *in* 6. Maran. *dicto diſput.*8. *num.*2. Gaill. *obſerv.* 32. *num.* 3. *lib.*2. Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.* 52. *numer.* 120. *& ſeq.* cum aliis relatis per Laderch. *conſ.* 103. *num.* 1. *ver. aut ergo.* Surd. *conſil.* 3. *numer.* 34. *libr.* 1. qui ait, quod cum hæc ſit communis opinio, non eſt attendendum quid aliqui, & hi pauciores ſenſerint Leon. *in Theſ. fori eccl. p.* 1. *cap.* 14. *n.* 38. *& ſeq.* ubi dicit communem, ab eaque in conſulendo neque in judicando recedendum, Plurimos etiam cumulat Carol. de Graſſ. *effect. cleric.* 3. *numer.* 340. & latè poſt alios, quos citat Marta *de Juriſdict. par.* 4. *caſu* 6. plurimos etiam congerit Bellett. *diſquiſ. cler. d.* §. 3. *num.* 4. dixi ſupra *deciſ.* 10. *numer.* 11. Sed & idem Menoch. ſibi contrarius *in conſil.* 828. *num.* 10. *libr.* 9. teſtatur, quod quamvis aliqui teneant contrarium; hæc tamen eſt verior, & magis recepta opinio, pro qua plurimos adducit, & ſignanter Boſſ. *in tract. crim. in tit. de Principe num.* 339. *& in titul. de pœnis num.* 43. & Carpan. *in Commentar. ad novas Conſtitutiones.* §. *collegiis*, *in titul. de pœnis*, atteſtantes ita ſervare Senatum Mediolan. Unde neſcio, quo pacto iſte excellentiſſimus conſulens, & doctiſſimus Præſes tanta dominandi teneretur libidine, ut contrarium pro ſua juriſdictione defendere non dubitaverit.

54 Et † hæc quidem ſententia, omiſſis cæteris, videtur reddi indubitabilis *ex cap. fin. de imm. Eccleſ. in* 6. ubi Principes temporales prohibentes ſubdictos obſequia, & cætera præſtare Clericis, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, qui textus licet loquatur, quando directè ſtatutum diſponit de Eccleſia, vel Clericis, idem tamen eſt, ſi per indirectum diſpoſitionem generalem trahere nitantur ad Eccleſias, & clericos; quia quod ſtatuentes non poſſunt facere in ſpecie, nec quidem agere valent in genere, ut ſupra dictum eſt *l. lucius*, §. *pen. ad municip. cap. à nobis. de ſent. excomm.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione ff. de cond. in fi.* Cravett. *conſ.*106. *num.*6. pulchrè Brun. *in tract. de ſtatut. excluſ. fœm. propter maſc. art.*6. *n.*38. & latius dixi in *d. dec.*10. *num.* 11. ubi plurimos congeſſi.

Et in puncto, quod ſi hujuſmodi ſtatuta comprehenderent Eccleſiaſticos; ſtatuentes per indirectum læderent Eccleſiaſticam libertatem, tradit poſt alios Duard. *in Bull. Cœnæ Domini lib.* 2. *cap.* 15. *qu.* 19. *num.*84. *& ſeqq. & ibi* etiam *num.* 80. *& ſeqq.* benè probat, quod ſi dictum ſtatutum expreſsè loqueretur de Eccleſiis, vel Clericis, eſſet quidem nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam (quod etiam probant DD. relat. à Bellett. *ubi ſup.*) ſi autem de eis nullam facit mentionem, valet quidem ſtatutum, ſed Clericos non
55 comprehendit, ut etiam dixi *in d. dec.* 10. *nu.*31. † Et quibus notabiliter advertendum eſt, diſpoſitionem *in d. cap. ſi de Eccl. immunit. in* 6. eſſe renovatam, & incluſam *in d. bulla cœnæ d. can.* 15. *in verbis*, *quæ regiſtravi inf. num. fin.* quod diligenter notent Confeſſarii, ne ab hoc caſu abſolvant ſine auctoritate pœnitentes.

56 Ad † ſeptimum dico Decianum malè conſuluiſſe, nam imò non modo magiſtratus laici contribuere facientes Eccleſiaſticos pro Academia publica: ſed & Eccleſiaſtici ipſi ſponte ſolventes, etiam ſub eleemoſynæ titulo, incidunt in Bullam Cœnæ, ut non eundo per mendicata ſuffragia Sac. Congregatio Eminentiſſ. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitorum de anno 1602. die 5. Novembris reſcripſit Epiſcopo Caccio, tunc Vicario Apoſtolico Parmenſi in hunc, qui ſequitur tenorem.

Monſignor Veſcovo di coteſta Città hà fatto dare à queſti miei Illuſtriſſimi Signori nell'iſteſſa Congregatione la dichiaratione fatta da V. S. intorno l'obligo, che havevano fatto alcuni Eccleſiaſtici di concorrere alla gabella impoſta per mantenere lo ſtudio; & è piaciuto ſino all'ultima eſsortatione, & approvatione di poter dare qualche coſa ſotto titolo di elemoſina, o di ſuſſidio; parendo in queſto alle Signorie loro Illuſtriſs. che ancora ſponte dantes vengano compreſi nella bolla in cœna Domini; quando maſſime quel che ſi dà è indrizzato al medeſimo fine, per il quale ſi fà l'eſſattione del Prencipe ſecolare. Onde hanno voluto, ch'io li ſcriva, che ſia bene avvertire quelli, che ſi erano prima obligati à pagare, ò haveranno pagato, à farſi aſſolvere dalle cenſure incorſe. Non laſciando di dire ancora à lei, che conſulat conſcientiæ ſuæ, per queſt'ultima aggiunta, & che avvertiſca ſimilmente gli altri, che non veniſsero ſotto la ſua fede, à cadere in errore, &c. Undè cautè legendus eſt Duard. *in Bull. Cœn. can.* 18. *q.* 16. *nu.*4.

Id autem, quòd in dicta epiſtola dicitur dictos Clericos non poſſe cogi ad ſolvenda onera, etiam ſi ſolvere promiſiſſent ſine licentia Sedis Apoſtolicæ; fuit pariter deciſum in Collaterali Conſ. Neap. ut per Jo. Vinc. de Anna *in alleg.* 13. pro ampliatione cujus deciſionis, reportanda eſt dicta epiſtola; ut ſcilicet non modo cogi nequeant, ut in dicta deciſ. ſed etiam ſi ſolverint ſponte, ſint excommunicati, & ſi Ordinarius licentiam impertiatur, etiam incidat in bullam cœnæ, *ut in eadem epiſtola*, & quod nec quidem hujuſmodi onera ſponte ſolvere poſſint deduxi infra *deciſ.* 36. *n.* 30. ubi Maſcambrunum reprobavi.

Ad † octavum reſpondeo Bar. Plateam Menoch. Maſtrill. alioſque nonnullos ſimpliciter tenentes, edictum Magiſtratus laici, taxans pretia rerum, comprehendere etiam Eccleſiaſticos; malè locutos eſſe, & contra communes traditiones, quibus jam oſtenſum eſt Principem laicum ex defectu juriſdictionis nullo caſu arctare poſſe Clericos: Theologi verò exadverſo citati, intelligendi ſunt, & in effectu loquuntur de vi, non arctativa, ſed directiva, & ut Clerici teneantur in conſcientia vendere juxta pretium taxatum, quod reputatur juſtum, non vi legis, ſed vi rectæ rationis, ut latiùs dicam in *ſequenti deciſ. num.* 10. & in etiam in puncto declarat Surd. *conſ.* 301. *ſub num.* 31. *vol.*3. etſi attentè legatur, ſic loquitur Francus *d. deciſ.* 9. & poſt alios, quos refert: ſic etiam concludit Bellett. *diſquiſ. cleric. part.* 1. *tit. de exempt. cleric. à ſtatut.* §. 2. *num.* 33. *&* 34. Graſſ. *de effect. clerical. effect.* 2. *numer.* 266. Vivius *deciſ.* 28. *per totam*. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 44. ubi ad hoc citat Nicolaum Papam in epiſt. ad Michaelem, & nos latiùs dicemus in ſequenti. 57

Eſt verum, † quod in ſimilibus caſibus Ordinarii debent ſuis edictis juvare edicta Principis ſæcularis propter bonum publicum, ut ait Navar. *loc. ex adverſo citato*, & ita etiam pluries reſcripſit *S. Congregatio ſuper Epiſcopis*, & tradit etiam Azor. *par.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 12. *in fin.* & dicam latiùs *in ſequenti deciſione*. 58

Denique † non obſtat conſuetudo, ſeu aſſerta præſcriptio, ſuper qua ſe fundabat Menoch. quia nulla conſuetudo, vel præſcriptio contra Eccleſiaſticam libertatem introduci poteſt, ut egregiè poſt alios oſtendit Surd. ad ejuſdem Menochii *conſilium milleſimum*, reſpondens *in conſil.* 301. *nu.* 52. *& ſeqq.* ubi etiam refellit id, quod de Summi Pontificis tolerantia ille dicebat. Et quod conſuetudo iſta, quæ clericos Juriſdictioni laicorum aliqualiter ſupponi, tanquam improba, & ſacris canonibus inimica, nulla ſit, ac nullatenus attendenda, probatur in *cap. qualiter*, *& quando*, ubi communiter *DD. extr. de Iudic.* Socc. *in cap. ſi quis Clericus num.* 28. *& in cap. ſanè num.* 10. *de foro competent.* Rot. *deciſ.* 10. *de conſ. in antiq.* Leo. *Theſa. for. Eccl. par.* 3. *de excommun. cap.* 7. *num.* 98. Rocch. de Curt. *in tract. de conſuet. ſect.* 5. *numer.* 31. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 126. cum ſexcentis ſimilibus, & latè dixi *infra in deciſ.* 37. ubi etiam addidi hunc articulum omni prorſus carere difficultate ex bulla Cœnæ Domini, quæ quotannis publicatur, & in qua cuicunque conſuetudini, ſeu præſcriptioni derogatur; latè etiam, & pulchrè ad oculum oſtendit hanc veritatem Suar. *in tract. defenſ. fidei. lib.* 4. *c.* 32. *per tot.* 59

Et

Et ex his apparet, quam erronea ſit illatio, quam Menoc. faciebat ex dictis concluſionibus, ut nempè ſi Clerici ipſi extrahunt, ſeu extractioni aſſiſtunt, poſſit ab eis auferri frumentum, provt & eiſdem ex Covarruu. & Claro arma contra Principum ſæcularium edicta geſtantibus, auferri poſſunt; Si verò non aſſiſtant, poſſint extrahentes eorum nomine, à laicis puniri.

Nam prior pars hujus aſſertionis tam falſa eſt, quam eſt falſum bona clericorum juriſdictioni ſubeſſe laicorum, & eſt contra ea, quæ idem Menoch. paulò ſuperius faſſus fuerat, ut caſu, quo Eccleſiaſtici ligantur lege Principis ſæcularis, cogendi ſint à ſuis Iudicibus.

60 Opinio † autem Covarruviæ loco exadverſo citato, *& ſequacium* tenentium familiam ſecularem invenientem clericos cum armis, poſſe ab eis auferre arma, & illa lucrari, ut ait Clar. pendet ab illa quæſtione, an edita Principis ſæcularis comprehendant Clericos; unde hoc eſt oſtendere idem per idem; & jam ſupra prolixè probavimus, illos non comprehendi, & in puncto totum contrarium; & ſic quod arma eis auferri non poſſint à miniſtris laicis, defendit Marta *in tract. de iuriſdict. part. 4. caſ. 7. per tot.* ubi contrariis ſatisfacit; & in fine addit ſatis bonam rationem: nempe quod cum in multis caſibus Clericus arma portare poſſit, de quibus per Anton. de Butr. *in cap. Clerici de vita, & honeſtat. cler.* & per Socc. *reg. 30. ver. 6. fallit.* Ideo expoliare illos armis, cognitionis eſt, & pertinet ad Iudicem ſuum cognoſcere, an ille ſit unus de caſibus permiſſis; ideo ſecundum eum iſte caſus ſub bulla cœnæ Domini comprehenſus eſt, & arbitror eum dicere verum, nempè ut comprehendatur ſub *can. 5. eiuſdem Bullæ*. Et quod clerici armis non poſſit ſpoliari, (reprobatis Covar. & Clar.) firmat etiam Alderan. Maſcard. *in ſuis concl. de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 1. numer. 242.* & Bellett. *diſqu. Cleric. titul. de favore Clericorum Canonis §. 2. numer. 38.* Bonaccin. *tom. de legibus diſput. 10. quæſt. 2. princ. 1. §. 1. numer. 22.* Genuenſ. *in prax. Archiep. Neap. cap. 92. numer. 6.* ubi ait, contrariam opinionem nulla vera ratione fulciri, & hanc obſervari vidiſſe Neapoli, nempè familiam ſæcularem, quæ duxerat Clericum carceratum ad Vicarium Neapolitanum reliquiſſe arma in poſſe Vicarii: idemque poſt hæc ſcripta firmat Diana, plurimus hinc inde adducens *par. 1. reſol. Moral. tract. 2. reſol. 9.* & hanc eſſe veriorem opinionem teſtatur Barboſſ. *in remiſſ. ad cap. in audientia 25. num. 4. de ſent. excomm.* Et ego millies practicavi, & præter ſcribentes adducere ſoleo rationem, ni fallor, ſatis claram, ubi curia ſæcularis ducit Clericum ad carceres eccleſiaſticas, arma verò ſibi retinere prætendit; nempe illa eſſe corpus delicti, quod corpus debet perneceſſe apud acta cauſæ relinqui; & ſic in curia Eccleſiaſtica.

61 Quo † verò ad poſteriorem partem Concluſionis Menochii, nempè quod ſi clericus tranſportationi non aſſiſtat, poſſit judex ſæcularis punire laicos de mandato clerici frumentum tranſportantes, eſt non minus falſa, quam prima in reſpicientibus intereſſe clericorum, & contra textum expreſſum in *cap. fin. de Eccl. immun. in ſexto*, & reiicitur paſſim à Sac. Congregatione ſuper Controverſiis Juriſdictionalibus à S. D. N. Urbano VIII. prudentiſſimè erecta.

62 Præterea † eſt contra binas concluſiones, in jure clariſſimas, quarum prior eſt, ut operarii in nihilo teneantur quando obediunt mandato conductoris in re, quæ de ſui natura non ſapit delictum, *gloſ. fin. in l. in rem §. ſignum ff. de rei vend.* Dec. *de com. in l. velle num. 8. ff. de reg. iur. & ibi* Cagn. *num. 11.* Soccin. *conſ. 54. nu. 23. lib. 4.* Rolan. *etiam dè com. conſ. 54. per totum, & maxime num. 6. libr. 1.* idem Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 354. nu. 35. & ſeq.* Surd. *conſ. 22. num. 40. & conſ. 512. nu. 10.* Ambroſ. *dec. Peruſ. 8. nu. 5.* & dixi latiſſimè *in dec. 24. nu. 7. & ſeqq.*

63 Poſterior † eſt, quod cum hoc in caſu operarii nullum jus habeant in re, ac proinde judicium non ſubſtantietur in eis, ſed in clerico, cujus negotium gerebant; cauſa pertinet ad forum Eccleſiaſticum, juxta diſtinctionem DD. de qua *Canoniſtæ* omnes *in cap. quoniam frequenter ut lite non conteſt.* ubi Socc. ſen. *nu. 118. & in conſ. 91. nu. 14. lib. 3.* Ambr. *dict. dec. 8. num. 10.* Surd. *conſ. 396. num. 37.* Cagn. *in l. venditor. nu. 19. de Judic.* Natt. *conſil. 324.* Rim. Jun. *conſ. 422.* & aliis complures, quos attuli in *dict. dec. 24. nu. 1.* & deinceps, ad quam in materia recurre.

Remanet igitur firma, indubitabilis, & inconcuſſa concluſio contra Menoch. & alios ſupra relatos, ſtatuta & edicta Magiſtratum laicorum, etiam ſi ædita pro bono publico, & promiſcua clericorum, laicorumque utilitate; ac etiam ſi pro annona publica, non arctare, nec comprehendere Eccleſiaſticos, eorumve bona † quæ adeo vera eſt, ut ſi Ga- 64
bellarii, Datiarii, vel cuſtodes ad fores Civitatis deputati allegent frumentum, quod vehitur, non eſſe clerici, & de hoc non conſtet, ſtandum ſit juramento, ne dum clerici, ſed etiam operariorum deferentium illud, niſi repugnet qualitas perſonarum, ut quia ſint malæ conditionis, vel de mendacio convicti juxta gloſ. *in l. qui ſemel de Reg. Jur.* Ità determinant gloſ. & Card. *in clement. præſenti qu. 4. & pen. de cenſibus* Parpalia *in leg. placet numer. 111. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Bal. *in leg. cum proponas col. pen. Cod. de* Nau. *fœn. & in Auth. habita C. ne fil. pro patr.* Fran. Marc. *deciſ. 214. ſub numer. 3. par. 2.* Bertac. *in tract. de Gabell. part. 7. qu. 7.* Roſſ. *in tit. de Principe num. 176.* Ferret. *de Gabell. nu. 128.* DD. comm. *in l. cætera §. ſed ſi quis de legat. 1.* refert, & ſequitur Roland. à Vall. *conſ. 71. nu. 24. lib. 4.* Abb. *in Cod. ex parte il 3. in 1. not. de privil.* Duard. *in Bull. cœnæ can. 18. qu. 13. ſub nu. 3.* Graſſ. *de eff. clericor. effect. 3. nu. 358.* ubi alios refert Barboſ. *de off. Epiſc. allegat. 13. n. 18.* vide latè Ciarlin. me hic citato in *controv. par. 2. c. 146. nu. 35.*

Quod † ſi qualitas perſonarum fidem demit juramento, 65
ac propterea oporteat judicem adire; tunc adeundus erit Judex Eccleſiaſticus, non autem laicus, ut per Card. *in dict. clem. præſenti*, per illum text. *in princ.* ibi *locorum diœceſanæ* juncto fine ibi *poſtquam de his conſtiterit* Bertach. *d. qu. 7. col. 5. verſ. nec præterea* Ferret. *de Gabell. num. 433.* Roland. *dict. conſ. 71. num. 25. lib. 4.* & hoc videtur judicio meo determinatum per text. in *cap. ſi judex de ſent. excomm. in ſexto*, & conferunt tradita per Covarr. *pract. quæſt. cap. 33. num. 1. & ſeqq.* Sequitur, & ad hæc mea verba lectorem remittit Ciarlin. in 2. p. controv. c. 138. nu. 19.

Sic † vice verſa clerici nec quidem tempore caritatis li- 66
gantur ſtatuto laicorum mandante blada introduci, & vendi in Civitate, & ſi laici ad illius ſtatuti, vel bannimenti obſervantiam Eccleſiaſticos cogere vellent, excommunicationem incurrent, ut *plurimorum* DD. auctoritate concludit Borgni *dec. 37. nu. 76. & ſeqq. par. 2.*

Quin etiam ſi Clericis prædium laico locavit, pacto adje- 67
cto, ut ei non liceat fructus è domo vel area amovere quouſque de affictu fuerit eidem ſatisfactum, ſi conductor ob id frumentum in Civitate juxta proclamata Magiſtratus ſæcularis non introduxerit, puniri minimè poteſt, nè per indirectum lædatur jus Eccleſiæ, vel clericorum, per plures rationes, quas habes penes Borgn. *d. dec. 37. à num. 65. ad 80.* Quod ſi magiſtratus velit integraliter clericis ſatisfacere de affictu, poterit poſtinde cogere affictuarium ad introductionem, ut ibi per Borgn. *num. 79.* ad quem brevitatis cauſa Lectorem remitto. Præfatum conſil. 800. Menoch. latè conatus fuit ſuſtinere, & confirmare D. Carolus Cala *Advoc. Neap. in ſua deſertatione de contraband. cleric.* ubi etiam ad meas rationes reſpondere nititur, ſed d. opuſculum ſtatim prohibitum fuit.

ARGUMENTUM.

Clerici, an, & quando, & quo jure teneantur vi directiva ſervare ſtatuta laicalia. Et an, & quando tuta conſcientia extrahere, vel intro ducere valeant annonam contra Principum proclamata.

SUMMARIUM.

1 *Clerici, an, & quando teneantur in conſcientia abſtinere ab actibus lege laica prohibitis.*
2 *Directiva vis quæ clerici diriguntur ad ſervanda quædam laicalia ſtatuta, unde, & à quo jure proveniat.*
3 *Conſtitutionum politicarum quot ſint ſpecies, & quę.*
4 *Clerici non tenentur vi directiva ad ſervandas laicas ordinationes ob aliquam particularem rationem ad bonum commune ordinatas.*
6 Vulpell. de libert. Eccleſ. part. 2. numer. 30. *reprehenditur.*
7 *Pœna temporalis non imponitur niſi lege expreſſa cautum ſit.*
8 Cap. ſi in adiutorium diſt. 10. *explicatur.*
9 *Clerici, an, & qua vi directiva teneantur ad ſervandas ordinationes politicas conformes jure divino, vel Canonico.*

10 *Pre-*

10 *Pretii, & monetæ taxatio à Principe facta, an, & quatenus sit à Clericis servanda, & sub qua pœna.*
11 *Episcopi taxare possunt pretia rebus, etiam laicis de jure civili.*
12 *Statuta laicorum prohibentia usum non comprehendunt clericos, etiamsi illis sint favorabilia.*
13 *Extrahere victualia non possunt sine peccato clerici tempore caritatis.*
14 *Episcopi tempore caritatis debent coadiuvare suis dictis principum sæcularium edicta.*
15 *Statutum prohibens extrahi frumentum, an comprehendat farinam.*
Statutum ne mulieres, deferant margaritas an comprehendat alia iocalia.
16 *Clerici possunt in conscientia introducere blada in civitate, non obstante edicto Principis laici.*
17 *Extrahere pro usu proprio quilibet potest, edicto non obstante.*
18 *Gabella solui non debet de rebus pro usu proprio, vel familiæ emptis, vel asportatis, & exigentes incidunt in excommunicationem.*
19 *Clericus extrahere, & vendere an possit annonam tuta conscientia, quam pro usu suæ domus emerat.*
20 *Clerici extrahere possunt tuta conscientia tempore penuriæ, si laicis solet concedi extrahendi licentia.*
21 *Statutum de non extrahendo comprehendit etiam forenses, clerici forenses possunt extrahere res, quibus indigent.*
22 *Clerici, & alii exempti, an teneantur assignare frumenta, quæ extrahunt.*

DECISIO XIII.

SEcundus articulus in Superiore Decisione propositus erat, an proclama D. Gubernatoris Parmensis annonæ prohibens extractionem clericos saltem quo ad vim directivam li-
1 garet: ita ut illi contravenientes, peccarent, † est enim regula satis recepta, ut personæ Ecclesiasticæ teneantur in conscientia, sub mortali, abstinere ab actionibus lege, vel statuto civili ob communem, & promiscuam utilitatem, & in Reipublicæ bonum prohibitis, ut ex Canonistis signanter firmant Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n.*14. *extra de constit.* & ibi Felyn. *nu.*37. *& seqq.* Dec. *num.*27. *in fin.* Covarr. *pract. qu. cap.*33. Novarr. *in Manual. c.*23. *nu.*88. & ex Theologis D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *Sum.* Pisan. *in verb. lex.* §. *Utrum legis humanæ* plurimos refert, & de communi testatur Suarez. *tom. de legibus lib.*3. *c.*34. *nu.*6. Molin. *tract.*2. *de iust. disp.* 51. *sub fin. concl.*6. Bonac. alios etiam adducens *tom. de legibus disp.*1. *q.*1. *punct.*6. *sub'nu.*29.

Difficultas tamen non modica versatur in applicatione dictæ conclusionis, & in dignoscendo an lege humana, vel divina, vel naturali in his terminis clerici dirigantur.

2 Quamvis, enim aliqui inconsultè sint arbitrati Clericos eadem lege, vel eadem statuto laicali dirigi, & in conscientia ligari: communiter tamen scribentes id negant; affirmantibus nonnullis contingere non quidam jure ipsius regis, sed ex vi rationis naturalis, dictantis partem non debere discordare à toto, membraque omnia Reipublicæ (inter quæ connumerantur, & clerici) obligari ad ea observanda, quæ ad convenientem Reipublicæ ordinem, & pacem sunt necessaria, ut post alios advertunt Vivi. *dec.*28. Garzi. *de ultimo fine utriusque juris in* 13. *illat. num.*158. *& seq.* Grass. *de effect. cleric. effect.*2. *nu.*174. *in fin. &* 266. Duard. *in Bullam cœnæ lib.*2. *cap.*15. *qu.* 18. *num.*42. *& seq.* Verùm ratio ista in universum maximam patitur difficultatem, ut benè considerant Suar. ubi supra, & Azor. *tom.* 1. *institut. moral. lib.*5. *cap.* 12. Undè plerique tenet id procedere non ex vis legis neque simpliciter ex vi rationis naturales, sed ex vi juris Canonici approbantis, & canonizantis constitutiones politicas, & civiles ad commune bonum tendentes. Dec. *in d. cap. Eccl. S. Mariæ num.*27. Suar. *tom. de legibus lib.* 3. *cap.*34. *num.* 13. *& in tract. defens. fidei lib.*4. *c.* 16. Bonac. *loco mox citat.* Azor. *d. capit.* 12. *ver. si quæras quid est.* quod probari videtur in *c. si in adiutorium dist.* 10. ubi habetur servandas esse leges civiles in his, quæ non sunt contra canones, nec præjudicant Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis.

Complures autem inculcantes hoc terminos promiscuè loquuntur, dicentes clericos obligari ex vi rationis; vel canonum, ut Bellet. *disqu. cleric. par.*1. *tit. de exempt. cler. à statut.* §. *nu.*34. & aliqui ex adductis per eum, sed non omnes Ambrosin. *de Immun. Eccles. c.*21. *num.*27. Surd. *cons.*302. *n.*

30. *libr.* 3. Rursus nonnulli arbitrantur prædicta procedere duntaxat quo ad jus civile Romanorum, quod à sacris Canonibus est cognitum; non autem quo ad municipalia jura, & particularia edicta quæ sunt illi incognita juxta *capit.* 1. *de const. in sexto*, ita Vasq. *de succes. creat. lib.*3. §. 26. *num.*71. qui in eadem sententia tandem residet *lib.*1. §. 20. *num.*651. Garzias *in tract. de ult. fin. numer.* 158. *& seq. illat.* 13. *&* 14. *princ.* egregiè Surd. *consil.*301. *nu.*50. *&* 31. ubi inquit, hanc differentiam inter leges civiles, & statutarias feciffe etiam Hostien. *in cap. fin. de solut.* quem sequitur Cassan. *in consuet.* Burgun. *rubr.*10. §. 1. *num.*2. *& alii nonnulli* quibus addo Valasq. *de iur. emphyt. p.*1. *q.*20. *num.*6. *ver. item quæro.* Et hujus opinionis fuisse *Sanctum Carolum*, colligitur ex ejus Epistola in superiori decisione citata.

Cæterum pro vera, & faciliori hujus quæstionis resolutione reminiscendum est, ordinationes † politicas, seu civi- 3
les, alioqui justas, & rationabiles in triplici esse differentia; Aliæ namque disponunt de actionibus nullo pacto ad jus divinum, seu naturale spectantibus, sed sunt merè actiones politicæ, quamvis ad bonum commune ordinatæ ob aliquam particularem rationem, quam hic, & nunc spectato populorum ingenio, vel aliquibus emergentibus accidentibus, Princeps seu magistratus laicus existimavit dignam esse peculiari consideratione, & ordinatione; ejusmodi sunt edicta vetantia armorum delationem, nocturnam absque lumine vagationem, alearum, taxillorumque lusum, provt pariter pragmaticæ sanctiones moderantes in victu, vel vestitu sumptus, vel ædificiis formam ad Urbis ornatum præscribentes, vel artificium, seu peritiam alicujus artis extra regnum asportari prohibentes, & similes. Aliæ sunt ordinationes præscribentes actiones, quæ aliquo modo spectant ad evidentem totius communitatis utilitatem, utputa casus iste de quo loquimur, scilicet prohibitio asportationis tritici, vel vini, aut olei, vel extractionis monetarum, & equorum; provt sunt etiam edicta mandantia exponi venale frumentum, vel præscribentia modum in contractibus in translationibus dominiorum, in successionibus, & cætera hujusmodi.

Aliæ denique sunt ordinationes juri naturali, & divino, vel canonico omnino conformes præscribentes scilicet actiones alioqui naturali, divina, vel canonica lege præscriptas, cujusmodi sunt statuta urgentia æris alieni solutionem, abstinentiam à violentia, fraudibus, direptione, statuentia rebus venalibus pretia, & similia.

Si † igitur loquamur quoad constitutiones politicas pri- 4
mi generis, ab illis citra ullam hæsitationem concludendum est Clericos esse exemptos, tàm quo ad vim coercitivam, quam quo ad directivam. Non enim oriri potest, obligatio directiva à lege positiva; quia lata est à non habente jurisdictionem in illos, non à lege naturali, vel divina; quia cum loquamur de actionibus natura sua indifferentibus, nemo tenetur ab illis abstinere, nisi ab extrinseco malitiam aliquam induerint, provt contingit quando à legitimo superiore rationabiliter prohibentur. † Unde cautè legendus est Vul- 5
pell. *in tract. de libert. Eccles. p.*2. *num.*30. dum post quosdam quos citat, inquit Episcopum debere cogere clericos ad observandum statutum Principis laici ne quis sine lumine de nocte incedat, cum enim edictum factum sit ab eo, qui nullam in clericos habet jurisdictionem, sitque de re indifferenti, profectò illos dirigere nequaquam potest.

Si † loquamur de ordinationibus secundi generis, quæ 6
publicam respiciunt utilitatem, provt sunt terminis quæstionis nostræ, & tunc pariter Clericorum actiones sunt extra sphæram activitatis, & jurisdictionis etiam directivæ ipsius Principis laici, illorum enim directio ad suos pertinet Prælatos *cap. si Imperator distin.* 96. Immò si Princeps intenderet per hujusmodi edicta dirigere clericos, jam læderet profectò Immunitatem Ecclesiasticam, intenderet enim illis prohibere rerum suarum liberum exercitium à lege naturali, & Canonica illis tributum, ut patet ex præcedenti decisione, & consequenter neque à jure naturali, divino vel canonico hiscè in casibus dirigi possunt, cum hujusmodi extractiones nullo sint jure prohibitæ: cum itaque tantummodò veteretur à superiore nullam in eos habente jurisdictionem, immeritò condemnaremus eos peccato lætali, si leges trasgrediuntur ad se nulla ratione spectantes, & multo minus audiendi sunt, qui prætendunt clericos contravenientes puniendos esse saltem à suo superiore: † com- 7
pertum est enim pœnam temporalem non esse imponendam, nisi lege expressa cautum sit §. *cum igitur in Au-*

th. de non eligen. ſecundo nuben. l. at ſi quis §. *diuus ff. de relig. & ſumpt.funer.* Becc. *conſ.*18. *num.* 19. Surd. *conſil.* 301. *num.* 40. *vol.*3. & ita loquitur, & defenditur Nauarr. *conſil.*3. *de conſtitution.*

8 Neque † ad rem pertinet tex. *in cap. ſi in adiutorium diſtinct.*10. ex eo enim benè colligitur clericos vti poſſe ſtatutis laicorum ipſis favorabilibus; legeſque civiles ſacris canonibus non contrarias ſeruandas eſſe in foro Canonico in iudicijs civilibus; non tamen dicitur ibi clericorum perſonas illis obligari, vel dirigi.

9 Si † denique loquamur de ordinationibus tertijs generis, quæ ſunt omnino conformes iuri naturali diuino, vel canonico, & neque illæ vllo modo dirigere poſſunt perſonas Eccleſiaſticas, quia unica radix obligationis in lege poſitiua, eſt voluntas rationabilis legitimi legislatoris; non poteſt autem laicus rationabilem habere voluntatem dirigendi clericos, quorum non eſt ſuperior; benè verum eſt quod clerici in his terminis dirigentur à iure naturali, vel canonico cui dd. ordinationes ſunt conformes; ità vt contraueniendo peccent quidem in canones, non autem in dd. ordinationes.

10 Exemplificari † poteſt hoc tertium genus in ſtatuto, vel edicto taxante iuſtum prætium frumenti, vini, cæterarumque rerum ad vitam neceſſariarum; quod quidem dubio procul ex poteſtatis defectu clericos non comprehendit vt per Surd. *conſ.*301. *num.*39. *vol.*3. Viui. *deciſ.*28. *cum alijs* per Molfeſ. *mox citandum*; prout etiam de valore monetæ dicitur ex Oldra. *conſ.* 250. *nu.* 2. Fenzon. *ad ſtatut. vrbis lib.* 1. *cap. fin. num.*222. At poſito illo, debent quidem Clerici in foro poli taxatum prætium non præterire, quæ tamen obligatio non oritur ex vi ſtatuti, ſed ex vi juris naturalis, quo cogimur res noſtras vendere juſto pretio, quod quidem dignoſcitur, vel ex eo communi cæterorum hominum conſenſione, vel ex legis, aut ſtatuti declaratione, vel aliunde Molin. *de contract. diſp.* 347. & 364. Sayr. *in Clau. regia lib.*3. *c.* 4. *n.*16. *& ſeq.* & uterque de communi teſtatur: quamobrem à juſto pretio ſic taxato recedere nequeunt clerici, & perſonę Eccleſiaſticæ, quia naturalis ratio dictat in commerciis æqualitatem ſeruari; quæ ex juſti prætii notitia ſcitur, ut per *præfatos* ad quam notitiam per accidens eſt, ut ex Principis declaratione perveniamus. Præſertim, quia alias magna confuſio, ac perturbatio Reipublicæ ſequeretur, idemque repugnaret charitati, quæ clericis præ cæteris cordi eſſe debet, ut ratiocinatur Graff. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.*12. Unde vendentes res ultra pretium à ſtatuto taxatum, quatenus faciunt contra juſtitiam, tenentur ad reſtitutionem, quatenus verò contra rationem naturalem, ac legem divinam, mortaliter peccant. Sot. *in* 4. *ſent. diſt.*25. *q.*2. *concl.* 4. Navarr. *in Manual. cap.* 23. *nu.*88. Molfeſ. *in tract. de contract. tit.*3. *de domin. iuriſd. Regi. compet. qu.*5. *art* 3. *num.*35. *& in Comment. ad conſuet. Neap. part.* 2. *tit.* 1. *qu.*7. *num.*45. & ex noſtratibus Vinc. de Franch. *dec.*9. Viv. *deciſ.*28. Igitur ratio naturalis; vel divina eſt, quæ poſito ſtatuto, clericos dirigit, non autem lex Principis, quæ illos nullatenus dirige poteſt. Cala *in opus de contrab and. Cleric. num.*139. refert hæc mea verba addens idem tenere Sayr. *in clavis reg. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 16. *& ſeqq.* Fagund. *lib.*5. *de Juſt. c.*37. *num.*18. Barboſa *in Collect. ad cap. quæ in Eccleſiar. num.*3. *de conſt.* & Diana *par.*1. *tract.* 2. *de immun. reſol.*72. ſed parum feliciter clericos tenere etiam in pugnativè, & legis poſitivè.

11 Imò † Imperatores Valentinus, & Valens tam procul ab hujuſmodi prætenſione fuerunt; ut imò in Epiſcopos munus taxandi pretia rebus etiam quoad laicos, rejecerint, ut patet ex *l.*1. *Cod. Epiſcop. audien.* quæ lex non poteſt ſine rubore ab illis laicis Magiſtratibus legi, qui & ſe privativè pretia taxare, & clericos ad id obligari poſſe jactant. Et ex his conſtat clericos in terminis ordinationum primi, & ſecundi generis, & ſic in caſu noſtro nullo pacto vi directiva obligari, neque à lege inferiori, neque à ſuperiori; in terminis autem ordinationum tertii generis obligari vi directiva non à lege Principis, ſed à lege Superiori, vel canonica, cui lex civilis eſt conformis.

Declaratur modo dicta concluſio quo ad ordinationes primi generis, ut procedat reſpectu actionum indifferentium, tam laicis, quam Clericis; non autem quo ad illas, quæ licet ſint laicis indifferentes, ſunt tamen de jure canonico clericis prohibitæ, provt eſt alearum, taxillorumque luſus, vel armorum delatio, quo fit ut hujuſmodi actiones evadant tertii generis, & clerici contravenientes peccent quidem in canones, provt peccarent etiam ſecluſa Principis lege, quæ nullam quo ad eos addit obligationem, † ſtatuta enim laicorum prohibentia ludum non comprehendunt clericos, etiamſi eſſent illis favorabilia, puta ſi diſponerent, ut poſt bimeſtre non poſſit contra luſores inquiri, nam adhuc tranſacto d. termino poterit contra clericos procedi Diaz. *in prax. crim. can. cap.*70. *alias* 64. *verſ. luſores nu.*3. *& ſeq. & ibi* Lopez. *in addit.* Farinacc. *qu.*109. *num.*105. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.*2. *num.*301. 12

Declaratur † pariter quo ad actiones ſecundi generis quories Clerici aliquid lege laica prohibitum faciendo ob privatum commodum, penuriam civitatis urgerent, ſcandalumque præberent; tunc enim hujuſmodi actiones ob hanc qualitatem diverſificantur, evaduntque tertii generis: ac ſubinde Clerici peccant, non quidem contra legem Principis laici: ſed contra regulam charitatis, & juſtitiæ, qua jure divino, & naturali tenentur ad ea obſervanda, quæ ad convenientem Reipublicæ ordinem, & pacem ſunt neceſſaria. Et ſic tempore Caritatis clerici non quidem vi edicti Magiſtratus laici, ſed vi rationis naturalis, & ex debito charitatis abſtinere tenentur ab extractione frumenti cęterarumque victualiarum tanquam pars Reipublicæ, quæ in tali neceſſitate cum toto concordare debet. Et ita intelliguntur Doctores dicentes clericos vi directiva ſub dicta prohibitione comprehendi. 13

Undè † ad evitanda peccata, & ad proſpiciendum communi bono, ſolent boni Præſules tempore caritatis, alteriusvè neceſſitatis coadiuvare ſuis edictis Principum ſæcularium proclamata, ut per Navarr. *in Manual. cap.*23. *nu.*88. & Azor. *par.*1. *inſtit. Moral. lib.*5. *cap.*12. *in fin.* Id quod non prætermiſit Sanctiſſimus Cardinalis, & Antiſtes Carolus Borromæus, ut conſtat ex ejus Epiſtola in præcedenti Deciſione ſæpè citata in illis verbis. *Nihilominus tamen nos, non ut decreta laici Principis exequeremur, ſed ut in re, quæ ad utilitatem publicam ſpectare aliquo modo poſſe videtur, omni cautione uteremur; ſuperioribus proximis diebus pro noſtro paſtorali munere de ea ipſa orizæ ſatione, cum edictum auctoritate noſtra confectum promulgari iuſſimus, tum alia provt expedire cenſuimus opportuna officia adhibuimus, &c.* ut latius legitur poſt *conſ. Menoch.* 1000. Sic etiam nos poſt hæc ſcripta Genuæ cum ageretur de præcavenda peſte, edictis nomine D. Archiepiſcopi publicatis, Reipublicæ proclamata coadiuvavimus. Hoc itidem eſt de mente *Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium negociis Epiſcoporum, Regularium que præpoſitorum*, quæ pluries ordinariis reſcripſit, ut quo ad annonam, & ad extractionem frumenti conforment ſe cum ordinationibus Magiſtratuum ſæcularium ſimiles facientes ordinationes, quas poſtea à clericis ſervari curent; & ſignanter ita reſcripſit D. Nuncio Neapolitano, ſub die 3. Septembris 1591. & 23. Auguſti 1593. D. Epiſcopo Parmen. de anno 1599. & alias paſſim. Hanc meam aſſertionem refert, ſed male applicat, & interquot, *Cala opus de contrab. cleric. num.*74. 14

Hæc autem declaratio verificatur etiam in clerico extrahente farinam † quamvis enim controverſum ſit inter ſcribentes nunquid ſtatutum prohibens extrahi frumentum comprehendat etiam farinæ extractionem, negativam enim ſententiam plurimi tenuerunt, itavt propterea communem nuncupaverit Alber. *in* 2. *par. ſtatutorum quæſt.* 5. ſubdens ſe ita in facto ſervari vidiſſe *Vulpell.* videndus *conſil.* 148. & Menoch. *conſil.* 225. *num.*23. *vol.* 3. quæ quidem opinio fundatur in regula, quæ habet ſtatutum pœnale eſſe ſtrictè interprætandum, Affirmativam autem tenuerint Bart. *in l. quæſitum* §. *illud num.*1. *ff. de legat.* 3. *& in l. cæſar. num.*16. *ff. de public. & vectig.* Iaſ. *in l. non dubium num.*40. *&* 45. *C. de legibus* & dixit communem Ripa *de Peſte in rubr. de remed. ad conſerv. ubert. num.*75. & Vivius *opin.* 386. *par.* 1. *mihi in ſecundo tom. commun. opin. diverſ. ver. ſtatutum prohibens fol.* 322. & Clar. *in* §. *fin. q.*82. *ſtatutum* 7. *circa blada ver. prætera quaro num.* 6. & ibi Bernard. *num.* 81. Gandin. *de Malefic. in rubr. de rebus non portan. contr. decr. num.*40. Marant. *de ord. iud. in princ. nu.*20. Guid. Pap. *dec.*373. Boer. *dec.*177. & hæc quidem ſententia verior & crebrior eſt dubio procul, aliàs facilimè fieret fraus legi illamque praxis recepit ut teſtatur Clar. *loco citat.* Inquam etiam ob rationis identitatem inclinat Fulgoſ. poſt hæc ſcripta viſus *in l. quod non ratione numer.*3. *ff. de legibus* ubi idem inquit de ſtatuto quod eſt Senis, me Mulieres Margaritas deferant; credit enim illud etiam alia jocalia pretioſa comprehendere. Iſta tamen altercatio cadere nequaquam poteſt circa Clericos, cum enim illi non ligentur ſtatuto Principis laici, fruſtra quo 15

ad

ad eos quæritur an statuti verba sint rationabiliter, vel literaliter, & Judaico more intelligenda: ex quo autem obligantur in conscientia per regulam justitiæ, & æquitatis, quæ æquè in farina consideratur, ac in frumento, utique neque fas est eis asportare farinam caritatis tempore.

Sed nec omninò perpetua est præfata declaratio sic ampliata, immò nonnullis in casibus cessat. Et primo si utilitas, & necessitas non est re vera communis tàm laicorum, quam Clericorum: & si Principis edictum condictum est quidem ob publicum bonum, sed utilitas potius redundat principaliter in favorem quarundam personarum, vel alicuius generis hominum, ut contingit in edicto mandante ne in Civitatem introducat frumentum extra territorium natum, quod utile quidem est civibus habentibus in territorio prædia nullo enim jure dirigi possunt Clerici ad eiusmodi edicti observantiam: ac propterea illos esse ab eo exemptos fatetur ipse Menoch. *eodem cons.* 800. *num.* 30. post Bald. *in cons.* 198. *l.* 2. Grammat. *decis.* 100. *num.* 15. *&* 16. Iode Amic. *cons.* 18. *in fin.* Rip. *in tract. de peste rubr. de Remed. ad conserv.* Vbert. *num.* 122. Covarr. *in cap. possessor in* 2. *par.* §. 4. *num.* 8. *de reg. jur. in sexto*, Caroi. de Grass. *de effect. cler. effect.* 2. *num.* 316. ubi hanc testatur esse magis comunis opinio tametsi contrarium Panormi servetur pulchrè Grammat. *d. decis.* 100. *num.* 11. *& seq.* ubi quod imò tale statutum continet monopolium, quod nihil aliud est, nisi non posse omnium res in civitate venundari *l.* 1. *Cod. de monopol.* subdens quod si clericos compræhenderet esse contra Ecclesiasticam libertatem.

17 Cessat secundo in rebus quas Ecclesiastici extrahunt pro usu proprio, non enim peccant contra charitatem extrahendo etiam tempore penuriæ, cum charitas ordinata à se ipso incipiat. Quinimò etiam laicis fas est illas pro usu suo extrahere, non obstante edicto Principis sæcularis, ut per Bar. *in l. cætera* §. *sed si quis ad opus num.* 4. & ibi Ias. *de comm. num.* 7. *ff. de legat.* 1. Alciat. pariter de communi attestans *in l. censoria in verbo victus sui. ff. de verb. signif.* Bald. *in l. cum proponas C. de Nav. fen.* Marsil. *sing.* 86. *statutum fuit* Vivius etiam de communi *dicta opinio*. 386. *p.* 1. *in* 2. *limit.* Clar. §. *fin. q.* 82. *statut.* 7. *circa blada. ver. ulterius quæro nu.* 4. ubi tamen inquit contrarium de consuetudine servari Roland. *cons.* 71. *num.* 16. *volum.* 4.

18 Quemadmodum † in simili dicimus nec quidem laicum teneri ad solutionem Gabellæ pro rebus, quas usus sui causa extrahit, vel vehit, vel quas pro usu familiæ suæ emit, imò contra exigentes hoc in casu gabellam, imponitur à jure pæna capitalis *in l. universi C. de vestig. & commiss. l. si publican.* §. 1. ubi etiam Bart. *de public.* idem Bart. & Alex. *in l. cætera* §. *si quis opus de legat.* 1. Bertacchin. de Gabell. *in* 2. *p.* 8. *q.* 6. Ferrett. de Gabell. *n.* 127. *& seqq.* pulchrè Franc. Marc. *decis.* 285. *&* 286. *par.* 1. Roland. *cons.* 71. *numer.* 15. *& seqq. lib.* 4. *& cons.* 42. *numer.* 29. *volum.* 3. ubi ait non valere consuetudinem contrariam, prout etiam inquiunt Natt. *cons.* 65. *num.* 2. *volum.* 3. Becc. *cons.* 96. *num.* 9. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de jure fisci. resolut.* 5. *num.* 25. ubi de magis comm. opin. Quibus addo Clem. *præsenti numer.* 2. *de censibus*, ubi tamen, quod in favorem Laicorum non sunt principaliter adiectæ, sed dumtaxat in favorem Clericorum, & *ibi num.* 6. addit quod fortè tota Italia interdicta est cum exigantur à Clericis vectigalia, ex quo infert, quod Clerici in d.d. Civitatibus publicè celebrantes sunt irregulares, quod dictum tamen si nimis videtur rigidum; videant tamen Principum Sæcularium Ministri, nè proprias animas injiciant, Scapp. *de jure non scripto lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. *& seqq.* qui ait quod illa capitalis pœna exequi deberet contra horum temporum Datiarios, qui in multis Italiæ Vrbibus cogunt pauperes ad solvendas gabellas, aliasque imposturas, seu verius ruberias pro rebus, quas viatores pro usu, ac necessitate propria deferunt: & ipsorum publicanorum, ne dicam Principum crescente avaritia ab ipsis viatoribus, maxima cum arrogantia pecunias extorquent. Hæc ille, Eandem opinionem ex Theologis tenuerunt Sylvestr. *in summ. verb. Gabella* 3. *q.* 5. ubi inquit consuetudinem contrariam uti irrationabilem non valere, Cajet. *in summ. ver. vectigalia*. ubi ait gabellas de rebus, quæ pro usu proprio deferuntur, vel de frumento serendo, iniquas esse, etiam secundum leges civiles Summ. Angelic. in verbo Pedagium *num.* 3. ubi pariter firmat consuetudinem in contrarium introduci non posse, prout etiam tenet Tabien. *in verb. Pedagium num.* 4. §. 3. *de causa materiali*. Sotus *de just. & jur. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 7. *post med.* ubi ait, quod lex, & ratio reclamare videtur (quamvis hunc auctorem incautè pro contraria parte adducat Rodriqu. *in summ. par.* 2. *cap.* 73. *num.* 1.) Petr. Navarr. plurimos citans *de restitut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 239. ubi quod oppositum esset nimia injustitia; cum unusquisque de jure naturali liber sit, & immunis ab hujusmodi exactionibns in rebus adeo necessarijs: subditque aliam rationem post Cajet. *loco cit.* quia nempe, qui plus egeret, plus solveret, cum plus portare, seu vendere cogatur, quod esset iniquum: sequitur etiam Megal. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 5. *nu.* 64. idemque sentit Eman. Sà *in Aphorism. confess. in verbo Gabella n.* 5. Tolet. *in sum. lib.* 5. *cap.* 73. *num.* 6. ubi inquit, exigentes gabellam pro rebus, quæ in proprios usus invehuntur, non modo peccare: sed incidere in excommunicationem latam in Bullam Cænæ Domini, contra eos, qui prohibita pedagia exigunt. Vnde quamvis hæc communis sententia, de facto non servetur, ut etiam observant Ruin. *cons.* 112. *sub num.* 8. *volum.* 5. *&* Trentacinqu. *loco cit.* tamen nullo pacto excusari possunt Publicani à peccato, neque ab obligatione restituendi, præsertim in materia, in qua contraria consuetudo introduci non potest, ac proinde ab hujusmodi extorsionibus coerceri deberent: & successivè ex his apparet nullo modo peccare fraudantes gabellas pro rebus, quas in proprios usus emunt evehentque vel ad sublevandas suæ domus necessitates vendunt.

Cessat tertio, † in clerico extrahente annonam, vel quid 19
aliud, quod pro usu suæ domus emerat, sed postea, vel quia mutavit animum, vel quia suis superfit sumptibus, revendere intendit, attenditur enim prima destinatio. Vivi. *dict. opinio.* 381. *statutum prohibens* Clar. *dic. quæst.* 82. *statutum* 7. *circa blada num.* 5. ubi de communi testatur, & inquit ita quotidie servari. Alberic. *in* 2. *par. statutum q.* 206. *ver. prædicta* etiam Roland. *cons.* 71. *num.* 18. *libr.* 4. Franc. Marc. *decis.* 285. *num.* 3. *par.* 1. Card. de Lugo *de just. tom.* 2. *disp.* 26. *sect.* 3. *num.* 32.

Quartò cessat † quando edicto non obstante, Magistra- 20
tus sæcularis facilè suis subditis extrahendi licentiam concedit: inde enim colligitur cessare illa communis necessitas, quæ causa est, ut Clerici teneantur in conscientia non extrahere. Vnde in proposito Bossius *in praxi in tit. de pœnis post. num.* 20. loquens de simili non extrahendi decreto Mediolani vigente, ajebat quod licet illud continere videatur utilitatem publicam, ne scilicet sequatur caritas frumentorum: si tamen practicam attendamus, avaritiam continet: ex quo finis est, ut pro quolibet frumenti sacco extrahendo, solvatur quoddam vectigal, omnique tempore concedi facultatem extrahendi cum dicti Vectigalis solutione, quæ res, & penuriam auget, & nobiles dimittit inanes: subdens se quotidiè contra id clamasse; & quamvis Clar. *loco citat. n.* 1. defendere conetur præfatum decretum nulla tamen ratio subest, cur Clerici hoc in casu obligentur in conscientia per supradicta.

Quintò, † denique limitarem dictam declarationem in 21
Clericis forensibus, qui ut ad proprios lares revertantur, eorum mobilia, vel blada seu vasa argentea, vel equos extrahere volunt: quamvis enim juxta magis communem opinionem talia statuta obligent forenses, & ita communi servari testetur Alberic. *in* 2. *par. stat. q.* 1. *num.* 11. & Clar. *d. q.* 81. *in septimo statuto circa blada num.* 2. Viv. *d. op.* 181. *statutum prohibens* Dec. *cons.* 71. *num.* 3. *volum.* 2. & ita tenere videatur Bajar. *in addit.* ad Clar. *loco citat.* quatenus hanc sententiam ultimò loco recensèt. Id tamen intelligendum est in foro externo datis terminis habilibus, & sic quo ad laicos forenses, ad quos, data scientia, extenditur jurisdictio statuentis: at cum clerici obligentur duntaxat ex regula charitatis, & injustitiæ, certè regula ista non prohibet, quin illi in discessu, res proprias, vel quibus indigent secum portare, aut præmittere valeant,

Præfatas † limitationes temperandas esse nonnulli pu- 22
tant, ut clerici teneantur saltem assignare datarijs frumentum, & bona, quæ contra dictum edictum extrahunt, ne fortè aliqua subrepat fraus, vel collusio. text. in *l. fin.* §. *divus ff. de public. ubi* Bar. Bald. *cons.* 79. *col.* 2. *vol.* 2. Franc. Marc. *decis.* 214. *num* 3. *par.* 2. *& decis.* 285. *in fin. par.* 1. ubi citat. Card. *in clemen. prædicati de censibus*, & Bertacc. *in tract. de Gabell. in ultima parte quæst.* 19. sequitur Roland. *cons.* 71. *num.* 22. *vol.* 4. Ruin. *cons.* 112. *sub num* 8 *vol.* 5. Trentacinquius *Var. resol. lib.* 1. *tit. de jure fisci resol.* 5. *sub num.* 8. *&* 9. Hic me Cala *in d. tract. de contraband.* Cler. *num.* 104. pungit, & ungit inquit enim patet, malè locutum fuisse Alex. Sperelli quamvis, alias dempto Ecclesiasticis obse-

quendi ſtudio diligens, & doctus ſit, vbi ſinè lege, & ratione tuetur, & refert hæc mea verba cum tamen an Ego ſine lege, & ratione locutus ſin ex hac, & præcedenti deciſione patet evidenter.) Quam quidem ſententiam ſicut in laicis privilegiatis puto veriſſimam, ſic in Clericis dico falſiſſimam, ex latè deductis *in præcedente deciſione*, vbi oſtenſum fuit ſimilia edicta in nihilo poſſe ligare Clericos, ſed cum caſus mihi contigiſſet de facto dum Regij Vicarium agebam, & D. Dux Mirandolæ inſtaret per me cogi Clericos ſuæ ditionis, ad denunciandum ſuis miniſtris; quod extrahebant frumentum, nullatenus id permiſi, ne in aliquo Immunitas Eccleſiaſtica labefactaretur. Verum adhoc vt D. Dux plenam haberet notitiam de frumento, quod ex ejus territorio per Eccleſiaſticos extrahebatur, & ſic innoteſceret ſibi, an reſiduum annonæ ſufficiens eſſet pro ſuorum populorum victu; neve ulla ſubreperet fraus, per meum edictum præcipi univerſis Clericis ditionis Mirandulæ, ut Vicario foraneo aſſignarent notulam frumenti, vel bladæ extrahendæ: eidemque Vicario privatè in mandantis dedi, ut à Ducalibus miniſtris requiſitus, benignè dictarum aſſignationum ſeu notularum copiam illis concederet. (Ad materiam hujus deciſionis indè Card. Bellam. *in controverſ. fidei lib. 1. cap. 28. de cler. col. 2. lit. D.* & Carol. de Graſſ. *effect. 2. cleric. num. 262.* Suar. *lib. 4. cap. 16. de immun. Eccleſ. n. 13. & 14.* Diana *par.... tract. 1. reſol. 8.*)

ARGUMENTUM.

Ordinarius, an Judici Laico delegare valeat exercitium concedendi, & negandi licentias Clericis annonam extrahere cupientibus.

Edicta Epiſcopi, & Vicarij, an, & quando poſt mortem, vel remotionem ab officio durent.

SUMMARIUM.

1 *STatutum Laicorum, an, & quomodo ab Ordinario confirmari poſſit, itaut clericos afficiat*, & ſub num. 18. ver. obiecta.
2 *Confirmatus actus ſumit robur à confirmante.*
3 *Ea noſtra facimus, quibus noſtram impertimur auctoritatem,*
4 *Epiſcopi ſtatutum, an, & quando liget ſucceſſores.*
5 *Statutum cenſetur à confirmante confectum.*
6 *Subſcriptio operatur, ut ſcriptura dicatur à ſubſcribente confecta.*
7 *Conſuetudo communis clericorum, & laicorum, an clericos liget.*
8 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
9 *Proceſſio omnis fit à principijs.*
10 *Epiſcopus quam facultatem in clericos laico delegare poſſit*, & num. 17. & ſeq.
11 *Ordinarius clericorum ciuiles cauſas, quatenus laicis committere valeat.*
12 *Actus geri dicitur à mandante miniſterio mandatarij.*
13 *Epiſcopus conſentire non poteſt, ut laicus in clericos juriſdictionem exerceat.*
14 *Laicis obſequendi clericis manet neceſſitas, non imperandi auctoritas.*
15 *Laici, ut plurimum ſunt clericis infeſti, & quare.*
16 *Per quæ peccamus, per hæc, & torquemur.*
17 *Ordinarius quas cauſas laico delegare poſſit.*
18 *Sententia à laico in clericum lata, an ab eo, vel ab ordinario ſit exequenda.*
19 *Ordinarius, an, & quando poſſit laicis delegare capturam clericorum de nocte, vel cum armis incedentium.*
20 *Vicarij Epiſcopalis, et Rectorum civitatum edicta expirant finito officio.*
21 *Epiſcopi edicta quatenus durent.*
22 *Caſus ab Epiſcopo reſervati, ejus obitu expirant.*
23 *Exilium ab Epiſcopo injunctum, an, & quando ejus morte expiret.*
24 *Edicta Epiſcoporum ad inſtar ſunt edictorum Prætorum.*

DECISIO XIV.

REMANET tertium dubium in deciſione duodecima excitatum: An ſaltem vigore ſubſcriptionis à Vicario in præfato edicto appoſitæ poſſit Gubernator juxta illius tenorem circa clericos procedere.

1 Et quidem pro affirmativa conſiderari poterat, † quod quamvis Epiſcopus, vel Vicarius tacitè, vel expreſsè confirmare nequeat edictum, vel ſtatutum laicorum ſuper rebus Eccleſiæ, ut per Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 5. in utraque lectura extr. de conſtit.* & per Surdum *conſ. 301. num. 61. vol. 3.* id tamen procedit ſi confirmet quatenus eſt ſtatutum laicorum, itaut remaneat eorum duntaxat ordinatio: ſecus autem videtur ſi per ſubſcriptionem ita confirmat, ut evadat commune, cum enim dubio procul. D. Vicarius potuiſſet per proprium edictum, clericis annone tranſpoſitionem prohibere, potuit etiam confirmare, & approbare edictum Gubernatoris, quod iſto caſu ſuſtinetur non vi propria: ſed vi approbationis. Rebuff. *de conſtit. Reg. tom. 2. in proemio gloſ. 1. num. 61.* & *ſeq.*

2 Et † actus confirmatus ſumit robur non à faciente, ſed à confirmante *l. adoptio ff. de Adopt. l. legata inutiliter ff. de adim. leg. Bar. in l. more num. 5. ff. de juriſd. omn. jud.* cum alijs per Curt. jun. *ibidem num. 44. & Iaſ. num. 30.* Pariſ. *conſil. 3. num. 40. & ſeq. vol. 4.* Cephal. *conſ. 304. num. 86. & conſ. 414. num. 42.*

3 Eaque † noſtra facimus, quibus noſtram impertimur auctoritatem *l. 1. Cod. de veter. jur.* Enucle Cyn. *in leg. digna vox Cod. de leg.* Garz. *in tract. de ultimo fine num. 161.* Rota *deciſ. 79. nu. 6. par. 1. in recentior*, ubi habetur, quod † quam- 4
vis ſtatutum Epiſcopi non liget ſucceſſores: id tamen non procedit, quando à Papa fuit confirmatum: tunc enim non eſt amplius ſtatutum Epiſcopale, ſed Papale, quod ligat etiam ſucceſſores.

5 Et † in puncto, quod ſtatutum cenſeatur ipſius confirmantis, & uti tranſgreſſor illius ordinationis puniatur contrafaciens, dixit Bald. *in leg. ex placito C. de rerum permut.* Barbat. *inter conſ.* Alexan. *conſ. 129. num. 17. lib. 4.* Felyn. *in cap. 1. ſub nu. 4. extr. de ſponſal.* Dec. *in cap. cum acceſſiſſent num. 12. & ſeq. de conſt.* Malvaſi. atteſtans ita tenere omnes *in conſ. 30. num. 28.* Mandoſ. *de Signat. gratiæ tit. de confirm. ſtatutorum* Bertan. *conſ. ciu. 2. num. 2.* ubi ait confirmationem operari, ut ſtatutum extendatur ad caſum, ad quem aliàs extendi non poſſet: ſequitur Fenzon. dum hæc cuderentur impreſſus *ad ſtatut. urbis in princip. ſuper titulo num. 38. & ſeqq.*

6 Denique † ſubſcriptio Vicarij operatur, ut d. edictum dicatur à ſubſcribente confectum *Innoc. in cap. quoniam contra col. 1. de proba.* Anchar. *conſ. 14. num. 8. lib. 6.* Dec. *conſ. 447. num. 10.* Rota *deciſ. 50. num. 3. p. 1. recent.* ubi, & aliæ recenſetur deciſiones.

7 Hinc † videmus in ſimili, conſuetudinem communem, tàm laicorum, quàm clericorum; æqualiter ligare etiam Clericos gloſ. *in cap. cæterum de donat.* Abb. *in cap. cum veniſſet in ſecundo, notab.* & ibi Felynus *num. ſexto, de eo qui mittitur in poſſeſſio.* idem Felyn. *in cap. Eccleſia S. Mariæ n. 81. de conſtit.* Tiraqu. *de retract. lig. 1. gloſ. 12. num. 2.* Marant. *diſp. 8. n. 3.* Capra *reg. 15. num. 20. & 21.* Remig. de Gonn. *in tractatu de caritat. ſubſid. q. 62. n. 2. & ſeq. in 13. tom. tract. diverſ.* ubi teſtatur de communi opinione.

Nec inconveniens videtur, ut à Gubernatore licentiæ ſubſcribantur; cum is magis ſit de Vrbanis neceſſitatibus informatus, illiuſque peculiare munus ſit annonæ abundantiam parare: præſertim, quia id agebat uti Vicarij executor.

8 Actus † autem tribuitur ordinanti, non exequenti *leg. ſi hæres teſtamento ff. de act. emptio l. item eorum §. decuriones ff. quod cuiuſque Vniverſi nom.* Cravett. *conſ. 144. num. 2. latè* Tiraqu. *de legibus connub. gloſ. 8. num. 184. & 194.* ubi exornat Surd. *conſ. 29. num. 3. lib. 1.*

9 Et † omnis proceſſio fit à principiis Ariſt. *libr. 1. de cælo* Ang. *conſ. 110. num. 6. poſt med.* egregiè Crau. *conſ. 883. num. 13.* Surd. *conſ. 301. num. 36. vol. 3.*

10 Præterea † tametſi Epiſcopus nequeat per pactum, vel concordiam Iudici ſæculari juriſdictionem ullam in Clericos contra clericale privilegium concedere; benè tamen poſt eidem tribuere executionem aliquam, vel miniſterium facti, itaut poſſit tanquam organum, & miniſter Epiſcopi actiones aliquas circa clericos exercere, quæ ad impediendа peccata, vel perturbationes publicas convenientes cenſetur, ut magiſtraliter diſtinguit Suar. *in tract. defenſ. fid. lib. 4. cap. 34. num. 25.* ejuſdem autem generis videbatur eſſe exercitium ſubſcribendi licentias annonam extrahere volentibus.

Et eo magis hujuſmodi exercitium ad civile, non ad criminale judicium pertinens à Vicario, concedi potuiſſe videbatur, quo regulare eſt, ut Iudex † Eccleſiaſticus cauſas 11
ciuiles

civiles laicis delegare valeat, quia hoc eis non est interdictum (citra potestatem imponendi censuras) glos. *in cap. 2. in verbo non præsumat de judic. & ibi* Butr. *in princ.* Abb. *num. 5.* Bald. *num. 10.* Felyn. *n. 6.* Dec. *num. 5. & cæteri communit.* Alexandr. *cons. 8. col. 2. ver. poterit etiam* Vant. *in tract. de nullit. tit. de null. ex def. jurisd. num. 69.* Dec. *in tract. crim. par. 1. l. 4. cap. 9. num. 70.* Segura *in Director. jud. Eccles. par. 1. cap. 11. num. 2.* Cucc. *in institut. major. lib. 2. tit. 6. num. 139. & seq.* Scaccia *de Judic. par. 1. cap. 9. num. 41. ver. adverte modo* Car. de Graff. *de effect. cler. effect. 1. num. 566.*

12 Gubernator † enim jure Episcopi fungebatur; ipsumque ordinarium persona, & ministerio illis mediante subscribere reputabatur *cap. cum olim il secondo*, & quod id notat Abb. *de offic. deleg.* facit text. in *cap. sanè eod. tit. & in l. 1. §. 1. ff. de officio ejus cui mandat. est jurisdict.* & tradunt DD. communiter in *d. cap. 2. ubi* Decius *num. 28.*

Citra tamen hæsitationem censui edictum præfatum, tanquam Ecclesiasticæ repugnans libertati, à Vicarii subscriptione nullatenus robur, & firmitatem acquirere potuisse, cum in eo tribuatur Gubernatori jurisdictio prohi-

13 bendi, vel concedendi Clericis annonæ † extractionem, quod quidem Vicarii, quin & Episcopi facultate omninò ex dedit *cap. 2. decernimus, & cap. quantum de jud.* Hostiens. *in summ. tit. de judic. §. Quæ sit necessaria* Gramat. *decis. 61. num. 9.* Surd. *cons. 301. n. 61. vol. 3.* & illis non citatis Suarez in *defens. fid. ad Regem Angliæ lib. 4. capit. 34. num. 20. & seq.*

14 † Laicis enim obsequendi clericis manet necessitas, non imperandi auctoritas, *cap. benè quidem 96. dist. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. cap. solitæ de majorit. & obed. c. cum laicis de rebus Eccl. non alien.*

Quod eo intollerabilius in terminis nostris erat, quo sæpè clerici deterioris fiebant conditionis, quam laici, diffi-

15 ciliusque licentias impetrabant † ex occulta, & penè dixerim naturali antipathia, quam sæculares habent in clericos, quibus, ut plurimum sunt infesti *cap. laicos 2. q. 7. cap. clericis de Immun. Eccles. in sexto.*

Quod justo Dei judicio contingere reor: ut Clerici, qui in sortem Domini vocari, terrena despicere, ac ad cælestia toto corde, anhelare deberent, cum ad consanguineos ditandos persæpè ad hæc ima nimis deprimantur, ab iisdem laicis

16 conterantur: † & sic juxta illud. Sapientiæ 11. 17. perquæ peccat quis per hæc, & torquetur per quæ peccamus, per hæc, & torquemur.

17 Tùm † etiam quia tametsi ordinarius delegare possit laico alicujus particularis causæ cujus cognitionem, non tamen illum ad universitatem causarum deputare potest, cum sit casus Papæ reservatus ad *cap. 2. extra de Judic. ubi* Felyn. *n. 1.* Dec. *n. 30. & seqq. & n. 43.* Genuens. *in practicabil. Eccles. iast. q. 730. num. 1.*

Et multo minus eidem delegare potest executionem contra bona clericorum faciendam, prout erat in terminis nostris, in quibus Gubernator frumentum, & blada à ministris Clericorum transportantibus auferre faciebat; quando

18 nec quidem † in causis, in quibus Judex laicus, vel ex particulari commissione, vel ex reconventione contra clericos est causæ cognitor, potest in illorum bonis sententiam exequi: sed ipso requirente executio facienda est ab ordinatio ut per Abb. Antiq. & Imol. in *cap. postulasti de foro compet.* Ostiens. & Socc. in *cap. 1. de mutuis petition.* & ibidem expræssius Ant. de Butr. *num. 20. in fine* Vivi. *dec. 49. n. 6.* ubi testatur se ita semper variis in causis, & diversis in locis practicari vidisse Genu. in *prax. Archiepisc. Neap. cap. 12. n. 1.* ubi testatur de veriori opinione pro qua etiam adducit text. in *cap. sæculares de foro compet. in sexto, ubi* Philip. Franchus, id expresè notat, & ita ego quoque pluries, & ubique citra controversiam practicavi, quicquid secus, & malè senserit. Joan. Lupus in repet. *cap. per vestras in §. seu sectione incip. Sed est pulchra dubitatio n. 2. de donat. inter vir. & uxor.* qui tamen subdit tutius esse illam ordinario remittere, quem sequitur Carol. de Graff. *de effect. cler. effect. primo num. 791.* circa quod subdit Genuen. *loco citato* solere Vicarium transmittere præceptum Judicibus laicis, & aliis, ne molestent in persona, nec in bonis clericum sine ipsius licentia sub excommunicationis pœna: & visa postinde sententia, ac processu Judicis sæcularis, mandat executionem fieri: Alibi vidi mandatum judicis laici præsentari ordinario, qui illud exequi mandat: & dummodo executio re vera fiat per Ecclesiasticum, crederem circa modum, servandam esse locorum consuetudinem.

Obiecta non relevant; potest enim Vicarius ita edictum sæcularis potestatis confirmare, ut illud proprium faciat; modo tamen non sit contra libertatem Ecclesiasticam; Committit Judici laico causas particulares, non universitatem causarum, nec exequendi facultatem: Concedit denique nudum facti ministerium, non tamen cum cognitione, & coercitione mixtum: ut erat in terminis nostris, in quibus Gubernator non erat duntaxat deputatus ad signandas licentias, sed arbitratu suo illas, vel dabat, vel negabat, annonamque eo inscio extrahentibus auferebat: hæc enim non nudum facti ministerium, sed coercitionem, potestatem, jurisdictionem respiciunt: quorum laicus etiam Episcopo permittente incapax est, & sic doctrina Suarez, potius retorquetur.

Sic in similibus † terminis videmus Ordinarium non 19
posse Judici laico facultatem in genere largiri sistendi clericos, nocturnis horis per Urbem vagantes, quia in hoc aliqualem ille haberet cognitionem in eos, circa id propter, quod capere posset, quod est omninò vetitum *cap. 2. extra de judic.* Tametsi secus sit, si ordinarius impertiretur illi facultatem Clericos infraganti cum armis repertos capiendi, ut distinguendo docet Petrus de Anchar. in *c. ea quæ q. 21. de regul. jur. in sexto,* Marian. Soccin. *in cap. pervenit num. 275. & seqq. extra de sentent. excomm.*

Quin etiam in casu, quo præfatum edictum fuisset validè concessum, jam per remotionem ab officio illius Vicarii expi- 20
rasset: † quia Urbium Rectores, cæterique jurisdictionem temporaneam, prout sunt Vicarii, habentes, possunt duntaxat ordinationes pro tempore sui officii facere: quo finito expirant, ut per Bart. in *l. omnes populi sub n. 9. de justit. & jur.* Genuen. *in prax. Archiepisc. Neapol. c. 1. sub n. 18.*

Imò, † & Episcopi edicta (Synodalibus constitutionibus 21
exceptis) temporanea sunt, illiusque obitu expirant, ut per Bal. & DD. in *l. 5. ff. de verbor. significat.* Bertacch. *in tract. de Episc. 2. p. lib. 4. q. 15.* Riccius *dec. 149. n. 1. p. 1.* & pro certo supponitur à Rota in *dec. 76. n. 6. p. 1. in rec.* quicquid secus senserint Federic. de senis *cons. 16. n. 1. 4. & seq. &* Genuens. *sub d. num. 18.* quorum sententia in Synodalibus edictis salvari potest: quæ quidem vim legis, & canonis obtinent.

Unde, † & casus ab Episcopo reservati, per ejus obitum 22
expirant, nisi in Synodo facta fuerit reservatio, ut per Riccium *loco citato num. 2.* Ideo solent Vicarii capitulares statim defuncti Episcopi edicta, casusque reservatos renovare, & ita practicavi in obitu claræ memoriæ D. Cardinalis Estensis, cum à Capitulo, & deinde à Congregatione confirmatus fuerim.

Hinc † rursus exilium alicui ab Episcopo iniunctum, per 23
illius mortem expirat Jas. *in l. centesimis §. Si ita stipulatus num. 5. vers. succeffive ff. de verbor. oblig.* Gratian. *cons. 92. n. 1. lib. 2.* Capyc. *decis. 136. num. 5. & sequentibus* Mascard. *de prob. lib. 1. concl. 188. num. 30.* Farinacc. qui contra Rimin. hanc sententiam defendit in Fragment. *in verbo Bannit. num. 77.* Guazzin. *in tract. ad defensam tom. 2. defens. 33. cap. 27. sub n. 9. ver. si verò.*

Quicquid sit si fuit incunctum ad beneplacitum, tunc enim distinguitur, an fuerit habita consideratio ad personam vel ad officium, de quo vide latè Caball. *cas.* 143. Farinacc. *in d. fragment. litt. B. n. 74.* & latius *n. 99.* cum multis sequentibus Guall. *d. cap. 27. n. 8. & seqq.*

Prædictorum † autem ea potest afferri ratio, quia edi- 24
cta Episcopi ad instar sunt edictorum Prætorum. Bald. *consil. 31. volum. primo* Jason. *in leg. stipulationum aliæ numer. 7. & seqq. ff. de verb. obligat.* Kircon. cum per eum relatis, *in suis commun. opin. in verb. statutum si fuerit.* Jodoc. Dambouderius *in enchiridion. parium aut similium juris verbo statuta.*

ARGUMENTUM.

Synodalis constitutio, an, & quando dicatur ab initio usu recepta, & an probandus sit usus, an verò non usus. Quotidiana materia ad sciendum quis dicatur statutorum, seu edictorum, ac synodalium constitutionum transgressor, & quando statuta ligent.

SUMMARIUM.

1 *CONstitutionem fuisse usu receptam, probandum est ab allegante.*

Contrarium est verius num. 16. imò acceptatio præsumitur num. 27.

2 *Paulina non cenſetur uſu recepta, niſi probetur.*
Contrarium eſt verius num. 17.
3 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
4 *Ad eſſe legis requiruntur tria, æditio promulgatio acceptatio.*
Contrarium quoad acceptationem num. 23. & ſeqq. & 29. & ſequentibus præſertim ſi continet jus antiquum num. 47.
5 *Statutum ſeu lex firmatur moribus utentium.*
Declara id procedere de facto non de jure num. 34.
6 *Etiam ſi deroget conſuetudini contrariæ.*
7 *Etiam ſi habeat decretum irritans*, & num. ſeq.
8 *Niſi ab initio recepta fuerit.*
9 *Ac etiam ſi homines non habuerint illius notitiam.*
10 *Conſtitutio in una parte acceptata, non obligat in alia.*
11 *Nec in diverſa Provincia.*
12 *Legem non ſervans, uſu populi non receptam, non peccat, nec dicitur tranſgreſſor.*
13 *Juramentum de ſervandi ſtatutis non extenditur ad non recepta.*
14 *Conſtitutio non dicitur recepta, quando pars major populi facit, quod facere conſueverat.*
15 *Populi pars minor obediens, non ligat majorem partem inobſervantem.*
18 *Statutum inſertum in volumine ſtatutorum præſumitur receptum.*
19 *Uſus legi contrarius quomodo ſit probandus.*
20 *Lex ſemper loquitur, & dicitur in viridi obſervantia.*
21 *Simplex non uſus non abrogat legem.*
22 *Non uſus habens implicitum contrarium uſum, legem abrogat.*
23 *Conſtitutio Epiſcopalis obligat etiam ante acceptationem.*
25 *Delictum inobſervantiæ non præſumitur.*
26 *Conſtitutio nova quando ligare incipiat.*
28 *Conſtitutio dicitur acceptata, ſi in illius publicatione non fuit improbata.*
29 *Conſtitutionis publicatio dicitur actus perfectivus illius*, & num. 31.
30 *Lex eo ipſo, quod eſt publicata dicitur acceptata.*
31 *Publicatio ex temporis antiquitate præſumitur.*
33 *Leges obſervantia non requiritur pro illius forma ſubſtantiali.*
35 *Populus tranſtulit in Principem ſupremam poteſtatem. Monarchia Ariſtocratia, & Reſpublica quid ſint remiſſivè.*
36 *Papa recepit à Deo facultatem juris condendi.*
37 *Epiſcopi habent à Papa eandem auctoritatem.*
38 C. in iſtis §. leges 4. diſt. *explicatur.*
39 *Actus contrarii ſciente, & patiente legislatore derogant legi*, & num. ſeq.
& ſufficiunt duo actus.
42 *Lex civilis quando obliget in conſcientia remiſſivè.*
43 *Conſuetudo notoria per decennium contraria legi, tollit illam*
Quid autem ſi ab initio recepta fuerit num. 8.
44 *Imò ſufficere tempus minus decennio probabile eſt.*
45 *Modo tamen actus ſint effectuati, & ad populi notitiam.*
46 *Vel obtenti in contradictorio judicio.*

DECISIO XV.

IN quadam cauſa coram me vertente, dicebat Reus conventus ſynodi Provincialis conſtitutionem, in qua ſe fun-
1 dabat Actor; non fuiſſe uſu receptam, † ac proinde non probata per Actorem obſervantia, eam nullo pacto fore attendendam; ad quod allegabatur Joſeph Ludovicius in *deciſ. Peruſ. 98. n. 2.* qui hujuſmodi regulam in materia ſtatuti firmavit. Cum autem articulus iſte ſit in praxi frequentiſſimus illum breviter enucleare decrevi.

Dicebam igitur, quod quamvis Ludovic. pro ſua opinione, videlicet uſum conſtitutionis, vel ſtatuti probandum eſſe ab allegante, inadvertenter citet Roland. *conſ. 99. n. 39. lib.* 3. qui totum contrarium tenet, poterat tamen allegare Soccin. jun. in *conſil. 32. ſub num. 45. volum.* 3. (ubi in hanc ſententiam trahere conatur verba Alexandri in *conſil. 6. & 132. lib. 1.*) & Verall. *deciſ. 203. par. 3. num. 4. & 8.* ubi citat Aym. *conſ. 2. & 298. num. 5.* qui tamen in meo codice hoc non dicit; eamdem opinionem poſtea mordicus ſecutus eſt Menoch. in *tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. num. 2. cum ſeqq.* ubi ait doctores contrarium tenentes loqui ſine lege & ratione. Duenn. *regula* 38. Burſatt. *conſ. 55. nu. 20. lib. 1.* Eraſm. à Cochir. *in tract. de Juriſdict. ord. in exemptos p. 4. qu. 66. ſub num. 1.*

Et † in materia Paulinæ rerum Eccleſiaſticarum alienationem prohibentis, quod probari debet illam fuiſſe moribus utentium receptam tenuit Burſat. *loco citato*, & Mandoſ. *de ſign. gratiæ titul. ſi in evidentem ver. emanavit bulla.* & Rota Romana apud Mohedan. *in dec. 1. de conſtit. & in deciſ. 8. de locat. & conduct. & in Comen. Cappellaniæ 5. Julii 1593. coram Penia verſ. neque aliquam*, ubi dicitur ita fuiſſe reſolutum in *Lauden. bonorum 8. Junii 1588. coram Gypſio.* Moventur nonnulli ex præfatis ſcribentibus, ex eo, quia ſtatutum eſſe uſu receptum, ſi quid facti, † facta autem non præſumantur, niſi probantur, *leg. in bello §. facta ff. de captiv. & poſtlim. rever. cum vulgar.* 2 3

Secundò pro eadem ſententia adduci poteſt propoſitio, quæ habet † adeſſe legis, ſeu conſtitutionis tria requiri, primum, ut conſtituatur, ſecundum, ut promulgetur, tertium, ut moribus utentium approbetur, & ſi quid horum deficit, non eſt, nec eſſe poteſt conſtitutio, quod videtur de mente Gratiani *in c. in iſtis §. leges 4. diſtinct.* & tradunt Pau. & Matth. in prohem. Clement. & Henric. *in tract. de ſynod. p. 3. ar. 2. num. 62.* unde ſequitur, quod fundans ſe in ſtatuto vel conſtitutione de his tribus docere debeat, tanquam de partibus integrantibus, ſine quibus conſtitutio non eſſe nec allegari meretur. 4

Tertiò pro eadem parte urget alia regula parum præcedenti ab ſimilis, † nempe ſtatutum, vel legem nullam vim obtinere, niſi ab initio à ſubditis recepta fuerint, ut probatur in *leg. de quibus ff. de legibus* ibi, *Nam cum ipſe leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quod judicio populi recepta ſunt*, idemque habetur, *in capit. in iſtis §. leges 4. diſtinct.* ibi, *leges confirmantur, cum moribus utentium approbantur* id quod docet etiam. Ariſt. *2. polit. capitul. 6. in fin.* ibi, *lex nullam vim obligandi habet, niſi ex more*, & in terminis conſtitutionis ſynodalis dixit Rot. poſt multis quos allegat in *Burgen Archipræsbyteratus de Pancorvo 18. Decembris 1589. coram Penia*, & quod etiam jura canonica non recepta non obligant, quamvis primi non recipientes peccaverint tradit. *Domini. dict. §. leges gloſſ. 2. ad fin. in capitul. 1. de tregu. & pace*, & ibi Calder. Card. Hoſt. & Felin. Covar. *lib. 2. variar. capit. 16. num. 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. dict. præſumpt. 2. num. 1.* & relatis contrariis, hanc firmat Azor. *inſtitut. moral. lib. 5. cap. 4.* Guttier. Canonicarum *quæſt. lib. 1. cap. 8. num. 2.* Sanchez de Matrim. *leg. 3. diſput. 18. num. 1.* Puteus *deciſ. 1. num. 1.* cum aliis tum canoniſtis, tum Theologus pleno ſtylo congeſtis per Garz. in *tract. de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 150.* quibus addo Card. Pariſ. *conſ. 150. num. 6. volum. 4.* ubi inquit, quod Pontificis conſtitutio extravagans, quæ non fuit uſu recepta, non eſt curanda in foro fori, nec in foro poli, ut etiam dicunt, Capyc. *deciſ. 111. num. 8.* & Surd. egregiè exornans in *conſ. 58. num. 9. volum. 1.* & Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 588. num. 15.* eandem opinionem tenet Rota *deciſ. 781. num. 11. parte 4. diverſor.* Mantica *deciſ. 236. n. 2.* Cochier. *de Juriſd. ord. in exempt. par. 1. quæſt. 50. nu. 12.* & communem profitetur tam de jure civili abſolutè, quam de jure canonico, quo ad leges latas à recognoſcente ſuperiorem, ut in caſu noſtro, Ludov. Carbon. in *tract. de legibus lib. 3. diſp. 10.* in eandem ſententiam iverunt. Magon. *dec. Lucen. 49. num. 34.* & ibi addit. Verall. *deciſ. 203. num. 1. & 2. par. 3.* Bonacc. *tom. de legibus diſp. 1. q. 1. punct. 4. num. 27. & ſeq.* latè examinat materiam per plura dubia diſcurrens Filiuc. *tom. moral. 2. tract. 21. cap. ult. num. 429.* 5

Etiam † ſi lex, ſeu conſtitutio derogaret contrariæ conſuetudini. Rocc. de Curt. *in cap. fin. de conſuet. ſect. 7. num. 5.* Bott. *de ſynod. 3. p. art. 2. num. 64.* Duenn. *regula 144. in 2. limit. em.* Rodriq. *q. regul. tom. 1. q. 6. art. 11.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 153.* 6

Ac † etiam ſi habeat decretum irritans Gab. *com. concl. tit. de clauſ. conc. 3. n. 43.* Put. *deciſ. 1. lib. 1.* Ruin. *conſ. 13. num. 27. vol. 2.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. q. 8. num. 154.* Garz. *de benef. p. 11. c. 5. num. 152.* Gratian. *diſcept. forenſ tom. 3. c. 154. num. 55. & tom. 2. cap. 202. num. 18.* ubi teſtatur ita latè dictum fuiſſe à Rota in *Vallioletana præeminentiarum 23. Maii 1608. cor. Card. Lancellot.* 7

Et † quamvis ſecus tenere videatur. Caputaq. *deciſ. 204. par. 3.* & idem Gratian. *cum relatis dict. cap. 559. num. 35. & ſeq. & num. 42. 43. & 49.* intelligendi tamen ſunt in conſtitutione ab initio recepta, adverſus quam, ſtante dicto de- 8

creto

creto irritanti, non potest induci contraria consuetudo, nisi saltem 40. annorum, & in his terminis loquuntur scribentes *in capit. cum de beneficijs de præben. in 6. relati à* Caputaq. & Gratian. *locis citatis, & à* Rota *decis. 361. num. 5. in recollect. per* Farinac. *post to. 2. consiliorum.* & quod de jure canonico ad hunc effectum requiratur quadragennaria præscriptio citatur ob omnibus *capit. fin. de consuet. in 6.* & ibi *glosa* 3. tradunt *D D. in dict. capit. idest de tregu. & pace*, vbi Imol. *col. in fin.* & Felin. *sub num.* 13. & aliis relatis testatur de vera, & com. sententia Suarez *de legibus lib. 7. capit. 18. num. 12.* & Farin. *in 2. par. fragment. ver. lex nu. 17. fol. mihi 226. quibus adde* Surd. *in consil. 58. num. 10. vol. 1.* & Gratian. *d. cap. 551. num. 44.* At nos loquimur in constitutione quam non constat ab initio fuisse usu receptam, & sic ubi tractatur de dissuetudine, in quibus terminis intrant supra relatæ conclusiones, ita respondet, & distinguit Garzias *in addit. ad tract. de benef. p. 11. cap. 5. ad nu.* 152. in calce ejusdem tractatus, & videtur de mente Gratian. *dicta discept. 202. num. 18. tom. 2.*

9 Rursus † præmissa procedunt etiam si constitutio ideo non fuisset recepta, quia homines illius notitiam minimè habuissent, & sic per ignorantiam. Garz. *d. cap. 5. num. 154.* Bonac. *tom. de legibus disp. 1. qu. 1. punct. 4. nu. 28.* Filiuc. *to. 2. tract. 21. cap. vlt. num. 429.* & *num. seq. in fine.*

10 Quin † etiam, si fuisset in una tantum parte acceptata non obligaret in alia, tametsi in illa parte, in qua acceptata fuit seruanda, sit, vt per Bonac. *d. punct. 4. num. 30.* & ex nostratibus tradunt Corneus *cons. 20. col. 3. vol. 3.* Ruin. *cons. 55. in fin. vol. 5.* Hier. Gabr. *cons. 78. num. 9. lib. 2.*

11 Sicut † si in una provincia fuit acceptata, in alia provincia vires nequaquam perigit, ut post alios obseruat, Bonac. *vbi supra num. 32.* & dixit Rota *in alleg. Burg. Archiepiscopatus in fine.*

12 Adeo † ut non dicatur transgressor non seruans legem, usu populi non receptam. Alexand. *cons. 78. col. 1. in fin. lib. 6.* vbi testatur de magis com. Surd. *consil. 58. num. 11. circa med.* & *num. 9. post princ.* Gratian. *in addit. ad decis. Marchiæ 186. num. 2.*

Tametsi primi inobediens peccaverint, ut dixi supra *n. 5.* & advertit Surdus *d. num. 11.*

13 Et hinc est, † quod iuramentum de seruandis statutis editis, & edendis, non extenditur ad non recepta moribus utentium, vel per contrariam consuetudinem abrogata, ut per Roland. *cons. 58. nu. 14.* & Magon *decis. lucens. 49.* & ibi Additionator *in addit. littera G. vers. quod procedit.* quod nota pro Canonicis, qui in actu capiendi possessionem canonicatus præstant in capitulo per simile Iuramentum, & vidi quosdam hac de causa scrupulis vexari tam in capitulis, quam in alijs collegijs.

14 Nec dicitur constitutio usu recepta, † quoties pars major populi prosequitur facere, quod ante illius promulgationem facere consueverat; sive populus ipse sciat, sive ignoret constitutionem ipsam. Azor. *instit. moral. lib. 5. c. 4. qu. 1.* Bonac. *de legibus disp. 1. qu. 1. punct. 4. nu. 28.*

15 Non † enim est in potestate minoris partis populi legem recipientis ligare majorem partem non obseruantem, quidquid sit è conuerso, Paris. *cons. 105. à num. 6. vsque ad 10. lib. 4.* Marsil. *cons. 49. nu. 49.* Soc. iun. *cons. 32. n. 44. lib. 3.* Berous *cons. 137. nu. 33. lib. 3.* Surd. *cons. 58. nu. 9.* & 10. vbi profitetur hanc esse magis communem opinionem & Gratian. *to. 3. discept. forens. cap. 588. num. 16.* Cum itaque usus constitutionis sit ad illius esse necessarium, utique fundans se in illa, sicut de illius existentia, sic etiam de ejus obseruantia docere debere videbatur.

16 Cæterum † contraria sententia sicut magis communis est, ita verior iudicanda, nempe in dubio præsumitur pro viridi constitutionis, seu statuti obseruantia, & eum qui contrarium dicit, probare debere non usum, cum hæc negatiua sit fundamentum intentionis illius, alias in casu succumbentiæ versari, vt placuit. Bar. *in l. illa n. 5. ff. de verb. obl.* & *in cons. 44. incip. Iudex communis Tuderti* Felyn. *in cap. 1. sub num. 10. extra de Treg. & Pace.* Dec. *cons. 534. sub n. 9.* & *cons. 649. col. 2. ver. non obstat* Corn. *cons. 15. col. 4. ver. prætera vol. 3.* Gozadin. *cons. 16. nu. 16.* Curt. iun. *cons. 129. nu. 12.* vbi testatur de communi opinione Roland. *cons. 99. nu. 53. vol. 2.* Natta *cons. 340. num. 11. lib. 2.* & *cons. 575. num. 33. ver. non obstat lib. 3.* Paris. de Puteo *in tract. de Syndicat. cap. statut. col. 1.* Hercul. *in tract. de negatiua num. 26. vers. infertur 18.* Parisius *in tract. de Resign. benefic. lib. 3. quæst. 6. num. 25.* & *seqq.* Borgni. *in tract. de Tuto, & curat. num. 41.*

Ioseph. Mascar d. de probat. lib. 3. concl. 1332. nu. 3. Alderan. *etiam* Mascard. *in tract. de General. statut. interpr. conclus. 6. nu. 94.* & *seqq.* vbi contrarium tenentes reprobat. Mantic. *de tacit.* & *Ambig. lib. 5. tit. 13. nu. 42.* Cæphal. *cons. 36. vol. 1.* Honded. *cons. 4. nu. 91. lib. 1.* Sur. *cons. 58. num. 2. li. 1.* & *cons. 460. num. 79. lib. 4.* cum per eum relatis. Gratian. referens quasdam. Rotæ *decisiones*, non impressas, *discept. forens. tom. 3. cap. 559. num. 57.* Roderiq. *regularium qq. tom. 1. quæst. 6. ar. 11. in fi.* Bonac. *tom. de legibus disp. 1. quæst. 1. punct. 4. num. 88.* Benint. *decis. 13. num. 9.* Put. *decis. 1. lib. 1.* Cres. *decis. 79.* Verall. *decis. 220. per totam par. 1.* Seraphin. *decis. 153. nu. 2.* Rota *decis. 97. num. 2. par 1.* & *decis. 301. par. 2. diuersorum*, vbi citatur etiam, *decis. Cassad. 25.* quam non reperi. *Eadem Rota in dicta Burg. Iurisdict. de Pancoruo 4. Iun. 1590.* & *in Amerin. succession. 24. Maij 1593. coram Penia*, qui omnes loquuntur, quando est dubium, an constitutio fuerit ab initio recepta. Vnde nullo pacto tenenda est distinctio. Farinac. *in 2. par. fragment. verb. lex fol. mihi 224. sub num. 8. ver. in hac.* Imo cum hæc posterior sententia a tot, tantisque patribus recepta, & toties in *Rota Romana* canonizata fuerit, profectò temerarium videretur ab ea in iudicando recedere.

Et quamuis, Mohedan. *supra numer. 20. allatus* contrarium senserit in materia Paulinæ † tamen Rota semper 17
recessit à dictis *Mohedani decisionibus*, quas nullatenus seruat, sed postmodum passim tenuit, dictam constitutionem Paulinam præsumi vbique usu receptam, donec probatur contrarium, vt testantur. Benint. *d. decis. 13. sub n. 9.* vbi quod quotidie Curia Romana pronunciat pro eius obseruantia, idemque latius dixit. Quarant. *in Summa Bull. verb. alienatio rerum Eccles. sub num. 48.* Paris. *de resign. benef. lib. 4. quæst. 2. in fin.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. qu. 6. c. item ex præmissis num. 15.* Guttier. *lib. 1. canonicarum qq. c. 8.* Ricc. *in Pract. Eccles. titul. de alienan. rerum. Eccles. dec. 95. Grazias* plurimos referens, *de benefic. parte secunda, cap. 1. num. 41.* & *seqq.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambigu. conuen. lib. 5. tit. 13. n. 42.* Gratian. *tom. 3. discep. forens. cap. 559. nu. 58.* vbi dicit hanc opinionem veriorem esse, & citat Rotam *decis. 30. nu. 5. par. 1. recent.* vbi quod Rota non seruat *dictas decis. Mohed.* & concordantes affert, & *fassus fuit Ios. Ludou.* sibi parum constans *in concl. 44. limit. 1.* ubi idem dicit de statuto in volumine statutorum de Bulla in Bullario impressa, & de constitutionibus Marchiæ, vnde non est recipiendus Bursatt. *cons. 55. nu. 20. lib. 1.* qui deceptus authoritate Mohedani contrarium sensit.

Et †, generaliter, quod sufficiat statutum esse insertum in 18
volumine statutorum, & sic constitutionem synodalem in synodi volumine, tradit etiam Gomes. *super regul. Cancell. in proem. quæst. 2. ver. 4.* pro ista vbi testatur ita firmare Doctores omnes *in l. omnes populi ff. de Iustit.* & *iur.* & *in cap. 1. de constit. in 6.* & sic firmauit. Rota *in dicta Amerina succession. 24. Maij 1593. coram* Penia, & *in Burgen. distributionum seu residentiæ 9. Maij 1594. coram eodem Penia.* Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 448. tom. 1.* & Rota *in decis. 398. num. 2. par. 2. in recentior.* & alias vt ibi. Hier. Gabr. *in consil. 78. num. 10.* & *seqq. lib. 2.* vbi loquitur de constitutione particulari, & sic non inserta in volumine Bullarum.

Adeo † autem præsumitur pro vsu, vt non quælibet con- 19
trarij vsus probatio sufficiat; sed eiusmodi esse debeat, quæ percutiat formam, & speciem, alias non releuat, vt per Dec. *in cons. 534. n. 9.* Seraph. *decis. n 53. sub. num. 2.* Gratian. *discept. forens. tom. 3. c. 559. nu. 57.*

Duplici autem ratione moueri solent præfati scribentes, primo, quia † lex semper loquitur, & sic semper præsumi- 20
tur in viridi obseruantia, *l. Arriani C. de hæretic.* & Manic. Bar. *in l. certa forma nu. 11. C. de iure fisci lib. 10.* & *in l. si mihi, & tibi §. legatis*, vbi etiam. Socc. *ff. de leg. 1. Verall.* in terminis *decis. 220. nu. 5. p. 1.* quamuis hoc fundamentum non placeat, Soccino iun. *nec Menoch.* supra in contrarium adductis.

Secundò, quia si ego fundo intentionem meam in statu- 21
to, tu verò excipis, statutum ipsum haud fuisse vsu receptum, iam non negas statutum, sed illud præsupponis, & sic fundata remanet Actoris intentio, excipis autem de non vsu, & in hoc consistit fundamentum intentionis tuæ; hoc igitur fundamentum à te probandum est, vt in specie declarant. Dec. & Natta *in locis citatis.*

Quæ secunda ratio corroborari potest ineuitabili demon- 22
stratione; quia nempe † certum est simplicem non vsum

ſtatui, illius robur non adimere, cum eſſe poſſit, ut caſus illud obſervandi fortaſſe non contigerit, & inobſervantia, quæ non repugnat directè legi, ſtatuto, vel conſtitutioni, non tollit illam ullo tempore, ut per Card. Alexand. *in cap. inſtis §. leges 5. diſtinct.* Pute. *in deciſ. 1. ſub num. 3. l. 1.* Joan. And. *in in cap. Ioannes ad fin. extra. de Cleric. coniug.* ubi ponit exemplum de *l. quæritur ff. de ſtatu. homin. c. idem. hermaphrodita 4. qu. 3.* quibus juribus dictantibus, hermaphroditum judicandum eſſe in eo ſexu, in quo magis incaleſcit, derogatum haud quam cenſetur, ſi per mille annos ermaphroditus non naſcatur.

Et quod per ſimplicem non uſum, etiam per mille annos non tollatur lex, vel ſtatutum eſt communis opinio teſte. Iaſon *in l. de quibus num. 33. ff. de legibus* Alex. *conſ. 136. num. 19. lib. 2.* Dec. *in c. cum acceſſiſſent num. 95. ver. & in ſimplici extra de conſtitut.* Aldobrand. *in §. ſed naturalia num. 10. Inſt. de Iur. natur. gent. & civil.* Ripa *conſ. 28. per non uſum libr. 1.* Io. de Amic. *conſ. 1. num. 43.* Rolan. *in tract. de lucro dotis quæſt. 99. num. 13.* Rim. Iun. *conſ. 34. num. 15. & ſeqq.* ubi benè declarat, an, & quando per contrarium actum lex, ſeu conſtitutio abrogata cenſeatur, *& conſ. 180. in fin. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 78. num. 10. & ſeqq. volum. 2. & conſ. 84. num. 60. eodem lib. 2.* Surd. *conſ. 58. num. 11.* Honded. *conſil. 110. num. 22. lib. 1.* Farinac. *conſil. 30. num. 108. in fin. lib. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. num. 38. & ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 218. num. 59. & cap. 559. num. 39.* Bonacc. *tom. de legibus diſp. 1. quæſt. 1. punct. 4. num. 48. & punct. ultim. §. 3. num. 27.* Vivius *deciſ. 388. num. 7.* ubi ait ita per Rotam *Romanam*, & per Concilium Neapolit. judicatum fuiſſe. Put. *deciſ. 1. num. 3. in fin. & num. 4. p. 1.* Veral. *deciſ. 220. num. 2. par. 1. Seraph. deciſ. 158. num. 2.* Rota, etiam de com. opin. *deciſ. 213. num. 2. par. 1. in recentior.* Imò ſi prætendatur non ſolum non uſum, ſed contrarius uſus id debet ab allegante probari, ut per Farinac. *conſ. 30. n. 107. lib. 1. addent ibi n. 108. & 127.* contrarium uſum non induci niſi decem annorum.)

22 Requiritur † itaque talis non uſus, qui habeat implicitum contrarium uſum, nimirum, quod caſus acciderit, & ſervatum fuerit contrarium ejus, quod ſtatutum diſponit, ut advertunt præfati ſcribentes, & originaliter dixit. Cinus Piſtorien. *in l. fin. C. de jure dot.* ſequitur *Bar. in Prohem. ff. §. & antea*, ubi inquit, ex eo quod nullus utatur lege, abſit à ſeculo, ut dicatur tolli lex illa, & (eo non relato) idem tenuit. Felyn. *in cap. 1. ſub num. 10. de treg. & pace*, & ibi cæteri Canoniſtæ, qui idem communiter affirmant, *in capit. Ioannes, ubi tex. in princ. extra de Cleric. conjug.* Burſat. *conſ. 200. n. 91. vol. 2.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. in prælud. num. 97.* Navarr. *conſ. 1. nu. 25. ſub tit. de conſtit.* Hier. Gabr. *d. conſ. 89. num. 6. lib. 2.*

Quod ſi exigitur iſte contrarius uſus, qui eſt facti, & facta non præſumatur niſi prohibentur, ut pro contraria parte aaguebat, Menoch. *dict. lib. 2 præſumpt. 2. numer. 3.* ſequitur, ut hujuſmodi inobſervantia probanda ſit, unde dictus inſignis *Doctor* ſuo remanet mucrone iugulatus.

23 Denique, pro hac parte, addi poteſt, acceptationem conſtitutionis, non eſſe neceſſariam ad illius obligationem vel perfecta inſtitutionem, ſed potius eſſe effectum ex illa reſultantem. Card. Zabarell. *in prohem. Clement. ver. univerſitati quæſt. 2.* Turrecremat. *in cap. §. ideo diſtinct. 4.* & poſt Archid. Præpoſit. Silveſter, & alios, quos congerit, *tradit* Greg. Lopez *in l. 16. tit. 1. part. 1. numer. 4.* ubi teſtatur de com. opin. & Caſtr. *lib. 1. de legibus pœnal. cap. 1.* & Suarez, plurimos referens in *tract. de legibus lib. 3. capit. 19. numer. 4. & ſeqq.* (quo loci hanc ſententiam optimè defendit) & ſic obligat ſubditos ante acceptationem, ita ut primi tranſ-
24 greſſores peccent, ut dicebamus ſupra *num. 5.* quod † tam in Pontificia, quam in Epiſcopali conſtitutione procedit ut poſt alios advertit Suar. *eodem tract.* ſed non eodem loco, nempe *in lib. 4. cap. 16. nu. 2. & ſeq. & cap. 17.* per totum. Non igitur probandum eſt ab eo, qui ſe fundat in conſtitutione,
25 id, quod ad eſſe illius non requitur, † nec præſumendum eſt in ſubditis inobſervantiæ delictum, ut etiam advertit Bennit. *d. deciſ. 13. ſub n. 9.*

26 Incipit autem ligare nova conſtitutio tranſactis menſibus duobus à die illius publicationis. *text. in Auth. ut fact. nov. conſtit. in princip. gloſ. fin. in cap. 2. de conſtit.* & tradunt innumeri Doctos, quos congerit, & ſequitur Ant. Gabr. *lib. 6. com. corcluſ. tit. de legibus, & conſtit. concluſ. 4. numer. 1.* Henric. Bettheus, *in tract. de ſynod. part. 2. art. 2. n. 62. Theſaur. deciſ. 149. num. 6.* Rota *in dicta comen. Capellaniæ 5. Julij* 1593. coram Penia. Intelligendo tamen de lege univerſali. Nam ſtatuta particularia ſtatim poſt publicationem ligant, & quamvis Theſau. ubi ſupra *nu. 6.* dixerit communem eſſe in contrarium, nempe etiam quoad particularia ſtatuta tempus duorum menſium expectandum fore, & multi tenuerint tempus eſſe Judici arbitrarium, ut per Menoch. *in tract. de Arbitr. Iud. caſ. 185. num. 6.* Attamen Theſaurus pace ſua decipitur, & Menochius cum per eum *relatis* declaratione indiget. Nam re vera communis opinio eſt, ut ſtatuta, vel conſtitutiones, ab inferioribus magiſtratibus latæ, ſtatim ligent in loco publicationis (niſi aliud exprimant, & conſuetudine ſecluſa) Hoſtienſ. *in ſumm. titul. de Conſtitu. §. quando* Abb. Dec. & alij *in cap. 2. de conſtitut.* Gabr. *alios* referens *d. concl. 4. num. 11.* Sylveſt. *in ſumma ver. lex quæſt. 6.* Navarr. *in ſumm. cap. 22. num. 44. & conſ. 1. de conſtit. quæſt. 4.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Suar. *de legibus lib. 3. c. 18.* Reſpectu verò abſentium tempus eſt arbitrarium, ut poſt alios tradit ibidem Suar. refert Barbol. *in cap. 2. nu. 4. & 5. de conſtit.* & ita intelligendus eſt Menoch. proximè citatus cum per eum adductis.

Ex quibus quamvis contraria remaneant ſublata, nihilominus particulariter reſpondetur ad primum, in quo dicebatur receptionem, ſeu uſum ſtatuti, vel conſtitutionis, tamquam quid facti non præſumi † quod imò eo ipſo, quod ea 27
condita, & publicata fuit præſuppoſita illius juſtitia & validitate (præſumptio juris ſtat pro illius obſervantia, niſi contrarium probetur ut inter cæteros advertit in ſpecie Guttie. *lib. 1. Canonic. qq. 8. n. 4. in fine* Rota *dec. 56. nu. 4. & dec. 775. p. 1. diverſ. & dec. 301. nu. 2. p. 2. diverſ.* innumeros congerit & ſequitur Garz. *in tract. de Benef. p. 2. c. 1. num 41.* & tradunt Doctores relati à me ſupra *nu. 16.* & in individuo de conſtitutione ſynodali tradit Card. Mantic. *dec. 115. n. 2.* & dicitur etiam acceptata ſi in illius promulgatione non fuit improbata. ſed tacitè admiſſa, ut per Carbon. *in tr. de legibus lib. 3. diſp. 10. ante fin. ſub verſ. quinta poſitio.*

Præter quam quod non poteſt dici fuiſſe, vel non fuiſſe uſu receptam, niſi venerit caſus, illa utendi: quod autem caſus contigerit, eſt quid facti, & ideo non præſumitur niſi probetur, ut dixi ſupra *nu. 16. & ſeqq.*

Ad ſecundum reſpondetur, † imò legis publicat io- 28
nem eſſe ultimum actum, quo ipſa perficitur, ut tradit *gloſ. magna in prohem. clement. in verb. & quod ligaverit per tex. in l. humanum C. de legibus*, & inquit ibidem Cardin. hanc ſententiam veriorem eſſe † Ita ut conſtitu- 29
tio, eo ipſo; quod eſt publicata, dicatur effectuata Cardin. Cavaler. *deciſ. 77. n. 3.*

Et † quod publicatio ſit actus perfectivus ſtatuti, poſt 30
alios, quos refert tradit *Sola in Prohem. decretor. Sabaudiæ gloſ. 4. num. 5.* ſequitur Theſaur. *deciſ. 249. ſub num. 6. in fine* Gomeſ. *ad Regul. cancell. in prohem. q. 2. ver. 4. pro iſta* & dixi ſupra num. 23.

Quæ † etiam publicatio ex antiquitate temporis præſu- 31
mitur ut per Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alien. qu. 58. nu. 26.* Barboſ. *d. c. 2. n. 11. de conſtit.*

Et † quod uſus & obſervantia non requitur pro for- 32
ma ſubſtantiali, ſed accidentali tenuit Rota apud Cavaler. *dict. deciſ. 77. num. 4.* & *nos* deduximus *ſupra dicto numer. 23.*

Ad † tertium reſpondetur: quod vulgaris propoſitio, di- 33
cta is legem humanam firmari moribus utentium non tam de jure, quam de facto intelligenda eſt, ut per Archid. & Turrecrem. *in d. §. leges*, quæ reſponſio confirmari poteſt à partium enumeratione: Aut enim loquimur de conſtitutione Principis laici, & certè illa robur habet, abſque ſubditorum miniſterio, quia, † ubicumque Regimen non eſt 34
Democraticum, populus tranſtulit ſupremam poteſtatem in Principem, ſive ille ſit una perſona, ut contingit Monarchia, ſive ſit Concilium Procerum, ut in Ariſtocratia, ſive ſit mixtum ex utraque ut eſt Dux cum Senatu, vel Rex cum comitijs Regni, de quibus politicis gubernationibus videri poteſt. Plato *in dialog. ciu. ſeu de Regno, & in libro de Rupub. Ariſt. 3. Polit. cap. 5. & 8. ætic. cap. 10.* latè Bellarm. *leg. 1. de Sum. Pontif. in princ. & per multa capita.* Is igitur, qui de facto ſupremam poteſtatem obtinet ad ferendam legem, habet etiam poteſtatem ad obligandum omnes de regno, etiam renuentes, ut benè deduxit. Suar. *de legib. lib. 3. cap. 19. num. 7.*

Aut † loquimur de conſtitutione Pontificia, vel Epiſco- 35
pali, & tunc à fortiori dicendum eſt idem, cum Summus Pontifex non à populo poteſtatem accederit, ſed ab ipſo

Deo,

Deo, qui Claves Petro tradit, illumque jussit Gregem
36 suum pascere, quod † idem perique tradunt, etiam quod Episcopos, licèt nonnulli, & fortè probabilius affirment. potestatem legislativam Episcopos non habuisse immediatè à Christo, sed à S. Pontifice ejus Vicario, ut post alios deduxit. Suarez *d. tract. de legibus lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. *& seqq.*
37 Quibus † non refragatur text. *in C. in istis* §. *leges* 4. *distinct.* supra ex adverso adductus *num.* 5. quia ultra quod canonis authoritatem non habet, cum contineat verba *Gratiani*, dicitur ibi legem constitui cum promulgatur, ergo si jam est lex, jam habet vim obligandi, dicitur autem firmari non sola acceptatione, sed moribus, & usu, non ut obligare incipiat, quia ipse usus ex obligatione nascitur, sed ut stabilior sit, & non facilè abrogetur, alias, si ex subditorum acceptatione constitutio penderet, jam non tam illa obligaret, quam ipsi subditi voluntariè se submitterent legi, quod minimè dicendum est, *ita* Suarez *dict. tomo de legibus lib.* 3. *cap.* 19. *sub num.* 9.

Secundò, & fortè melius respondet. Quarant. *in Summa Bullarij* d. propositionem non esse ita amare intelligendam, ut à subditorum voluntate pendeat observatio, sed requiri vel condentis tollerantiam, vel lapsum decennij cum actibus contrarijs: & quamvis ipse neminem citet, ita ante eum responderat. Benint. *decis.* 13. *sub num.* 9.

38 Pro cujus responsionis plenìori intelligentia † sciendum est, in duobus tantummodò casibus dici, & probari posse constitutionem non fuisse ab initio moribus utentium receptam. Prior est casus quando fiunt publice aliqui actus contrarij, sciente, & non contradicente conditore, qui propterea tacitè illam revocare censetur gloss. Abb. *& omnes in cap.* 1. *de treg. & pac.* Bart. *in cons.* 164. *incip.* Judex communis Assisij cum alijs congestis per Felyn. *in d. cap.* 1. *sub num.* 6. *ver. lex nova*, ubi inquit, quod totus mundus ad hoc allegat glossam illam pro singulari, & magistra, eamque communiter approbant Doctores, † & ponit
39 exemplum in Constitutione Episcopi prohibente sub pœna excommunicationis, ne mulieres ferant margaritas, vel vestes sericas; si à principio tale statutum non fuit universaliter servatum, non incurritur ejusmodi pœna, cum talis inobservantia habeat implicitum contrarium usum, tametsi ab initio potuisset Episcopus ad dicti statuti observantiam compellere, inquit ibi. Felyn. post Matth. & Card. *in prohem.* Clem. & Domin. in *d. cap.* 1. & Archid. *in cap. in istis* §. *leges* 4. *distinct. per glos. in d. cap.* 1. *& per* textum *in cap. de liguribus* 23. *quæst.* 3. Et supra relatam opinionem tenuerunt etiam Ias. *in l. rem non novam num.* 6. *C. de Iudic.* Covarru. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 16. *sub num.* 6. *ver. quinto tunc Puteus decis.* 1. *sub num.* 3. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst.* 38. *num.* 24. Quarant. *in summ. bullar. ver. alien. rerum Eccles. d. num.* 48. qui testatur de communi opinione. Guttier. *lib.* 1. *canonicarum qu. c.* 8. *num.* 2. Surd. *cons.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. ubi exornat.
40 Et † quod isto casu duo actus sufficiant. Præposit. *in cap. in istis* §. *leges num.* 3. *ante fin. distinct.* 4. Abb. *in cap.* 1. *sub num.* 3. *ver. ego sic de treg. & pace* Capra *concl.* 14. *num.* 7. Beninten. *in sæpe citata decis.* 13. *num.* 9. qui testatur de magis communi opinione. Ios. Ludov. *conclus.* 54. *ampli.* 3. Ruin. qui benè distinguit *in cons.* 143. *num.* 20. *vol.* 5. Surd. *cons.* 58. *nu.* 12. *vol.* 1. Mar. Ital. *in tract. de Immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 35. Alexand. Peregr. *etiam de Immun. Eccles. cap.* 2. *nu.* 13. Card. Cavaler. post hæc scripta impressus *in decis.* 77. *num.* 3. & in hunc sensus intelligendus est Felyn. *in d. capit.* 1. *de treg. & pace in fine lectura*, ubi in Episcopali constitutione usus est aliqualiter titubare: Intelligendo tamen dummodo non contigerint illo anno plures casus, quam illi duo in quibus, constitutio observata non fuit, ut per Felyn. *in dict. cap.* 1. *de treg. & pace numer.* 6. *ant. fin. ver. & adde* Bald.
41 *juncto num.* 11. ubi late tractat, † an & quando, si ab initio aliqui suscipiunt legem, & aliqui non, & Papa simpliciter sustinet, inobservantes excusentur à peccato de quo etiam Anton. de Butr. *in capitul. quia circa* 6. *numer.* 7. *de consang. & affin.* cujus dicta suplet ibi Abb. *num.* 8. An autem, & quando lex civilis obliget in conscientia, latissimè differit. Suar. *de legibus lib.* 3. *a cap.* 21. *usque ad finem ejusdem libri*. Caveat tamen Advocatus, ut isto casu articulet, & probet explicitam scientiam, & patientiam Principis, seu statuentis, alias deficeret in salutari, & succumberet, cum hoc sit fundamentum intentionis suæ.
42 Posterior † est casus, si conditore ignorante, usque ab initio introducta fuit contraria consuetudo notoria per decennium. Felyn. *in dict. cap.* 1. *sub num.* 13. *ver. considerabam tertio* Rodoan. Quarant. Covarru. Surd. & Guttier. locis proximè *citatis* Abbas *cons.* 38. *num.* 2. Plotus *in l. si quando num.* 321. *Cod. unde* Vivi. Cæphal *cons.* 129. *num.* 10. *lib.* 1. Navarr. *cons.* 1. *sub num.* 24. *tit. de constitut.* Ruin. *cons.* 143. *num.* 24. *volum.* 5. Bero. *cons.* 178. *num.* 29. *vol.* 1. Hier. Gabr. *cons.* 84. *num.* 62. *leg.* 2. & hanc esse communem; opinionem tradit. Benint. *d. decis.* 13. *sub num.* 9. Suarez *de legib. lib.* 7. *capit.* 18. *num.* 12. *in princ. ver. sed hi loquuntur*, eandem sententiam magis communem, & securiorem esse, fatetur idem Suarez *eodem tractat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 2. *& seq.* Carpan. *ad statutum mediolan. in prælud. nuu.* 99. Gratian. qui ait per tantum tempus præsumi notitiam in Principe, *tom.* 3. *discept. forens. c.* 559. *nu.* 44. Surd. *cons.* 58. *n.* 10. *& 11. vol.* 1. ubi quod post decennium contrafacientes non peccant.

Quamvis † probabile sit non requiri præcisè tempus de- 43
cennij eriam data Principis ignorantia, sed sufficere nonnullos actus contrarios arbitrio boni viri, ut tradunt plurimi, quos refert, Garz. *in benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 156. ubi quod ita videtur in praxi servari, & attendi duntaxat non usum per actus contrarios: eandem probabilem profitetur. Suar. *d. cap.* 16. *num.* 13. & alij relatis per Bonacc. *tomo de legibus disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 4. *num.* 47. *circa med.* & post relatis diversas opiniones firmat *punct. ult.* §. 3. *num.* 32. *ver. ego vero* & ita etiam Farin. *in* 2. *p. fragm. crim. in ver. lex folio mihi* 226.

Sed † & hoc secundo casu duo uberius copulativè probanda sunt, ut nempe actus isti habuerint effectum, & talis inobservantia devenerit ad notitiam majoris partis populi, ut per Felyn. *ubi supra*, & expressè notant, Bellarm. in *cons.* 10. *col.* 10. *in fin.* Cravett. *cons.* 184. *num.* 18. Soccin. *cons.* 61. *num.* 3. *lib.* 3. Seraph. *decis. nu* 3. *n.* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 42.

Vel hoc posteriori deficiente, nempe notitia majoris 44
partis populi, ejus vice necesse est probare, præfatos casus contrarios fuisse obtentos in contradictorio judicio, & in hunc sensum dumtaxat ego intelligo. Seraph. & Mantic. *in locis* proximè citatis. Gratian. *discept. forens. cap.* 549. *sub num.* 41. *in fin. &* Natt. *cons.* 575. *num.* 10. *lib.* 3. & ita expressè declarat, & distinguit. Abb. *in cons.* 53. *num.* 1. *lib.* 2. & eo non relato Cæphal. *cons.* 129. *num.* 8. *lib.* 1. & post hæc scripta reperi cum eadem distinctione transisse. Card. Tusch. *pract. concl. in ver. lex. concl.* 257. *num.* 37. & Farinac. *in d.* 2. *par. frag. ver. lex. fol. mihi* 224. *sub num.* 5. *ver. in hac contrarietate*.

Cum itaque in hac causa reus conventus defecerit in 45
probando, imò & in articulando constitutionem synodalem, de qua agebatur, non fuisse moribus utentium receptam; ad actoris favorem juxta illius tenorem pronunciavi, & eo † magis quo illa continebat jus antiquum 46
usu olim receptum, nec novas addebat pœnas, quo casu citra ullam difficultatem non est necesse, ut usu de novo recipiatur, ut in proposito constitutionis Gregorij 14. super Ecclesiastica Immunitate consideravit. Alexandr. Peregrin. *tract. de Immun. Eccles. cap.* 2. *ante num.* 15. & partes acquieverunt.

ARGUMENTUM.

Novitius non comprehenditur in statuto certas solemnitates in contractibus mulierum, & minorum requirente. Et reprobatur. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 8. num. 3. Novitius quamvis non propriè religiosus, gaudet tamen religionis privilegijs, & exornatur, *text. Sacr. Conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 16. *de Regul.*

SUMMARIUM.

1 *Monialis non professa non potest contra formam statuti laicalis disponere.*
Contrarium est verius num. 12.
Et ita determinavit S. Congregatio num. 47.
2 *Novitius ante professionem non appellatur Monachus nec efficitur de Corpore Monasterij.*
3 *Habitus non facit Monacum.*
4 *Novitia non dicitur Monialis.*
5 *Novitius ante professionem remanet laicus.*
6 *Et non desinit esse de populo.*
7 *Vovens religionem, non liberatur per ingressum, nisi professionem emittat.*

8 *Con-*

8 *Contrarium verius nisi hoc in voto intendisset.*
9 *Novitius habet velle, & nolle, ac testamenti factionem.*
10 c. Religioso §. quamvis de sentent. excom. in 6. declaratur.
11 *Novitio ante professionem moriente, eius bona an, & quando ad agnatos, revertantur.*
12 *Novitius in renuntiationibus debet servare duntaxat formam*, in Concilio Tridentino *latam*.
Etiam si sit major decem, & septem annorum nu. 46.
Limita in dispositione revocabili nu. 50.
Et in solutione vel obligatione necessaria nu. 52.
Et quid in donatione remuneratoria nu. 53.
Et quid in facta ante bimestre proximum professioni num. 54.
13 *Novitius gaudeat privilegio canonis*, & num. 10.
14 *Novitius gaudet privilegio fori.*
15 *Declara ut à suo Prælato regulari puniendus sit.*
16 *Item declara id non procedere post quam habitum regularem dimisit.*
17 *Subdi foro, è statutis ligari à pari procedunt.*
18 *In renunciatione facta ante ingressum religionis servandæ sunt solemnitates statuti laicalis: In ea vero, quæ fit post ingressum ante professionem, servanda sunt iura Canica.*
Caball. cons. civil. 104. *notatur.*
19 *Novitii sunt à Gabellis exempti.*
20 *Animi destinatio resultans ex actu incoato, habetur pro opere perfecto.*
21 *A primordio tituli posterior formatur eventus.*
22 *Retrotractio non fit in his, quæ sunt contra ius, & quando à principio actus geri non poterat.*
Declara ut nu. 25. cum multis sequentibus.
Beneficium Novitii, durante anno probationis, alteri conferri non potest.
Impetrans beneficium curatum ante legitimam ætatem, etiam adveniente ætate illud possidere non potest.
23 *Novitius non potest emittere professionem ante expletum annum probationis, etiam si sit in legitima ætate constitutus, & etiam de consensu Prælati.*
24 *Fallit in articulo mortis, sed si convaluerit, tenetur annum explere, & iterum profiteri.*
25 *Actus an & quando retrotrahatur ad tempus, quo fuisset nullus*, & num. 28. & 29.
26 *Contractus minoris absque solemnitatibus factus est nullus duntaxat ipso volente.*
27 *Etiamsi annulletur à jure municipali.*
28 *Retrotractio ut detur, requiritur ratificatio.*
29 *Ratificatio tacita sufficit ad retrotractionem.*
30 *Retrotractio ad tempus, quo actus fuisset nullus conceditur non modo quando cessat causa impediens, sed etiamsi supervenit causa confirmans.*
31 *Renunciatio ab initio facta stat in suspenso, usque ad professionem.*
32 *Religionem, vel Clericatum vovens, si postea delinquit, à laico non punitur.*
33 *Conditione pendente, nullum oritur vinculum.*
34 *Dispositio pura, quamvis sub conditione resolvenda, obtinet effectum puræ dispositionis.*
35 *Ingressus religionis est purè factus, resolvendus sub conditione si sibi placuerit infra annum.*
36 *Novitius initiandus est ab Episcopo loci, ubi est in probatione.*
37 *Novitius generaliter gaudet privilegiis Religionis.*
38 *An quis ligetur statutis, attenditur præsens status.*
39 *Novitia non est propriè Monialis, nec sponsa impubes est propriè uxor, quoad quid tamen illa pro moniali, hæc pro uxore habetur.*
40 *Novitius est persona Ecclesiastica, & de Clero.*
41 *Novitius est religiosus actiuè, idest in favorabilibus, non autem passiuè idest in odiosis.*
42 *Novitius quoad quædam iudicatur, ut persona Ecclesiastica, quo verò ad quædam, uti sæcularis.*
43 *Tertiarii quo ad quædam sunt personæ Ecclesiasticæ, quoad quædam sæculares.*
44 *Divus Franciscus etiam ante habitus regularis susceptionem fecit renunciationem patri coram Episcopo Assisiis.*
45 *Eremitæ & Pœnitentes sunt de foro Ecclesiastico.*
46 *Consuetudo universalis spectanda est in dubiis quoad iurisdictionalia.*
47 *Congreg. Concil. Trid. resolutio super renunciationibus Novitiorum.*
48 *Renunciationes à Novitiis maioribus annorum 17 faciendæ sunt, cum solemnitatibus Sacri Concilii.*
49 *Novitius quo tempore resignare valeat beneficia Ecclesiastica.*
50 *Novitius potest quandocunque testamentum condere, & revocabiliter renunciare.*
51 *Testamentum an per religionis ingressum rumpatur, & an à novitio revocari possit remissiuè.*
52 *Renunciatio in causam solutionis æris alieni potest à novitio fieri quandocunque.*
53 *Donatio remuneratoria intra novitiatus annum fieri potest.*
54 Novarius quæst. forens. 78. *refellitur.*
55 *In renunciationibus Novitiorum requiritur præsentia & decretum Ordinarii.*
56 *Iudicis præsentia metus præsumptionem excludit.*
57 *Renunciatio facta transacto decimo probationis mense, an corruat si professio per accidens differatur.*
58 *Renunciationis prædictæ materia à quibus tractetur.*

DECISIO XVI.

IN bonorum renunciatione quam ad parentis fratrumque favorem quædam Novitia in Monasterio S. Sebastiani Ariminens. professionem emissura facere intendebat; prætendebatur solemnitates ab ejusdem Civitatis statuto in contractibus mulierum & minorum præscriptas esse servandas; † & allegabatur doctrina in terminis insignis Doctoris Gasp. 1
Ant. Thesauri *l. 2. quæstion. forens. quæst. 8. sub num. 3.* dicentis, in hoc sequendam esse opinionem. Pauli de Castro *in cons. 432. col. fin. l. 1.* ut nempe ista Monialis nondum professa, nequeat contra statuti formam, si ad favorem laicorum disponat contrahere. Ac proinde reiiciendam esse contrariam opinionem Ancharani *in consil. 69.* & pro sua sententia, idem Thesau. citat etiam Bertazz. *in tract. de Clausul. Clausul. 7. num. 16.* & admonet notarios, qui recipiunt quietantias, & renunciationes ingredientium religionem ante professionem, ut faciant observare solemnitates à statutis; vel decretis requisitas.

Pro hac opinione facit primo, † quod ingressus Mona- 2
sterium ante professionem non appellatur Monacus, nec efficitur de corpore monasterii, *cap. porrectum de regul.* Bar. & alii *in auth. si qua mulier* ubi Jas. *num. 59. C. de Sacros. Eccles.* Barbat. *in cap. in præsentia num. 56. de probat.* Fely. *in cap. nuper nobis num. 2. de testibus* Socc. jun. *cons. 48. num. 21. lib. 4.* Rimin. jun. *cons. 85. nu. 32. & seq. lib. 1.* Honded. *cons. 94. num. 5. lib. 1.* Tiraq. *de retr. lign. §. 1. glos. 8. n. 34.* ubi plurimos congerit.

Nec propriè dici ingressus, vel ingressa, ac proinde mo- 3
nacus, vel monaca, quia habitus † non facit monacum, sed regularis professio, & vita *cap. ex parte de regul. cap. quia ingredientibus.* ubi Jo. de Imol. *de testam.* Bero. *in d. c. in præsentia num. 56. ver. si tamen* & ibi Dec. *num. 202. & 286.* & † in punc- 4
to quod novitia non dicatur monialis tradit. Bald. *cons. 197. in fi. lib. 5.* Tiraq. *d. glos. 8. ante num. 29.*

Neque † novitius efficitur verè religiosus, sed ante pro- 5
fessionem remanet laicus *cap. religioso de sent. excomm. in 6. cap. non solum cap. constitutionem de regul. in 6.* Abb. *in dict. c. in præsentia nu. 68.* & ibi Bero. *n. 552. ver. sed adverte de proba.* Magon. *decis. Florenti. 141. nu. 1. cum sequentibus* Honded. ubi supra *nu. 6.* Guttier. *lib. 2. Canonic. qq. cap. 1. num. 107.* Mandos. *in tract. de Privil. ad instar. seu de commun. privil. glos. 7. num. 33. in 18. vol. tract. divers.* Tiraq. *d. glos. 8. num. 28.* Molin. *de Primogen. cap. 9. nu. 52.*

Et † ante professionem non definit esse de populo, etiam 6
in materia odiosa. Calder. *in tract. de Eccles. interd. memb. 2. quæst. 26.* Felyn. *in C. Eccl. S. Mariæ col. 26. ver. & de prædictis extr. de constit.* Tiraqu. *de retract. lign. §. 1. glos. 8. nu. 32.*

Et † vovens ingredi religionem non liberatur à voto per 7
ingressum, nisi professionem emittat, ut pluribus de more congestis tradit. Tiraq. *d. glos. 8. num. 33.* & videntur tenere. D. Thom. & Caiet. *secunda secundæ qu. ult.* quos refert. Armilla *ver. Novitius vers. 11. in fin. relat.* à Mandos. *in dict. tract. de privil. ad instar glos. 7. nu. 34.*

In † quo tamen cave ne decipiaris quia D. Thomas & 8
communis schola tenet contrarium, nisi vovens intendisset se obligare etiam ad perpetuò in religione permanendum, ut per eundem D. Thomam *2. 2. qu. 189. art. 4.* cum innumeris congestis, à Guttier. *l. 2. qu. Canonic. cap. 22. num. 38. cum plur. seqq.*

Rur-

9 Rursus †Novitius retinet velle ac nolle,bonorum dominium, ac testamenti factionem, quæ quidem religiosi amittunt, ut post alios observat. Tira. *ubi supra num.*28.*&* 29. *&* Guttier.*l.*2.*qq.Canonic.c.*1.*n.*151.

10 Quæ † omnia confirmantur ponderando *tex. in d. c.religioso* §.*quamvis de sent.excomm.in* 6.quatenus ibi jure speciali disponit ut licet Novitius non sit verè religiosus, gaudeat tamen privilegio canonis, *si quis suadente* 17.*q.*4.fortè ob reverentiam habitus, quam gestat, & sic in contrarium est jus commune, ut considerat Mandos.*in tr.de Privileg.ad instar. d.glos.*7.*num.*36.

11 Et † hinc est, quod moriente Novitio ante professionem, ejus bona non acquiruntur Monasterio, sed agnatis, nisi ingrediens expresè bona sua eidem Monasterio contulerit, juxta distinctionem. Abb.*in cap.in præsentia num.* 58. *extra de probat.*quæ communiter est recepta,ut ibi *per Paris.n.*187. Menoch.*de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*84.*n.*3.*&* 8. *&* *de Arbitr.jud.cas.*436.*nu.*10.*&* *seqq.* Bero.*cons.*28.*nu.*12.*ver.secundo non obstat lib.*1.ubi plurimos congerit, & de magis communi testatur, pro ut etiam. Hond.*cons.*94.*num.*7. *lib.*1. latè & pulchrè Guttier.*l.*2.*qq.Canonic.c.*1.*nu.*102.*cum plur.seqq.* ubi contrariis respondet, & hodie ista opinio nullam continet difficultatem stante Conc.Trid.*sess.*25.*c.*16.*de Regul.* quamvis Marta *in tr.de Jurisdict.p.*4.*cas.*95.*nu.*8.in oppositam iverit sententiam.

12 Cæterum † in proposita facti specie negativam amplexus fui sententiam, nempe in hujusmodi renunciationibus, ac in cæteris Novitiorum contractibus nullatenus esse servanda statuta laicalia, sed jura canonica, juxta opinionem Anchar. *cons.*69.*num.*7.*&* *seqq.* quem sequitur Lambertengus *de contract.glos.*2.*num.*62. Carpan. *ad statut.mediol.c.*328.*nu.*34.*&* *seqq.* Picus *ad statut.verbis c.*151.*glos.*2. *num.*30. & videtur colligi ex Tiraq.*de retract.conjang.* §.1.*glos.*8.*num.*30. & ita etiam tenet Rota post hæc scripta visa in Parm.*transactionis lunæ* 20.*Decembris* 1627.*coram R. P. D. Durano. quæ est dec.* 125.*par.*5.*recent.* & ita rescripsit *S. Cong.Episcop.in una Mediolanen.*23.*Julii* 1603.

13 Motus † præcipuè, quia non solum Novitius gaudet privilegio Canonis, ut habetur *in d.cap.religioso* §. *quamvis de sent.excomm.in* 6.& tradunt Tiraq. *d.glos.*8.*num.*2. Lambertengus *d.glos.*2.*num.*63.*&* 72.Jas.*in auth.si quæ mulier circa fin.C.de Sacros.Eccl.Auf.in tract. de potest.secul. & Eccl. par.*1.*reg.*3. Duenn. *in reg.* 99. *Clericum percutiens ampl.*9. Mandos.*de Privil.ad instar glos.*7.*num.*36.Cancer.*variar.resolut.*2.*p.cap.*1.*num.*117.Placha *de delict.c.*42.*nu.*24. Ceneda

14 *pract.quæst.Canon.& Civil.qu.*6.*nu.*13. Sed † etiam privilegio fori arg. *d. cap.religioso*, ut contrariorum eadem sit doctrina, & argumento etiam tex.*in l.statu liber, ff.de quæstio,* & ita tenent Anchar.*d.cons.*69.*num.*7.Angel. *in l.*1.*ff.de pœn.* Jas. *in d.auth.si qua mulier circa fin.* Dec.*in cap. in præsentia num.*286.*extra de probat.* Feder. de sen.*cons.*32.*num.*9.*&* *sub num.*10.Tiraq.cum per eum congestis *d.glos.*8.*num.*2. qui loquitur de causa civili Lamberteng. loquens de causa criminali *d.glos.*2.*num.*63.*&* 73. Marta cum per eum congestis *in tract.de Jurisd.p* 4.*cap.*121. *num.* 24.*probat.* Spin. *in spec. test.glos.*12.*num.*59.*in fin.* sequitur Guttier. *lib.*2. *Canon. qq. c.*1.*n.*107.Gemin.& omnes *in d.c.religioso de sent. excomm.in* 6.*idem* Gem.Jo.And.& Franch. *in c.benef.de regul.jur. in* 6. Roder. *qq.regul.tom.*2.*q.*2.*art.*10. ubi quod Novitii saltem commutabiliter, si non incommutabiliter sunt sub Ecclesiastica, ac regulari jurisdictione,eandemque opinionem firmat eodem *tom.*2.*qu.*62.*art.*54. Decian.*tract.crim.tom.*1.*lib.* 4.*c.* 9.*num.*24. Farinac.*cum relat.de Inquis.q.*8.*sub num.*46.*in* 16.*ampliat.*& rursus *in ampl.*20. Borgnin.*decis.*10.*num.*537. *p.*5.Navarr.*in sum.c.*12.*n.*65. Bertachin.*de Gabel.p.*7.*num.*56. Sarmient. *lib.*1.*select.c.*5.*n.*9.*ver. ex supradictis* Caball.*cons.* 175.*n.*8.*&* *seq.lib.*1. Zecch.*de repul.Eccl.tit.de reg.c.*3.*num.*9. Azor.*lib.*12.*instit.moral.c.*2.*q.*11. Molin.*tom.*1.*de just.disp.* 139.*col.*4.*ver.Novitii ante ingressi, & col.antep.ver.ad id, & tom.*3.*disp.*671.*num.*2. cum aliis, quos congerit, & sequitur Sanchez *in decal.tom.*2.*lib.*6.*cap.*10.*nu.*10. Ceneda *d.quæst.*6. *nu.*13. plurimos etiam congerunt & sequuntur Bovadill. *in polit.lib.*2.*c.*19.*nu.*17. Mastrill. *decis.*290.*num.*167.*&* *seq.* & Cevall.*in tr. de cognit.per viam violent.qu.*104. ubi quod ipso consulente judicatum fuit causam cujusdam novitiæ, cui probatione durante hæreditas delata fuerat, remittendam esse Iudici Ecclesiastico.

15 Intelligendo † tamen ut in criminalibus non ab Episcopo, sed à prælato regulari ad instar Religiosorum puniendus sit. Navarr.*lib.*3.*tit.de regul.cons.*58.*num.*4. *in* 1.*editione, & in* 2.*lib.*2.*tit.de for.compe.cons.*6.*num.*4. Cordub. *in quæst.lib.*1. *quæst.*30.*opin.*1. *in* 4.*prob.ver.sed neque ista ratio,& in* 2.*opin. probat.*6.Azor. & Sanchez *locis citatis* Molin. *dict.disp.*671. *num.*2.

Et † rursus intelligendo quousque Novitius in Religione 16
permanet, Nam si exierit, amittit hujusmodi privilegium, & à Judice laico est puniendus, nisi aliquo sit Ecclesiastico ordine insignitus. Lamberteng. *de contract.glos.*2.*qu.*19.*nu.* 62.Farinac.*d.q.*8.*num.*46.*in* 16.*ampli.*Sanch.*d.lib.*6.*c.*10.*num.* 14.Quod in hujusmodi renunciationibus factis ob ingressum in Religionem statutariæ solemnitatis non requirantur, ve ex eo, quod illæ sapiant potiùs dominationem causa mortis, vel ex eo, quod dicantur donationes ob causam, vel quia ingressurus in Religionem habet liberam de rebus suis disponendi facultatem absque solemnitatibus, prout in specie his, vel alis rationibus firmant Dec.*cons.*31.*sub n.*9. Berous *in c.in præsentia* 8.*n.*155.*de probat.* Amat. *decis.Masch.*46.*sub nu.*22. Buratt. *decis.*461.*num.*7. *usque ad finem*, quam decisionem quicquid dixerit Gratian.*discept.*975.*num.*44.secuta est Rot. *in Romana donationis* 3.*Julii* 1641.*coram* Royas, *& in Romana successionis de Comitibus* 15.*Januarii* 1642.*coram* Dunozzetto.

Igitur cum Novitius vel Novitia gaudeat privilegio fori consequenter non ligatur statutis laicorum, quia † subdi, 17
statuto ligari à pari procedunt. Socc. *in cap.licet ratione per illum tex.de foro compet.* Alex.*cons.*157.*num.*15.*vol.*2.*&* *cons.* 150.*num.*3.*eod.vol.*Dec.*cons.*284.*num.*9. ubi de communi testatur Canonistæ *in cap. quod clericis de foro competent.* Gozad. *cons.*49. latè, & pulchrè comprobat Socc. sen. *cons.* 129.*num.*3.*cum seq.vol.*1. Gail. *pract. obser.*35. *num.*6. latè deduxi, & plurimos cumulavi *in decis.*10.*num.*41.*&* *decis.* 12. *num.* 24. & hoc quidem fundamento utitur. Rota *in dict. Parmen. transactionis*, † ubi distinguendo inquit, 18
quod aut renunciatio fit ante ingressum Religionis, & tunc seruandæ sunt solemnitates statuti laicalis, cui iste ante habitus susceptionem subditur, quo fit, ut ejusdem renunciatio non comprehendatur sub decreto. Concil. Trid. *sess.* 25. *c.* 26.*de Regul.* ut per Menoch. *in addit.ad lib.*2.*de Arbitr.jud. cas.*436. Et declaravit Sacr. Congregatio, ut etiam testatur. Rota *in dict.decis.*126. *&* Ceneda *pract.quæst.crim. & civil. qu.*6.*num.*8. *&* *infra*, ubi ex professo excussit hanc quæstionem, & quatuor relatis DD.sententiis,hanc ipse tenet. Aut vice versa Renunciatio fit post habitus susceptionem,& tunc non sunt adhibendæ solemnitates statuti sæcularis, cui non subiicitur, sed solemnitas juris canonici juxta doctrinam Abb. & Io.Andr. *in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.&* Ancharan. *in d. cons.*65. *num.*6. Et cum hanc distinctione transivit Rota coram Durano *decis.*121.*num.*37. *&* *in Perusina hæreditatis* 10.*Decembris* 1628. *coram bon.mem. Card. Virili* latissimè, & ex professo post hujus operis editionem in *Romana donationis prima Februarii* 1640. *coram Royas.* ubi pro ea innumeri adducuntur, ex qua necessaria distinctione apparet cautè legendum esse. Cabal. *in cons. civil.* 104. *per totum*, quem simpliciter sequitur Pasqual. *in tract. de Virib. patriæ potestat.par.* 3. *cap.* 7. *num.* 26. dum sustinet, & validam esse defendit renunciationem factam à puella, ante habitus susceptionem, cum interventu Abbatisse & monialium sine solemnitatibus statutariis, quicquid enim dicendum sit de renunciatione facta ab ipso monasterio, quæ non est præsentis speculationis; certè renunciatio ipsius puellæ adhuc merè sæcularis, invalida erat ex dd. solemnitatum defectu; per supradicta, ac proinde Monasterium ex ejusdem persona bona illa consequi poterat.

Sed redeundo ad posterioris distinctionis membrum, ex eo sequitur. † Novitios esse etiam à Gabellis exemptos, 19
quippe, qui ad habitum, & religionem admissi, sunt pars ejus communitatis, quæ verè Ecclesiastica est, ac proinde etiam in hoc tanquam personæ Ecclesiasticæ sunt reputandi, & hæc est verior opinio, quam tenet Bertacch. *de Gabell.* 7. *p.princ.n.*56.Molin.3.*to.de just.disp.*671.*num.*2.Mena. *in suis variis l.*2.*qu.*21.*num.*198.Sanch.*in decal.tom.*2.*lib.*6.*cap.*10. *num.* 16.

Secundò, principaliter pro hac parte movetur. Anchar. *d.cons.*60.*nu.*8. ex † eo quia animi destinatio, de qua patet 20
per actum inchoatum, quamvis non consumatum, habetur pro opere consumato, & perfecto, tametsi contingere possit, ut ex casu fortuito, vel alio impedimento ad effectum minimè perveniat, *leg.cum quidam*, *& leg.si non fuerit* §.*quod ergo ff.de auro*, *& argen.legat.* maximè cum versemur

mur in casu, quo sufficit incepisse, ut contigit, quando quis pollicetur in opere Reipublicæ, *l.* 1. §. *Cæpisse de pollic.* Ultimus enim actus emissus in professione retrotrahitur ad prin-
21 cipium † ut sic à primordio tituli posterior formetur eventus *l.* 1. *C. de implicit. descript. lib.* 11.

Ista ratio est de directo contraria illi, quam affert. Paul. de Castr. in *dicto cons.* 432. *num.* 4. *par.* 1. Professionem scilicet non retrotrahi ad tempus ingressus, quia tali tempore professio erat prohibita, juxta ea quæ notat, glos. in *l. talis scri-*
22 *ptura* §. *fin. ff. de legat. prima* cum similibus, † ubi habetur hanc fictionem, seu, ut ita dicam, retrotractionem non dari in iis, quæ sunt contra jus, quod confirmat Castrens. ex eo, quod beneficium Ecclesiasticum Novitii, durante anno probationis, conferri nequaquam potest, & si fieret, collatio esset nulla etiam si postea sequeretur professio *cap. beneficium de regul. jur. in sexto*, & hanc opinionem nempe legem non fingere, nec retrotrahi ad id, quod esset contra jus, esse veriorem, & magis communem pluribus relatis testatur. Lambertengus *de contract. glos.* 2. *num.* 67. & probatur per tex. *in leg. lex cornelia* ubi hoc notant, Bald. & Alexandr. *ff. de vulg. & pup. & in leg. prima* §. *Si quis quasi ff. de eo, qui pro tutor. nego. gest.* facit Rota *decis.* 275. *num. primo par.* 2. *rec.* pro hac etiam sententia ego adduco pulchrum, tex. in *cap. si eo tempore de rescript. in* 6. ubi per istam regulam sancitur, ut si quis impetret beneficium curatum tempore quo ætatem sufficientem non habebat, etiam si postea ætas superveniat, non reconvalescat impetratio, est etiam textus in *leg. quod ab initio ff. de regul. jur. & in cap. non firmatur eodem titulo in* 6. *ubi* Dyn. reportat multa similia, & de materia pulchrè post alios, quos refert, Decius in *cons.* 661. *num.* 11. *& sequentibus*, ubi quod actus ab initio nullus propter inhabilitatem personæ non reconvalescit supervenientе habilitate, de quo etiam. Alex. *cons.* 171. *l.* 2. & quod retrotractio non fiat quando à principio non poterat actus expediri; tradit etiam. Gregor. XV. in *decis.* 227. *n.* 4. per textum in *leg. observare* §. *fin. ff. de offic. proconf.* idemque tradit Bard. *de tempore util. cap.* 11. *num.* 10. *in fin. in* 5. *volum. tract. diverf.*

Unde Lambertengus, ut se extricaret de hujusmodi con-
23 trario, in alia majori difficultate se implicuit, † asserens *dicta glos.* 2. *num.* 69. non esse verum, quod novitius nequeat intra probationis annum, si velit, profiteri, modo sit in ætate requisita à Conc. Trid. in *d. sess.* 21. *cap.* 15. *de regul.* de quo vehementer miratus sum, cum hæc responsio directè repugnet eidem Sac. Concil. Trid. quod in eodem Canone utrunque copulativè requirit, nempe ætatem, & annum probationis expletum, cujus verba formalia sunt ista. *In quacumque religione tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur.* Quod adeo verum est, ut etiam de consensu Prælati, & conventus non possit Novitius renunciare integro anno probationis. Navarr. *consil.* 33. *sub tit. de regul.* Rodriq. *quæstion. regul. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 7. Beja *respons. cas. conscien. par.* 4. *cas. fin. ver.*
24 tertiò † ubi in principio probat professionem Novitii ante expletum annum probationis in mortis articulo factam esse validam, teneri tamen Novitium si convaluerit complere postea integrum probationis annum, & professionem denuo emittere, id quod tradit etiam Rodriq. *dict. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 6. ubi registrat Privilegium *fæl. record. Pii V.* concedens monialibus Novitiis in legitima ætate constitutis, ut in articulo mortis, etiam probationis anno non completo, pro consolatione animarum suarum, & ad consequendas Indulgentias, & Jubilæum, possint emittere ejusmodi professionem, quod Privilegium, quamvis revocatum censeatur à Gregorio XIII. id tamen intelligitur in foro externo non in interno, ut benè per eundem Rodriquez qui etiam advertit dictum Privilegium non præjudicare succedentibus ab intestato.

Reiecta igitur responsione Lambertenghi, tanquam minus tuta, ego aliter respondeo ad authoritatem Castrensis, nempe † regulam communem quæ habet, dictam retrotractionem non dari ad tempus, quo actus ab initio fuisset invalidus, procedere quando actus ab initio, omninò erat nullus, & ita, si benè advertatur, loquuntur præcitati Doctores,
26 contractus † verò minoris nullus est, duntaxat ipso volente, & de nullitate dare intendente, alias tenet leg. cum interdicti C. arbi. tutel. & pluribus egregiè congestis firmat. Surd. in *decis.* 69. *num.* 22. *& seqq.*

Quod † non modo procedit ubi contractus annullatus 27
à jure communi, verum etiam si à jure municipali ob non servatas solemnitates, quo casu ubi nullitas ad favorem alicujus inducitur, ille solus, & non alius de ea dare potest. Ruin. *cons.* 48. *num.* 12. *vol.* 3. Surd. *cons.* 284. *n.* 7. *& cons.* 523. *num.* 2. *vol.* 4. Rota *dec.* 133. *num.* 12. 1. 2. *divers.* etiam si statutum annullet ipso jure, ut probat Surd. *d. cons.* 525. *n.* 3.

Et † quamvis hæc limitatio restringi soleat modo inter- 28
veniat ratificatio, ut per Ruinum *cons.* 11. *num.* 6. *vol.* 4. & supponit Surdus cum per eum congestis in locis supra citatis, ad quem brevitatis causa me remitto, † adhuc tamen 29
dico sufficere tacitam ratificationem, ut benè per Dynum in *dicta regula non firmatur num.* 10. *de regul. jur. in* 6. & latius Roman. *in cons.* 509. *num.* 10. *& seq.* & admittit Cagn. *in leg. quæ ab initio num.* 6.

Quæ tacita ratificatio in casu nostro inducitur per ipsam professionem stante dispositione Sac. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de reg.* de qua statim dicemus.

Secundò † respondeo, dictam regulam P. Castrensis, ut 30
nempè actus non retrotrahatur ad tempus, quo fuisset nullus, non procedere, quando non solum cessat causa impediens, sed etiam supervenit causa confirmans, tunc enim conceditur ista retrotractio, ut magistraliter per eundem. Dynum in *dicta regula non firmatur, num.* 8. ubi ita declarat comm. Doctorum Theoricam dicentium, quod ab initio non valet, non firmari temporis tractu solo, secus aliis adminiculis concurrentibus; ita etiam est de mente, glos. *in l. inter fundum ff. de serv. rust. præd.* & tradut. Bart. *in leg. si autem plures ff. de aqua plu. art.* Dec. *in l. quod ab initio n.* 10. *ff. de reg. jure* Imol. *in cap. cum nos sub num.* 12. *extr. de his, quæ fiunt à prælat.* Soc. sen. *cons.* 15. *jurisd. l.* 1. Simoncell. *de decret. in præfat. num.* 54.

In † Novitio autem, dum profitetur, cessat impedimen- 31
tum statuti, & supervenit causa confirmans, nempe ipsa professio, qua prædicti contractus confirmantur ex dispositione Sacrosancti Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 16. *de reg.* ubi sancitur interea prædictas donationes stare in suspenso, & adveniente professione, firmari, ut patet ex illis verbis. *At non alias intelligatur effectum suum sortiri nisi secuta professione*, & ita cessat obiectum. Castrensis, & sustinetur ratio ab Ancharano adducta.

Et eousque datur in casu nostro ista retrotractio; ut imò
etiam is, † qui nondum est ingressus, sed vovit religionem 32
ingredi, vel effici clericum, si postea delinquat, non possit coram Judice laico accusari, nec ab eo puniri, quasi, quod voti executio retrotrahatur, ut notanter voluit. Bald. in *l. prima serv. ex suo fact.* quem sequitur Jas. in *leg. cum quædam Puella num.* 11. *ff. de jurisd. omn. jud.* ubi ait, hoc esse valde notandum, quia posset quis liberari à pœna mortis, præsertim, quia an quis voverit ante, vel post cum consistat in animo, stabitur ejus juramento; sequitur etiam Decian. *t.* 1. *tract. crim. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 23.

Tertiò † principaliter Anchar. *d. cons.* 69. *sub num.* 8. pro 33
hac opinione movetur ex eo, quia quamvis, ubi dispositio à principio concepta est sub conditione nullum vinculum illa pendente oriatur, *leg. cedere diem ff. de verbor. significat.* † secus tamen est, quando ab initio est pura, sed resolven- 34
da sub conditione, quia tunc obtinet effectum puræ dispositionis juxta Theoricam gl. in *l.* 2. *ff. de jud.*

Obligatio autem profitendi religionem est à principio pura, sed resolvenda in eventum conditionis, si non placuerit infra annum, *c. super eo c. significatum cap. statuimus de regular. in* 6. merito ipse ingressus obtinet effectum puræ dispositionis, ac subinde Novitius judicandus est, uti persona religiosa, & sic nihil habet agere cum laicali statuto.

Et † quod ingressus religionis sit purè factus, resolven- 35
dus sub conditione, si sibi non placuerit infra annum firmat etiam. Dec. in *Auth. ingressi num.* 4. *ver. sed postea C. de sacros. Eccles.* & latè prosequitur, Marta in *tract. de jurisdict. parte* 4. *cas.* 95. *num.* 5. *& seq.* Monac. *in cap. beneficium numer.* 3. *de regul. in* 6. *& ibi* Prob. *in addit. num.* 3. Mantua in *cap. in præsentia num.* 82. *de probat.* & benè comprobat. Sanchez in *Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 20. *& tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *sub num.* 21.

Et † hinc est, quod Novitius ordinibus initiandus est ab 36
Episcopo loci, ubi est in probatione, prout reliqui Religiosi Franch. in *cap. cum nullus in fin. de tempor. ordin. in* 6. *& ibi* Anchar. *n.* 4. Henric. *in cap. de his n.* 16. *extr. de sepult.* Cuccus *lib.* 3. *instit. moral. tit.* 1. *num.* 44. & hanc esse probabiliorum

opinio-

opinionem docet. Sanchez *d. cap. 29. num. 20.* & latius *dict. l. 6. cap. 10, num. 21. & seq.* & hoc idem tradit etiam post alios, quos refert Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 8. num. 25.* ita passim practicamus.

37 Hinc † etiam fit, ut Novitii gaudeant generaliter privilegiis religionis, Gemin. *in cap. religioso §. Quamvis num. 3. de sent. excomm. in 6.* Molin. *tom. 1. de justit. disput. 139. col. 3. ver. præter hos* Henriq. *lib. 7. de Indulg. lap. 22. num. 3.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 7. cap. 31. in fin. & lib. 12. cap. 2. qu. 10.* Sanch. *d. cap. 39. num. 17.*

38 Ultimò † confirmatur hæc sententia ex eo, quod ad cognoscendum, an quis ligetur statutis, attendi debet status, in quo tunc reperitur, juxta doctrinam. Bald. in *l. Julianus verum debitorem ff. de cond. indeb.* Paul. de Castr. *cons. 433. num. 3. vol. 1.* cum aliis per me citatis in *dec. 100.* & in terminis nostris tradit. Rota in *dec. 125. n. 49. par. 5. in rec.* ubi ad hoc inducit, text. & ibi glos. in *l. 2. ff. de in diem adiect.* Cum itaque præsens status Novitiæ sit Religiosus, & Claustralis, non est de laicalibus statutis curandum.

Ad obiecta facilis est responsio; Nam primò asserere possumus cum Bald. exadverso allegato, in *cons. 107. in fin. lib. 5.*

39 quod † licet monialis non professa, non sit propriè monialis, sicut nec sponsa impubes dicitur propriè uxor: nihilominus hæc quoad quid, habet privilegium monialis, & illa quoad quid habetur pro uxore, si castitatem non maculavit. Cum igitur Novitia, saltem quoad quid, dicatur monialis, & gaudeat privilegiis monialium, ut etiam vel invitus fatetur, Thesaur. *d. q. forens. 8. sub n. 3. lib. 2.* proculdubio in laicorum statuto non includitur.

40 Secundò † respondet. Federic. de senis in *cons. 32. sub num. 10. post med.* quod quamvis Novitius non sit quo ad omnia verè translatus, interim tamen est Ecclesiastica persona, & hoc sufficit, ut dicatur de Clero *c. duæ 12. qu. 1. & c. 1. de censibus in 6.* & hoc in effectu videtur voluisse. Decian. in *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 24.* licet Federicum non viderit. Et quod novitius reputetur persona Ecclesiastica est text. in *d. c. Religioso §. 1. de sent. excommun. lib. 6.* Anchar. *cons. 69.* Navarr. *cons. 5. lib. 2. tit. de for. compet. vol. 1.* Roder. Suarez *alleg. 20. num. 29.* Dec. *cons. 31.* & hanc esse magis communem, & approbatam sententiam testatur. Rota in *d. dec. 125. n. 48. p. 5. rec.*

Quamvis autem Novitius testamentum condere, ad sæculum redire, & beneficium retinere valeat, & similia; non tamen id obstat, quin interim sit de gremio religionis; Nam etiam Clericus in minoribus constitutus potest hæc omnia facere, & tamen interim est de clero, nec laicorum statutis subditur, ut benè considerat idem. Feder. *ubi supr.*

41 Tertiò † respondeo Novitium in anno probationis esse actiuè religiosum, sed non passivè, & sic esse talem in favorabilibus nempè in privilegio fori, canonis, & similibus, secus in odiosis, ut in amissione bonorum, &c. ut post alios advertit Borgnin. in *dec. 10. sub n. 37. & 38. p. 4.*

42 Respondeò † quartò Novitios, quamvis non sint omnino personæ Ecclesiasticæ, nec tamen omninò esse personas sæculares, sed quo ad quædam pro Ecclesiasticis personis haberi, & signanter in disponendo de rebus suis absque statutariis solemnitatibus, & fat esse si contrahant cum authoritate suorum superiorum, à quibus reguntur, ut in simili con-

43 cludit † Bald. in *cons. 60. quædam soror num. 2. volum. 5.* ubi scribens super consimile statuto Civitatis Assisii certas solemnitates in contractibus mulierum, & minorum requirente concludit, illud non includere tertiarias sæculares Sancti Francisci, quæ cum habitum gestent, & à suis superioribus regantur, non sunt propriè Ecclesiasticæ, nec propriè sæculares, sed in quibusdam pro personis Ecclesiasticis haberi debent, & contrahere cum authoritate sui superioris; itaut hujusmodi statuta, quæ directè tangunt personam, istas sorores non includant, sed sat sit si contrahant cum authoritate sui superioris; ut ibi per eum, quam Baldi decisionem post alios sequitur in terminis nostris. Bertazz. in *tract. de claus. in claus. 7. glos. 19. num. 15.* ubi dicit esse notandam, cum sit in terminis propriis, eamque à Parisii impugnatione defendit, sequitur etiam Carpan. *ad statut. Mediolanen. capit. 328. num. 34. & seq.* Pic. *ad statu Urbis glos. 2. num. 3.* Alexand. in Apostill. ad Bart. in *l. semper §. Quibusdam in fin. ff. de jure immun.* & post alios, quos refert, idem videtur sentire. Decian. *tom. 1. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 34.* dummodò inserviant regulæ Sancti Francisci, & ab ea regantur (pro ut Novitiæ inserviunt regulæ ordinis, cujus habitum susceperunt) & Decianum simpliciter sequitur. Farinacc. *de Inquis. q. 8. num. 46. ampliat. 20.* quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi *infra in decis. num.* . .

Sufficit igitur, ut Novitiæ cum decreto, & authoritate Ordinarii Superioris contrahant, & hoc est, quod clarè disponitur à Sac. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 16. de regul.* ubi nulla alia forma datur hujusmodi donationibus, & renunciationibus, quæ fiunt à Novitiis, nisi, ut fiant cum licentia Episcopi, vel Vicarii. Rot. *d. dec. 125. n. 47.*

Et † mirum, ac notatu dignum mihi videtur, hoc idem 44
observatum fuisse in personam Seraphici ac Sanctissimi Patris Francisci, etiam antequam Religionis habitum indueret; cum enim seipsum Deo vovisset, quamvis laicus, à Petro Bernardono ejus Patre non ad Gubernatorem Assisii, sed ad Episcopum, deductus fuit, ad faciendam hujusmodi renunciationem absque statutariis solemnitatibus, ut legitur in suæ vitæ historia.

Et † prædicta adeo sunt vera, ut etiam Eremitæ nullam 45
habentes regulam, nec sub superiore degentes, dum in eremo vitam ducunt, sint de foro Ecclesiæ judicandi, juxta distinctionem allatam à Decian. *d. l. 4. c. 9. num. 33.* qui idem tradit *ibi num. 35.* in pœnitentibus, qui agunt publicum pœnitentiam per text. *in c. aliud quidem 11. q. 1.* & Abb. latè *in c. 2. de foro compet.* Uidentur enim submisisse se ipsos protectioni Ecclesiæ, ut per Innoc. *in cap. significantibus de offic. de leg.* & utrumque approbat Farinac. *de quæst. 8. sub num. 46. amplia. 20.*

In novitia verò non modo militant præfatæ rationes, sed & aliæ urgentiores, nempe quod habitum religiosum solemniter de manu Prælati susceperit, quod per capillorum incisionem spolia per verba de futuro cum Christo Ecclesiæ sponso contraxerit; quo sub regimine superiorum monasterii se submiserit, quod ea animi destinatione ingressa sit religionem, ut in ea profiteatur, perpetuò per mansura, & quod à communiter accidentibus dicatur sæculo mortua cum vix è decem millibus, una ad sæculum revertatur.

Denique † accedit ferè universalis consuetudo, quæ spe- 46
ctanda est, & jurisdictionem in dubiis tribuit *c. cum contingat de foro compet. l. viros Codic. de diver. offic. lib. 12.* & in his terminis tradit Decian. post alios *d. lib. 4. cap. 9. sub nu. 33.* Nam ferè per totam Italiam consuetudo viget, ut hujusmodi quietantiæ à Novitiis utriusque sexus fiant duntaxat cum decreto Vicarii, & ita ego penè dixerim plusquam per mille vices practicavi in diversis Civitatibus, in quibus Vicariatus munere, functus sum.

Post † hæc scripta reperi, quod anno 1606. cum D. Epi- 47
scopus Ferrarien sis prohibuisset servari solemnitates statutarias in hujusmodi renunciationibus, & illa civitas ad Summum Pontificem reclamasset *Sac. Concilii Congregatio*, juxta hanc à nobis firmatam sententiam responsit in hunc, qui sequitur tenorem. *Hoc supplicet libello à S. D. N. ad Congreg. Concilii reiecto, Congregatio censuit in huiusmodi renunciationibus, quæ à mulieribus, professionem emissuris, habitu regulari susceptο, intra probationis annum factæ fuerint, nequaquam oportere servare formam laicorum statuto præscriptum, nec eius omissionem tales renunciationes invalidare, aut nullas, & irritas reddere utpote ab his personis, scilicet novitiis factas, quæ secundum præsentem statum, tanquam Ecclesiasticæ censeri, ac proinde legibus laicalibus solemnitatem inducentibus subiacere non debent A. Cardin. Vicecomes.*

Et ex his sequitur Notarios recipientes dictas renunciationes, non modo non debere sequi Consilium sibi traditum à Thesaur. *d. quæst. 8. sub num. 3.* sed imo ab eo omnino cavere, ne Ecclesiasticæ jurisdictioni cum dispendio salutis æternæ detrimento existant. Ac proinde Domini Vicarii hujusmodi abusus omnino aboleant, ubi citra scandalum possunt.

Quia verò materia ista satis utilis est, non pigebit ultra casu nostrum nonnulla hic advertere, quæ quotidie in praxi contingere possunt.

Unde † amplio primo dispositionem *S. Concil. Trident.* 48
d. c. 16. sess. 25. de Regul. declarantem Novitiorum renunciationes nullas, ac irritas esse, nisi fiant infra duos menses ante professionem de licentia Episcopi, vel Vicarii, procedere etiam in Novitio majore annorum decem, & septem ex quo *Concilium* respectum habuit non ad ætatem profitentium, sed ad solemnitatem renunciationum, quicquid secus, & malè dixerit Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. censur. 5. cas. 436. num. 8.* Concilium enim generaliter loquitur, ideò

gene-

generaliter est intelligendum, ut in puncto contra Menochium considerant Ceneda *in collect.jur. can.collect.* 50. *n.* 4. *& in pract. 99.can.& civis q.6. num.*10. Gutt.*libr.2.can.quæst. cap. 1, num.*34.& Eman. Rodriqu. *in Summ.tom. 2.cap.7.n.7.* Sanc. qui alios adducit *in decalog. tom. 2. lib.7. cap. 5. num.* 7. latè Molfesium *consuet. Neap. tit. de renunciat. quæst. 16. num.* 31. *& seqq.* qui testatur ità Sacram Congregationem declarasse.

49 Secundò, † amplia procedere etiam in renunciatione beneficij Ecclesiastici, quæ fieri minimè potest, nisi paulò ante professionem, quando scilicet Novitius jam est ad illam receptus, & omnia sunt parata ita ut, moraliter loquendo, professio indubitanter sequi debent Paris. *de resig. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 3. *cum seqq.* Rodriq. *quæstion. Regular. tom. 1. quæst.* 32. *artic.* 2. Azor. *in tit. Moral. par. 2. lib.7. c.* 20. *quæst.* 6. Molfes. *ad consuetud. Neapol. tit. de renunciation. quæst. 16. num.* 34. ubi ait ita pluries sacram Congregationem declarasse.

50 Limita † eandem *Concilii* dispositionem procedere in renunciatione ex obligatione irrevocabili inter vivos, secus in revocabili, videlicet in testamento, codicillis, vel donatione causa mortis, vel contractu revocabili, in quibus dispar militat ratio, cum semper ab illis resiliri possit, ideoque non est expectandum professionis tempus, quicquid secus senserit. Spino. *in specul. testam. glos.* 12. *num.* 50. ita enim, & rectius tenuerunt Borgnin. Cavalc. *decis.* 11. *num.* 113. *par.* 3. benè Guttier. *lib. 2. Canonic. qq. cap. 1. à num.*31. *ver. his tamen* Thesaur. *decis.* 56. Cevall. *in spec. com. contra com. quæst.* 63. *num.* 5. *& quæst.* 171. *ante num.* 5. Navarr. *in commentar. 2. de regul. num.* 30. Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap.* 41. *num.* 40. Alvar. Valasc. *de Partitione cap.* 19. *num.*13. Ceneda, qui alios etiam adducit in *pract. quæst. can. & civ. q.6. n.* 11. plurimos etiam cumulat Sanch. *in decal. tom. 2. lib.7. cap.* 5. *num.* 13. *& seqq.* ubi quod ita resolvit Sac. Congregatio. Hoc autem mihi videtur dubitatione carere cum ex hujusmodi dispositionibus non possit Novitius adduci ad statum, ut ob inopiam cogatur velit nolit in religione perseverare; quæ fuit præcipuè *Concilii* ratio.

51 An † autem testamentum ante religionis ingressum conditum sequuta professione, rumpatur, & an ante professionem possit à Novitio revocari vide apud Cras. *de succes. in* §. *testam. q.* 34. *num.*2. Menchiac. *de succes. creat. lib.*2. §. 20. *num.* 29. *& de succes. progres. lib.* 1. §. 1. *num.* 52. Covarr. *in cap.* 2. *de testam. num.* 5. *in fin.* Clar. *in* §. *testamentum num.*28. *num.*6. Cevall. *in specul. com. contra com. quæst.* 61. *& quæst.* 121. Guttier. *in c. quamvis pactum v. dum nuptui tradebatur num.*4. & Canon. *qq. lib.* 2. *cap.*1. *num.* 25. Gama. *decis.* 316. *num.*5. *& 6. & decis.* 375. *num.*5. Cened. *pract. quæst. in q.6. num.* 11. Alcar. Valasch. *de partitio. c.* 16. *nu.*14. Castill. *de Vsufruct. lib.*1. *c.*65. *num.*6. *& lib.* 3. *c.* 12. *n.* 30. Mol. *de primog. lib.* 2. *c.*9. *à nu.*58. alter Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disput.* 139. *col.* 249. *ver. his non & disp.* 604. *num.* 3. Azor. *instit. Moral. p.*1. *lib.*12. *cap.*8.

52 Limita † secundò eandem *Sacr. Concilii* dispositionem procedere in donatione, vel renunciatione facta animo gratuito, secus in solutione, vel obligatione facta animo solvendi æs alienum per ea, quæ tradit Rodriq. *in summ. p.* 2. *c.*7. *n.* 4. ita tenet Cened. *d. q.*6. *nu.*2. & Novari. *quæst. forens. p.*1. *q.*53. *num.* 12. quod mihi satis videtur rationi consentaneum, etiam ex eo, quia solutionis dilatio multoties posset esse damnosa, vel ipsi Novitio, vel creditori, quod omnino à mente *Concilii* abhorret.

53 Limita † tertiò *Concilium* non procedere in donatione remunerativa, quæ etiam absque dictis solemnitatibus fieri potest à Novitio, ut post longam altercationem fuisse Panormi decisum refert Molfes. *super const. Neap. in addit. ad q.* 16. *num.* 14. *de renunc. p.* 3. sequitur Novarius *qq. for. p.* 1. *q.* 54. *per totam*, ubi ad plura infert, & exornat, ac rationes reddit: quibus tamen non obstantibus, ego valdè dubito de hujusmodi sententia, quia licèt ista donatio sapiat aliqualiter naturam tituli onerosi, non tamen est propriè onerosa, nec necessaria, & certè si hujusmodi Ianua aperiatur, facillimè *Concilii* mens fraudari poterit, fingendo mille remunerationis, ac benemeritorum modos.

54 Quartò, † Idem Novarin. *dict. par.* 1. *quæstionum for. quæst.* 78. limitat *Concilij* dispositionem non procedere in ijs renunciationibus, quæ fiunt paulò ante duos menses professioni proximos, putat enim eas etiam, si fiant per paucos dies ante, validas esse absque dictis solemnitatibus, & ita ait, se & alterum collegam suum in facti contingentia determinasse, per quædam fundamenta, quæ re vera extranea videntur, & pace sua, hujusmodi resolutio sustineri minimè potest, cum expressè repugnet dispositioni Concilij, irritantis renunciationes etiam juratas factas tempore Novitiatus ante dictum bimestre, ut dissertis verbis ibi legitur, & quod terminus dicti bimestri computandum sit de momento ad momentum defendit Sanchez *in decalog. tomo 2. lib.7. cap.5. num.*81.

Ad † extremum advertendum puto salva correctione S. Congregationis; licentiam ordinarij à Concilio requisitam, concedendam esse cum aliquali causæ cognitione, & voluntatis profitentis scrutatione, qualitatisque ipsius, & sic per modum decreti authorizativi, ita tenet Molfes. *ad consuetud. Neapolit. titul. de renunciat. quæst.* 16. *num.*17. *& sequentib.* & est de mente Cenedi *in practic. qq. canon. & civ. quæst. 6. sub num.* 5. *ver. quibus malis*, dum loquens de dicta licentia, dicit præsente Episcopo, vel Vicario, & rursus *n.* 14. *in princip.* ubi subdit, quod cum Novitius sit de foro Ecclesiæ, rationi, & Iustitiæ congruit, ut suus proprius Iudex Ecclesiasticus, in contractibus ab eo celebratis interveniat. Denique id per totam fermè Italiam usus, & consuetudo interpretativa declaravit quo circa cum in eadem Civitate Arimini reperisse quemdam abusum petendi ab ordinario licentiam in scriptis, ipso nullatenus de qualitate instrumenti conficiendi informato, hinc autem plurima procedere inconvenientia, & signanter, quod sæpè Novitiæ ad renunciationem invitæ in totum, vel in partem, vel non eo, quo volebant modo, adducebantur, rursus quod quietantiæ, quas eodem tempore Monasterium faciebat de Elemosyna dotali, erant sæpè numero eidem Monasterio præjudiciales, nempè vel factæ, sub spe futuræ numerationis, vel datis sibi in solutum creditis inexigibilibus. Ego hujusmodi fraudes eliminare satagens, nunquam permisi deveniri ad dictas quietantias, & renunciationes, sine mea præsentia, & decreto & hoc quidem est de mente Cened. & Molfetij *in locis mox citatis*, & ita etiam innuere videtur Sanchez *in decalog. tom. 2. libr. 7. capit. 5. num. 6.* ubi rationem reddens cur *Sacr. Concil.* Episcopi, vel Vicarij licentiam exposcat, † inquit; id ideo fieri, quia Iudicis præsentia omnem metus præsumptionem excludit *leg. fin. C. de eo quod metus caus.* & post alios quos refert, tradit Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. num.* 266. 55 56

Post hæc † scripta dum essem Vicarius Gennuensis contigit casus, ut quædam Novitia expleto decimo probationis mense, ac in ætate legitima constituta, renunciationem cum mei decreti interpositione fecerit; sed quibusdam de causis professionem per plurimos menses distulerit, qua occasione dubitatum fuit, an necesse esset, ut nova fieret renunciatio, vel prior sustineretur, tametsi non facta intra bimestre à die professionis, cum effectu emissæ: & quidem renunciationem jam factam sustineri respondi; cum intentio *Sacr. Concil.* fuerit, ut illa fieret intra bimestre computandum à die, quo professio legitimè fieri potest, esto quod per accidens differatur, & ita in terminis Sanchez *in decalog. tom. 2. libr. septimo, cap. 5. numer.* 28. fratres tamen præfatæ Novitiæ, ad quorum favorem quietatio cedebat, alteram ad cautelam ab illa fieri voluerunt. 57

Alia † plurima ad materiam. *dict. c.* 16. *sess.* 25. *de reg.* vide apud Sanchez *in Decal. d. cap.* 5. & Riccius *in collectan.* 454. 58

ARGUMENTUM.

Clericus à Iudice laico carceratus, an & quando, & quomodo ad ordinarium sit remittendus, dilucidè resolvitur. Quæstio super Clericatu, super Privilegio fori super vestibus: super collationis ordinum validitate, ad ordinarium una cum capto remittenda, & confutatur *consil. Men.* 912. *lib.*10.

SUMMARIUM.

1 *Clerici remissio denegatur, si apparet illum carere tonsura* declara num. 33.
2 *Vel quando evidenter constat habitum non esse Clericalem.* Declara id procedere donec ostendantur literæ, clericatus num. 21. & seq.
3 *Probatio per res evidentiam inducit notorium.*
4 *In notorijs potest esse Iudex, qui alias non esset.*
5 *Talis quis est habendus, qualis in statu repertus fuit.*
6 *Clericus non remittitur ad forum Ecclesiasticum, nisi capta per laicum summaria informatione de veritate tituli.*

Si ta-

Si tamen captus quis fuit uti laicus, & nec oſtenditur titulus, nec ab Eccleſiaſtico repetitur nu. 33.

7 *Clericus literas oſtendere Iudici ad effectam remiſſionis non ſufficit.*
Contrarium verius num.21.& ſeqq.

8 *Clericalis habitus cognitio ſpectat ad laicum, qui carceravit clericum.*
Contrarium verius n.36. 38. & 42.

9 *Clericus repertus in habitu laicali non remittitur pendente articulo an gaudeat privilegio fori.*
Contrarium verius modo oſtendatur titulus Clericatus num.21.& ſeqq.

10 *Clericus, an quis ſit, & an gaudeat privilegio fori cognoſcit Eccleſiaſticus,* & n.42.

11 *Idem in clerico coniugato.*

12 *Civitatis tamen Fiſco, & intereſſe habentibus.*

13 *Articulo pendente, an Clericus gaudeat privilegio fori, proceſſus laici conquieſcit.*

14 *Iudex laicus an, & quando cognoſcat articulum facti cauſa ſpiritualis.*

15 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſam iuriſdictionis ortam inter ipſum, & laicum.*

16 *Iudex laicus non poteſt ſtatuere terminum parti, intra quem terminet articulum ad Eccleſiaſticum remiſſum.*

17 *An autem poſſit ſtante rei negligentia ad ulteriora procedere.*

18 *Iudex laicus, an remiſſionem retardare poſſit ad effectum conſulendi Principem.*

19 *Iudex in quæſtione facti ſuperiorem conſulere non debet.*

20 *Clericus aptus in habitu clericali ſtatim remittendus, eſt etiam nemine inſtante.*

21 *Clericatus probatur per inſtrumentum ordinationis, & per litteras commendatitias quibus viſis debet iudex laicus reum remittere,* & n.34.

22 Menoch.conſ.912. nu.14. & ſeq lib.10. *reprehenditur.* & num 42.

23 *Clericatus ad effectum remiſſionis, an probetur per fidem deſcriptionis in libro ordinationum.*

24 *Clericatus, an probetur per litteras in quibus quis enunciatur clericus.*

25 *Clericatus probatur per teſtes, qui ordinationi interfuerunt.*

26 *Clericatus per famam, & communem reputationem probatur.*

27 *Iudex ſæcularis qui ſcit captum eſſe clericum, tenetur illum etiam forum non declinantem remittere.*

28 *Remiſſio clerici ſi fiat cum dedecore, Iudex ſæcularis punitur.*

29 *Et incurrit excommunicationem.*

30 *Remiſſionis forma concordanda eſt inter Eccleſiaſticum, & laicum.*

31 *Iudex Laicus qualiter in remiſſione clerici proteſtari debeat.*

32 *In remiſſione facienda, inſtigator non eſt citandus.*

33 *Epiſcopus repetit, & punit clericum etiam requiſita non habentem.*

34 *Remiſſio fit ad ordinarium loci delicti,* & n.35.Declara, ut num.37 & 38.

35 *Forus delicti eſt principalior.*

36 *Remiſſio cui fiat ſi delictum inchoetur in loco originis.*

37 *Ordinario loci originis præveniente, an ei remiſſio fiat.*

38 *Reus in loco tertio captus, remittitur ad Iudicem domicilii.*

39 *Iudex laicus, an clericum captum relaxare, & ad ordinarium petentem poſſit illum non remittere.*

40 *Iudici, vel ſatelliti atteſtanti quem abſque veſtibus, vel tonſura captum, non creditur.*

41 *Iudex ſæcularis, quam cognitionem ſuper veſtibus, & clericatu habeat, & quatenus ordinarii atteſtationi credere teneatur.*

42 *Remiſſio, an denegari poſſit prætextu falſitatis literarum ordinis.*

43 *Iudex ſæcularis non cognoſcit de qualitate habitus clericalis.*

44 *Clericales veſtes quænam dicantur.*

45 *Clericus, an licitè dimiſerit habitum, cognoſcit Eccleſiaſticus.*

46 *Validitatis ordinis, vel beneficii quæſtio ad ordinarium, una cum capto remittitur.*

47 *Remiſſionem denegans iudex ſæcularis excommunicandus eſt.*

48 *Imò eſt ipſo facto excommunicatus.*
Cap. quoniam de Immun.Eccleſ.in 6. *intellectus.*

49 *Iudex ſæcularis detinens clericum non habentem requiſita, an, & quando incidat* in Can. ſi quis ſuadente, & an Can.*procedat in iis, quæ fiunt auctoritate publica.*

50 *Iudex ſæcularis non remittens clericum, eſt ab Eccleſiaſtico carcerandus.*

51 *Epiſcopus non repetens clericum à laico captum deponitur, & multipliciter punitur.*

52 *Ordinarius repetit clericum etiam invitum.*

53 *Clericus pendente articulo privilegii fori, an retineatur in vinculis.*

54 *Et an in ſecundo inſtantia ſit relaxandus.*

DECISIO XVII.

CApto per curiam ſæcularem Regii clerico Proſpero N., uti laico de gravi facinore inquiſito, ac in contumaciam mulctato; & caſualiter cum conjugata muliere in cubiculo clauſo reperto; ego tunc claræ mem. D. Cardinalis Eſtenſis Vicarius, literas clericatus ejuſdem D. Judici miſi, inſtetique mediante procuratore Fiſci Epiſcopalis, ut tàm illum, quam dictam concubinam mihi remitteret. Renuebat D. Judex remiſſionem Proſperi facere ex pluribus.

Primò, quia ille repertus fuerat ſine habitu, & tonſura, tametſi videns ſe in manibus Curiæ, quandam breviorem veſtem ſumpſerit; † Unde prætendebat ex rationis identi- 1
tate, intrare doctrinam. Maſcar.*de probat. tom.* 2. *concluſ.* 689. *in fi.* & Cabal. *reſol. crim. cent.* 3. *caſ.* 224. *numer.* 43. *& ſeqq.* dicentium, *poſt alios*, quos citant, denegandam eſſe remiſſionem ſi denudato capite, apparet quem clericali carcere tonſura, † Et quod quando evidenter conſtat ha- 2
bitum non eſſe clericalem, vel aliquem non habere tonſuram, locus non ſit remiſſioni tradidit Gemin. *in cap.* 1. *in fi. de clericis coniug.* quem ſequitur ibi Franc. *in* §. 1. *numer.* 3. Dec. *in cap.* 2. *numer.* 24. *ver. & ad hoc facit extr. de iudic.* luculenter Purpur. *in conſ.* 21. *lib.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 138. *column.* 2. dicens, quod quando certum eſt habitum non eſſe clericalem, Judex Eccleſiaſticus nihil habet, quod de eo cognoſcat Farinac. *tom.* 1. *q.* 8. *num.* 34. *in fi.* Menoch. *de præſumptio. lib.* 6. *præſumpt.* 75. *num.* 32. ubi rationem † reddit, quia ſci- 3
licet probatio, quæ fit per rei evidentiam inducit notorium *l. ſi irruptione ff. finium regund.* in notoriis autem quis Judex eſſe poteſt, † qui alias non poſſet, ut poſt Innocent. 4
in cap. ex parte de verbor. ſignificat. tradit. Jaſ. *in leg. qui iuriſdictioni column.* 1. *ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*

Talis † enim habendus eſt quis, quali in ſtatu fuit repertus, 5
ut in ſpecie tradunt Bald. *in l. affinitatis in fin. C. communi. de ſucceſſ.* Alex. *in conſ.* 409. *num.* 9. *lib.* 6. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *tit. cler. & relig. tribuunt iuriſd. cap.* 9. *num.* 100. & decidit *Conſil. Neap.* referente Vinc. de Franch. *in deciſ.* 189. *num.* 6. *p.* 1. & pleniſſimè conſuluit Menoch. *in conſ.* 912. *nu.* 4. *& ſeqq. tom.* 10. ubi in terminis decidit caſum noſtrum, quod conſilium eſt repetitum *in tract. de præſumption. lib.* 6. *præſumpt.* 76. *num.* 17. *cum pluribus ſequentibus*, & addo, de hoc eſſe textum expreſſum *in cap. ſi Iudex laicus* 12. *de ſent. excomm. in ſexto, ibi iuſtum eſt enim, ut ipſe talis, quem geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) præſumatur, qualis is eſſe, cuius fert habitum comprobatur.*

Secundò, † quia etiam ſi verſaremur in dubio, an Pro- 6
ſper eſſet clericus, vel laicus, adhuc tamen detinendus videretur, donec ſummariè Judex laicus, cognoſcat nunquid oppoſita clericatus exceptio vera ſit, vel calumnioſa Bald. *in leg. ſi quas per calumniam ſub num.* 2. *ver. ſed pone Cod. de Epiſc. & Cleric.* Vinc. de Franch. *dict. deciſ.* 189. *numer.* 6. & rurſus *deciſ.* 320. *num.* 9. *par.* 2. & utrobique alios refert, quibus aſſentire viſus eſt Farinacc. *in quæſt.* 8. *ſub n.* 34. & tradit etiam *Clar. in* §. *fin. q.* 36. *ver. regulariter autem* ubi aſſerit ita ſervare Senatum Mediolanenſe, cuius dicta avidè arripuit Menoch. *in d. conſ* 912. *numer.* 7. qui id ipſum ibi proſequitur *numer.* 4. *& ſeq.* ubi in terminis noſtris tradit † non 7
eſſe ſatis oſtendere literas clericatus, cum ex ipſis non probetur quem gaudere debere privilegio fori ad præſcriptum concilii.

Quod multo magis in caſu noſtro dicendum videbatur, quia D. Judex ex aliqua conjectura ſuſpicabatur dictas literas eſſe falſas, provt etiam dicebat veſtem illam breviorem haud eſſe clericalem, ſed potius ſimilem iis, quibus Doctores, ac etiam luctum geſtantes in dicta Civitate uti ſolent,

† cu-

8 † cujus rei cognitionem ad ſe ſpectare prætendebat, fretus auctoritate Guido Pap. *deciſ.* 138. *& conſ.* 100. *nu.* 2. & Clar. *in §. fi. q.* 36. *ver. dixi clericum in fi.*

Tertio, quia eſto hujuſmodi cognitio ad judicium Eccleſiæ ſpectaret, nihilominus, † quia Proſper captus fuit in habitu laicali, utique pendente dicto articulo remanere debuerat in carceribus Judicis laici, qui reperitur in poſſeſſione illius, uti laici; quicquid ſecus dicendum eſſet ſi in veſtibus clericalibus fuiſſet repertus ita Anchar. *in conſ.* 239. *caſus talis eſt* Decian. *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 5. Marant. *de ord. iud. par.* 4. *diſt.* 11. *nu.* 69. Farinacc. plurimos referens *q.* 8. *n.* 36. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 190. *n.* 16. *to.* 1. Scaccia *in tract. de iudic. lib.* 1. *c.* 11. *nu.* 99.

Hæc autem adeo inania, & frivola erant, ut nec ad horam quidem petitam remiſſionem retardare debuiſſent, † eſt enim indubitatum ab Eccleſiaſtico Judice, tàm articulum, an quis privilegio fori potiri debeat, quam quæſtionem ſuper Clericatu emergentem dirimendam eſſe, Judicemque laicum in ea nullatenus ſe intromittere poſſe text. eſt qui cavillari non poteſt, & quem ignorare non licet in *cap. ſi Judex laicus*, *de ſentent. excommunic. in ſexto*, & ibi communi calculo tradunt ſcribentes Rota *dec.* 202. *alias* 3. *de ſent. excomm. in nou.* Ripa *in c. decernimus num.* 4. *de iudic.* Covarr. *pract. qq. c.* 33. *nu.* 1. *ver. primum illud.* ubi ait ita in Hiſpaniis ſervari Clar. *in §. fi. ver. dixi clericum, & ver. regulariter autem*, Maſcard. qui teſtatur hanc eſſe veriorem opinionem in *tract. de probat. lib.* 2. *concl.* 789. *num.* 7. *& ſeqq. & concl.* 961. *num.* 3. *eod. lib.* 2. & tradunt plurimi, quos plena manu congeſſit Farinacc. *in quæſt.* 8. *num.* 33. ubi ait hanc ſententiam non modo eſſe crebriorem, ſed & veriorem, & tutiorem, & quod licet Clar. dixerit contrarium ſervari Mediolani, non tamen in facti contingentia ab iſta traditione recedendum eſt (quamvis ritus magnæ Curiæ Vicariæ *Neap.* 235. abhorreat à cap. ſi *Judex laicus*, uti ibidem dicitur) eandemque ſententiam firmant Antonin. *lib.* 3. *variar. reſol.* 48. *nu.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 190. *numer.* 13. *& ſeqq. tom.* 1. Zerula *in prax. Epiſc. par.* 1. *ver. clericus numer.* 3. innumeros congerit Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 1257.

11 Quod † quidem ſibi locum vendicat etiam in Clerico conjugato, ut ex contextu *d. cap. ſi Judex laicus* determinavit Rota *deciſ.* 3. *alias* 202. *ſi clericus coniugatus circa fi. titul. de ſent. excommun. in nou.* ſequitur Capell. Tholoſan. *deciſ.* 117. *incipit item anno*, & ibi addentes Maſcard. *in tr. de probat. vol.* 2. *concl.* 689. *n.* 7. Gemin. *in d. cap. ſi Judex laicus in fi.* Alex. de Imola *conſ.* 8. *n.* 4. *l.* 1. *& conſ.* 149. *n* 3. *l.* 6. Alex. de Nevo. *conſ.* 59. *n.* 6. Bellug. *in ſpecul. princ. rubr.* 11. §. *nunc videamus n.* 5. Rolan. *conſ.* 4. *n.* 33. *l.* 1. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Probus ad Monachum *in d. c. ſi Judex laicus nu.* 14. Mendiaca *de ſucceſſ. creat.* §. 22. *n.* 69. *& ampliat.* notabiliter Feder. de ſenis *conſ.* 235. *nu.* 1. hanc etiam fatetur communem Barboſa *in l. titia numer.* 34. *ff. ſolut. matrim.* licet in via diſputativa fortè ad acuenda ingenia) conetur ſuſtinere contrarium.

12 Citato † tamen ſemper Fiſco laico, cæteriſque intereſſe habentibus, ut clariſſimè diſponit text. *in d. c. ſi Judex laicus de ſent. excom. in* 6. & ibi advertit Archid. *nu.* 1. Cabal. *conſ. crim.* 11. *num.* 2, Boſſ. *in pract. crim. tit. de foro comp. nu.* 151. *&* 155. *& tit. de captur. num.* 40. Farinacc. *dict. quæſt.* 8. *nu.* 37. Bellett. ubi ſupra *num.* 2. Gratian. *d. c.* 190. *num.* 17. Maſtril. *deciſ.* 113. *num.* 16. Intrigl. *d. ſingul.* 1. *num.* 2. *lib.* 3. Quam citationem eſſe neceſſariam in ipſa declaratione facienda, non autem in probatione clericatus tradit Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 1272. citat Bald. *in l. ſi qua per calumniam ver. pone C. de Epiſc. & cler.* Port. Imol. *concl.* 43. *amplia* 49. ego autem ſemper conſuevi citare Fiſcum, & inſtigatorem etiam in ipſo proceſſu probatorio, & ſtatuere terminum communem partibus ad probandum, & admittere interrogatoria porrecta; quia ubi adſunt contradictores, non ſolet adhiberi fides ſummariis informationibus juxta vulgatas regulas, & hoc eſt tutius, & legalius, magiſque concordiam inter tribunalia Eccleſiaſtica, & ſæcularia conſervat, ſi tamen Vicarius ſecus feciſſet, arbitror poſt factum ex dictis auctoritatibus excuſari poſſe.

13 Et † interim proceſſus Judicis ſæcularis conquieſcit, nec ulterius procedere valet, ut poſt alios, quos refert tradit Farinac. *d. q.* 8. *num.* 35. ubi ait hoc nullam habere difficultatem, tu dic, quod imò ita expreſsè cavetur *in d. c. ſi Iudex laicus in fi. ibi contra eum interim quiuis proceſſus Iudicis penitus conquieſcat.*

Ratio autem, cur hujuſmodi cognitio reſervata ſit foro Eccleſiaſtico, redditur à Summo Pontifice in *d. c. ſi Iudex laicus*, quia nimirum de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali agitur, eſt enim ſatis compertum; articulum ſpiritualem ad Eccleſiaſticum Judicem eſſe remittendum *c. decernimus c. quanto, de Iudic. c. lator c. cauſam quæ extr. qui filii ſint legitim.* cum ſimilibus, dixi latiùs *in dec.* 8. per tot.

Et quamvis † in hac facti ſpecie agatur de articulo facti, nimirum, an ille ſit clericus, & an habeat de facto requiſita *Concilii Tridentini*, & complures ſcribentes arbitrati fuerint articulum, facti etiam in cauſa Eccleſiaſtica poſſe per ſæcularem Judicem dirimi, ut dixi *in dec. c.* 8. *n.* 54. Ubi tamen mixtim intervenit quæſtio facti, & Juris, ut in caſu noſtro, *& d. c. ſi Iudex laicus* ne continentia cauſæ dividatur, utriuſque cognitio ad Eccleſiaſticum eſt remittenda, ut per Petrum Barb. *in l. titia n.* 24. *&* 28. *ff. de ſolut. matr.* ubi oſtendit hic agi mixtim de quæſtione facti, & juris, nempe an quis ſit clericus, & an ejus titulus ſit verus, & validus, quod etiam advertit Angel. *in l. ſi prius in fi. ff. de oper. nou. nunc.* licèt Barboſ. eum non referat; nec primus articulus, quia eſt facti per ſe ſolùm quicquam facit ſine ſecundo, qui eſt juris, ut ibi per eum, qui *num.* 30. ita ſupplet dictam rationem à S. Pontific. *eod. cap. ſi Iudex laicus*, allatam, qua de re vide in *d. deciſ.* 8. *numer.* 55. *& ſeqq.* 14

Præter quam quod cum controvertatur cujus captus ſubiiciatur juriſdictioni, ſuccedit regula, † ut ubicunque inter Eccleſiaſticum, & laicum Judicem contingit quæſtio Juriſdictionis; Eccleſiaſticus Judex propter majorem auctoritatem, illam cognoſcere debeat ſecundum Ant. de Butr. *in cap. ceterum col.* 3. *de Iudic.* Felyn. *in c. paſtoralis*, *num.* 4. & ibi Dec. *num.* 7. *&* 8. *de reſcr.* Oſaſch. *deciſ.* 103. *nu.* 4. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 20. *in præfa. num.* 78. Decian. *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 36. *numer.* 12. *& dixi in deciſ.* 8. *numer.* 23. ubi plurimos congeſſi & in terminis noſtris advertunt Covar. Farinacc. & Antonin. locis citatis Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 14. *& par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 49. Trullench. Moral. *p.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 3. *num.* 33. Ciarlin. *me hic citato, contr.* 163. *n.* 17. 15

Nec poteſt Judex laicus ſtatuere tempus reo, intra quod propoſitam exceptionem coram Eccleſiaſtico probare debeat hoc enim excedit limites ſuæ Juriſdictionis nec fas eſt ei ſuo ſuperiori legem imponere *c. ex inſinuatione de appell.* Bart. & latius addentes ad ipſum *in l. qui pro tribunali ff. de rei iud.* Jaſ. *in l.* 2. *n.* 12. *ff. de re iud.* & ibidem *n.* 15. teſtatur de communi opinione Maſcard. *tr. de Probat. volum.* 2. *concl.* 689. *n.* 1. Bobadill. *in ſua Polit. lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 526. 16

Non me latet nonnullos ſenſiſſe, quod ſi remiſſus ad Judicem Eccleſiaſticum moroſus fuerit in probanda coram eo tali exceptione, poteſt Judex laicus ad ulteriora procedere, quos refert Maſcar. ubi ſupra *ver.* 2. Cæterum id nec ſervatur in praxi, nec ſervari poteſt, quia judex Eccleſiaſticus inhiberet laico talia attentanti, & ſic manus illius ligatæ eſſent. Non tamen debet Eccleſiaſticus pati, ut per calumniam judicium protrahatur in longum, quia non ambitione defendendi noxios, ſed zelo juſtitiæ, & juriſdictionis procedere debet: Ideo ſi reus remiſſus eſt negligens, retineat eum in carcere, & aſſignet terminum ad docendum de clericatu. 17

Et † quamvis Bovadill. *loco cit. ſub num.* 227. *ver. y la remiſion*, arbitretur poſſe judicem ſi de gravi delicto agatur, aliquantulum detinere reum, donec certiorem faciat Regem, vel ejus Conſiliarios; id tamen intelligendum eſt cum grano ſalis, nimirum quando agitur de paucis horis juxta terminos in quidem idem Auctor loquitur, & dummodo Eccleſiaſticus non procedat ad cenſuras: & in ſumma caveat Judex, ut magis metuat majeſtatem divinam, quam humanam, & eo maximè, quia etiam ſi articulus iſte facti eſſet ab eo decidendus, non poſſet illum ejuſmodi prætextu retardare; † Nam ubi agitur de quæſtione facti non poteſt Judex ſuper ea conſulere ſuperiorem, ſed pronunciare tenetur *leg. eum qui temere* 79. §. 5. *ff. de Iudic.* Barboſ. *in leg. Titia. num.* 25. *ff. ſoluto matrimon.* ergo multo minus retardare poteſt remiſſionem, & Judicis Eccleſiaſtici proceſſum. 18 19

Quod ſi quis captus fuerit cum veſtibus clericalibus, vel aliter publicè ſe gerebat pro clerico, vel erat in poſſeſſione clericatus, ſtatim ad carceres Judicis Eccleſiaſtici remittendus eſt, quia præſumitur clericus, ac proinde à Judice laico nullatenus detinendus, ut diſponitur in *eodem cap. ſi Iudex laicus de ſentent. excommunicat. in ſexto*, & ibi gloſ. *in formatione caſus ante ſi.* & Doctores omnes, latè Alexand. 20

xand. de Nevo *consil. 59. num. 24. & sequentibus, & consil. 62. num. 1.* cum aliis allatis per Farinacc. *dict. quæst. 8. numer. 36.* & Bellett. *in disquis. cler. tit. de favore cleric. personal. §. 14. num. 7.* & Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 190. numer. 76.* & habetur benè per Bald. *in leg. si qua per calumniam 22. num. 4. C. de Episcop. & Cleric.* Etiam nemine instante, textus *in dicto. capit. si Iudex laicus* Alexand. de Nevo *consil. 56. à numer. 1. usque ad 9.* Bellett. *in disquis. clerical. dicto tit. de favore clerici personal. §. 2. numer. primo* Sbrozzius *de Vicar. Episcop. lib. 2. cap. 191. num. 3.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect. 1. num. 334.* ubi quod alias mortaliter peccat, & ita post hæc scripta servavit Gubernator Parmæ, dum ibi Vicarium agebam, & postinde Genuæ millies practicavimus quicquid secus dici soleat, quando quis in habitu laicali captus fuit, & clericatum oretenus allegat ex relatis supra in motivis *numer. 2. & seqq.* tunc enim non tenetur Judex civilis statim credere, & remittere, nisi clericatus litteræ ostendatur; debet tamen omninò supersedere in causa, statimque consulere Episcopum, seu ordinarium pro habenda rei veritate, cum hæc sit exceptio declinatoria, quæ impedit processum ad ulteriora. Ostensis autem sibi litteris clericatus, statim illum remittere tenetur,

21 † quia clericatus præcipuè ad effectum remissionis probatur per instrumentum ordinationis, vt per literas commendatitias proprii Episcopi mentionem de clericatu facientes *cap. legum. 2. quæst. 1. glos. in dict. capit. si Iudex laicus per illum textus in verb. fecerit in fin. de sentent. excommunicat. in sexto.* Felyn. *in cap. post cessionem numer. 3. & 15. de probation.* Alexand. de Imol. *consil. 140. volu. 6.* Alex. de Nevo *consil. 59. numer. 4.* Roland. *consil. 4. numer. 5. vol. 1.* Mascard. *conclus. 305. num. 4.* Tapia *in Iure Regni lib. 1. titul. de Episc. & cleric. fol. mihi 25.* Boer. *decis. 171. numer. 25.* Gramat. *decis. 81. numer. 1.* Borgnin. *decis. 10. numer. 19. part. 4.* Cardin. Seraphin. *decis. 719. numer. primo decis. 741. num. 5.* Novarius post hæc scripta impressus in *prax. elect. & Variat. fori quæst. 32. numer. 4. & 6. par. 1.* ubi etiam alios adducit; & dicit Bald. *in leg. si qua per calumniam 22. numer. 5. C. de Episc. & cleric.* quod si laicus Judex, viso instrumento clericatus, illius, qui in habitu laicali captus fuerat, illum statim non remittit, incidit in excommunicationem, Sequitur Franch. *in dict. cap. si Iudex Laicus §. non sic num. 14.* & quod Clericatus probetur per litteras patentes Ordinarii, quæ ad hunc effectum plenam faciant probationem *cap. post cessionem 7.* & ibi D. D. *de probat. gloss. in cap. inter quatuor 2. de Cler.* Peregr. Gram. *decis. 81. numer. primo* Rot. apud Card. Cavaler. *decis. 483. num. 2. & decis. 430. numer. 2. coram Orano, & in recent. decis. 340. num. 2. par. 4. & decis. 34. num. 3. par. 5. & coram Card. Ottobono decis. 140. numer. 5. & decis. 187. nu. 1.* & apud Greg. XV. *decis. 78. num. 5. & decision. 490. num. 6.* & apud Burat. *& decis. 708. num. 1.* Et ita millies

22 practicavi, & practicari vidi, † ex quibus apparet, quam cautè legendus sit Menochius supra in motivis relatus *num. 7.* dum aiebat non sufficere ostendere literas clericatus, ex quo *Concil. Trid.* alia requisita præscribit, hoc enim nihil aliud est, quam velle, ut requisita probentur coram Judice laico, contra textum expressum *in d. cap. si Iudex laicus*, & contra omnes Doctores de mundo.

23 Quin † etiam satis esset exhibere fidem autenticam, quod in libro, in quo solent describi ordinationes, reperitur aliquem fuisse ordinatum: Si enim hujusmodi literæ sigillo Curiæ Episcopalis munitæ sint, utique clericatum probant, licèt secus sit si dicto sigillo careant Felyn. *in cap. post cessionem num. 3. de probat.* & fatetur. Cravett. contra clericum scribens *in consil. 134. num. 41.* post Bellamer. quem citat *consil. 10. column. 2.* Mascard. *de probation. conclus. 305. numer. 2. volum. 1.* novissimè Novarius post hæc scripta impressus *in prax. elect. & variat. fori. quæst. 32. numer. 7.* quod ad effectum remissionis, in qua levior probatio sufficit, multo magis dicendum est; & quamvis *præfati Doctores* requirant dictas literas à duobus testibus esse subscriptas, id tamen de generali consuetudine non servatur, sed loco dictorum testium apponitur legalitas ordinarii, qua visa Judices solent clericos ad suum Judicem remittere, non secus ac si literas clericatus exhibuissent, quicquid

24 † secus dicendum esset de literis Apostolicis, in quibus quis nominatur clericus; Nam si is repertus fuerit in habitu laicali, talis enunciativa non probat clericatum, etiam ad effectum remissionis, cum per subreptionem obtineri potuerint; ut per Joann. Andr. *in regula non licet numer. 9. de regul. iur. in Mercur.* ubi ait illas benè probare si quis, vel publicè habebatur pro clerico, vel in habitu clericali repertus fuerit; in omnem casum tamen magnam faciunt præsumptionem.

Posset † tamen clericus in laicalibus vestibus repertus, si 25
literas clericatus amisit, nec in ordinationis libro apparet annotatus, vel si est forensis, docere summaria de clericatu, vel per testes, maximè si ordinationi interfuerunt *c. 2. & 3. de cler.* Peregr. DD. *in l. si qua per calumniam C. de Episc. & cleric.* Bajar. ad Clau. *in §. fi. qu. 36. nu. 22.* cum per allegatis, Guido Pap. *dec. 474.* Alvar. *in specul. iur. Pont. c. 35. ver. & tene menti.* Graffius *in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 155.* Novarius, videmus, qui alios adducit in *prax. elect. & variar. fori q. 32. n. 7.* Bajar. ad Clar. cum per eum relatis. *in §. fin. qu. 56. nu. 22. cum seqq.*

Vel † per communem famam seu reputationem, ut pro- 26
bat text. *in d. cap. Iudex laicus*, quem textum ad hoc ponderat Jo. Andr. *infra citandus nu. 9.* & tradunt Doctores *in c. fi. 9. qu. 2.* Gemin. *consil. 91.* Mohedan. *dec. 21. num. 3. de renunc.* Rot. *dec. 264. in antiq. & in Gerundien. Præceptoria 27. Martii 1591. coram Gypsio, & in Burgen. dimidiæ portionis prima Julii 1605. coram Cardin. Marcomontio. Barzius dec. 3. num. 15.* ubi testatur sic esse receptum, & observari in Palatiis. Novar. *ubi sup. num. 11.* & tradit etiam Verall. *dec. 277. num. 8. par. 1.*

His tamen casibus captus allegare debet litteras clericatus esse deperditas, ut per Viu. *opin. 974. n. 2. & seqq.*

Quinimmò † si Judex laicus aliunde sciebat, hunc esse 27
clericum, etiam si nec is clericatum alleget, nec probationes offerat, quin etiam si fateatur, se laicum esse, adhuc tamen illum remittere debet, cum neque tacitè, neque expresè privilegio universo ordini concesso renunciare possit; alias si illum detinuerit, sententiam excommunicationis non effugiet Innoc. *in cap. ut famæ. de sent. excomm.* Jo. And- *in cap. si Judex. laicus. eodem tit. in sexto*, Bald. *in l. si qua per calumniam. nu. 3. C. de Episc. & cleric.* Cepol. *consi. crim. 11. nu. 17.* Decian. *in tract. crim. part. 4. cap. 9. num. 114.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect. 1. num. 328.* & quod sufficiat habere certam notitiam extrajudicialem, quod carceratus sit persona Ecclesiastica ad hoc, ut judex eum remittere teneatur resolutum fuit per *Sacr. Congregat. Episcoporum in una Aquilana 16. Februarii 1589.* & quod ordinario credere debeat eadem *Sac. Congreg. determinavit in una Cremonen. 13. Februarii 1596.*

Et † quidem talis remissio fieri debet honorificè, & abs- 28
que dedecore, & ignominia ipsius capti aliàs Judex sæcularis puniendus est Geminian. *in d. cap. si Judex laicus §. final.* Angel. *in l. lege Julia in fin. ff. ad legem Jul. de vi public.* Clar. *in pract. §. fi. q. 96. n. 48.* Belluga *in speculo Princip. Rubr. 11. §. videamus num. 8. & 9.* Paris de Puteo *in tract. de syndicatu ver. remissio in princ. fol. mihi 282.* Boer. *decis. 303. numer. 13.* Avendag. *in tract. de injuriis num. 15.* Salsedo ad Bern. Diaz. *in pract. canon. c. 122. litera E. ver. ideoque* Paz. *in pract. 2. to. prælud. num. 10.* Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 18. nu. 328.*

† Qui Doctores concludunt tali casu Judicem sæcularem, 29
uti Ecclesiasticæ jurisdictionis Violatorem incurrere etiam in excommunicationem per text. *in cap. nuper de sentent. excommunic. & cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 3.* qui ulterius tenetur lege Julia de vi publica ad text. *in l. lege Julia 7.* & ibi Bar. & Ang. *ff. ad l. iul. de vi public.* Domin. de Sancto Gemin. *in c. si Judex laicus §. fin. de sentent. excommunic. in sexto*, Boer. *d. dec. 303. sub numer. 11.* Caravit. *super Rit. magn. cur. ritu 235. num. 9.* ubi quod quidam Regens magnæ Curiæ fuit officio privatus, ex eo quia clericum catena circundatum ad Episcopum remisit. Incipit insuper *in can. si quis suadente 17. qu. 4.* quia inferens verecundiam videtur inferre magnam pœnam *arg. cap. quem acriter verb. oportet de pœnit. dist. 1.* & satis dicitur inferre violentiam personalem Philip. Franch. *in d. c. si Judex Laicus §. non sic sub num. 6.* & antè eum Gemin. *ibidem num. 11.* Clar. *in §. final. qu. 36. num. 43.* Caravin. *in Rit. Magn. cur. vic. 235. nu. 6.* Sbrozz. *de off. Vic. lib. 2. q. 192. num. 30.* Carol. de Grass. *effect. cler. 1. num. 1282.* Bezzuga *loc. cit. nu. 9.*

Quod † si probabile periculum sit ne captus fugam arri- 30
piat, in casu præciso, poterit sæcularis illum cum necessaria custodia, ac cum manicis ferreis remittere ad Paris de Put. & Bobadill. *locis citat.* Cæterum in praxi semper solet remissionis modus inter Ecclesiasticum, & laicum Judicem concertari & ad limitum Ecclesiastici fieri, debet Judex remittens in hoc obedire judici, ad quem remittitur tanquam superiori, ut inquit Bald. *in leg. minimè sub numer. 2.*

C. de appellat. ſequitur Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. q.* 100. *etiam ſub num.* 2.

31 Et † caveat judex laicus hujuſmodi remiſſionem facere cum proteſtatione, ſalvo jure vendicandi, quatenus de requiſitis non conſtiterit, aliter ſi ſimpliciter remitteret, non poſſet illum amplius repetere, ſi clericatus non probaretur, & tota cognitio principalis delicti ad Judicem Eccleſiaſticum pertineret; quia hoc caſu Judex laicus videtur renunciare juri ſuo, ut per Aufrer. *in Addition. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 117. *in fin.* ubi attentatur ita practicari Cravett. *de antiqu. temp. part.* 3. *ſect. videamus numer.* 34. *ver. ſed an ſola* Pacian. *de probation. libr.* 1. *cap.* 34. *numer.* 49. Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 336. *&* 1276. quod notent judices laici, quia plurimos in hoc errare vidi.

32 Nec † in hujuſmodi remiſſione faciendas citandus eſt inſtigator, ut in noſtra facti ſpecie D. judex prætendebat, ſed abſque vlla citatione partis clericus eſt remittendus, ut in puncto obſervat Troſyus *ſuper ritibus magnæ curiæ, ritu* 235. *ſub num.* 1. poſt Cæpollam, quem citat in *conſ.* 11. *col.* 2. nec mirum, quia pars non poteſt ullo pacto impedire hujuſmodi remiſſionem, ac propterea citatio inutilis eſſet, ac fruſtatoria *juribus vulg.*

33 Nec † tamen omittendum eſt quod etiam facta hujuſmodi proteſtatione, imò & ante remiſſionem poteſt Epiſcopus ſi velit ſuum clericum requiſita non habentem repetere, & in illum animadvertere: quia *Concilium Tridentinum* duo ſtatuit; alterum, ut juxta priſcos canones omnes clerici ſuo ſubſint ordinario, & quo ad hoc nullam qualitatem, vel circunſtantiam appoſuit; alterum ut clerici gaudeant privilegio fori, & in hoc appoſuit conditionem, dummodo ſcilicet habeant præfata requiſita. Unde Clerico illis carente, ceſſat quidem diſpoſitio ad ejus favorem inducta, itavt ille ſuo privetur privilegio, non tamen ceſſat ſubiectio, nec Epiſcopus propter culpam ſubditi amittit ſuam ſuperioritatem, & juriſdictionem, quæ à clericorum facto non pendet, ſed à charactere, quod eſt indelebile.

Quamobrem dictum decretum *Concilii* non obſtare Epiſcopis, quominus jure ſuo in hujuſmodi clericos delinquentes poſſint animadvertete fuiſſe à *Sacr. Congregatione* reſolutum teſtatur Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 16. quod idem, & in ſupra citata *Barenſi, ſeu Minorcinenſis, & in una Iſernienſ.* 16. *Martii* 1606. in hæc verba *S. Congregatio* reſpondit *non gaudere privilegio fori clericos non intendentes in habitu, & tonſura: ſed non propterea impediri Epiſcopum, quominus ſi præveneriť, eoſdem clericos puniri poſſit*, & rurſus in *una Valentina* 20. *Martii* 1607. ita reſcripſit *Sacra Congregatio Concilii cenſuit ſervandas eſſe declarationes antiquas, approbantes diſtinctionem; ut non poſſit à clerico non habente qualitates allegari privilegium fori; ſed non impediri quo minus Epiſcopus utatur iure ſuo.* Idemque reſoluit *S. Congregatio ſuper controverſiis Juriſdictionalib. in una Neapolitana* 22. *Junii* 1628. *in una Aſſiſien.* 24. *eiuſdem menſis, & in una Parmen.* 9. *Novembris eiuſdem anni, & iterum in eadem* 26. *Junii* 1629. & aliis ſæpiſſimè. Ex quibus reſolutionibus notandus eſt caſus ſingularis, in quo perſona eſt mixti fori, etiam in cauſis non mixti fori; ita ut inter Eccleſiaſticum, & laicum Judicem locus ſit præventioni, in odium Clericorum requiſitis carentium: quod juſta ratione contingit: ut qui contra illud Prophetæ Eliæ 3. *Reg.* 18. *cap.* 21. claudicant in duas partes, & modo clerici, modo laici, provt magis ipſis expedit eſſe volunt, & ut clerici, & ut laici, puniantur. Dixi in odium ipſorum, quia Epiſcopus non modo ſi prævenerit eos punire valeat; provt juxta occurrentes caſus in ſupra relatis reſolutionibus cenſuit S. Congregatio, verùm etiam ſi præventus fuerit per ea quæ ſupradixi.

Unde ſub die 12. Novembris 1630. *Sac. Congregat. Eminentiſſ. Card. Conc. Trident. interpretum* reſoluit Epiſcopum punire poſſe clericum delinquentem, & requiſita non habente in etiamſi Iudex Laicus prævenerit, à quo repetere poteſt; dummodo ille à lege, vel ab homine per declarationem ſerſer. factam non fuerit privilegiis clericalibus denudatus, quæ reſolutio fuit à Sanctiſſ. D. N. Urban. VIII. canonizata, & approbata, quam declarationem perextenſum regiſtravi *dec.* 33. *ſub num.* 64.

34 Et † quidem remiſſio fit ad ordinarium loci delicti, non autem ad ordinarium loci originis, vel domicilii, ut ex mente Caſtr. tenet Abb. *in cap. fi. col.* 9. *ver. nota tamen extra de foro compet. per text. in Auth. de Defenſor. Civit. §. audient.* Maria. Soccin. *in cap. poſtulaſti de for. compet.* Covarru. *pract. qq. cap.* 11. *ver. quinto in delictis.* quos refert, & ſequitur Vinc. de Franch. *deciſ.* 37. *num.* 1. *&* 2. quibus adde Federicus de Senis *in conſ.* 2. *num.* 6. Ratio † eſt quia forus 35
delicti eſt principalior, ut benè per Theſaur. *dec.* 90. *col.* 2. *&* per Vinc. de Franch. *loc. cit.* noviſſimè Cæſ. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 1270. qui neminem ad hoc citat præter Lapum *in dict. cap. ſi Judex laicus num.* 1. Tametſi † de- 36
lictus inchoatum fuiſſet in loco originis, ut concludit Vinc. de Franch. *ibid. nu.* 5. *&* 6.

Niſi † tamen ordinarius originis prævenire in procedendo contra d. clericum, ut per Anchar. *in d. cap. poſtulaſti. in* 2. *oppoſi.* & ibi Marian. Soccin. *in* 3. *artic. princ.* qui de communi opinio teſtatur, & per Vinc. de Franch. *dict. dec.* 37. *num.* 3. 37

Et † dummodo repertus, & captus fuerit in ipſo loco de- 38
licti, aliter ſecus; quia ſi capiatur in loco tertio, nullus Judex petere poteſt illius remiſſionem, niſi ordinarius loci originis, vel domicilii per text. *in cap.* 1. *de privil. in* 6. quem dicit ſingularem Franc. de Aret. *in cap. licet de foro compet.* & ſequitur ibi Felyn. *col.* 4. & bene confirmat Gramat. *in conſ.* 27. *n.* 6. *& ſeq.*

Dicunt † etiam quidam, quod ſi Judex laicus viderit cle- 39
ricum captum eſſe innocentem, non debet illum remittere, ſed relaxare, ne indebitè vexetur Guil. *de Benedic. in cap. Rainutius ver. & uxorem ſub numer.* 147. *& ver. & præmiſſa de teſtam.* Boſſ. *in titul. de foro compet. num.* 50. *ver. & ſuccedit* Caravit. *in ritu* 235. *num.* 9. *in fi. & num ſeq.* Bajard. ad Clar. *in §. fin. q. quæſt.* 36. *numer.* 19. crederem tamen id procedere antequam ab Epiſcopo fuerit petita remiſſio; Nam poſtea ex urbanitate, & ut tribunalium concordia, à qua mille bona eveniunt, ſervetur, omnino crederem eſſe remittendus, tum quia valde abhorret à veriſimili, ac ab Eccleſiaſtica pietate, ut Epiſcopis injuſtè vexet clericum in carcere, quod nec facere poteſt citra incurſum in excommunicationem *cap. ſi cleric. de ſent. excomm. in ſexto*, tùm etiam quia poteſt contingere Epiſcopum habere contra clericum indicia ſuper illa vel alia cauſa, & ſic. Judex laicus tenetur cooperari: præſertim requiſitus; ut juſtitia mediante à ſuo ordinario puniatur.

Applicando prædicta caſui noſtro, certè cum Proſper ductus fuerit ad præſentiam D. Judicis in habitu clericali, ſtatim ad me, quamvis non ratione originis, ſed loci delicti Ordinarium, remittendus erat, juxta tradita ſupra *nu.* 20. *& num.* 34. non † attenta relatione ſatellitum dicentium inve- 40
niſſe illum ſine veſte, quando nec ipſi Judici laico crederetur, cui propterea conſulunt Doctores, ut deſcribi faciat per Notarium particulariter, cum quo habito fuit captus, cum non credatur eidem aſſerenti illum tunc non inceſſiſſe in habitu clericali, ut per Foller. *in pract. crim. can. in ver. audiantur excuſatores nu.* 42. *& ſeq.* Bajard. ad Clar. *in §. fi. qu.* 36. *nu.* 16. potiſſimum quia nec antiqui canones, nec *S. Concil. Trid.* privant privilegio fori clericos habitum clericalem intra domeſticos parietes non geſtantes.

Quin etiam ſi duxiſſent illum in habitu laicali certè cum ego miſerim eidem judici literas clericatus confeſtim erat mihi remittendus per ſupradicta *num.* 21. *& ſeqq.* & tradit Vivius *in ſuis com. opin. opin.* 974. *num.* 3. Bajar. ad Clar. *§. fin. q.* 36. *num.* 33.

Et † iſta in effectu eſt ſummaria cognitio à judice laico 41
ante remiſſionem facienda, de qua ſupra in motivis *numer.* 6. niſi magis propriè loquendo dicamus potius iſto caſu ceſſare illam ſummariam cognitionem, cum DD. ibidem relati ne dicantur adverſarii Canonibus, & communibus traditionibus intelligendi ſunt in caſu, quo nihil apparet de clericatu: per litteras autem præfatas probatur clericatus, ut ſupra dixi *numer.* 21. & conſequenter ſupervacanea, & calumnioſa eſſet alia judicis cognitio. Quinimò dictæ literæ oſtenduntur judici non ad probationem, quia probatio ſuper clericatu coram ipſo fieri non poteſt, ſed ad inſtructionem, & ad inducendam in eo notitiam Clericatus, ita ut amplius haud poſſit ignorantiam pretendere, & ſe ab excommunicatione excuſare, ut bene declarat Bald. *in leg. ſi qua per calumniam, ſub num.* 4. *C. de Epiſc. & cleric. qui numer.* 5. dicit laicum Iudicem teneri credere literis Epiſcopi, ſi ſunt ſuper clericatu confectæ, licet literis, miſſivis ejuſdem in quibus enunciat quem eſſe clericum non credatur in judiciis, & citat. Innocent. *in cap. poſt ceſſionem extra de probat.* & Baldum ſequitur Follerius *in praxi crimin. canon. part.* 2. *titul. Reperti. culpabiles numer.* 33. & Sbrozz. *de of-*

fic.

fic. Vicar. *lib.* 2. *quæst.* 192. *numer.* 11. (quem tamen cautè legas, quia fortè non vidit Baldum in fonte, & propterea alterat sensum verborum ipsius, & penè fecit, ut errorem dum essem junior.) Vel nisi dicas dictam summariam cognitionem; ad effectum remittendi, sumi posse à laico, quando Ecclesiasticus non petit illum remitti sibi, secus si petit, ut in casu nostro tunc enim superfedere debet laicus in summaria cognitione clericatus, eamque remittere ad Ecclestasticum, ad quem pertinet, ita in terminis declarat Petrus Barbosa *in leg. titia. sub num.* 31. *ver. quod sanè ff. soluto matrimon.* intelligendo tamen, ut in priori casu Judex possit illam adhibere si captus fuit in habitu laicali secus si in clericali, tunc enim remittere debet, etiam nemine petente, ut dixi supra *num.* 20. Et sic etiam cessat regula de qua supra *numer.* 1. nempe si denudato capite constet, quem non esse clericum denegandam esse remissionem, & ubi clarè constat quem non incedere uti clericum Judicem Ecclesiasticum nihil habere, quod cognoscat. Nam præter quam quod Doctores citati loquuntur, quando captus allegat duntaxat, se ad præsens gestare tonsuram, & ex denudatione capitis talis exceptio calumniosa apparet, ut declarat Mascard. *loco citat.* respondetur præfatas Doctorum traditiones esse intelligendas donec per istrumentum ordinis, vel aliunde constiterit de clericatu, ut in specie declarat Graffius *libr.* 4. *decis. cap.* 12. *numer.* 153. quod quidem mihi probat à contrario sensu text. *in dict. cap. si Judex laicus de sent. excomm. in sexto*, ibi *tunc enim restituendus non est quo usque fidem de titulo fecerit clericali :* ergo statim ostenso titulo remittendus est.

42 Nec attendenda erat † suspicio falsitatis dictarum literarum in mente ipsius Judicis exorta, cum ipse non debeat illas anxiè discutere, nec observare, an aliquid contra eas opponi possit, sed, illis receptis, reum remittere, ut in specie tradunt Bald. *in l. si quaper calumnia col. prima in fin. God. de Episc. & Cleric.* Alex. *conf.* 8. *in princ. vol. primo*, & *conf.* 169. *vol.* 6. Cepoll. *conf.* 10. & 11. *per tot.* Dec. *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 112. Bovadill. *in Politic. dict. cap.* 18. *sub num.* 327.

Licet contrarium, quando literæ ex patenti, & manifesto vitio apparent falsæ, posse nimirum Judicem laicum de tali falsitate sic apertè apparente cognoscere, & puniri eum, qui se clericum insimulabat tradiderit Tapia *in iure Regni lib.* 1. *tit. de Episc. & cleric.* ubi ait sic in facti contingentia observatum fuisse ex doctrina Nattæ *conf.* 633. qui tamen non loquitur de materia nostra, sed duntaxat differit, quomodo de falsitate constare dicatur tam civiliter, quàm criminaliter citat etiam Foller. *in prax. crimin. verb. item quod commisit falsitatem num.* 32. quem in meo codice reperire nequivi, sed de veritate hujus doctrinæ non disputo, quia non pertinet ad casum nostrum.

43 Sic pariter extra rem erat oppositio † dicti Judicis super veste ipsius Prosperi, cum ad eum non pertineat judicare, & cognoscere, an habitus sit, vel non sit clericalis, quicquid secus, & malè arbitrati fuerint Guido Pap. & Clar. adducti supra in motivis *num.* 8. quorum sententia non posse in Jure defend. fatetur Covar. *pract. quæst. cap.* 33. *sub num.* 5. Nam secundum veriorem, & magis communem opinionem etiam articulus iste remittendus est ad Ecclesiasticum ut per Geminian. *in cap.* 1. §. *final. de cleric. conjug. in sexto*, Zabarel. *in clem.* 2. *de Vit. & honest. cleric.* Aufrer. *de Jurisdict. in titul. de Potest. sæcul. in Eccl. Fallen.* 20. Covarruv. *pract.* 99. *cap.* 33. *sub numer.* 1. Scaccia *de Judic. libr.* 1. *cap.* 11. *numer.* 88. Mascardus qui utriusque sententiæ sectatores allegans hanc veriorem fatetur in *tract. de probat. vol.* 2. *conclus.* 689. *num.* 8. *latè* Borgnin. *dec.* 10. *num.* 12. & *seq. dec.* 21. *num.* 12. & 18. *part.* 5. alios congerit, Farinaccius *qu.* 8. *num.* 34. ubi testatur contrariam opinionem esse communiter reprobatam, uti falsam, & sacris canonibus, ac communi scribentium opinioni contrariam Lopez *in practic. crim. canon. cap.* 62. *num.* 14. Antonin. *variarum solution. lib.* 3. *resolut.* 48. *num.* 1. Bellett. *disquisit. cleric. titul. de favore cleric. personal.* §. 14. *num.* 4. & rejectis contrarium tenentibus hanc egregiè comprobat, & ab ea uti vera, & communi calculo recepta recedendum non esse dicit Caball. *in resolut. crimin. cas.* 254. *nu.* 35. *cum seqq.*

44 Et † eo maximè, quia clericis per sacros Canones non est certus habitus determinatus Guido Pap. *dec.* 138. *num.* 1. & *seq.* Clar. §. *fin. quæst.* 34. *ver. dixi clericum* Farinacc. *dict. qu.* 8. *num.* 69. Borgnin. *d. decis.* 10. *num.* 17. Antonin. *dict. resol.* 49. *nu.* 1.

Sed Episcopi arbitrio vestes remittuntur per *Concil. Trid. sess.* 14. *de reformat. cap.* 6. Camill. Borell. ad Bellug. *in speculo Princ. rubric.* 11. §. *videmus in verb. vestes*. Et in illis attendenda est regionis consuetudo *Concil. Marisconense primum cap.* 3. glos. Innoc. & DD. *in cap. penul. de Vit. & honest. Cleric. glos. in Clem.* 1. *in fin. de elect.* & ibi Andr. sicul. Alex. *conf.* 8. *vol.* 1. & *conf.* 149. *vol.* 6. Capell. Tholos. *in decis.* 227. & 252. Covarruu. *pract. qq. c.* 3. *ver. quarto illud*. Diaz. *in pract. crim. can. cap.* 69. *per totum*, & sic non nisi ab Episcopo quæstio super vestibus terminari debet aliter indirectè omnes Clerici laicæ Jurisdictioni subiicerentur, ut etiam animadvertunt. Farinacc. *d. quæst.* 8. *num.* 58. & Antonin. *de resol.* 57. *sub n.* 1.

Hinc † etiam cognitionem, an captus potuerit licitè 45
Clericalem habitum dimittere, & arma sumere spectare privativè ad Judicem Ecclesiasticum firmat. Alexand. de Nevo *in conf.* 59. *num.* 8. & 9.

Et multò magis cognitio super tonsura, an scilicet verò adsit; & an licuerit per aliquod tempus illam omittere spectat ad Judicem Ecclesiasticum, non autem ad sæcularem cum illa respiciat personam, quæ major est vestibus, ut concludunt Antonin. *d. cap.* 48. *num.* 2. *lib.* 3. Variarum, & Borgnin. *in decis.* 10. *num.* 12. *cum seq.* & *decis* 21. *nu.* 18. & 21. *par.* 5.

Sic † pariter ubi Clericus carceribus mancipatus fuit à 46
Laico propter delictum & prætenditur invaliditas primæ tonsuræ, cujus clypeo se tuetur vel collationis beneficii Ecclesiastici, tam iste articulus invaliditatis, quam persona clerici ad ecclesiasticum forum est remittenda, ut post acerrimam altercationem tandem concluſum, ac practicatum fuit per *Magnam Curiam Vic. Neap.* ut est videre apud Vinc. de Franch. *decis.* 182. *per totam*, & ibi idem comprobant *moderni addentes*. Tametsi ne facto contrarium servatum fuisse, quo ad Clerici remissionem in eadem curia, in casu, quo ille fuerat à suo Ordinario privatus beneficio, & interposita appellatio, & si non prosecuta ob Carceris impedimentum, & expectatum donec Judex, ad quem suam sententiam reformasset refert Tapia *in Iure Regni lib.* 1. *tit. de Epis. & Cleric. rit.* 235. *fol. mihi* 26. *col.* 2. sed an tuta conscientia, ipsi viderint.

In † summa ex quacunque etiam justa causa Judex secu- 47
laris prætendat Clericum, non posse privilegio fori potiri; debet viso titulo sui ordinis, illum ad suum Prælatum remittere, aliàs per Ecclesiasticas censuras venit compellendus, ut decrevit. *Concilium Parisiense relatum in cap.* 2. *extra de foro competent.* quod quidem est de directo contra exadverso citatum. *Consil. Menoch.* 912. *lib.* 10. cui addi potest, *c. nuper*, & ibi Innoc. *de sent. excomm.*

Et sanè cum Judex sæcularis licensis noluisset de facto remittere quendam Clericum fuit à D. Episcopo contra eum ad sententiam excommunicationis processum, & causa post hæc scripta, *ad Sacram Congregationem super Controversiis Jurisdictionalibus*, deducta; fuit Episcopalis sententia approbata sub his verbis, *Cæterum & si Clericus, de quo agitur eodem privilegio non gaudeat, vel quia qualitates non habet, vel quia cum falsis dimissoriis ordinatus fuit, cum tamen non possit à Judice laico detineri, nisi prius super qualitate, & ordinatione huiusmodi Judex Ecclesiasticus cognoverit, ac pronunciavit : ideo Episcopum Licuensem utique hoc casu contra laico ad sententiam declaratoriam, & censuras procedere potuisse &c.* Quæ quidem resolutio pariter dictum cons. *Menoch.* 912. prosternit, & casum nostrum decidit.

Imò secundum unam opinionem Judex secularis visis 48
dd. litteris retinens ejusmodi Clericum, quem jam talem esse non potest ignorare, est ipso facto excommuuicatus, per tex. *in cap. quoniam* 4. *de Immun. Eccles. in* 6. quem ad hoc ponderat. Guido Pap. *in decis.* 77. *sub num.* 2. *in fi.* eumque in terminis nostris sequitur. Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *num.* 5. *tom.* 1. & quamvis addentes ad Guido Pap. illum fugillent dicentes d. text. loqui duntaxat contra eos, qui authoritate privata jurisdictionem ecclesiasticam turbant, & impediunt non autem contra Judices Clericum distringentes. Nihilominus, sustinendo opinionem Guidonis, & Gratiani, dici potest, textum loqui in utroque casu, ut constat ex verbis finalibus, ibi, *Nisi tam Judici, cujus cognitio fuit impedita, vel jurisdictio usurpata, quam parti, &c.* & sic ibi, Bonifacius Octavus, censuras fulminat non modo contra turbantes authoritate privata, verum etiam contra usurpantes Ecclesiasticam Jurisdictionem;

nem ; quæ uſurpatio non niſi publica fieri poteſt auctoritate.

49 Inſuper † arbitror; Judicem iſto caſu incidere etiam in ſententiam. Can. *ſi quis ſuadente 17. quæſt. 3.* Summo Pontifici reſervatam, ut expreſsè docet. Guid. Pap. *deciſ. 73. numer. 1.* & eo non citato. Belluga *in ſpeculo Principum rubr. 11. §. videamus in fine*, & eſt de mente. Navarr. *in conſ. 33. de ſentent. excomm.* & Benzan. *de cenſur. diſput. 20. l. 5. cap. 1. §. capiendo ver. quæret quis*, quia tametſi eiſdem canonis diſpoſitio, procedat in actibus, qui in privata actione conſiſtunt; non autem in iis, qui fiunt titulo Juriſdictionis, & poteſtatis publicæ quaſi tunc reſpiciant non privilegium canonis , ſed aliud diſtinctum privilegium fori, ut declarat . Suarez. *in tract. defenſ. fidei Catholic. libr. 4. cap. 33. numer. 4.* id tamen intelligendum eſt ſi Judex ſecularis procedat juſtè & ſic declarat prius per Judicem Eccleſiaſticum illum fori privilegio non gaudere , ſecus ſi ante , & ſic injuſtè , & violenter ; tunc enim actio iſta habet utramque malitiam , nimirum contra privilegium fori , & contra privilegium canonis , ut benè advertit , Suarez *ibidem* ,

50 † & dicit Bellug. *in ſpecul. Princ. Rubr. 11. §. videamus numer. 8.* dictum Judicem poſſe , & debere per prælatum carcerati , ad quod citat . Innoc. *in cap. ut fama de ſent. excomm.*

51 Sicut † è contra Epiſcopus poteſt ab adminiſtratione deponi, & criminaliter puniri, ſi habita notitia carcerationis Clerici , illum repetere neglexerit, adhibitis cenſuris , ac aliis juris remediis, quaſi ad eum pertineat cuſtodire hujuſmodi fori privilegium , ut in facti contingentia conſulit . Caſſ. *conſ. 28.* Ignat. Lopez *ad in pr. crim. canon. cap. 62. nu. 15. & 17.* Farinacc. *qu. 8. ſub num. 66. ver. amplia decimooctavo* Gratian. *diſcept. forenſ. dict. cap. 190. num. 8. quibus addo* Sbrozz. *de offic. vicar. l. 2. quæſt. 192. num. 10.* Clar. *in fin. qu. 36. numer. 22.* & ibi Bajard. *numer. 26.* ubi ampliat , etiamſi Clericus nolit Clericatus exceptionem opponere , & quod aliter Judex Eccleſiaſticus tenebitur ad pœnam , in quam Judex ipſe laicus procedendo contra Clericum incurriſſet , & de omni damno , inde contingente , ad quod citat Caſſan. *in conſuet.* Burgund. *fol. 202. numer. 73. nempe rubr. 1. §. 5. numer. 73.* Idemque Caſſan. *in conſ. 38.* latè agens de materia *numer. 2.* inquit Iudicem Eccleſiaſticum hoc in caſu puniendum eſſe, etiam tanquam periurium, ex quo in principio ſui regiminis juravit, provt jurare tenetur , ſubditos ſuos, quantum poſſibile erit, ſervare illæſos, ideo eos non repetendo incidere in periurium, & *numer. 3.* ſubdit, quod ſi is , qui negligit , Clericum repetere , eſt Epiſcopus , Epiſcopatu venit privandos , *per cap. cum quidam de Jurejur.* Si Epiſcopus non eſt , & aliud beneficium haberet , eo etiam privabitur , *cap. 2. ubi omnes de reſcriptio. cap. quærelam , cum ibi not. per ſcriben. de Jurejurand.* ut latius per eundem Caſſan. quem in omnibus ſequitur . Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 1. numer. 330. cum ſeqq.*

52 Unde † fit, ut Clericum etiam innitum Epiſcopus ſub eiſdem pœnis repetere teneatur . ut Foller. *in dict. pract. crimin. can. 2. par. judic. titul. reperti culpabiles num. 32.* poſt Bar. *in leg. præcepit , Cod. de Canon. ſtatut. lib. 10.* Bal. *in leg. 1. ff. de rei Vendic.* Sbrozz. *dict. quæſt. 192. numer. 11.* Bajard. ad Clar. *quæſt. 36. numer. 26.* Graffius *deciſ. aur. part. 1. l. 4. cap. 18. numer. 154.* Carol. de Graſſ. *cum relat. effect. 1. num. 329.* Hæc dixiſſe volui, ut dicti D. Iudicis exclamationes in me jactatas, ſiſterem ; ac ſubinde intimatis ſibi per me cenſuris, reſpondit ſe ad parendum paratum juxta modum remiſſionis à me præſcriptum . Cujus procurator fiſcalis, cum inſtaret ut facta reſtitutione , proſper in vinculum pendente articulo ſuper fori privilegio detineretur ; obtuli me jus , &

53 juſtitiam adminiſtraturum , † & pro tunc dixi petitionem eſſe juſtitiæ conſonam ; id enim ſedulo monet . Diaz. *in prax. crim. can. in ver. Incarcerari cap. mihi 127. numer. 6.* qui plura refert incommoda ſi ſecus fiat , quibus addi poteſt , quod , ni remaneat in vinculis , poterit inſtruere ſeipſum , & teſtes , & eludere Iudicium : præterquam quod Iudices ſeculares ſi ſecus fiat exaſperantur , & in poſterum redduntur difficiliores ad remittendos Clericos , & quod interim Clericus non ſit excarcerandus docuit . Innoc. *in cap. ut famæ de ſent. excomm. in 6. ſequitur* Franc. *in cap. ſi Judex §. non ſit in 3. notabil. eodem titul. in 6. de Jure Regni lit. de Epiſc. & cler. &* Covarruv. *practic. quæſt. 9. cap. 33. numer. 4.* ubi inquit ita in Regnis Hiſpaniæ lege Regia cautum eſſe . Hanc eandem practicam ego regulariter ſervare ſoleo : à qua tamen quandoque receſſi , quia vel fiſcus ſecularis , vel inſtigator illi adhærens nimis protrahebat judicium , & ſub prætextu probationum faciendarum , vel impedimentorum fiſcalis , vel advocati aſpirabant ad Clericum longa carceratione , macerandum quod à recto Iudice Eccleſiaſtico , nullatenus eſt tollerandum , ne privilegium Clericatus retorqueatur in odium , & ne Clerici indirectè terreantur , & avertantur à fori laici declinatione , & poſt hæc ſcripta reperi Caravitam *ſuper Rit. magnæ curiæ rit. 225. numer. 6.* fatentem ſe quandoque vidiſſe cavillationibus Advocati fiſcalis remiſſionem ipſam ultra annum fuiſſe retardatam , quod quam iniquum , & periculoſum ſit nemo eſt , qui neſciat . Et quando etiam cauſſa levis eſt , vel qualitas perſonæ ſuadet , relaxari poteſt ſub fidejuſſoribus in propria domo pro tuto carcere . Quemadmodum his caſibus ſi remiſſio fieri debet ad Epiſcopum à loco Iudicis remittentis diſtanti , ſolere Epiſcopos remiſſionem acceptare recipiendo idoneos fidejuſſores de repreſentando Clericum coram eo teſtetur Caravita *ubi ſupra numer. 9.* Sic pariter ſi declaratum fuit reum non gaudere beneficio fori , & fiſcus Laicus appellavit non ulteriùs in ſecunda inſtantia in carceribus detinendus ; ſed ſub fidejuſſione relaxandus , tunc enim ceſſat in eo periculum ſubornationis teſtium , & vice verſa augetur in fiſco ſuſpicio calumniæ , & injuſtæ defatigationis : undè in facti contingentia Signatura Iuſtitiæ de anno 1637. me præſente , & proponente R. P. D. Vicecomite in una Mediolanen. reſcripſit , Reum abilitandum fore cum fidejuſſione per Civitatem , ad quam cauſa in ſecunda inſtantia diſſoluta erat , & ſic extra locum delicti, quod admodum grave.

ARGUMENTUM.

Remiſſio Clerici una cum actis cujus expenſis fiat.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſio rei fit expenſis ipſius.*
Si tamen eſt Pauper, remittitur ſumptibus accuſatoris vel fiſci, nu. 4.
Vel ſumptibus Judicis ex officio illum petentis. nu. 5. & 6.
2 *Actus explicatur expenſis petentis.*
3 *Abſenti cujus expenſis mittantur poſitiones, vel iuramentum de calumnia.*
4 *Pauper remittitur ſumptibus fiſci.*
5 *Judex ex officio petens reum ſibi reſtitui, an expenſas ſubminiſtret.*
6 *Clericus pauper an remittatur ſumptibus fiſci epiſcopalis.*
7 *Remiſſio clerici fit una cum actis, & toto proceſſu.*
8 *Expenſas actorum in curia laica factorum contra Clericum an ipſe ſoluat, & ſub n. 16.*
9 *Judex eccleſiaſticus non debet ſtare proceſſui à Laico fabricato.*
10 *An poſſit ex illo formare inquiſitionem, & an illud deſerviat ad inſtructionem ipſius.*
11 *Clericus an ex confeſſione coram Judice laico facta, poſſit ab Eccleſiaſtico torqueri.*
12 *Judex ſi ſit moroſus in remittendo Clericum ad Prælatum, vel ad Judicem appellationis, debet poſtea remittere propriis expenſis.*
13 *Epiſcopus, qui neglexit recipere Clericum à laico carceratum ſoluit expenſas carceris, & remiſſionis.*
14 *Clericus differens in foro laico allegare Clericatum uſque ad ſententiam, an condemnetur in expenſis.*
15 *Et an à Judice laico, vel ab Eccleſiaſtico.*
16 *Mulctam non ſoluit Clericus, in quam ratione contumaciæ uti laicus fuit condemnatus.*
Clericus, nec tacitè, nec expreſsè juriſdictionem laicam prorogare poteſt.

DECISIO XVIII.

IN actu realis remiſſionis Clerici Proſperi,† de quo in præ- 1
cedenti deciſione , alia bina dubia excitavit D. Iudex prius erat ; quia prætendebat in primis , & ante omnia, reum teneri ad ſolvendas expenſas proceſſus & olim è contra eundem à curia ſeculari ; dum laicus reputabatur, fabricati , nec non & multam, in quam uti contumax , & laicus condemnatus fuerat . Poſterius verſabatur circa mulierem cum clerico repertam , quo in ſequentem deciſionem rejecto ;

cto; circa priorem articulum, saltem quo ad expensas processus, pretensio judicis dicebatur in jure bene fundata per regulam, quæ habet remissionem Rei expensis ipsius fieri debere *ad leg. fin. C. de erog. mil. ann. lib.* 12. per quem textum ita firmat. Bal. quem sequitur. Card. Alex. *in cap.* 1. *si Judex de pac. tenen.* latè, & plenè Boer. cum per eum adductis, *in dec.* 303. *num.* 1. *cum seqq.* Covarr. *in pract. qq. cap.* 11. *num.* 11. Ludou. *decis. Peruf.* 74. *num.* 4. *& seqq.* Menoch. *in tract. de Arb. Jud. casu* 228. *nu.* 1. *& seqq.* Farinacc. *in q.* 7. *nu.* 39. & in Clerico tradunt Boer. & Menoch. *ubi cap.* Diaz. *in pract. crim. can. cap.* 125. *in fin.* Vincent. de Franch. *decis.* 332. *num.* 4. Bovadill. *in sua politic. lib.* 2. *cap.* 28. *de la Jurisdiction. Real. y mixto fuero nu.* 328. Foller. *in pract. crim. can. in tit. miscellanea quædam nu.* 59. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 21.

2 Ad quod facit alias juris conclusio, quæ habet, † actum explicari debere expensis illius qui explicari illum petit, *l. cum sæpe, C. de erog. mill. ann.*

3 Sic videmus in simili; † quod si absens de calumnia iurare vel positionibus respondere debet, & ob impotentiam, vel ob nobilitatem, aut privilegium non tenetur accedere personaliter ad Judicem, ita ut vel tabellio ad ejus domum sit mittendus, vel literæ subsidiariæ ad Ordinarium loci, in quo degit, sint dirigendæ, id totum sumptibus ipsius respondere debentis fieri debet, juxta doctrinam glos. & Bar. *in l.* 2 §. *defendi ff. quibus ex clauf. in possess. eat in fin.* Capell. Tholosan. *decis.* 20. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 228. *numer.* 11. circa quod tamen vide omninò Michelor. *in tract. de positionibus car.* 65. *num.* 3. *& seq.* ubi distinguendo inquit dictam sententiam procedere quando quis, pendente judicio, se absentavit, tunc enim culpa sua hujusmodi expensæ fiunt, secus si ipso absente motum fuit; quia cum positiones fiant ad revelandum actorem ab onere probandi, suis sumptibus sunt mittendæ absenti, ut ibi per eum.

4 Et † quamvis ubi reus per se remitti, & est pauper, & non solvendo, debeat remissio fieri ad Judicem appellationis, vel ad alium superiorem sumptibus istigatoris, vel fisci, aut Judicis remittere debentis, ut voluit. Jo. Fab. *in l. minimi Cod. de appell.* Boer. *dec.* 303. *num.* 12. Aufrer. *in addit. ad* Capell. Tholos. *decis.* 100. *sub nu.* 2. Caravit. *super ritibus magnæ Curiæ ritu* 235. *sub nu.* 13. Asin. *in praxi* §. 32. *ampliat.* 61. *numer.* 2. Provt factum fuisse videtur cum Divo Paulo, qui, dum à Iudæis coram Festo, & Agrippa accusaretur, ad Cæsarem appellavit. *Act.* 25. *&* 26. & ex consilio judicatum est, Paulum per navigium esse transmittendum in Italiam ad Cæsarem, & traditus fuit Julio Centurioni, & custodibus, & quidem sumptibus fisci, ut advertit Aufrer. *loco citato*, eo quod Paulus nihil haberet, *cap. dilectissimus cap. quia tua, & c. videntes* 12. *qu.* 1. idemque sentit, Farinac. *d. qu. sub n.* 39. *in fin.*

5 Si † tamen remissio petatur à Iudice ex officio, ut in casu nostro, idem Iudex petens in defectum carcerati expensas subministrare debet, nec Iudex remittens, vel ejus curia ad aliquid tenetur secundum. Bald. *in cap. nonnulli col.* 3. *de rescript. & in cap.* 1. §. *si Judex de pace tenen. usib. feud.* Ias. *in l. à divo* Pio §. *sententia col.* 2. *ff. de re Judic.* Afflict. *in constit. Neap. lib.* 1. *constit.* 41. *nu.* 10. quos refert, & sequitur, Covarr. *pract. qq. c.* 11. *sub nu.* 11. *ver.* 14. *non immerito* Farinac. *d. q.* 7. *sub num.* 39.

6 Et in terminis nostris, † Clerici pauperis remissionem fieri sumptibus ordinarii sui, ad quem remittitur, seu Fisci Ecclesiastici, firmat post alios, quos citant. Covarru. *in pract. qu. c.* 33. *nu.* 5. Lopez ad Diaz. *in pract. crim. canon. c.* 125. *in fine* Bovadill. *in Politic. d. lib.* 2. *c.* 12. *nu.* 329. *tom.* 1. *& rursus lib.* 5 *c.* 7. *nu.* 8. *tom.* 2.

Quæ tamen sententia non est tuta; Nam quod imò isto casu remissio fiat expensis Judicis à quo vel ejus fisci, probare videtur, tex. *in l. lex cornelia* §. *si quis librum*, ibi *præmium constituitur, ff. de Iniur.* & tradunt Bald. *in leg. generaliter* §. *his de præsentibus nu.* 4 *C. de Appell.* Aufrer. ad Cappel. Tholos. *dec.* 10. ubi sic ait, in facti contingentia fuisse judicatum, & hanc opinionem esse veriorem testatur. Caravita *super ritibus magnæ curiæ ritu* 235. *nu.* 13. *& seq.* per textum *in d.* §. *si quis librum*.

7 Cumque remissio Clerici, † fieri debeat una cum actis ante Clericatus allegationem factis, ut per Jacob. Butrig. *in l. eos.* §. *super iis*, quem ibi sequitur Bald. *num.* 2. & Salycet. & Boer. *dec.* 303. *sub num.* 5. Id quod deduxit etiam Ioan. Andr. *in regula, non licet. de regul. jur. in Mercurial.* & Caravit. *super ritibus magnæ Curiæ ritu* 235. *num.* 11. Aufrer. *in Clem.* 1. *numer.* 21. *de offic. ordin. Genuen. in prax. Archiep. cap.* 6. *sub numer.* 5. ubi quod si Clericus inquiratur de delicto: una cum sociis laicis commisso, debent transmitti omnia acta facta contra omnes, ut ex omnium testium depositionibus constare possit de innocentia, vel culpa Clerici, & ita testatur, fieri mandasse pro Regem Neapolitanum de anno 1610. subdens, curiam laicam solere secretò ostendere D. Vicario nomina aliorum complicum quando supprimuntur in d. copia transmissa: successivè expensas copiæ dictorum actorum solvere tenetur is, qui remissionem petit juxta distinctionem supra positam, ita Genuen. ubi sup. *numer.* 6. & Carav. *loc. cit. numer.* 13. de quo tamen melius dicam in seq.

Cæterum, ne cum d. D. Judice æquivocemus advertendum est præfatos DD. differentes, cujus sumptibus Clericus sit ad Ecclesiasticum remittendus, loqui de expensis in actu remissionis faciendis, non autem de refectione actorum coram laico judice factorum, † ad quam refectionem Clericus minimè tenetur, ex quo acta illa ob Judicis incompetentiam sunt ipso jure nulla, ut per Henric. Boich. *in singul.* 38. *in cap. citatus.* Guido Pap. *dec.* 450. Ursil. ad Afflict. *dec.* 2. *nu.* 6. Martam *in tract. de Iurisd. par.* 4. *cap.* 102. *num.* 9. *& seqq.* 8

Unde † nec coram Judice Ecclesiastico probant, nec illis tenetur, imò nec potest ipse stare *leg. fin. C. si à non compet. iudic. cap. at si clerici* ubi Felyn. *numer.* 4. & Canonistæ *com. extr. de Judic.* Jac. Butrig. *in l. eos* §. *super iis*, & ibi Bald. *sub numer.* 2. & Salyc. *Cod. de appell.* & est communis opinio secundum Dec. *in dict. cap. at si cleric. in* 3. *column. Clarus in practic. crimin. quæst.* 26. *ver. ultim. quæro* Farinacc. alios cumulans de *Inquisit. quæst.* 7. *num.* 43. Cartar. *in tract. de exequen. sentent. cap. fin. numer.* 4. *&* 5. Boer. *decis.* 90. *numer.* 1. Vivius *lib.* 1. *commun. opin. in verb.* 6. *Iudex laicus.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 229. Sbrozz. *in tract. de Vicar. Episcop. lib.* 2. *cap.* 192. *num.* 4. Caravit. *super Ritibus magnæ curiæ Rit.* 235. *num.* 11. Ignat. Lopez ad Diaz. *in practic. crim. can. cap. mihi* 125. *in fin.* Guazzin. *defens.* 1. *c.* 5. *num* 1. *& c.* 31. *num.* 7. *vers. nec Episcopus Ciarlin.* me hic citato *cap.* 164. *num.* 11. *par.* 2. 9

Sed idem Ecclesiasticus incipere † debet novum processum, nec potest quidem super dictis actis coram laico factis inquisitionem formare juxta communem opinionem, de qua testatur. Ruin. *in cons.* 6. *num.* 7. *vol.* 5. Baiar. ad Clar. *in* §. *fin. quæst.* 36. *nu.* 53. 10

Tametsi ex inveterata, & legitimè præscripta consuetudine Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, contrarium servari, nempe, ut ex eisdem actis Clericus constituatur, attestetur. Genuen. *in Prax. Archiep. Neap. cap.* 6. *nu.* 2. *&* 3. cessante autem consuetudine seu stylo acta prædicta coram laico factu deserviunt duntaxat ad aliqualem instructionem, & informationem ordinarii. Bald. post Jacobus *Butrig. in l. eos la prima* §. *super iis num.* 2. *Cod. de appell.* sequitur Lanfranch. *dec.* 399. Caravit. *d. Ritu* 235. *numer.* 11. Intelligendo tamen de actis factis, antequam Judex laicus sciret illum esse Clericum; Nam postea acta non modo essent nulla, sed & illicita, ex quibus Judex puniri deberet, ut per Bald. ubi sup.

Ex † quibus ut obiter dicam apparet, falsum esse, quod Genuen. loco mox citato subdit, ex confessione coram laico facta, posse Clericum in curia Ecclesiastica torqueri, quasi illa habeatur loco extrajudicialis confessionis, hoc enim nullatenus est admittendum, tum ob omnimodam Judicis laici incompetentiam, tum ob alias rationes, quas uti ad rem nostram impertinentes, reticeo, videri tamen poterunt, post antiquiores, penes. Marsil. *in repet. d. cap. at si Clerici numer.* 127. *cum plur. seqq.* qui satisfacit obiectis Decii ibidem contrarium defendentis, & hanc nostram sententiam sectatur ibi. Burgos. *numer.* 44. *in fin.* Diaz. *in pract. crimin. can. cap.* 126. *num.* 8. latè Blanch. *in tract. de indic. & tortur. num.* 214. *cum pluribus seqq.* Carrer. *cum per eum congestis in pract. crim.* §. *septimum indicium nu.* 13. Ricc. *decis.* 81. *nu.* 7. *ubi de com. par.* 4. Tota itaque controuersia in casu nostro reduci poterat ad mercedem satellitum pro actu remissionis, necnon ad salarium Cancellarii pro copia processus coram se compilati. 11

Et quidem mercedem Birruariorum non recusabat Prosper soluere, † tametsi prætendere potuisset in casu nostro, illam ad d. D. Judicem spectare per doctrinam. Aufrer *in addit.* ad Capel. Tholos. *decis.* 274. ubi tradit, Judicem morosum in remittendo Clericum Episcopo repeten- 12

ti, vel reum appellantem ad Judicem appellationis remissionem petentem, teneri postea propriis expensis remissionem facere, & ita in facti contingentia judicatum fuisse refert,
13 eumque sequitur. Boer. *decis.* 303. *num.* 12. subdens † è conversò Episcopum requisitum ad recipiendum Clericum sibi remittendum, si fuit negligens, vel morosus, teneri ad expensas per Clericum postea in carcere factas, ac in itinere faciendas, quas tamen à Clerico recuperabit, si fuerit solvendo, ut ubi per eum.

Expensæ autem copiæ actorum ineptè petebantur, quia Iudex laicus tenetur omnia acta originalia consignare ordinario, una cum carcerato pro necessaria reintegratione Iurisdictionis Ecclesiasticæ violatæ; ita ut in Curia laica nullum remaneat vestigium processus contra Clericum fabricati, ut pluries. *Sac. Congregatio super controversiis Jurisdictionalibus*, determinavit. Sed quod ineptius est: etiam si dandum fuisset exemplar intempestivè prætendebatur merces, cum nondum dicta copia exarata, imò nec inchoata quidem esset, & multò irrationabilius sub isto clypeo prætendebat D. Iudex d. Clericum in vinculis retinere, seque dictarum expensarum Iudicem facere; quia etiam si copia dictorum actorum danda foret, & in promptu offerretur, illius tamen mercedis, seu expensarum taxatio, non ad laicum, sed ad Iudicem Ecclesiasticum spectaret; sicut in
14 simili videmus, in † clericum in causa civili, quam habet in curia sæculari, dolosè differentem usque ad sententiam, vel executionem allegare clericatum, teneri quidem secundum aliquos ad expensarum refectionem, ut per Bellamer. *decis.* 226. Felyn. *in cap. exceptionem circa princip. extr. de exception.* Dec. *consil.* 241. Asin. *in prax.* §. 32. *ampliat.* 61. *numer.* 1. quos refert, & sequitur. Gratian. *tom.* 1. *disceptat. forens. cap.* 190. *numer.* 18. quibus addo Natt. *consil.* 495. *numer.* 18. (cujus tamen contrarium Mart. *de jurisdiction. part.* 8. *cas.* 102. *numer.* 14 *& seqq.* pulchrè de-
15 fendit) non † tamen condemnationem, vel taxationem fieri posse per laicum judicem; coram quo lis fuerat introducta, & qui etiam super isto emergente est incompetens, sed per Iudicem Ecclesiasticum. Abb. *in cap. si diligenti col.* 1. *de for. compet.* pulchrò Decius *cons.* 240. cum aliis per Farinacc. congestis *in qu.* 8. *num.* 17. & Gratian. *d. cap.* 190. *nu.* 20. ubi post alios testatur hanc esse magis veram, & tutam opinionem, quibus addo. Caravit. *super Ritib. magnæ Curiæ ritu* 65. *nu.* 8.

Statim itaque erat Prosper remittendus, nec expectandum, ut acta exemplarentur, si d. Iudex censuras evitare volebat, juxta deducta in præcedenti decisione.

16 Sed † & multo minus debebatur mulcta, in qua, ratione contumaciæ D. Iudex condemnaverat eundem Prosperum, antequam innotesceret illum esse clericum, & ob quam etiam d. Iudex remissionem procrastinare satagebat: cum nec possit clericus expressè, nec tacitè Iurisdictionem laici prorogare, *cap. si diligenti de foro competent. cum similibus*, & quidquid factum est; eo ipso quod de clericatu constat revocati debeat, *argum. cap. at si Clerici de judic. & dict. cap. si diligenti*; ultra quod cum contumacia sit delictum, ut per glos. *in leg. si quis ff. de interrogator. actio.* si Iudex laicus exigeret mulctam, hoc esset clericum pro delicto punire contra text. *in cap. nullus Judicium ii quæst.* 1. *cap.* 1. *extr. de Cleric. conjug. in* 6. & contra omnia jura de mundo, & ex his, & aliis ita in puncto firmavit Speculat. *in titul. de citat.* §. 1. *ver. sed pone quod Judex numer.* 20. & Bald. *in leg. ex quæcumque numer.* 7. *ff. si quis in jus voc. non ter.* & in terminis nostris Guid. Pap. *decis.* 450. Gram. *voto* 18. *num.* 9. *& seq. &* melius *voto* 25. *per totum*, ubi votavit contra curiam laicam, quæ in actu remissionis clericis prætendebat similem mulctam, cum aliis, quos refert, & sequitur, ac pluribus comprobat. Caravit. *super Ritibus magnæ Curiæ ritu* 65. *à numer.* 1. *usque ad* 8. Cæph. *consil.* 350. *numer.* 29. *& seq. vol.* 3. Corn. *consil.* 49. *numer.* 1. *vol.* 7. Thesaur. *decis.* 265. *numer.* 2. Mart. qui alios congerit *de jurisdiction. part.* 4. *cas.* 103. *num.* 7. *&* 8.

ARGUMENTUM.

Clerici concubina, vel mulier ab eo cognita à quo judice puniatur.

Laicus an & quando ratione juris connexi, clerici privilegio fruatur.

SUMMARIUM.

1 *Laicus cum Clerico delinquens, in quo foro puniatur.*
2 *Concubina clerici est mixti fori.*
Intelligе in concubina publica nu. 5.
Secus in occulta, vel muliere à Clerico cognita nu. 4. & n. 7. 8. & seqq.
3 *Laicus monialem cognoscens ab utroque foro puniri potest.*
4 *Mulier de fornicatione habita cum clerico punitur ab Episcopo.*
5 *Concubina publica clerici an à sæculari puniatur.*
6 *Concubinatus publicus quando dicatur remissivè.*
7 *Mulier turpiter clerico adherent in Ecclesiam peccat.*
8 *Principes nihil contra clericorum statum attentare possunt, etiam indirectè.*
9 *Clericorum turpitudinem publicàs sententia Cam damnatur.*
10 *Constantinus Imperator clamide sua cooperire optabat clericos peccantes.*
11 *Sacerdotes etiam mali venerandi sunt.*
12 *Concubinatus quo jure prohibitus.*
13 *Statutum laicale contra concubinas Clericorum an valeat.*
14 *Statutum vel consuetudo in obbrobrium cleri non tenet.*
15 *Monialem cognoscens quot, & quæ crimina committat.*
16 *Filius perditionis vocatur.*
17 *Pœnam mortis incurrit.*
18 *Laicus propter connexum interesse Clerici eximitur à sæculari Jurisdictione.*
19 *Nominatione clerici facta, ab eoque acceptata, an & quando causa avocetur à Judice laico remissivè.*
20 *Mandans vel mandatarios clerici punitur in foro Ecclesiastico.*
21 *Cohæredes quorum alter unus est clericus, omnes coram Ecclesiastico conveniuntur.*
22 *Alimenta si petuntur à pluribus hæredibus, quorum aliquis sit clericus, adeundus Judex Ecclesiasticus.*
23 *Cohæredes de divisione altercantes, si unus ex eis sit clericus, tota causa in foro ecclesiastico judicatur.*
24 *Executores testamenti, in quibus sit etiam clericus conveniuntur coram Episcopo.*
Modicum prædii emphiteotici trahit ad se majorem allodialis, cum quo est unitum.
25 *Statutis laicorum non ligantur laici propter jus individuum quod habent cum clerico*
26 *Appellatio seu reductio à sententiam vel laudo lato à pluribus, quorũ aliquis sit Clericus, petitur coram Ecclesiastico.*
27 *Immunitate non gaudet laicus ex persona clerici, ubi jus est dividuum, secus in jure individuo n.* 29.
Utilitas Publica propter clericorum privilegia, vacillare non debet.
28 *Judex Ecclesiasticus cogit fratres laicos ad dividendum cum clerico.*
29 *Laicus immunitate clerici gaudet in materia individua.*
30 *Hospitandi immunitate potitur laicus propter clericum cum eo habitantem.*
31 *Præscriptio in re communi inter Ecclesiam & laicum non currit nisi uti in bonis Ecclesiasticis.*
32 *Duplicibus judiciis contra clericum, & laicum agitur tantum in curia Ecclesiastica.*
33 *Laicus, & clericus in individuis conveniuntur coram Ecclesiastico.*
34 *Fori electionem, an & quando laicus habeat propter clericum litis consortem.*
35 *Major ratione connexitatis gaudet beneficio restitutionis in integrum cum minore.*
36 *Major cum ipso minore litigans, in integrum restituitur sicut eius adversarius.*
37 *Connexitatis ratione quando quis alterius gaudeat beneficio, remissivè.*
38 *Habent causam communem cum vidua participat de privilegio electionis fori.*
39 *Ridiculus casus à Barbatia relatis.*

DECISIO XIX.

RE nuebat D. Judex mulierem cum Clerico repertam, & secum ad laicales carceres ductam una cum illo remittere; imò eam uti laicam & subditam punire intendebat, quamvis enim fateretur † in puncto juris secundum magis 1
communem opinionem, quando laicus simul cum Clerico delinquit, ratione connexitatis delicti, & ne continentia

cau-

causæ dividatur nevè contingat sequi super eodem delicto sententias contrarias,& demum quia magis dignum trahi ad se minus dignum, utrumque deberi à Iudice Ecclesiastico judicari ; ut originaliter sensit. Anton. de Prato *veteri in l. 1. in fin. ff. quæ sent. sine appellatione rescind.* Socc. sen. *num. cap. 2. col. 4. ver. octavo fallit de mutuis petit.* Felyn. *in cap. 1. col. 3. ver. & dixit* D. Anton. *de præscrip.* cum aliis relatis per Mo-ran. *de ordin. judic. par. 4. distinct. 11. num. 22.* & per Ios. Ludov. *dec. lucen. 26. numer. 18.* & per Boss. qui testatur de communi opinione *in titul. de foro comp. nu. 116. in fin. & nu. 110. & 114. & seqq.* & per Menoch. *de arb. judic. cas. 371. nu. 13. in fin.* ubi hanc dicit, esse magis receptam opinionem, licet vix à Iudicibus laicis servetur, ut per Scac. *de Jud. lib. 1. c. 11. nu. 24.* qui etiam de magis communi opinione, & per Farinac. *qu. 8. nu. 151.*

Dicebat tamen in praxi generaliter, saltem de facto, contrariam opinionem servari,ut si Ecclesiasticus non præveniat in captura laici sic delinquentis, possit is puniri a Iudice laico, ut post alios, quos refert tradit. Farinac. *ubi supra*, & Bajar. ad Clar. *in §. final. qu. 36. nu. 29. & seq.*

2 Et † signanter concubinam Clerici non gaudere privilegio fori (cum ex turpitudine commodum reportare minimè debeat contra dispositionem *leg. si ab hostili §. 1. ff. solut. matr.)* vel saltem ab utroque foro puniri posse, ut sit locus præventioni, & sic etiam nanciscatur forum Ecclesiasticum duntaxat in sui odium, tenet, Marian. Socc. sen. *in cap. 1. sub nu. 21.* & ibi Aretinus *de foro comp.* Dec. *in leg. cum quædam puella nu. 17. ff. de jurisd. omn. iud.* & ibi Cagnol. *num. 30.* Dec. cum relatis *in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 65. tom. 1.* Sicut in

3 simili videmus † laicum, cum moniali fornicantem, ab utroque Iudice puniri, & esse locum præventioni, ut latè, & pulchrè, discusso articulo, resolvit post alios Osasch. *dec. pedem. 103. per totam*, cujus rationes optimè casui nostro convenire videntur.

4 Contrarium tamen in terminis nostris est verius, † nempè mulierem de copula habita cum Clerico, vel sacerdote, modo non sit ejus Concubina notoria & publica, à Iudice laico puniri nequaquam posse, sed Ecclesiastico foro privativè subiacere, textus cum glosa magistrali in *cap. eos in verbo indulgemus 32. dist.* & ibi Archid. Gemin. & Card. idem tenet Abb. *in cap. si concubinæ*, per illum tex. *in princ. de sent. excomm.* Petr. de Anchar. *in capit. ea quæ, sub num. 26. in fin. de reg. iur. in 6.* ubi dicit, se de hoc fuisse consultum à Principe Carolo de Malatestis, Tu dic, quod habetur in ejus *consil. 196. mag. & Illustris* ubi, articulo ad partes discusso, ita consuluit, idem firmat. Federic. de Senis *consil. 167. num. 1. &* 4. quem sequitur, Ant. de Butr. *in cap. cum sit generale num. 20.* & ibi Abb. *num. 35.* & Felyn. *num. 12. & 14.* & Aret. *de foro comp.* August. de Arimino in add. ad Angel. de Malefic. *in ver.* che hai adulterato la mia Donna *nu. mihi 36.* Roman. *sing. 258.* Abb. *in cap. si concubinæ* per illum text. *num. 1.* & ibi Felyn. *in princ. de sent. excom. idem* Abb. *in cap. ut clericor. n. 7. de vit. & honest. cleric.* Ias. *in l. cum quædam puella in princ. ff. de Iurisdict. omn. Iud.* Marsil. *sing. 180. in fin.* ubi ait, hanc doctrinam esse menti tenendam, Aufre. *de potest. Judicis sæcular. in Eccles. reg. 2. num. 34. quem vide.* Soc. *in leg. cum sen. in fin. ff. de rebus dub.* Boer. cum per eum relatis in *decis. 72. num. 1. & seqq.* Aufrer. qui plures citat *de potest. sæcular. reg. 2. num. 34.* Vulpell. *in tract. de libert. Ecclesiast. part. 3. num. 27.* Io. de Platea *in leg. 1. C. de mulier. & in quo loco libr. 10.* Marqua. *in tract. de cælibat. p. 3. cap. 1. num. 10. & 12.* Arnon. *problema 81.* Prosp. Petra *in addit. ad.* Capic. *decis. 102. litera A.* & cum hac opinione residere videtur. Dec. *loco superius citato eod. num. 56.* quatenus eam ultimo loco recenset, *& lib. 4. cap. 26. num. 25. eodem tom. 1.* & apertiùs *in tom. 2. lib. 6. cap. 21. num. 37.* sic in effectu tenet in terminis nostris, licet soleat in contrarium adduci, Bossius *in pract. titul. Coitu damnat. & puni. num. 16. & 18. & ibidem num. 11.* fatetur se nunquam vidisse Presbyterorum concubinas in foro sæculari puniri; eandem opinionem novissime firmat Bellett. *disquis. cler. tit. de favore cler. §. 4. num. 49.* ubi subdit, propterea solum Iudicem Ecclesiasticum posse illas expellere, domibus Clericorum, eisque prohibere sub pœna fustium, aliisque pœnis de non amplius cum Clericis habitando, vel conversando, & Durand. *in Bullam Cœnæ Domini lib. 2. canon. 15. quæst. 27. num. 16. &* 17. Mart. *in tract. de Iurisdict. part. 4. cas. 45. num. 15. & seqq.* Sayr. *in Clavi regia lib. 8. cap. 2. num.* 14. Marien. *lib. 6. glos. 2. tit. 8. lib. 5. novæ recopil.* Carol. de Grass. *de effect. clericat. effect. 1. nu. 181.* Caballin. *ad constit.* Marchiæ *lib. 4. c. 69. verb. fornicationis n. 2.* & quamvis Bossius *loco citato* se restringat ad mulieres solutas, quæ commiscendo se sacerdotibus committunt duntaxat simplicem fornicationem, secundum opinionem, quam ipse communem fatetur, quam etiam pluribus adamussim congestis tenet. Decian. *in tract. crim. to. 2. lib. 6. cap. 20. nu. 10.* secus autem in nupta, vel consanguinea, eumque sequatur, Farinac. *in tit. de inquisit. quæst. 8. sub num. 132.* qui ait hanc opinionem non modo veriorem esse, sed & magis practicatam Nihilominus, pace sua, ego vidi per totam ferè Italiam servari hanc nostram communem sententiam ut nempè Judices sæculares non se ingerant in puniendo mulieres etiam conjugatas pro copula habita cum Clerico; quod tamen sit dictum ex abundanti, quia in casu nostro agebatur de meretrice, & sic omnis cessabat amaritudo, & in omnem casum, ut ex adductis apparet sententia ista tot habet sectatores, ut temerarium est in praxi ab ea recedere.

Est verum, quod † complures ex præfatis DD. sequendo 5 distinctionem Petri de Ancharano locis cit. limitat dictam crebriorem Doctrinam in concubinis publicis clericorum, quas dicunt esse mixti fori, & posse etiam à Judice laico puniri, provt etiam Afflict. *in constitut. Neap. lib. 3. sub 48. num. 9.* quod & ego in puncto juris puto verius, quia tunc Prælatus permittendo concubinatum publicum, dicitur indulgere, licet re vera neque isto casu in praxi viderim unquam per curiam sæcularem procedi, sed potius Principes, vel magistratus laici solent admonere Prælatos, ut provideant, & scandala hujusmodi de medio tollant, † quæ autem requirantur 6 ad hoc, ut concubinatus dicatur publicus, vide post alios per Dec. *in tract. crim. tom. 2. lib. 5. c. 21. nu. 9.* & per Farinac. *de delict. carn. qu. 138.* ubi latissimè.

Sed † revertendo ad terminos quæstionis nostræ in qua 7 agebatur de muliere casualiter à Clerico cognita, vel saltem de secreta concubina, moventur supra relati DD. ad tenendum illam puniri debere duntaxat ab Ecclesiastico pluribus rationibus, potissimum autem, quia dictæ mulieres turpiter Clericis inhærentes, in Ecclesiam peccant *cap. si quispiam* & ibi glos. *fin. & Archid. 81. dist. c. cum multæ 15. quæst. 8. glos. in cap. eos, qui in fin. 32. dist. Panor. in d. cap. si concubinæ de sent. excomm.*

Et tanquam Clericis adhærentes, sequuntur eorum forum glos. *in c. eos 32. dist.*

Secundò, † quia contra statum Clericorum nihil à Princi- 8 pibus sæcularibus directè, vel indirectè attentari licet *c. 1. de Immun. Eccles. in 6.* dixi latè *in decis. 12.* At si hujusmodi mulieres punirent, propter connexitate delicti infamarentur etiam clerici saltem de facto *c. tantis Daniel. 80. distinct.* & vituperaretur ministerium Ecclesiasticum, & Clerici scandalizarentur per laicos,quibus oppidò infesti sunt *cap. laicos 2. qu. 7.*

Clerici autem Dei legatione funguntur, † & ut Patres ha- 9 bendi sunt, unde laicus eorum turpitudinem indirectè manifestans, sententia Cam filii Noè iure ac meritò *damnatur c. qualis & c. oves 7. qu. 1.*

Quamobrem † & Constantinus Imperator dixisse legi- 10 tur, quod Clamide sua cooperiret clericum peccantem, ne ab alio videtur *capit. in scripturis 96. dist.* Et in ipsis Deus spernitur, & Jesus iterum crucifigitur dixi in *decis. 45. numer. 40.*

Sed & hæc quidem præter scribentes confirmari possunt ex illis notatu dignissimis verbis in concilio Aquisgranense, Ludovico Pio Imperatore, celebrato promulgatis † *licet Sa-* 11 *cerdotes in multis sint negligentes, non tamen vituperandi, nec dispiciendi: sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi, ac congruo honore venerandi.* Quod & Apostolus Paulus etiam cum Sacerdotibus antiquæ legis jam reprobatis, fecisse legitur, quando de mandato Ananiæ Sacerdotis percussus, dixit in eum *Percutiet te Deus, paries dealbare, actorum 23.* ubi tamen illi innotuit Ananiam esse Sacerdotem, statim se excusavit, ne in Sacerdotem peccasse videretur, quod perpendens D. Cyprianus *Epist. 2. de Cornelium Papam* sic exclamat. *Quamvis Domino iam crucifixo sacrilegi, & impii, & cruenti illi esse cæpissent, nec iam quicquam de Sacerdotali honore, & auctoritate retinerent, tamen ipsum quamvis inane nomen, & umbram quadam Sacerdotis excogitans, expavit; Nesciebam, inquit, fratres, quod Pontifex esset*; quanta igitur Sacerdotibus Evangelicis reverentia est exhibenda.

Tertiò moventur, † quia concubinatus de jure civili 12 promissus est *tot tit. ff. & C. de concubin.* Aret. *in leg. ex parte §. mulier de verb. obl. scribentes in l. cum quædam puellam*, ubi

Iaſ.*nu.*19.& Dec.*nu.*16.*& ſeq.ff. de iuriſdict. omn.iud.* Affict. & Gramat. *in conſtit. rei maieſtatis noſtræ* Decian. *tom.*2. *lib.* 2.*c.*21.*nu.*37. Marian. Soc. *in cap.cum ſit generale ſub num.*24. *de foro compet.*

Sed illius prohibitio ab Eccleſia originem ſumpſit *cap. nemo ſibi blandiatur* 32. *quæſt.* 4. Ideo iſtud eſt crimen merè Eccleſiaſticum Abb. *in cap. cum ſit generale de foro compet.* qui refert Goffredum Doctorem antiquum hoc tenuiſſe, & tradunt Canoniſtæ omnes *in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. in verb. penitus arcere*, & hac ratione utitur etiam in terminis noſtris Ioan. Andr. *in regula ſine culpa de reg. iur. in* 6. de quo tamen articulo vide Farinac. *delict. car. quæſt.* 138. *num.* 10.*& ſeq.*

13 Ex quibus etiam à fortiori firmant Doctores, † non poſſe Principes ſæculares facere ſtatutum contra hujuſmodi mulieres Clericis ſe miſcentes, eorumque concubinas, propter connexitatem Clericorum, qui tali ſtatuto infamarentur ut per Petr. de Anchar. Decian. Bellet. Duar. & alios locis citatis, quibus addi poteſt Felyn. *in c. Eccleſia S. Mariæ in repetit. q.* 16. *extra de conſtit.* pulchrè Anchar. *in c.ea quæ* 2. 6. *n.* 28.*& 29. de reg. Iur. in* 6.

Et quamvis nonnulli ex prædictis Doctoribus hanc etiam concluſionem, provt ſuperiorem limitent, quoad publicas concubinas Clericorum, contrarium tamen jure meritò defendit Marta *in tract. de iuriſdict. quæſt.* 4. *caſu* 44. *num.* 11. *& ſeq.* Negari quippè non poteſt, quin per hujuſmodi ſtatutum de facto infametur ordo clericalis, & in mentibus fidelium ſcandalum generetur, perſonarum, Eccleſiaſticarum crimina, & mali mores ſi qui detegantur & proindè non valet *cap. Præsbyter* 2. *qu.*5. *c. ſi mala fama eodem tit.* Iaſ. *in d. l. cum quædam* Puella *col. fin.* Felyn. *in c. Eccleſia S. Mariæ nu.* 102.

14 *extra de conſtit.* † qui ait, non valere ſtatutum, vel conſuetudinem emanantem ad obbrobrium Cleri Bertachin. qui alios congerit *in tract. de Gabell. in* 7.*p. princ. n.* 15. Mart. ubi ſupra *num.* 14.

Non obſtant ſuperiùs in oppoſitum adducta; falſum eſt enim hinc mulieres præfatas præmium ex delicto conſequi, quoniam imò potiùs in ſui odium debent Eccleſiaſtico foro ſubeſſe, in quo & ſæpius, & gravius puniuntur, quam punirentur à laicis Judicibus, ut experientia compertum eſt.

Ac proindè ceſſat id, quod de cognoſcente monialem

15 dicebatur † is enim plurima committit ſcelera, videlicet ſacrilegium, inceſtum, Adulterium, & ſtuprum. Marti. *in leg.* 1.*poſt nu.*36.*C. de repet.* Vig. Dec. *conſ.*338. *num.*1. *& conſ.*611. *nu.* 2. Grilland. *de pœn. omnif ar. coit. qu.*1. *num.* 11. *ver. quæro quot crimina* Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.*10. *nu.*1.*& per totum*, nbi teſtatur de comm. & plurima in hujus criminis deteſtationem tradit Diaz. *in pract. crim.can. in ver. monialibus cap.* 81. *nu.* 1. & ibi Lopez *in addit.* etiam de communi Menoch. *de arb.iud.caſ.*389.*nu.*22.*& ſeqq.* Cabal. *reſolut.crim.caſ.* 200.*nu.*71. ubi etiam de comm. Farinac. cum congeſtis *de delict. carn. q.*145. *num.* 6. ubi refert Bernon. *de publ.concubin. in præfat.nu.*23. dicentem, hoc caſu committi etiam crimen con-

16 tra Naturam † quo fit, ut hujus criminis Rei ab Apoſtolo filii perditionis vocentur, ut expreſsè deciſum fuit in concilio Aurelian. *de quo in c. ſciendum* 27.*q.*1.

17 Et † ſic pœna mortis ſunt plectendi §. *penul. in Authen. de Sanctiſs. Epiſc.* qui textus canonizatas eſt *in cap. ſi quis rapuerit.* 27. *quæſt.*1. & tradunt communiter ſcribentes congeſti per Decian. Menoch. Cabal. & Farinac. locis proximè citatis.

Unde ſi à ſæculari Judice puniri non poſſent, ſed duntaxat ab Eccleſiaſtico, utique pœnam mortis, imò & ſanguinis effugerent, & ſic delicti gravitas in eorum favorem retorqueretur, quod cum abſurdiſſimum eſſet, meritò non habetur in conſideratione regula illa, quæ habet, magis dignum trahere ad ſe minus dignum, quod abſurdum, ut dicebam, in caſu noſtro omninò ceſſat. Ita ut mulieres cum clericis peccantes, non propter illarum favorem, ſed propter connexum honorem, & intereſſe Clericorum à laico Judice pro hujuſmodi facinore plecti nequaquam poſſint,

18 † Semper enim quando præjudicium laici redundat in Clericum, & utriuſque intereſſe connexum eſt, eximitur laicus à ſæculari juriſdictione, non propter ſemetipſum, ſed propter Clerici privilegium, quod aliàs vulneraretur, ut deduxi *in deciſ.* 24. *num.* 11. *& ſeqq.* ubi latiſſimè probavi,

19 † quod facta nominatione Clerici à laico in foro ſæculari in caſu, quo judicium ſubſtantiatur in perſona Rei nominantis, Clericus laudatus, ſeu nominatus totam cauſam ratione connexitatis trahit ad tribunal Eccleſiaſticum.

Hinc † eſt, quod ſi Clericus mandavit delictum laico, & 20
è contra, quo caſu mandantis, mandatarii dicitur unum, idem crimen, & perplexitas cauſæ impedit proceſſum plurium judicium ad Natt. *conſ.* 135. *nu.* 1. *ver.* 3. *dicitur*, utique tota cauſa in tribunali Eccleſiaſtico cognoſci debet, ut benè firmat, & à contrariis defendit, Marta *in tract. de iuriſdict. p.*4. *caſ.* 119. *per totum*, licèt fortè à Judicibus laicis de facto malè ſervetur.

Hinc † etiam, ſi inter plures cohæredes adeſt aliquis Cle- 21
ricus, omnes pro eadem cauſa communi, conveniendi ſunt coram Judice Eccleſiaſtico Bar. *in l. præcipimus*, §. *eodem obſervando C. de appell. & in l. ſolent. ff. de alim. & cib. lega.* Felyn. *in c.* 1. *nu.* 6. *de præſcrip.* Marant. *de ordin. Jud. p.*3. *diſt.* 11. *nu.*21. Benzon. *de cenſuris to.* 1. *diſp.*16. *lib.*5. *c.*1. §. *præter juris canonici diſpoſitionem ver. hæc difficultas.*

Alias, etiam ſi non opponatur, judicium eſt nullum, nec proceſſus ſuſtineri poteſt, etiam quo ad ipſos laicos, ut poſt antiquiores in facti contingentia pulchrè deciſum fuit per Rotam Rom. apud Card. Seraph. *dec.*957. *per totam*, idemque tradit & concordantes refert. Farinac. *de Inquiſit. q.*8. *n.* 151. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*4. *c.*641. *nu.*3. *& num.*19. *&* 20. Scaccia atteſtans de magis comm. opin. *in tract. de judic. lib.*1. *c.*11. *num.*24. cum aliis per eoſdem latiſſimè cumulatis, † & ego bis Genuæ, & alibi pluries practicavi. Quod- 22
que ſi plures cohæredes, quorum alter eſt Clericus conveniantur pro alimentis, adeundus ſit Judex Eccleſiaſticus: Bar. *in l. ſolent. col. ult. verb. ſed ponamus ff. de alim. & cib. lega.* Felyn. *in c.* 1. *nu.*6. *de præſcript.*

Quod † prædicti hæredes in diviſione facienda diſcepta- 23
rent; per Judicem Eccleſiaſticum eſſet controverſia dirimenda, Bar. *in l. ſolent col. pen. ff. de alim. & cib. legat.* Marſil. *in repet.* Rubr. *ff. de fidejuſſo. num.*143. Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.*520. Grat. *diſcept.* 641. *num.*3. *&* 4. Card. Seraph. *dec.* 957. *numer.* 2. & me hoc loco citato ſub nomine Moder. Aſſiſien. dixit Rota *in Ariminen. Salviani* 19. *Junii* 1643. *coram Bichio*, in qua approbavit ſententiam in illa cauſa à me in prima inſtantia latam, dum eſſem utriuſque Signaturæ Referendarius.

Sic † ſi Clericus, & laicus eſſent ſimul dati, executores 24
teſtamenti; ante Judicis Eccleſiaſtici tribunal conveniendi erunt. Ad text. *in c. Joannes* ubi Zabarel. *extr. de teſtament.* Alex. *in l. præcipimus C. de appell.* Barbat. *in rubr. de offic. de leg. col.* 2. Jaſ. *in l. ſi emancipati col.* 4 *in princip. C. de collat.* Marant. *d. p.* 4. *diſt.* 11. *n.*19. Marſil. *in repet. rubr. de fidejuſſ. nu.*152. *in fin.* Carol. de Graſſ. *de elect. cler. effect.* 1. *nu.*494. Benzon. *de cenſ. tom.*1. *diſp.*16. *lib.* 3. *c.*1. §. *præter juris can. diſp. ver. hæc difficultas.*

Hinc † etiam laici non ligantur ſtatutis laicorum reſpectu 25
juris individui, quod habent cum Clericis. Aret. *conſil.*25. *ſub num.*3. *ver. circa ſecundum* Rocch. de Curt. *intra de conſuet. ſect.* 8. *num.*62. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *l.* 2. *capit.* 35. *ſub num.* 6. *ver. amplia quod imò*. Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 2. *num* 55. Hinc pariter ſi modicum prædii emphiteotici Eccleſiæ unitum ſit cum magno allodiali prædio tanquam magis dignum trahit ad ſe totum, & efficit, ut ſit locus Egidianæ Rot. *in dict. Ariminen. Salviani*, in qua citatur alia *Arimin. Spolii* 10. *Decembris* 1629. *coram Motem anno*, ubi redditur ratio, quia in connexis pars appellabilis trahit ad ſe partem non appellabilem, Franch. *in cap. ſi duobus num.*7. *de appellat.* præter aliam rarionem ibi à doctiſſimo Bichio allatam.

Hinc † rurſus facto compromiſſo in clericum, & laicum 26
ſimul; reductio ad arbitrium boni viri petenda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, qui de ea cognoſcet, non obſtante, quod litigatores, & alter ex arbitris ſint laici, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ita Bald. *in leg. præcipimus in fin. Cod. de appellat.* Roman. *conſ.*245. Iaſ. *in l. Imperium col.* 4. *verſ. ſeptimo ff. de juriſdict. omn. jud.* Marant. *par.* 3. *diſtinct.* 11. *num.* 18. Idemque tenet, & ampliat etiam in appellatione interponenda à ſententia duorum Iudicum, quorum alter ſit Clericus Marian. Soc. *in repet. cap. prudentiam num.* 3. *extra de mutuis petit.* ubi alios *concordantes* citat, & inquit hoc dictum eſſe ſingulariſſimum, & memoriæ commendandum, quia quotidiè poteſt contingere, & honorem quam maximum, & utile, etiam afferre, & antè eum idem tradidit. Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis in appellatione ff. de appell.* ſequitur Felyn. *in cap.* 1. *ſub num.* 6. *extr. de præſumpt.* Igneus *in leg. neceſſarios* §. *non alias ſub num.* 8. *ff.* ad Sillanian. Marant. cum relatis *p.* 4. *diſt.* 11. *n.*18. *&* 20. plures etiam refert, & ſequitur

Carol.

Carol. de Graff. *de elect.cler. effect.2. numer.*497.& Caballin. *super constit.* Ægidia.*lib.5.c.1.glos.*1.ex quibus apparet hanc esse communem opinionem ; quicquid secus dixerit Roland. *consil.* 24. *in fin.lib.* 4. nec sustentari potest opinio Aufrer. *in tract.de iurisd.Eccles.super laic.num.*13.*in* 3.*tom.tract. diverf. par.*1. dicentis secus esse , quando Ecclesiasticus non judicat uti talis, sed alio respectu , quia id confunditur ex proximè dictis in compromissariis.

27 Hinc † pariter tametsi in materia dividua fratres laici non gaudeant immunitate ex persona fratris clerici , cum quo bona habent communia pro indiviso , ut per Speculat *in tit. de cleric. coniug. in rubr. numer.* 14. *& seq.* Antibol. *in tract. de Muner.in* 3.*p.princ.num.*109.*inter tract.diverf.tom.*12.Ferret. de Gabel. *numer.* 436. cum aliis relatis per Carol. de Graff. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 86. *& seq.* quia propter privilegia Clericorum non debet publica utilitas vatillare *arg.l.2. in fin. C. de privil.scholar.lib.*12.

28 Adeo † ut Judex Ecclesiasticus ex officio cogere possit laicos ad dividendum bona , ad effectum , ut sciri possit, quota sit portio , pro qua collecta est solvenda Specul. *in titul. de cleric.coniug.*§.1.*ver.ad huius autem , & ver.seq.* Capra *regul.* 96.*nu.*7.Leo.*in repet.l placet num.*5.*C.de sacrof.Eccl.*facit text. *in l.*1. *&* 2. *C. quan. & quibus quarta pars deb. ex bonis decur. lib.* 10. Secus tamen est in materia individua , tunc enim fratris laici ex persona clerici immunitate gaudent *d. leg. si communem*, & ibi Ang. *ff. quemadm.serv. amitt.* cum concordantibus allatis per Dec. *in auth.cassa col.* 2. *C. de sacrof. Eccles.*Niger.*in extravag.unica de vita,& honest. cleric.nu.* 263. refert , & sequitur in istis terminis Marta *in tractat. de iurisd.par.*4.*casu* 12.*num.*4.quibus addo Specul. *loco proximè citato* Natt.*consil.*280.*num.*3.*vol.*2.& melius *cons.*1. *num.*10. *& cons.*54.*num.*2.*vol.*1.latè Rimin. jun. *cons.*724. *num.*47. Surd.

30 cum per eum relatis *cons.*301.*num.*80.*vol.*3. Exemplum † afferri potest in munere hospitandi , à quo cum sit immunis clericus , essent quoque exempti fratres in eadem domo habitantes , nam si secus fieret nec ipsi clerico in communione habitanti , talis prodesset Immunitas . Jo. de Arnoni. *singul.* 83. Marsil. *singul.* 180. *num.* 3. Leo *in repet. l. placet num.* 30.*C.de sacrof.Eccles.*ubi ad hoc citat textum *in cap.* 1. *de Immun.Eccles.*& benè faciunt Natt.Surd.& alii per me proximè adducti.

31 Hinc † itidem , si laicus habet rem communem cum Ecclesia , non erit locus præscriptioni adversus eum,nisi tantum temporis effluxerit , quantum ad rem Ecclesiæ præscribendum requiritur. Ias. *in l.si emancipati num.* 17.*C. de collation.* Natt.*cons.*590.*col.fin.*Surd.*c.consil.*301.*sub num.*83. quibus addo Innoc.& Panormit. *in cap. ad audientiam de præscript.* & Marsil. *singul.* 180.

32 Hinc † similiter si contra plures agendum esset duplicibus judiciis , videlicet familiæ herciscundæ , communi dividundo , finium regundorum , & eorum alter esset clericus ; vel ex pluribus tutoribus, aut curatoribus ejusdem tutelæ vel curæ , aliquis esset ordinibus initiatus : pro causis prædictis cum contra clericos , tum contra laicos , adeundus esset Judex Ecclesiasticus ut per Marian. Socc. *in repet. capit. prudentiam sub num.* 30. *in fin. extra de mutuis petit.* ubi ait , ita concludendum esse in cæteris aliis similibus causis , & casibus, sequitur Felyn. *in cap.*1.*nu.*6.*ad medium de præscript.* ubi inquit,hoc esse importantissimum,& ab alio non tactum : refert identidem . Ferrat.*cautel.* 10.*in c. si contingat* Gratian. *tom.*3.*discept.forens. c.*641.*nu.*6. ubi de pluribus contutoribus . latissimè agit.

33 Et † generaliter in materia individua clericum;& laicum simul esse coram Ecclesiastico conveniendos . Matthesilaus *in notab.* 144.*ver. si in causa individua* , & ante eum Bar. *in leg. præcipimus* §.1.*C. de appellat.* (quamvis ipse contrarium senserit *in leg.* 1.*ff. de collect. illicit.*) Marian. Soccin.ubi supra .

34 Hinc † si inter litis consortes adest clericus , vel alius habens privilegium electionis fori , omnes ratione connexitatis eodem gaudent privilegio , ut latè , & egregiè tradit Vivi.*dec.* 521. qui testatur ita Romæ fuisse decisum in signatura Justitiæ coram D. Card. Sfortia , & ego qui post hæc scripta uti S. D. N. referendarius in signatura semper ad sum : testari possum in hoc supremo tribunali ita passim practicari : sequitur Riccius *decis.*179.*in fin.par.*3.ubi etiam multipliciter exornat , & Novarius post hæc scripta impressus *in tract. de elect.* & Variat. *fori qu.* 45.*sect.* 1. qui etiam exornat , & tripliciter limitat.

35 Hinc † denique major habens rem communem cum minore , ratione connexitatis ex illius persona gaudet restitutione in integrum *l.tutor.*§. 1.de Minor.Franc.Aret.*consil.* 25. *sub num.*3.Ias.*in l.si mater num.* 10.*C.de inoff. test.* Oddus cum per eum relatis in *tract. de restit. in integrum qu.*46.*art.*4.*ver. in contrarium , & verb. plurès* , ubi testatur de magis comm.opin. Covar.*pract. qq. cap.* 34. *n.*2. Cæphal. *cons.* 661. *num.* 76. *l.* 5. Sicut † etiam litigans cum minore gaudet privi- 36
legio restitutionis in integrum adversus omissas probationes post didicita testificata,quo idem minor usus fuit,ne judicium claudicet , ut per Afflict. *decis.*89. per totum , & ibi Ursil. *in addit.*

Et ne sim prolixus omitto alia plurima exempla ad probandum † ratione conjunctionis , gaudere quem beneficio , quo 37
alias non potiretur , quæ reportavit . Jason. *in l. si emancipati à num.* 3. *usque ad* 24. *C. de collatio* , & Felyn. *in cap.* 1. *de præscript.*ad quos lectorem relego,aliqua etiam correlaria ego posui *in dec.*41. *n.*72. *cum seqq.* sic habens causam cum Vidua participat de illius privilegio in fori electione Novar.*de elect. fori sect.*1.*cap.*7.*nu.*6.

Fuit igitur facta restitutio tam Clerici Prosperi , quam mulieris in ejus cubiculo repertæ . Ad materiam hujus decisionis Barbatia *in cap. at si clerici numer.* 115. *de Judic.* ridiculum narrat casum , nempè quod in Diœcesi Cornacensi quidam Rustici volebant , ut Prætor secum concubinam duceret , ne ad illorum Uxores instar sui Antecessoris accessum haberet , & ab eodem Barbatia quæsiverunt , an id tuta conscientia facere possent .

ARGUMENTUM.

Venenum ad tempus operaturum Clerico, vel Religioso propinans; An & quando incidat in excommunicationem canonis , & in casum homicidii reservatum, & quid,si mors inde non sequatur .

Manans , Clericum vulnerari , an incidat in excommunicationem , si mandatarius veneno illum perimat .

Monialis procurans abortum , vel seipsam verberans an incidat in excommunicationem Canonis , & an in censuram inflictam in constitutione Felic. Record. Sixti V. contra procurantes abortum .

SUMMARIUM.

1 *Veneni propinatio ex quibus coniecturis probetur.*
2 Canon. si quis suadente 17.quæst.4 *quam violentiam requirat .*
3 *Venenum præbens non infert vim personæ , sed naturæ .*
Contrarium est verius num. 28.
4 *Venenum præbens clerico non incidit in* Canonem si quis suadente .
Contrarium est verius num. 21. & seqq.
5 *Excommunicatio purè lata non potest esse in pendenti .*
6 *Monialis procurans in se ipsa abortum non incidit in excommunicationem.* Et quare num. 33.
7 *Monialis se ipsam non bono fine percutiens incidit in* d. Canonem si quis suadente .
8 *Venenum propinans clerico non incidit in excommunicationem Canonis , nisi illius morte secuta* , & num.seq.
Contrarium est verius num. 21. & seqq.& sub num. 31. ver.falsa etiam .
9 *Pœna à lege ipsa facto inflicta an incurratur actu incepto , sed non perfecto .*
10 *Excommunicatio* in Canon si quis suad.*inflicta non incurritur, nisi ex facto perfecto*, Declara ut nu. 36.
11 *Mandans interfici Clericum quo tempore incidat in excommunicationem canonis*, & sub num.36. ver. & hinc.
12 *Sclopum explodens in clericum , quem tamen non percussit , an, & quando incidat in excommunicationem* , & sub n. 20.in fin.& sub nu. 36.ver.& hinc.
13 *Venenum præbens non secuta morte qua pœna puniatur :* & quo iure nu. 38.
14 *Venenum præbens clerico non incidit in censuram canonis , nisi postquam illud incepit operari .*
Contrarium est verius nu. 22
15 *Verba sunt intelligenda cum effectu .*
16 *Excommunicatio* canon. si quis suadente *non incurritur ex attentione , sed ex actu perfecto , quòd Clericum lædat .*
17 *Elevans manum, vel vibrans ensem contra clericum non incidit in excommunicationem .*

18 *La-*

18 *Lapidem contra clericum proiiciens non incidit in excommunicationem, si eum non attingat.*
19 *Clericum insequens non incidit in canonem, & quid si ille inter fugiendum cadat.* & num. seq.
20 *Eventus, an potius vel intentio in delictis attendatur.*
21 *Venenum præbens clerico ad certum tempus operaturum, statim incidit in censuram canonis.*
22 Canon si quis suadente, *considerat effectum injuriæ, non modum*
23 *Clericum offendens, mediante instrumento illum tangente, incidit in dictum canonem.*
24 *Venenum quomodo, & quo ordine lædat corpora,* & num. 39.
25 Canon, si quis suadente, *pro violenta manuum iniectione ostendit actionem iniuriosam in clerici personam.*
26 Canon, si quis suadente, *in illis verbis* violentas manus, *verificatur in quacunque actione in Clericum iustitiæ repugnante.*
27 *Clerici investes iniiciens puluerem, aquam, salivam, oleum, quando incidat in excommunicationem.*
28 *Venenum præbens vim infert tam naturæ quam corpori.*
29 *Absurdum ut evitatur, interpretatio fieri debet.*
30 *Absurdum ut evitetur sit latissima interpretatio.*
31 *Absurdum ut evitetur restringitur generalis dispositio.*
32 *Absurdum ut evitetur impropriantur verba legis vel statuti.*
33 *Abortum in se procurans, non sibi, sed fœtui iniuriam irrogat.*
34 *Monialis procurans in se abortum an incidat in censuram inflictam à* constitutione Sixti V.
Constitutio Sixti V. de procurantibus abortum *explicatur.*
35 *Sterilitatis pocula præbens, punitur pœnis temporalibus, non item spiritualibus per Bullam Sixti.*
36 Canon, si quis suadente, *quem effectum consumatum requirat.*
37 Canon, si quis suadente, *requirit actionem violentam, quæ contingat personam clerici, vel res illi adhærentes.*
38 *Affectus, non secuto effectu, non punitur pœna ordinaria etiam in atrocissimis.*
39 *Venenum statim atque sumptum fuit, incipit operari.*
40 *Mandans vulnerari clericum an incidat in excommunicationem, si mandatarius illi venenum præbeat.*
41 *Mandans delictum an, & quando teneatur de eo, in quo mandatarius excessit mandatum.*
42 *Venenum propinans incidit statim in casum homicidii reservatum.*

DECISIO XX.

NObilis quidam Juvenis, cui recens simultas cum N. Equite Hierosolymitano intercedebat, arte quadam satis tecta (quam dignis de causis reticeo) eidem equiti venenum ad tempus operaturum propinavit. At occultum id scelus fermè statim claruit, ita ut eques per remedia præstantissima mortem eluserit; d. verò Juvenis in curia sæculari processatus cum per veneni emptionem, ejusque extrajudi-
1 cialem confessionem, addita † præcedentis inimicitiæ notitia, apertissima sui facinoris indicia præbuisset, quemadmodum patet ex latè traditis per Farinac. *in quæst.* 122. *num.* 53. *cum plu. seq.* ad Cathedralem Ecclesiam confugit. Unde coram me de tribus contigit dubitare. Primum nunquid Propinans venenum clerico, vel cuicunque personæ Ecclesiasticę incurrat in excommunicationem inflictam in *canon. si quis suadente diabolo* 17. q. 4. & an statim, vel demum incepto, aut secuto effectu.

Secundum, an *in d. canon. si quis suadente* comprehendantur percutientes, vel venenantes Equites Hierosolymitanos. Tertium an idem gaudere debeat Ecclesiæ immunitate, ex quo effectu mortis in Equite haud secutus est. De primo dubio dicemus in præsenti, de secundo in sequenti, de tertio *in decis.* 22.

Redeundo igitur ad primum articulum, quatuor reperio diversas Doctorum opiniones, quarum prima est, ut prębens venenum absque violentia clerico, vel monaco, nullo pacto incidat in excommunicationem à *canon. si quis suadente* inflictam. Nam † ille contextus requirit violentiam
2 in personam Ecclesiasticam, ut clarè patet ex illis verbis *in Clericum, vel monachum violentas manus iniecerit*, & expressè notat Soccin. sen. *in cap. pervenit num.* 157. *de senten. excommun.* & benè facit. Suarez *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 23. ubi ait oportere, ut injuria versetur circa ipsam personam Ecclesiasticam; ita ut actio exterior contingat personam, vel rem illi adhærentem ex qua eis vis inferatur, & post alios noviſſimè advertit. Bonac. *de censur. in particular. disp.* 2. *qu.* 3. *num.* 2.

Occidens autem veneno, † præbendo illud absque ulla coa- 3
ctione, non infert vim personæ, sed naturæ, ac proinde *in d. canone* non comprehenditur, ita per hanc rationem tenet Emanuel. *in summ. cap.* 8. *ver. excommunicatio col.* 13. *in fine.* 4
ubi ait, ita respondisse præcipuos Doctores, & Magistros Salamanticæ: refert, & sequitur Auila *de censur. p.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 11. *ver. secunda in fine.*

Pro qua quidem sententia facit etiam, † quia excommuni- 5
catio purè lata, non potest esse in pendenti *c. ad hæc quoniam extr. de appell.* ubi notatur.

Sed si diceremus, interficientem clericum veneno excommunicatum esse: censura ista purè lata, esset in suspenso. Nam si venenum non operaretur effectum suum, vel si remediis pharmaticis, vel alio modo Clericus ab illo se liberaret, & sic mortem evitaret, præbens non incurreret excommunicationem, ut colligitur ex Suar. *de censur. disp.* 5. *sect.* 1. *nu.* 15. ergo nunquam incurrit.

Confirmari potest hæc eadem sententia † ex alia commu- 6
ni conclusione, quæ habet, monialem procurantem in se ipsa abortum potione vel phlebotomia, excommunicationem *dicti canonis* non incurrere ob rationem, de qua supra, nempè, quia licet manus hæc sit violenta naturæ, non tamen est violenta personæ consentienti, nec injuriosa statui Ecclesiastico, ut per Cajetan. *in summ. ver. excommunicatio cap.* 10. *notab.* 3. Ios. Angles *in floribus* 4. *senten. quæst. de excommunicatione art.* 5. *diff.* 3. *concl.* 7. Sayrus *de censur. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 17. Avila *d. dub.* 12. *ver. quinto* sequitur Molina *tom.* 4. *disp.* 51. *num.* 4. Bonacc. *tomo de censur. disp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 1. *sub num.* 13 *in fine.* Hujusmodi itaque potio non judicatur violenta percussio ad effectum dicti *canonis si quis suadente*: alias enim ista monialis incurreret in censuram, provt incurrit se ipsam non bono fine percutiens, ex quo ta- 7
lis percussio; est injuriosa statui Ecclesiastico; Navarr. *in manual. cap.* 27. *num.* 78. Sayrus *d. cap.* 26. *numer.* 20. Avila. *dict. disp.* 3. *dub.* 12. *ver. secundo* sequitur. Suarez *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 59. Coninch. *de censur. disp.* 14. *dub.* 15. *numer.* 170. Reginal. *lib.* 1. *num.* 222. Bonacc. *de censur. disp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 2. *numer.* 4. & ex nostratibus ita firmat Abbas *in cap. contingit il primo num.* 6. & Felyn. *nu.* 1. & 2. *de sent. excom.* cum aliis, quos refert, & sequitur Clar. *in prax.* §. *fin. qu.* 77. *nu.* 3. Dec. *in l.* 2. *nu.* 5. *C. qui test. facer. poss.* Soc. sen. cum relatis *in c. pervenit num.* 151. *de sent. excomm.*

Secunda † opinio est, ut propinans venenum personæ Ec- 8
clesiasticæ incurrat quidem in excommunicationem; sed secuta demum morte venenati, & non prius; quia quoties † à 9
lege opponitur pœna ipso facto incurrenda, ea non incurritur nisi delictum sit consumatum tametsi cæptum fuerit *cap. cum in cunctis* §. *clerici*, ubi hoc notat. Abb. *cum similibus extra de elect. & in cap. perpetuo eod. tit. in* 6.

Et hanc secundam sententiam in effectu admittit Suarez *de censur. disp.* 5 *sect.* 1. *num.* 15. dum ponit quæstionem de eo, qui propinavit alicui venenum, ut non operetur usque ad certum diem (ut in casu nostro) & concludit, quod si propinans ipse præmoriatur interim ante morte venenati, non sit excommunicatus.

Et † quod ad incurrendam censuram in dicto canone in- 10
flictam requiratur factum perfectum tradunt Joan. Andr. Abb. & DD. *in c.* 1. *de sent. excomm.* sequitur Socc. sen. *in dict. c. pervenit nu.* 161. *& seq. eod. titulo* ponderando *tex. in d. can. si quis suadente in verbo iniecerit*, quod actus perfectionem significat, ut in *l.* 1. §. *hæc verba ff. quod quisque iur. c. hæc autem verba de pœnit. dist.* 1.

Confirmari posset hæc sententia per argumentum à simi- 11
li, † videmus, etenim mandantem interfici, vel percuti clericum incidere quidem in dictam censuram, ut est textus *in c. mulieres in fin.* & ibi Hostien. *num.* 5. & Abb. *nu.* 1. *de sent. excomm. cap. cum quis eod. tit. in* 6. sed non, nisi post actum consumatum, & sic postquam mandatarius commisit homicidium sibi demandatum, ut colligitur *ex d. c. mulieres* §. *fin.* & tradunt ibi Doctores, & rectè notat. Navarr. *in manual. c.* 27. *num.* 51. *vers. adde Sayr. de censur. lib.* 3. *c.* 26. *nu.* 22. Cajet. *in sum. verb. excommunicatio* 7. *num.* 24. Avila *de censur. par.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 6. Bonacc. qui alios moderniores refert, *tomo de censur. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 3.

Sic

12 Sic pariter, † qui sclopum explodit in Clericum, non incidit in excommunicationem, nisi plumbeus globus emissus, ipsum clericum tangat, vel nisi fortè ille ob terrorem moriatur, & exanimis cadat, & sic non nisi secuto dicto effectu, per quem actio ista violenta dicitur, & injuriosa, ut per Filliucium *in suo opere morali tract.15.c.1.q.4.num.17.*Bonac. *d.q.4. punct.1.sub num.18.*& rursus *in tract.de censur.in particul.* post hæc scripta impressus *disp.2.q.5.num.11.*

13 Confirmatur rursus ex eo, quia † quamvis præbens venenum, si non sequatur effectus, puniendus sit, ut per Covarr. *in clem.si furiosus p.2.initio num.6. verb. præter.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arb.judic. cas.360. num.21.* Non tamen potest Judex eum condemnare in pœnam delicti ordinariam; sed duntaxat in extraordinariam, sive loquamur de Jure communi, ut per Gram. *decis.2. per totam* latissimè Petr.de Soncen. *in cons. crimin. divers.98.* per totum *lib. 1.in parvis* Dec. *tract.crim.lib.9.cap 46. num.11.* cum aliis plenè congestis per Farinac. *quæst.122.nu.20.& seq.* ubi post alios testatur de magis comm. opin. Sive de generali totius Italiæ consuetudine, de qua post innumeros, quos adducit testatur idem Farinac. *d. quæst.122. num. 29. cum seqq.* licèt secus sit in alma Urbe ac in reliquo statu Ecclesiastico vigore Bannimentorum, ut ibi per eum *num.28* super quo adest etiam constitutio. Marchiæ *lib.4. cap. 68.* Rubr. *de benef. in fin.* Unde multo minus, donec effectus non sequatur puniendus videtur pœna ordinaria excommunicationis, quæ adeo magna pœna est, ut nulla ferè major apud Canones reperiatur, *corripiuntur 24.quæst.3.*

14 Tertia † fuit sententia Filliuc. *d.tract.11.cap.5. quæst.5.ad fin.nu.126.& tract.15.c.1. quæst.5. num.20.* & Bonac. *de censur.disp.2.q.4.punct.1. num.13.& rursus de censur. in particul. disp.2.q.3.punct.6.sect.1.§.1.num.6.* dicentium, hanc censuram incurri quidem, non tamen antequam venenum operari incipiat; Nam antea non aderat actio violenta: supposito quod venenum absque vi propinatum fuerit, & sic sententia ista est media inter duas supra relatas, & differt à secunda quia illa requirit operationem veneni completam, ista de cæpta contenta est.

15 Pro qua opinione facit regula, quæ habet † verba esse intelligenda cum effectu *leg.nomen filiorum §. habere ff. de Verb. signif.cap.relatum de cler.non resid.& c.cum in cunctis §.clerici extra de elect.* & in terminis advertit Archid. *in d.c. si quis suadente n.2.& in c.sicut n.1.17.qu.4.*

16 Adeo † ut non sufficiat sola attentatio ad hoc, ut quis in hanc incidat excommunicationem, sed requiratur, ut perveniat ad actum consumatum, & sic vim vel læsionem inferat clerico, ut per Io. *de lign.* post Jo. Andr. *in cap. perpetuo de electione in 6.* & est comm.opin. summistarum testè. Beja *in prim.p.resp.moral. cas.46. in fine.* Quando autem venenum incipit operari, tunc incipit habere effectum, & non prius, & consequenter ante cæptam operationem censura non incurritur.

17 Hinc † videmus, elevantem manum, vel vibrantem ensem contra clericum, si percussio illum non contingat, non incidere in excommunicationem, ob eandem rationem; quia verba sunt intelligenda cum effectu, ut per Archid. *locis citatis glos. in cap. felicis ver. insecutione de pœnit. dist.1. & in c. in audientia de sent.excomm.* Hostien. *in sum.eod.tit.nu.9.verb. in primis ego quæro* Card. *in clem.1. de pœnit.* Bellet. *disqu. cler. tit.de favore cler.Canonis §.2.nu.33.* Socc.sen. qui alios etiam

18 citat *in c. pervenit n. 163. extr. de sent. excommun.* † idemque in proiiciente lapidem contra clericum, ut non incidat in censuram, nisi postquam lapis, clerici personam attigit, post alios tradit Filliuc. *14.c.1. sub num.17.*

19 Hinc rursus, † qui clericum insequitur, ut illum percutiat, non incidit in excommunicationem, nisi ubi primum illum tenuerit, & percusserit, ob eandem rationem, ut per Hug. & Archid. *in d.c. Felicis in ver. insecutione de pœnit. in sexto*, etiam si clericus inter fugiendum cadat; eo quod casus iste per accidens sequitur, nec in sequenti imputatur, nisi ab eo fuerit prævisus, casus enim seu vulneratio inde resultans, nec fuit prævisa ab insequente, nec fuit in sua causa, scilicet in fuga, quæ per accidens se habet ad talem percussionem, ut contra Ang. probat Silvest. *in ver. excomm. 6. num. 5.* quem sequitur Bonac. *de censur. disp. 2. q.4. num.22.* Navar. *in Manual.c.27.nu.77.* Avilla *de censur.p.2. cap.5. disp.3. dub.12. ver. secunda*, & quamvis Bellet. *in disqu.cler.tit. de privileg.Canonis §. 1. num. 21.* teneat insequentem incidere *in dictum Canonem*, si insecutus in fuga cadat, argumento eorum, quæ dicit Bart. *in l. si gemma ff. de arb. furt. cas.* nempe, ut talis insequens non tenetur quasi vulneravit, sed quasi vulnerari fecerit *l.qui actione §. proinde, & l. si obstetrix l. si servum leg. si ex palagis §. fin. ff. ad leg. aquil.* ego tamen non recedo à priori opinione magis communi; Et ad Belletti rationem respondeo; † de jure quidem civili in delictis attendi potiùs 20
eventum, quam intentionem, *ad l. Divus ff. ad l.corn.de Sicar.* at secus esse spiritualibus, in quibus potiùs attenditur intentio, quam effectus præter illam secutus *ad cap. rursus extra qui cler.* vel Monac. ut notabiliter distinguendo tradit Bart. *in d. l. Divus in princ. ver. 3.* & sic cum clericus ceciderit præter intentionem insequentis, qui id nullatenus intendebat, non debet attendi ad effectum incurrendi in censuram. Præter quam quod clericus fugiens nullam vim patitur ab insequente, sed ipse apprehensione damni futuri, seu possibilis fugam arripit, ut advertit Bonacc. post hæc scripta impressus *in tract.de censur. in particul. disp.2. quæst.3. punct.6. §.1. num.13.* ubi hanc rationem disparitatis assignat inter insequentem clericum, qui ob id cecidit in terram, & eum, qui sclopum explodit in illum, qui terrore illius pariter cecidit; nam isto casu strepitus sclopi attingit ipsum clericum, eique violentiam infert, quod non contingit in insequente eum, qui fugiendo cecidit; quod tamen limitatur, si clericus ob metum præcipitem se daret, tunc enim actio illa consecutionis incipit esse violenta ut per Joan. Andr. Butr. & DD. *in cap. nuper de sent. excomm.* Socc. sen. *in dicto c.pervenit nu.179.de sent. excomm.* & ex Theologis Silvest. & Bonacc. ut supra.

Quarta † fuit opinio Ludovici de Beja *in prima parte re-* 21
sponsi.cas.consc. cas.46. nempe, præbentem clerico venenum, etiam ad certum tempus mortem allaturum, sive cum violentia, sive absque illa, statim post propinationem ipsius veneni incidere in excommunicationem, quo in loco *præfatus Doctor* agit de eo, qui mandaverat mutilari membrum clerico, cui mandatarius non vulnera, sed venenum post duos menses operaturum dedit, cui sententiæ ego intrepidæ adhæreo, uti veriori, ac melioribus fulcitæ rationibus; moveor prima, quia textus † *in d. cap. si quis suadente* con- 22
siderat potiùs effectum violentiæ, quam ipsum modum inferendi violentiam, ut colligitur ex alio contextu *in c. nuper. 29. extr. de sent. excomm.* ubi hoc ponderat Abbas *numer.2. in fine, & notat* Angel. *in summa verb. excommunicationis 5.n.28.* & Sayrus *de censur.lib.3. c.26. num.13.* Unde † etiam si quis 23
offendat Clericum, vel ei vim inferat, mediante aliquo instrumento, cum tangente, incidit in excommunicationem dicti Canonis, ut post alios advertit Suar. ubi supra *num. 12.* Porrò hujusmodi est sine dubio offensio, & violentia resultans ex propinatione veneni, cujus instrumento, & ministerio quis personam clerici, vel Monachi violenter tangit, ac lædit. † Ut enim docet Mercurialis *libro primo, de Ve-* 24
nenis cap. 10. & 11. venena omnia apta nata sunt mortem inferre; nam sicut inimicus à validiore adversario superatur, sic calor naturalis à veneno tanquam à suo contrario validiori victus extinguitur, & ita mors infertur: quamvis ab ipso calore naturali calefiat, viresque sumat, non quidem intentione Naturæ, sed necessitate quadam, ac per accidens, quia calor naturalis semper operatur, ut in calefaciendo cibo, & distribuenda vita jugiter occupatur, & exercetur, ac proinde calefacit quicquid in corpore reperitur, & per consequens etiam venena: quæ quidem cum vim habeant efficaciſſimam, ideo partes, ubi sunt graviter lædunt, quæ læsæ vim propellunt ad viciniores partes, & hæ ad proximas, donec cor invadant, quo tandem inimica illa facultate vitiato, universa corporis natura labefactata cadit, ac destruitur, quemadmodum ex eodem Mercuriali loco citato colligitur.

Ex qua doctrina deducitur, ut quamvis venenum non perficiat totalem effectum suum nisi fermè prefixo tempore; nihilominus statim atque hauſtum fuit, agit, atque ad mortem operatur, paulatimque corrumpit vitæ dispositiones, ac proinde grauiter lædit corpus clerici, & per consequens ipse propinans in excommunicationem eo ipso incurrit.

Secundo, † quia violenta manuum injectio, de qua in 25
d.cap. si quis suadente sumitur pro quacunque actione injuriosa quocunque modo in clerici personam illata, ut per glos. ibi, & DD. Abb. *in cap.1. num.4. de sent.excomm.* Socc.sen. *in c.pervenit nu.170. eod.tit.* Io. *de sign. in tract. de censur. Eccl. §.V. num. 1. & 2.* Navarr. *in Manual.cap.27.num.37.* Avila *de censur.p.2.c.5.disp.2.dub.12.in princ.* Coninch. *disp.14.dub.15. nu.165.* Bonacc. *cum per eum relatis q.34.punct.1. nu.11. dixi in decis.45. num.34.*

Præ-

Præbens autem Clerico venenum, ſtatim per illius potionem infert illi injuriandum vitam ejus ſubiicit periculo. Imò, quantum in ſe eſt, neceſſitati moriendi, & ſic ſtatim poſt potionem incurrit cenſuram.

26 Tertiò, † quia manus injectio, de qua *in d. cap. ſi quis ſuadente*, intelligitur moraliter de actione in Clericum, quæ repugnat juſtitiæ, ut benè per Suar. *de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 25.* Talis autem eſt propinatio veneni, quæ graviſſimum eſt peccatum, itavt propinans ſtatim ſit reus pœnæ legis Corneliæ, *leg. 3. §. alio Senatus conſulto ff. ad leg. corn. de ſicar.*

27 Quartò, † quia ſi iniiciens contumeliosè in veſtes clerici puluerem, aquam, ſalivam, oleum, vel quid ſimile, incidit in excommunicationem, ſtatim ac ſaliva, vel puluis, vel aliud veſtes tetigit, & ſi nulla clerici ſequatur corporalis offenſio, ut per Innoc. Joan. Andr. & cæteros *in c. nuper de ſent. excomm. gloſ. prima in c. ſi quis pulſatus de pœnit. diſt. 1. & in d. cap. ſi quis ſuadente in verbo manus* Socc. ſen. *in cap. pervenit numer. 188. & 170. extr. de ſent. excomm.* Sylveſt. *in verbo excommunicatio 6. §. 6.* Div. Antonin. *in tract. de excommun. cap. 1. num. 27.* Sayr. *de cenſur. c. 26. num. 14.* Caiet. *in ſummula verb. excommun. c. 10. ver. 1.* quod Tolet. *in ſumm. lib. 1. capit. 33. num. 4.* Franch. March. *deciſ. 819. par. 2.* Baiar. *in addit.* ad Clar. *§. fin. quæſt. 77. num. 9.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. c. 19. nu. 3. & 4.* eſtque communis, & ab omnibus recepta ſententia, ea ratione quia adeſt aliqualis læſio, actu lædens veſtes clerico inhærentes, quamvis facillimè à ſaliva, puluere, vel aqua poſſit ſe expurgare; certè multo magis ſtatim incurrere debet præbens venenum eidem clerico, cum ſtatim injuriam inferat non veſtibus, ſed ipſi perſonæ, quæ validè venenum perhorreſcit, & averſatur, & quæ ab ipſo veneno ſtatim poſt ſumptionem incipit lædi, licet cor non corrumpatur, niſi tempore determinato, ut ex Mercuriali in arte peritiſſimo ſupra deduxi, quam rationis majoritatem in terminis conſiderant etiam, Beia *dict. par. 1. caſ. 14.* Molina *tract. 3. diſp. 51.* Suarez *in tract. de cenſ. diſp. 5. ſect. prima, num. 13. & 15.* Fillic. *tract. 11. cap. 5. quæſt. 3. ad finem num. 126. & tract. 15. c. 1. quæſit. 5. num. 20.* quos refert, & in hoc ſequitur, ac de communi teſtatur Bonaccin. poſt hæc ſcripta impreſſus *de cenſur. in particul. diſput. 2. q. 3. punct. 6. ſect. 1. §. 1. num. 6.*

Non refragantur modo contraria ex reliquis tribus opinionibus ſupra relatis reſultantia, imò ferè omnia potiùs retorquentur, & huic noſtræ ſententiæ famulantur.

28 Ad primum enim † nego, illam minorem propoſitionem. Emanuelis, & Avilæ, nempe præbentem venenum non inferre vim perſonæ, ſed naturæ: quia, imò perſonam priùs afficit, illam priùs turbando deinde inficit naturam, compoſitionemque diſſoluit, ut ex Mercuriali deduximus, & ſic argumentum retorquetur, quia jam actio violenta attigit perſonam Eccleſiaſticam. Et ſanè ridiculum eſſet, necnon via fraudibus in præjudicium clericalium privilegiorum, aperiretur, ſi quælibet lævis injuria facta indumentis clerici excommunicatione plecteretur, & tamen licetet abſque cenſurarum metu, ipſum clericum veneno impetere,

29 ac interimere: quæcunque † autem diſpoſitio interpretanda eſt, ut evitetur abſurdum *leg. ſi ita 39. in fin. ff. de oper. lib. l. nam abſurdum ff. de bon. liber. capit. ingeniosè de elect.* Abb. *conſ. 37. in princ. lib. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 11. numer. 46. cum relat.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 13.* per totum Menoch. *conſ. 84. num. 35. & conſ. 98. nu. 69.*

30 *lib. 1.* Valaſc. *conſult. 179. num. 11.* Etiam † ſi facienda ſit latiſſima interpretatio, in iis, quæ aliàs reſtringerentur, ut per Corn. *in conſ. 188. lib. 2.* Crot. *in repet. l. omnes populi num. 186. ff. de juſt. & jur.* Cravett. *de antiq. tempor. p. 4. in princ. num. 137.* Villagut. *in tractat. de extenſ. legum.* Rubr. *de extenſ. leg. correc. & pœnal. ſimul. num. 78. & ſeq.*

31 Et † è contra diſpoſitionem quantumvis generalem reſtringendo *l. 2. C. de* Nozal. *action.* Alex. *conſ. 89. num. 11. in fin. & nu. 12. ver. juventur. lib. 2.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 90. nu. 13. & 19.* Hypol. Rimin. *in §. 1. num. 50. Inſt. per quas perſon.*

32 *nobis acquir. dom.* † Ac etiam impropriando verba legis, vel ſtatuti Alex. *conſ. 52. viſo nu. 2. lib. 1.* Menoch. *conſ. 4. nu. 20.*

Et hinc ceſſat, quod addebatur, cenſuram purè latam non debere ſtare in ſuſpenſo; Imò ex hac ratione, quam & nos aſſerimus, confirmatur magis noſtra ſententia, ut ſtatim, hauſto veneno, propinans incidat in hanc cenſuram.

Falſa eſt itidem minor propoſitio alterius argumenti, ut nempe ſi clericus mortem evaderet, provt contigit in caſu noſtro, propinans venenum non incideret in excommunicationem; Id enim admitti poſſet, ſi per Canonem excommunicarentur duntaxat homicidæ clericorum; At verò cum cenſura infligatur etiam contra leviter, eos offendentes, ſatis eſt ipſa injurioſa veneni propinatio. Præterea, quod clericus inde non moriatur, vitamque medicamentis acceptam referat, eſt per accidens, ac proinde non debet attendi, & quemadmodum ſupra dixi, multò faciliùs quis poteſt ſe expurgare à ſaliva, vel pulvere, hæc tamen vel illa in clericum projecta ad Canonem proiicientem allidit.

Neque † applicatur, quod dictum eſt, de Moniali procu- 33
rante in ſe ipſa abortum, quæ in dictum Canonem non incurrit; Hoc enim ideo contigit, quia non ſibi, ſed fœtui injuriam irrogat, ut advertunt Angles & Sayr. *locis citatis ſup. nu. 22.* At ſi venenum ſibi miſceret ad ſuimet ipſius interitum, quia ſibimet injuriam irrogaret, proculdubio in hanc cenſuram incurreret, ut ſupra dictum eſt *nu. 6.*

Et hic incidenter † animadvertendum eſt, monialem 34
ſpontè abortentem, ut dicebamus, non ſolùm non incurrere in hanc cenſuram, verum nec in aliam inflictam à conſtitutione Sixti Quinti, contra procurantes abortum de qua in *Bullario novo tom. 2. pag. 693.* reformatam à Gregorio XIV. *in ſua conſtitutione octava, in eodem tom. 2. fol. 695.* quia loquitur in procurantibus abortum in aliena perſona, non autem de mulieribus in ſe ipſis abortum procurantibus, ut advertit Avila *de cenſur. par. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 12. ver. quinto ſequitur*, & eo non citato, idem tenet Naldus *in ſumma in verbo Abortus num. 1.* & quamvis contrariam teneat Filliuc. *in tract. at. 14.* & Bonac. *in tract. de contract. diſp. 2. quæſt. ult. ſect. 1. punct. 7. numer. 6. ſub fine*, & noviſſimè *de cenſur. in particular. diſput. 2. quæſt. 2. punct. 10. num. 15.* Nihilominus prior ſententia videtur magis adhærens literæ dictæ conſtitutionis, in cujus priori partes Sixtis V. infligit pœnas temporales, tam ipſis mulieribus abortum patientibus, quam aliis procurantibus, vel opem, & auxilium præbentibus; In poſteriori verò excommunicat ipſo facto ſingulas perſonas ſæculares, Eccleſiaſticas, *quæ vel uti principales, vel uti ſociæ* (hæc enim ſunt verba Bullæ) *conſciæ ad tale opus committendum opem conſilium, favorem, potionem, vel alia quæcunque medicamenta ſcienter dederint, &c.* & ſic ex induſtria omiſit ipſas mulieres abortum in ſe procurantes, quas ſicut in priori parte de temporalibus pœnis agens, expreſsè incluſit, ſic poterat, ſi voluiſſet, etiam in poſteriori exprimere. Alias ſi omnia in priori parte diſpoſita diceremus eſſe in poſteriori repetita: ſequeretur, ut etiam † præbentes pocu- 35
la ſterilitatis quos in eadem priori parte pœnis temporalibus mulctavit, cenſerentur in ſecunda parte excommunicationi ſuppoſiti, & tamen contrarium voluerunt iidem Filliuc. & Bonac. qui *d. punct. 16. numer. 14.* etiam alios concordantes adducit.

Minus ſubſiſtit ratio deducta pro ſecunda ſententia; ut nempe lex pœnalis, & præcipuè *can. ſi quis ſuadente* non ſibi locum vendicet, niſi effectus ſit conſummatus, eſto, quod cœptus fuerit.

Nam † diſtinguo de duplici effectu, prior effectus eſt ipſa 36
propinatio, ob quam proculdubio non incurreretur cenſura niſi ea conſummata eſſet, & ſic niſi clericus venenum hauſiſſet, effectus autem iſte utique in caſu noſtro, adeſt, quia jam Eques hauſit poculum venenatum, per quam potionem jam ille injuriosè offenſus eſt, ut ſupra deduxi. Poſterior eſt effectus veneni, & injuriæ jam illatæ nempe mors ipſa, & iſte effectus nullatenus eſt neceſſarius ad cenſuram incurrendam, ut ex deductis conſtat, & ſic iſta quoque ratio retorqueri poteſt.

Et hinc colligitur reſponſio ad ea, quæ deducta ſunt de mandante clericum interfici, & de explodente ſclopum contra eum; Nam ſi nullatenus clericus fuit tactus ideo non incurrunt; quia prior effectus non fuit perfectus, ſicut nec incurrit præbens venenum ante illius ſumptionem, etiam ſi præparavit, etiam ſi inter fercula recondidit, Ac rurſus † quia ad effectum, ut incurratur ea cenſura, requiritur 37
actio contingens ipſam perſonam, vel res aliquo modo illi adhærentes, itavt citius inferatur, ut notant omnes, & in ſpecie Filliuc. *tract. 14. cap. 1. num. 17.* Sed ſi mandatarius etiam leviter læſerit clericum occaſione mandati, vel ſclopum explodens cum pulvere, vel alia materia clericum attigerit, tametſi abſque læſione, & ſic quamvis plenus effectus, (nempe mors illius) non fuerit conſummatus, utique tam mandatarius, quam vibrans enſem incurrit, ut tradunt Doctores exadverſo citati ſupra *numer. 11. & 12.* Idem firmant in caſu, quo clericus ex metu ſclopi in eum exploſi moreretur,

retur, vel exanimis in terram caderet ; Nam moraliter per illam actionem diceretur in eum manus injecta ob læsionem vi illius secutam , ut signanter advertit Filliuc. *tract. 14. cap. 1. sub num. 17. ver. tertio quia*.

Ad aliam confirmationem , ut venenum præbens, non secuta morte , in judicio forensi pœna ordinaria non plectatur respondeo pariter idcirco id contingere † quia etiam in atrocissimis conatus non punitur pœna ordinaria , nisi sequuto ipso effectu , pro quo ordinata fuit , etiam quod deventum fuerit ad actum proximum, ut post antiquiores tradunt Marsil. *cons.* 105. *num.* 2. 20. 41. & 44. Jos. Ludou. *decis. lucen.* 15. *num.* 25. *cum seqq.* Farinac. qui numeros congerit *quæst. 17. num. 48. & seq.* Menoch. *de arb. cas.* 367. *nu.* 92. Gram. *dec.* 2. *num.* 25. & *dec.* 74. *num.* 15. Ceval. *in specul. com. contra com. q.* 140. *nu.* 5. & *seqq. & q.* 901. *nu.* 44. Guttier. *pract. qq. lib.* 5. *q.* 7. *nu.* 28. & 71. Mastril. *dec.* 203. *nu.* 1. *cum multis seqq.* qui alios etiam plena manu cumulant . At censura de qua agimus , non infligitur duntaxat propter necem clerici , sed propter levem etiam violentiam , vel injuriam , quæ cum jam per sumptionem poculi venenati fuerit consumata merito dictum argomentum facit pro hac parte.

38

39 Ad tertiam opinionem , † & ad allata pro illius corroboratione unico verbo ex deductis me expedio ; venenum statim atque sumptum fuit incipere operari , & suum effectum producere , tametsi non statim totalem , quia à tempore propinationis agit, & operatur ad mortem paulatim , corrumpitque dispositiones vitæ,& tandem statuto tempore cor adit, ut per Bejam *d. cas.* 46. *in fine*, & plenius per Mercurial. *d. libro de venen. c.* 10. & 11.

40 Procedit † autem supra firmata conclusio etiam in articulo , in quo scripsit Beja d. *cap.* 46. *lib.* 1. nimirum in mandante mutilari clericum ; Nam si mandatarius ei venenum ad tempus operaturum , præbuerit , statim ipse mandans incidit in excommunicationem , etiam si mandatarii assertioni non præstet integram fidem , itavt non sit à confessario absolvendus , donec tempus ab ipso mandatario præfixum advenerit , quo dignosci possit , an ille verè præbuerit venenum , vel mendacium effinxerit , ut per Bejam *loco citato*.

41 Quamvis † quo ad alias pœnas temporales , quando est in potestate mandatarii fines mandati servare , mandans non teneatur de excessu *arg. l. diligenter ff. mand.* & tradit Bald. *in l. non ideo minus col. penul. ver. item quæro C. de accus.* Ang. *in tract. Malefic. in verf. & Sempronium mandatorem quæst.* 18. *num.* 36. & ibi Aug. de Arin. Cæpoll. *cons.* 34. *col.* 14. Carren. *in prax. quem refert* , & sequitur Rim. jun. *in consil.* 420. *num.* 1. *tom.* 4.

42 Amplia † etiam ut præbens venenum ad tempus statim incipiat ligari casu homicidii reservato , quia statim per veneni propinationem homicidium consummatum est in proxima causa , ut tradit Homobon. *de casibus reserv. par.* 2. *in cas. de Homic.*

ARGUMENTUM.

Equites Hierosolymitani, an sint verè , & propriè Religiosi , an gaudeant Canonis, fori, Gabellarum, cæterisque Clericorum Regulariumvè privilegiis ; an contineantur in decretis Concilii Trid. constitutionibusque Pontificum de religiosis loquentibus . An succedant in feudo , vel fideicommisso . An sint pensionum capaces . An per ingressum in dictam Religionem soluatur matrimonium ratum non consummatum , & cætera hujusmodi resultantia, ex votis à dictis Equitibus emissis . Privilegia , an , & quando sint latè vel strictè interprætanda , & quid de Privilegio Canonis.

SUMMARIUM.

1 *Proprietas cum religione non compatitur.*

2 *Equites Hierosolymitani non sunt Religiosi nisi largo modo.*
Contrarium est verius num. 8.

3 *Privilegia sunt stricti juris, & strictè interprætanda.*
Intellige ut num. 22.

4 *Privilegia non extenduntur de persona, ad personam etiam ex rationis identitate.*

5 *Privilegio qui vult juvari qualitatem à privilegio requisitam probare debet.*

6 *Equites Melitenses invicem se percutientes quando absolui possint ab eorum Priore.*

7 *Equites Hierosolymitani gaudent privilegio Canonis.*

8 *Equites Melitenses sunt verè, & propriè Religiosi.*

9 *Religio ad militandum instituta, & approbata est vera, & propria religio.*

10 *Equites Hierosolymitani emittunt tria vota substantialia.*

11 Villagut. in decis. 34. num. 5. *reprænditur.*

12 *Professio Religiosa propriè, & strictè in quibus consistat.*

13 *Equites Hierosolymitani comprænduntur in statuto loquente de religiosis, & professis.*

14 *Equites Hierosolymitani comprænduntur in decretalibus etiam odiosis, & pœnalibus loquentibus de religiosis.*

15 *Equites Hierosolymitani, an ex privilegio comprændantur duntaxat in favorabile dispositione, non item in odiosa.*

16 Canon. si quis suadente 17. qu. 4. *comprændit Religiosos cuiuscunque generis.*
Cap. cum illorum de sent. excommun. *emanavit ad declarationem* Canonis si quis suadente.

17 Canon. si quis suadente *comprændit etiam conversos.*
Conversi non sunt propriè Religiosi, gaudent tamen privilegio Canonis.

18 *Novitii non sunt verè Religiosi.*

19 *Novitii Religionum gaudent privilegio Canonis.*

20 *Privilegium, & beneficium propriè sumptum inter se differunt.*

21 *Privilegii appellatione latè sumpto vocabulo venit, etiam beneficium, & è contra.*

22 *Privilegium quando latè, & quando strictè sit interprætandum.*

23 *Canonis privilegium est favorabile etiam percutienti, & latè interprætandum.*

24 *Privilegium in corpore juris insertum latè interprætatur.*

25 *Privilegium motu proprio concessum latè interprætatur.*
Dispensatio motu proprio concessa latè interprætatur.

26 *Gratia quando motu proprio concessa dicatur.*

27 *Equites Hierosolymitani gaudent privilegio fori.*
Equites Hierosolymitani exempti sunt à jurisdictione Ducis belli, sub quo militant ex licentia magni Magistri.

28 *Equitem Hierosolymitanum trahentes ad tribunal sæculare incidunt in* Bullam Cœnæ Domini.

29 *Hierosolymitani Equites non possunt prorogare jurisdictionem Iudicis laici.*

30 *Equites Hierosolymitani quatenus sint ab ordinaria Iurisdictione immunes*, & num. 52.

31 *Equites Hierosolymitani gaudent privilegio collectarum.*
Tomatus in tract. de muner. §. si quispiam num. 4. & 5. *reiicitur.*

32 *Equites Hierosolymitani non tenentur ad collectas à clero indictas nec ad decimas, nec ad Cathedraticum, nec ad subsidium charitativum, nec ad contributionem pro Seminario clericorum.*
Equites Hierosolymitani gaudent omnibus clericorum privilegiis.

33 *Eques Hierosolymitanus, an committat crimen læsæ majest. in Principem laicum*, & num. seqq.

34 *Crimen læsæ maiestatis non committitur à non subdito.*

35 *Clericus offendens Principem laicum non incurrit in crimen læsæ majestatis.*

36 *Equites Hierosolymitani proprium habere nequeunt & graviter ægrotantes bona sua manifestare tenentur.* amplia num. 66.
Marchesan. de commiss. tit. de signat. gratiæ p. 1. c. 2. num. 268. *reprænditur.*

37 *Equitum Melitensium præceptoriæ, & commendæ sunt ad nutum Magni Magistri amovibiles; & quam potestatem Commendatarii in illis habeant.*

38 *Equites Hierosolymitani quicquid acquirunt, acquirunt Religioni, & faciunt spolium, & quid in cæteris Religionibus Militaribus.*

39 *Hierosolymitanæ Religioni acquiruntur bona immediatè ex equitum persona.*

40 *Hierosolymitana Religio convenienda est uti hæres testatoris,*

nis, non uti hæres equitis pro debitis hæreditatis ab equite ante obitum adita.

Eques Hierosolymitanus conclavista an & quando testamenti factionem habeat.

41 *Hierosolymitani Equites testamentum condere nequeunt sine Magni Magistri licentia*, amplia nu. 66.

42 *Equites Hierosolymitani bona sua alienare nequeunt, quorum duntaxat usum, & commoditatem habent.*

43 *Equites Hierosolymitani non habent velle neque nolle*, amplia num. 66.

44 *Matrimonium ratum non consummatum dirimitur per professionem emissam in Religione ab uno ex conjugibus.*

45 *Matrimonium ratum consummatum dirimitur per professionem in Religione Hierosolymitana emissam.*

46 *Dispensatio in voto solemni Castitatis non conceditur Religioso nisi ex magna causa.*

47 *Equiti Hierosolymitano non conceditur dispensatio voti solemnis castitatis, nisi ex magna causa.*

48 *Professio in Religione Hierosolymitana emissa per vim & metum est nulla.*

49 *Equites melitenses, an, & qua ratione comprehendantur in decreto* Conc. Trid. sess. 25. c. 15. de Regul. *de professione certo modo emittenda.*

50 *Equitum Hierosolymitanorum privilegia redacta sunt ad formam* Conc. Trid. & nu. 53.

51 *Equites Hierosolymitani, an comprehendantur in decreto* Conc. Trid. sess. 6. c. 3. de reform.
Moneta de confer. c. 10. nu. 393. *refellitur.*
Conc. Trid. sess. 6. c. 3. de reform. *intellectus.*

52 *Equites Hierosolymitani quatenus per privilegia eximantur ab ordinariorum iurisdictione.*

53 *Equites Hierosolymitani comprehenduntur sub decreto* Conc. Trident. sess. 25. de regul. cap. 11. *quoad animarum curam.*

54 *Equites Hierosolymitani comprehenduntur sub decreto* Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 19. *Quomodo sit audiendus qui per vim, vel metum dicit se professionem emisisse.*
Constitutio de Regularibus loquens, an, & quando Equites Hierosolymitanos comprehendat.

55 *Equites Hierosolymitani non tenentur contribuere pro Seminariis.*

56 *Equites Hierosolymitani non comprehenduntur in constitutione de largitione munerum.*

57 *Equites Hierosolymitani non possunt accedere ad monasteria monialium, nisi ut cæteri regulares.*

58 *Extensio in pœnalibus, & odiosis fit ubi agitur de periculo animarum.*

59 *Equites Hierosolymitani, an comprehendantur in decretis* Greg. XIII. & const. Greg. XV. *super conservatoribus infra certum tempus eligendis.*

60 *Feudo in recto non succedit Clericus, vel Religiosus.*

61 *Equites Hierosolymit. non succedunt in feudis.*

62 *Religionem vovens, an satisfaciat assumendo habitum ordinis militaris.*

63 *Equites Hierosolymitani non admittuntur ad officia iurisdictionalia.*

64 *Eques Hierosolymitanus admissus ad officia laicalia si in eis delinquit punitur duntaxat à Superioribus Religionis.*

65 *Equites Hierosolymitani, an admittantur ad fideicommissum.*

66 *Eques Hierosolymitanus degens extra Conventum, non solvitur à nexu obedientiæ, vel paupertatis.*

67 *Eques Hierosolymitanus est incapax beneficii sæcularis, & pensionis.*

68 *Papa reservando nominatim Equiti Hierosolymitano pensionem, censetur cum eo dispensasse.*

69 *Equites Hierosolymitani lato sumpto vocabulo veniunt clericorum appellatione.*

70 *Eques Hierosolymitanus quando sit præceptoriarum, & Regularium beneficiorum incapax remissivè.*

71 *Patronum ad inopiam redactum, an, & quando Ecclesia alere teneatur.*

72 *Eques Hierosolymitanus Patronus beneficii ad inopiam redactus non est ab Ecclesia alendus.*

73 *Equitum Melitensium Religio excepta fuit in confirmatione actorum Benedicti Papæ, & Gregor. per* Conc. Constantiense.

74 *Equitum Hierosolymitanorum stabilimenta plenè probant, quamvis liber sit privatus.*

75 *Equites Hierosolymitani de Assassinio imputati à quo seu quibus rei declarare debeant.*

76 *Equitum Hierosolymitanorum privilegiis non gaudet qui probationes fecit, sed habitum nondum assumpsit.*

77 *Equites Hierosolymitani dimidiæ Crucis non sunt Religiosi nec Religionis privilegiis fruuntur.*

78 *Equites Hierosolymitani tenentur solvere procurationes, & subsidia legatorum Sedis Apostolicæ.*

79 *Equitum Vicarii, Familiares, Coloni, Ministri, an ab ordinariis locorum puniri possint.*

DECISIO XXI.

SEcundum dubium in superiore decisione excitatum erat an adolescens, qui Equiti Hierosolymitano venenum propinaverat inciderit in excommunicationem latam in *can. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. & sic an milites dicti ordinis olim nuncupati equites Rodiani ob residentiam, quam Rhodi faciebant, nunc autem illis à Turcis indè expulsis appellati equites Melitenses ab Insula Melitæ, in qua residunt, gaudeant privilegio Canonis. Et difficultatem facere videbantur ejusdem contextus verba, ibi in Clericum, vel Monachum. Hi autem equites in universum nec Clerici sunt (demptis aliquibus particularibus, qui clericali charactere per accidens initiantur) nec verè Monaci, aut Regulares; quippe qui paupertatem adeo laxam promittunt, ut juxta suæ Regulæ professionem proprium habere (secundum quosdam) permittantur; ac proinde non possunt dici simpliciter, & propriè Religiosi, † cum Religioni, & Regulæ Monachali per se & intrinsecus sicut annexa est castitas ita etiam proprietatis abdicatio; adeo, ut proprietas cum religione minimè compati possit. Textus expressus in *capit. cum ad Monasterium extr. de statut. Monach.* quem in nostris præcisis terminis ponderavit Azor. *Instit. Moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3. *quæst.* 2. *in fin.* † & in puncto quod equites Hierosolymitan. non propriè, & simpliciter, sed duntaxat latè sumpto vocabulo dicantur Religiosi tradunt. Panor. *in Rubr. de Reg. num.* 4. quem sequuti sunt. Angelus *in summ. ver. religios. num.* 1. Silvest. *in eodem verb.* 1. *quæst.* 1. Armill. *verbo relig.* Mandos. *sup. reg.* 3. *Cancell. quæst.* 11. *numer.* 3. Bellett. *disquis. Cler. tit. de Privil. can.* §. 1. *numer.* 38. Rota *decis.* 591. *num.* 1. *par.* 1. *diversorum repetita inter decis. Seraph.* 121. eadem Rota seu potius vota Cardinalium Seraphini Pamphilii, & Arrigonii, *decis.* 228. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* idemque sentire videtur eadem Rota apud Cæs. de Graff. *dec.* 1. *num.* 11. *de prob.* Cum itaque *can. si quis suadente* loquatur de clerico, & monacho, & contineat privilegium, intelligendus est de veris religiosis, juxta termini proprietatem, non de religiosis impropriè, & lato sumpto vocabulo. *cap. privilegia* 3. *dist. cum concord.*

1

2

Privilegia † enim sunt stricti juris, & regulariter strictè interpretanda maximè in præjudicium tertii *leg. si quando in princ. C. de inoffic. testam.* Bar. *in l. benefic. num.* 3. *ff. de const. Princ. glos. in cap. litteras in verb. ordinarii extr. de fil. presb. glos. Magistralis in c.* 1. *de const. in sexto Archid. in cap. frater* 16. q. 1. Felyn. *in c. causam de rescript.* Puteus *decis.* 66. *numer.* 1. *lib.* 1. Rota *decis.* 663. *nu.* 2. *par.* 1. *in recentioribus, & in Illerden. distributionum* 20. *Junii* 1597. *coram Gypsio, & est textus in c. sanè de privil.*

3

Nec † extenduntur de persona, ad personam, etiam ex rationis identitate Ant. de Butr. *in d. cap. sanè* Gemin. *in capit. ne aliqui in* 4. *not ab. de Privil. in* 6. Bal. *in leg.* 1. *in princ. de legibus* Dec. *consil.* 32. *& consil.* 113. *col.* 1. *& cons.* 516. *col. fin.*

4

Et † qui privilegio juvari vult, qualitatem à privilegio requisitam probare debet Bar. *in l. Fulcin.* §. *cum hoc nu.* 2. *ff. quibus ex caus. in poss. eatur* Alex. *cons. ul. n.* 3. *lib.* 2. Rota *decis.* 229. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent.*

5

His autem uti frivolis minimè attentis censui dictum juvenem, qui Equiti Hierosolymitano venenum propinaverat citra ullam hæsitationem incidisse in censuram inflictam in *dict. can. si quis suadente*, ac proinde contra eum cedulonos esse relaxandos, † Motus sui præsertim per text. expressum in *cap. canonica extr. de sent. excomm.* ubi S. Pontifex facultatem concedit Equitibus Melitensibus invicem se percutientibus, ut ab excommunicatione, hac de causa incursa, absolui possint ab eorum priore sacerdote; nisi tamen

6

per-

7 percussio sit enormis : † per quem textum dictos equites gaudere privilegio Canonis affirmat Abb. *in cap. quamvis de decim. & in Rubr. de Regul.* Bellet. *in disquis. cler. tit. de privil. Canonis* §. 1. *num.* 37. Carol. de Grass. *cum relat. de effect. cleric. effect. 9. num.* 131. Rodriq. inquiens in hoc nullum esse dubium in *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *in princ.* Molin. *de Just. & Iur. tract.* 3. *disp.* 50. *n.* 5. Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *nu.* 11. idemque firmat nemine citato , & à nullo etiam , quem viderim citatus ; Villagut. *in decis.* 34. *à num.* 4. *usque ad finem* .

Cujus sanè conclusionis veritas delucidius ex responsionibus ad obiecta patebit : unde non obstat , quod dicebatur , equites præfatos esse impropriè , & largo modo religiosos , ac proinde in dicti Canonis dispositione non comprehendi :

8 † falsum est enim tam antecedens , quam consequens , † An-

9 tecedens quidem , quoniam dicti Equites sunt propriè , & verè religiosi , ut constat ex libro stabilimentorum ejusdem ordinis , præsertim in proemio , & exordio , & ex *Bulla Innocen. S. P.* & ita tradunt ex Theologis Corduba *in summ. quæst.* 148. *& 278. in fin.* Aragon. in D. Thom. 2. 2. *quæst.* 8. 8. *art.* 11. *ad ult.* Sotus *de Just. & Iud. lib.* 7. *qu.* 5. *art.* 3. *circa fin.* Navar. *in tract. de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 55. *num.* 5. *quæst.* 3. *monit.* 27. *& in cons.* 21. *titul. de Regul.* Rodriq. *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 1. *art.* 6. *& tom.* 2. *quæst.* 3. *art.* 6. *& in Bulla Cruciat.* §. 9. *numer.* 123. Sayrus *decis.* 26. *tit. de regul.* Rebell. *de oblig. Just. lib.* 3. *quæst.* 4. *de matrim. imped. p.* 2. *sect.* 2. *col.* 2. *in princ.* Azor. *tom.* 1. *Institut. Moral. lib.* 13. *cap.* 3. *quæst.* 1. Molin. *de Just. & iur. tract.* 2. *disput.* 141. *ver. ad motum proprium* Bartolom. à S. Fausto *in Thesaur. Religios. l.* 5. *quæst.* 10. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disput.* 18. *num.* 8. Et ex nostratibus Felynus in *capit.* 2. *num.* 8. *de foro compet.* Cassan. *in Consuet. Burgund. in Rubr.* 5. §. 1. *sub num.* 18. *& in Catalog. gloriæ mundi par.* 9. *consid.* 4. ubi pulchrè de origine dictæ Religionis, deque aliis ad eruditionem scitu dignis . Duen. *in regula* 100. *num.* 5. Lopez *in leg.* 1. *tit.* 7. *partit.* 1. *sent. ord.* Vasq. *controvers. illust. cap.* 105. *num.* 49. *cum seqq.* Petr. Greg. *Syntagm. iur. lib.* 15. *cap.* 34. Menoch. *consil.* 54. *num.* 17. *lib.* 1. ubi citat Volateran. *lib.* 21. Antropologiæ dicentem hos equites esse religiosos S. Augustini. idem Menoch. *in tractat. de Arbit. iud. cas.* 221. *num.* 19. Decian. *in tractat. crim. tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 36. *& respons.* 51. *num.* 9. *lib.* 3. *cum relatis* ; ubi etiam quod dicuntur habere Ecclesiasticam dignitatem Osach. *decis.* 27. *sub numer.* 18. Gratian. *discept. forens. cap.* 457. *num.* 24. *& 27. tom.* 3. Novarius *in prax. elect. fori. q.* 27. *nu.* 3. ubi citat Rim. jun. *cons.* 57. *nu.* 28. *lib.* 5. & Bambacar. multas adducentem rationes in *c.* 1. §. *qui cler. q.* 2. *nu.* 31. *& seq. l. de feud. defunct.* Campanil. *in diversor. iur. can. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 44. plurimos etiam referunt, & sequuntur Moneta *in tract. de conservator. Iudic. cap.* 10. *num.* 387. & Cevall. *in tract. de cognit. per viam Violent. part.* 2. *quæst.* 140. *sub numer.* 19. *ver. quæ conclusio* plurimos etiam refert, & sequitur Bobadill. *in Politica lib.* 2. *cap.* 19. *numer.* 11. Thesau. Jun. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *nu.* 3. Azevedo *in l.* 24. 5. *l.* 3. *num.* 1. *& l.* 9. *tit.* 18. *l.* 9. *recop.* Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Lotterius *de re Beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 30. idemque firmant Viv. *decis.* 446. *num.* 3. Villagut. *decis.* 34. *nu.* 5. Osasc. *dec.* 27. *num.* 18. & hanc sententiam passim amplexata est Rota *Romana* , ut apud Pute. *decis.* 382. *num.* 2. *lib.* 2. *alias* 392. *eodem lib.* 1. apud Mohedan. *decis.* 10. *de caus. poss. & prop.* & rursus *decis.* 436. *num.* 2. *p.* 3. *divers. & decis.* 454. *in fin. p.* 2. *& decis.* 333. *sub num.* 1. *p.* 2. *in recent.* & apud Greg. XV. *decis.* 87. ubi Beltram. *in addi.* alias etiam decisiones affert , & apud eundem Greg. XV. *decis.* 109. *num.* 1. eadem Rota *Romana inter impressas post.* 2. *vol. consil. Farinac. dec.* 303. *num.* 3. *& in recent. decis.* 177. *sub num.* 1. *& decis.* 454. *num.* 3. *par.* 2. latè *in Parmen. bonorum* 18. *Iunii* 1631. *coram bo. me. Durano decis.* 95. *nu.* 2. *p.* 1. *& decis.* 308. *num.* 6. *p.* 2. coram eodem idemque vel implicitè , vel explicitè tenent singuli quos pleno stylo cumulavi in *decis.* 2. *num.* 58. qui in fortioribus terminis concludunt etiam equites Sancti Jacobi de Spata, & similium Religionum castitatem voventium conjugalem , esse verè, & propriè Religiosos , in quo tamen non insisto , ex quibus apparet hanc esse creberrimam opinionem, qua à nephas esset in judicando recedere .

Sed & hæc eadem sententia manifestissimè probatur in *c. cum & plantare extr. de privileg.* ubi S. P. tam Templarios ; quam hos equites Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani geminatè vocat religiosos , cæterisque coequat regularibus ; pro ut pariter eosdem equites tanquam religiosos prolixè alloquitur D. Bernardus *in quodam sermone* , cujus verba recenset D. Antonin. *in* 2. *p. histor. tit.* 15. *cap.* 20. & Cassan. *in catal. gloriæ mundi par.* 9. *consid.* 4. in quo quidem sermone D. Bern. ejusdem Religionis institutum ad sydera extollit . Equitunque quorundam depravatos mores , solita libertate increpat . Et denique hæc eadem sententia est de mente D. Thom. in 2. 2. *qu.* 186. *art.* 4. quatenus ibi docet posse Religionem ad militandum institui , & institutam, ac Romani Pontificis auctoritate confirmatam , esse verè , & simpliciter Religionem, ita tamen ut Milites perpetuam voveant castitatem , de qua latius differui *in d. decis.* 2. *numer.* 44. *& seqq.* ubi diversa adduxi fundamenta probantia à majoritate rationis hos Equites esse verè religiosos , quæ ibi videri poterunt. Nec est verum , quod equites præfati possideant proprium, † imò emittunt tria vota substantialia in re- 10
ligione à Sede Apostolica approbata , ut tradunt omnes precitati scribentes de quo sane nemo , quem viderim , dubitavit unquam, præter Polidor. Rip. *observa.* 158. qui tamen fatetur ingenuè se de hoc non esse informatum , quinimò ultra tria vota substantialia secundum Villagut *in decis* 34. *num.* 5. emittunt , & quartum , defendendi scilicet proprio ense omnes Christianos ab infidelibus etiam cum suæ vitæ discrimine.

Sed, † pace sua in hoc Villagut. decipitur, quia imò dun- 11
taxat emittunt tria vota substantialia, ut constat, ex formula professionis in *lib. Stabilimentorum tit.* 2. *consuet. seu stabilim.* 2. quæ talis est , *Ego N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, Beatæque Mariæ semper Virgini Dei Genitrici , ac S. Joanni Baptistæ perpetuo, cum Dei auxilio , servare veram obedientiam cuicunque superiori, qui à Deo , & Religione nostra mihi dabitur ; amplius vivere sine proprio, & castitatem servare* .

Est † autem professio strictè, & verè, quæ in tribus votis 12
substantialibus verificatur , ut in terminis nostris advertit Polid. Ripa *d. obser.* 185. *n.* 7. *ex* Abb. *in Rub. de Regul. numer.* 2. & ex Rota *in decis.* 593. *nu.* 8. *ver. accedit* , & ego latè deduxi in *d. dec.* 2. *nu.* 47.

Et † consequenter dispositio, vel statutum loquens de re- 13
ligiosis, & professis , ex propria , & stricta significatione , comprehendit etiam hos equites, ut per Polidor. Rip. *in observ.* 185. Novarium *in prax. elect. fori qu.* 37. *num.* 6. ubi citat Ant. Fabr *decis.* 27. *in tit. de Episc. & cleric.* citat etiam *Gratin discept. forens. cap.* 364. nihil tale dicentem, sed fortè id colligi potest ex traditis per eundem in *capitul. præcedenti, nempe* 363. *an.* 21. *usque ad* 30. Et † quod ex generali regula 14
traditum sit, ut quicquid dicitur de cæteris regularibus professis, de istis quoque Equitibus Melitensibus dicatur , *ex Sacræ Congregationis* resolutionibus testatur Rebell. *de obligat. just. lib.* 3. *quæst.* 4. *de Matrimon. imped. par.* 2. *sect.* 2. *col.* 1. *in princip.* Et quidem non modo in materia favorabili; sed etiam in pœnali, vel odiosa, ut per Glos. 2. *in clem.* 1. *de decim.* receptam , & laudatam à DD. communiter teste Navarr. *in consil.* 12. *num.* 2. *de regul. tom.* 1. Rodriq. *in quæst. regular. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 7. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *qu.* 4. optimè improbans distinctionem à quibusdam allatam inter favorabilia, & odiosa, quam etiam in prob. Aug. Barb. *in ejus noviss. tract. de Appell. Verb. utriusque jur. signif. appell.* 233. *n.* 6. & Moneta *in tract. de Conservator.* Judicib. *cap.* 10. *num.* 392.

Intelligendo tamen secundum jus commune,† quidam ete- 15
nim affirmant dictos equites ex Privilegio Pontificio non comprehendi sub aliquo jure de Religiosis loquente, quod odium, & rigorem contineat, ut in specie testatur Petr. de Arago. supra D. Th. *in* 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. *ad ult. &* Rodriq. *to.* 1. *qq. Regul. qu.* 1. *art.* 6. *in princ. Campanil. in diversor. jur. can. Rubr.* 12. *c.* 16. *nu.* 44. & præsupponunt Azor. *d. cap.* 4. *in princ. & circa fin.* Monet. *d. num.* 392. hoc autem , an sit verum dependet à tenore dicti privilegii , quod in facti contingentia omninò videndum esset.

Sed esto dicti equites essent religiosi lato sumpto vocabulo, adhuc consequens , quod inde deducebatur , falsum esset, eos scilicet non gaudere privilegio fori ; quoniam † in *d.* 16
Can. si quis suadente appellatione Monachorum veniunt Religiosi utriusque sexus, & cuiuscumque generis, & professi cujuslibet approbatæ Religionis ; ut apertè colligitur ex text. in *cap. cum illorum extr. de sent. excomm.* quod capitulum emanavit ad declarationem *dict. can. si quis suadente* provt etiam firmant. Felyn. *in cap. non dubium num.* 1. *extr. de sent. excom.* Navar. *in Manual. cap.* 27. *numer.* 39. Bellet. *in disquis. cler. titul. de Privileg. can.* §. 1. *num.* 37. Villagut. *dec.* 34. *num.* 8.

Etiam si non essent verè Religiosi , provt sunt conversi , 17
qui

qui par iter in dicti Canonis privilegio compræhenduntur, ut tradunt plurimi, quos referunt, & sequuntur Barbos. *de offic. Episc. p. 2. alleg. 11. nu.* 38. Card. de Grass. *effect. cler. 9. numer.* 70. & Mirand. *Prælator. tom. 1. q. 29. art.* 3. & ego ipse in *dec. 2. num. 98.*

18 At etiam † si non essent professi, ut Novitii, qui tametsi non sint verè Religiosi nec Regulare, DD. *in capit. beneficium*, ubi Ioan. And. Gem. & Franc. *de Regul. in sexto*, & post alios probat Azor. *tom. 1. Institut. Moral. lib. 12. cap. 2. quæst. 1.*

19 & 3. Moneta *de conservator. cap. 10. nu.* 391. † gaudent nihilominus Canonis privilegio *cap. Religioso* §. 1. *de sent. excomm. in sexto*, & ibi scribentes Dec. *in tract. Crim. lib. 6. c. 17. num. 9.* Bellug. *in specul. Princ. rubr. 11.* §. *videndum ver. & simili modo* cum aliis relatis per Carol. de Grass. *de effect. 9. numer. 72.* & Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. numer. 4. ver. nomine Monach.* & per me in *dict. decis. 16. num. 10. &* 13. quibus addo Azor. *Inst. Moral. tom. 1. lib. 12. cap. 3. quæst. 2.* & Coriolan. *de casibus reserv. p. 2. cap. 10. de Iud. Reg.* §. 10. *n. 19.* ubi ampliat etiam in Novitio unius diei.

Nec dicatur Canonem cum contineat privilegium strictissimè videri interpretandum. Nam pro responsione animad-

20 vertendum est, † quod quamvis privilegium, & beneficium si strictè, & rigorosè accipiantur, inter se differant, ut insinuat Gross. *in rubr. de rescript. in sexto*, privilegium enim propriè sumptum est illud, quod emanavit contra jus commune in favorem quarundam personarum dicturque privilegium quasi privata lex glos. *in d. Rubr.* Abb. *in cap. olim num. 7. de verb. sign.* Petr. Greg. *de Iuris arte cap. 7. num. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 35. numer. 5. cum seqq.* & post alios novissimè Tambur. *in tract. de Iure Abbatum tom. 1. disp. 16. quæst. 1. num. 2.* & alii mox citandi. Beneficium verò est gratia quæ præter jus fit, ut per Bart. & Jas. *in l. beneficium ff. de constit. Princ. Selva in tract. de benef. par. 1. qu. 1. nu. 4.* Rebuff. *in prax. tit. quid sit beneficium* Azor. *tom. 1. Instit.*

21 *Moral. lib. 5. c. 22. qu. 5.* Nihilominus † appellatione beneficii latè sumpti, venit, & privilegium, ut advertit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 40. nu. 7.* provt privilegii appellatione venit, & beneficium, ut per Suar. *in tom. de legibus l. 8. c. 27. nu. 1. & seq.*

22 Porrò † privilegium quod est purum beneficium latè, & favorabiliter interpretari debet; provt è contra Privilegium juri communi derogans, & ad tertii præjudicium cedens, strictè uti odiosum est interprætandum, prior pars assertionis probatur in *l. beneficium ff. de const. princ. & in cap. olim de verb. sign. cum concor.* posterior pars probatur in *cap. sanè & cap. porro de privilegiis*, & utramque partem firmant *DD. in commentariis earundem decretalium*, & Innoc. *in capit. quod dilecto extr. de consang. & affin.* ubi Abb. attestatur *de com. opin.* Bar. *in l. si finita* §. *ex hoc edicto nu. 5. ff. de damn. infect.* Sylvest. *in summ. verb. privileg. qu. 3.* Navarr. *in Summ. cap. 12. num. 79.* cum aliis quos congerit, & sequitur Sanchez *in tract. de Matrim. lib. 8. disp. 1. num. 1. & 4.* & Suar. *dict. cap.*

23 *27. num. 3. 4. & 5.* † Cum itaque *Can. si quis suadente* contineat merum privilegium personarum Ecclesiasticarum præter jus, & sic beneficium Principis, ut de se patet, & tam ex parte personæ percussæ, quam parte percutientis dicatur favorabile, ut deduxi in *dec. 45. nu. 44. & 48. & seqq.* jam cessant supra adducta in contrarium, quæ quidem militant in privilegio strictè, & propriè sumpto, quod alter in alterius impetrat præjudicium.

Quin etiam si *dictus Canon* contineret privilegium strictè sumptum (quod tamen falsum est) apud latè interprætari deberet † tum quia est in corpore juris redactum; privilegia autem quæ in jure communi continentur, non veniunt strictè interpretanda, ut per Suar. *dict. cap. 27. sub nu. 8.*

25 *in fin.* † Tum etiam quia concessum est motu proprio, non autem ad partis postulationem, quo casu etiam privilegium contra jus commune dicitur favorabile, & ampliandum *cap. si motu proprio de præbend. in 6.* Jo. Andr. *in cap. cum in cuctis* §. *cum vero extra de elect.* & ibi Abb. *num. 8.* Felyn. *in cap. ex parte num. 13. reser.* Alexan. *de Nevo in cap. qui circa num. 10. de consang. & affin.* Rebuff. *in concord. tit. formam mandati ver. motu proprio* Ant. Gabr. alios referens in *lib. 10. com. concl 2. nu. 61. & seqq.* Surd. *d. num. 8.* & in dispensatione motu proprio expedita, probat Sanch. *de matrim. lib. 7. disp.*

26 *1. nu. 5.* quamvis † autem regulariter gratia non dicatur motu proprio concessa, nisi id Princeps in literis expresserit, ut per Sanch. *d. disput. 1. in princ.* & per Gabr. *d. concl. 2. num. 102.* & Monet. *in tract. de commut. ult. volunt. c. 6. num. 168.* id tamen intelligendum reor quando agitur de gratia concessa particularibus personis, vel Collegiis, secus autem si concedatur universo ordini Ecclesiastico, ut in casu nostro, tunc enim non est verisimile ad partis instantiam concessam fuisse; sed hæc ex abundanti, nam ex superius dictis junctis iis, quæ in præcedenti decisione habentur, satis dilucidè constat præfatum adolescentem, eo ipso quod d. Equiti venenum propinavit incidisse excommunicationem *Canonis si quis suadente*.

Quoniam verò materia pulchra est, & practicabilis, non pigebit plurimas subtexere illationes, quæ ex præmissis sequuntur.

Infertur † itaque præfatos Equites tanquam veros religiosos non modo privilegio Canonis, sed etiam frui privilegio fori, ut in specie habetur per Felyn. *in c. 2. num. 8. de foro compet.* Dec. *tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 6. n. 36.* Osasch. *dec. 27. num. 18.* Caball. *resol. crim. cas. 64. num. 2.* Giurba *in cons. crim. 21. num. 3.* ubi ad hoc citat Paris. *in cons. 24. nu. 4.* quem in meo codice invenire non potui: quibus adde Oldrad. *consil. 118.* Bellug. *in specul. princ. rub. 7. num. 7.* Greg. *Tholos. Syntagn. iur. lib. 15. p. 1. cap. 34.* Greg. *in 5. p. tit. 1. glos. 1. in fin.* ubi etiam Ahumada, refert, & sequitur Ceval. *in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 148. sub num. 19. ver.* quæ conclusio Cæs. de Grass. *dec. 1. num. 12. de probat.* Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 373. num. 23.* eosque esse de foro Ecclesiæ, tradit etiam Marchesan. *de commiss. p. 2. tit. de comm. avoc. caus.* §. 3. *num. 114. fol.* 340. Gratian. *discept. forens. c. 457. num. 33. tom. 3. & c. 880. nu. 2. tom. 5.* Adeovt nec quidem puniri valeant à Duce seu Imperatore exercitus, sub quo ex magni Magistri licentia militant, ut latè, & pulchrè defendit Joan. Baptista Spata *inter consil. Farinac. lib. 3. consil. 193. à numer. 11. usque ad fin.* ubi etiam *numer. 22. & seq.* inquit id procedere non obstante quacunque asserta etiam immemorabili consuetudine.

Imò † trahentes vel trahi facientes eosdem Equites ad curias sæculares incidunt in excommunicationem inflictam in *Canone 15. Bullæ Cœnæ Dom.* ut per Duard. *ibidem qu. 28. nu. 1.* & Bonac. *de cens. in partic. disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 3. nu. 16. dixi in d. dec. 2. nu. 121.* quam sententiam sequi tenetur Jo. Bapt. Spata *inter cons. Farinac. lib. 3. cons. 197. num. 23.* quatenus inquit, non posse induci consuetudinem in contrarium cum quolibet anno interrumpatur per publicationem Bullæ Cœnæ.

Quæ adeò sunt indubitata, † ut nec ipsi equites, etiam de magni Magistri Indulgentia, Judicis laici jurisdictionem, ob illius incapacitatem prorogare valeant, ut per eundem Spatam ibid. *num. 18. & 20.* & ego in fortioribus terminis nempè in equitibus matrimonio utentibus dixi *in dec. 2. num. 117.* licet secus senserit. Marta *de iurisd. p. 4. c. 113. nu. 44.* attestans ita in Rota *Florentina* fuisse resolutum; non tamen ab eadem sententia recedo; imò impressa jam eadem mea secunda decisione cum casus contigisset in persona D. Palutii Romani Equitis S. Jacobi, qui consenserat in Curia Capitolina, & postea pœnitentia ductus, ab ea, tanquam à Curia laica declinabat, proposita causa in Signatura gratiæ, referente R. P. D. Muto, Sanctis. D. N. absque ulla difficultate resolvit causam à d. Curia laica esse avocandum sub die 13. Septembris 1636.

Et hæc quidem de jure communi; nam ex privilegiis specialibus † præfati equites Hierosolymitani non modo exempti sunt à Judicibus sæcularibus, verum & ab ordinariis Ecclesiasticis quibuscunque ac immediatè, sub protectione S. Sedis Apostolicæ recepti, ut pluries repetitur in *Bulla Martini V. & Pii IV.* in calce stabilimentorum registrata, & successivis temporibus à diversis Sum. Pontificibus, & demum à S. D. N. Urbano VIII. confirmatam, juxta tamen moderationem Greg. XIII. qui dicta privilegia ad præscriptum *S. Conc. Trid.* reduxit, ut in ejus Bulla pariter post stabilimenta impressa, & in *Bullario novo tom. 2. fol.* 448.

Infertur † secundo equites præfatos gaudere privilegio Collectarum, & gabellarum Remig. de Gonn. *in tract. de char. subsid. qu. 62. num.* 35. Duen. *in regul. 100. Amplia* 5. (licet subdat hodie huic privilegio derogatum fuisset;) suppletu ex consuetudine illarum partium, cum secus sit in nostris, ut benè advertit etiam Carol. de Grass. *de effect. clericat. effect. 3. num. 132.* & huic sententiæ subscribit novissimè Nouarius *in prax. elect. fori. qu. 37. nu. 7.* & alii, quos congessi in *decis. 2. nu. 124.* & quatenus sint verè religiosi idem fatetur etiam Guttier. de Gabell. *qu. 95. nu. 12.* ubi tamen *nu. seq.* inquit in Regno Hispaniæ hanc controversiam decisam,

&

& compositam fuisse *per l.9. tit.* 18. cujus verba ibi recensèt : & quamvis *Egid.Tho.in tract.de muner.* §. *seu sectio*, *si quispiam nu.*4.& 5. contrarium senserit, nempè dictos equites ad collectarum solutionem teneri, non tamen est à præcedenti sententia recedendum : Impositio enim gabellarum est actus jurisdictionis. Alex.*in cons.*18. *num.*8. *in fi. lib.*6. Socc. *cons.*129. *num.* 1. *circa med.* Rota *in decis.* 72. *num.*31.*p.*1. *recent.*cum aliis per me alibi allatis. Si ergo dicti equites gaudent privilegio fori, & non subsunt sæcularibus potestatibus, necessario sequitur, ut neque ab illis collectari possint, & quidem hoc privilegium continetur expressè in Bulla Pii IV. ab aliis Summis Pontificibus confirmata, & quod bona nedum Religionis, verum etiam patrimonialia DD. Equitum sint ab omni datio, & vectigali exempta adest *Constitutio eiusdem* Pii IV. 68. & ita resolutum fuit per *Cong. Immun. Eccles. in una Faventina* 2. *Maii* 1629. *proponente R.P. D.Merlino*.

32 Imò ex hac eadem ratione † sequitur eos non modo non teneri ad collectas à communitate, vel Principe impositas, sed nec quidem ad eas quas Clerus pro sui propriis necessitatibus, & debitis urgentibus sibi indixit stantibus privilegiis Apostolicis quibus iidem equites ab ordinariorum jurisdictione sunt exempti; ut fuit latè decisum per Rotam *in decis.*72. *per totam p.*1. *in recent.* & ita post hæc scripta practicavimus Genue dum ibi Vicariatus munere fungerer : sic pariter exempti sunt ab onere decimarum, Cathedratici Synodalis, charitativi subsidii, subvenctionis seminarii, cæterorumque hujusmodi *ex constitutionibus Leonis Decimi*, *Clementis Septimi*, *Pauli Tertii*, *& Pii Quarti*, cumque illis non attentis, nonnulli ordinarii eos molestassent, potissimum pro seminarii contributione vigore *Sac. Concil. Trid. sess.*23.*c.*18.emanavit constitutio *Pii V. in ordine* 77. *in novo bullario*, *tom.* 2. *fol.* 274. quæ præfatæ exemptiones omninò confirmantur.

Infertur tertiò generaliter dictos Equites omnibus Clericorum potiri privilegiis. Duen. *reg.*49. *nu.*5. Tapia. *in auth. ingressi Monasterium c.*34.*C.de sacros. Eccles.* à Ponte *consil.* 14.Marta *de iurisd.p.*4. *cas.*113. *nu.*32. Caball. *resol. crim. cas.* 225.*nu.*11.*cum aliis*, quos refert, & sequitur Giurb. *consil.* 2. *nu.*3. Marchesan. *de commiss.p.*2.*tit. de commiss. avoc. caus.*§.3. *num.*114.*fol.*340.

33 Infertur † quartò Equitem Hierosolymitanum offendentem Principem laicum non incurrere in Crimen læsæ majestatis, cum non sit illius subditus : hanc ampliatione quamvis his in terminis à nemine tactam invenerim, puto tamen

34 verissimam † ex illa communi sententia, quæ habet. Non subditum non committere læsæ majestatis crimen. *Clem. pastoralis* §. *denique* & §. *seq. cum ibi not.de re iud.*Bar.*in extrau. qui sint* Rebelles *in ver. tenore n.*7.Roland. cum per eum *relatis in cons.*4. *nu.*1.*& seqq.* & rursus *in q.*12.*à nu.* 248. *cum seqq.* & utrobique de mag.com.& veriori testatur. Rota *dec.* 241. *nu.*6.*in impress.post* 2.*vol.cons.eiusdem Farinac.*

35 Unde † nec etiam Clericum committere Crimen læsæ majestatis in suum Principem laicum latissimè post alios defendit. Roland.*d.cons.*4. Boss. *tit.de foro compet. nu.* 37. *& in tit.de crim.læsæ maiest.n.*86.Diaz.*in pract.crim.can.c.*110.cum aliis latè congestis per Farinac. & Rotam *in locis* mox *cit.* Plurimos etiam congerit Barbos. *de iur. Eccles. univers. tit.* 39.*n.*96.quibus addo Clar. *in* §. *læsæ Maiestatis ver. hinc infertur ubi ad hoc iura adducit*, *& in* §. *fi. q.*36. *vers. quæro nunquid*, quibus in locis hortatur Clericos, ut ab his delictis abstineant, quia Principes quandoque de facto contrarium servant : sequitur Anton.Scappa *de iure non scripto lib.*1. *c.*7. *n.*3.& 4. ac proindè idem dicendum arbitror in his equitibus Hierosolymitanis, qui non sunt magis subditi quam Clerici, & omnibus Clericorum privilegiis fruuntur, ut supra deductum est.

36 Infertur † quintò dd. Equites uti verè, & propriè Religiosos nihil proprii habere posset, *ad auth. ingressi*, *C. de sacros. Eccl. cum cordant. ita* firmat Mohed.*in decis.* 10. *de caus. pos. & propriet.* Lotter. *in tract.de benef.lib.*1.*quæst.*36. *nu.* 31. & Rota *dec.*435.*n.*2.*& seq.p.*3.*divers. & decis.*87. *num.*2.*seqq. p.* 2. *in recent.* nec facere fructus suos nisi quoad usum, & commoditatem propriam, ut per Rotam *d. dec.* 435. *num.* 4. in qua causa cum allegata fuisset asserta observantia, & de illis disponant : Rota dixit, quod si hoc verum est in facto, aliquid posset responderi : puto librariorum in curia esse scriptum *aliquid* loco dictionis *aliud*; sed quicquid sit de hoc, cavendum est à Marchesan. *in tract. de commiss. p.* 1. *tit. de signatura gratiæ diversa c.* 2. *n.* 268. *fol.* 74. qui non percipiens

sensum dictæ decisionis, ex ea perperam deduxit Hierosolymitanos equites posse sibi bona patrimonialia ex causa reservare, de quo articulo vide etiam latè Gratian. post hæc scripta visus, *in discept. forens. tom.* 5. *c.*880. *n.* 12. *cum plur. seqq.* ubi etiam in quoad bona patrimonialia adsit d.consuetudo & an ea valeat.

Sed & *in libro stabilimentorum titul.*5.*stabilim.*63. Disponitur ut bona quæ possident equites intelligantur ad religionem pertinere, & equites graviter ægrotantes tenentur in virtute sanctæ obedientiæ omnia bona etiam mobilia, jura, & actiones manifestare, & alias provt ibi.

Infertur † sextò præceptorias, & commendas dictorum 37
Militum esse ad nutum magni Magistri amovibiles, ex quo ipsi, uti veri Religiosi, proprium habere nequeunt, & sub superioris obedientia vivunt, ita decisum fuit apud Mohed. *d.decisione* 16.*de caus. poss.& propriet.* Rot. *d. decis.*87. *sub nu.* 2. ubi quod ita sæpius Rota *resoluit* Lotter. *de re beneficiar. lib.*1.*q.*36.*nu.*30.

Unde & multò minus iidem possunt alienare bona commendæ, & si alienent, alienatio est nulla ut per Rotam *in dec.* 507. *in* 4. *parte divers.* cum non sint Domini sed tantum simplices administratores, Alex. *cons.*96.*num.*3.*vol.*4.Card. Seraph.*decis.*1337. *num.*11. Rustic. *ad l.cum auus lib.*5. *cap.* 5. *sub num.*3.*ff.de condit.& demonstr.* Franch. Nygr. Ciriac.*lib.* 2. *controv.* 222. *num.*44. nec possunt se ingerere in commendis ; nisi quatenus velit religio, quæ omnium commendarum est domina. Card. Seraph. *decis.*1460. *nu.*14. ipsi autem assimilantur depositariis : *cap. nemo de elect. in* 6. licet non in omnibus, quia ex commendis possunt sumere alimenta, & expensas facere ex Redditibus illarum. Rebuff. *in prax. tit.de commend.nu.*2.& 3. Rota *decis.*672.*num.*3.*p.*2.*in recent.* Ciriac.*ubi sup. num.*46. Et hujusmodi commendas esse beneficia Ecclesiastica, & in eis committit symoniam habetur apud Garzi.*de benef.p.*1. *c.*4. *per totum* ubi alios refert.

Infertur † septimò Equites Hierosolymitanos quicquid 38
acquirunt religioni acquirere, provt & cæteri regulares Cæs.de Graff.*decis.*1.*num.*11.*de probat.*Gratian.*discept.forens. tom.*5.*c.*363.*nu.*22.*& tom.*5.*c.*880.*nu.*12.*in ver. Hierosolymitani.* Rota *decis.*435.*n.*2.*p.*3.*divers.& decis.*333.*sub nu.*2.*p.*2. *in recentior.*Greg.XV.*decis.*87. *num.*12. ubi id intelligit etiam in bonis propria industria, & labore partis ; & fuit dictum *in Romana Palatii de Aquila* 26. *Maii* 1600. *coram Card. Lancellotto relata ibidem à Beltram. num.* 15. ubi etiam de acquisitis ex bonis patrimonialibus. Et habetur *in lib. stabilimentorum tit.* 14. *stabil.* 57. quod bona per equitem acquisita, ipso ab humanis discedente, applicari debent commendæ intra cujus fines obiit, vel si intra nullius fines, viciniori commendæ, quicquid secus dicendum sit in Religionibus equitum matrimonio utentium tam quoad Patrimonium, & acquisita aliundè, quam ex commendis, ut per Card. Seraph. *decis.*587. *per totam* de quo tamen dic ut dixi *in decis.* 2.*num.*76.

Adeo † ut acquisitio fiat immediatè religioni, non autem 39
ipsi militibus Gratianus *discept.forens.tom.*2. *c.*363. *nu.*16. & *late* discusso articulo resolutum fuit in *decis.*333.*sub nu.*2.*p.*2. *in recentioribus*.

Et † Hæreditas delata equiti Hierosolymitano post pro- 40
fessionem emissam, acquiritur Religioni, quæ potest illam adire, vel repudiare absque ipsius ministerio, ut fuit, decisum *in d. decis.* 333.*p.*2. *recent.* ubi propterea fuit declaratum nullum Judicium institutum, & revocata sententia lata contra religionem Hierosolymitanam tanquam hæredem equitis : qui agendum fuerat contra eam tamquam contra hæredem testatoris mediante persona equitis : quæ omnia ferè ad verbum ponit etiam Gratian. *discept. forens.d.c.*363. *n.*15. *& seqq.*qui in eadem met. causa scripsit.

Infertur † octavò Equites Hierosolymitanos nullam ha- 41
bere testamenti factionem imò esse inteslabiles, provt cæteri Religiosi ad text. *in cap.cum ad monasterium in fi. de statu Monach.cap.in præsentia de probat.* & notatur *in auth. ingressi C. de sacros. Eccl.* & in punto ita latè firmat Gregor. XV. *in decis.* 87.*per totam*, quæ confirmata fuit, ut constat ex *decis.* 87.*p.*2.*in recent.in Recanaten. Bonor.* 29. *Aprilis* 1641. *coram Cerro*, qui hanc meam decisionem citat, & in *Levitana Spolii* 10. *Martii* 1664. *coram Emerix* ubi eandem refert, & idem tenet. Gratian. *d. cap.* 363. *numer.* 24. *& tom.*5. *cap.* 880. *num.* 8. idemque ex Theologis firmant. Azor. *institut. moral.p.*1. *lib.* 13.*c.*5. *q.*1. & Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.*7. *c.*8. *nu.* 36. ubi ait eos non posse absque magni magistri licentia testari, & nullo prædictorum citato, idem no-

viſſimè tenet Novar. *in prax. elect. fori qu.* 37. *num.* 5. ubi aſſert Molfeſ. *in conſ.* 14. *num.* 4. 5. *& 8.* dicentem dictos Milites non poſſe in ultima voluntate diſponere de bonis, ſivè mobilibus, ſivè immobilibus etiam per ipſos acquiſitis ſine dicta licentia in ſcriptis, & in ſpecie à magno magiſtro, ſeu Capitulo Generali obtenta; quod autem magiſter licentiam concedere poſſit equiti cuicumque diſponendi de bonis propriis, vel acquiſitis tam inter vivos, quam in ultima voluntate diſponitur *in lib. ſtabilimentorum in calce eorum tit. ſtatuta facta à bo. mem. Ugone de Loubenx. vandala Cardinali, & magno magiſtro ſtatuto penultimo*, & quod licentia Magni Magiſtri ſufficiat tenuit Rota, me hic citato, *in d. Recanaten. coram Cerro.*

Ita ut etiam ſi eques ſit conclaviſta teſtari nequeat, non obſtante privilegio, conclaviſtis conceſſo, ut teſtari valeant etiam de bonis ex Eccleſiaſticis redditibus quæſitis ut per Gregor. XV. *in d. dec.* 87. *per totam, & deciſ.* 109. *in princ.* confirmata *in deciſ.* 87. *p.* 2. *recent.* Modo tamen Summ. Pont. de eiſdem equitibus non cogitaverit, ſed ſimpliciter conceſſerit conclaviſtis d. Privilegium: ſecus autem ſi de eis cogitavit, præſertim ſi ſtabilimentis dictæ religionis derogavit, tunc enim d. privilegio ſtante utique teſtari poſſunt ut firmat Rota *in deciſ.* 177. *per totam p.* 2. *in recentior.* ubi ait ſic eſſe intelligendas *relatas deciſiones coram Gregorio*, & extendit etiam ſi in dicto privilegio derogatum non fuerit regulæ ſic jure quæſito non tollendo, ex duabus rationibus, de quibus ibi: quæ deciſio valde notanda eſt ad declarationem alterius *deciſ. Gregor.* 109. ubi pulchrè Beltramin. *in addit.*

42 Infertur † nonò ut nec quidem inter vivos, abſque dicta licentia, bona ſua etiam noviter quæſita alienare valeant: ut conſtat ex *ſtabilimento dictæ religionis tit.* 16. *in rubr. de contract. & alien. cap.* 10. cujus verba recenſet Novarius *d. qu.* 37. *nu.* 4. & ita fuit latè deciſum in Rota *dec.* 435. *per totam p.* 2. *diverſor.* ubi dicitur hoc verum eſſe tam de jure communi; quam etiam vigore ſtabilimentorum, ut *in ſtabiliment. t.* 7. 10. *&* 87. & ibi quod vigore *ſtabil.* 7. *ſub tit.* 15. habent bonorum acquiſitorum uſum, & commoditatem, non autem liberam diſpoſitionem.

43 Infertur † decimò ut iidem equites non habeant velle, neque nolle: quia dependent prorſus à magni magiſtri voluntate, ut per Mohed. *deciſ.* 10. *in fi. de cauſ. poſ. & prop.* Greg. XV. *d. deciſ.* 87. *nu.* 4. Lotter. *in tract. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 30.

44 Infertur † undecimò ut quemadmodum vinculum matrimonii rati non conſummati, omninò dirimitur per profeſſionem ſolemnem emiſſam ab uno ex ſponſis in cæteris religionibus approbatis, adeo ut conjux manens in ſæculo, ſit omninò à vinculo ſolutus, poſſitque liberè ad alias nuptias tranſire, juxta veriſſimam concluſionem, quæ eſt de fide definita ab Euſebio Papa, & habetur *in c. deſponſatam* 27. *qu.* 2. à D. Greg. Papa, & habetur *in c. decreta legalia* 28. *qu.* 2. à Joanne 22. & habetur in ejus *extrau.* 22. *de Voto* ab Alexandro III. *c.* 7. *& c. ex publico de converſ. coniug.* ab Innocentio III. *in c. ex parte ſua eodem tit.* & demum à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de matrim. can.* 6. ibi *ſi quis dixerit matrimonium ratum, non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugis, non dirimi, anathema ſit*; & latè poſt alios probat Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 18. *per totam.*

45 Sic † etiam per profeſſionem emiſſam in Religione Hieroſolymitana dirimatur: quia ipſi ſunt verè Religioſi eorumque profeſſio ſolemnis eſt, & Religio approbata, ut contra Sotum, & Sarmient. tenent Navarr. *conſ.* 2. *alias conſ.* 1. *titul. de converſ. coniug. l.* 3. Corduba *in ſumm. quæſt.* 178. *in fi.* Petr. Barboſ. plurimos congerens *ff. ſolu. matrim. in rubr. par.* 2. *num.* 82. Henriq. *lib.* 11. *de matrimon. cap.* 8. *num.* 6. ubi ait ita definitum fuiſſe in perſonam D. Gaſton. Ducis Metinæ, & ita etiam haberi in libris ſtabilimentorum; plurimos etiam refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 18. *num.* 1. *& per totam* Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *c.* 457. *num.* 25. *& ſeqq.* ubi teſtatur hanc eſſe veriorem opinionem. Azor. *p.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 13. *c.* 6. *q.* 4. quam etiam noviſſimè tenuit. Aug. Barboſ. *de Appell. nomin. utriuſque iur. ſignif. appell.* 233. *num.* 9. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 88. *artic.* 11. *corol.* 1. Rodriqu. *in Bullam Cruciatæ* §. 9. *nu.* 123. *& in qq. regular. tom.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 7. Ludou. Lopez *inſtru. conſcient. tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 48. Garzias *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *numer.* 4. ubi etiam alios refert.

46 Infertur † duodecimò ut quemadmodum S. P. cum cæteris regularibus non debet diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis per profeſſionem emiſſio, niſi cum magna, & urgentiſſima cauſa, ut per D. Bernardum *lib.* 3. *de conſiderat. ad Eugen. cap.* 23. Anchar. *in c. cum ad monaſterium numer.* 24. *de ſtat. monachor.* & ibi Henrich. Boich. *column.* 2. *in fi.* & Cardin. *column. penult. ad medium* Felyn. *in cap. ſi quando num.* 5. *ad fi. de reſcript.* Soccin. *conſ.* 92. *col.* 3. *ad med. lib.* 1. Natt. *conſ.* 33. *ante num.* 1. Cordub. *quæſt.* 24. *ad fi. lib.* 1. Henriq. *in ſumm. lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 11. cum aliis, quos refert, & ſequitur. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 457. *nu.* 9. cum ſeqq. ubi latè diverſa reportat exempla cauſarum ad dictam diſpenſationem ſufficientium.

Sic † etiam de his Equitibus dicendum ſit, ut nempè ea- 47
dem magna cauſa requiratur in diſpenſando cum eis, quæ in aliis regularibus requiritur, ut in ſpecie tradit. Navar. *in conſ.* 2. *nu.* 3. *de converſ. coniug. & latius* Gratian. *d. cap.* 457. *n.* 12. *& n.* 23. *& ſeqq.*

Infertur † decimotertiò profeſſionem in dict. religione 48
per vim & metum emiſſam, eſſe nullam ad inſtar profeſſionis cujuſcunque religionis, ut fuit latè reſolutum per Rotam *in dec.* 779. *per totam p.* 3. *recentior.* & tradit Marcheſan. *in tract. de commiſſ. par.* 1. *tit. de ſignat. grat. cap.* 2. *à num.* 454. *fol.* 93. *ubi num.* 467. ſubdit cauſas militaris profeſſionis horum equitum per Signaturam ſanctiſſimi facilius, quam cæterorum Regularium committi, & quidem Magno Magiſtro, cum clauſula provt de jure, & ſecundum tenorem ſtabilimentorum Religionis.

Infertur † decimoquartò equites Hieroſolymitanos, vti 49
verè Religioſos comprehendi ſub decreto *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de regular.* quo cavetur ne quis in quacunque tam virorum, quam mulierum religione, qui minori tempore, quam per annum poſt habitum ſuſceptum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur, ut per Riccius *collect.* 216. ubi ad hoc citat Rotam *in deciſ.* 591. *p.* 1. *diverſ.* (ex qua tamen contrarium potius ut mox dicam colligitur) Riccium tamen ſequitur ſimpliciter Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 457. *num.* 218. *& ſeq. tom.* 2. *& cap.* 880. *num.* 2. *tom.* 4. tu dic quo ad hoc adeſſe expreſſum *ſtabilimentum Concil. Trid.* inhærens *in tit.* 2. *ſtabil.* 15. quod etiam citatur à Rota poſt hæc ſcripta viſa, *in deciſ.* 779. *ante num.* 11. *par.* 3. *recentior.* Et quamvis antequam d. ſtabilimentum conderetur plerique contrarium tenuerint & ſignanter Gon. *in* 8. *reg. cancell. gloſ.* 8. *numer.* 54. ubi affert reſolutionem Sacr. Congregationis (quæ quidem congregatio, attento eadem ſtabilimento quod ſupervenit, mutavit, ſententiam teſte Pariſio *de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 120.) Azor. *par.* 1. *inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 4. *quæſt.* 2. ſubdens id etiam colligi ex Abb. Syl. & Ang. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 44. *caſ.* 29. per totum, Beia *reſponſ. caſ. conſc. p.* 4. *caſ.* 28. per totum, & non obſcurè colligitur ex *d. deciſ.* 591. *repoſita inter deciſ. Cardin. Seraphin. deciſ.* 121.

Non tamen præfati ſcribentes id ſenſere, quod equite Hieroſolymitani non ſint verè, & propriè religioſi, & quod religioſorum appellatione non veniant; ſed vel quod *Conc. Trid. cap. fi. d. ſeſſ.* 25. *de regul.* mandat omnia & ſingula in ſuperioribus decretis contenta obſervari in omnibus cœnobiis, & monaſteriis, collegiis, ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium, ac ſanctimonialium, etiam ſi illæ ſub gubernio militiæ, & cætera ex quibus, aliiſque verbis, militiarum Equites excluſi videntur à dictis decretis, ut ponderavit Rota *d. deciſ.* 591. *nu.* 9. Vel quod d. decretum videbatur factum pro regularibus veram, & omnimodam paupertatem promittentibus ut ex *canon. ſeq.* qui ad præcedentem continuativè venit, ut obſervat Sanch. *d. diſput.* 44. *num.* 8. Vel demum quia ante d. ſtabilimentum equites præfati privilegium habebant profeſſionem emittendi juxta regulæ præſcriptum non juxta *Conc. Tridentini* decretum ut inquit Azor. *d. quæſt.* 2. *in fi.* Cum † autem hodie eo- 51
rum privilegia redacta ſint ad formam *Concilii Tridentini*, utique in dicto Concilii decreto (& ſic etiam ſecluſo ſtabilimento) comprehenderentur ſecundum *Genuenſ. in Prax. Archiep. cap.* 21. *in addit. num.* 12. *in fi.* quem ſequitur Gratian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. c.* 363. *nu.* 27.

Infertur † decimoquartò dictos æquites comprehendi 51
alio decreto *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 6. *cap.* 3. *de reform.* quò diſponitur Regulares extra clauſtra degentes, ab Ordinario loci, uti Sedis Apoſtolicæ delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi poſſe (quicquid in contrarium eſſe probabiliorem ſententiam teſtatus fuerit. Azor. *part.* 1. *Inſtitut. moral. lib.* 14. *cap.* 4. *quæſt.* 39.) in hanc

enim

enim ſententiam inclinavit. Navar. *in conſ.* 11. *tit. de regul. lib.* 3. diſputans articulum ad partes, & tandem concludens ſtandum eſſe conſuetudini, cujus verba per omnia tranſportavit. Rodriq. *tom.* 2. *qq. regular. quæſt.* 3. *art.* 7. *per totum*, & hanc ſententiam firmant Sayr. *deciſ.* 26. *in titul. de regul.* Henriq. *conſ.* 71. *num.* 16. *& ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom* 3. *cap.* 457. *num.* 3. Riccius *deciſ.* 100. *num.* 3. *par.* 3. *& deciſ.* 231. *num.* 3. *par.* 4. Barboſ. *in tract. de offic. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 105. *num.* 15. Campanil. *in diverſor. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 22. ea ratione, quia diſpoſitio Concilii eſt generalis, & loquitur per dictionem univerſalem nemo, quo caſu Concilium ſine dubio comprehendit etiam equites Hieroſolymitanos. Et quamvis Moneta *in tract. de conſervat. cap.* 10. *num.* 393. contrarium teneat, ea ratione, quia *Concil. Trid.* ibi ſecundum cum loquitur de Clericis ſivè ſæcularibus, ſivè regularibus, & ſic non comprehendit dictos equites, qui ut plurimum non ſunt Clerici: attamen pace ſua, hoc eſſet nimium reſtringere decretum Concilii, quod juxta hanc lecturam non comprehenderet Moniales, neque converſos cæterarum religionum, clericali charactere non inſignitos, qui propterea magis erunt privilegiati, quam earundem Religionum ſacerdotes, quod eſt intollerabile dictu. Inquit igitur Concilium: *Nemo ſæcularis clericus, cuiuſuis perſonalis* (ſupple privilegii prætextu) *vel regularis* (ſupple nemo) *extra monaſterium degens, &c.* & ſic clariſſimè loquitur de Clericis ſæcularibus, prætendentibus privilegia perſonalia, ac de quibuſcumque Regularibus clypeo privilegiorum ſuorum ordinum ſe tuentibus, & conſequenter oratio apta eſt comprehendere quoſcumque religioſos etiam militares; qui ut ſuperius deduxi, veniunt appellatione regularium etiam ex propria, & ſtricta verbi ſignificatione. Idque mihi manifeſtum redditur; tum quia in dicto decreto de *Concilium* limitantur quæcumque privilegia hoc in caſu, in quo ordinarii non procedunt uti ordinarii, ſed uti Sedis Apoſtolicæ delegati: itavt quamvis per privilegia equites eximantur à juriſdictione ordinaria non tamen à poteſtate Papæ ſint exempti, cujus mandato, & authoritate tunc ordinarii procedunt, ut in terminis advertit amicus meus Barboſa *in tract. de appellat. nomin. utriuſque iur. ſignif. appell.* 233. *num.* 11. tum etiam quia ut dixi per conſtitutionem Gregor. XIII. dictorum equitum privilegia redacta ſunt ad terminos *Concili Tridentini*, & hanc arbitror eſſe veriorem ſententiam niſi oſtendantur alia privilegia derogantia dicto decreto *Concilii Tridentini*, quæ ipſe reperire non potui.

52 Neque † huic ſententiæ adverſatur, *deciſ.* 72. *num.* 4. *p.* 1. *in recent.* ubi dicitur, privilegia Religionis Hieroſolymitanæ eximere milite milites ab omnis juriſdictione, & ſuperioritate ordinarii, aliorumque inferiorum, itavt nullo caſu remaneant illis ſubiecti; & ita inquit fuiſſe deciſum, *Brunduſina iuriſdictionis* 9. *Februarii* 1579. *coram Bubalo*; quod quidem expreſsè diſpoſitum fuit per *fælic. record. dat. Pium IV. in ſua conſtitut.* 9. §. 36. de qua *in Bullario novo to.* 2. *fol.* 14. Quia id veriſſimum eſt ubi ordinarius procedit tanquam ordinarius, & ex propria juriſdictione, provt in caſu dictarum deciſionum; ſecus ubi procedit uti Sedis Apoſtolicæ delegatus & ex Summi Pontificis juriſdictione ut in terminis in quibus loquitur.

53 Infertur † decimoſextò ſub alio decreto *Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de regul.* quo ſtatuitur perſonas regulares exercentes animarum curam in monaſteriis, quibus ea imminet, quo ad ipſam curam, Sacramentorumque adminiſtrationem ſubeſſe juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus diœceſi ſita ſunt, comprehendi etiam Milites S. Joannis Hieroſolymitani. Piaſec. *in prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.* 20. §. 4. *num.* 2. Barboſ. *de offic. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 74. *num.* 26. Ricc. *in prax. reſol.* 176. Cochier. *de iuriſdiction. ordin. in exempt. par.* 2. *q.* 45. *num.* 11. & ita nominatim diſponitur in dicto *Decreto Sac. Conc. Trid.* Sed quoniam prædicti Equites prætendebant illi derogatum fuiſſe per eorum privilegia; ideo fœl. recor. *Pius V.* in ſua *conſtit.* 136. *de qua in Bullario novo tom.* 2. *folio* 347. nec non Gregorius XIII. *in ſua conſtit.* ſuper dictorum privilegiorum moderatione edita *ſub die* 23. *Novemb.* 1580. *in cap. circumſpecta, impreſsa in calce ſtabilimentorum, & in eodem tom.* 2. Bullar. *fol.* 687. expreſsè declaravit dicta privilegia illorumque confirmationem non comprehendere eorum Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, ſed in his *d. Conc. Trid.* decreta omnino ſervari debere provt etiam diſpoſuit S. D. N. Urbanus Octavus *in ſua conſtit.* 15. §. 10. *in* 4. *tom. bullar. fol.* 245. ædita ſuper confirmatione privilegiorum dictæ religionis.

Infertur † decimoſeptimò aliud *Decretum Concil. Trid.* 54 *ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 19. præſcribens formam audiendi quemcumque Regularem, qui vi, vel metu, vel ante tempus profeſſionem emiſiſſe prætendit, comprehendere etiam Equites Hieroſolymitanos tanquam veros Religioſos, ut per Gonzal. *in* 8. *reg. cancell. gloſ.* 8. *num.* 62. ubi affert reſolutionem *Sac. Congregat.* hujus tenoris *Milites S. Ioanni Hieroſolymitani in hoc decreto comprehenduntur*, & ita præſupponit Rota *in deciſ.* 779. *numer.* 11. *par.* 3. *in recentioribus* ex qua, & præcedentibus illationibus apparet non ſubſiſtere id quod obiter dixit, Rota *deciſ.* 591. *num.* 8. *par.* 1. *diverſor.* quod quoties concilium voluit comprehendere milites, eos nominavit, quia imò poteſt regula in contrarium conſtitui.

Et † ſic decimoctavò generaliter infertur Concilium, 55 vel Apoſtolicam conſtitutionem, de Religioſis loquentem comprehendere etiam dictos equites in materia ipſis adaptabili, niſi expreſsè illi excipiantur, ut probatur *in cap.* 18. *ſeſs.* 23. *de regul.* ab eadem Rota allato, ubi agitur de contributione facienda pro ſeminariis, & Concilium excipit expreſsè dictos Equites ibi *fratribus Sancti Joannis Hieroſol. duntaxat exceptis*. † Sic etiam videmus *fel. recor.* Cle- 56 mentem Octavum excepiſſe illos à ſua conſtitutione de largitione munerum, quia materia non erat illis adaptabilis, ut advertit, Monet. *in tract. de conſervat. cap.* 10. *num.* 392. Sic † verſa vice cum iidem Equites prætenderent non 57 contineri ſub decreto à *Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium negotiis Epiſcoporum, ac Regularium Præpoſitorum* de ordine S. Pontificis edito, quo Regularibus omnibus prohibetur acceſſus ad Monaſteria monialium, niſi certis modis, & formis in eo expreſſis: eadem Sacra Congreg. ſcripſit Vicario Neapolitano, quod imò in dicto decreto etiam ipſi comprehenduntur teſte Campanil. *in diverſor. iuris can. rubr.* 12. *cap.* 16. *numer.* 44. & Quarant. *in ſum. bullar. verb. monaſter. & convenit, &c.* ubi ſubdit id verum eſſe etiam præſuppoſito privilegio ut non comprehendantur ſub aliquo religioſorum jure quantum ad odia, & rigores: † quia quoties agitur de animarum periculo, 58 etiam in pœnalibus, & odioſis admittitur extenſio Panor. *in c. ex tenore num.* 6. *qui filii ſint legit.* Jaſon. cum per eum relatis *in Auth. quas actiones num.* 25. *de Sacroſ. Eccleſ.* Cravet. *de antiq. temp. par.* 4. *ſect. videamus num.* 10. Rota *deciſ.* 29. *num.* 10. *par.* 2 *diverſ.* idem Quarant. *in verb. caſus reſervati in addit. n.* 3. *fol. mihi nu.* 194. & deinde emanavit generalis ejuſdem Congregationis declaratio à Summario Pontifice approbata.

Unde deduci poteſt, † an rectè ſenſerit. Monet. *in tract.* 59 *de conſervat. iud. cap.* 9. *num.* 393. *& ſeqq.* dum firmat dictos Equites non comprehendi ſub decretis æditis tam à *Sacr. Congreg. Cardinal. Concil. Trid. interpret.* quam à *Sac. Congreg. Card. negociis Epiſcoporum, & Regular. Præfect.* ut Regulares in Italia exiſtentes infra duos, extra Italiam verò infra ſex menſes à die publicationis in urbe inchoandos, conſervatores ſibi eligere debeant, coram quibus conveniantur, ſemelque electos non niſi in Capitulis Provincialibus mutare valeant, eorumdemque nomina intra menſem à die electionis Epiſcopis locorum ordinariis debeant indicare, alioquin coram ipſis ordinariis conveniri poſſint, quas reſolutiones ultra Monet. ubi ſupra *nu.* 776. refert etiam *confect. in Summ. Privileg. Mendic. tit.* 3. *cap.* 9. & idem Monet. ubi ſupra *numer.* 376.

Movetur Moneta duabus rationibus, quarum prior eſt, quia licet dicti Equites ſint vere Religioſi, nihilominus verba in dubio interprætanda ſunt in potiori ſignificatione: potior autem hujus nominis regularis ſignificatio eſt in iis regularibus, qui ſimul cum tribus votis etiam Regularem habitum à Laicis, & Clericis diſtinctum gerunt. Poſterior quia Papa mandavit dictum decretum intimari in urbe omnibus Regularium Procuratoribus in ſchedula notatis, & veriſimile non eſt fuiſſe in d. ſchedula notatos Procuratores hujus religionis, qui fortè in urbe non aderant.

Quarum tamen rationum neutra, ſi veritatem amamus, ſuſtineri poteſt; non prior quia illius major propoſitio non applicatur, cum procedat ubi æquè benè verba non poſſunt in eodem ſignificatu accipi: alias excluderemus Equites Melitenſes ab omni conſtitutione, & decreto de Regularibus loquente, quod ex jam dictis, non ſubſiſtit; minor item falſa eſt, quia imò propriè, & ſtrictè appellatione Religioſorum

forum veniunt etiam hi Equites, ut supra abundè deduxi. Non posterior ratio; quia continet divinationem, & contrarium est verisimilius, quia hujusmodi Religio Hierosolymitana perpetuò retinet in urbe oratorem. Est verum, quod cum dicta decreta confirmata fuerint per Gregor. XV. *in eius constitut.9.§.6.in 4.tom.bullar.fol.*80. & dubitatum postea fuerit, an eadem constitutio comprahenderet dictos Equites & *Sac. Congregatio* cum distinctione respondit in hunc, qui sequitur, modum *Die 6.Febr.1627. Sac.Congreg. Illustr.Cardinalium Cone.Trident. interpretum censuit constitutionem. S.mem.Greg.XV. de conservatoribus, non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quo ad Iudices conservatores, eidemque religioni adhuc ius eiusmodi Iudices conservatores eligendi competere*: quod decretum ad magni magistri instantiam fuit *S. D. N. Urbano VIII.* confirmatum per suam *constitutionem in ordine* 78. de qua in *dict.* 4. *tom.bullar. fol.* 392.

60 Infertur † decimononò ut quemadmodum Clerici, cæterique Religiosi in feudis rectis minimè succedunt, ut per Bald.And.de Isern. & Afflict. *in cap.1. tit. de Milite Vasallo, qui arma belli deposuit in usibus feud.* Bar. *in l.1. num.5. C.de legat.& in l.si finita §.si de vectigalibus column.1. ff. de damn. infect.* Alex. *conf.*10. *num.*1. *& seq. volu.*5. Afflict. *decis.* 320. ubi testatur ita fuisse decisum per Cassan. *in consuetud.* Burgund. *in rubr. deo feudes §. excepte les relligieus col.3. ver. quid dicendum* Cravett. *conf.*303. Ruin. *conf.*42. *num.9. column.*1. ubi testatur hanc esse veriorem crebrioremque sententiam Cæphal. *conf.*64. *num.*3. *& seqq. volum.*5. Capic. *decis.*10. *num.*4. *& dec.*31. *num.*2. Osasch. *dec.*27. *post enim* 4. cum aliis quos refert, & sequitur Vivi. *dec.*446. *nu.*2.

61 Sic † pari modo equites Hierosolymitani incapaces sint successione dictorum feudorum personale servitium requirentium, juxta opinionem; quam veriorem, & receptam vocat Menoch. plurimis relatis in *tract. de arbitr. Iud. cas.*56. *num.*12. *& casu* 231. *numer.*5. fusius *in conf.* 54. *num.*13. *& seqq. & per totum volum.*1. *& conf.* 519. *num.*8. *vol.*5. quem novissimè sequitur Novar. *in prax. elect. fori quæst.*37. *num.*9. eamdem sententiam in puncto juris, veriorem contendit Thesaur.jun. *quæst. forens. lib.*1. *qu.*18. *per totam*, ubi innumeros congerit, (licet fateatur in patria sua contrariam invaluisse consuetudinem) hanc eandem sententiam olim tenuit Barbat. *in tract. de præstantia* Cardin. *cap.*1. *quæst.*5. *nu.*7. quem refert, & sequitur Cassan. *loco supra.cit.*§.5. *num.*18. *nu.*9. Cotta *in memorabil. iur. in verbo clericus in fi.* & de rigore juris veriorem dicit Alber. Brun. *conf.* 17. Cravett. *conf.* 303. per totum Mohedan. *decis.*10. *num.*3. *de caus. poss. & propriet.* Gratian. *discept. forens. tom.*5. *cap.*880. *num.*6. Alciat. *respons.* 29. *num.*6. *vol.*1. Roland. *conf.* 23. *num.*30. *volum.*1. ubi ait hanc sententiam de stricto jure veriorem esse, & sequendam latè Osasch. *decis.* 11. *num.* 18. & alii complures. Cæterum contrariam sententiam sequuti sunt. Bald. Alvarot. *præpos.* Afflict. *& feudistæ com.in d.c.*1. *de milit.* Vasal. *qui arma belli depos.* eamque à contrariis defendit Natta *in conf.* 507. *à num.*14. *& conf.seq.à num.*1. *volum.*3. Nevizzan. *conf.*30. Viv. *decis.* 446. *numer.*7. *cum seqq.* ubi ait secundum hanc sententiam fuisse judicatum, eamque comprobare nititur, quam etiam veriorem magisque communem adstruit Carol. de Grass. *de effect.cleric.effect.*4. *nu.*69. post alios quos ibi pleno calamo congessit, quibus addendus Sanchez *in præcept. decalog.lib.*7. *c.*15. *n.*47. *& seq.*

Pro quarum sententiarum conciliatione pro nunc amplector distinctionem allatam à Rosental. *in tract. de feudis p.*1. *cap.*7. *concl.* 30. *num.* 8. *iuncto numer.* 11. ut nempè negativa procedat quoties feudum talis sit conditionis ut semper, vel ut plurimum præsentem requirat Vassallum, ut aliquod fortè officium annexum habens, vel ex conventione continuam residentiam præstare debeat: extra hos terminos autem affirmativa sit verior; non quidem, quia equites præfati non sint verè, & propriè religiosi; sed quia ratio, ob quam Clerici, & regulares Claustrales excluduntur, allata *in d.cap.*1. *milit. vass. qui arm. bel. depos.* quod scilicet, ordinem adepti, aut Clerici facti, tanquam milites Christi non debeant esse Milites sæculi, sed Divinis, præcibus vacare, non militat in religiosis militiarum quorum institutum ad arma, non ad Chorum, & Claustra spectare videtur, ut ibidem per Rosen.

Alii autem aliter distinguunt, ut Equites singulares sint feudis incapaces: eorum tamen Religio in universum sit capax. Fabb. Ann. *in addit. ad* Vinc. Ann. *singul.* 207. Grass. *de effect. cleric. d. effect.*4. *numer.*7. Gratian. *discept. at. forens. tom.*5. *cap.* 880. *num.*7. quæ quidem distinctio etiam ad ceteras religiones non mendicantes adaptari, manifestissimum est.

Infertur † vigesimò ut secundum quosdam, vovens absolutè Religionem, satisfaciat ingrediendo dictam Religionem Hierosolymitanam, quæ est vera, & propria religio, & in qua emittuntur tria vota substantialia, licet secus sit in reliquis militaribus Religionibus, in quibus equites vovent castitatem conjugalem; ita tenent Arragon. 2. 2. *q.* 88. *artic.*11. Azor. *in 1.p. instit. moral. lib.*13. *cap.*4. *quæst.*4. qui adhoc adducit etiam Cordubam (contrarium in meo Codice tenentem ut mox dicatur) hanc ipsam sententiam firmant etiam Sayr. *in Clau. Regia lib.6. c.7. num.* 10. Barbos. *de appellat. verb. utriusq. iur. signif. appellat.*233. *num.*8. Contrarium tamen defendit Cordub. *in sum. quæst.* 148. & Sanchez *in præcept. decalog. tom.*1. *lib.*4. *cap.*16. *numer.*12. non quidem quod ista non sit vera religio, sed quòd communiter religionem promittentes intendunt statum viventium in communi, & alienum à tumultu, & fastu, & curis sæcularibus, ob quam rationem ego quoque huic sententiæ libenter subscribo. 62

Infertur † vigesimoprimò, ut Equites Hierosolymitani tanquam veri Religiosi non admittantur ad officia jurisdictionalia, vel ad Magistratus Civitatum ut per Tapiam *de iur. regni tit.... de Episcop. & cleric. in constit. clerici numer.*5. Vinc.de Franch. *decis.*479. *num.*4. Gratian. *discept. forens. cap.* 457. *num.*28. *tom.*3. Cabal. *resol. crim. volum.*1. *cas.*64. *num.*8. Giurb. *conf. crim.*22. *num.*9. Mastrill. *in tract. de magistr. lib.*2. *cap.*6. *num.*35. 63

Quod † si de facto, eorum aliquis ad sæcularia officia fuerit à Principe Laico admissus, in eisque deliquerit vel in sindicatu querelas, habuerit, non poterit quidem per Principem, vel ejus Ministros puniri, etiam quo ad pœnas pecuniarias, sed uti verè religiosus ad suos superiores remittendus erit, ut benè per Vinc. de Franch. *dict. dec.*479. *nu.*4. & per Cabal. *d. cas.*64. *per totum*. 64

Infertur † vigesimosecundò dictos Equites non admitti ad fideicommissum perpetuum familiæ relictum exclusis Ecclesiasticis; tum quia per hos equites religiosos votum perpetuæ continentiæ emittentes familia, nomenque testatoris conservari non potest *ad l. liberorum* 220. *in fi. ff. de verb. sign.* tum etiam, quia propter votum paupertatis, quod una cum aliis duobus votis substantialibus emiserunt, proprium habere nequeunt, ac propterea, cum nequeant admitti ad proprietatem, quæ per fideicommissum relicta fuit, multo minus admitti poterunt ad usumfructum, qui non est in fideicommisso, ita Ant. Faber. *in C.* Fabian. *lib.*6. *tit.*22. *de fideic. dec.*33. quamvis Ricc. idem sentiens in *collectan.* 216. cum citet in *decis.* 34. & minus generaliter loquatur, quem simpliciter refert, & sequitur Gratian. *discept. forens. tom.*3. *cap.*457. *num.*28. 65

Infertur † vigesimotertiò dictos Equites etiam si degant extra conventum, & præficiantur, præceptoriis, nunquam tamen à nexu obedientiæ solui neque proprii quicquam, nec testamenti factionem habere posse Greg. *dec.* 109. *num.* 2. *& seq.* quæ decisio confirmata *fuit* 10. *Octobr.*1604. *coram Penia* Lotter. *in tr. de beneficiar. lib.*1. *q.*36. *nu.*31. 66

Infertur † vigesimoquartò, eosdem Equites usque adeo esse verè & propriè Religiosos, & Regulares, ut propterea sint incapaces pensionis super beneficio sæculari, sicut ipsiusmet beneficii provt cæteri regulares incapaces existunt Gigas. *de pension. q.*57. *nu.*5. *& seq. & quæst.*16. *num.*6. Navarr. *conf.*11. *incipit familiaris num.*2. *de temp. ordin.* Gambar. *de offic. & potest. legat.* à Latere *tit. de pens. i. num.*262. *lib.*8. Rota *in Nolana pensionis* 10. *Ianuar.* 1600. *coram Cardin. Sacrato* impressa à Marchesan. *in tract. de commiss. p.*2. §.2. *fol.*621. ubi id extendit etiamsi reservetur alteri ad commoditatem tamen equitis Hierosolymitani Lotter. *in tract. de re beneficiar. lib.*2. *quæst.* 36. *nu.*28. 67

Quod † tamen intellige data ignorantia status ipsius in Papa concedente pensionem; nam si in reservatione pensionis expressum fuit ipsum reservatarium esse equitem Hierosolymitanum, tenet reservatio, quia stante hac narrativa, Papa reservando pensionem, censetur dispensare Jas. *in leg. Barbarius nu.*14. *ff. de offic. Prætor.* Paris. *conf.*44. *n.*15. *& seqq. lib.*5. Sylvan. *de benef. par.*3. *quæst.*18. *num.*27. & in puncto tradunt Gambar. *de offic. leg. à lat. lib.*6. *n.*259. Lott. *de re benef. lib.* 1. *n.*125. (ubi quod Papa isto casu removere videtur vinculum voti paupertatis, quod obstabat) Rot. *dec.*56. *sub n.*7. *ver. nam fuit responsum*. 68

Præ-

69 Præfata † sanè illatio valdè notanda est, nam fortè quis respondisset contrarium, cum equites Hierosolymitani lato sumpto vocabulo etiam clericorum appellatione veniant Cæsar.de Grass.*decis.47.alias decis.1.de probat.*Lotterius *in tract. de re benefic.lib.1.q.36.n.22.& seq.*in quo sensu salvari possunt Menoch. *in tract.de arbitr.iud.cas.23.n.19.*& Gratian.*discept. forens.c.457.nu.22.tom.3.*qui eos appellant Clericos regulares, unde videmus, quod non attenta impropria nominatione ipsi sunt verè regulares.& constituunt statum à Clericis, & Laicis separatum.

70 An † autem, & quando iidem equites non modo sæcularium beneficiorum, sed etiam regularium, & ordinis sui præceptoriarum sint ex aliquo defectu incapaces, vide apud Lotter.*de re benefic.lib.2.q.15.ex n.44.*

71 Infertur vigesimoquintò ut licet patronum, † non sua culpa, ad inopiam redactum, Ecclesia de alimentis modestis providere teneatur *c. nobis §. profundatione ubi glos. & DD.* communi de Jurepatr. Surd.*cum congest. alim.tit. 1. qu. 59.* per totam Campan.*in divers. iur. can. rubric. 11.cap.27. num.2.*

72 Secus † tamen dicendum sit in equite Hierosolymitano patrono, quem tanquam verè religiosum ipsa religio alere debet, ut benè per Rotam *in decis.454. num.3.& 5.par.2. recentior.*

73 Infertur † vigesimosextò eos, adeo esse privilegiatos, ut *d.Concilium Constantiense*, quod profedendo schismate inter Benedictum Papam, & Gregorium, habitum fuit, dum coram gesta usque ad certum tempus confirmavit, id egerit cum hac exceptione dummodo talia gesta non sint in præjudicium Religionis Hierosolymitanæ ut advertit Gemin. *in cons. 15. n. 19. in fin. vera.* & pro hoc facit, quod reportavit *Eminent. Card. Tuscus* (cui ego successi in Abbatia S. Benidicti Sipontini) *in 4.tom.concl.iurisd. concl.108. ver. Hierosolymitani n.6.*

74 Infertur † vigesimoseptimò libros stabilimentorum dictæ Relig. quamvis privatos, cum comm. habeantur pro stabilimentis benè probare, ut per Gemin.*dict.cons.15.num.18.ver.* quoad secundam *Tusc.ubi supra n.7.*

75 Infertur † vigesimo octavò non posse judicem laicum declarare equitem Hierosolymitanum in crimen assassinii incidisse, imò id prohibitum existit sub excommunicationis majoris Sum. Pontif. reservatæ ipso facto incurrendæ, aliisque pœnis,per *constit.clem.8.37.ut in Bullar.nou.tom.3.fol.52.* qua sancitum fuit dictam declarationem faciendam esse per superiores eorum adiuncto sibi loci Episcopo.

Omissis autem nonnullis illationibus ad prolixitatem vi-
76 tandam; non est prætermittendum † præfata omnia procedere in iis, qui jam habitum dictæ Militiæ gestant; secus autem si quis nondum habitum assumpserat, quamvis probationes pro ejus admissione factæ fuerint viaticumque solutum; is enim nondum potest dici equites nec Religiosus, ac proinde nulla ratione canonis, vel fori, seu aliud quodcunque privilegium dictis Militibus competens, prætendere potest, nec juvatur Regula, quæ habet proximè accingendum haberi pro accincto, ut in facti contingentia quoad privilegium fori latè decisum fuit apud Vincent. de Franch. *in decis. 449.per totam*. Idemque discutit, & resoluit in eo, qui paratus erat ad suscipiendum habitum S. Stephani Caball. *in lib. 1. resolut. crimin. casu 65. per totum*. Circa quod videri potest *constitut. Pii Papæ IV.* Confirmationis, & ampliationis privilegiorum dictæ Religionis cum præinserta in *Bulla Martini V.* in illis verbis, *quodque illi dunt axat fratres privilegiis præd. gauderent, qui à præfato Magistro, seu de eius licentia habitum suscepissent, & professionem emisissent, seu de habitu suscipiendo, & professione emittenda infra certum tempus arctati fuissent.*

77 Quemadmodum † nec præfatis prærogativis juvantur equites dimidiæ Crucis ejusdem religionis Hierosolymit. quia illi non sunt Religiosi sed remanent meri sæculares,uxoresque ducunt, ac proinde aliorum equitum privilegiis non gaudent Roder.*Regul.qq.to.2. q.63. nu.18.* latè Giurba *in cons. 22.per totum*, ubi ita fuisse decisum attestatur.

78 Sed † & equites ipsi quantumvis exempti, tenentur solvere procurationes, & subsidia legatorum Sedis Apostolicæ ut per Feder.de Senis *in cons.178.*Card.Tusch. *to.4. conclus.iurisd. concl.108.ver.Hierosolymitani n.2.*

79 Et † denique ordinarii tanquam ejusdem Sedis Apostol. delegati etiam extra visitationem corrigere, punire, & coercere valent eorundem equitum Hierosolymitarum Vicarios familiares, Colonos, & Ministros juxta dispositionem *Sacr. Conc. Trid.sess.24. cap.11. de refor.* & expresse cavetur *in constitutione 67.* Greg.XIII. *de qua in eodem 2. tom. Bullar.fol.448.*ubi advertit etiam Cherubin. hanc jurisdictionem fuisse ordinariis à successoribus Pontificibus conservatam.

ARGUMENTUM.

Venenum propinans inimico, morte non secuta,an Proditor dicatur, & an Ecclesiæ Immunitate gaudeat. Et an vulnerans vel offendens Sacerdotem, contra Peg. *dec.221.*

SUMMARIUM.

1 *Verba præteriti perfecti actum perfectum, & consummatum indicant.*
2 *Percutiens vel venenans aliquem proditoriè, morte non secuta, gaudet immunitate.*
3 *Venenans aliquem vel alias ad actum proximum homicidio veniens, an pœna ordinaria plectatur.*
4 *Percutiens quem proditoriè animo occidendi an ecclesiæ immunitate privetur.*
5 *Venenum præbens animo occidendi,non privatur immunitate Ecclesiæ.*
6 Constitutio Marchiæ lib. 4.cap. 68. *contra vendentes, vel retinentes Venenum, & consimilis* Regni constitutio *declarantur.*
7 *Occidens,vel vulnerans clericum, Ecclesiæ non gaudet immunitate.*
Contrarium est verius n. 8. 9. & 10.
8 *Immunitate Ecclesiæ nemo privatur nisi pro delictis exceptis.*
9 *Clausula sublata omnem impedit extraneam interpretationem.*
10 *Sacerdotem percutiens, vel occidens, gaudet Ecclesiæ immunitate.*

DECISIO XXII.

POstremus articulus in eadem causa propositus brevi stylo resolvendus, erat an Adolescens, qui equiti Hierosolymitano inimicitiæ causa, venenum propinaverat, & inde in Ecclesiam se receperat, illius immunitate potiri deberet. Et quidem affirmativam sententiam dixi esse sequendam, etiam si concederemus illum proditorem dici, cujus contrarium *inf. n..... ostendam*, cum præsertim eques mortem evaserit. Et quidem non modo juxta terminos *Constitutionis à fœl.rec.* Gregorio XIV. super Ecclesiarum Immunitate ædita, in qua non proditoriè offendentes; ab immunitatis beneficio excluduntur, sed ii duntaxat, *qui proditoriè proximum suum occiderint*, quæ quidem præteriti perfecti verba actum indicant perfectum, † & consummatum *l. 1. §. hæc verba ff.* 1
*quod quisque iur.l.1.ff.de extraord.crim.*Bald.*in l.damni infecti §.Sabinus ff.de damn.infect.*Peregrin.*de Immun. c.7. sub num.* 13. & habetur ex Aul.Gellio *lib.7.noct.attic. cap.17.* quem refert,& sequitur, Alciat. *in l.verbum erit numer.1. de verb.sign.* Menoch.*cons.97.n.60.lib.1.*

Sed † etiam secundum jus commune; combinando text. 2
in cap. inter alia de immun. Eccl. in quo disponitur reum ab Ecclesia, non nisi in casibus exceptis extrahendum esse, & text.*in cap. 1. extr. de homicid.* in quo proditores homicidæ pariter per verba præteriti perfecti excipiuntur, ibi, *si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab alteri meo evelles eum moriatur*; Ubi etiam notanda sunt novissima verba *ut moriatur*; quæ præsupponunt tunc extractionem concedi, quando pro perpetrato facinore pœna mortis ordinaria irroganda venit, & sic extra terminos nostri casus: † quamvis enim admodum controversum fue- 3
rit inter scribentes an is qui ad actum homicidii proximum devenit,fecitque quantum potuit, ut mors sequeretur, puniendus sit pœna ordinaria, vel alia mitiori arbitrio judicis, ita ut hinc inde adsit communis opinio, ex fusè cumulatis per Farinac.*tit. de homicidio q. 122. num. 19. & seqq.* de consuetudine tamen totius Italiæ obtinuit sententia benignior, ut scilicet non pœna mortis, sed alia mitiori plectatur, ut per eundem Farinac.*loc. cit.* & tradit latè Menoch. *de arbit. iud.cas.360.num.46.*Guazzin. *in Defens.reor.4.c.5.num.25.* qui post alios quos refert, id temperat ubi venenati qualitas, puta Regis aliter suaderet. Nec obstat quod dicebatur non esse attendendam, qualitatem pœnæ, sed delicti, eo

quod, tametsi extraordinariè; punitur tamen ut proditor; & sic extrahendum esse. † Ut in simili percutientem
4 aliquem proditoriè animo occidendi non gaudere Ecclesiæ immunitate, tradidit Igneus *in l.* 1. §. *si domus n.* 29. ubi testatur ita judicatum fuisse *ff. ad Illaniam* sequitur latè comprobans, aliosque adducens Remig. de Gonn. *in tract. de Immun. Eccles. fallen.* 13. *num.* 4. *cum seqq.* Navarr. *in Manual. cap.* 25. *num.* 21. confirmat, communem dicit, & usu receptam Azeved. relatus à Guttier. *practic. qq. lib.* 3. *quæst.* 7. *numer.* 55. *& seqq.* Mastrill. *decis.* 293. *num.* 10. Peguer. *decis. crim.* 49. *num.* 11.

Nam hujusmodi sententia omninò violat verba textus *in d. cap.* 1. *extr. de homic. ac præfatæ constitut.* & ideo contraria opinio est sequenda quam frequentiori calculo tenuerunt scribentes, & signanter. Raph. Cuman. *in l. damni infecti* §. *Sabinus ff. de damni infecti* & Boer. *decis.* 109. *num.* 4. Rebuff. *in constitut. regni tom.* 2. *sub tit. de immun. Eccles. tit.* 1. *gloss.* 1. *num.* 16. latè Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 128. *num.* 17. *& cons.* 80. *num.* 18. *& seq. vol.* 3. Placha *in Epit. delic. lib.* 1. *num.* 6. *ver.* 6. Villagut. *de extens. leg. tit. de Immunitat. Eccles. num.* 54. *&* 58. ad contraria respondens, & attestans ita in facti contingentia fuisse decisum Mar. Ital. *de Immunitat. Eccl. lib.* 1. §. 5. *cap.* 4. *à num.* 12. *usque ad* 28. Alex. Peregr. *de Immun. Eccles. cap.* 7. *numer.* 13 Baiar. ad Clar. §. *fi. quæst.* 30. *num.* 17. Farinacc. *de Immun. Eccles. sub numer.* 146. *in fin.* ubi inquit hanc sententiam esse magis tutam, & piam, & hodie attentis verbis Gregorianæ constitutionis, omni carere difficultate Suarez *tom.* 1. *de legib. disput.* 3. *quæst.* 7. §. 4. *nu.* 16. cum aliis adductis, etiam me citato, *per Thom. del Bene de iurisd. art.* 2. *c.* 16. *dub.* 20. *sect.* 9.

5 Et † in præcisis terminis veneni post alios quos congerit tradit Guazzin. *reor. defens.* 4. *cap.* 5. *num.* 25. ubi notabiliter
6 addit † tam Regni constitutionem, quam *Marchiæ lib.* 4. *cap.* 68. ut retinens vel vendens venenum pœnam mortis plectatur, procedere si ex vendito vel donato veneno sequuta fuerit mors, alias secus, & concordantes adducit.

Non denique refragatur quod etiam circumscripta qualitate proditionis venenans privandus esset Ecclesiæ immuni-
7 tate † quia equitem Hierosolymitanum, & sic religiosum graviter in personam offendit cum non mereatur ab Ecclesia juvari sacrilegus ipsius Ecclesiæ contemptor, quæ in clericis & religiosis repræsentatur; ut de occidente Clericum, tradunt Anchar. *in cap. & quæ in quæst.* 19. *de reg. iur. in* 6. Io. de Visc. *in tract. de Immun. Eccles. num.* 28. *vers. septimus in* 13. *tom. tract. divers.* Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 11. Farinac. *q.* 28. *num.* 28. Foller. *in pract. crim. can. cap.* 17. *num.* 10. & ex professo tradit Peguer. *decis. crim.* 221. *per tot.* & sub dubio asseruit Duard. *in Bullam Cœnæ cap.* 15. *quæst.* 16. *nu.* 17. Et in vulnerante, & percutiente, tradunt Iodoch. *in pract. crim. cap.* 106. *rubr. de violatione templorum num.* 14. Boer. *decis.* 109. *sub num.* 7. *ver.* & etiam in casu Farinacc. *loco citato num.* 29. Berberius *in Viator. iuris sub rubr. de Violat. immu. Eccles. par.* 1. Nam hujusmodi sententia non modo in terminis Gregorianæ constitutionis sed nec quidem de jure communi subsistentabilis est, cumque nec per canones, nec alibi casus iste reperiatur exceptus, utique illa
8 confunditur ex irrefragabili conclusione, quæ habet † neminem pro quantumvis gravi, & enormi crimine, ab Ecclesia extra posse, nisi in casibus exceptis text. est in *capit. inter alia* ubi scribentes *de Imm. Eccles.* D. Antonin. *in Sum. par.* 3. *tit.* 11. *cap.* 3. §. 1. Alex. *cons.* 145. *num.* 1. 3. 9. *&* 10. *lib.* 7. Covarruu. *lib.* 2. *Variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num* 6. cum aliis congestis per Farinac. *dict. quæst.* 28. *num.* 5. *& cons.* 76. *nu.* 16. *& de Immunit. Eccles. num.* 82. & per Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 7. *& quæst.* 2. *num.* 5. *& lib.* 3. *qu.* 2. *n.* 3. *& quæst.* 4. *num.* 12. Guazzin. *reor. defens.* 1. *cap.* 37. *quæst.* 52. ubi subdit hodie stante bulla ita esse dicendum Peregr. *de Immunitat. Eccles. cap.* 6. *num.* 23. *cum seqq.* & per Giurb. *cons. crimin.* 20. *num.* 2. *& seqq. & cons.* 30. *numer.* 5. *& seqq.* cum per eum congestis Leon. *in Thesaur. for. Eccles. par.* 1. *capit.* 13. *sub num.* 27.

9 Præsertim stante clausula † (sublata) in bulla apposita, quæ omnem impedit extraneam interprætationem, & extensionem ut aliis relatis consulvit in terminis Farinacc. *cons.* 76. *numer.* 14. Ambrosin. *de Immunit. Eccles. cap* 5. *sub num.* 4. *ver. nec subsistunt* Guazzin. *reorum defens.* 1. *cap.* 38. *numer.* 11. *&* 19. *& seqq.* Giurb. *cons.* 6. *numer.* 7. *& cons.* 110. *num.* 15. Farinacc. *de immun. cap.* 12. *num.* 355. Cartar. *decis. crimin.* 46. *num.* 3. *& seq.* Peregr. *de immun. cap.* 7. *num.* 23. *& seq.* Bonac. *tom. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 6. *num.* 1. Ciarlin. *controv.* 4. *num.* 23. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. unic. punct.* 10. *lib.* 6. Anton. de Marin. *resol.* 170. *num.* 10. Dian. me hic citato, *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 25.

Et † in puncto, quod in vim d. constitutionis Gregoria- 10
næ percutiens, vel occidens Sacerdotem, non privetur immunitatis privilegio, tradit Navarr. *in Manual. cap.* 25. *sub n.* 10. *post med.* Villagut. *in tract. de extens. leg. tit. de immu. Eccles. cap.* 12. *sub n.* 43. Mar. Ital. *de Imm. Eccl. c.* 12. *sub n.* 13. Guazz. *defens. reor.* 1. *cap.* 28. *sub n.* 58. Et cum hac sententia in effectu residere videtur Duard. *in Bullam Cœnæ cap.* 15. *q.* 16. *num.* 27. Suarez. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Alterius *de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. Dian. *d. p.* 6. *tract.* 1. *res.* 26. *quæst.* 6. ubi etiam me hic citato.

ARGUMENTUM.

Inimicum veneno, vel ex insidiis perimens an dicatur Proditor, & Ecclesiæ immunitate privetur. Proditor quis propriè sit.

Affertur germanus sensus *cap.* 21. Exodi, *& cap.* 1. *extr. de homicid.* & confutantur Peguera *decis.* 49. & Mar. Ital. *de Immun. l.* 1. *c.* 5. §. 4. *sub num.* 10.

SUMMARIUM.

1 *Occidens inimicum per fenestram à tergo, vel ex insidiis est proditor, & Ecclesiæ immunitate privatur.* Contrarius est verius num. 10. & seqq. nisi materia sit favorabilis num 15.
2 *Constitutio Gregoriana super immunitate Ecclesiarum intelligitur juxta terminos juris communis.*
3 *Occidens aliquem veneno, immunitate privatur* Contrarium verius, secluſa præcedenti amicitia n. 14.
4 *Prodere quid sit, & quis proditor dicatur.*
5 *Ætimologia & diffinitio, propriam vocabuli significationem ostendunt.*
6 *Proditor est qui simulata amicitia, alium offendit, & nu.* 8.
7 *Proditionis species tres.*
8 *Proditor tripliciter sumitur.*
9 *Proditus dicitur qui præcavere non potest.*
10 *Inimicum ex insidiis occidens, non dicitur proditor propriè loquendo.*
11 *Praxis formandi inquisitionem in homicidio proditorio, & in appensato.*
12 Baiardus *ab impugnatione* Hort. Cavalcani *vindicatur.*
13 *Carceratus occidens ex insidiis custodem carceris, non dicitur proditor.*
14 *Venenans inimicum, vel non amicum, non est proditor.*
15 *Proditor largo modo, & in materia favorabili dicitur occidens inimicum ex insidiis.*
16 *Immunitas est favorabilis, illiusque exclusio odiosa.*
17 *Lex habens plures intellectus an, & quando possit ad decisionem causarum allegari.*
18 c. 1. extr. de homicid. *germanus intellectus.*
19 cap. 21. Exod. ver. 12. *an loquatur de homicida voluntario.*
20 Percutere *verbum in sacra pagina pro homicidio sumitur.*
21 Cap. 21. Exod. ver. 14. *unde sumptum* n. 1. homic. *juxta omnes, versiones de proditorio homicidio loquitur.*
22 *Ioab.* 3. Reg. c. 2. 28. & seqq. *quare fuerit templi immunitate privatus.*
23 cap. 19. Deuteronomii *perperam à* Peguera & Mar. Ital. *interprætatum.*
24 Mar. Ital. de Immun. l. 1. c 5. §. 4. sub n. 10. *refellitur.*
25 *Abominationes Domino quæ crimina vocentur.*
26 *Veneno quem necare plus est, quam gladio occidere, & ideo bannitus occidens veneno bannitum, qui alium gladio occidit, non potest se ipsum remittere.*
27 *Veneno occidens est proditor.* Declara ut n 29. & 30.
28 *Venationem probandi practica* remissivè.
29 L. 1. C. de Malef. & Mathem. *loquitur de venenante amicum.*
30 *Veneno perimens amicum non privatur Ecclesiæ immunitate, nisi consulto Summo Pontifice.*
31 *Venenas an secundum communem usum loquendi dicatur proditor* & n. 33.
32 *Statuta intelliguntur secundum communem usum loquendi.* Declara ut num. 34. 35.

33 *Pro-*

33 *Proditor iuxta communem usum loquendi dicitur offendens sub specie amicitiæ.*

34 *Communis usus loquendi de quo tempore probandus, ut statutum ex eo interpretationem accipiat.*

35 *Statuta à Iurisperitis, vel latino sermone condita an, & quando secundum communem usum loquendi interpretentur.*

DECISIO XXIII.

CONtigit iterum uti quidam à curia sæculari inquisitus de veneni propinatione in personam alterius à quo graviter offensus fuerat, qui inde interierat, ad cathedralem Ecclesiam confugerit; à qua omninò prætendebatur extrahendus; eo quod venenas dicatur per industriam, & insidias ideſt per insidiosas industrias hominem necare.

1 † Occidentem autem ex insidiis, vel è feneſtra, vel à tergo, vel alio callido modo inimicum non præcaventem, proditorem dici, & uti talem ecclesiastica privari immunitate, dicebatur ex dispositione textus in *cap.* 1. *extra de homic.* juxta opinionem, quam apud Gallos recepta testatur Boer. *dec.* 109. & hunc esse germanum *d. c. primi* sensum, communemque interpretationem, totiusque orbis consuetudine receptam, testis est Covarruuias *lib.* 2. *Variar. resol. cap.* 20. *num.* 7. *in princ. & per totum Gomes. tom.* 3. *Variar. c.* 10. *sub num.* 2. *ver. quinto limita*, ubi quamquam fateatur contrariam sententiam in puncto juris esse veriorem, subdit tamen ab hac uti communi, non esse in judicando, & consulendo recedendum. Farinacc. innumeros ferè cumulans *tit. de carcer. & carcerat. quæst.* 28. *num.* 24. ubi hanc vocat equiorem, communem, magisque servatam, quam etiam latissimè defendit. Decian. *tom.* 2. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *nu.* 13. *& seqq.* ubi de com. latè. Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *q.* 2. *nu.* 2. *& lib.* 3. *q.* 4. *nu.* 51. ubi inquit ab hac com. opin. in judicando, & consulendo non esse recedendum. Ricc. *dec.* 262. *nu.* 4. latissimè Peguer. *in dec. crim.* 49. *per totam* quam pariter fusissimè defendere conatur. Mar. Ital. *in tract. de Immun. eccles. lib.* 1. *c.* 5. §. 4. *à nu.* 1. *usque ad* 20.

Et quidem etiam præsuppositа *Const. Gregoriana*, ut plu-
2 rimi ex relatis autumant; illa † namque intelligenda est secundum terminos juris communis, & sic juxta *d. c.* 1. cum in ea S. P. nihil correxerit, ex his, quæ jus commune super Ecclesiarum immunitate disposuit; sed duntaxat ea omnia ad unam formam, jurecanonico in suo robore permanente, regerit, ut per Guttier. *pract. qq. lib.* 3. *q.* 1. *à num.* 36. *& num.* 116. sequitur Peguer. *dec. crim.* 58. *n.* 8. Alex. Peregr. *in tract. de Immun. Eccl. c.* 2. *n.* 14.

3 Et † in puncto quod occidens aliquem veneno, uti proditor; Ecclesiæ immunitate privetur tradunt Anani. & Felyn. *in d. c.* 1. *in primis verbis extr. de homic.* Boer. *d. decis.* 109. *n.* 5. Covar. *d. cap.* 20. *sub num.* 7. *ver. tandem* Decian. *d. cap.* 28. *n.* 19. Farinac. *d. q.* 28. *ante n.* 45. *Ital. d.* §. 4. *n.* 3. *ver. quemadmodum*, & latius *num.* 36. *& seq.* ubi idem tenet de procurantibus abortum malis medicamentis, quem in omnibus sequitur. Ricc. *decis.* 262. *per tot. par.* 3. Alex. Ambros. *de Immunit. Eccl. cap.* 2. *num.* 6. Germo *de Sacros. Imag. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 63. Suarez *tom.* 1. *de relig. tract. lib.* 3. *cap.* 11. *sub num.* 12. Castil. *decis.* 154. *numer.* 5. Azeved. *in constit. Hisp. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 10.

Non tamen duxi hæc esse recipienda nec reum Ecclesiastica immunitate privandum; cum ille re vera non sit proditor habendus. Ad hunc effectum si venenum propinat inimico, quicquid secus dicendum sit, si vel amico, vel ab occulto inimico, in quibus terminis post Bal. Salic. & Butr. loquuntur Gomes. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. Dial. *in practic. crimin. camn. cap.* 88. *sub initio* Guid. Pap *quæst.* 191. *numer.* 4. Grammat. *decis.* 33. *num.* 2. *Cler. in* §. *homicidium num.* 23. *& quæst.* 68. *num.* 123. & alii passim Dian. me citato *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 12.

4 Prodere † namque est aliquid à se abiicere: unde is proditor dicitur qui fidem, quam præstare debet, procul dat, ideſt procul à se reiicit glos. & DD. omnes *in capit. clericus qui adulationis* 46. *dist. Luc. de Penn. in l. ult. C. de lator. lib.* 10. cum aliis per Decian. *tract. crim tom.* 2. *lib* 7. *cap.* 19. *num.* 1. Guazz. *reor. defens.* 1. *cap.* 38. *sub num.* 39. Ambrosin. *de immun. cap.* 6. *num.* 1. Grassett. me citato in Anaton. *nec. prodit.* §. 9. *numer.* 30.

5 Ex † qua vocabuli allusione, & descriptione, propria illius significatio dignoscitur, ut de ætimologia probat text. *in l. pupillus* §. *territorium*, *& in l. tugurii. ff. de verb. signific.* Alderan. Mascard. *de statut. interpr. concl. num. final.* & de diffinitione ultera dialecticos, probatur in *l.* 1. *ff. de testam. & in l.* 1. *ff. de Tutel. & in Institut. tit. de obligat. in princ. & tit. de Action. in princ. & de Iust. & iur. etiam initio.* Alderan. *loco citato.*

Proditor † itaque is judicandus est, qui alterum, nulla 6
præcedente inimicitia sed potius simulata amicitia, occidit; & sic is, qui unum in corde gerebat, aliud in ore, ut tradit Bart. *in l. respiciendus* §. *delinquunt num.* 1. *ff. de pœnis*, *& in extrau. ad reprimendum in verb. rebellis*, & probat textus *in l. propter insidias C. qui accus. non poss. & in l.* 4. *ff. ad l. iul. maiest. & in l. si. C. de delatoribus lib.* 10. ubi Lucas de Penn. inquit mores proditoris esse signa fidelitatis, & amicitiæ suavia, & dulcia verba proferre, exterioremque amicitiam in omnibus actibus significare unumque in mente ge- 7
rere; & aliud contrarium verbis, actibusque ostendere, quas tres species ponit etiam Bonacoss. *in suis com. conclus. crim. verb. Proditor*; & ad illas reduci omnes alios casus, quibus tam de jure civili, quam de jure canonico quis proditor reputatur, dicit Farinacc. *quæst.* 38. *sub num.* 28. supra relatam Bartoli doctrinam sequitur Gom. *tom.* 3. *variar. resol. c.* 3. *n.* 5. Bald. *in cons.* 361. *nu.* 3. *lib.* 4. qui † ait proditorem 8
tripliciter sum, primo qui prodit Principem, vel Rempub. secundò qui prodit socium, vel amicum occidendo, tertiò qui prodit eum qui in fide illum suscepit Igneus *in leg. & si certus* §. *& si unus nu.* 14. *ff. ad sillaniam* ubi de com. Gigas de Crimin. *Læsæ Maiest. lib.* 3. *q.* 6. ubi ex cæterorum dictis, illum proditorem esse concludit, qui sub figmento amicitiæ aliquid adversus alium machinatur. Placha *in epit. delict. c.* 21. *num.* 1. qui pariter de com. plurimaque hujus traditionis exempla ex veteri lege retulit; subdens, amicitia cessante, hoc crimen, proditionis nomen amitter Clar. *in* §. *homicidium num.* 10. *ver. proditorie* ubi ait omnes Bartolo posteriores, ejus verba transcribere Afflict. *decis.* 265. *num.* 54. *& seqq.* adducens auctoritatem *Psal.* 61. *ore suo benedicebant, corde verò maledicebant*; nec non exemplum Judæ; qui animo erat cum Judæis, corpore verò cum Servatore nostro, & ibi Ursill. *in addit. n.* 70. Farinacc. plurimos congerens *de delict. & pœn. q.* 18. *sub num.* 74. Ricc. *dec.* 168. *num.* 1. *& seq. par.* 1. Vulpell. *cons.* 59. *in princ.* ubi adducit auctoritatem Ciceronis Guazzin. *in tract. defens. reor. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 40. Decian. *to.* 2. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 24. Carol. de Graff. *de effect. Amicitiæ num.* 243. Cevall. *in spec. com. contra com. q.* 817. *nu.* 1. *& seqq.* Giurb. innumeros cumulans *cons.* 20. *num.* 23. & latius *cons.* 60. *num.* 1. *& seqq.* Suar. *in thesaur. recept. sent. verb. Homicidium num.* 6. † verè enim 9
proditus is dici potest, cui naturalis tollitur defensio, ex eo quod sibi non potest præcavere, ut inter alios advertit loco cit. Gomes. idem dicit, sed malè applicat, plurimis congestis, & me citato, Grasset. *d.* §. 9. *n.* 13. ut latissimè ostendi in *decis.* 185. *par.* 2. quæ cum ita sint, sequitur per necesse, † ut inimicum occidens, tametsi per insidias & à tergo, vel 10
alias in cautum reperiens, proditor dici, propriè loquendo, non possit, cum non aliud in animo, aliud externè gesserit; imò semper in eo præsumi debuisset animus offendendi virum sibi invisum, qui propterea offensam prævidere, sibique poterat præcavere, ut differtè notat Bart. *in dict. l. respiciendus* §. *delinquunt num.* 1. *ff. de pœn.* Bal. *in cap.* 1. *column.* 4. *quibus caus. feud. amitt.* Anchar. *in d. c.* 1. *de homicid.* Gerard. *sing.* 14. *numer.* 5. *&* 6. Gomes. *d. tom.* 3. *cap.* 3. *numer.* 5. ubi Eman. Suar. *in addit.* testatur de com. opin. Decian. *tom.* 2. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 10. ubi post Blanch. *in tract. de ind. num.* 190. subdit † verbum notatu dignum ac penes 11
nos in praxi quotidie usurpatum, in inquisitione, seu accusatione hujus criminis, ad proditionem judicandam, dici; *quod nulla præcedenti inimicitia offendit*; nam si pro homicidio præmeditato, absque proditionis qualitate quis inquiratur, oppositа omninò verba apponuntur, videlicet *Capitali existente inimicitia*, subdens hanc esse practicam in hujusmodi re observari solitam. Unde sequitur, ut propriè loquendo inimicitia & proditio implicent, & una alteram excludat; idemque sentit Bajar. *in addit. ad Clar.* §. *homicidium num.* 25. ubi affirmat se nunquam vidisse inquisitionem de proditione formari adversus occidentem inimicum suum retro vel per insidias: † & quamvis Bajardum 12
insignem criminalistam in hoc reprehenderit Hortens. Cavalcan. de Brachio Regio *par.* 1. *num.* 81. inquiens contrarium practicari; majori tamen ipse reprehensione dignus est, cum experientia quotidiana ejus assertionis repugnet, unde non immeritò ille vicissim reprobatur à Guazzin. *in*

*Defenſ.reor.*1.*cap.*37.*ante num.*41. & juxta hanc Bartoli ſententiam practicari declaravit *Conſil. Neapol.* teſte Vincentio de Franchis *in deciſ.*712. latè Petr. Caball. *in tract. de omni genere homic. numer.* 389. *cum plu. ſeqq.* & quamvis Farinacc. adhuc junior *quæſt.* 18. *ſub numer.* 77. contrarium contenderit : ipſe tamen re maturius perpenſa , ſententiam mutavit in *tract. de Immunitat. Eccleſ. numer.* 143. ubi dicit ab hac in iudicando nullatenus eſſe recedendum , provt etiam in *conſil.* 76. *numer.* 7. *&* 8. *&* 15. *cum ſeqq. vol. primo* idemque plurimis congeſtis firmant tres conſulentes apud eundem in *conſil.* 168. *numer.* 70. *& ſeqq. lib.* 2. ubi ipſe Farinacc. *in addit.* fatetur ſe mutaſſe ſententiam , & ſæpius in S. Conſulta , ipſo tunc fiſcali Romano exiſtente hanc Bartol. ſententiam canonizatam fuiſſe teſtatur ; quamvis noviſſimè Graſſet. in Anaton. *nec prodit.* §. 8. *ſub numer.* 16. parum religiosè , ac modeſtè dixerit Farinacium ideò ſententiam mutaſſe , quia regnanti Pontifici ſcilicet Paulo V. condeſcendere voluit , cùm potiùs ipſemet Principi ſeculari placere voluit , quam etiam noſtram ſententiam defendit Villagut. *de extenſ. leg. in conſtitut.* Gregor. *ſuper immunitat. Eccleſ. num.* 53. *ver. quartus modus Genuenſ in Prax. Archiepiſ. cap.*94.*nu.*1.*&* 3.ubi teſtatur ita in regno ſervari. Ambroſ. *de Immunitat.Eccleſ.c.*6.*nu.*3.*& ſeqq.*latè Leon. *in Theſaur. fori Eccleſ.lib.*1.*cap.*13. *nu.*26. Rovit. *in pragm.*11.*n.*54. ubi quod quoties inter aliquos inimicitiæ cauſa intercedit , tametſi fratres ſint germani , ſi alter ab altero occidatur , homicidium non erit proditorium : ſequitur Giurb. cum per eum fuſiſſimè congeſtis in *conſ.crimin.*60.*n.*1.*& ſeqq.& in conſil.*20.*à nu.*
13 12.*uſque ad* 17.ubi† in fortioribus terminis concludit carceratum occidentem ex inſidiis cuſtodem carceris , non dici proditorem : quia licet ejus non eſſet inimicus , nec tamen erat amicus, quæ qualitas ad hunc effectum exigitur; quamvis ſecus dicendum ſit , ſi cuſtos carceris carceratum permit , quia iſta eſt vera proditio , ut *per eundem loco citato* , quibus addo Sylveſt.*in ſumm. in verb. Proditio in princ.* ubi quod proditio nil aliud eſt , quam deceptio contra datam, vel debitam fidem in alicuius perniciem ; id quod ſenſerunt etiam plurimi relati per eundem Farin.*in d.conſ.*168.*n.*75. ex quibus manifeſtè patet hanc Bartoli ſententiam veriorem eſſe,magiſq; receptam.
14 Et † in terminis , ut ad effectum amittendi beneficium immunitatis , præſertim juxta conſtitutionem Gregorianam , illud duntaxat dicatur homicidium proditorium , quod ſub colore amicitiæ committitur; ſecus ſi ab inimico;etiam ex inſidiis , firmat locis citatis Genuenſ. Villagut. Ambroſin.& Farinacc.qui ad *d.conſil.*168.*in fine additionis* teſtatur ita ſe proponente reſoluiſſe S.Pont.*in una Cremonenſ.*Caſtil.*dec.*154.*n.* 9.& latius *dec.*156.*n.*36.*& ſeqq.*Alex.Peregr. *de Immunit. Eccleſ.c.*7.*n.*28.Gratian.*diſcep.forenſ.tom.*3. *cap.*380.*n.*40. *& ſeq.* Riccius ſibi parum conſtans in *dec.*80.*nu.*2.*par.*1.Giurba *dict. conſil.*20.*nu.*13.*cum ſeqq.& conſil.*60.*nu.*4. & utrobique innumeros adducit , quorum tamen plurimi non merebantur afferri,Gutt.*in pract.qq.lib.*1.*q.*2.*n.*3.Bajard.atteſtans de vera,& indubitata opin.*in §.homicidium num.* 21. *&ſeq.* & ita in facti contingentia declaravit felic.record.Clemens VIII. per breve ad Archiepiſcopum Panormitanum , datum Romæ 6. Febr. 1597.regiſtratum à *Genuenſ.d.c.*44.& à Peregrin.*dict. c.*7.*ſub nu.*20.& quamvis Mar.Ital.*de Immunitat.Eccleſ.l.*1. *c.*5. §.4. *nu.*1.*& ſeqq.* conetur ejuſdem Pontificis mentem aliter interpretari, meritò tamen reprehenditur à Farinacc. *de Immunit. eccleſ. ſub nu.* 143. qui ſubdit *eiuſdem Pontificis mentem qualis fuerit , ego qui præſens oretenus illum informavi , & ore proprio reſpondentem audivi , melius percepi , quam qui abſens erat , & divinatur.* Et profectò verba brevis adeo mihi videntur clara, ut tergiverſari nequeant , & ex his arbitror nephas eſſe ab hujuſmodi opinione in judicando recedere.

Ad ſcribentes autem dicentes proditorem eſſe qui per inſi-
15 dias inimicum occidit , † reſponderi poteſt id verum eſſe impropriè , & largo modo , & ſic in materia favorabili, ſecus in materia ſtricta , & odioſa , & ita fœdere diſtinctionis has pugnantes opiniones conciliabat Vincent.de Franch. *deciſ.*713. *n.*16. quem fortè citare voluit Farinacc. dum in *tract. de Immunit.n.*144. adduxit Franc.Marc.nil tale dicentem;idemque tenuit Foller. *in c. regni Iterum ſtatuimus de his qui ad eccleſ. confug.*quem refert,& ſequitur *Genuen.in Prax. Archiepiſc.c.* 94.*ſub nu.*13.*& ſeqq.*Caſtill.*dec.*156.*n.*41.& mè citato Thom. *del Bene de iuriſdict.c.*16.*dub.*20.*ſect.*5.*nu.*5. & Joan. Baptiſt. de Leonard.apud Catalan.*in tract.crim. Amneſtiæ abolitionis, & indultus poſt cap.*31.*num.*26.

16 Unde † ſequitur in caſu noſtro omnino tenendam eſſe Bartoli ſententiam , quia ſicuti immunitas , ſacrorumque reverentia favorabilis eſt , lateque interpretanda , ſic illius exceptio , & privatio odioſa eſt , & ſtrictè interpretanda , ut per Foller.Franc. Genuen. Farinac. & Caſtill.mox citatos, & Peregrin. *de Immun.eccleſ.cap.*7 *nu.*21.

Neque terret text.in *d.cap.*1. *extr. de homicid.*cui ſententia contraria innititur , quoniam omiſſo , illum habere multiplices intellectus , quorum nullus , uno excepto , immunitatem denegat, ut habetur apud Abb.ibid.& Alex. *conſ.*145. *nu.*5. *& ſeqq.lib.*7.Guid.Pap.*dec.*121.& Gig.*de crmin.Læſ.Maieſt.l.*1. *q.*10.*nu.*8.*& ſeqq.*unde † pro deciſione alicujus quæſtionis al- 17
legari non poteſt , niſi quatenus per alias rationes , vel leges comprobatur, *l.in ambiguo* ubi Bar.*ff.de rebus dub.*& in terminis ejuſdem *c.*1.Alexand.*conſil.*145.*nu.*8.*vol.*7. Farinacc. *conſ.* 76.*nu.*18.*lib.*1.*& conſ.*168.*n.*72.*lib.*2.

Etiam † complures *ſcribentes* tenentes d. intellectum im- 18
munitates excluſivum , dicunt textum loqui in vero , & proprio proditore , exponentes illa verba *per induſtriam , & inſidias* ideſt proditoriè & ſignanter Anch.*ibid.nu.*2. Joan.Andr. *nu.*3.Felyn.*in princ.Remig.de Gonn.de Immun.Eccl.Fallen.*18. *nu.*2.Alex.*conſ.*145.*nu.*5.*&* 6.*lib.*7. Farinacc.*d.conſ.*76. *nu.*18. & Vinc.de Franc. *dec.* 713. *nu.*9. *&* 18. Et re vera ſi profundè ponderetur ſacra pagina *Exodi* 21. *iur.* 12. *cum ſeqq.* unde *decretalis* illa ſumpta fuit ; de vero ac proprio proditore loqui apparebit, ibi enim Deus in homicidas legem ſtatuens,diſtinctè de tribus homicidiorum ſpeciebus,nempe voluntario, caſuali,& proditorio oraculum edidit : de primo inquit, *qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur* ; hic † in- 19
quam non loquitur de vulnerante animo occidendi,ut perperam interpretati ſunt Farinacc. *in titul. de Carcerib.& Carcerat.quæſt.*28.*ſub nu.*25.& eo non citato Peregr.*de immunit. eccleſ.cap.*7.*ſub num.*13.*ver.*2.*probatur* , & nemine adducto Peguer.*in dec.*49.*ſub n.*10.*ver.quarto quod.*

Ut enim novit quilibet in ſacris literis vel mediocriter verſatus ; † paſſim , potiſſimum autem in libris Regum; verbum 20
percutere pro actu conſummato , & percuſſione, ex qua mors ſequatur , capitur; idemque eſt quod occidere , ut ibidem advertunt Lorinus, & Corn. à Lapid.& patet ex radice Hebræa , ex Chaldaica,& ex Græca *ſeptuaginta interpretum* , ut ibidem obſervat etiam Eman. Sà *in ſuis annotationibus* . De ſecundo inquit textus *qui autem non eſt inſidiatus , ſed Deus illum tradidit in manus eius , conſtituam tibi locum , in quem fugere debeat ;* ubi apertiſſimè loquitur de homicida caſuali , diſtinguens eum ab alio qui appenſatè , & inſidioſè necat ; de quo jam fuerat locutus , eique jus Aſyli conſtituens . † De tertio 21
verò,pergens,& immunitatem denegans inquit.*Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum , & per inſidias ab altari meo evelles eum, ut moriatur* , & hæc ſunt verba in *d.c.*1. regiſtrata , & iſte eſt caſus noſter quæſtionis , quod autem hic de proditorio homicidio loquatur, patet, tum ex ſufficienti partium enumeratione , eo quod cum jam , & de appenſato , ſeu voluntario, & de caſuali fuiſſet locutus, hic non niſi de ſpecie diverſa , & ſic de proditorio tractandum remanebat ; tum etiam ex aliis eorundem, verborum verſionibus , nam in *originali hebræo* ſic habet *Vechya ſid ishal rehehu leargo be barma* ideſt, *ſi quis proximum ſuum occiderit in aſtutia , ab altari meo capias eum.* Et ſic de aſtuto diſſimulatore , qui aliud in corde , aliud in ore gerebat rurſus ex græca *ſeptuaginta interpretum* verſione , quæ habet . *Si autem aliquis aggreſſus fuerit proximum , ut occidat eum in dolo , & fugiat ; ab altari meo accipias eum, ut occidatur,* dolus autem tunc propriè intervenit,quum amicitiæ fides frangitur,ut benè advertit Lippoman. *in eod. c.* 21.*Exodi* , qui rationem reddens inquit . *Nihil ei debet fides Altaris , qui per dolum occidendo proximum, omnem fidem prodidit,* & ſic ſecundum eum, textus loquitur de proditore, qui fidem,quam debebat (non utique inimico) ſed amico prodidit; proximum ideſt amicum ſub fide occidendo . Sed & ex *Vatabli* verſione idipſum deducitur,quæ habet, *ſi vero aliquis volens , & callidè machinatur proximo ſuo necem , ab ara mea illum rapias,& interficiatur:* & ſic requirit callidam machinationem,quæ ſanè amicos petit, non inimicos, ut colligitur ex verbis D.Hieron.*ep.*13.ad Paulin.*de inſtitut.Monach.relat. in c.ſi cupis* 16.*q.*1.*Habeto ſimplicitatem columbæ,ne cuiquam machineris dolos,& ſerpentis aſtutiam,ne aliorum ſupplanteris inſidiis;non multum diſtat in vitio vel decipere poſſe,vel decipi,*& ſic machinatio iſta eſt deceptio iis facta,qui præcavere ſibi nõ tenebantur.Unde dum Peguer.*in d.*49.*ſub n.*10.ex eiſdem verſionibus ac ex Lippom. verbis, inquit hic loqui de homicidio voluntario , & appenſato , profectò literam violare videtur.

Quod manifeſtius ex *interlineati* deducitur ; quæ exemplificans illud verbum *per inſidias* , inquit , *ſicut de Joab legi-*

tur.

22 *tur.* Porrò † Joab Dux militiarum David idcircò immunitate privatus fuit, quia bina homicidia commiserat; non tantum animo deliberato, & ex proposito, ut putabat *Peguer.* sed cum quantitate produtionis; prius in personam Abner Principis militiæ Israel; quod his verbis *in* 2. *Regum cap.* 3. 26. narratur. *egressus itaque Joab à David, misit nuntios post Abner. & reduxit eum à cisterna fina, ignorante David; cumque rediisset Abner in Hebron. seorsum adduxit eum ad medium portæ, ut loqueretur ei in dolo, & percussit eum ibi in inguine, & mortuus est.* En manifesta proditio: ubi cum verba illa *ut loqueretur ei in dolo*, idem significent, quam sub amicitiæ specie; supra dicebamus ex versione *septuaginta interpretum* text. in *d.c.*21. *Exodi* loqui de homicida proditore.

Alterum Joab facinus, commissum fuit in personam Amasæ principis exercitus Judæ; quod sic in 2. *Reg. cap.* 20. 9. narratur, *Dixit itaque Joab ad Amasam, salve mi frater, & tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porro Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina ejus in terram.* En proditio, en sub specie amicitiæ percussio, en callida machinatio, en insidiæ, unde si Joab ob hæc duo homicidia, Salamone jubente fuit à templo auulsus, 3. *Reg. c.* 2.28. *& seqq.* & in his terminis loquitur text. in *dict. cap.* 21. *Exodi* in citatis verbis, ut ex glos. *interlineari*, nullus planè remanet dubitationi locus, quin ibi de proditorio homicidio tractetur.

23 Minus † obstat text. in *cap.* 19. *Deuteronomii* allatus à Peguer. *d. dec.*49. *sub num.*10. & à Mar. Ital. *de Immunit. Eccles. lib.*1. *cap.* 5. §.4. *sub num.*10. Ubi probatur nullum homicidam voluntarium tutum fuisse in Civitatibus refugii: adeo ut si ad illas confugisset inde abstraheretur: unde inferebant ipsi hujusmodi homicidium nec pariter immunitate Ecclesiastica potiri. Nam hoc nil aliud est, quam transcendere de genere in genus; nihil enim commune habent civitates refugii, seu jus Asyli quod homicidis duntaxat casualibus concedebatur ut ex *dict. cap.*21. *Exodi ver.*13. dixi, & apertius probatur *Josue primo*. Et templum Dei, cujus immunitate homicidæ proditores privabantur *d.c.*21. *Exodi ver.*14.

24 Eademque † facilitate tollitur illud *Psalmi* 5. 8. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Deus*; quo utitur Mar. Ital. *d. num.*16. ad probandum homicidas insidiosos, tanquam Deo odibiles à Dei templo excludi: quia præterquam quod supra ostendi dolosum homicidam propriè dici eum, qui sub specie amicitiæ virum necat: non est bona consequentia hunc abominatur Deus, ergo à templi Dei immunitate excluditur; si enim id concedatur, erit pari ratione exclu-

25 dendus † illusor; *quia abominatio Domini est omnis illusor Pro.*3. 32. Sic & Judex injustam proferens sententiam; nam *Statera dolosa abominatio est apud Deum Prov.*11. 1. Rursus, & omnis homo mendax, quia *Abominatio est Domino labia mendacia. Prov.* 12. 2. Ita & quicunque malum cogitans; quia *Abominatio Domini cogitationis malæ. Prov.* 15. 26. Similiter, & arrogantes, quia *Abominatio Domini est omne arrogans Prov.* 16. 5. Sed, & omnis peccator; quod enim est peccatum, quod illa summa bonitas non summè; & infinitè abominetur? & sic de immunitate actum erit.

26 Non † etiam obsistit text. *in l.* 1. *C. de Malef. & Math.* ubi Imperator ait plus esse occidere veneno quam gladio; quo fit, ut stante Statuto, quod occidens Bannitum, vel ejus caput præsentans possit seipsum, vel alium pro pari, vel minori delicto à banno eximere non suffragetur ei, qui aliquem veneno perimit, si præsentet, vel occidat Bannitum, qui sclopo, vel gladio alium occiderat; quia gravius delictum est veneno interimere. *De Statut. Alberic. lib.*4. *q.*99. *sequitur* Dec. *cons.*65. *col.* 1. attestans sic in facti contingentia fuisse decisum. Idem tenent Caball. *resol. crimin. cas.*97. *num.*1. *& cas.*244. *nu.*38. Mellus de Bannit. 3. *par.* 2. *temporis* 98. *per tot.* Farinacc. *q.* 103. *num.* 190. Guazzin. *ad deff. reor.* 2. *c.* 9. *nu.*14. quasi dicatur tolli venenato naturalem defensionem, & inde mortem parari unde vitam seu alimentum sperabat cumque sibi præcavere non potuerit, dici proditoriè necatum.

27 Unde † occidentem quempiam veneno, proditorem censeri originaliter tradidit Jac. Butr. *in l. athletas.* §. *calumniator ff. de Infam.* Bald. *in l. nemo num.* 5. *C. de Sum. Trin. & fid. Cat.* idem Bald. *in l. cum fratrem. C. de his quib. ut indig. & in cons.* 210. *lib.* 4. Anan. *in c.* 1. *nu.*3. *& ibi* Felyn. *in princ. extr. de homic.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiar. num.* 70. *de constit.* Diaz. *in prax. crim. can. cap. mihi* 98. *alias* 95. vel secundum aliam impressionem *cap.* 89. *in prin.* ubi Lop. *in addit.* concordantes affert, & Salsedo *ad d. cap.* 95. Bos. *in pract. crimin. tit. de hic. num.*14. Gomes. *tom.* 2. *Variar. cap.*3. *num.* 7. ubi plurimos congerit, & ex hoc infert cuncta in homicidio proditor disposita, etiam in commisso cum veneno, sibi locum vendicare; quod ait perpetuo notandum, mentique tenendum, uti necessarium, & quotidianum; † tradens 28 *num. seq.* practicam probandi hujusmodi delictum, de quo vide latius Guazz. *reor. defens.* 4. *cap.* 5. *per totum* eandemque sententiam firmant Dec. *in tr. crim. lib.*7. *cap.* 29. *n.*21. Bajar. in add. ad Clar. *qu.*58. *num.*107. cum aliis quos cumulat, & sequitur Farinacc. *qu.*28. *n.* 74. *& tit. de hom. qu.*122. *num.*4. Covar. *l.*2. *var. c.*20. *sub n.*7. *ver. tandem* Peguer. *dec.*49. *n.*12.

Quia † text. *in dict. l.*1. *Cod. de Mathem.* loquitur in ve- 29 nenante amicum, & sic in proditore propriè sumpto, ut advertit Alex. *in cons.* 145. *num.* 5. *& 6. vol.*7. & in eisdem terminis loquuntur *supra relati scribens*, qui ferè omnes veneni propinationem conjungunt cum occisione in personam alicujus ad eandem mensam simul comedentis, vel sociis itineris. † Quinimò nec quidem in his casibus statim venenan- 30 tem privandum esse immunitate, sed consulendum esse S. Pontificem censuit Farinac. *in tract. de Immun. num.*142.

Parum quoque urget, quod dicebatur Venenantem saltem † secundum communem usum loquendi proditorem 31 dici, ut per Gerar. de Petra sancta *in singular.* 14. *num.*7. † 32 statutum autem, seu constitutionem intelligi secundum communem usum loquendi, dui proprietati prævalet vocabuli, ut per Roman. Alexand. Jas. & alios *in Rubr. ff. de oper. non nunc.* & tradunt communiter scribentes *in leg. labeo ff. de suppellect. legat. & Canonistæ in cap. nonnulli de rescript.* cum aliis congestis per Alder. Mascard. *de statutaria interpr. concl.* 3. *n.* 1. *& seqq. & n.* 22. *&* 23. Ubi extenditad materiam correctoriam, quod aliis relatis repetit *in concl.*41. *n.*164.

Quia præter quam quod assumptum est falsum, † eum 33 imò juxta com. usum loquendi is proditor dicatur, qui sub amicitiæ specie offendit, ut docet Bald. *in cap.* 1. *colum.* 2. *ver. de proditore de extr. homicid.* dum inquit Vulgus illum nuncupare proditorem, qui sine ulla causa, ullaque diffidatione alium, qui in eum confidebat, vulnerat, vel graviter offendit, & allegat doctrinam Bartoli *in d. leg. respiciendum*, & Baldum in hoc sequitur Vinc. de Franc. *in dec.*713. *nu.* 22. ubi inquit, ita etiam ex communi stylo practicari à Notariis in processibus.

Etiam si Gerardi contraria opinio admitteretur, adhuc tamen non applicaretur dicta regula de statutis juxta communem usum loquendi interpretandis; † cum illa ita demum 34 sibi locum vendicet; si plenè probatum fuerit ejusmodi communem usum loquendi de tempore conditi statuti viguisse ut notabiliter docet Socc. *in leg. Gallus* §. *si ejus col. pen. circa med. ff. de liber. & posthum.* quem in terminis nostris sequitur, commendat, & notandum dicit idem Gerar. *dict. sing.* 14. *num.*8. & plurimis relatis, idem advertit. Alderan. Mascard. *de statutar. interpr. conclus.* 3. *numer.* 35. Porrò cum in hoc articulo, *Constitutio Gregoriana* de verbo ad verbum *ex cap.* 1. *extr. de homic.* extracta fuerit, eademque *decretalis ex dict. cap.* 21. *Exodi*: probandum esset hujusmodi communem usum loquendi, de tempore Moysi viguisse; quod prorsus est impossibile. Et saltem data hujusmodi impossibilitate probanda esset immemorabilis, ut advertit Cravet. *cons.*308. *sub num.*3. *ver. ad istud*, & post Alciat. & Socc. quos refert Alderan. Mascard. *d. concl.*3. *n.*37.

Provt † neque eadem regula procedit in statutis à Jureperitis, præsertim latino sermone conditis: hæc namque non 35 ex vulgarium illiteratorumque hominum, sed ex eruditorum usu, verborumque proprietate interpretanda sunt. Bart. *in l. si quis filiab. num.*3. *ff. de testam. tutel.* Bald. *in l.*1. *num.*1. *C. de succession. edict. & in c.*1. *n.*6. *de succes. feud.* Alexand. *in l. stipulatio ista* §. *hæc quoque nu.*4. *ff. de verb. oblig. & cons.* 115. *nu.*2. *lib.*2. *& cons.*9. *col.* 3. *vol.*1. *ubi addentes in verbo juris*, concordantes reportant Mansuer. ad Jas. *in rubr. ff. de oper. nov. nunc.* Alban. *cons.*769. *n.*44. & in terminis nostris Farin. cum tribus aliis Auctoribus, *cons.*168. *nu.*73. *vol.*2. & Vinc. de Franch. *dec.*313. *nu.*23.

Quam restrictionem universaliter sumptam quamvis Alderan. Mascard. *d. concl.* 3. *num.*44. *usque ad* 49. latissimè impugnet, eam tamen citra controversiam in odiosis, (& sic in casu nostro) admittit; aliasque plurimas ad dictam conclusionem limitationes, ampliationesque cumulat. Cæterum post hujus operis impressionem Barbos. *in collectan. Bullar. in ver. homicidium* testatur Sacram Congregationem sub die 3. Decembris 1632. dixisse, quod homicidium veneno committens non gaudeat hoc privilegio per doctrinam Alexand. *cons.*145. *nu.*10. *lib.*7. *dec.*109. *n.*5. *vers.*2. *in eo*; quæ resolutio

viden-

videnda eſſet, an ſit vera, & in quibus terminis loquantur, & quod reſolutio Congregationis intelligatur de occidente veneno non inimicum; dicit Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut. 12. verſ. ſed ego puto, quod*; & ego mihi perſuadeo vix enim contingit, ut non ab amicis, vel domeſticis, vel ſaltem eorum opera proponitur venenum, & in his terminis d. declarationem intellexit etiam Thom. del Bene *de juriſd. cap. 16. dub. 2. ſect. 2. num. 5.* ubi etiam hanc meam deciſionem citat, & ante eum pariter me citato Dian *dict. par. 6. tract. 1. reſolut. 12.* quamvis contrarium noviſſimè firmet Graſſett. *in Anaton. nec. prodit. §. 19. numer. 25.* ſed ſub ſuo ſolito principio, quod videns incautum etiam inimicum immunitate privetur.

ARGUMENTUM.

Operarius à Clerico conductus, ſi coram Laico Iudice de turbativa, vel furto, vel damno dato accuſatur, an & quando ad forum Eccleſiaſticum ſit remittendus. Clericus in Auctorem nominatus, vel laudatus, an, & quando cauſam ad forum ſuum trahat. Et reprobatur Paul. de Caſtr. *conſ. 471. lib. 1.* & affertur germanus intellectus ad Authent. *qua in proviacia Cod. ubi de crimine agi poſſit.*

SUMMARIUM.

1 *Clericus nominatus in Auctorem, an, & quando trahat cauſam ad ſuum Iudicem, & nu. 5.*
2 *Nominatio, & laudatio Auctoris in quo differant.*
3 *Auctore nominato eo, qui eſt neceſſarius defenſor, reus conventus abſoluitur ab obſervatione Iudicii, & porrigitur novus libellus.*
4 *Nominatio Auctoris cujus nomine quis poſſidet, dicitur exceptio declinatoria.*
5 *Clericus laudatus ab habente jus in re, an forum declinare poſſit.*
6 *Eccleſia, & Fiſcus æquiparantur.*
7 *Operariis obedientes conductori operarum in re, quæ de ſui natura non ſapit delictum excuſantur.*
8 *Operarii perquirere non debent, an eorum conductor rem poſſideat.*
9 *Mandans turbari poſſeſſionem, vel damnum dari, tenetur, & condemnandus eſt, ut turbator.*
10 *Mandatarii, uti turbatores, damnum dantes condemnati poſſunt de bonis mandatis ſatisfacere.*
11 *Socis utitur privilegio ſocii in cauſis individuis.*
Laicus in individuis convenitur coram Eccleſiaſtico, ratione ſocii clerici.
12 *Continentia cauſæ ne dividatur, multa ſpecialia, remiſſivè.*
13 *Nominatio in Auctorem clerico, ſi cauſa in individua, ſemper judicium remittitur ad Eccleſiaſticum.*
14 *Emphyteuta Eccleſiæ, ſi conveniatur coram laico, an, & quando declinet forum.*
15 *Iudicium univerſale eſt præjudiciale judicio particulari, illudque retardat.*
16 *Iudicium, quod parat exceptionem rei judicatæ dicitur præjudiciale.*
17 *Iudex Eccleſiaſticus, coram quo movetur articulus præjudicialis, inhibet Judici laico.*
18 *Etiam abſque cauſæ cognitione.*
19 *Limita ubi articulus proponitur à tertio.*
20 *Sublimita, quando tertius intendit relevare reum, vel actorem.*
21 *Conſilium* Caſtrenſis 471. per totum, *examine*, & nu. ſeqq. & confutatur nu. 25.
Nominationi auctoris in perſonalibus actionibus non eſt locus declinativè, ſed tantum inſtructivè.
22 *Fallit quando nominans nullam ex damno dato, vel turbativa reportavit utilitatem.*
23 *Item fallit quando id quod fecit non ſonat in delictum*, & numer. ſeq.
24 *Coloni Eccleſiarum damnum dantes cum animalibus Eccleſiæ, quando accuſari poſſunt coram judice ſæculari.*
25 Authen. qua in provincia Cod. ubi de crimin. agere oportet *declaratur, ac etiam ibi* gloſ. & Bar. & numer. ſeq.
26 *Nominatio ad effectum declinativum fieri poteſt etiam in cauſa damni dati.*
27 *Et in interdicto unde vi, & in perſonalibus in rem ſcriptis.*
28 *Et in judiciis poſſeſſoriis.*
29 *Operarii vicini inveſtigare an teneantur ſi conductor poſſideat prædium.*
30 *Vicini præſumuntur ſcire facta vicinorum.*
31 *Dummodo ſint ſucceſſiva non momentanea, & modo veriſimiliter etiam cæteris nota eſſe poſſint n. 36.*
32 *Vicinitas ut præjudicet debet in actis probari.*
33 *Scientia quomodo probanda ſit in pœnalibus ab eo qui ſe fundat in illa.*
34 *Poſſeſſio turida actoris non præjudicat operariis ab alio conductis.*
35 *Scientia, ut præjudicet debet eſſe plena, certa, & ſpecifica.*
36 *Vicinus ea præſumitur ſcire quæ cæteris veriſimiliter ſunt nota.*
37 *Operarii mandato alterius fructus immaturos colligentes, non excuſantur à dolo.*
38 *Operarii de nocte fructus colligentes, præſumuntur in dolo.*
39 *Niſi id palam aliiſque videntibus agant.*
40 *Titulus excuſat à clandeſtinitate.*
41 *Queſtio iuriſdictionis eſt coram Eccleſiaſtico agitanda.*
42 *Operarii ad prædium accedentes armati, an & quando excuſentur à dolo.*
43 *Obſervantia etiam mala excuſat à pœna temporali.*
44 *Proteſtatio facta operariis, an, & quando illos afficiat*, & num. ſeqq.
45 *Proteſtatio, an facienda ſit ab habente ius in re.*
46 *Proteſtatio facta ab habente rem in cuſtodiam, an efficiat*,
47 Mangon. dec. Lucen. 49 nu. 21. *reiicitur*,
48 *Proteſtatio, an, & quando præcedere debeat vel ſubſequi.*
49 *Operarii conducti, an alteri proteſtanti credere debeant.*
50 *Proteſtatio præſumitur facta poſt operum locationem.*
51 *Proteſtatio evaneſcit, ubi poſtea conſtat de non iure proteſtantis*,
52 *Proteſtatio facta ex una cauſa, non porrigitur ad aliam;*
53 *Furtum etiam committitur in re communi.*
54 *Socius non præſumitur rem communem accipere animo furandi*,
55 *Colonus partiarius aſportans partem Dominicalem, non committit furtum.*
56 *Socius diſtrahens omnes fœtus animalium, non committit furtum.*
57 *Furtum non committitur ſine dolo, & animo furandi.*
58 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de articulo, quod dubitatur ad quem forum ſpectet.*
59 *Quæſtio juriſdictionis inter Eccleſiaſticum, & laicum, ab Eccleſiaſtico eſt ter minanda.*

DECISIO XXIV.

PRætor oppidi Herberiæ Regien. Dioc. ad querelam Doctoris Burgii, carcerari fecerat Laicos operarios, qui de mandato, & nomine R. Venturæ Mercati meſſas ſegetes aſportaverant à quodam prædio, quod Burgius ad ſe ſpectare, & à ſe poſſideri aiebat. Cum autem iidem operarii nominaſſent in Dominum, & Auctorem eundem ſacerdotem, iſque acceptata nominatione, judicium ſæculare declinaſſet, nec tamen Prætor à dictorum operariorum moleſtatione deſiſteret. Ego tunc Vicarius claræ memor. D. Cardinalis Alexandri Eſtenſi cauſam reaſſumpſi, & inhibui; cumque Ducalis Fiſcus pro inhibitionis moderatione inſtaret, illam nullatenus duxi concedendam ex pluribus.

Primò quidem quia caſus iſte † deciſus videtur ex communi ſcribentium ſententia, quorum plerique tametſi in caſu quo laicus clericum in judicio nominans habet jus in re, ut ſi emit ab eo, vel in emphyteuſim, ſeu feudum retinet, & ſic clericus comparet uti voluntarius defenſor, putaverint ipſum non trahere cauſam ad forum Eccleſiaſticum ſed ibi teneri laicum defendere, ubi cæptum eſt judicium; omnes tamen conſentiunt in terminis noſtris, & ſic quoties Clericus comparet, uti defenſor neceſſarius, eo quod laicus nominans nullum in re jus habet, ſed ſit colonus, vel inquilinus, vel operarius, ipſum clericus ratione ſui juris totam cauſam trahere ad Judicem ſuum; ita tradunt DD. in

in cap. quoniam frequenter §. quod ſi ſuper extra de lit. non conteſt. ubi Butr. *num.* 19. Abb. *num.* 28. & latè Socc. Sen. *num.* 127. & ibi Aret. & Zabarel. idem Aret. *in §. actionum numer.* 19. *Inſtitut. de action.* Dec. *conſ.* 700. *num.* 7. *&* 8. Anchar. *in cap. ea , quæ quæſt.* 17. *de Reg. iur. in* 6. & hanc eſſe commun. opinionem teſtantur Socc. Sen. *conſ.* 91. *numer.* 13. *&* 14. *volum.* 3. Alexand. de Nevo *conſ.* 55. *numer.* 2. Covarr. *pract. qq. cap.* 8. *num.* 2. *& ſeqq.* Natt. *conſ.* 324. *num.* 4. *vol.* 2. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 34. *in fi.* Ambroſ. in terminis terminantibus *deciſ. Peruſ.* 8. *num.* 9. *per totam , & rurſus in tract. de Immun. Eccleſiæ cap.* 20. *num.* 28. Marta *de iuriſdict. par.* 4. *cap.* 112. *num.* 10. *& cap.* 34. *artic.* 4. Muſcatell. *in pract. Civil. par.* 3. *in gloſ. nominet ſub num.* 6. *& ſeqq.* licet cogitandum relinquat. Hanc etiam opinionem tenent. Capic. *dec.* 197. *nu.* 4. Cagnol. *in leg. venditor. nu.* 11. *& ſeqq. ff. de judic.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 69. *nu.* 100. *& ſeqq. tom.* 1. Socc. jun. *conſ.* 46. *num.* 5. *volum.* 1. Surd. *conſ.* 369. *ſub num.* 34. *ver. omiſeram lib.* 3. Rimin. Jun. *conſ.* 422. *num.* 6. *& per totum lib.* 4. Honded. *conſ.* 25. *num.* 16. *lib.* 1. Caballin. *de Eviction.* §. 30. *num.* 121. & cum hac diſtinctione in effectu tranſit Cevall. *in ſpec. com. contra com. qu.* 588. *in fi.* Scacc. *de Judic. part.* 1. *cap. num.* 98. Vivius *dec.* 49. *nuu.* 8. Marcheſan. videndus *in tract. de commiſſ. tom.* 2. *de commiſſ. quando tertius ad cauſ. admit.* §. *unico nu.* 18. *& ſeqq. fol.* 257. luculenter Ant. de Burg. *in repet. cap. ſi venditori à nu.* 16. *uſque ad* 22. *extra de empt. & vend.* & hanc diſtinctionem poſuit etiam Angel. *in l. non ſolum quid vulgo ff. de Vſucap.* quamvis ibi Alber. de Roſat. dicat hanc quæſtionem contigiſſe Parmæ Epiſcopo ejuſdem Civitatis , qui cauſam ſuorum ſuſceperat agitandam , & determinatum fuiſſe ipſum coram Judice ſeculari teneri defendere , quæ tamen ſententia , quàm iniqua fuerit ex prædictis & infrà dicendis patet , & in eadem Civitate Parmæ contrarium practicavi , dum ibi quoque poſt hæc ſcripta Vicariatus munere fungerer.

Ratio autem diſcriminis inter hos duos caſus ea à *dd. Doctoribus* aſſignari conſuevit , quia in priori cum laicus jus habeat in re , Judicium dirigitur contra poſſeſſorem nomine proprio , & ſic ſubſtantiatur in perſona ipſius ; Ideò non mirum ſi ſecundum quoſdam ex defenſoris comparitione non debeat fieri deterius jus actoris ac proinde judicium proſequendum ſit ubi cœptum fuit , idemque judicium contra laicum intentatum regulet jus iſtius tertii comparentis ratione
2 ſui intereſſe & iſto † caſu , propriè loquendo , non dicitur nominatio Auctoris , ſed laudatio , ut docet Marant. *de ord. Jud.* 1. *par. membr.* 6 *num.* 1. Muſcat. *in ſua pract. p.* 3. *in gloſ. nominet. num.* 1. quod tamen non tranſit ſine difficultate , ut mox dicam.

Poſteriori verò caſu , ex quo laicus conventus nullum in re jus habet , ſtatim , atque Auctor nominatus fuit , & ipſe nominationi aſſenſit , efficitur neceſſarius defenſor , & principalis , atque judicium de novo contra ipſum inchoandum eſt , & ſic torum ſubſtantiatur , contra eum , qui propterea non niſi coram Judice ſuo conveniri poteſt , ut per *præfatos ſcribentes*.

3 Et † tunc laicus conventus abſolvendus eſt ab obſervatione Judicii , & novus libellus contra nominatum eſt dandus , ut per Bar. *in l.* 2. *num.* 5. *&* 19. *Cod. de in rem act.* & ibi Bald. Ang. *in d. l. non ſolum* , §. *quod vulgo ff. de uſu.* Butr. *in d. cap. quoniam frequenter* §. *quid ſi ſuper nu.* 19. & ibi Abb. *ſub num.* 28. *circa fin.* & Marian. Soccin. *ſub num.* 126. *de lit. non conteſt.* Soccin. Jun. *dict. conſil.* 46. *num.* 5. *&* 9. *lib.* 1. Marant. *dict.* 1. *par. membr.* 6. *num.* 9. ubi rationem reddit , quia ſcilicet ex libello jam porrecto , qui contra nominantem concludit , non poteſt condemnari nominatus ad text. *in cap. licet Heli de Simonia.*

4 Et † illa nominatio dicitur quædam exceptio declinatoria judicii , cum per eam Judicium evitetur , & nominans debeat in pace dimitti , ut benè declarant Doctores *in dict. leg.* 2. *Cod. de in rem act.* ubi Bart. *num.* 5. & Caſtr. *ſub num.* 6. & Socc. Jun. *dict. conſ.* 46. *num.* 9. *lib.* 1. Abb. *in d.* §. *ſi quis ſuper num.* 14. Menoch. *in tract. recup. poſſ. remed.* 15. *nu.* 491. Ludov. *dec. Lucenſ.* 34. *nu.* 9.

Quinimò non defuerunt complures Doctores tenentes etiam in priori diſtinctis membro Clericum Auctorem laudatum poſſe ex perſona Rei declinare forum laicale nempe Socc. Iun. cum relatis *conſ.* 40. *num.* 10. *in lib.* 1. Capic. *deciſ.* 197. *per totam* ubi Maſtrill. *in addit. nu.* 6. Moſcatel. *in pract. Civ. par.* 2. *in* gloſſ. *intimatio num.* 36. *&* *par.* 3. *in* gloſſ. *nominet num.* 4. *&* 6. latè Gramat. *dec.* 21. & alii quos adducit Covar. *pract. qq. cap.* 8. *ſub num.* 3. & acriter defendit Marta *de iuriſd. par.* 4. *cap.* 34. *per tot.* quæ opinio non videtur irrationabilis , maximè ſi vera eſt ſententia dicentium Fiſcum habere hujuſmodi privilegium in utroque caſu , ut poſt alios , quos refert , tradit Carpanus *ad Statutum Mediolan. cap.* 69. *num.* 109. † abſurdum enim videtur plus eſſe privilegiatum 6
Fiſcum , quàm Eccleſia , cum æquiparentur *l. ſi procurator cum gloſſ. ff. de iure fici.* Everard. *in topic. legal. loco à Fiſco ad Eccleſiam per tot.* Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ privileg.* 143. Genoven. *in practicabil. Eccleſ. quæſt.* 251. *per tot.* Unde Anton. Burg. *in repet. cap. ſi venditori num.* 10. *extra de empt. & vend.* concedit , quod ſi Fiſcus habet hoc privilegium ; illud habere debet etiam Eccleſia , ſed negat in clerico , quia non reperitur æquiparatus fiſco ; ſed pace ipſius hoc nihil valet ; quia quoad forum , Eccleſia , & Clericus pari paſſu ambulant , ut latè deduxi *in deciſ.* 37. *numer.* 74. *& ſeqq.*

Adverſus tamen præfatam Soccini aliorumque ſententiam videri poterit Honded. alios referens in *conſ.* 25. *lib.* 1. per totum , non diſcutio articulum cum ſit extra caſum noſtrum per ſupradicta.

Secundo igitur movebar ex alio receptiſſimo axiomate , quod habet , † operarios in nihilo teneri , quando obe- 7
diunt mandato conductoris , in re , quæ de ſui natura non ſapit delictum , & ſignanter ſi mandatur iis , qui quotidie conventa mercede aliis ſuas operas diurnas locant , ut agrum colant , vel ſegetes ſecent , ut in caſu noſtro ita gloſ. *in l. in rem §. ſignum ff. de rei rend.* quam ſequuntur omnes teſte Dec. *in l. vellen.* 8. & ibi Cag. *n.* 11. *de Reg. iur.* Rol. *conſ.* 58. *n.* 6. *l.* 1. Clar. *in §. fi. q.* 60. *ver. ſolet dubitari* Bal. *conſ.* 154. *l.* 1. quos refert & ſequitur Men. *de arb. iud. caſ.* 354. *num.* 35. *& ſeqq.* Amb. *d. dec. Peruſ.* 8. *ſub num.* 4. *ver. quia reſolutum* Bar. *in d. l. Tignum* Iaſ. *in l. de Pupill.* §. *nunciationem ſub numer.* 7. *ver. ext. gloſ.* ubi etiam Jo. de Imol. *ff. de oper. novi nunc.* cum aliis quos congerit Plot. *de in lit. iuran.* §. 49. *num.* 27. Menoch. *de retinenda poſſeſſ. rem.* 3. *num.* 314. in terminis Calcan. *conſ.* 110. *num.* 12. Soc. *conſ.* 54. *num.* 23. *lib.* 4. Magon. *deciſ. Floren. ult. num.* 7. & 3. Surd. *conſ.* 22. *num.* 40. *& conſ.* 512. *num.* 10. Hartaman. *dec.* 29. *in tit. de iud. Rubi. dec.* 22. & omnes reddunt ſolidiſſimam rationem , nempe † quia iſti operarii excuſantur pro- 8
pter ignorantiam , ex quo putare poterant bona poſſideri per illum , qui eos conduxit , & ejus aſſertioni credere , nec aliud perquirere tenentur , quia , ut inquit Bald. *in conſ.* 144. *lib.* 1. *repetito in conſil.* 154. *leg.* 3. Majus tempus occuparet inveſtigatio quam opera *leg. inter quos* §. *domin. ff. de damn. infect.*

Tertiò , quia † ſi iſto caſu tenerentur operarii , uti tur- 9
batores , vel damnum dantes , utique teneretur & D. Ventura mandator *l.* 1. §. *deieciſſe , & l. quoties ff. de vi , & vi arma cap. cum ad ſedem , extr. de reſt. ſpol. cap. mulieres de ſentent. excomm.*

Quin etiam , † ſi ipſi operarii condemnarentur , de bo- 10
nis d. Venturæ ſatisfacere deberent Auth. *qua in provincia C. ubi de crim. agi oport.* ſecundum verum intellectum quem in terminis attulit. Anton. de Butr. *in d. c. quoniam frequenter* §. *quod ſi ſuper num.* 17. *& ſeq. extr. ut lit. non conteſt.* & eo non citato idem ferè per eadem verba voluit. Socc. Senior. ibi *nu.* 117. ubi etiam adducit auctoritatem Hoſt. & Jo. Andr. & dicit notandum , quia frequenter in praxi contingit . Ipſe enim D. Vent. qui d. opus ſpecificè mandavit , ut fidejuſſor , & mandator teneretur de bonis ſuis ſatisfacere *ad leg. ſi procurator ff. Mand. Butr. ubi ſupr.*

Et ſic inficiari non poteſt quin Judicium cum dd. operariis agitatum reſpiciat duntaxat intereſſe D. Venturæ clerici , vel ſaltem quin jus ipſius connexum ſit cum jure , & intereſſe dictorum operariorum.

Quoties † autem cauſa eſt individua ſocius utitur privi- 11
legio ſocii , *l. ſi communem , ff. quemad. ſervit. amitt. l.* 1. *&* 2. *C. ſi unus ex pluribus l. qui duo ff. de liber. legat.* Dec. *in leg. ſi emancipati num.* 5. & ibi Cagn. *nu.* 103. *C. de collat.* Monter. *deciſ.* 14. *num.* 84. & tota cauſa remittitur ad Judicem Eccleſiaſticum , ut ad digniorem , ne continentia cauſæ dividatur , & ne contingat ferri diverſas ſententias Bartol. *in leg. præcipimus* §. 1. *per illum text. C. de appell.* Aretin. *conſ.* 25. *ſub num.* 3. *ver. circa ſecundam per d. l. ſi communem* Socc. Senior. *conſ.* 82. *ver. noua concluſio lib.* 3. & poſt alios , quos congerit hanc fatetur communem opinionem Covarru. *pract. qq. cap.* 34. *ſub num.* 1. *&* *num.* 2. licet ibi contra Eccleſiam ſcribat , & de communi teſtatur etiam Clar. *in ſuis comm. opin. in ver. clericus , & Laicus , & in prax.* §. *fi. quæſt.* 36. *ver. evenit plerique* , quamvis ibi aſſerat in criminalibus ſervari

de

de facto contrarium, idem post innumeros, quos citat fatetur Farinacc. *d. q.8. sub nu.151.* Marant. *de ordin. iud. part.4. distinct.11..n.21.* Natt. *cons.280. nu.3. vol.2.*

12 Et † plura specialia; quæ permittuntur ne continentia causæ dividatur, vide per Menoch. *de arbitr. iudic. casu 371.* Gail. *obser 32. lib. 1.* & quod in individuis laicus conveniri debeat coram Ecclesiastico ratione Socii, vel correi Clerici, fatetur post alios, quos cumulat Farinacc. *de Inquisit. d.q. 8. num.151.* Card. Seraph. *dec.957. n.2.*

13 Et in terminis nostris, ut † ubi causa est individua, & præjudicium in Clericum redundat, , facta à laico nominatione clerici in foro sæculari, etiam in casu quo Judiciũ substantiatur in persona rei nominantis, Clericus nominatus totam causam ratione connexitatis trahat ad tribunal Ecclesiasticum sentire visus est Marianus Soccin. *in repetit. dicti capituli quoniam frequenter §. quod si super sub num.127. ante finem versiculo sed circa prædicta extra ut lite non contestata*, licèt quæstionem indecisam reliquerit, quam tamen ex prædictis decipit Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap. 69. numer.* 108. Quia ut supra dicebam consors litis potitur privilegiis collitigantis, quibus ex propria persona frui non posset.

14 Hinc videmus † Emphyteutam Ecclesiæ ratione utilis dominii ad se spectantis conventum non posse secundum aliquos declinare forum, nec judicium recusare, conventum è contra respectu dominii directi, & sic respectu juris penes alium existentis, nominando Dominum in judicio, liberari, judiciumque contra Dominio dirigi; nihil enim ad Emphyteutam, an unus potius, quam alter sit Dominus directus, ut benè dicit Bartolus *in lege secund. num.6.* & ibi Salycetus, & Doctores, *Cod. ubi in rem act.* Anton. Butr. *in d. cap. quoniam frequenter §. quod si super num.27.* & ibi Abbas, *etiam num.23.* & ista opinio Bartoli communi est teste Barbatia *cons. 84. volumine 4.* quod nota, quia casu iste hodie contingit inter quosdam Magnates, ad quorum manus facillimè hæc scripta prævenient. Cæterum contrarium est verius, & tenendum est ex sententia Rotæ, & scribentium, quos pleno jure adduxi, & secutus fui *in dec.121. numer.20. part.2.*

Quartò principaliter movebat, quia quæstio super dicti prædii possessione, quæ inter R. Venturam, & Burgium vertitur est præjudicialis causæ criminali turbativæ, seu damni dati, contra operarios intentatæ, illamque cessare facit

15 duplici ratione, tum † quia est judicium universale respectu hujus turbativæ, ac proinde præjudicat huic particulari judicio, illudque absorbet, *leg. si bonæ fidei*, & ibi Bartol. Angel. & Paul. de Castr. *ff. de petit. hæredē leg. quandiu de bon. liber.* Verall. *decis. 117. par. 2. idemque* Bart. *in leg. si post litem ff. de except.* Ias. *in §. præiudiciales numer. 6. & 7. Instit. de action.*

16 Tum etiam, † quia sententia lata in illo, exceptionem rei judicatæ parit quo ad hoc judicium turbativæ, si enim bona à Clerico possidentur, dubio procul dici non potest hos operarios turbasse dictum Doctorem Burgium *lege fundum, & lege fundi ff. de except.* Ias. *in dict. §. præjudiciales num. 1. 2. & 3. Instit. de action.* ubi quod ideo dictum Iudicium dicitur præjudiciale ratione causæ contingentiæ glos. *in cap. tuam extr. de ordin. cognit.* ubi quod hæc procedunt tam in civilibus, quàm in criminalibus, & ibi Doctores omnes, & in specie Abbas, qui ait similes exceptiones esse præjudiciales, quia impediunt processum super alio articulo, illisque probatis excluditur intentio agentis, & ibi etiam tradunt cæteri Doctores.

17 Quando † autem coram Iudice Ecclesiastico deducitur quæstio præjudicialis actioni coram Iudice Laico intentatæ, nulli dubium, quin Ecclesiasticus possit, & debeat transmittere inhibitionem Judici Laico, qui illi obtemperare debet, textus expressus in *in dict. cap. tuam extra de ordin. cogn.* ubi Honorius Tertius S. P. inhibuit Ludovico Francorum Regi rationemque reddit, quæ casui nostro optimè congruit, nempe, quod aliter agere nihil aliud esset, quàm diversis processibus intricare negocium, & confusione quadam, Iudicii ordinem perturbare dixi latius super *dec.9. nu.33. & deinceps.* Ciarlin. *controv. 171. num.67.* ubi ad dicta per me hic, *& n. seqq.* Lectorem remittit.

18 Et † quamvis regulariter inhibitio absque causæ cognitione concedi non debeat, hoc tamen casu transmittitur sine ulla cognitione, statimque Iudicis Laici cognitionem suspendit, ut per Lapum *allegation. 63.* quem sequuntur Doctores *in dict. cap. tuam de ordin. cognition.* ubi Butrius *numer. 9.* & Abbas *numer. 5. & 11.* ubi examinat, alios adduci supra *decis. 9. numer. 35. & seqq.*

Quod † si diceretur prædicta non procedere, quoties ex- 19
ceptio judicialis proponitur à tertio comparente, nec ejus comparitionem suspendere Iurisdictionem Iudicis, nec processum impedire, ut post scribentes, quos citat, docet Rota *decis. 275. numer 3. part. 2. diversor.* & Coccin. *decis. 237.*

Resonderem Rotam, ibi loqui in terminis, † in quibus 20
tertius comparens non intendit revelare reum, nec actorem, sed prætendit meliora jura habere, & ideo instat ipsum reum condemnari ad sibi, & non actori rem tradendam, tunc enim ideo non retardatur Iudicium antea motum, ne aperiatur via fraudibus, & collusionibus, ut melius cæteris declarat Covarr. *in dict. dec. citatus practicar. qq. capit.14. sub numer.4.* secus tamen est, quando agitur principaliter de præjudicio ipsius tertii comparentis, tunc enim nulla subesse potest fraus, sed ipse pro suo principali interesse potest impedire Judicium, ut declarat Bartolus *in leg. si proluforio §. sed & agere numer.1. ff. de appellat.* qui communiter approbatur teste Covarr. *d. cap.14. sub n.3. ver. hactenus de tertio*, & hic est casus noster, cum agatur principaliter de interesse Clerici, de cujus bonis operarii, si condemnarentur solverent pœnam, & damnum datum, & qui remaneret à dicti prædii possessione exclusus, ut jam deductum fuit. Intelligendo tamen si ipse ignoraverat causam agituri; nam, si scivisset, & tacuisset, non impediret causæ expeditionem, ut distinguit Rota *coram Coccin. dict. decis.237.* & videndus est Burat. *decis.833. par.3.* ubi adden. latè de materia, & Cavaler. *dec.249.*

Quando autem tertius comparens faciat acta sua activè, & passivè distingui, ut per Beltram. *in addit. ad decis.* Greg. XV. *dec.259.* & vide Rot. *dec.17. par.3. rec.* & Burat. *decis. 337. nu.2. & seqq.*

Non † obstat modo Achilles Procuratoris Fisci Ducalis, 21
nempe Paul. de Castr. *in consil. 471. per totum libr. 1.* qui ex professo consuluit colonum cujusdam Episcopi actione personali legis aquiliæ de turbata possessione conventum condemnandum fuisse, mandato Domini sui minimè sibi suffragante, contra quem, jus repetendi integrum, illi esset, nec Episcopum pro suo interesse comparentem forum potuisse declinare per text. *in Auth. qua in Provincia Cod. ubi de delict. agi poss.* per quod Consilium quæstio ista dicebatur ad favorem Burgii decisa, in cujus comprobationem addi poterat Bald. *in consil.446. libr.3.* qui tamen contrarium, & melius consuluit in *consil.144. lib.1.*

Auctoritas enim *Castren.* tollit ex facto; † Tum quia in 22
ejus casu non requirebatur dolus, & mala fides, provt in nostro, ut nominatim respondet Magon. *in decis. Flor. ultim. numer. 9.* Cum etiam quia ibi locatores operarum utilitatem ex pascuis perceperant; unde opinabatur *Castrensis* eos naturali æquitate inde teneri, & sic non applicatur casui nostro, in quo operarii nec ligna abstulere, nec ullum, præter diurnum stipendium, recepere emolumentum.

Secundò evitatur doctrina *Castrensis*, quia tametsi non- 23
nulli admittant † in personalibus actionibus non esse locum nominationi declinativè, sed tantum instructivè, id tamen intelligitur, quando quis aliquid fecit, quod in delictum sonet, tunc enim dicunt teneri quamvis de alterius fecerit mandato, ut si per vim aliquem turbasset, vel spoliasset, vel arbores non cæduas incidisset, ut benè post alios declarat Plotum *in dicta lege si quando §. 49. sub numer. 127. in tertia, & quinta limitatione*, & habetur etiam per Magon. *dicta decisione Florent. ultima, numero tertio, ubi concordantes* citat, & hic est casus *Castrensis*. Nam ibi operarii devastaverant vineas, arboresque non cæduas inciderant, & ita etiam loquitur Bartolus ab eo citatus quatenus distinguit inter actiones merè personales, & alias non merè personales; ex quo inferebatur quidam † colonos personarum Ecclesiasticarum 24
accusari posse de damno dato in locis prohibitis, cum animalibus Ecclesiæ, ut per Butrium *in capitulo gravem columna secunda*, & ibi Felynus *numero quarto de sententia excommunicationis*. Decianus *in tractat. crimin. tom.1. lib.4. capit.9. numer.58.* quod tamen intellige juxta tradita per Martam *de Jurisdictione par.4. casu octavo* secus tamen dicendum est, quando, quis de mandato Domini fecit aliquid, quod non sonat in delictum: caret enim dolo, & ideo non tenetur actione mere personali, alias si doctrina *Castrensis* generaliter etiam in facto per se licito intelligeretur, nunquam locus esset nominationi declinativè: actor enim semper dice-

re posset, se convenire operarium pro eo, quod ipse fecit, & sic actione personali, quod falsum est, & contra conclusiones ab omnibus receptas, ut dictum fuit supra *numer.* 1. Quemadmodum nec unquam excusarentur operarii, qui bona fide locassent operas suas, quod est contra aliam receptissimam sententiam supra positam, *numer.* 7. & 8.

Tertio, præter scribentes respondebam negando absolutè doctrinam *Castrensis*, utpote sine lege, & ratione loquen-
25 tis: ipse namque totum consilium fundat super † *Authent. qua in Provincia. Codice ubi de crimin. agi oportet*, quæ ultra quod multiplices habet intellectus, ut ibi per gloss. & Doctores, & ideo non potest ad causarum allegari decisionem Bartolus *in lege in ambiguo ff. de rebus dub.* Osasch. *decisione vigesima secunda, numer.* 10. Rebuffus *in proœmio constitutionum regni glosa quinta, numer.* 3. *tom.* 1. licèt in hoc contrarium teneat Cassador. *decisione unica, num.* 15. *titul. de acquirend. rer. Domin.* ubi quod alias complures leges corruerent. Etiam admisso *Castrensis* intellectu dicebam dictum textum loqui in diversis terminis nempe ubi Dominus, Auctor ab operatio, vel factore nominatus, non comparuit, sed fuit contumax, ut apparet ex contextu *dictæ Authentic.* & ita illum declarat, & intelligit idem Paul. de Castr. *ibidem in lectura ante numer.* 1. *ver. alius casus*. Quid autem juris sit, si Dominus comparet, & judicium in se suscipere vult, hoc ibi non deducitur, sed benè habetur decisio in corpore, unde sumitur, nempe in §. *hæc considerantes vers. & si quidem in Auth. ut omnes obed. jud. provinc. collation.* 5 ubi dicitur esse in arbitrium Domini absentis, cui ab operario, vel factore judicium prædictum nunciatum fuit, vel per ipsum nunciantem litem sustinere, vel per alium procuratorem judicium in se suscipere: verba textus sunt sequentia. *Et si quidem* (subaudi nunciatus Dominus) *ipsi nuncianti credat; litem illi jam committat, si vero aliquod aliud de illo sapit, alium dirigat suscepturum modis omnibus actionem, & completurum omnino, quæ decernenda sunt.* Ex quo contextu videmus Domino etiam per Procuratorem comparente, contra illum dirigi judicium, & operarium à lite discedere, nec mirum; quia in Domini personam judicium substantiatur, & sic *dict. Authent.* contra *Castrensem* retorquetur.

Præsertim, quia si dispositio dictæ *Authentic. qua in provincia* intelligeretur etiam casu, quo Dominus comparet, ac judicium in se suscipere intendit, provt in *dict. cons.* interpretatur Paul. de Castr. sequeretur nunquam dictam nominationem locum sibi vendicare etiam ubi reali actione ageretur, quia text. *ibi* uniformiter loquitur tam de personali, quam de reali, & mixta actione, ut ex dicto contextu patet, & ibi declarat idem Castrensis *numer.* 1. *initio*, & tamen totus mundus concordat, in reali actione possidentem alieno nomine posse Dominum nominare ad effectum declinativum.

Rursus retorquetur *dict. Authent.* quia ibi, & in corpore, unde sumitur ea redditur decisionis ratio, ne scilicet damnificatus ab operario absentis cogatur, longo tempore ipsum absentem expectare, vel extra provinciam illum convenire, sequitur igitur Judicium contra illum esse dirigendum, quando haberi potest. Et hinc tollitur etiam auctoritas glos. & Bart. *in dict. Auth. qua in provincia, ex eodem textu* deducentium, denunciationem permitti duntaxat ad effectum instructivum, non ad declinativum. Intelligendi enim sunt juxta terminos textus, nominato scilicet non comparente: præterquam quod loquuntur quando operarius convenitur de proprio delicto, & idem Bartol. ibi *numer.* 4. statim subdit dari casum, in quo mandatarius excusatur propter mandatum, secundum ea, quæ notentur in *l. lib. homo ff. ad leg. aquil.* & juxta ea, quæ ipsemet plenè dixerat in *leg. non solum* §. *si mandavero ff. de injur.* & sic excipit casum nostrum.

26 Denique † contra *Castrensem*, ut etiam in causa damni dati locum sibi vendicet auctoris nominatio ad effectum declinativum, adest decisio elegans Baldi *in cons.* 144. *libr.* 1. & expressius Marian. Socc. *in dict. cap. quoniam frequenter* §. *quod si super numer.* 117. *extr. ut lite non contestata*. Magon. *dict. decis. Florent. ultima numer.* 27. qui cum citat licèt corruptè nempe sub *numer.* 22. Roland. *consil.* 54. *per totum volum.* 1. Natta *cons.* 72. *numer.* 2. & 3. *libr.* 1. ubi ad hoc citat glos. & Bartol. *in leg. in rem* §. *signum ff. de rei vendition.* & Bartol. *in leg. solum* §. *si mandato ver. sed quæro ff. de Injur.* Bald. *in leg. non ideo minus column.* 2. *Cod. de accusation.* Alberic. de Rosat. *in leg. si quis id, quod colum. penult. ver. item facit ff. de iurisdict. omn. jud.* idemque firmat Ambrosin. *dict. dec. Perus.* 8. *per totam*.

Provt † etiam in interdicto, unde vi, & in cæteris actio- 27
nibus personalibus in rem scriptis, ut probant But. *in dict. c. quoniam frequenter* §. *quod si super numer.* 3. *extra, ut lite non contestata*, & ibi Abb. *nu.* 52. & Socc. Sen. *sub nu.* 116. *& cæteri* communiter Marant. *in praxi p.* 6. *memb.* 6. *nu.* 3. Bart. *in d. l.* 2. *nu.* 13. *C. ubi in rem act.*

Et † in judiciis possessoriis propter identitatem rationis, 28
ut per Doctores communiter *in d.* §. *quod si super*, & per Socc. *in leg. rem, quæ nobis num.* 2. ubi de *comm.* Plotus etiam de communi *in dict.* §. 49. *sub nu.* 27. ante primam limitationem gloss. & Bartol. *in leg.* 2. *nu.* 10. & ibi *cæteri C. ubi in rem act. excus.* Afflict. *decis.* 217.

Neque obstat † hos operarios uti vicinos præsumi sciviss- 29
dictum prædium possideri à Burgio, & proinde non excusari ex mandato D. Venturæ, ut per Plot. cum relatis *de in lit. iuran. dict.* §. 49. *sub numer.* 27. *in secunda limitatione ver. unde laboratores* Bald. *consil.* 144. *& consil.* 440. *lib.* 2. ubi addit, quod imò quando sunt vicini, investigare tenentur, & Baldum sequitur Ripa *in capit. decernimus numer.* 41. *de judic.* Corneus *consil.* 44. *numer.* 1. *ver. confert libr.* 3. Menoch. *de retinend. possess. remed.* 3. *numer.* 619. Laderch. *consil.* 296. *sub numero seeundo ver.* Jos. Ludov. *dec. Perus.* 103. † eo quod 30
vicini facta vicinorum scire præsumantur *cap. quosdam cap. quanto de præsumpt.* latè Felyn. *in cap. literis de præsumpt.* † 31
Modò tamen facta sint successiva, non momentanea, juxta declarationem Baldi *in lege conventiculum colum.* 2. *Cod. de Episc. & cleric.* Alexand. *consil* 80. *colum.* 3. *libr.* 2. Doctores communiter *in l.* 1. *ff. si cert. petat.* Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 16. *nu.* 49.

Quia illud pariter multiformiter evitatur: Tum quod de 32
hujusmodi qualitate vicinitatis non constat in actis, † provt ad hunc effectum requirebatur. Corne. *cons.* 25. *vis o statuto lib.* 1. idem Plotus *sub num.* 27. *verb. debet tamen* Magon. *d. dec. Flor. ult. sub num.* 10.

Tum etiam quia † illud cessat quoties agitur de pœna in- 33
currenda, & de judicio criminali, ut in casu nostro, tunc enim fundans se in scientia; tenetur illam plenè, & concludenter probare, & non per conjecturas. Dec. *in leg. qui in alterius numer.* 2. *ver.* & Dominus *ff. de regul. jur.* Mohed. *dec.* 160. *numer.* 2. *alias* 4. *de probat.* Rota *in Romana Domus S. Ludovici* 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia impressa* post secundum volumen *cons. Farinac. dec.* 151. vel saltem non sufficit unica vicinitatis conjectura, sed requiruntur plures, & quidem urgentes, ut per Rotam *dec.* 181. *nu.* 6. impressa *post d.* 2. *vol. consil. Farinacc.*

Tum rursus, † & fortè melius, quia de Burgii possessio- 34
ne non constabat, imò R. Ventura probare coram me prætendebat, se esse in possessione, & sic non constito clarè de possessione, fundamentum omnino corruit *leg.* 1. §. *fin.* ubi Bartol. *numer.* 18. *ff. uti possidetis*, benè Soc. *consil.* 55. *numer.* 15. *libr.* 4. Magon. *decis. Flor. ult. numer.* 26.

Nec relevabat æquivoca depositio testium, dicentium Burgium in eadem parte agri Riberiæ possidere nonnulla prædia, quia non exinde dicitur constare de possessione prædii ex quo frumentum asportatum fuit, ut benè prosequitur Soc. *dict. consil.* 54. subdens probandum fuisse concludenter fama publica, & latiùs per Rolan. *consil.* 54. *numer.* 13. *multis seqq. libr.* 1.

Nec sufficit quælibet scientia, † quando agitur, ut quis 35
ex ea obligetur, sed debet esse plena, & perfecta cum omnibus suis qualitatibus glos. *in cap. concertationi in ver. sciverit de Appellat. in* 6. Natt. *consil.* 177. *numer.* 32. *& consil.* 636. *numer.* 192. Osasch. *decis.* 176. Becc. *cons.* 37. *numer.* 23. Surd. *cons.* 150. *in fin. lib.* 1. Rota *in dec.* 186. *numer.* 3. *inter impress. post volum.* 2. *cons. Farinac.*

Rursus † ea duntaxat facta vicini scire, præsumitur vi- 36
cinus, quæ & cæteris verisimiliter nota esse possunt, ut declaravit Bald. *in lege conventiculum col.* 2. *C. de Episc. & cler.* quem sequitur Ripa *in l.* 1. *num.* 46. *ff. si cert. petat.* Menoch. *de recup. poss. d. remed.* 16. *n.* 49. Cum itaque non constet prædium, de quo agitur re vera possideri à Burgio, imò adhuc sub Judice lis sit, consequenter nec istis operariis, nec alius indubitatum esse poterat ab eo possideri, & sic cessabat prorsus omnis culpa.

Minus refragatur † hujusmodi operarios secuisse, collegis- 37
seque triticum nondum maturum, ut dictus Fiscalis exaggerabat,

rabat, ac propterea, nec à dolo, nec à ſcientia excuſari, & conſequenter, nec à pœna, ut poſt alios, quos refert tradit Plot. *de in lit. juran. dicto* §. 49. *ſub num.* 27. *in quinta limitatione*, & adeſt *conſilium Laderchii* 206. *numer.* 1. qui citat *conſil. Bald.* 440. *libr.* 3. Plurimos congerit, & ſequitur Cagnol. *in leg. velle non creditur* 4. *ſub numer.* 11. *de regul. jur. & vide* Clar. *in* §. *finali quæſt.* 59. *numer.* 16. *& ibi addentes*.

Quia obiectum non verificatur in facto, licet verum ſit in jure; frumentum enim de quo agitur, meſſum fuit tempore congruo in iſtis partibus; & ligatum in manipulis die vigeſimo ſeptimo Junii, quo maximi erant calores, nec eſt inſuetum ut frumentum, una die meſſum, ſequenti die ligetur præſertim, quia etiam poſtquam in manipulos eſt ligatum exiccari poteſt; & ſic actus non eſt de ſui natura illicitus, ut re vera eſſet, ſi frumentum in herba ſecaretur, & ita loquuntur Doctores ex adverſo citati.

38 Non pariter facit negocium, quod addebatur † eoſdem operarios puniendos eſſe, & doloſos præſumendos, eo quia de nocte acceſſerunt ad ſecandum frumentum, & conſequenter non eſſe locum nominationi Auctoris, nec ex mandato alterius excuſari. Plot. *in dict.* §. 49. *ante numer.* 28. *in ſexta limitatione* Balb. *deciſ.* 51. Laderch. *dict. conſil.* 206. *facit* textus *in lege final. ibi propter abſconditam mentem, & doloſam machinationem*, & illud Joan. 3. *cap.* 20. *qui malè agit odit lucem*, provt etiam fecit ille inimicus homo, *qui cum dormirent homines* ſuperſeminavit zizania *Matth.* 13. *cap.* 25.

Quia neque id in facto conſtabat: ſed duntaxat eos acceſſiſſe ſummo mane, provt ſolent cæteri operarii, & provt fecerunt etiam Coloni Burgii, qui dictos operarios videntes nomine ejuſdem proteſtationem fecerunt, ex quo etiam re-
39 ſultat opus † palam, & illis videntibus, & ſcientibus factum fuiſſe: quo fit, ut etiam ſi de nocte acceſſiſſent, excuſarentur à dolo, & pœna; ut per eundem Plotum loco ex adverſo citato *ſub numer.* 29. *ver. item Excuſantur*, ut per Cravett. *conſil.* 205. quod tamen dictum ſit ex abundanti, non autem enim pro deciſionis fundamento.

40 Præterea † cum titulus excuſet à clandeſtinitate *ad leg. igitur ſi ff. de liber. cauſ. & leg.* 1. *in fin. ff. de Abig.* gloſ. *in leg. penult. Cod. de evict.* Aret. *in leg. incivilem Cod. de furt.* Plot. *ubi ſupr. numer.* 29. *&* D. Ventura paratus ſit coram me docere de titulo ſuo, nihil eſt, quod imputetur prædictis operariis, etiam ſi tempore nocturno opus feciſſent, pro-
41 ut re vera non fecerunt, & ſaltem † iſte articulus coram me diſputandus, uti præjudicialis retardat proceſſum contra dictos operarios per ea, quæ dixi ſupra *deciſ.* 9. *numer.* 23.

42 Obiiciebatur † rurſus pro parte Fiſci præfatos operarios qui armati ad ſecandum triticum proceſſere, præſumi in dolo, & non excuſari à pœna, ut per Auguſtin. de Arimin. *in addit. ad* Angel. de Malefic. *in Verb.* & Sempron. Rodulphi *numer.* 14. Ad quod reſpondebam illum motum duntaxat auctoritate Baldi *in* §. *ſi quis in ſuo ſolo Inſtit. de rer. diviſione*, qui in meo Codice non dicit id, ad quod allegatur, ſed quatenus admittenda ſit ejus opinio, intelligenda eſt in terminis, in quibus loquitur, nempe quando omnes, vel eorum major pars præter ſolitum inceſſiſſent armati. At quando (ut in caſu noſtro) operarii ſunt in magno numero, & eorum pauci ſunt armati armis ſoliti, & conſuetis, tunc dubio procul ceſſat præſumptio doli, ſine quo non incurritur pœna *leg. reſcriptum Cod. de his, quibus, ut indign.* Bart. *in tract. qui ſint* Rebelles *in vero temerario* Cravett. *conſ.* 130. *n.* 15. cum aliis per Ferrettum *conſil.* 2. *num.* 64. Magon. *dec. Lucenſ.* 49. *num.* 12.

Et eo maximè, quia notorium eſt ab operariis harum par-
43 tium ita paſſim obſervari, quæ obſervantia, † etiam ſi eſſet mala, excuſaret à pœna temporali, gloſ. *notabil. in capit. denique in verb. conſuetudine diſtinct.* 4. *& in cap. cum venerabilis in ver. migraſſe*, & ibi DD. *de conſuet.* & Alex. *conſ.* 70. *num.* 3. *& conſ.* 132. *num.* 3. *vol.* 1. Roman. *in ſing.* 19. *&* 379. Blot. *conſ.* 19. *num.* 122.

44 Non † etiam facit negotium, quod addebatur prædictos operarios fuiſſe in mala fide, quia à Colonis Burgii nunciatum, & proteſtatum ipſis fuit, ne amoverent dictum triticum, quippè quod erat ejuſdem Burgii per text. *in leg. ſi fundum Cod. de rei vendit.* & tradunt Doctores communiter, ut per Menoch. *de arbitr. jud. cap.* 225. *num.* 5. & per Arium Pinell. *in repet. Authent. niſi numer.* 14. *Cod. de bonis maternis*, in puncto Laderch. *conſil.* 206. *numer.* 13. Dec. cum per eum congeſtis *in dict. leg. velle non creditur numer.* 9. *&* 10. *de reg. iur.*

Quia tametſi mihi in propoſito non arrideat † reſponſio 45
ab informantibus data ex Soc. *conſ.* 54. *n.* 31. *lib.* 4. & Magon. *dec. Flor. ultima num.* 21. proteſtationem ita demum afficere, ſi fuit ab habente intereſſe in re, non autem à Villico facta. Quæ & confirmari poterat ex eo, quod communiter tradunt *ſcribentes*, non ſatis eſſe fieri à Procuratore etiam mandatum habente, niſi illud oſtendat, ut copioſè poſt alios deduxit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 1. *cum multis ſeqq.*

Non inquam dicta reſponſio videtur applicari, † quia 46
proteſtatio non fuit facta à ſimplici villico, vel viatore, ſed à colono, qui dicebat dictum prædium habere in cuſtodiam, & ſic illa afficiebat ſecum Bart. *in leg. item veniunt* §. *petitam ff. de petit. hæred.* ad eum enim ſpectat hoc dicere, & ideo ei credendum erat, inquit Lucas de Penna *in l.* 3. *Cod. de Murileg. lib.* 11. Afflict. *deciſ.* 369. *nu.* 10. *&* 11. Menoch. *de Arbit. d. caſu* 255. *nu.* 5.

Nec † etiam ſatisfacit reſponſio Magonii loco citato *nu-* 47
mer. 21. negantis abſolutè aſſumptum tanquam falſum, ut conatur oſtendere Pinell. *in dicta Auth. niſi numer.* 15. *de bon. matern.* quia etiam ſi text. *in dict. leg. ſi fundum Cod. de rei venditione* non probaret dictam propoſitionem ut aſtruit Pinellus, ſufficit tamen illam ab omnibus Doctoribus communiſſimè receptam fuiſſe. Nec urget in contrarium textus *in leg. ſi quis inficiatus ff. depoſiti*, quia lex illa eſt ſatis extranea ad rem noſtram; ibi enim deciditur, depoſitarium non teneri credere ei, qui rem depoſitatam repetit aſſerens ſe hæredem, vel Procuratorem deponentis, niſi de hoc certificetur, quod nullatenus induci poteſt ad caſum noſtrum ob rationis diverſitatem; quam omitto, ne ſim prolixus.

Sed † benè corruit præfatum obiectum ex alia reſponſio- 48
ne, quam tangit Magon. *ibidem numer.* 22. *nempè* dictam communem ſententiam procedere; quando nunciatio facta fuit, re integra, & ante cætum opus, ſecus ſi fiat, poſtquam operarii operas ſuas locaverunt opuſque cæperunt.

Et quamvis Magon. nihil ad hoc probandum citet, ea tamen eſt communis diſtinctio, quam tradunt Menoch. & Pinell. locis ſupracitatis *numer.* 39. & ita etiam tenet Roland. *dict. conſ.* 54. *numer.* 22. *lib.* 1. Idque admittere Dec. *d. l. velle non creditur ſub num.* 10.

Et † quod d. proteſtatio ad hoc ut afficiat, debeat eſſe ju- 49
dicialis, provt in novi operis nunciatione, vel ſi ſit extrajudicialis fieri debeat antequam operarii locaverint operas ſuas, alias in mala fide non conſtituantur, niſi eis jura demonſtrentur; cum non teneantur credere proteſtanti magis quam conducenti, ubi jam ſuſceperunt opus per ſe licitum, nec præſumere, quam eos conduxiſſe ad colendam rem non ſuam, tradunt Alex. *in leg. de pupillo*, §. *nunciationem ff. de oper. novi nunciat.* Soc. *dict. conſil.* 54. *viſa brevi numer.* 31. *libr.* 4. Plotus *de in lit. juran. dict.* §. 49. *numer.* 27. *in* 2. *limit.* propè fin. & Roland. *conſil.* 54. *num.* 22. *lib.* 1. & quamvis Laderch. *dict. conſil.* 206. *in fin.* mordeat Rolandum, fatetur tamen, & ipſe quod quando non verſamur in qua edictum novi operis nunciationis, vel interdictum, quod vi, aut clam habet locum, ſed agitur de colligendis fructibus, ut in caſu noſtro, proteſtatio præcedere debet operum locationem juxtà diſtinctionem Alex. *in dict.* §. *nunciationem*. Quinimò † ubi non appareret an facta fuiſſet proteſtatio an- 50
te vel poſt operarum locationem, præſumeretur in dubio operarum præceſſiſſe locationem Socc. *dict. conſ.* 54. *n.* 30. *& ſeq. volum.* 4. Plot. *ubi ſupra in ſecunda limitationem in fin.* Roland. *dict. conſ.* 54. *num.* 23. *lib.* 1.

Et quamvis diverſum ipſe Laderchius ſentiat, quando ultra d. nunciationem concurrunt etiam alia, provt concurrere prætendebantur in caſu noſtro, non tamen ejus doctrina applicatur, quia ex jam deductis conſtat re vera hic non concurrere ea, qaæ Laderch. in ſua facti ſpecie ponderabat.

Præterea † proteſtatio ita demum obeſt, quando poſt mo- 51
dum conſtat in judicio de jure ipſius denunciantis *l. ſi fundum*, & ibi notat. Bald. *Cod. de rei vend.* alias ſecus *per leg. ſi maior. C. de rei vend. ita* Ruin. *conſ.* 121. *num.* 13. *lib.* 15. † ubi 52
ulterius ſubdit proteſtationem factam, uti à Dominio, ſi poſtea duntaxat de poſſeſſione conſtiterit, non ſuffragari, quia denunciatio facta ex una cauſa, non porrigitur ad aliam *leg. at ſi quis* §. *plerique de relig. & ſumpt. funer. l. ſi unus* §. *& in ſumma ver. ante omnia de pact.* declarat Bald. *in l.*

non

non solum §. morte col. 1. ver. intel. ex prædictis de oper. nov. nunc. Ruin. ubi supra *numer.* 14. sed in casu nostro non constat, nec constare potest de bono jure d. Burgii, nisi coram Judice R. Venturæ, meritò protestatio prædicta pro nunc non est attendenda.

Non denique terret, quod dicebatur dd. operarios saltem non posse excusari, quo ad partem colonicam, quam asportaverunt, & quam scire tenebantur, non ad Clericum, sed ad colonum pertinere; præsertim attentis ejus protestationibus, quia hoc est dicere, Clericum, qui dictas segetes asportari facit, commisisse furtum in d. parte colonica, quod non erat præsentis speculationis, sed coram me suo Judice competente videndum, provt postea visum fuit; & nihilominus ex abundanti dicebam non fuisse in potestate operariorum separare, ac dividere partem colonicam à Dominicali; ideo cum ignoraretur, quænam portio, & qualis ad colonos spectaret, non peccavere, mandatum R. Venturæ exequendo super toto frumento, provt nec ipse ex suo manda-
53 to, judicialiter pulsari poterat, † quamvis enim in re communi furtum committatur *leg. socius ff. de furt.* non tamen
54 præsumitur, socium † rem communem subtrahere animo eam furandi, nisi de tali animo constet, Bart. Alber. & aliis *in dict. leg. si socius*, Faber. & Aret. *in §. furtum est institut.*
55 *de obligat. quæ ex delict. nasc.* & in specie, quod † colonus partiarius portans ad domum suam omnes fructus, non committat furtum, quia in dubio non præsumitur detulisse partem Domini animo furandi, tradunt Faber. *in d. §. furtum est numer.* 1. & ibi Ang. *sub numer. 5. ver. ex quo infert.* Farinacc. *in tract. de furt. quæst.* 174. *num.* 26. ubi idem ait in ma-
56 teria pecudum, † si socius vendat omnes fœtus animalium, quæ in societatem habuit ut per Beluis. *in pract. Rubr. de furtum & latron. numer.* 19. Vitalin. *in tract. de furt. §. lucrandi num.* 37. Scapp. *de jure non scripto lib. 5. cap. mihi* 149. *in Rubr. de furt. numer.* 8. si igitur in Villico non præsumitur animus furandi; multo minus in sacerdote; & si ipse excusatur à furto; multo magis operarii, ab eo conducti; & facit re-
57 gula generalis, † furtum non committi sine dolo, & animo furandi §. *placuit inst. de oblig. quæ ex delicto nascuntur*, & ibi glos. & commuuiter DD. cum aliis plena manu congestis per Farinac. *d. quæst.* 174. *numer.* 9. nec pœna incurritur sine dolo, à quo quælibet causa etiam injusta excusat, ut per Dec. *scribentem contra Prætorem cuiusdem Terræ Hibernæ pro Colonis Equitis Hierosolymitani in consil.* 51. *nu.* 33. *lib.* 3.
58 Et † his patet nullam adesse difficultatem, quare non debeat tota causa ad Ecclesiasticum tribunal remitti, quin etiam, si essemus in dubio, à quo cognoscendus sit articulus iste, adhuc Judex Ecclesiasticus, ut dignior, cognitor, & decisor esse deberet, Jas. *in leg.* ex quocunque *numer.* 18. *ff. si quis in jus vocan. non jer.* Felyn. *in cap. pastoralis numer.* 14. *de rescript. faciunt* quæ tradit Ross. *in pract. crim. titul. de foro comp. numer.* 21. cum aliis per me congestis *in decis.* 8. *numer.* 23.
59 Et † quando contingit quæstio Iurisdictionis inter Iudicem Ecclesiasticum, & laicum, semper Ecclesiasticus propter majorem auhoritatem, & præeminentiam cognoscere habet an jurisdictio sit sua necnè Felyn. & Dec. *in dicto cap. pastoralis in fin. de rescript.* idem Dec. *in cap. cæterum de iud.* Ias. *in leg. 2. col. 5. ff. si quis in ius vocat. non jer.* Covar. *pract. qq. cap.* 35. *numer.* 1. cum aliis congestis per Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 1262. *cum seqq.* cum aliis per me congestis supra *decis.* 8. *& decis.* 17. Ciarlin. hic me citato *controv.* 64. *numer.* 15. & ita judicavi disputato prius acriter articulo in Consistorio DD. Consiliariorum Sereniss. D. Ducis, qui ad hunc effectum Mutinę vocaverat.

ARGUMENTUM.

Mandatum speciale an requiratur in causis mattimonialibus, & spiritualibus, & quando mandatum generale sufficiat.

Matrimonium metu contractum an post copulam meticulosam subsequutam sit annullandum, vel potius declarandum nullum.

Juramentum meticulosum an, & quando indigeat relaxatione, præsertim in contractu matrimonii.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum speciale exigitur in spiritualibus & matrimonialibus.*
Contrarium est verius num. 13.

2 *Procurator agens vi mandati generalis in causis requirentibus speciale mandatum dicitur falsus procurator.*

3 *Mandati legitimi productio quando ante sententiam omnino requiratur.*

4 *Contractus per vim vel metum celebrati, validi sunt, sed rescindendi veniunt.*

5 *Metu gestum, dicitur ex parte volitum.*

6 *Matrimonium metu contractum est ipso jure nullum.*

7 *Consensus simplex non sufficit in matrimonium, sed requiritur plena libertas, & securitas.*

8 *Meticulosa voluntas habet in superficie volitionem, in medulla nolitionem.*

9 *Matrimonium metu factum, & consummatum in foro externo valet mero jure, sed venit annullandum.*
Contrarium est probabilius, ut imò sit invalidum in utroque foro, num. 18.

10 *Juramentum meticulosum in matrimonio appositum, indiget relaxatione.*
Contrarium est verius nu. 19.

11 *Juramentum metu extortum, ante obtentam relaxationem, obligat jurantem.*

12 *Periurus absolvendus est non à juramento, sed à periurio.*

13 *Periurii absolutionem solus Papa concedit.*

14 *Mandatum speciale non requiritur in spiritualibus.*

15 *Mandatum ad causas civiles criminales & mixtas, comprehendit causas matrimoniales, quæ sunt mixtæ.*

16 *Mandatum generale cum libera, sufficit in causis speciale mandatum requirentibus* fallit ut numer. sequent.

17 *Clausula cum libera restricta ad præmissa, non comprehendit causas speciale mandatum requirentes.*

18 *Clausulæ generales mandati per illa verba* juxta præmissa, *nihil ultra expressa operantur.*

19 *Matrimonio metu contracto, etiam copula subsequuta, præsumitur meticulosa.*

20 Bursatt. consil. 77. numer. 25. lib. 1. *reprobatur.*

21 *Juramentum an, & quomodo firmet actum prohibitum ob bonum publicum, vel privatum.*

22 *Juramentum non firmat actum requirentem liberam voluntatem, nec absolutione indiget.*
Voluntatem liberam, quinam actus requirant remissivè.

23 *Metus an & quatenus sit consensui contrarius.*

24 *Juramentum contra bonos mores non obligat, nec eget absolutione.*

25 *Absolutione non petita veniens contra proprium juramentum, an ea quando vt periurus repellatur*, & numer. sequent.

26 *Juramentum etiam super contractu illicito, & pernicioso appositum, indiget relatione, & in periurium incidere facit.*

27 *Periurus non repellitur, & processus tenet parte non opponente.*

28 *Periurii exceptionem, non autem periurium pars remittere potest.*

DECISIO XXV.

IN quadam causa matrimoniali coram me, tunc Vicario Parmensi agitata, tria nullitatis capita contra processum deducebantur; & ex quolibet eorum reum ab observatione judicii absolvendum fore prætendebatur.

Prima nullitas resultare dicebatur ex imperfectione mandati à procuratore mulieres actricis produci, quod erat ad lites, & causas in forma communi, † cum tamen in causis 1
spiritualibus, quales sunt matrimoniales exigatur mandatum speciale, ut tradit latè, & pulchrè Lapus *alleg. 70. numer. 6.* Roman. *singul. 619. num. 2.* Abb. & Felyn. *in cap. iuram. de offic. iud. de leg.* Sbrozz. *in tract. de offic. Vicarii lib. 2. quæst. 44. numer. 6.* Ianninus *in tra. de citatione reali cap. 21. numer. 94. lib. 3.* & tenuit Rota *in decis. 3. de procur. in antiqui* & in puncto de causa matrimoniali, docet glos. *fin. in cap. qui ad*

agen-

agendum de procur. in 6. & ibi Joan. Andr. in quam ſententiam inclinare videtur Azo. *ibi* loquens ſub dubio, & idem Joann. And. *in cap. fin. eodem tit. in 6.* Canis *inter conſ. Matrim. diverſ. conſ.* 20. *num.* 1. *lib.* 1.

2 Habens † autem mandatum generale, agendo in cauſa ſpeciale mandatum, non modo nulliter agit, ſed & falſus procurator dicitur Bald. *in cap. ex parte decani de reſcript.* ſequitur Jaſ. *in leg. licet colum.* 1. *C. de procur.* & Vant. *de Nullit. tit. ex defect. inhab. ſeu mand. nu.* 91. cumque † de illo jam fuerit à parte oppoſitum judicium redditur eluſorium niſi de mandato legitimo conſtet in actis. Alex *conſil.* 78. *numer.* 12. *lib.* 5. *& conſil.* 79. *numer.* 2. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſil.* 25. *numer.* 98. *lib.* 2. Marant. *de ord. iud. part.* 4. *diſt.* 9. *numer.* 38. Rota *deciſ.* 552. *numer.* 2. *part.* 3. *in recentiorib.* quidquid ſit quando ante ſententiam de eo non fuit oppoſitum, quo caſu etiam poſt ſententiam de eo doceri poteſt Aym. *conſ.* 100. *numer.* 1. Roia *deciſ.* 19. *de procur. in antiq.* Put. *deciſ.* 373. *numer.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *innov.* Rota *deciſ.* 674. *numer.* 2. *eadem par.* 3. *in recentior.*

Secunda nullitas provenire prætendebatur ex ineptitudine libelli ipſius mulieris, in quo concludebatur matrimonium declarari nullum uti ab ea per vim & metum contractum, cum tamen in terminis noſtris poſt copulam ſecutam potius pro illius reſciſſione fuiſſet inſtandum.

4 Quamvis † enim regulariter veriſſima ſit Doctorum diſtinctio, ut cæteri contractus per vim vel metum celebrari, validi ſint ipſo jure, ſed veniant per actionem, quod metus cauſa reſcindendi, ut eſt textus apertus *in leg. ſi mulier* §. *fin. ff. quod met. cauſ. & in leg. ult. Cod. de iis, quæ vi metuſve cauſ. & inſtit. de except. in princ.* quam regulam in omnibus contractibus procedere firmat Leſſius *de Juſt. & iur. libr.* 2. *c.* 17. *& ſub num.* 37.

5 Eo † quia quod geſtum fuit per metum, ſaltem ex parte dicatur volitum, ut ex ſententia Ariſt. *lib.* 3. *ethic. cap.* 1. tradunt Theologi relati ab Azorio *part.* 1. *Inſtit. Mor. libr.* 1. *cap.* 10. *quæſt.* 13. & habetur ex D. Th. 2. 2. *qu.* 6. *artic.* 6. & volitum ſecundum quid inquit Coninch. *de Sacram. diſp.* 28. *dub.* 1. *ſub. num.* 1.

6 Matrimonium autem ſit ipſo jure nullum † nec reſciſſione indigeat, ſed dumtaxat declaratione, ut eſt textus apertus *in cap. veniens il* 2. *de ſponſal.* ubi nulla petita fuit reſciſſio per actionem quod met. cauſ. ut ibi obſervat Abb. *numer.* 7. & probant etiam *in cap. cum locum ubi* Abb. & cæteri *eod. tit. & in cap. ſignificavit de eo. qui dux. in matrim.* (quibus in locis canoniſtę communiter reprehendunt Card. ſecus ſententem *in cap.* 2. *quæſt.* 1. *extr. de his, quæ vi*) & tradunt plurimi quos refert, & ſequitur Burſat. *conſil.* 72. *numer.* 21. *libr.* 1. ubi atteſtatur hanc eſſe magis com. opin. Navarr. *in manual. cap.* 22. *numer.* 5. *& ſeq.* & ejus diſcipulus. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 1. *Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. cap.* 105. *n.* 1. Ricc. *deciſ.* 15. *nu.* 1. *par.* 2. ubi plurimas affert *Rot. Romanæ dec.* & reperit *in prax. rerum quotid. deciſ.* 253. Treviſan. *deciſ.* 63. *p.* 1. Muren. *dec.* 64. Rota *deciſ.* 42. *&* 56. *par.* 4. *diverſ.* & tradunt etiam communiter Theologi, quorum longam ſeriem recenſet Sanc. *de Matr. lib.* 4. *diſp.* 12. *numer.* 18. Coninc. *de Matr. diſp.* 28. *dub.* 1. *numer.* 5. *&* 16. Bonac. *etiam de matr. quæſt.* 3. *punct.* 8. *numer.* 8. ubi ait ſic uſu receptum eſſe in Eccleſia, quorum plurimi eam afferunt diſcriminis rationem, quia cæteri contractus, ſi ſemel ſint validi, poſſunt per judicem facilè ob metum illatum reſcindi, matrimonium verò cum ſit ſacramentum indiſſolubile, ſi ſemel ſit validum, nullo pacto per Iudicem reſcindi poteſt.

7 Nec † non etiam quia in matrimonio non ſufficit ſimplex conſenſus, ſed requiritur plena libertas, & ſecuritas ut per Doctores *in dict. cap. cum locum de ſponſal.* Navarr. *conſil.* 3. *ſub numer.* 3. *eod. tit.* Ferret. *conſil.* 296. *num.* 13. *& conſil.* 311. *num.* 7. *lib.* 2. Facchin. *controv. iur. lib.* 3. *cap.* 28. Guaz. *de ultimo fine utriuſque juris numer.* 28. Gregor. X V. *deciſ.* 326. *nu.* 31. Rota *dec.* 643. *nu.* 28. *part.* 1. *in recentior. dixi latè in dec.* 5. *ſignanter num.* 34. *&* 46.

8 Voluntas † verò meticuloſa, habet quidem in ſuperficie volitionem, in medulla autem nolitionem ut ajebat Bald. *in ſuo celebr. conſ. ſchiſmatis ſub num.* 13. quem ſequitur Iaſ. *in rem, quæ nobis ſua num.* 2. *ver. adde in ff. de acqui. poſſ.* Rota *d. dec.* 643. *ſub nu.* 13.

Hæc inquam diſtinctio tametſi vera ſit & tenenda in matrimonio rato non conſumato; † ſecus tamen dicendum videtur ubi illud fuit etiam per metum conſummatum, tunc enim manet quidem in foro conſcientiæ ipſo jure nullum, juxta com. opin. de qua teſtatur. Nau. *in man. cap.* 22. *num.* 51. §. 3. poſt D Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 7. *ad fin.* Menoch. *de præſumpt. lib* 3. *præſumpt.* 4. *numer.* 31. cum aliis, quos refert; & ſequitur. Valer. *de different. inter utrumque forum, in verbo metus differ.* 4. At in foro externo matrimonium ſic conſummatum, merito jure validum eſt, ſed venit annullandum, ita firmat Valer *d. differentia* 4. *per totam* ubi inquit hanc tenere Sotum *in* 4. *diſt.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 2. §. *potiſſima tamen* licet adeo anceps fuerit, ut vix pedem figere videatur, & ante eum Paludan. *ibidem artic.* 4. *concluſ.* 3. ad quod Valer. citat etiam *Sum. Angelic. in verbo Matrimonium, impedimento* 1. *numer.* 3. Hoſtienſ. *in cap. conſultationi de ſponſal.* Rebell. *de oblig. iuſt.* 2. *par. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 21. alioſque recentiores apud Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 18. *numer.* 13. Ratio verò potiſſima, qua movetur Valer. ea eſt, quia metus, per quem quis ad copulam accedit non animo conſentiendi in matrimonium, non videtur eſſe viri conſtantias, ſed infirmi; quia potius debebat mortem patienter pati, quam copulam etiam coactè animo fornicario habere. Unde eccleſia in foro externo in gratiam metum patientis, potius præſumit ut mutata voluntate, conjugali affectu & ex vero conſenſu in copulam conſenſerit, quam lethale peccatum admittens, animo fornicario cojerit.

Tertio † proceſſus dicebatur nullus ob non petitam re- 10
laxationem à juramento per ſponſos in contractu matrimonii interpoſito, quæ quidem neceſſaria aſſerebatur, quamvis mulier illud non minus, quam matrimonium per metum extortum contenderet juxta magis com. opin. canoniſtarum quicquid legiſtæ ſentiant inquit, Mich. Craſ. *cum opin. cap.* 7. *qu.* 11. quem refert, & ſequitur Burſ. *in conſil.* 72. *numer.* 25. *lib.* 1. qui addit imò nec hujuſmodi relaxationem dandam eſſe abſque partis citatione, quamvis ea regulariter non ſit neceſſaria, & citat Ioan. de Amic. *in conſ.* 34. *numer.* 7. *&* 8. Vitalin. Camban. *ſuper clauſula non vi nec metu, ver. ultimo videamus fol.* 489. loquentes in terminis juramenti per metum extorti.

Cum † itaque juramentum meticuloſum, antequam re- 11
laxatio petatur obliget jurantem ut benè comprobat Leſſ. *de Juſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 17. *ſub numer.* 51. *ver. ſi ut ſeu metu* ad quod adducit text. *in cap. debitores de Jurejur.* & in terminis noſtris tenet Sylveſt. *in Sum. in verbo ſponſalia* §. 9. *in fin.* meritò dicta mulier, quæ non petita relaxatione, egit inci- 12
dit in periurium, † nec amplius eandem relaxationem petere poteſt, niſi prius ab ipſo periurio abſolvatur Afflict. *deciſ.* 220. *numer.* 17. Rota *deciſio* 701. *numer.* 2. *part.* 1 *in recent. & deciſ.* 5. *num.* 2. *p.* 2. *etiam in recentior. & in Firmana altaris* 29. *Januarii* 1607. *coram Cardin. Marcomontio.*

Et † quidem non ab ordinario, ſed à ſolo Summo Pontifi- 13
ce ut per Cravett. poſt alios *in conſil.* 6. *numer.* 27. Rota *in dicta Firmana & alias ut ibi* cum per me adductis in *deciſ. .... num.*

Nulla tamen ex aſſertis nullitatibus revera ſubſiſtebat, & proinde illis non attentis, in cauſa principali ad ulteriora proceſſi.

Nam quod attinet ad primam, ea dupliciter evitabatur † 14
& primo, quia non eſt tuta nec vera concluſio; ut in cauſa matrimoniali, ac in cæteris ſpiritualibus requiratur ſpeciale mandatum, hoc enim reperitur jure cautum, & contrarium ex profeſſo deciſum fuit per Rotam *in dec.* 25. *de procur. in novis* ubi articulo plene ad partes diſcuſſo, dictum fuit ſufficere mandatum ad omnes cauſas motas, & movendas, cum etiam iſta ſit cauſa, & proinde ſub tali mandato comprehendatur, & ibi *Additionator* inquit non obſtare *deciſ.* 35. *de proc. antiq.* (quam ſupra In contrarium adduximus) quia ibi nihil allegatur idemque tenuit Bellamera *in deciſ.* 5. *numer.* 1. Mandoſ. *ad dict. alleg. lapi. in verbo beneficialis*, ubi ait ita ſe vidiſſe ſervari, & rurſus *ad Reg. Cancell.* 31. *quæſt.* 4. *num.* 18. Rot. *in Roman. Cappellaniæ* 16. *Maii* 1626. *coram Buratto* & latè defendit Lotter. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 20. *à numer.* 129. *uſque ad* 147. ubi *numer.* 30. ait Rotam ſemper amplexam fuiſſe hanc ſententiam, ad quem lectorem delego, ne videar cartam in papirum tranſcribere, idemque in beneficialibus quæ matrimonialibus æquiparantur tenuit Vant. *de Nullit. tit. defect. inhab. ſeu mand. num.* 93.

Præſertim † quia mandatum dictæ mulieris erat ad 15
omnes cauſas civiles, criminales & mixtas, quod utique ſufficit; cum cauſa matrimonialis ſit mixta, ut in puncto tradit Jo. Jac. Canen. *inter cauſ. matrim. diverſ. tom.* 2. *conſil.* 20. *numer.* 2. *&* 3. qui ibidem *numer.* 4. ſubdit idem eſſe, ſi expreſſa fuerit aliqua alia cauſa requirens

man-

mandatum ſpeciale, & poſtea addita clauſula generalis *in omnibus aliis*.

Secundò evitabatur d. prætenſa nullitas per clauſulam *cum*
16 *libera* in eandem mandato appoſitam, † mandatum enim generale cum libera ſufficit etiam in cauſis ſpeciale mandatum requirentibus text. eſt *in leg. procurator cui generaliter ff. de procur.* Alex. *in conſ.* 43. *in prin. volum.* 2. latè Iaſ. *in leg. ſi procurator Cod. de procur.* Dec. *conſ.* 404. *numer.* 6. *& conſ.* 493. *in princ.* Afflict. *deciſ.* 305. *nu.* 4. Vantius *de nullit. tit. de defect. in hab. ſeu mand. numer.* 87. Marta *de Clauſul. lib.* 1. *clauſ.* 26. *num.* 2. *&* 3. Rota *in Romana pecuniaria* 3. *Iunij* 1606. *coram Penia*.

17 Cum † non ſimus in terminis, in quibus dicta clauſula ſit reſtrictè *circa præmiſſa & expreſſa*, quo caſu non comprehendit ea quæ mandatum ſpeciale requirunt Bart. quem cæteri ſequuntur *in leg. qui Romæ* §. *callimachus in fin.* & ibi Alex. *numer.* 6. *ff. de verb. oblig.* Vantius *ubi ſupra* & tradunt etiam Zabarell. *conſ.* 39. *in princ.* Dec. *conſ.* 404. *numer.* 6. *idem* Alex. *conſ.* 22. *numer.* 10. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 59. *num.* 3. *lib.* 5. Marta *de Clauſul. p.* 1. *clauſul.* 26. *numer.* 1. *&* 4. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 331. *numer.* 5. & diffusè probat Barzius *in deciſ.* 125.

18 Et † traditur pro regula ut clauſulæ generales mandati per illa verba ſubſequentia *in præmiſſis & circa ea*, reſtringantur ad expreſſa & nihil ultra ea operentur. Alex. *dict. conſ.* 22. *ſub numer.* 10. *ad fin.* Ruin. *dict. num.* 3. Borgnin. *deciſ.* 21. *numer.* 45. *& ſeq. par.* 1. Rota *deciſ.* 576. *numer.* 2. *p.* 1. *in recentiorib.*

19 Secunda † quoque aſſerta nullitas facili negotio evitatur, quia quamvis probabilis videatur opinio *Valerii*, ut ſequnta copula etiam meticuloſa, matrimonium non ſit nullum, ſed veniat annullandum, ut fatetur Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 18. *ſub num.* 13. *in fin.* contraria tamen eſt probabilior, ut imò ſi copula non ſit ſpontanea, matrimonium maneat nullum ipſo jure, ut per Abb. *in c. conſultationi in fin. de ſponſal.* ubi ait hanc eſſe certiſſimam opinionem & ibi Præpoſitus *numer.* 1. communem appellat, & ibidem Alex. de Nevo *numer.* 10. *idem* Abb. *in cap. diſcretionem numer.* 2. *in fin. de eo qui cognovit Conſangui.* Jaſ. *in leg.* Titian. *numer.* 6. *ver. ſexto adde ff. de Verb. oblig.* Pariſ. *conſil.* 60. *n.* 341. *volum.* 3. Navar. in Manual. *cap.* 22. *numer.* 51. *ad fin.* ubi dicit communem Menoch. *de Præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 4. *numer.* 35. *& ſeq.* quamvis opinetur hunc caſum dari non poſſe in viro, qui niſi metum grave deponat, coire nequit ſecundum eum. Et ex Theologis; hanc ſententiam tenent. Riccard. 4. *d.* 29. *art.* 2. *quæſt.* 2. D. Antonin. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 7. *ad fin. ante ver.* 3. *coactio eſt Ledeſma* 4. *par.* 4. *quæſt.* 46. *art.* 3. *ad fin. Palacios* 4. *d.* 29. *diſp. unic.* Henriq. *in Summ. lib.* 11. *de matrim. cap* 9. *num.* 7. Philiarch. *de offic. ſacerd. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *ad fin.* Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt.* 47. *art.* 3. *dub. penult.* latè defendit & probabiliorem dicit Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *dict. diſput.* 18. *à numer.* 15. *uſque ad finem*, & Rebellius perperam à Valerio pro contraria parte citatus *de oblig. iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 11. *ſect.* 3. ubi quod nunquam fuit in aliquo foro, nec hodie erit validum matrimonium ex metu juſto contractum, etiam ſi conſimili metu per copulam conſummetur.

Ratio autem præcipua, quam Navarr. *loc. citato* irrefragabilem appellat, ea redditur, quia eſſentia matrimonii conſiſtit in libero conſenſu ut ſupra probavi, & latius alibi dixi, cum itaque conſenſus directus, & per verba directa explicitus, gravi metu extortus, non ſit ſatis liber, nec reddat matrimonium validum à fortiori conſenſus indirectus, & per quandam conſequutionem reſultans ex copula eodem metu extorta, non erit ſatis liber & procul dubio non ceſſat hoc caſu ratio allata à Summ. Pont. in *cap. cum locum il ſecondo de ſponſal.* ut nempe conſenſus locum non habeat ubi coactio intercedit; cumque matrimonium ſolo conſenſu contrahatur, ut ibi dicitur, abſurdiſſimum eſt dicere quod per meticuloſam copulam firmetur. Ad quod benefaciunt aurea verba, Spiritus Sancti afflatu à D. Lucia ad Paſchaſium Præfectum prolata. Si invitam juſſeris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam; ex quibus patet per vim & metum violatam virginitatem, quæ formaliter in voluntate conſiſtit integram retinere. Neque obſtat ratio ſup. ex *Valer.* conſiderata, ut ad peccatum vitandum Eccleſia præſumat liberum in copula, conſenſum; reſpondetur enim ius ad hunc effectum non attendere an quis admittat necne peccatum mortale, ſed an quid fiat per metum, auferentem liberam voluntatem, ut latius per Sanchez, & Rebell. *locis citatis*; quæ quidem adeo vera ſunt ut etiam ſi non conſtet fuiſſe copulam per metum ſequutam, adhuc tamen ea non confirmet matrimonium niſi euidenter de volantatis libertate doceatur; contracto enim per metum matrimonio copula ſubſequens durante cauſa metus non præſumitur affectu maritati, nec ſpontaneè, ſed potius ex præcedenti metu ſequuta, niſi ſpontanea voluntate appareat ut per Ricc. *in prax. rer. quotidianar. dec.* 253. *numer.* 2. ubi ad hoc gratis citat text. *in dict. cap. veniens* nihil tale probans, & Abb. *in dict. capit. locavit numer.* 8. *de ſponſal.* & Covar. *de ſponſal. in* 2. *part. capit.* 3. §. 6. *per totum* quorum neuter hoc dicit, citat etiam Brunell. *in tract. de ſponſal. & matr. concluſ.* 18. *per totum* poterat allegare Petr. de Barboſ. *in conſ.* 54. *colum.* 17. *& ſeq. inter conſ. Matrim. diverſ. lib.* 1. Pariſ. *dict. conſ.* 60. *numer.* 34. *l.* 4. ubi ad hoc affert Bart. Anchar. Abb. Præpoſit. & alios, idemque firmat Ioan. Mator. *ſuper* 4. *ſenten. diſt* 29. *quæſt. unic. column.* 3. Rota *in Ianuen. Matrimonij* 16. *Februarii* 1586. *coram Cardin. Pamphilio ſeniori.* Cardin. Seraph. *deciſ.* 863. *in fine*, qui ibidem *numer.* 1. *& ſeq.* reddit tres optimas rationes, quas apud eum videtur.

Sed & multo facilius tertia prætenſa nullitas evitatur, † 20
tantum enim abeſt ut magis communis opinio canoniſtarum teneat juramentum in matrimonio interpoſitum indigere abſolutionem prout ex Mich. Graſſ. ajebat Burſat. *loco citato ſupra numer.* 9. Et imò omnes contrarium ſentiant, quicquid ſecus ſit in cæteris contractibus, itaut ſtante nullitate matrimonii ex defectu liberi conſenſus, etiam juramentum in eo præſtitum corruat, ac ſubinde relaxatione minimè indigeat; quia eccleſia quæ matrimonium meticuloſum irritat, annullat, pariter juramentum in eo appoſitum, ut probat text. in *cap.* 2. *extr. de eo qui duxit in matrim* ubi virum qui contracto matrimonio etiam jurato cum una ob mortis metum, aliam duxit, definitur cum ſecunda validè contraxiſſe, & ibidem hoc notant gloſ. *in verba tanta* Abb. *numer.* 5. *Præpoſit. in fin.* & Alex. de Nevo *numer.* 5. *&* 6. quam ſententiam tenuit *gloſ. in cap.* 2. 15. *quæſt.* 6. *verb. abſolvimus poſt med. & in capit. ver. coactus de his quæ vi, & ibi* Hoſtienſ. *ad fin.* Covar. *in* 4. *decret.* 2. *par. cap.* 3. §. 5. *numer.* 3. Anaſtaſ. Germon. *lib.* 3. *de ſacror. immun. cap.* 21. *nu.* 83. Gramat. *deciſ.* 103. *numer.* 71. Seraph. *de privil. juram. priu.* 110. *num.* 11. Pacianus cum per eum relatis *lib.* 2. *de probat. cap.* 3. *numer.* 56. egregiè Sanch. innumeros tum canoniſtas tum Theologos congereris *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 20. *num.* 14. *&* 15. late etiam Guttierez, alios adducens in *tract. de Iuram. p.* 1. *cap.* 57. *numer.* 22. & rurſus in *tract. de Matrimonio cap.* 75. *ſub numer.* 44. Coninch. *de Matrimon. diſp.* 28. *dub.* 4. *ſub numer.* 40. Bonacc. qui etiam multos adducit *tom. de Matrimon. quæſt.* 3. *punct.* 8. *numer.* 26. *& ſeq.* ubi de magis communi opinione teſtatur, unde cautè legendus eſt Burſat. *loco citato*, & multo magis cum ſubdit in huiuſmodi relaxationem requiri partis citationem ex Ioann. de Amic. quia ibi non loquitur in materia matrimonij, ſed in fidejuſſione metu carceris extorta.

Ratio autem diſcriminis inter juramentum ſuper matrimonio appoſitum, & inter appoſitum ſuper cæteris contractibus metu celebratis, multiplex reddi poteſt; & quidem prima & præcipua eſt, quia metus incuſſio in matrimonio prohibetur principaliter ob bonum publicum, in cæteris verò contractibus principaliter ob favorem privatum, licèt ſecundario ob publicum † bonum, quoties au- 21
tem actus principaliter prohibetur ob publicum favorem, ut puta ſi ex tali ingreſſione lædatur bonum publicum prout in matrimonio contingit, tunc actus non firmatur juramento, ſecus ſi principaliter ob privatam utilitatem prohibeatur, tametſi ſi ſecundario bonum publicum reſpiciat, ut in contractibus mulierum & minorum, ita probatur in *l. iuriſgentium* §. *ſi paciſcatur ff. de pactis & in cap. ſi diligenti extr. de foro compet.* & tradunt Bart. *in leg. ſi quis pro eo num.* 7. *&* 8. *ff. de fidejuſſoribus* Ant. de Butr. *in cap. cum contingat nu.* 8. *&* 16. & ibi Abb. *numer.* 22. *ver. octavus caſus*, Alex. de Nevo *numer.* 6. *&* 27. *&* 35. & Alciat. *numer.* 27. *& ſequent. extra de Iurejur.* (quicquid *Imola* ſecus ibi ſentiat) Corne. *in Auth. ſacramenta puberum numer.* 48. *Cod. ſi adverſ. vend.* Covar. *de pact.* 2. *part.* §. 1. *numer.* 1. *&* 5. Seraphin. cum per eum relatis *de privil. Iurament. privileg.* 61. *numer.* 16. Guttier. *de Iuram.* 1. *p. cap.* 58. *numer.* 15. & plenius cæteris Sanch. *de matrim. lib.* 1. *cap.* 32. *numer.* 3. *cum plur. ſeq.* & priori membro dixi infra *deciſ.* 47. *numer.* 8. de poſteriori autem dixi, & plurimos congeſſi *deciſ.* 49. *numer.* 9. Vnde quemadmodum contractus matrimonii per vim, vel metum celebratus, non firmatur juramento, ſic nec idem juramentum indiget

relaxatione; cum enim ſit contra bonum publicum, intantum non addit aliquod novum robur contractui, ut nec quidem licitè ſervari poſſit, ut probatur in *dict. cap. ſi diligenti*, & tradunt præcitati Doctores *in dict. cap. contingat*, & Guttier. *loco citato num.36. & egregiè* Sanch. *dict. diſp.32. num.9.*

Secunda ratio adduci poteſt quia, ut jam dictum eſt, in matrimonio non ſolum requiritur contrahentium voluntas, ſed liber conſenſus & ſpontanea voluntas. Unde quamvis
22 voluntas ſit, † non tamen eſt libera voluntas, ac proinde neque hujuſmodi contractus firmatur juramento, provt nec reliqui actus in quibus libera & ſpontanea voluntas exigitur, de quibus per gloſ. *in cap. 2. de his quæ vi metuſve cauſ.* neque ſubinde neceſſaria eſt abſolutio, ſeu relaxatio ipſius juramenti, ut pulchrè poſt tradit Seraphin. *de priv. iuram. priu.110. num.10. & ſeq.*

23 Et † in his terminis verificatur regula, quæ habet metum eſſe contrarium conſenſu, illa quippe procedit provt metus opponitur ſpontaneo conſenſui, non autem provt opponitur ſimpliciter ſecundum gloſ. *in l. nihil conſenſui ff. de reg. iur.* & Seraphin. *loco citato.*

24 Aliam † & tertiam ratione adducunt, Abb. *in cap. 2. numer. 5. & ibi* Alex. de Nevo *numer. 5. & 6. de eo qui duxit in mat.* & Jaſ. *in leg. Titian. 6. ff. de verb. oblig.* nempe iſtud juramentum eſſe contra bonos mores, ideoque non indigere relaxatione. Hæc tamen ratio reprobatur à Sanch. *de matrim. libr.4. diſput. 20. numer. 15.* dicente ſe non videre qua ratione moribus bonis adverſetur, cum nullatenus peccet qui ad redimendum vexationem conſentit matrimonio coacto, illudque jurat. Sed pace tanti viri, Præfati *Doctores* non merebantur reprehendi; quia cum verſemur in actu, in quo lex prohibet metum omnino intervenire, & quidem ob bonum publicum, meritò propter leges reſiſtentiam, juramentum eſt contra bonos mores, tametſi jurans excuſetur à culpa, & in hunc ſenſum admitti debet quod ſcripſit Corn. *in conſil. 11. colum. 6. ad fin. volum. 3.* ſcilicet Capram ſæpè conſuluiſſe ab hujuſmodi juramento non eſſe neceſſariam abſolutionem.

25 Quæ † quidem rationes diligenter adnotari debent; ſunt enim in effectu tres limitationes ad regulam quæ habet quod veniens contra proprium contractum juratum non petita abſolutione uti periurus à limine judicii eſt repellendus *leg. ſi quis major. Cod. de tranſact. cap. periculi* ubi gloſ. *in verb. cauſa 22. quæſt. 5.* Rota *deciſ. 701. num.1. par.1. in recentioribus & dec.5. nu.1. par.2. etiam in recent.* Gregor. XV. *in dec. 64.* ubi Beltramin. *in abdit.* concordantes cumulat.

26 Etiam † ſi contractus ſit illicitus, & pernicioſus Rota *in Nepeſina reſciſſionis contractu 5. Junii 1555. coram Fantuccio Saluſt. Tiber. in ſua prax. lib. 1. cap. 14. numero tertio* quam regulam ponit, examinat, ampliat, & limitat Seraphin. *de Privileg. Juram. privil. ultimo.*

Denique etiam ſi verſamur in caſibus, in quibus de jure eſt neceſſaria abſolutio, ſeu relaxatio juramenti, & revera periurium fuiſſet incurſum, adhuc tamen non refragatur ad effectum de quo agitur; quia hujuſmodi exceptio periurii
27 antequam pronunciarem provt in cedula non fuit oppoſita partem minimè opponente proceſſus tenet, & periurus non eſt repellendus; ita Cravett. *conſil. 199. numer. 15. ver. tertia reſponſio.* Jaſ. *in §. actionum numer. 140. Inſtit. de actio.* Seraphin. *de privileg. iuram. privil. ult. numer. 18.* qui eam reddit
28 rationem, † quoniam licet pars nequeat periurium remittere, poteſt tamen remittere exceptionem ſibi competentem, ut ibi per eum, & hanc eandem limitationem tenuit. Rota *in Hyſpalen. coadiutoriæ 13. Martii 1615. coram Ubaldo. Beltramin. ad d. dec. Greg. 64. num.11.*

ARGUMENTUM.

Clericus ad hoc ut fori privilegio gaudeat, an & quando docere debeat de tribus requiſitis Concilii copulativè. Omittens habitum Clericalem an, & quatenus dictum privilegium amittat, & an illud recuperet. Servitium Eccleſiæ quale requiratur, & an adſcriptio illius de mandato Epiſcopi ſit neceſſaria.

SUMMARIUM.

1 *Clericus primæ tonſuræ abſque alio requiſito de iure antiquo gaudebat privilegio fori.*

2 *Monitio trina, vel in Synodo unica requirebatur, ut Clericus non incedens in habitu fori privilegium amitteret,* Hodie non amplius requiritur num. ſeq.

3 *Clericus de jure novo non gaudet fori privilegio, niſi habeat tria requiſita Concilii.*

4 *Et quidem copulativè* & num. 6.

5 Antonin. l.3. variar. cap.48. num.4. *reprobatur.*

6 *Habitus ſine tonſura non ſufficit, & è contra.*

7 *Et dictio copulat, & utriuſque copulati concurſum requirit.*

8 *Habitis Clericalis dimiſſio cum perſeverantia inducit animum renunciandi clericatui, & privilegio fori.* Intellige temporaliter & revocabiliter donec reaſſumatur nu.18. & nu. 21.

10 *Tempus delicti attenditur ad iuriſdictionem tribuendum.*

11 *Servitium Eccleſiæ cum frequentia, & perſeverantia exigitur.* Non tamen continuum, ſed ſufficit interpellatum numer. 26. Maximè ſi conſtet de legitimo impedimento nu.29.

12 *Servitium Eccleſiæ requiritur de tempore delicti.* Dicitur tamen de præſenti ſi per menſem antea inſerviuit num.30.

13 *Qualitas adiuncta verbo, regulatur ſecundus tempus verbi.*

14 *Servitium Eccleſiæ conſiſtit in ſpiritualibus, non in temporalibus.*

15 *Clericus Eccleſiæ ad cujus ſervitium non eſt adſcriptus, inſerviens non gaudet privilegio fori.* Contrarium verius nu.31.

16 *Adſcriptio ſufficit ſi oretenus fiat.* Non tamen eſt neceſſaria nu.31.

17 *Clericus geſtans pallium oblongum ſine veſte an dicatur incedere in habitu.*

18 *Clericus, qui ob non delationem habitus amiſit privil. fori, illud contrario facto recuperat.*

19 *Clericus habitum dimiſſum reaſſumere propria authoritate poteſt.*

20 *Privilegium fori ob non delationem habitus ſuſpenditur, non amittitur.*

21 *Clericus omittent per modicum tempus habitum, vel tonſuram non amittit privilegium fori*, & nu.24.

23 *Tonſuram deferre pro majore parte temporis ſufficit ad effectum privilegii fori.*

24 *In non delatione habitus vel tonſuræ requiritur perſeverantia, ut contrarii animus ex ea deſumatur.*

25 *Clericus captus ſine habitu, & tonſura, probans ſe ea deferre conſueviſſe, gaudet privilegio fori.*

26 *Servitium eccleſiæ interpolatum, menti Concilii ſatisfacit.*

27 *Verba ſunt intelligenda civili modo.*

28 *Fieri ſemper dicitur, quod pro maiore temporis parte fit.*

29 *Impedimentum excuſat Clericum ab Eccleſiæ ſervitio.*

30 *Clericus dicitur eccleſiæ de præſenti ſervire ſi per menſem ante delictum inſervivit.*

31 *Clericus inſerviens alicui eccleſiæ ſine mandato Epiſcopi, ſatisfacit menti Concilii.*

32 *Clericus in ſchola vel univerſitate degens etiam abſque licentia ſui ordinarii gaudet privilegio fori*, & numer. ſequent.

33 *Ratio finalis legis attenditur magis, quam diſpoſitio.*

DECISIO XXVI.

REmiſſo ad Curiam eccleſiaſticam per judicem D. Gubernatoris Regii Clerico, de quo ſupra in *deciſ.17. & ſeq.* ſtructoq; coram me proceſſu ſuper articulo privilegii fori, prætendebat idem Judex illum tanquam requiſitis carentem, eidem rurſus remittendum quamvis † enim de jure antiquo 1
prima tonſura per ſe ſufficiens, ad hoc, ut Clerici gauderent privilegio fori, ac laicali eximerentur Juriſdictione tam in civilibus, quam in criminalibus *cap. clerici, & cap. non ab homine extr. de Judic. cap. 2. de foro compet.* gloſſ. & DD. *in cap. 2. de cleric. coniug. in 6. cum aliis* per Guttier. *de Juram. confirm. par.1. cap.17. nu.12.* † niſi trina præcedente moni- 2
tione ab Epiſcopo nominatum, & in perſona facta; adeo ut nec unica, nec generalis ſufficeret text. *in clem. 1.* gloſ. Card. & Imol. *de vit. & honeſt. cleric.* Clar. *in tract. crim. 1. to.1. l.4. cap.9. nu.103.* ubi ſubdit trinas denunciationes fieri debere interpolatis quibuſdam diebus, cum aliis *relat.* per Ricciull.

ciull. *de iur. perſonar. lib. 7. cap. 6. numer. 4.* Petr. Barboſ. *cum pluribus per eum relatis in leg. Titia 35. numer. 35. ff. ſolut. matr.* quibus adde Clar. *in §. fin. 946. ver. hæc autem numer. 19. cum per eum relatis*, qui ait ita tradere communiter *Doctores* conſtituentes hanc differentiam inter clericos non conjugatos, & conjugatos ut in illis requiratur trina monitio, in iſtis autem nequaquam. Niſi tamen monitio fieret in Synodo cum dicta expreſſa comminatione, quo caſu unica ſatis erit, ut tradunt plurimi, quos referunt Clar. & Ricciull. locis citatis, nec non Farinac. atteſtans de comm. *in quæſt. 8. numer. 60. & ſeqq.* ubi alios congerit Vivi. *in ſuis com. opin. l. 1. opin. 37.* ubi dum refert *& in dec. 512. num. 16.* Bonacoſſ. *in com. opin. ver. cleric. deferens* Capic. *deciſ. 166.* Gram. *dec. 33. num. 13.*

3 Supervenit † tamen *Sacr. Conc. Trid.* quod Clericorum relaxationibus prodere ſatagens, decrevit illos, beneficio eccleſiaſtico carentes, nullatenus fori privilegium poſſe allegare, niſi geſtent habitum, & tonſuram clericalem & eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviant, vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel in univerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores ordines ſuſcipiendos, verſentur, ut habetur *ex eod. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* Quia diſpoſitione ſtante nullam amplius requiri monitionem omnes admittunt, & Sacr. Congregat. Concilii pluries reſoluit, & ſignanter in una Licien. die 7. Septembris 1624.

4 Quæ † quidem tria requiſita Concilii copulativè deſiderantur, ita ut non ſufficiat unum ſine alio, ut tradunt Gemin. *in cap. 1. de Cleric. coniug.* Bald. *in leg. ſi qua per calumniam verb. ulterius quæro Cod. de Epiſc. Cleric.* aliique plurimi quos congerit Farinac. *tit. de Inquiſit. quæſt. 8. numer. 44. verſ. Item dummodo* Cavalcan. *in tract. de Brachio Regio p. 1. numer. 56.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 1167. & ſeq.* Menoch. *in tract. de Præſumpt. libr. 6. Præſumpt. 76. numer. 38.* Ambroſin. *in tract. de Immunit. eccleſiæ capit. 17. numer. 13.* Scaccia *de Iudic. libr. 1. cap. 11. numer. 82. ver. & hæc conſuetudo* Guazzin. *de defenſor. reor. par. 1. defenſ. 20. cap. 10. numer. 35. ubi plurimos congerit* Alderan. Maſcard. *de general. ſtatut. interpr. concluſ. 1. numer. 111.* Navar. *conſ. 17. numer. 2. & 6. de Privil. l. 2.* Vivi. *deciſ. 512. num. 18.* Maſtrill. *deciſ. 113. numer. 1. & ſeq.* Troſius *in rit. Magnæ Curiæ 235. numer. 50.* Et ſic declaravit *S. Congr. Concil. Trid. in una Neapolitana & Sacræ Congregatio ſuper controverſus iuriſditional. in una Ariminen. 21. Ianuarij & 28. Aprilis* 1626. in qua mandavit Epiſcopo ut Clericum remitteret mictorum ad Præſidem Provinciæ niſi docuerit de Clericatu & requiſitis à Concilio.

Prout etiam ante concilium habitus Clericalis in veſtibus, & tonſura copulativè conſiſtebat *dict. capitul. ſi Iudex Laicus circa med. de foro competen. in 6.* ac proinde quod repertus cum habitu ſine tonſura vel è contra ſemper dicatur ſine habitu inventus ſenſit Ioan. Andrea *relatus à Bald. in leg. ſi qua per calumniam Cod. de Epiſc. & Cleric. &* Aretin. *in ſuo celebre conſ. 163. alias 165. num. 16.*

5 Vnde † non eſt curandum de Antonin. *libr. 3. Variar. cap. 48. numer. 14.* dicente, ſat eſſe, quem incedere in habitu, & tonſura abſque eo, quod inſerviat eccleſiæ, etiam poſt concilium; cum nimis durum videatur, ob remiſſionem ſervitij amittere privilegium, quod non propter ſervitium datur ſed in honorem ordinis clericalis. Hæc enim ratio non alio tendit, quam ad corrigendum *Sacr. Conc. Trid.* hujuſmodi ſervitium nominatim requirens; Imò ſi ea concluderet, ſequeretur Clericum etiam ſine habitu & tonſura incidentem hujuſmodi fori privilegio gaudere; nam & iſto caſu honor ordinis militaret. At quamvis privilegium, ut dicebam, de jure antiquo ſit ordini conceſſum, *ex Conc. Trid.* tamen confirmatum fuit cum hac conditione, ut prædicta tria requiſita clericus haberet.

6 Sicut † cautè legendi ſunt *Doctores* qui diſtinguentes inter Clericum conjugatum, & non coniugatum; aſſerunt in illo requiri copulativè habitum, & tonſuram, in iſto autem alterutrum ſufficere, ad hoc ut fori privilegium retineat, cujus opinionis fuerunt Zabarell. *in capit. perpendimus de ſent. excomm. Capoll. in conſ. civil. 11. numer. 42.* Roland. *conſ. 4. num. 26. lib. 1. Capra* qui refert etiam Imol. & Florian. *in regul. 97. num. 74. & 81.* Farinac. *de Inquiſ. q. 8. nu. 65.* Cuccus *Inſt. major. lib. 3. tit. 9. num. 70. Idem* Anton. *d. reſol. 48. n. 9. & ſeq.* Scaccia *in tract. de Iud. lib. 1. c. 11. n. 91.* Gratian. *diſc. forenſ. c. 190. n. 10. tom. 1.*

Non eſt enim ſine rationabili cauſa recedendum à præcedenti opinione, quæ, & communis eſt magis a[illegible]t *Concilio*, quod † per dictionem, & copulat habitum & tonſuram, & ſic utrumque requirit *leg. ſi quis ita ſtipulatus de verb. obligat.* cum aliis in puncto congeſtis per Ricc. *deciſ. 154. & numer. 8. part. 4. &* Graſſ. *par. 3. deciſ. libr. 3. capit. 3. numer. 2.* qui rationi quamvis plurimas accommodare videatur reſponſiones Antonin. *loco citato*, nulla tamen illarum ſatisfacit, ut eis videri poteſt: Vnde & *Sacr. Congregatio* in hæc verba reſolvit, *Non ſufficit corona, ſeu tonſura ſine habitu, ſeu copulativè requiritur utrumque.* 7

Quod † ex eo comprobatur, quia habitus clericalis in tonſura, & veſtibus copulativè conſiſtit Bald. *in cap. ſi quaper calumniam n. 1. exur. de Epiſc. & Cleric.* Pacian. *de prob. l. 2. c. 34. nu. 35.* Garzian. *in tra. de Benef. p. 7. c. 1. n. 20.* Troſyus. *in rit. magnæ curiæ 235. n. 4.* 8

Porrò Clericum Proſperum, de quo agitur, nullo tempore dicta requiſita copulativè habuiſſe, ex proceſſu comperiebatur, deponebant enim teſtes illum anno ſuperiore ferè nunquam geſtaſſe habitum clericalem, ſed ſolum pallium oblongum cum tonſura, à quibuſdam verò menſibus quibus veſtem clericalem reaſſumpſit, non probatur iugiter geſtaſſe tonſuram, nec barbitonſor, pro eo examinatus, præcurrit præſens tempus, nec cum tonſura fuit à ſatellitibus repertus. † Cumque ita ferè per annum habitum dimiſerit, iſta perſeverantia per notabile tempus dicitur inducere animum renunciandi Clericatui, ejuſque privilegiis Decian. *in tract. crim l. 4. c. 9. num. 92.* Farinac. *quæſt. 8. n. 68.* Guazzin. *in defenſ reor. l. 1. defenſ. 20. cap. 9. num. 37.* Alder. Maſcard. *de Gener. ſtatut. interpr. concl. 1. n. 111.* 9

Rurſus ex quo tempore delicti commiſſi non geſtabat tonſuram, utique indubitabile videbatur ob illius defectum ipſum remanſiſſe dicto beneficio † privatum quia tempus delicti potiſſimum attenditur ad juriſdictionem tribuendum, ac ad cognoſcendum ad quem forum ſpectet delicti cognitio, ut eſt text. *in leg. 1.* & ibi *ſcribentes ff. de pœnis leg. iniuriarum æſtimatio ff. de iniur. leg. ſi quis decurio. ver. fin. Cod. ad leg. corn. de falſ. & in terminis tradit* Bald. *in leg. affinitatis C. comm. de Succeſſ.* ſequitur Dec. *tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 9. numer. 100.* innumeros prope modum cumulat Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 1. nu. 1072.* & in terminis noſtris poſt alios tradit Menoch. *conſ. 912. ſub n. 26. & ſeq.* 10

Quod verò attinet ad tertium requiſitum, nempe ad ſervitium Eccleſiæ, non videbatur de eo ſufficienter conſtare ad effectum, de quo agitur. Teſtes enim deponebant, ſe anno ſuperiore per duas, vel tres vices vidiſſe cum miſſis inſervientem, & quamvis deponerent etiam de anno præſenti, non tamen percutiebant tempus delicti, imo ex propria ipſius confeſſione conſtabat ferè per menſem nullum præſtitiſſe ſervitium.

Verba autem Concilij *Alicui Eccleſiæ inſerviant* ſignificant actum perſeverativum, unde in ſervitii præſtatione requiri frequentiam, & perſeverantiam, ſive acta ſucceſſivos opinati ſunt Menoch. *in conſ. 912. numer. 29. ſeq. volum. 10. & in tract. de præſumpt. libr. 6. præſumpt. 76. numer. in fin.* Carol. de Graſſ. *dicto effect. 1. numer. 1182. ver. nec ſufficit, & numer. 7.* Gazz. *de defenſ. Reor. par. 1. defenſ. 20. capit. 10. num. 35.* Maſtrill. *deciſ. 113. numer. 13.* Cened. *pract. qq. l. 1. quæſt. 4. n. 25.* 11

Et † probandum erat potiſſimum de tempore commiſſi delicti, prout ad hunc effectum requiri tradunt Menoch. *dict. conſ. 912. num. 27. & dict. præſumpt. 76. numer. 40.* Carol. de Graſſ. *dict. effect. 1. num. 1178.* Ricc. *deciſ. 111. n. 5. par. 4.* Maſtril. *dict. dec. 113. numer. 9. &* 10. Cened. *in pract. quæſt. l. 1. quæſt. 4. numer. 25.* qui rationem reddunt nimirum qui Concilium loquitur per verba præſentis temporis *inſerviat, & verſetur* & qualitas † adjuncta verbo, debet regulari ſecundum tempus verbi ad text. *in leg. ſi in delictis §. ſi detractio ff. de noxal. actio* & ibi Bart. Pariſ. qui exornat in *conſ. 62. num. 37. lib. 4.* Dec. *in cap. inter cæteros nu. 5. de reſcript.* Rim. iun. *conſ. 617. numer. 24. & conſ. 672. num. 28. lib. 1.* Rol. *cum per eum relatis conſ. 100. n. 27. lib. 2.* Surd. *conſ. 23. num. 10. lib. 1.* 12 13

Nec † mandatum procuræ exhibitum, quod Proſpero habebat à Rectore Sancti Iacobi occaſione cujuſdam cauſæ coram me pendentis ſuper devolutione bonorum emphyteutycorum d. Parochialis, concludit ſervitium eccleſiæ ſufficiens ad præſcriptum concilii; cujus intentio fuit; ut is qui fori 14

privilegio gaudere voluerit, inserviat ecclesiæ uti Clericus, ac in functionibus clericalibus, non uti Procurator, vel sollicitator causarum, & ita in specie, dictum servitium debere omnino consistere in spiritualibus, nec sufficere inservire in temporalibus, ex quibus nullum quis potest consequi priuilegium, tradunt Covar. *l.2.var.resol.c.1.n.9.* Musill. *in addit. ad* Capic. *decis.* 161. *numer.* 10. Carol. de Graff. *dict. effect. 1. numer.* 1167. ubi ferè in terminis exemplificat in Notario, vel Advocato.

15 Præterea † iste Prosper non fuit adscriptus dictæ Ecclesiæ, nec inservivit de mandato Eminentissimi Cardinalis Estensis Episcopi, vel meo, prout dicebatur requiri cum *Concilium* utatur hoc verbo singulari *Alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat*, nec dixit simpliciter inserviat Ecclesiæ, ut advertit Menoch. *dict. consil. 912. n. 26.* ad hoc ut certi sint de præstatio illi Ecclesiæ servitio, nec modo huc modo illuc vagantes Clerici, Prælatos decipiant, eandem opinionem tenuit idem Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. quæst. 76. numer. 42.* Carol. de Graff. *de effect. cleric. effect. 1. numer.* 1170. ubi inquit dictum mandatum Episcopi requiri de essentia, & de forma, ideo, forma non servata, dispositionem verificari non posse, per ea, quæ ipse latè tradidit in *tract. de except. except. 33. numer. 6. & except. 39. numer. 2.* cum per eum congestis eandem sententiam tenuit Mascard. *de prob. conclus. 302. numer. 14.* quem refert, & sequitur Baiard. *ad Clar. §. fin. quæst. 36. num. 30.* Mastrill. *decis. 113. numer. 12.* Avendagn. *de exequen. mandat. lib. 2. cap. 22. sub numer. 12. vers. & ultra* Petr. Barbos. *in leg. titia 35. sub numer. 36. ff. solut. matr.* Cened. *prac. qq. lib. 1. quæst. 4. numer. 24. & 26.* Alderan. Mascard. qui rigidius cæteris loquitur *de generali statut. interp. conclus. 1. num. 120.* Ricc. *in prax. rer. quotidian. decis. mihi*

16 *599. in impress. Coloniæ de anno 1621.* ubi firmat sat † esse, si dicta scientia fuerit data oretenus dummodo per testes probetur, & sic testatur resolvisse *S. Congr.* nempe sufficere licentiam quamvis oretenus habitam; ad hoc ut gaudeat Clericus fori privilegio.

Præmissa tamen non fuerunt visa talia, ut ex eis Clericus Prosper fori privilegio esset privandus; quod enim attinet ad dimissionem habitus anno superiore factam omis-

17 sa † pro nunc opinione. Vival. *in calce Candelabri aurei in explic. Bull. Sixti V. sub 9. notabilis*, & Garzi. *de benef. p. 7. cap. 1. numer. 23.* quod ex quo semper gestavit pallium oblongum non dicatur habitum dimisisse, quasi non sit necesse deferre duas vestes longas, sed una sufficiat & sic pallium sine tunica seu veste, in qua nullum facio fundamentum, tum quia contrarium & melius, quod scilicet non sufficiat una vestis clericalis tenet Azor. *instit. moral. l. 13. cap. ultim. quæst. 16. &* Cened. *pract. & Canon. qq. lib. 1. quæst. 4. sub numer. 30.* si vestis interior laicalis incedendo apparet Phil. franc. *cap. 1. in prin. de cler. cap. coniug.* Scaccia *de iudic. l. 1. cap. 11. num. 96.* Carol. de Grassis. *effect. cler. 1. n.* 1186. Tum etiam quia habitus clericalis dicitur juxta morem regionis ut dixi supra in *decis. 17. num. 44.* & plurimos cumulavi infra *dec. 66. num. 8.* & hac in urbe, Imo (ni fallor) per totam ferè Italiam pallium oblongum sine veste non dicitur habitus Clericalis, sed potius doctoralis, hoc

18 inquam omisso; Respondeo, † ex habitus dimissione olim facta non inferri Prosperum amisisse Privilegium, nisi revocabiliter, & sic pro tempore, quo habitum non gestavit; tametsi dimissio fuerit diuturna text. est in *Clem. 1.* ibi *quandiu in præmissis extiterit de vita, & honest. cler. cap. fin. extr. eod. tit.* Petro de Perusio *in cap. Ioann. de cler. coniug.* dicens Clericum, Privilegium, quod facto suo perdidit, recuperare contrario facto, & benè prosequitur Capra *in regul. 97. num. 96. & seq.* ubi inquit temporaliter dici privatum exercitio d. Privilegij non habitu, & post Flor. Imol. *& alios* ampliat etiam ad clericum conjugatum. Concilium enim non dicit perdant privilegium, sed non gaudeant illo, non deferentes habitum ergo quandocunque gestant, gaudent.

19 Ita † ut postquam habitum dimisit, possit deinde pœnitentia ductus, propria authoritate iterum reassumere juxta *decis. Vivian. 512.* ubi latè cum aliis per me adductis *inf. in decis. 86. num. 29.* & notat etiam Ricc. *dec. 168. num. 4. & seq. p. 2.* ubi post alios, quos refert rationem reddit, quia scilicet semel Clericus nunquam desinit esse Clericus. Tù dic dilucidus Privilegium esse concessum non personæ, sed ordini, seu caracteri indelebili, cum hac conditione, ut incedat in habitu,

20 & tonsura & inserviat ecclesiæ. Vnde † ob non delationem habitus, suspenditur quidem privilegium, non tamen prorsus amittitur Archaid. Monac. & Gemin. *in ca. unic. de cler. coniug. in 6.* Joan. Andreæ Ant. de Butrio, *& Doct.* communiter *in cap. Joann. extr. eod. tit.* Alexand. *cons. 149. volum. 6.* Antonin. *lib. 3. Variar resolut. 48. num. 8.* Vivian. *dec. 512. num. 10. & sequen.* Guazzin. *defens. Reor. lib. 1. defens. 20. cap. 6. sub num. 34.* & habetur luculenter per Capran. *dict. concl. 97. à num. 96. cum multis seqq. & est text. in cap. Clericus il 2. de vir. & honest. Cleric.* ubi de quodam, qui uxorem duxerat, tonsuramque dimiserat dicitur; quod iterum tondeatur, & sic fori privilegio gaudebit. Quamobrem cum à Curia laica Rossani captus fuisset de facto quidam, qui ante capturam habitum reassumpsit re ad S. Cong. super Controversiis jurisdictionalibus delata; fuit sub *die 8. Martii* 1631. resolutum, injungendum Archiepiscopo ut remediis juris curaret sibi illum consignari facere, idemque resolutum fuerat in una *Cusentina 16. Septembris* 1630. de qua infra in *dec.* 100.

Et † hinc cessat, quod dicebatur, Clericum per notabi- 21
le tempus incedentem sine habitu videri renunciasse dicto privilegio, id enim verum est, donec in habitu laicali incedit, nec mirum, quia † si per modicum tempus dimi- 22
sisset esto, ante reassumptionem deliquisset, & in fortiis curiæ venisset, gaudere deberet privilegio fori, cum ad illius amissionem requiratur perseverantia, ut dicam mox *num. 24. & seqq.* & sic si iste Clericus Prosper anno superiore deliquisset, ut pote, quia diu perseveraverat in non ferendo habitum, non debuisset fori priuilegio gaudere, quia tunc tacitè illi renunciaverat, omittendo requisita Concilij. At quoniam post habitus reassumptionem deliquit, jam dictum privilegium recuperavit, per supradicta, nec contrarium disponit *Concil. Trident.* Quid autem agendum si in fraudem reassumpsisse prætenderetur, dicam in *dec.* 100.

Nec † obstat, quod secundo loco dicebatur, Prosperum 23
tempore delicti caruisse tonsura; quia satis est, quod ut plurimum, & pro majore parte temporis illam deferre consueverat, ut deponunt testes, & inter eos Barbitonsor, ita in puncto post Alderan. Mascard. *de General. statut. interpr. conclus. 1. num. 10. tradit* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 7. in addit. sub numer. 11.* ubi optimam reddit rationem, quia sæpe capilli solent crescere, & clericus non advertit, quare non debet Judex nimis subtiliter de tonsura scrutari, quæ frequenter ex infirmitate & inadvertentia, ex distractione, & occupatione negotiorum solet omni, juxta illud, qui nimis emungi, elicit sanguinem *cap. denique 4. dist.* Et quod si clericus quanque etiam ex vanitate, vel negligentia omittit tonsuram, non amittat dictum privilegium, tradit Zabarell. *in consil 33. numer. 1. inter consil. crim. diverf. volum. 1.*

Et † quidem in non delatione habitus, vel tonsuræ tan- 24
ta requiritur perseverantia. ut contrarius ex ea discernatur animus, ut per Guaz. *defens. Reor. lib. 1. defens. 20. cap. 9. sub num. 32.* ubi citat Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. numer. 109.* Sed magis in terminis allegare poterat Castillion. *cons. 5. numer. 9.* Farinac. *quæst. 86. numer. 8. Genuen. Prax. Archiep. Neap. cap. 7. num. 11.* Cepoll. *cons. ciu. 11. n. 40.* Grammat. *vot. 33. num. 1.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. c. 290. num. 9.*

Et † in puncto Clericum non modo sine tonsura ve- 25
rum & absque habitum captum gaudere debere privilegio fori si probetur consuevisse illa deferre, fuit resolutum per *S. Congregationem de anno* 1586. ut refert Anton. *Variar. resolut. lib. 3. resol. 48. sub numero septimo* ubi ad rem reportat doctrinam Bald. *in leg. si qua num. 2. Cod. de episc. & Cleric.*

Tertium † quoque requisitum in Clerico Prospero non 26
deficiebat, quia, etiam si admitteretur requiri in ecclesiæ servitio frequentiam, non tamen exigeretur continua servitus, sed admitteretur interpolata unde *Sacr. Congregatio* declaravit quod si aliquando servitium divinum intermittatur, Clericus gaudere debeat fori privilegio, ut refert *Genuen. in prax. Archiep. Neap. cap. 7. sub num. 5. circa fin.* ubi † rationem reddit, quia nempe verba sunt intelligen- 27
da civili modo *l. si cui ff. de servit.* & † continuo quid 28
dicitur fieri, quod pro majore temporis parte fit *Doctores in leg. 1. ff. solut. matrim.* Ant. de Butri. Abb. & Felyn. *in prohem. decr. Dominic. &* Franch. *in prohem. text.* quæ verba Genuensis, illo non citato, fideliter transcripsit Ricc. *in dec. 154. sub num. 5. p. 4.* & novissimè resolutum fuit in *Sacr. Congr.* non requiri perseverantiam, sed sat esse, ut quis aliquando deserviat.

Nec terreat; quod ferè per totum mensem Iulij, ecclesiæ non inservierit, quia præterquam quod probatur illum in quadam lite valde fuisse occupatum: & † sic ex quo ob necessa- 29

riam

rium impedimentum ſervitium intermiſerit nullatenus fori privilegio privari debet, ut deciſum fuiſſe teſtatur Gallet. in Margar. *caſuum conſci. ver. Cler. colum. 2. refert, & ſeq.* Ricc. *dec. tit. ſub num. 5. par. 4.*

Reſpondetur etiam, quod quamvis *Concilium* loquatur
30 per verba præſentis temporis † adhuc tamen dicitur Clericus eccleſiæ ſervire de præſenti, ſi per menſem ante delictum eccleſiæ ſervivit, ut notabiliter tradit Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 1. num.* 118. per ea quæ dixit Paul. de Caſtr. *in leg. ſive poſſidetis numer. 9.* & ibi Salyc. *num. 4. Cod. de probat.* & ibi addi ad gloſ. & Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 1195. numer. 1. & S. Cong. Conc. in una Baren. ſeu Minoricen. die 6. Decembris* 1607. reſpondit ſi Clericus ante delictum eccleſiæ inſervire conſueverit, etiam interruptè, & abſque mandato Epiſcopi gaudere debere privilegio fori.

31 Quamobrem † nec refragatur Proſperum inſerviſſe Eccleſiæ, cui non fuerat adſcriptus, quia quicquid dicant nonnulli ſcribentes, *S. Congregatio* tum in mox citata *Barenſi*; tum in aliis paſſim reſcripſit mandatum Epiſcopi non eſſe neceſſarium; provt etiam teſtatur Gen. *in prax. dict. cap. 7. numer. 1.* quod cum de anno 1586. menſe Decembris ad inſtantiam Vicarii Archiep. Neapolitani propoſitum fuiſſet dubium. An clericus alteri Eccleſiæ inſerviens, quam cui fuit adſcriptus, fori gaudeat privilegio; *Congregatio* cenſuit gaudere. Cujus etiam reſolutionis meminere Proſp. de Auguſtin. *in addi. ad Quarantam in Summa Bullarum ver. habitus*, & Ricciul. *in tract. de iure perſonarum libr. 7. cap. 6. numer.* 15. Sic etiam ex decreto S. Congregationis hodie non requiri dictam adſcriptionem noviſſimè advertit Navarrus *in ſuo ſingular. Canonic. ſingul. 3. in tit. de Cler. coniug. in 6.* quem ſimpliciter refert, & ſequitur Ricc. *deciſ. 111. ſub numer. 5. part. 4.* & penes me reperitur alia conſimilis declaratio tenoris ſequentis ad inſtantiam Epiſcopi Ferrarienſis emanata, in forma probanti & à bonæ memoriæ Cardin. Lancelloto ſubſcripta *An clericus in minoribus ordinibus conſtitutus clericalem habitum & tonſuram deferens, atque Eccleſiæ inſerviens gaudeat privilegio fori, ſi alicui Eccleſiæ adſcriptus non ſit? Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpretum cenſuit gaudere* cumque poſt hæc ſcripta caſus iterum mihi Genuæ contigiſſet, oſtenſa dicta reſolutione, Advocatum fiſcalem Reipublicæ ſatisfactum dimiſi; rurſus aliam conſimilem refert Bicc. *deciſ. 164. numero primo par. 4. de tempore Cardinal Caraffæ.*

Nec obſtat ratio in contrarium à *Menoch.* conſiderata de qua ſupra *numer. 5.* quoniam Epiſcopus non poteſt à Clerico falli, cum propriæ aſſertioni minimè credatur; ſed vel per fidem Rectoris Eccleſiæ, vel per teſtes plenè probandum ſit ſervitium, Eccleſiæ præſtitum; nec eſt verum dictam adſcriptionem requiri pro forma, cum Eminentiſſimi Patres Conc. Trid. interpretes plures contrarium ut oſtenſum eſt reſcripſerint.

32 Quamobrem certiſſimum puto, quod in ſimili inquit Antonin. Variar. *reſol. lib. 3. reſol. 48. numer. 15.* Clericum in ſchola, vel univerſitate aliqua degentem gaudere dicto privilegio, & ſatisfacere Concilio, etiam ſi degat abſque licentia ſui ordinarii, ex quo dum ſtudet in univerſitate dicitur in via ad majores ordines, quæ eſt finalis ratio, & in-
33 tentio Concilii, † & quæ ratio potius eſt attendenda quam diſpoſitio Alex. *conſ. 129. num. 5. lib. 7.* Becc. *conſ. 41. num. 6.* Turret. *conſ. 76. nu. 27. vol. 1.*

Et hoc jure utimur, nec enim unquam vidi Baroniæ, Perufii, Parmæ à Judicibus laicis opponi de defectu d. licentiæ, nec Clerici, qui ex alii civitatibus, in quibus ego Vicarium agebam ad aliquam pergebant univerſitatem, accipiebant dictas licentias, ut pote ipſis non profuturas. Ex quibus declaravi, dictum Clericum proſperum gaudere debere privilegio fori, & pro commiſſis delictis illum debita pœna affeci, & ſententia tranſivit in judicatum.

ARGUMENTUM.

Præſumptiva probatio an & quando, & qualis admittatur ad docendum pecuniam in Cenſus conſtitutione ſimulatè, vel nullo pacto numeratam fuiſſe.

Præſumptiones juris an & quando plenè probent.

Simulatio ubi directè probanda eſt quæ & quales teſtes requirat & plurimi *Scribentes* ad concordiam rediguntur.

SUMMARIUM.

1 *PEcuniam in ſenſu ſimulatè oſtenſum fuiſſe, probatur indiciis, conjecturis, & veriſimilitudine.*
2 *Simulatio veriſimilis per leves conjecturas probatur.*
3 *Simulatio conjecturis arbitrio iudicis probatur.*
4 *Præſumptiones efficaces, & dilucidæ requiruntur ad probandum pecuniam ſimulatè fuiſſe in cenſu oſtenſam.*
5 *Præſumptiones hominis probant ſimulatam pecuniæ numerationem.*
6 *Præſumptiones iuris ad d. ſimulationem probandam exiguntur.*
7 *Præſumptiva probatio non ſufficit ad docendum pecuniam in cenſu reportatam fuiſſe.*
8 *Teſtes idonei ſufficienter probant pecuniæ reportationem in cenſu.*
9 *Imò requiruntur omni exceptiones majores.*
10 *Falſitatis inſtrumenti ad effectum illud irritandi, quomodo probetur, & nu. 24. & ſeq*
11 *Notarios præſumitur fideliter officium ſuum exercuiſſe.*
12 *Inſtrumento publico ſtandum eſt.*
13 *Inſtrumentum facit rem certam & manifeſtam.*
14 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & veritas apparens.*
15 *Fori diſceptatione non indigens.*
16 *Et nullo egens adminiculo.*
17 *Inſtrumentum inducit evidentiſſimam probationem.*
18 *Inſtrumenti caſus ubi eſt omnis ceſſat dubitatio.*
19 *De pecuniæ numeratione ſatis evidenter ex atteſtatione notarii conſtat.*
20 *In cenſu pecuniam numeratam fuiſſe ex atteſtatione notarii clarè apparet.*
21 *Probationes contra inſtrumentum exigantur plenæ concludentes apertiſſimæ.*
Pecuniam non fuiſſe in cenſu numeratum provt cantat inſtrumentum quomodo probetur.
22 *Præſumptio iuris non dicitur vera probatio ejus, quod directè probari poteſt.*
23 *Ea quæ ſunt extra inſtrumentum, probantur per duos teſtes idoneos.*
24 *Contra inſtrumentum quot & quales teſtes requirantur.*
25 Rota deciſ. 128. poſt 2. vol. conſil. Farinac. *reſtituitur & declaratur.*
26 *Teſtes ubi requiruntur omni exceptione majores; iſta qualitas articulanda, & probanda eſt.*
27 *Teſtes, præſertim contra inſtrumentum, debent concludenter deponere.*
28 *In ſenſus conſtitutione non fuiſſe numeratam pecuniam, contra tenorem inſtrumenti, plenè, & concludenter probandum eſt.*
29 *Teſtis removeri debet actum à ſenſu, non ſenſum ab actu.*
30 *Teſtis etiam non interrogatus reddere debet rationem ſui dicti inſtrumento adverſantis.*
31 *Teſtes inſtrumentarii probant contra inſtrumentum, licet non omni exceptione majores.*
32 *Inſtrumentum per duos teſtes inſtrumentarios reprobatur.*
33 *Teſtis unicus inſtrumentarius contra inſtrumentum deponens, debet eſſe omni exceptione major.*
34 *Teſtis unus maior inſtrumentarius, contra inſtrumentum deponens, illius fidem vacillare facit.* Intellige ut numer. 36.
35 *Falſitatis ſuſpicio in civilibus pro falſitate, habetur* Intellige ut nu. ſeq.
36 *Inſtrumentum de falſo ſuſpectum, non poteſt declarari nullum, vel fœneratitium.*
37 *Inſtrumentum habet executionem paratam.*
38 *Præſumptiones non reddunt inſtrumentum de falſo ſuſpectū niſi ſunt legis, vel illis ſimilis.*
39 *Præſumptiones contra inſtrumentum debent eſſe tales, quæ elidant alias pro inſtrumento militantes.*
41 *Inſtrumento an ſit fides deneganda ob urgentis hominis præſumptiones.*
42 *Simulatio quando dicatur concludenter probata.*
43 *Simulationis exceptio concludenter probata contra inſtrumentum in forma cameræ ſi reiiciatur, datur appellatio.*

44 *Simulationis exceptio, cui renunciatum fuit, an & quando opponi possit*, remissivè.
45 *Juramentum, an & quando firmet contractum simulatum, & an & quando illo non obstante d. exceptio opponi possit* remissivè.
46 *Simulatio quomodo probetur in judicio criminali*, remissivè.
47 *Probare contra instrumentum aliud est, & aliud infra, vel præter instrumentum.*
48 *Pecunia si statim creato censu dicitur restituta, non impugnatur instrumentum, sed contractus, secus si dicitur non soluta.*
49 *Contractus, & instrumentum inter se differunt.*
50 *Simulatio non præsumitur.*
51 *Præsumptiva probatio admittitur ad simulationem probandam, quando non impugnatur instrumentum.*
52 *Præsumptiones legis requiruntur ad simulationem probandam.*
53 *Simulationes sunt difficillimæ probationis, & quare, & nu. seqq.*
54 *Similitudo directe probari non potest.*
55 *Probationes directè ubi haberi nequeunt, probatio præsumptiva est vera probatio.*
56 *Instrumentum præsumitur verum, solemne, & de partium voluntate confectum.*
57 *Contractus in dubio habet præsumptionem Juris pro se.*
58 *Præsumptiones juris ex instrumento, & contractu resultantes, præferuntur præsumptionibus hominis.*
59 *Simulatio non reprobata, facilius probatur, quàm fenerativa.*
60 *Præsumptiones juris dicuntur veræ, & planæ, & liquidissimæ probationis.* Intellige ut nu. 22.
61 *Probationes perspicuæ ubi requiruntur à statuto, an sufficiant legis præsumptiones.*
62 *Præsumptione juris ubi quod constat, satis patere dicitur.*
64 *Præsumptio juris æquiparatur scripturæ.*
65 *Probatio manifesta ubi à statuto requiritur sufficiunt præsumptiones juris.*
66 *Præsumptionem legis contra se habere idem est ac habere contra se jus commune.*
67 *Præsumptio juris attenuat probationes, aggravat onus probandi, & ab eo liberat.*
68 *Præsumptio juris transfert onus probandi etiam negativam.*
69 *Præsumptiones juris dicuntur violentæ conjecturæ.*
70 *Scribentes plurimi conciliantur.*
71 *Præsumptiones homines æquivalentes, vel urgentiores præsumptionibus iuris sufficiunt ad simulationem probandam,* & nu. seq. in fin. *& quare* nu. 75.
72 *Præsumptiones hominis sunt Iudicis præsumptiones non hominis privati.*
73 Rotæ decisiones *plurimæ conciliantur*, & numer. 75. & 76.
74 *Præsumptiones ex propinquo facti circunstantia resultantes, dicuntur violentæ.*
75 *Præsumptiones concludentissimæ vim habent probationis.*
76 *Simulationis materia qualiter Judicis remittatur arbitrio*, & sub nu. seq.
77 *De conjecturis similibus illis, quæ à Jure sunt expressę, idem judicium.*
78 *Judex in occultis qualiter arbitrari debeat.*
In simulatione ex præsumptionibus detegenda qualiter Iudex se gerat.
79 *Verisimilitudo est cognata naturæ, & juris præsumptio.*
80 *Simulatio facilius præsumitur contra solitum fœnerari*, & num. seq.
81 *Fœnerari solitus quando quis dicatur.*
82 *Usurarii occultant, & palliant illicitos contractus.*
83 *Verisimilitudo operatur, ut sufficiant probationes, & testes qui aliàs probarent.*
84 *Præsumptio iuris oritur contra solitum fœnerari*, & num. seq.
85 *Fœnerari solitus, quomodo quis probetur*, remissivè.
86 *Simulationis præsumptiones quænam sint*, remissivè.
87 *Simulationis præsumptiones qualiter probentur.*

DECISIO XXVII.

PRętendens Gullielmus Antoninus Queiratia Censum ab se viginti ab hinc annis super suis bonis impositum & D. Bartolomeo Rebuffo nobili Genuensi pretio scutorum octingentorum octuaginta octo auri venditum, constitutum fuisse absque pecuniæ numeratione, & in compensationem consimilis crediti eidem Rebuffo à societate Onufrii Ansaldi, & Laurentii Fotiæ mercatorum cessi; coram me tunc Vicarium Archiepiscopalem judicium usurariæ pravitatis tanquam de Censu contra formam Constitutionis fel. rec. *Pii V.* erectum introduxit.

In quo Judicis duo potissimum in quæstionem venere, prius, an in his terminis, quando scilicet prætenditur pecuniam non fuisse numeratam, sed simulatè ostensam, admittatur probatio conjecturalis, & de hoc in præsenti visseremus; posterius an admissa affirmativa opinione conjecturæ ex processu hujus causæ resultantes, ad declarandum censum nullum, & fœneratitium essent relevantes; quod ad prolixitatem vitandam in sequenti decisione reiicimus. Quod igitur attinet ad priorem articulum diversimodè scribentes locuti sunt, adeo ut & materia satis confusa remanserit, & plurimæ inter se pugnantes opiniones adduci soleant.

Et quidem † sufficere ad hunc effectum judicia, conjecturas, & verisimilitudinem firmat Cravett. *cons.* 18. *numer.* 7. *& seqq.* Rota *in Assisien. census* 5. *Maii* 1608. *coram Coccino* quæ inter ejus decisiones in ordine est *decis.* 408. *num.* 4. & habetur duplicata apud Cencium post *tract. de censib. dec.* 120. *num.* 5. & triplicata inter impressas post *secund. vol. cons. Farinac.* 1

Et † ad probandam verisimilem simulationem leves etiam sufficere conjecturas tenuit Paul. de Castr. *in consil.* 109. *colum.* 2. *leg.* 2. Rota *in Romana census* 1. *Febru.* 1616. *coram Coccino quæ est dec.* 741. *num.* 6. *par.* 3. *recentior.* 2

Easque † judicis arbitrio remissi, tradere Bald. *consil.* 311. *numer.* 12. *lib.* 5. Paris. *cons.* 55. *numer.* 28. *lib.* 1. Covarr. *lib.* 3. *Variar. resol. cons.* 7. *numer.* 3. *in fine* Rota *in Camerinen. bonorum* 4. *Octobris* 1592. *coram Pœnia*, quæ habetur post *secund. vol. cons. Farinac. in ord.* 68. *num.* 1. 3

Cum † tamen plerique firmaverint ad hunc effectum requiri præsumptiones efficaces, & dilucidas ut per Farinac. per eum relatis *de falsitat. quæst.* 162. *numer.* 142. Rota apud Gregor. X V. *decis.* 195. *numer.* 4. duplicata penes Zachi ad Galeſ. *de obligat. Cam. decis.* 150. *numer.* 5. quod idem firmatum fuit *in decis.* 413. *numer.* 1. *part.* 2. *in recentior. & in decisio* 207. inter impressas post *secund. volu. consil. ejusdem Farinac.* 4

Interdum † autem in his terminis admitti conjecturas hominis prudentis, nec requiri præsumptiones legis, decisum fuit *coram fel. recor. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore & est decisio* 29. ex impressis post *primum vol. consil. Farinac.* 5

Et † nihilominus præsumptiones hominis minimè sufficere, sed legis præsumptiones requiri, tenuit Aym. *consil.* 45. *numer.* 2. & Verall. *in decis.* 163. *numer.* 7. *par.* 3. & per Rotam *in Romana fideiussionis* 13. *Maii* 1617. *coram Andrea relata à Beltram. ad dec. Greg.* 195. 6

Et † è converso adeo credi Notario de pecuniarum numeratione attestanti, ut ad docendum de contrario non sit satis conjecturalis, & præsumptiva probatio, tradit Dec. cum per eum relatis *in consil* 36. *sub num.* 4. *ver. non obstat.* plenasque concludentes, & apertissimas requiri probationes dicit Bero. *in consil.* 147. *sub numer.* 34. *libr.* 2. Rota *in Rom. census penes* Gregor. X V. *decis.* 157. *numer.* 14. *&* 15. repetita inter impressas à Censio *post tract. de censib. decis.* 125. *numer.* 12. *&* 13. cum qua transivit eadem Rota *in Bononien. census* 10. *Junii* 1611. *coram Cardin. Lancelloto*, quæ est *decis.* 96. *in fin. apud ipsummet Cencium, & rursus in alia apud eundem decis.* 136. *numer.* 8. & alias passim, quarum decisionum auctoritate fretus, ita firmavit Censius *ipse dict. tract. de censib. par.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 8. *numer.* 21. & addi potest idem Greg. *dec.* 459. *num.* 4. ubi ait dictam simulationem apertissimè probandam esse. 7

Sed nec quo ad eorundem Testium qualitatem Doctores convenire videntur. Nam † ad hujusmodi simulationem probandam non requiri testes omni exceptione minores, sed idoneos sufficere, habetur per Rotam in *decis.* 128. *numer.* 5. ex impressis post *secundum vol. consil. Farin.* ubi dicitur alias *in Parmen. status* 5. *Junii* 1595. *coram Card. Seraph.*, 8

repro-

reprobatam fuisse sententiam *Probi ad Monacum*, sentientis testes omni exceptione majores ad instrumentum reprobandum requiri.

9 Quæ tamen *Probi* sententia, & sic ut ad hunc effectum testes omni exceptionem majores, nullam prorsus, etiam minimam patientes exceptionem, ac necessario concludentes requirantur, approbatur in *Roman. census 8. Maii 1610. coram Ludovisio quæ apud* Gregor. *est decis. 459. numer. 5.* & habetur duplicata penes Cencium *in calce tract. de cens. decis. 24. numer. 4.* Et triplicata inter recentiores *decis. 251. numer. 3. par. 3.* ubi etiam citatur alia similis *decisio in forolivien. census 13. Novembr. 1598. coram Lita*, & alia in *Bononien. census eodem die mense, & anno, coram Penia.*

In hac tamen perplexitate accuratè perpensis Doctorum dictis arbitror eos ad concordiam redigi posse, si quatuor distinguantur casus.

10 Primus † est quoties obiicitur Notarium falsò, & simulatè de pecuniæ numeratione attestatum fuisse, cum illa revera nequaquam intervenerit: & quidem ad effectum, ut propterea contractus declaretur nullus, & fœneratitius, & tunc non sufficit conjecturalis, sivè præsumptiva probatio, sed vera, & directa exigitur, quia de numeratione constat
11 ex stipulatione Notarij, † qui præsumitur fideliter exercuisse officium suum *c. ad audientiam de præs. c. illud eodem tit. l. si quis decurio. C. de fals.* ita Card. Zabarel. *in cons. 56. sub num. 12.* ubi quod ideo contrarium concludenter probatum est.

12 Et † publico instrumenta standum adstruunt. Andr. Sicul. *cons. 51. colum. 1. lib. 1.* Ias. *in l. sciendum in 4. not ab. de verb. obligat.* Neviz. *cons. 24. num. 2.* Beccius qui pulchrè exor-
13 nat *in cons. 52. numer. 2.* publicum † enim instrumentum facit rem certam, & manifestam *c. cum dilecti ubi Abb. nu. 2. de donat.* Bar. *in l. 1. num. 8. fi. de oper. nov. nunc.* Bald. *in l. interest. n. 2. C. de solut.* Alex. *consil. 135 nu. 5. libr. 6. late* Tiraqu. *de*
14 *retract. lign. §. 2. glos. 1. num. 1.* Et † est probatio probata, & veritas apparens Bald. *in l. Imperator l. 1. colum. 1. ad fin. ff. de stat. hom. & in l. 2. Cod. quando fisc. vel priva.* Rol. *consil. 48.*
15 *numer. 20. libr. 4.* † disceptatione fori non indigens, Bald. *in cons. 233. libr. 1.* Ruin. *consil. 128. numer. 1. libr. 4.* Natt. *consil. 145. in princ.* Roland. *consil. 79. numer. 88. libr. 3.*
16 Gramat. *decis. 35. numer. 9.* Et † nullo egens adminiculo; Bald. *in l. interest in ult. not ab. C. de solut.* Dec. *consil. 36.*
17 *numer. 2.* Et † indicat evidentissimam probationem *c. licet causam*, ubi *scribentes de Probat.* Paris. *cons. 103. numer. 65. libr. 1.* Tiraq. latissimè ubi supra Rol. *cons. 47. num. 20. lib. 4.*

18 Et † ideo ubi est casus instrumenti, omnis cessat dubitatio, ut dicitur de casu legis Cravett. *cons. 31. in fin.* Car. Mant. in puncto *decis. 392. n. 2.*

19 Et † signanter satis evidenter constare de numeratione pecuniæ ex attestatione Notarij tradit Bart. *in leg. singulariam num. 22. ff. si cert. petat. & ibi* Ias. *num. 48.* & Dec. *n. 33. idem* Bart. *in l. si ex caut. nu. 14. C. de non num. pec.* Angel. *in l. prædia num. 2. & ibi Imol. num. 2. ff. de acquis. poss.* Alex. *cons. 37. num. 8. lib. 3.*

20 Et † in individuo ex dicta attestatione evidenter apparere de numeratione pretij census, donec plenè, & concludenter contrarium probetur tenet latissimè Cencius *in tract. de cens. p. 2. cap. 1. qu. 1. art. 7. num. 1. cum multis seq.* ubi plurimos congerit, & novissimè Duard. *in simili tr. de cens. §. 2. q. 14. nu. 15.* Card. Mant. *in decis. 302. nu. 1. & 2.* Greg. XV. *dec. 157. num. 6. & decis. 375. nu. 1. & decis. 459. n. 4.* ubi aliæ quoque referuntur *decisiones*, idemque firmavit Rota *in Romana Salviani Interdicti 20. Maij 1616. coram Manzanedo, quæ est dec. 227. n. 5. ex impressis in calce tractatus Statil. Pacific. de Salv. Interd. & in Rom. seu Nepesina Census 13. Maij 1624. coram eodem Manzanedo*, quæ in *addit. ad Cenc. est decis. 131. num. 1.*

21 Cum † itaque is, qui contrarium docere contendit, veniat directè contra instrumentum, utique requiruntur plenæ, apertissimæ, & concludentissimæ probationes. Bero *cons. 147. sub nu. 34. lib. 2.* & in terminis nostris tradunt, Greg. & Mant. *locis mox citatis*, & Rota *in dec. 333. in fi.* inter impressas *post 2. vol. cons. Farinac.* & ita intelligitur alia *decis. in Favent. metus 16. Novemb. 1601. coram Penia, quæ est decis. 135. n. 5.* inter impressas post *tract. Cencij de censibus*, in qua dicitur ejusmodi probationem debere esse plenam & concludentem, aliàs non suffragari.

Talis autem hoc in casu non est probatio inflexa, &
22 indirecta, quæ fit per præsumptiones † cum enim in his terminis, in quibus agitur de instrumento palam facto ex natura rei possint haberi directæ probationes, & insuper repugnet probatio per publicum instrumentum, utique præsumptio juris contrarium non dicitur vera, evidens, & legitima probatio juxta pulchram distinctionem, de qua Menoch. plurimos congerens *in tr. de præsump. lib. 1. præsump. 38. n. 7. & seq.* Exigitur ergo probatio per testes directè contra instrumentum deponentes. 23

Et † quamvis ubi agitur de vera simulatione, & sic de probandis his, quæ extra instrumentum in fraudem commissa sunt, sufficiant duo testes idonei *c. cum Ioannis de fid. instrum. c. 3. loco de probat. cum simul.*

Et † tamen quæstio valde agitata inter scribentes quot, & quales ad effectum probandi contra contenta in instru- 24
mento testes requirantur; adeo ut Abb. *in c. cum Ioannes Eremita numer. 12. de fid. instrument.* referat septem diversas sententias, & addat aliam propriam; quam materiam latè prosequitur Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 447. num. 1. & 2.* & fusius, ac plenius, Farinac. *in tit. de falsit. & simul. qu. 157.* ubi relatis quoad numerum testium ad hoc acquisitorum octo diversis opinionibus denique *nu. 48.* amplectitur primam de qua ibi *num. 36.* ubi plurimis congestis de communi testatur, ut scilicet satis sint duo testes etiam in instrumento non descripti; quam tamen temperat, nisi aliud Iudici videatur, juxta octavam opinionem Nicolai de Mattarellis, ac sequacium quos idem Farinac. recenset ibidem *num. 46. & 63.*

Quo autem ad qualitatem eorundem testium directè adversus Instrumentum publicum deponentium, vera, ac magis communis opinio est, ut non modo idonei, sed & omni exceptione majores esse debeant, nonnullam prorsus etiam minimam patientes maculam, vel exceptionem, ita Bald. *in d. c. cum Ioannes Eremita sub n. 6. ver. ult. gl. de fid. instrum.* & ibi Imol. *n. 13. post med. Abb. n. 13. in fin.* Fely. *n. 44.* & cæteri communiter Paul. de Castr. *in cons. 261. sub n. 1. vers. nec obstat. lib. 2.* Alex. *cons. 43. n. 22. & 24. lib. 4.* cum aliis, quos refert, & sequitur Mascard. *de prob. lib. 2. concl. 919. num. 5. & 6.* Franc. Marc. *decis. 486. num. 17. p. 1.* Osasc. *decis. 64. num. 46.* ubi quod in hoc omnes conveniunt, Menoch. *de arbitr. iud. cas. 105. num. 33.* Surd. *cons. 13. num. 41.* Farinac. plurimos congerens *de fals. qu. 158. num. 92.* quibus addo eundem Surd. *in cons. 378. n. 33. & cons. 414. n. 92. vol. 3.* & Gratian. *discept. forens. c. 192. num. 22.*

Denique in terminis nostris tradit Cenc. *in tr. de cens. ib. par. 2. cap. 1. quæst. 1.* & Rota *in Romana census penes* Greg. XV. *decis. 459. num. 5. duplicata* apud Cenc. *decis. 24. num. 4.* ubi Rot. ad hoc citat *l. optimam. ad fin.* & ibi Bald. *C. de contr. commit. stipul.* Bart. *in leg. 1. §. si quis neget nu. 12. post med. ff. quem ad test. aper.* Ias. *cons. 124 num. 2. ad fin. lib. 1.* Corn. *cons. 261. post num. 24. libr. 4.* affertque alias decisiones idemque firmavit Rota apud Card. Seraph. *in ejus decis. 1191. n. 4.* & rursus *in decis. 261. numer. 3. p. 3. in recentiorib.* addo ut ab hac sententia periculosum sit recedere, & in hunc sensum intelligenda est Rota, ubi dicit non sufficere probationem conjecturalem, sed requiri testes omni exceptione majores juxta ea, quæ dixi supra *num. 9.*

Neque † contrarium tenuit eadem Rota in illa *Bono.* 25
census 19. Octobr. 1598. coram Penia Impressa post 2. volu. cons. Farinac. *in ordin. 128.* de qua *sup. num. 8.* ibi enim dicta *decisio* valde mendosa habetur, unde videnda est emendatior penes Censium *in calce tract. de cens. ib. in ordine dec. 133. n. 7.* in qua *Probi* sententia non reprobata, sed approbata dicitur, nempè, ad instrumentum reprobandum testes omni exceptione majores, requiri, licet ad reprobandum aliàs testes sufficiant idonei, & sic intentio Rotæ fuit demonstrare qua longè testes de quibus agebatur, distarent ab habilitate illo in casu necessaria, quia cum juxta veriorem sententiam esse debuissent omni exceptione majores, nec quidem erant saltem idonei, ut secundum aliam minus probabilem sententiam exigebantur.

Quæ † quidem qualitas per inducentem articulanda, 26
& probandi est, cum ea non præsumatur Crotus *de testib. num. 395.* Cravet. *de antiq. temp. p. 1. sect. quæritur etiam nu. 38. & seq.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsump. 2. n. 10. in fin.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 1. num. 36. & seqq.* Mascard. videndus *de prob. lib. 3. concl. 1248. à num. 12. usque ad 18.* Farinac. alios referens *in tract. de testibus quæst. 162. numer. 8. & 12.* qui utrobique testatur de communi opinionem. Et in terminis testium ad reprobationem instrumentum inductorum, idem Farinac. *de fals. qu. 158. num. 98.* ubi plurimos refert,

refert, quibus addo Gratian. *discept. foren. cap.* 192. *sub num.* 22. *lib.* 1. & Bertazz. qui dicit id esse valde notandum *practica in tract. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 2. *gloſ.* 2.

27 Sed † & præter dictam qualitatem in testibus contra inſtrumentum requisitum, illi necessario concludere debent, quod quidem tum regulariter in testibus exigitur *leg. neque natales Cod. de probat. cap. in præsentia eodem tit. cum vulg.* tum potissimum ubi agitur de probando contra inſtrumentum Alex. *consil.* 33. *numer.* 13. *libr.* 3. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 104. *numer.* 2. latè Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 919. *numer.* 5. plurimos congerit, & sequitur Farinac. *in quæst.* 158. *numer.* 116. in noſtris præcisis terminis firmavit Rota apud Gregor. X V. *decis.* 459. *numer.* 6. quæ habetur in *recentior. deciſ.* 561. *n.* 3. *part.* 3. & iterum est triplicata apud Cenc *post*

28 *comment. de cens. deciſ.* 24. *numer.* 6. † plena enim & concludens requiritur probatio ad docendum in census constitutione pecuniam non fuisse numeratam, ut tenuit eadem Rota *in Romana census* 10. *Jan.* 1605. *coram Card. Lancell. ſentire.* quæ est *deciſ.* 236. *numer.* 7. apud eundem Cenc. ubi ad hoc citatur *cap. cum Joannes de fid. inſtrum.* & Bero. *conſ.* 147. *nu.* 34. *lib.* 2.

29 Et † removere debent actum à sensu, non autem sensum ab actu, ut scilicet deponant aliquid gestum, vel non gestum fuisse, non autem eos non vidisse, vel non audivisse, vel non recordari, ut advertit Bal. *in leg.* 1. *num.* 7. *Cod. de bonorum posſeſſ. ſec. tab.* Surd. qui alios congerit *in conſil.*

30 434. *ſub num.* 40. *in fi. & numer.* 50. *lib.* 3. Ac etiam non † interrogari reddere rationem suis dicti, instrumento adversantis, Alex. *conſil.* 28. *numer.* 14. *leg.* 5. & tradunt Bal. Butrig. & Imo. quos refert, & sequitur Felyn. *in dict. cap. cum Joan. num.* 42. *de fid. Inſtr.* ubi id declarat, & post alios quos refert, firmat, & pariter declarat Masc. *de prob. leg.* 1. *in præf. qu.* 6. *num.* 71. plurimos etiam de more congerit, & sequitur Farin. *qu.* 138. *num.* 36. ubi latè de materia.

Et hæc quidem quoties adversus inſtrumentum deponunt

31 testes extranei in inſtrumento non adhibiti nec rogari, † nam si testes ipsi inſtrumentarii deponerent pecuniam revera in actu venditionis census numeratam minimè fuisse, utique non esset necesse articulare, & probare eos esse omni exceptione majores, cum in eis qualitas hoc haud requiratur, sed satis sit eos esse idoneos ad gloſ. *in* §. *& licet dudum in fin. verb. & ſuppliciis Auth. de teſt.* Jaſ. *in l.* 1. *col.* 3. *ff. de feriis; & in l.* 1. §. *fi. col.* 4. *ff. de verb. oblig.* Cravett. *conſ.* 56. *nu.* 6. Bertaz. *in tr. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 2. *gloſ.* 2. *nu.* 32. Gratian. *diſcep. for. c.* 192. *n.* 25. ubi ex mente Abb. *in c. quia veriſimile in ſecundo notabil.* rationem reddit quia nempe quando inſtrumentum reprobatur per testes non inſtrumentarios, habet pro se majorem præsumptionem, quasi ex testibus in eo descriptis subsistineatur, ideoque major contra illud opus est probatione; quod quidem dici non potest, ubi ab iisdem testibus in eo descriptis reprobatur, tunc enim dicta præsumptio eliditur.

32 Et † quod per duos testes inſtrumentarios inſtrumentum reprobetur est comm. opin. de qua testatur Cur. jun. *in conſ.* 55. ad quod vide etiam Boer. pulchrè *in dec.* 11. & Vinc. de Franch. *dec.* 251. *& dec.* 321. *& dec.* 486. quod nota, quia contigit mihi in facto in eadem Civitate Genuæ in quadam causa, in qua tametsi Notarius in inſtrumento census de numeratione pecuniæ fuisset attestatus, cum tamen duo testes inſtrumentarii coram me deposuissent emptorem census attulisse quidem pecunias in quodam sacculo clausas, illas tamen non fuisse numeratas; imò neque sacculum apertum, statimque ab emptore census reportatum, quamvis non fuisset articulatum, nec probatum dictos testes esse omni exceptione majores, declaravi dictum censum nullum, & fœneratitium, tanquam contra formam Constitutionis *fel. recor. Pii V.* creatum fructusque exactos esse in sortem imputandos, quæ quidem mea sententia transivit in judicatum.

33 Quicquid secus sit unicus duntaxat ex inſtrumentariis testibus cum inſtrumento pugnat; exigeretur enim in hoc uno teste illa qualitas, ut esset omni exceptione major, quæ quidem qualitas articulanda, & probanda esset provt de testibus extraneis supra diximus; ita nominatim firmat Bald. *in conſ.* 166. *proponitur col.* 2. *ver. in contrarium libr.* 2. quem ad hoc affert Gratian. *diſcep. for. cap.* 192. *n.* 27. *to.* 1. quibus addendi sunt Cravet. *conſ.* 16. *n.* 10. Mascar. *in tr. de prob. in præfat. col.* 2. *n.* 56. Quod etiam in praxi est notatu dignum, & ego pariter super hujusmodi articulo judicavi, cum enim Nicolaus Scotus Tabellio Genuensis proposuisset coram me petitionem usurariæ pravitatis contra Hieronymam filiam, & hæredem q. Jo. Baptistæ Pivi, sub prætextu quod in quodam censu de quo agebatur; pecunia minimè interveniſſet, & ad hoc probandum induxisset unum ex testibus inſtrumentariis, sed neque articulasset, neque probasset illum esse omni exceptione majorem, tum ex hoc, tum ex aliis succubuit.

Et quamvis scribentes pro Scotto adducerent regulam, quæ habet † unicum testem inſtrumentarium inſtrumento 34
contradicentem reddere illud suspectum, adeò ut illius fides vacillet, ut per Bellamer. *in cap. cum Ioannes Eremita sub num.* 61. *de fid. inſtrum.* & ibi Anch. *ſub num.* 11. *ante med.* Ant. de Butr. *ſub num.* 29. *in fi.* Felyn. *num.* 50. *ver. ſi autem* ubi de communi testatur, quibus addi poterant. Natta *conſil.* 394. *numer.* 11. *in fi. lib.* 3. Corrad. *in pra. rubr. de inſtrum. numer.* 19. qui de magis communi opinione testatur Cels. Ugo. *conſ.* 97. *num.* 8. ubi quod hæc est sententia indubitata. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 105. *numer.* 13. *& ſeqq.* Franc. Marc. *dec.* 486. *num.* 8. *in princ. par.* 1. Hieron. Lucen. *deciſ. Auenion.* 92. *nu.* 2. Aliamque conclusionem, quæ habet † in civi- 35
libus suspicionem falsitatis, pro falsitate haberi: Anan. *in c. licet ſub nu.* 6. *extra de crim. falſ.* Dec. *conſ.* 175. *nu.* 4. Neviz. *conſ.* 8. *num.* 38. Franc. Becc. *conſ.* 78. *num* 6. Hier. Gab. *conſ.* 69. *num.* 2. *in fi. verſ. contra reos, & num.* 3. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 109. *nu.* 5. *lib.* 5. Franc. Marc. *dec.* 699. *num.* 1. *& deciſ.* 743. *nu.* 7. *par.* 1. Capic. *deciſ.* 40. *num.* 4.

Respondebam † tamen dictas regulas procedere, ubi agi- 36
tur duntaxat de tollenda fide inſtrumento, & de executione illi deneganda: juxta ea, quæ infra dicam, & ut plenè declarat Farinac. *de falſ. qu.* 152. *nu.* 10. *& ſeq.* ubi latè de materia, secus in terminis in quibus loquimur, nempe ubi agitur de declarando inſtrumentum, & contractum fœneratitium, sub prætextu, quod Notarius falsò de pecuniam numeratione fuerit attestatus; Cum enim tunc non procedatur per suspicionem, & conjecturas; sed per veras, & directas probationes, ex supra latè deductis; meritò suspicio non habetur pro falsitate, & quamvis ex unius testis inſtrumentarii depositione vacillet inſtrumenti fides ad effectum illi denegandi executionem, non tamen continuum potest declarari fœneratitium, vel falsum, cum sint termini valde distincti per ea, quæ dixi supra *num.* 20. & iste non est casus noster.

Secundus est casus, quando pariter inſtrumentum impugnatur, & pecuniam in creatione census non interveniſſe deducitur ad effectum duntaxat denegandi eidem inſtrumenti executionem: † licet enim inſtrumentum habeat executio- 37
nem paratam, ut per Bart. & communiter Doctores *in l.* 2. *ff. de iure iuram.* cum aliis adductis per Jaſ. *in conſil.* 85. *numer.* 2. *vol.* 1. admittuntur tamen in contrarium præsumptiones legis, vel illis similes, aut urgentiores, provt in quarto casu infra latissimè dicam; quæ † quidem, & si non con- 38
vincant inſtrumentum de falso per supradicta, reddunt tamen de falso suspectum, ita ut in civilibus ista legis suspicio habeatur pro falsitate ad tollendum illi fidem nisi aliundè coadiuvetur, ut egregiè ratiocinatur. Natta *in conſil.* 633. *per totum*; & signanter *numer.* 16. *&* 17. *lib.* 3. ubi aliquas affert juris præsumptiones, & Nattæ quidem rationes inconvincibiles appellat Farinac. *quæſt.* 152. *ſub numer.* 12. *de falſ.* ubi ait hanc sententiam esse communiter receptam, & apud nos in praxi servari, & advertit non oportere, ut Judex declaret illi non esse adhibenda fidem, sed in ejus arbitrio residere, ut adhibeat, vel non adhibeat fidem. † Et in omnem casum conjecturæ prædictæ debent esse 39
tales, quæ omninò elidant alias præsumptiones pro inſtrumento stantes, ut per eundem Farinac. post alios *in quæſt.* 162. *num.* 111.

Etiam si ageretur contra inſtrumentum in forma Cameræ Apostolicæ, † quamvis enim, ubi exceptio simulatio- 40
nis, vel usurarum requirit altiorem indaginem, non impediat executionem obligationis Cameralis, ut tradit Rota cum relatis *in Romana executionis de Anguillaria* 6. *Martii* 1592. *coram Orano* quæ est *deciſ.* 114. *num.* 8. *& 9. ex impreſſis* à Zacch. ad Galles *de obligat. Cam & eadem* Rota *dec.* 123. *nu.* 11. *p.* 2. *diverſ.* quando tamen ea vel ex visibili vitio patet, vel incontinenti probari potest, utique retardat executionem inſtrumenti, ut per Canarium *in tract. de execut. inſtr. qu.* 13. Rota *deciſ.* 114. *nu.* 6. *&* 7. idemque si quis de facto admissus fuit ad eam probandam, tunc enim & retardat executionem, & Judex super illa pronunciare potest Boccac. *de ſociet. offic. n.* 142. Carol. de Graſſ. *in tr. de except. in* 12. *except. ſub nu.* 3. Ant. Cornel. *de abſol. à iuram. p.* 3. *q.* 23. *nu.* 15. refert & sequitur Zacch. ubi supra *num.* 7. Modo tamen sit concludenter probata Cæs. de Graſſ. *deciſ.* 16. *num.* 10. *de probat. & deciſ.*

620. *num.* 4. *par.* 1. *in recentioribus* Greg. XV. *decis.* 196. *in fi.*

41 Ex quo obiter deduci posse reor, † quod tametsi regulariter quando urgentes hominis præsumptiones ad simulationem probandam adducuntur, debeat Judex in dubio non adhibere fidem instrumento, ut per Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 191. *num.* 19. & Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 740. *num.* 4. *& seq.* id tamen fortè non procedit, ubi petitur executio instrumenti obligatione Camerali vallati, nisi tales sint, ut legis præsumptionibus æquiparentur, cum tunc
42 debeat simulatio concludenter probari. † Dicitur autem ad hunc effectum concludenter probata, vel ex patenti vitio, vel juris præsumptione, ut docet Gallef. *ad form. Cam. oblig. quæst.* 18. *num.* 5. & Zacc. *num.* 3. Ubi vero sic probata fuerit, utique impedit executionem obligationis Cameralis: cum nihil adsit exequendum Cæs. de Graff. *decis.* 16. *num.* 10. *de probat.* Marchesan. *de commiss. relax. iuram. ad effect. agen. p.* 2. *&* 3. *num.* 15. Ruginel. *de appell.* §. 2. *c.* 3. *ver. Cameralis obli-*
43 *gat. num.* 139. Ubi quod † si tali casu reiiceretur hujusmodi exceptio, daretur appellatio; & ampliat etiam si cum juramento fuisset hujusmodi exceptioni renunciatum; sequitur Zacch. ubi supra *num.* 6. & in terminis Guarantigiæ idem tradit Seraph. *de privileg. iur. priu.* 27. *sub num.* 12. *ver. quia imò*. Et neque iste est casus noster.

44 Cæterum hac de re, † nempè an, & quando exceptio simulationis, cui renunciatum expresè fuit, opponi possit, renunciatione non obstante, vide Mascard. *de prob. concl.* 447. *num.* 21. *& seqq.* & Grat. *discept. foren. cap.* 867. *nu.*
45 11. *tom.* 5. † Et an & quando juramentum firmet contractum simulatum, & quando hæc exceptio non obstante juramento opponi possit, latè Mascard. *de prob. concl.* 447. *à num.* 33. *usque ad fi.* latiùs Farinac. *d. quæst.* 162. *à num.* 67. & deinceps innumeros hinc inde congerit Cæval. *in spec. commun. contra com. quæst.* 804. *per totam*, ac idem Gratian. *discept. foren. cap.* 826. *num.* 29. *&* 30. *tom.* 5. & Rota *in Urbevetana iurisdictionis* 4. *Julii* 1612. *coram bon. mem. Penia in fi.* An autem simulationis exceptio opponi possit non petita absolutione dixi infra *dec. seq. num.* 35.

46 Tertius est casus † quando proponitur pecuniam in censu non interveniisse ad effectum criminaliter Notarium, vel partem puniendi, circa quem ad prolixitatem vitandam delego Lectorem ad scribentes relatos per Honded. *in cons.* 33. *nu.* 55. *& seq. lib.* 2. & ad Farinaccium latiùs de hoc tractantem *de fals. quæst.* 156. *per totum*; quia neque iste est casus noster.

Quartus denique est casus, ubi pecuniæ numeratio in instrumento contenta non negatur, allegatur tamen numerationem apparenter, & ut aiunt, per mostra factam fuisse, & inde ex precedenti contrahentium conventione pecuniam fuisse ab emptore census in usurarum, vel creditorum fraudem reportatam, & iste est casus noster, & tunc propriè agitur de simulatione, cum in præcedentibus casibus de instrumenti reprobatione agatur. Qui quidem termini longè inter se distant, nam simulatio, de qua in casu nostro, præsupponit veritatem apparentem narratorum, in instrumento, sed aliter verè fuisse inter partes occultè conventum.

Reprobatio verò instrumenti, de qua in præcedentibus,
47 negat absolutè veritatem narratorum, † & hoc est, quod dicebat Cyn. *in l. iuris gentium* §. *quod ferè* relatus ibi à Bald. *num.* 3. aliud esse probare contra instrumentum, aliud infra, vel præter instrumentum.

48 Rursus † in hoc quarto casu, quando nempè fuit restituta pecunia, instrumentum non redditur falsum, cum id extra ipsum instrumentum contigerit, ut per Bart. *in l. singularis num.* 24. *ff. si cert. pet at.* quem ibi sequuntur Alex. *nu.* 35. Jas. *num.* 56. ibidem Rim. sen. *num.* 15. ubi etiam de com. Cagn. *nu.* 53. qui pariter inquit Bart. doctrinam esse communiter approbatam, Felyn. *in cap. si cautio num.* 53. *ad fi. extra de fid. instrum.* pulchrè Anani. *in cons.* 97. *per tot.* Farinac. alios referens *de fals. quæst.* 154. *num.* 85. & sic actor non im-
49 pugnat instrumentum, sed contractum, aliud † est enim Contractus, & aliud instrumentum, ut per Surd. *in cons.* 80. *num.* 29. *& cons.* 144. *num.* 13. *vol.* 1. in cæteris verò casibus, & contractum velut usurarium impugnat, & instrumentum tanquam falsum arguit.

50 Licet † itaque simulatio in dubio non præsumatur *leg. quamvis* vbi Bald. *C. si quis alteri, vel sibi*, idem Bald. *cons.* 456. *col.* 1. *lib.* 1. Cuman. *in cons.* 41. *ad primum quæsitum*, Dec. *cons.* 491. *numer.* 4. Ruin. *cons.* 119. *num.* 1. *lib.* 1. Paris. *cons.* 54. *num* 7. *lib.* 1. *& cons.* 57. *num.* 6. *lib.* 3. Cravett. *cons.* 14. *num.* 2. Calcan. *cons.* 36. *num.* 10. Bec. *cons.* 52. *numer.* 1. *lib.* 1. Menoch. cum per eum relatis *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 123. *num.* 2. Jos. Ludovic. *concluf.* 51. *in princ.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *concluf.* 448. *numer.* 1. *& lib.* 2. *concluf.* 814. *numer.* 1. *& seq.* Card. Mant. *in tract. de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 17. *numer.* 1. *& lib.* 13. *tit.* 35. *numer.* 8. Farinac. cum congestis *de falsit. quæst.* 162. *num.* 94. Præsertim in publico instrumento Bald. *in cap. illud circa fin. extra de præsumpt.* Jas. *in l. si post divisionem num.* 2. *in fi. C. de iur. & fac. ignor.* Gregor. XV. *in decis.* 127. *numer.* 20. Rot. *diver. decis.* 214. *num.* 2. *par.* 2. *& decis.* 30. *numer.* 5. *ex impressis post* 2. *vol. cons.* Farin. & ut inquit Verall. *in decis.* 421. *num.* 1. *par.* 2. omnis alia interpretatio capienda est quam simulationis, ejus potissimum, quæ in fraudem usurarum facta prætenditur Menoch. *d. præsumpt.* 122. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 438. *num.* 1. *& 2. lib.* 1. Mantic. *dict. tit.* 17. *numer.* 1. Honded. *cons.* 33. *numer.* 12. *& 2. lib.* 2. Rolandus *cons.* 41. *numer.* 1. *& seq. & num.* 7. *& seq. lib.* 2. Farinac. *dict. quæst.* 62. *num.* 95.

Nihilominus † ad probandam simulationem, præsum- 51
ptiva probatio sufficere solet, text. in *l. dolum. C. de dolo*, ubi ait Imper. *dolum ex indiciis perspicuis probare convenit*, text. in *l. si maritus in fi. ff. qui, & à quibus cap. illo vos, extra de pign.* & ibi DD. *cap. fi. de renunc. in* 6. *cap. de causis in fi. de off. deleg.* Bartol. *in l. & qui, in fi. C. de distract. pign. & in l. empt. ff. plus valere quod agitur*, Canonistæ *in cap. ad nostram de empt. & vendit.* Paul. de Castr. *in cons.* 109. *num.* 1. *volum.* 2. Socin. *consil.* 264. *column.* 2. *in fi. libr.* 2. *& cons.* 83. *volum.* 3. Corn. *consil.* 135. *col. ult. lib.* 1. Cravett. *cons.* 156. *num.* 7. *& seqq.* Calcan. *cons.* 8. *num.* 8. Dec. *consil.* 62. *num.* 15. *lib.* 3. Honded. *cons.* 33. *num.* 1. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concluf.* 1425. *num.* 5. Bec. cum per eum relatis *in cons.* 52. *nu.* 41. *& seq. lib.* 1. cum aliis latè congestis per Farinac. *d. quæst.* 162. *num.* 97. ubi de commun. opin. *& num.* 100. *& seq. & in cons.* 40. *num.* 8. *volum.* 1. Menoch. *cons.* 109. *num.* 7. *& in tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 122. *num.* 5. Cyriac. *controv. forens. tom.* 2. *controv.* 219. *numer.* 56. Seraph. *de priu. iuram. priuil.* 59. *numer.* 26. & Rota *ex impressis in calce dict. primi vol. consil.* Farin. *decis.* 29. *numer.* 1. *decisio* 57. *num.* 1. *& decis.* 140. *numer.* 1. quibus adde Card. Seraph. *decis.* 660. *numer.* 3. idemque disponitur in *constit. Marchiæ lib.* 5. *cap.* 26.

Modo † tamen afferantur præsumptiones legis, idest à 52
jure approbatæ, non autem hominis, ut per Imol. *in cap. illo vos num.* 11. *ext. de pign.* pulchrè Bald. *in cons.* 21. *sub num.* 2. *versic. in contrarium lib.* 4. ubi scripsit in quadam causa coram Vicario Perusino tunc pendente latè Cravett. *in consil.* 145. *num.* 2. *vers.* 1. *& num.* 97. *& seq. & num.* 100. *& seq.* egregiè Cæphal. *in consil.* 325. *num.* 21. *& seq.* Honded. *cons.* 33. *num.* 51. *& seq. lib.* 2. Bertazzol. *inter cons. Farinac. cons.* 40. *num.* 67. *&* 69. ubi de veriori, & magis comm. opin. cum aliis relatis per eundem Farinac. *dict. quæst.* 167. *numer.* 140. quibus addi potest Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 438. *num.* 10. ibi *legales præsumptiones*, *& coniecturas*, idemque tenuit Rol. *in cons.* 47. *sub num.* 30. *in fi.* & in his terminis loquitur Rota *loco supra num.* 6. *citato* idem firmavit *in Beneventana donationis seu territorii* 27. *Novembris* 1585. *coram Gypsio*.

Ratio † autem prioris partis hujus conclusionis nempè 53
cur hoc in casu admittatur probatio præsumptiva ea à *scribentibus* afferri solet, quia simulationes fiunt communiter secretè, & occultè, ac semotis arbitris, & plurimæ hominum malitiæ, artes, & cautelæ excogitatæ sunt ad illas tegendas.

Unde sunt difficilis probationis Cornel. *cons.* 135. *colum. ult. num.* 20. *lib.* 1. Carbat. *cons.* 22. *num.* 13. *lib.* 4. Natta *consil.* 235. *num.* 9. Becc. *consil.* 52. *num.* 44. & habetur etiam per Mascard. *de probat. concl.* 438. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. cas.* 116. *num.* 8. Imò sunt difficillimæ probationis secundum Roman. *in cons.* 102. *in consil.* 120. *in fi.* Seraph. *de privil. iuram. priv.* 59. *sub num.* 26. quibus adde Cravett. cum per eum relatis *in cons.* 166. *nu.* 7. qui ait impossibile videri simulationem detegere nisi admittatur probatio præsumptiva. Et quod simulationes in contrarium adeò occultè committi soleant, ut maxima cum difficultate detegi queant, dixit etiam Summus Pontifex *in Clement.* 2. §. *cæterum de usuris*. Ita ut di- 54
rectè, ut plurimum probari nequeant Cornel. *cons.* 137. *num.* 8. *lib.* 3. Paris. *cons.* 86. *num.* 29. *lib.* 3. Becc. qui exornat *d. cons.* 52. *num.* 45.

Quapropter post alios deducebat noviss imè Cyriac. *contro-*

troverſiarum forenſ. lib.2. controverſ.219. num.55. in illis non niſi per præſumptiones veritatem haberi poſſe . Et quod ſimulatio de ſui natura non poſſit liquidò probari dixit Paul. de Caſtr. *in conſ.58.colum.2. in princip. vol.2.* ſequitur Seraph. *de privil.iurament.priv.59. ſub num.26.* neque directè , ut ibi per eum , & per Socin. *in conſ.83.vol.3.* Pariſ. *conſ.59.num.8. volum.1.& conſil.86. num.21.volum.3.* & Cornel. *conſ.137. ad*
55 *fi.volum.3.* Unde † in materia , quæ non poteſt directas probationes habere , id quod per præſumptiones probatur , verum eſſe cenſetur *leg. filium. ff. de his , qui ſunt ſui , vel alien. iuris* cum aliiſque ad hoc citat Bellam. *in deciſ. 688. ſub nu.24. verſ.10.*

Ratio vero poſterioris partis ejuſdem concluſionis, ſcilicet cur ad ſimulationem probandam regulariter non admittantur quæcumque præſumptione , ſed illæ requirantur , quæ ſunt à jure approbatæ , affertur à Bald. *in d. conſ.21. ſub num.*
56 *2. verſ. in contrarium* . † Nempè, quia ex inſtrumento tres oriuntur præſumptiones à lege approbatæ , licet itaque non agatur de impugnando ipſo inſtrumento , cum tamen ex eo ad favorem venditoris cenſus reſultet juris præſumptiones . Ut nempè illud ſit verum , ſolemne , ac de partium voluntate confectum ; ut de primo probatur in *leg. precibus C. de impub.* ſecundo probatur in *leg. ſciendum* cum ſua materia *de verborum obligat.* & de tertio probetur per ea , quæ notantur in Auth. *de tabulis* , §. *nos vero* , quod idem Bald. tradidit, *in conſ.* 437. *num.* 5. *lib.*5. quem ſequuntur Neviz. *conſ.79.nu.* 10. Becc. *conſ.*51.*nu* 92.*lib.*1.quibus addo Pariſium *in conſ.*27. *num.*18.*lib.*2.

57 Provt etiam contractus in dubio habet † præſumptionem juris pro ſe , ut poſt alios , quos refert , inquit Cravett.in
58 *conſ.* 156. *num.* 1. quæ † prævalere debet præſumptionibus hominis , quæ dubiæ ſunt , & incertæ , ex quibus emptor nititur ad reportationem pecuniarum præter inſtrumentum probandam , ut per eundem Bald. *dict.conſ.*21.*ſub numer.* 2. *in fi.*

59 Præſertim † ubi agitur ad probandum non modo ſimulationem non reprobatam , ſed & fœneratitiam , quo caſu exactior exigitur probatio , ut ex ſententia Pauli de Caſtro. in *conſ.* 74. *col.* 3. *ver. non obſtat lib.* 2. declarat Maſcard. *de prob. lib.* 1. *concluſ.* 438. *num.* 11. ſequitur Honded. *in conſil.* 33. *num.*53. *lib.* 2. & ita etiam ſenſit Rota *in deciſ.*677.*num.*3. *par.*2.*rec.*

Cum igitur præſumptiones pro inſtrumento militantes ſint juris , non niſi ex aliis contrariis juris præſumptionibus
60 proſterni poſſunt , † quæ cum ſint à jure approbatæ , dici poſſunt veræ , & plenæ probationes Decian. *in rubr. de probat.num.*13.Bertazzol. *inter conſ. crimin.* Farinacc. *conſil.* 40. *num.* 69.

Imò dicuntur liquidiſſimæ probationes , ut inquit Bald. *d. num.2. in fi. per leg. licet Imperator* , ubi gloſa , & DD. *ff. de leg.* 1. & eo non citato dixit Cravett. in *conſ.* 156. *num.* 15. ubi allegat Paul. de Caſtro , & alios plurimos congerit , & de communi teſtatur , & pulchrè exornat Menoch. *l.* 1. *de præſumptionibus , quæſt.* 36. *à num.* 3. *uſque ad novum* , quibus addo Ruin. *conſil.*123.*num.*5.*lib.*1. Nattam *conſil.*581.*nu.* 17.Beninten.*deciſ.*67.*num.*9.Card.Cavaler.*deciſ.*151.*num.*11.
61 Et † ubi de jure communi , vel municipali requiruntur probationes perſpicuæ , ſufficiunt præſumptiones juris, quia ſatis perſpicuæ probationes dicuntur , ex quo ſunt à jure approbatæ DD. in *leg. fi. C. de probat.* Cephal. *conſ.*325. *numer.* 22. *lib.* 3. ad quod vide Menoch. *d. lib.* 1. *quæſt.*37.*à num.* 5.
62 *& deinceps* . Idemque † ſi ſtatutum requirit veram probationem , ut poſt Decium quem citat tradit Roland. in *tract. de Lucro dotis quæſt.* 75. *num.* 20. *& ſeq.* ad quod vide etiam
63 Natt.*conſ.*56.*num.*9.*&* 16.*volum.*3. † Adeo ut quod per juris præſumptionem conſtat , ſatis patere dicatur *d.l. licet Imperator deleg.* & notat Abb. in *c. ad noſtram extra de empt. & vend.*Becc.*conſ.*52.*nu.*93.*lib.*1.

64 Et † juris præſumptio æquiparetur ſcripturę text. in *leg. quicunque C. de apoch. publ. lib.* 10. quem ad hoc dicit ſingularem Afflict. in *c.* 1. *ſub num.*21. *verſ. ſecundo pro iſta de prohib. feud. alien.*per Federic. & notat. Bald. *in leg.* 1. §. *& ut plenius num.*4. *C. de rei uxor. act.* quem refert Jaſ. in §. *fuerat nu.* 59.
65 *Inſtitut. de action.* Becc. *conſil.* 52. *num.* 93. qui † addit præſumptiones juris ſufficere etiam ubi manifeſta probatio à ſtatuto requiritur ſecundum Aretin. in §. *item ſi quis num.* 3. *Inſtitut. ad act.* qua de re vide Roland. *in tract. de lucr. dot. qu.* 75. *num.* 22. 23. *&* 24. & Aſin. *in comment. ad ſtatut.Floren.* §.19. *cap.* 2. & Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.* 36. *num.* 9. *& qu.*37.*per totam*, Pacian.*de probation.l.*1. *c.*12. *n.*10.

Idemque † eſt habere contra ſe jus commune , vel legis 66
præſumptionem , ut ex *c.* 1. *de præſcript. in* 6. deducit Card. Seraph.in *dec.*802.*nu.*7. & † dicebat magiſtraliter Bald. in *l.* 67
tranſactionem num. 7. *C. de tranſact.* naturam præſumptionis juris eſſe , ut interdum attenuet , interdum aggravet onus probationis interdum ab eorum onere liberet . Quoad primum effectum , qui eſt attenuare , ideſt efficere, ut leviores ſufficiant probationes in favorem ejus , qui pro ſe juris præſumptionem habet , idem tenuit Cravett. in *conſ.*75. *nu.* 12. & pluribus relatis Pacian. *de probat.lib.*1.*cap.*51. *num.* 15. quoad ſecundum effectum , qui eſt aggravare ideſt efficere, ut is ad quem ſpectat onus probandi , ubi habet contra ſe juris præſumptionem aggravetur onere durioris , & plenioris probationis : idem poſt Ang. tenuit ipſe Bald. *in l.fi. in princ. num.*3. *ff. quod met.cauſ.* & ibi Alberic. *num.* 3. Abb. *in c. quia veriſimile in ſecundo notabil. extra de præſumpt.* Alexand. de Nevo.*conſ.*99. *in fi.volum.*3.*inter conſ. Alex. Tartal.* latiſſimè Pacian.*dict.cap.*51.*num.*13.*cum multis ſeqq.*Alex.*conſ.*99. *in fi. lib.*3.Cravett.*conſ.*129.*in fi.* Rota *in Romana de Iacobellis prima Aprilis* 1591. *coram Gypſio* , ubi inquit tunc requiri ſaltem duos teſtes excellentes Tertius autem effectus ; qui eſt revelare , ideſt transferre onus probandi in reum conventum probatur † *in l. ſive poſſidentis Cod. de probat.leg. Quin-* 68
tus Mutius de donat. inter virum , & uxor. leg. ſi pactum l. quinquaginta , l. cum de indebito l. ſin vero ff. de probat. cum ſimilibus gloſſ. in leg. 2. *ff. de probat.*& ibi Bartolus , Baldus , Salycetus , Angel. & omnes , Dec. *conſil.* 272. *num.*3. Cravett.*conſ.*60.*num.*7.Pariſ. *conſ.*170.*nu.*27.*volum.*4. Natta *conſ.* 473.*num.*10.*volum.*2.innumeros congerit Pacian.*in tract. de probat.lib.*1.*cap.*8.*num.*1. Intelligendo tamen , ut latiſſimè per eundem Pacian. *d.lib.*1. *cap.*12. *per totum* , & transfert onus probandi etiam negativam *leg. nec codicillos Cod. de codicillis*, & notat Joan. Andr. *in cap. ſine poſſeſſione colum. penult. ver. ad primum de regul. iur. in* 6. Lucas de Penna *in leg. ſuper ſervis nu.* 5. *verſ.*1. *C. qui milit. non poſſeſſ. nu.*12. Bart. *in l. actor. nu.*6.& ibi Salycet.*nu.*7.*C. de probat.*cum aliis allatis per Pacian. *d.lib.* 1.*cap.*51.*nu.*10.

Et † hæ quidem conjecturæ dicuntur violentæ præſum- 69
ptiones , ut per Bald. *in l. ſive poſſidetis n.*5. *C. de probationibus*, Menoch.*l.*1.*de præſumpt.q.*4.*n.*6.

Ex † quibus infertur ſcribentes in hac materia requirentes 70
plenas probationes , ut ſupra *nu.* 7. alioſque requirentes efficaces , & dilucidas præſumptiones , *ſup. nu.*4. nec non , & eos qui requirunt præſumptiones legis , *ut ſup. nu.* 6. non invicem diſcrepare , ſed idem ſentire .

Hæc † autem concluſio , ut in iſto poſtremo caſu requi- 71
ratur juris præſumptiones non adeò amare intelligenda eſt , ut in illarum defectum recipi non poſſent etiam hominis præſumptiones , modo tamen ſint æquivalentes , vel urgentiores præſumptionibus juris ut per Imol. *in c. illo vos in ultim. not. de pig.* Paul. de Caſtr. in *conſ.*74.*num.*6.*lib.*2.Colognett.in *conſil.*25.*nu.*1. Barbatia loquens de inſtrumento ſimulato , & uſurario in *conſ.* 51. *ſub nu.* 52. ubi de recepta opinione teſtatur , idemque firmat Oſaſch. *deciſ.* 42. *nu.* 2. ubi ad hoc citat Felyn. *in cap. ſi cautio nu.*70. *de fid. inſtrument.* & Rodolph. *de uſur. in* 2.*par.quæſt.*60. *nu.*2. & † appellat has præſumptiones , 72
hominis , ideſt Judicis , ut inquit , Bald. in *l. ſive poſſidetis num.* 16. *C. de prob.* Præſumere enim pertinet ad legem , vel ad legis miniſtrum , qui eſt Judex , ſicut perſuadere pertinet ad oratores , & deponere ad Teſtes, ait ibidem Bald. *nu.* 21.

Quod autem in caſibus in quibus ſufficiunt ad probandum juris præſumptiones idem dicendum ſit de preſumptione hominis violenta , tradit etiam poſt alios . Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. † Et in his terminis intelligitur Rota *in* 73
deciſ. 29. *in fi. poſt primum volum. conſ. Farinaccius* determinans ſufficere conjecturas hominis prudentis , quam citavi ſupra *num.* 5. quę non dixit ſimpliciter hominis , ſed hominis prudentis : quin ſua prudentia cognoſcet , quę ſint preſumptiones equipollentes preſumptionibus juris , vel urgentiores illis , & ſic iſta *deciſio* concordat cum aliis , in quibus exiguntur preſumptiones juris , provt etiam cum illis ad concordiam redigitur *deciſ. Coccin.* 408. *in illa Aſſiſien. cenſus de qua ſupra num.* 2. conjecturę etenim ibi ponderatę oriebantur ex facti ſerie , ex veriſimilibus circumſtantiis , ex publicis inſtrumentis ex quibus apparebat cenſum revera creatum fuiſſe ex pretio quarundam pecudum , & ex aliis creditis talibus qualibus , ut expoſitione dictę cauſę videri poteſt in manuſcriptis Rotę ; Imò apparebat etiam pecunias fuiſſe in ſacculo allatas pro monſtra , & ſtatim reportata , ut

dici-

dicitur in *Romana* , *seu Nepesina census* , 13. *Maii* 1624. *coram Manzaned. impressa à Cenc. post addition. ad tractatum de censibus decis.* 131. *sub num.* 9. *in qua dicta Assisiensis* allega-
74 batur , † Unde aderant præsumptiones violentæ (provt violentas dici eas , quæ ex propinqua facti circumstantia resultant dixere Adden. ad Bellam. in *decis.* 676. *ex cap. quorumdam* 44. *distinct.*) & sic , vel erant juris , vel certè æquipolentes . Idemque dicendum est de *decis.* 120. *ex impr. eff. à Cenc. post tract. de censibus* , ubi conclusum fuit , pecunias non remansisse penes venditorem census, id enim suadebant
75 concludentissimæ præsumptiones , † quæ viam habent probationis , ut inquit ibi Rota *num.* 6. ex Bald. in *leg. & qui in fi. ff. de distract. pig. & in cap. ad vestram de empt. & vendit. & in cons.* 380. *nu.* 3. *lib.* 5. Anchar. *cons.* 257. Dec. *cons.* 403. *num.* 12. Hieronym. Gab. *cons.* 74. *in princip. lib.* 1. Unde, & hoc idem est , quod aliis verbis dixit eadem Rota in *decis.* 207. *num.* 1. *post dict.* 2. *vol. cons. Farinac.* præsumptiones ad simulationem in fraudem alterius probandam esse debere admodum efficaces ; imò requiri dilucidas probationes ; cum quibus etiam revera concordat. Rota in *decis.* 5. *part.* 2. *rec.* ubi ex tribus vehementissimis conjecturis arbitrata fuit in constitutione census non interveniisse pecuniam , id est cum effectu, quamvis illa ostensa fuerit : sic pariter non discrepat Rot. in *decis.* 344. *num.* 3. *par.* 4. *in recentioribus* , ubi admittit , simulationem probari conjecturis , licet in casu suo alia ratione contrarium determinaverit ; Nec pariter dissentit. Rota apud Gregor. XV. in *decis.* 459. quam attuli *supra num.* 7. *in fi.* ubi *num.* 4. asserit simulationem in terminis nostris apertissimè probandam esse , & tamen *numer.* 6. *& seqq.* respondet ad quasdam conjecturas adductas , dicitque illas Rotæ non placuisse ; quasi si urgentiores fuissent ; placuissent.

76 Et † juxta hos terminos intelligitur etiam Covarr. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 7. *sub nu.* 3. *in fi.* ubi quamvis sequatur Doctrinam Dec. *in cons.* 123. judicantis quendam contractum de quo ibi ex conjecturis usurarium , illam tamen restringit , ita ut non quibuslibet conjecturis , nec omnibus , & singulis , quæ per Dec. referuntur , locus sit ad usuræ , & fraudis præsumptionem inducendam , sed Judicis rectissimi , & prudentissimi arbitrio ea res omnino delegetur ; non dixit simpliciter arbitrio Judicis , seu Judicis prudentissimi , & sic de his præsumptionibus loquitur , quæ sunt æquipollentes præsumptionibus legis per supradicta ; Quo fit , ut ita etiam intelligenda sit Rota *in decis.* 68. *num.* 1. *post* 2. *volum. cons. Farinac.* per me citata *supr. num.* 3. dum inquit simulationem probari conjecturis , quæ arbitrio Judicis remittuntur , & citat inter alios Covarr. *dict. num.* 3. & sic intelligitur secundum Doctorem , quem allegat ; unde cum aliis ad concordiam redigitur.

77 Hujus † autem ampliationis ratio affertur à Paul. de Cast. & post eum à Becc. locis supra citatis , quia nempe licet in jure fiat mentio de aliquibus conjecturis non tamen aliæ similes excluduntur : exempla enim non restringunt regulam . Imò ut aiebat Osasch. *dict. decis.* 42. *num.* 2. si duntaxat legis conjecturæ , & præsumptiones attendendæ essent , fieri vix posset , ut contractus aliquis probaretur simulatus, cum illæ facilè possint evitari tanquam à doctis cognitæ , ut in proverbio vulgo fertur , *fatta la legge , o trovato l'inganno* ; Cum itaque casus omnes lege minimè comprehendi potuerint , de similibus ad similia procedimus , *leg. non possunt ff. de legibus* . ita observat Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 84. *& de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 18. *&* 19. ubi merito concludit de præsumptione , & conjectura à lege non scripta judicandum esse quoad suum effectum , idem quod scripta , si tamen magnam cum scripta affinitatem habet , & similitudinem ; idque contingere , ubi abest eadem , vel major ratio . Et huc tendunt scribentes , dum inquiunt in materia simulationis maximè versari Judicis arbitrium , & signanter adstruunt *cons.* 656. Tiraqu. *de retract. conven. in proœmio nu.* 33. Bolognett. *cons.* 35. *num.* 1. Aym. *cons.* 156. *num.* 14. Natt. *cons.* 198. *num.* 16. Afflict. *decis.* 40. Paris. *cons.* 54. *num.* 8. *& cons.* 54. *num.* 21. *lib.* 1. Roland. *cons.* 47. *num.* 6. *lib.* 4. Card. Seraph. *decis.* 996. *num.* 4. & Rota *in illa Camerinen. bonorum cor. Pe-*
78 *nia de qua supra num.* 39. † non enim Judex in hoc latum habet arbitrium , sed à jure informatum , ut animadvertat an præsumptiones sint legis , vel saltem æquipollentes , & ita plerique ex prædictis in effectu se declararunt , & signanter Cravett. *num.* 5. & Roland. *num.* 30. *in fi.* Inde Judex in ratiocinando inspicere debet qualitatem personarum , rei , causæ simulandi , & contractus , ut in puncto , docet Cæpoll. *de Simul. contract. num.* 114. ubi ad hoc citat Bald. *in leg. cum antea Cod. de arbitr.* tu adde eundem Bald. *in cons.* 311. *vers.* 12. *volum.* 5. Cornel. *cons.* 346. *in fi. volum.* 1. Paris. *cons.* 54. *num.* 22. *volum.* 1. Cravet. *cons.* 156. *num.* 14. Menoch. qui alios etiam citat *de arbitr. iud. casu* 247. & Roman. *cons.* 54. *in fi.* & Burs. *cons.* 117. *num.* 20. & disponitur in *Constitutione Marchiæ, lib.* 5. *cap.* 26. Veritas enim , quæ in rebus occultis perspici non potest , subtilitati Judicis (non libero arbitrio) discutienda committitur , qui non ex uno duntaxat argumento , sed ex pluribus debet judicare *l. milites* , *§. oportet C. de quæst. leg. non omnes §. à barbaris* , *ff. de re milit.* cum aliis adductis à Bald. *in cons.* 144. *num.* 4. *in fi. lib.* 2. Cardin. Mant. in terminis nostris *tract. de tac. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 22. *numer.* 26. *tom.* 1.

Nec propterea contrarium voluit Rota , dum tenuit ad probandum simulationem verisimilem , leves conjecturas sufficere , ut in *decis.* 741. *numer.* 6. *par.* 3. *recentioribus* , quam attuli *supra num.* 1. cui benè concinit Gregor. XV. *decis.* 245. *num.* 7. *& seq.* non enim dicunt simpliciter simulationem probari , sed simulationem verisimilem † ipsa enim 79
verisimilitudo , quæ dicitur cognata Naturæ , ut ait Bald. *in cons.* 180. *numer.* 3. *vol.* 3. ad instar præsumptionis legis , transfert onus probandi in adversarium ; Unde & ipsa verisimilitudo meritò præsumptio juris potest appellari, ad text. *in cap. quod verisimile extra de præsumptionib.* & habetur per Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 20. *iuncto numer.* 6. Ex qua quidem verisimilitudine præsumptiones oriuntur , inquit Bald. *in leg. sive possidetis num.* 8. *ver. deinde dubitatur ibi* , *quarta causa C. de probat. & in leg. generaliter numer.* 26. *in* 7. *quæst. C. de non numer. pecun. & in l. nulla num.* 8. *ver. nam præsumpt. C. de iur. dot.* ubi ait præsumptiones legis adaptandas esse ad verisimilia , sequitur Pacian. ubi supra *num.* 21. stante itaque verisimilitudine , hoc est juris præsumptione reliquæ conjecturæ magis desiderantur pro adminiculis , quam ad probationem , & consequenter etiam hoc in casu verificatur alia propositio , quæ habet simulationem probari præsumptionibus juris , quibus affine est , quod adstruunt scribentes , † Contra solitum fœnerari facilius præsumi si- 80
mulationem , ac subindè leviores admitti præsumptiones Anchar. *in Clement.* 1. *§. cæterum de usur.* Cæpol. *de simul. contr. præsumpt.* 22. *num.* 70. † ubi quod is consuetus dicitur , 81
qui bis , vel ter usuras exercuit Cravet. *cons.* 73. Pereira *de extim. Emphyt. cap.* 13. *num.* 27. Valasch. *cons.* 56. *num.* 22. ubi ait sufficere si una tantum vice fuerit fœneratus , & leviori bus opus esse conjecturis contra solitam fœnerari per *Clement.* 1. *de usur.* urgentissimas exigi contra virum probum , ac integerrimum tradit Honded. *in cons.* 2. *numer.* 162. *lib.* 1. & Burs. *in cons.* 320. *numer.* 117. *lib.* 3. pulchrè Cardin. Mantic. *de tacit. & ambigu. convent. libr.* 8. *titul.* 24. *num.* 1. *& seqq.*

Et † ratio est , quia fœneratores , ut plurimum contra- 82
ctus usurarios sic occultè ineunt , ut vix de pravitate usuraria convinci possint *d. Clement.* 1. *§. cæterum de usur.* Card. Mantic. *de tacit. & ambigu. convent. dict. lib.* 8. *tit.* 24. *num.* 4. & nihil aliud excogitant , nisi cautelas pro evitanda conjectura usurarum , ut post alios advertit Mascard. *de probat. lib.* 1. *concluf.* 447. *nu.* 31. & sic magna contra Usurarium insurgit verisimilitudo ; qua stante , leviores admittuntur conjecturæ , ut jam dictum est , & tradit Cravet. *cons.* 258. *num.* 19. Gregor. XV. *decis.* 245. *num.* 8. † Et quæ opera- 83
tur , ut probent , quæ aliàs non probarent , latè Tiraq. *in l. si unquam in præfat. nu.* 5. Et ut fides habeatur testibus quibus aliàs non crederetur. Surd. cum relatis *dec.* 231. *nu.* 17. Greg. *d. dec.* 245 *n.* 9. *&* 10.

Sed † propriè loquendo ista qualitas , ut quis sit solitus 84
fœnerari est per se vehemens præsumptio legis , à jure cognita , & expressa signanter in *cap. illo vos in fi. extra de pignor.* ibi *præsertim cum usuras consueverit exercere* ; præter aliam generalem juris præsumptionem adversus eum militantem , ut nempè , semel malus in eodem genere mali , semper præsumatur malus *regula semel malus de reg. iur. in* 6. & ibi Doctores . Et idcircò hujusmodi contrahentis qualitatem inter præcipuas simulationis , & fraudis præsumptiones scribentes nostri connumerare consueverunt , & signanter post Cæpoll. ubi supra , & alios habetur per Cagn. in *leg.* 2. *nu.* 50. *ver. partem aliam contrariam* , ubi † remissivè dat practi- 85
cam probandi quem solitum esse fœnerari . Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 122. *num.* 29. *&* 105. Jos. Ludou. *in concluf.* 51. *ver. quarta coniectura* Card. Mant. *de tacit. & ambig.*

big. convent. lib. 8. tit. 24. num. 3. deducitur , & num. seq.

86 Farin. *de falsit. & simul. quæst. 162. num. 169. seqq.* † quibus in locis præfati Doctores post alios , quos adducunt , latè recensent cæteras simulationis præsumptiones à jure cognitas , de quibus etiam latissimè Mascard. *de probat. lib. 1. concluf. 438. cum seqq. usque ad concluf. 449.*

Non est igitur mirum si in solito fœnerari non requiritur exacta probatio ab extrinseco , quia contra eum militat cùm generalis, tum specialis legis præsumptio ex ipsius persona resultans , quę ex aliis quibuscunque conjecturis adminiculata, simulationem probat ; cum virtus præsumptionis juris sit attenuare ideſt efficere , ut leviores sufficiant probationes , ut supra deduxi num. 67.

Ex dictis itaque colligere possumus, ad probandam dictam simulationem , semper requiri , vel juris præsumptiones, vel æquales , aut majores , quæ hominis prudentis præsumptiones dicuntur , ex quibus benè probatis oritur sufficiens simulationis probatio præter Instrumentum , quod nempè pecunia fuerit simulatè , & ad ostensionem duntaxat numerata , & inscio Notario reportata .

87 Modo † tamen , præfatæ conjecturæ , & præsumptiones , particulariter deducantur , & unaquæque probetur duobus testibus , vel aliis legitimis probationibus , per gloss. communiter receptam in *l. fi. C. famil. Ercisc.* Bartol. *in leg. 1. ff. de qu.* Alex. *cons. 18. vol. 1.* Felyn. *in cap. 2. num. 2. de testibus* . Cæph. *cons. 225. num. 6.* Minsing. *singul. observ. 100. per totam* , cum aliis ; quos refert , & sequitur Burs. *in cons. 117. num. 21. lib. 1.* Jos. Ludov. *in concluf. 51. circa princ. vers. & dictæ* , ubi citat etiam Cagnol. *in leg. imaginaria nu. 8. de regul. iur.* & Bero. *in consil. 147. num. 31. lib. 2.* qui duntaxat dicunt probandam esse speciem simulationis , quod est , quid diversum , Intelligendo tamen prædicta juxta magistralem doctrinam Bellamerę *in dec. 688. nu. 2.*

Quando autem , & quomodo , una cum ipsa simulationis specie , probanda sit necessario etiam simulandi causa , dixi *in sequenti decis. numer. 1. & seqq.* In terminis itaque nostris utique præsumptivam probationem admittendam esse censui : an autem præsumptiones ex processu resultantes tales essent , ut ad hunc effectum sufficerent , in sequenti differemus.

ARGUMENTUM.

Contractus Censualis an & quando ex reportatione pecuniæ reddatur invalidus , & fœneratitius ad interpretationem *Constitutionis Pii V. super censibus* .

Simulatio contractus , & pecuniæ reportatio ex quibus detegatur.

Contractus in dubio an præsumantur legalis , vel fœneratitius.

SUMMARIUM.

1 *Simulatio non probatur coniecturis : si de causa simulandi nos apparet .*
Declara ut num. 5.
2 *Simulandi causa non data , nulla præsumitur simulatio .*
3 *Simulandi causa debet esse sufficiens idonea , & probabilis .*
4 *Simulandi causa esse debet de tempore contractus .*
5 *Simulandi causa quando probanda sit , & quando non .*
6 *Simulatio , quot coniecturis probetur .*
7 *Tractatus præcedens arguit usuram , & simulationem præsertim secuto effectu .*
Declara , ut num. 41. & 42.
8 *Correspectivitas ex actuum vicinitate præsumitur .*
Limita multipliciter ut n. 44. & seqq.
9 *Etiam in fraudem usurarum .*
Limita , ut n. 44. & seq.
10 *Naturæ census repugnat ut fructus anticipatè soluantur .*
11 *Simulatio ex pactis insolitis arguitur .*
Declara ut n. 50.
12 *Præcedentia , & subsequentia detegunt rei veritatem .*
13 *Simulatio probatur tam à priori , quam à posteriori , quam ab utroque simul .*
14 *Facti series plurimum facit ad simulationem detegendam .*
15 *Veritas quanto magis contegitur , & oppugnatur tanto magis expulsis tenebris in lucem progreditur .*
17 *Simulatio quo magis occultatur , eo magis fit manifesta .*
17 *Veritas est cunctis fortior .*
18 *Simulatio probatur per testes minus idoneos .*
19 *Simulatio probatur per testes singulares .*
20 *Contractus simulatus invalidus est , & nihil operatur .*
21 *Simulatus contractus dicitur coloratus , & depictus .*
22 *Simulatus contractus deficit in substantialibus .*
23 *Simulatus contractus figuram habet non essentiam contractus .*
24 *Census est nullus si pecunia reportetur etiam in extinctionem præcedentis debiti .*
Distingue ut num. 33.
25 *Census instrumentum dicitur falsum si notarius scribat pecuniam fore statim reportandam .*
26 *Soluere non censetur , qui pecuniam ita soluit , ut mox sibi reddatur .*
Declara ut n. 74. 76. & 77.
27 *Dominium quod momento durat uon habetur in consideratione .*
Declara ut num. 76.
28 *Actus qui momento durat non dicitur factus , nec habetur in consideratione .*
Declara ut nu. 76.
29 *Census confectus cum reportatione pecuniæ non sanatur nisi à Signatura Gratiæ .*
30 *Census in quo pecunia numerata fuit ante vel post illius creationem quomodo reddatur validus .*
31 *Debitum præcedens an transfundi possit in alium contractum quando solutio pecuniæ requiritur pro forma .*
Declara ut n. 73.
32 *Lex in præsumptione fundata non obligat in conscientia quando in particulari casu veritas est in contrarium .*
33 *Contractus redduntur invalidi , si probetur reportatio pecuniæ ex præcedenti conventione .*
34 *Censuali in contractu ex pecuniæ reportatione præsumitur præcedens conventio nisi probetur negativa .*
Distingue ut num. 75.
35 *Simulatio allegari non potest , nisi obtenta absolutione à juramento .*
36 *Clausula in instrumento census appositа , ut omnia pacta intelligantur iuxta formam constitutionis* Pii V. *quid operetur , & circa quæ pacta .*
37 *Fructus exacti , censu existente nullo extenuant sortem .*
38 *Contractus in dubio declarari debet Usurarius .*
Distingue ut n. 71. & 72.
Juris canoni scientia dirigit hominem , principaliter in Deum & tendit ad finem æternæ beatitudinis .
39 *Iuramentum suppletorium defertur alleganti simulationem census .*
Declara ut n. 69. & 70.
40 *Tractantur multa , quæ postea non fiunt .*
41 *Tractatus præcedens non arguit simulationem contractus ex intervallo celebrati .*
42 *Tractatus præcedens non inducit præsumptionem simulationis nisi partes convenerint de simulando .*
45 *Simulationis suspicionem tollit præexistens causa .*
44 *Correspectivitas non inducitur ex vicinitate actuum separatam causam habentium .*
45 *Correspectivitas ex vicinitate actuum arguitur quando actus fiunt in eadem re , &c.*
46 *Correspectivitas , seu simulatio non præsumitur ex instrumentis palam celebratis .*
47 *Correspectivitatis præsumptio cessat in materia pœnali .*
48 *Correspectivitatis , & simulationis præsumptio non inducitur ex vicinitate actuum cum diversis personis celebratorum .*
49 *Inesse non videntur , quæ fiunt in continenti in materia pœnali .*
50 *Pactum insolitum , & clausula insolita arguit simulationem quando ad illam occultandam ordinatur .*
51 *Fundamento sublato , corruit super ædificatum .*
52 *Coniecturæ ex quibus arguendus est dolus non debent posse accipi nisi in mala parte .*

53 *Frau-*

53 *Fraudis, & simulationis suspicio cessat quando quid fieri sine fraude potuit.*
54 *Facta non præsumuntur nisi probetur.*
55 *Simulatio in dubio non præsumitur.*
56 *Specialium duorum concursus non admittitur.*
57 *Præsumptionem duarum concursus denegatur.*
58 *Possidere ex causa præambula quando quis non præsumatur.*
59 *Simulatio præsumptionibus non minus excluditur, quam probetur.*
60 *Contractus palam factus præsumitur bona fide & absque labe usurarum celebratus.*
61 *Validus præsumitur actus potius quam invalidus.*
62 *Usurarum præsumptio an excludatur ex personarum qualitate.*
63 *Iuramento an excludat simulationis exceptionem.*
64 *Solutio fructuum diuturna an sit pecuniæ numerationem in census constitutione, & actus validitatem saluatur.*
Antonin. Variat. resol. lib. 1. resol. 33. nu. 6.
65 *Verisimile quod non est, imaginem habet falsitatis.*
66 *Factum non præsumitur quod fieri non consuevit.*
67 *Præsumptiones conformes publicis scripturis præferuntur contrariis coniecturis.*
68 *Præsumptiones ordinatæ ad sustentandum actum præferuntur aliis, quæ ad infirmandum tendunt.*
69 *Iuramentum suppletorium quando deferatur ad simulationem probandam.*
70 *Iuramentum suppletorium an deferatur in causis magnis.*
71 *Coniecturis non est opus in claris.*
72 *Contractus an in foro externo præsumatur legalis, vel simulatus, & fœneratitius & quid in foro interno.*
73 *Contractus mercatorii soliti fœnerari præsumitur usurarius in utroque foro.*
74 *Census quando sit validus si pecuniæ reportantur in extinctionem præcedentis debiti, vel alia de causa.*
75 *Solutio momentanea dominium acquirit.*
76 *Ex pecuniæ reportatione in creatione census an, & quando præsumatur conventio præcedens.*
77 *Dominium momentaneum attenditur quando actus momentaneus iam produxit effectum suum.*
l. qui sic, ff. solutionibus *declaratur*.

DECISIO XXVIII.

STante conclusione, de qua in præcedenti decisione ut in hac causa in qua Queiratia dat de simulatione, & fœnore census ex gestis extra instrumentum, & sic ex prætensa reportatione pecuniæ facta à Domino Rebuffo ipsius census venditore, admittenda sit præsumptiva probatio, reliquum est, ut videamus an probationes per Queiratiam adversus Rebuffum adductæ ejusmodi sint, ut in hoc judicio obtinere debeat, & antequam ad articuli disceptationem
1 accedam, præmitto quod † quamvis regulariter, ubi deficit directa probatio, & agitur præsumptionibus, & conjecturis, non sit satis ipsam probare simulationem, nisi etiam causa probetur simulandi juxta celebre *cons. Bartol. 65. numer. 3. & seq. lib.* 1. Paul. de Castr. *in consil. 261. col. 2. in princ. l. 2.* pulchrè Cæpoll. *in tract. de simul. contract. numer. 77. ver. & quod dixi* cum aliis quos congerit Farinac. *de fals. & simul. quæst. 162. num. 139.* novissimè Cyriac. *num. 1.* Rota *decis. 344. num. 2. & 3. par. 2. in recentiss. & in Romana casalis Iuris vergatæ 22. Iunii 1629. coram R. P. D. Pirovano & in decis. 68. num. 1. & decis. 75. num. 1. ex impressis post 2. volum. cons. Farinac.* & advertendum in praxi, ne actor succumbat, admonuit Cæpol. *in tract. de simul. contract. præs. 26. num. 83.*

2 Quodque † ubi nulla datur causa simulandi, nulla quoque possit simulatio præsumi *l. patronis ff. de probat.* Bartol. *d. cons. 65. num. 2. & 3.* Bald. *in l. ab Anastasio numer. 11. & 12. C. mandat.* Alex. *cons. 111. num. 1. lib. 3. & cons. 28. nu. 12. lib. 5.* Rimin. jun. *cons. 62. num. 7. lib. 1.* Rota *decis. 1. numer. 2. de donat. in nou. & in decis. 137. numer. 3. ex impressis post 2. vol. cons. Farinacc. & in decis. 776. numer. 1. par. 4. diversi. & in decis. 24. numer. 2. par. 1. in recentiss. & in Brixien. confidentiæ 5. Iunii 1591. coram Penia. Impress. penes* Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 52. & in Romana bonorum de Ciolis 2. Decembris 1598. coram eodem Penia.* Sintque inefficaces quæcunque conjecturæ, si causa cesset Rot. *dec. 307. num. 11. par. 1.* in recentior. *& decis. 677. sub numer. 5. ver.* unde applicatur *par. 2. in rec.* & alias ut per Beltram. ad Greg. *decis. 157. numer. 27.* ubi pulchrè de materia idemque firmat Bertazzol. *inter cons. Farinac. cons. 40. nu. 60.*

Et † ejusmodi causa debebat esse sufficiens, & idonea 3
ut benè per Bertazzol. *inter cons. Farinacc. lib. 1. dict. consil. 40. num. 60.* probabilis, & verisimilis Mandel. *cons. 9.* Honded. *cons. 41. num. 28. l. 2.* Rota *decis. 417. num. 1. par. 2.* in recentior. Beltramin. aliam etiam decisionem adducens ad Greg. XV. *decis. 157. num. 27.*

Et quidem † de tempore contractus, cum non sit satis 4
si supervenerit Bal. *in l. 1. num. 16. quæst. 10. C. si ser. exte.* ubi ait menti tenendum. Natt. *cum relat. cons. 628. numer. 20.* alios refert, & sequitur Farinac. *d. quæst. 162. num. 137.* quibus adde Bossium *in pract. crim. tit. de bonis publ. numer. 45.* cum multis *seqq.* Rotam *decis. 776. in fi. in noviter novissimis.*

In casu tamen nostro nulla causa probanda erat † quia di- 5
cta regula procedit in simulatione quæ removet consensum ab actu, nempe quando contrahentes verè nihil agunt, sed fictè contrahunt; secus quando sub figura unius contractus, alium in fraudem usurarum facere intendunt provt prætendebatur in casu isto; tunc enim causa ipsa lucrandi usuras est evidens, unde alia probanda non est Farinacc. *d. quæst. 162. num. 139.* & Beltramin. *d. num. 27. in fi.* quorum uterque ponit alias limitationes, & ampliationes ad dictam regulam, quibus addo, quod neque necessaria est causæ probatio in simulatione non prohibita, sed permissa de persona ad personam, ut unus habeat nudum nomen, substantia verò negotii ad alium pertineat *l. qui mihi donatum ff. de donat.* Anchar. *cons. 127. in prin. ver.* sed plura Rotæ *dec. 140. num. 2. in fi. par. 1. in rec.* & ita notat Decius *in cons. 543. sub num. 19. ver.* & supradicta; maximè sequitur Gratian. *discep. forens. tom. 1. cap. 450. in fi.* & in omnem casum ad cautelam dici poterat causam simulandi fuisse, quia cum dicta societas non esset solvendo, & Rebuffus coactus fuisset acceptare dictam cessionem cum fortè de Queiratia minus confideret, nec ille haberet pecuniam promptam qua mediante solutionem facere posset; Rebuffus per viam census voluit, & sortem, & fructus cautelare.

Rursus præmitto † sufficere binas conjecturas ad simula- 6
tionem probandam juxta com. opinionem, de qua testatur Cravett. *in cons. 156. num. 7.* & magis com. de qua Paris. alios referens *in cons. 55. num. 29. lib. 1.* & innumeros affert, ac de communi testatur Mascard. *de probat. conclus. 447. num. 2. & seqq.* ubi rationem reddit, quia nempe in hac materia in qua probationes directæ haberi non possunt, præsumptiones loco testium sunt subrogatæ; at duo testes in quacunque materia directa sufficiunt, ergo in indirecta, & duæ præsumptiones; cum subrogatum sortiatur naturam ejus, in cujus locum subrogatur; quæ ratio penes me non est tuta sed non insisto; quia non est præsentis speculationis. Hęc verò procedunt, etiam si agitur de probanda simulatione in fraudem usurarum facta, ut tradunt plurimi, quos congerit Farinacc. *de fals. conclus. 161. num. 106.* & melius Becc. *in cons. 52. nu. 47.* ubi de magis com. testatur.

Vel ad summum requiruntur tres arbitrio Judicis ut per Becc. cum relat. ubi supra *ad fi.* Menoch. *de præsumpt. leg. 3. præsump. 122. num. 7.* Farin. *loco cit. num. 108.* quam sententiam latè defendit Cępol. *de simulat. contract. in 6. casu principali nu. 104. & seqq.*

Quę cum ita sint dicebatur ad favorem Queiratię pronun- 7
ciandum, constare scilicet de simulatione, & fœnore censu; & quidem per plurimas præsumptiones, & conjecturas; quarum prima resultabat ex precedenti tractatu usque de anno 1610. habito inter Ansaldum, & fotiam ex una & Rebuffum ex altera de submittendo bona Queiratię censui perpetuo pro summa librarum octo millium ad favore Rebuffi in satisfactionem crediti eidem Rebuffo à dicta societate adversus Queiratiam cedendi † ex quo precedenti tractatu magnam oriri conjecturam fœnoris, & usurę tradit Bald. *in consil. 21.* venio igitur *lib. 4.* Capoll. *de simul. contr. numer. 15. in princ.* cum aliis relatis per Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 442. num. 11. & 12.* Jos. Ludovic. *concl. 51. ver. secundo coniectura* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 44. & 65.* Farinacc. *de falsit. quæst. 162. num. 216.* præsertim cum effectus sequutus fuerit ut per Card. Mantic. *in tract. de tac. & ambig. convent. lib. 3. titul. 35. num. 18. in fi.* Et quod probatio

batio tractatus, concluſionis, & cauſæ ſimulandi ſit modus probandi ſimulationem, firmavit Rota *in Romana ſimulationis cenſus 6. Aprilis* 1601. *coram Iuſto* quæ eſt *deciſ.* 128. *num.* 1. ex impreſſis in calce *tract. Cenc. de cenſib.* ubi ad hoc citatur text. *in cap. ad* noſtram *de empt. & Vend.* & Bero. *conſ.* 17. *num.* 11. *lib.* 1. quod autem ſequutus fuerit effectus, patet, quia cenſus poſtinde ſuper bonis Quæriatiæ creatus ad favorem Rebuffi, eſt in effectu ejuſdem ſummæ, ut oſtendam infrà in quarta conjectura.

Secunda præſumptio reſultabat ex eo quia concordia tandem & ut dicebatur in executionem præfati tractatus inter Anſaldum & fotiam ex una, & Rebuffum ex altera inita, & venditio cenſus à Quæriatia ipſi Rebuffo facta fuit eadem
8 die, & coram eiſdem notario & teſtibus † ex qua actum vicinitate præſumitur correſpectivitas, & unus contractus alterius gratia celebratus gloſ. *in l. ut iuſiurandi in princ. in ver. libertatis ff. de oper. libert.* Bald. *in leg. petens num.* 49. *C. de pact.* Alex. *conſ.* 90. *col. ult. ver. nec habent obſtare lib.* 2. Corn. *in conſ.* 61. *col. pen. lib.* 3. ubi defendit contractus emptionis, & depoſiti, eadem die, & coram eiſdem not. & teſtibus celebratos cenſeri correſpectivos, & antea præordinatos, ſicque unum cauſa alterius confectum, & unum tribuere legem alteri, & poſt alios Menoch. *in tract. de Præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 12. per totam ubi plurimas inde deducit illationes Cyriac. noviſſimè *controverſ. forenſ. lib.* 2. *contr.* 219. *num.* 66. & cenſetur iſto caſu unum contractum ineſſe alteri *l. lecta ff. ſi certum petat.* & arguit ſimulationem Bald. *in l.* per diverſas *in fi. C. mand.* cum aliis, quos longo ſtylo recenſet Farinac. *de falſ. quæſt.* 162. *nu.* 146. *& ſeqq.* referendo, & remittendo benè exornat Rolan. *in conſ.* 47. *nu.* 11. *lib.* 2. Cyriac. *d. controv.* 219. *n.* 68.

9 Etiam † in fraudem uſurarum Pariſ. *conſ.* 86. *lib.* 3. Aymo. *conſ.* 156. *num.* 11. Natt. *conſ.* 198. *num.* 11. Hippolit. Rim. *conſ.* 233. *num.* 35. Rota *in Senogallien. cenſus* 26. *Aprilis* 1557. *coram Penia, quæ eſt deciſ.* 122. *num.* 2. *ex impreſſis à Cenc. poſt tract. de cenſibus duplicata inter recentiores par.* 4. *deciſ.* 5. ubi ex eo quia eodem die, & coram eiſdem notario, & teſtibus fuit inter partes celebratus contractus venditionis quorundam bonorum, & mercium, & creatus cenſus, fuit dictum præſumi ſimulationem, & non numerationem pecuniæ, provt in terminis noſtris prætenditur.

Tertio conjectura deſumebatur ex eo, quod dictus contractus cenſus celebratus fuerit die 17. Martii, in eo tamen adiectum pactum, ut fructus in fine cujuslibet anni ſolvendi, inciperent currere à die prima ejuſdem menſis, quod
10 quidem præterquam † quod repugnat naturæ contractus & eſt contra conſtitutionem Sanctiſſimæ mem. Pii Quinti, *ſuper cenſibus*, ut etiam poſt alios noviſſimè obſervat Duar. *de Cenſib. §. 3. quæſt. 2. numer.* 14. *& quæſt. 3. per totam*, *&*
11 *quæſt. 5. num.* 17. eſt etiam pactum † inſolitum, pacta autem inſolita ſimulationem arguunt Ant. de Butr. *in capit. illo vos num.* 4. *in 3. not. ext. de pignor.* Cæpoll. *in tract. de ſimul. contr. num.* 48. Pariſ. *conſ.* 54. *num.* 77. *& conſ.* 55. *nu.* 51. *&* 57. *lib.* 1. Cæphal. *conſ.* 325. *num.* 30. Farinacc. cum relat. *in conſil.* 40. *nu.* 13. *lib.* 1.

Quarta denique conjectura proficiſcebatur ex fide Magiſtratus Monetar. ex qua apparebat in ſeutis 888. auri pro quibus cenſus venditus fuit, intrare præcisè libras octies mille, quas idem Quæiratia ſocietati debebat, & de quibus jam biennio ante fuerat tractatum creandum eſſe cenſum; Rurſus in eadem concordia eadem die inita apparet Rebuffum in una manu quietaſſe d. ſocietatem præcisè de libris octies mille, nec ſpecificatur quomodo, & in qua ſpecie monetæ receperit, denique de menſe Octobris ejuſdem anni apparet Quæriatiam reportaſſe à dicta ſocietate quietationem pro dd. libris 8000. abſque ulla numeratione,
12 & ſic † ex præcedentibus, & ſequentibus detegitur rei veritas Angel. *conſ.* 143. *num.* 9. Cardin. Seraphin. *dec.* 660. *numer.* 2. & oritur præſumptio ſimulationis Bald. *conſ.* 21. *colum.* 2. *ante med. ver. nam animus lib.* 4. per text. *in l. apud celſum in princ. ff. de except. dol. & in l. fulcinius §. quid ſit latitare ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur* Cagn. *in l.* 2. *poſt num.* 60. *Cod. de pact. inter empt. & vend.* Decian. *conſ.* 62. *num.* 23. *in fi. lib.* 3. Farinac.
13 alios referens de *falſ. quæſt.* 162. *num.* 227. & † ſimulationem probari tam à priori, quàm à poſteriori, quàm ab utroque ſimul tradit idem Bald. *in leg. multum num.* 2. *ver. ſed quomodo C. ſi quis alteri, vel ſibi* quod verius eſſe dixit Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 18. *idem* Mantic. *in deciſ.* 325. *num.* 6. ubi alios refert Rota *in deciſ.* 806. *num.* 5. *par.* 1. *diverſorum*; Et † ſeries facti plurimum confert ad ſimulationem detegendam Jaſ. *in leg. prætor §. ſi initium ff. de edend.* Decius *in conſ.* 546. *num.* 13. Rota *deciſ.* 254. *num.* 1. *ex impreſſis poſt* 2. *vol. conſ. Farinacc.* & magis reddatur ſuſpectus cenſus ex quo creatus eſt in diverſa moneta nempe in ſcutis aureis 888. quæ ſumma in illa moneta videtur inveriſimilis, & in numero ſatis inconſueto, poterant enim perficere ſcuta 900. vel ſaltem 890. ſed ita egerunt quia d. ſumma conſtituit numerum librarum 8000. à Quæiratia d. ſocietati debitarum, & ſic † veritas quanto 15
magis conteritur, & aſtutiis oppugnatur, tanto magis expulſis tenebris in lucem progreditur inquit Paul. de Caſt. *in conſ.* 23. *ſolet aromatum in princ. lib.* 1. & † quo magis partes 16
ſtudent valere, & occultare ſimulationem, tanto magis fit illa manifeſta inquit Cravett. *in conſ.* 156. *numer.* 11. *ver. ſed quo magis*, & ante eum dixerat Bald. *in l. executorem C. de execut. rei iud. & in conſ.* 284. *l.* 3. qui ad hoc affert illud *Eſdræ* † 3. 3. 10. *forte eſt Vinum, fortior eſt Rex, fortiores ſunt mulie-* 17
res; ſuper omnia autem vincit veritas.

His accedebant tres teſtes qui ex præcedenti tractatu concludebant dictum Cenſum conflatum fuiſſe ex dd. pecuniis à Quæiratia debitis Anſaldo, & fotiæ, aureaſque monetas fuiſſe duntaxat oſtenſas, & inde reportatas.

Quibus non videbantur obſtare exceptiones illis pro parte Rebuffi obiectæ, quia † cum ſimulationes communiter 18
fiant in ſecreto, & ſint difficilis probationis admittuntur inſubſidium teſtes minus idonei Corn. *conſ.* 63. *col.* 3. *ver. tertio reſpondetur volum.* 1. Seraph. *de privileg. iuram. privil.* 59. *ſub num.* 26. *ver.* & ideo Honded. *conſ.* 46. *num.* 12. *volum.* 1. Card. Tuſc. *in verb. ſimulatio concl.* 264. *num.* 15. ubi in ſpecie de teſtibus familiaribus, & negotiorum geſtoribus † & ſingula- 19
ribus, ut poſt alios quos referunt tradunt Maſcard. *de probat. concluſ.* 447. *la ſeconda num.* 5. *lib.* 1. & Farinacc. *de teſtibus quæſt.* 64. *num.* 271.

Contractus † itaque prædictus uti ſimulatus, nec vali- 20
dus fuit, nec quicquam operatur Bal. *conſ.* 65. *lib.* 1. Calcan. *conſ.* 36. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 54. *num.* 29. *& ſeqq. lib.* 1. ubi pulcrè exornat (intelligendo tamen ſecundum ea, quæ tradunt DD. relati à Farinacc. *de falſ. & ſimulat. quæſt.* 162. *num.* 10. cum *ſeqq.*) & ratio eſt, quia dici non poteſt contractus verus, ſed coloratus, & depictus, qui cum extrinſecus aliquid apparet, intrinſecus caret ſubſtantia *leg. ab Anaſtaſio C. mand.* Bald. *in l. & qui C. de diſtr. pign.* ubi quod ſimulatio appellatur imago, quæ habet ſuperficiem veri, ſed non medullam veri Tiraquell. *de retr. lign. §. 1. gloſſ. 2. num.* 12. *& ſeqq.* cum aliis relatis per Becc. qui benè exornat in *con.* 51. *num.* 35. *& ſeq. l.* 1. Farinacc. *in conſ.* 42. *num.* 24. *lib.* 1. Card. Mantic. *deciſ.* 325. *num.* 1. Rota *in Romana cenſus* 1. *Febr.* 1616. *coram Coccino*, quæ eſt *deciſ.* 741. *num.* 3. *par.* 3. in recentioribus † & contractum ſimulatum non eſſe contra- 22
ctum, quia deficit in ſubſtantialibus, nempe in conſenſu, cum non dicantur contrahentes verbo dixiſſe quod gerebant in mente, docuit etiam Bar. *in l. nemo poteſt num.* 11. *de legat.* 1. Bald. *in leg.* 1. *C. plus valere quod agitur* Socc. ſen. *conſ.* 65. *num.* 14. *lib.* 1. Rota *d. deciſ.* 741. *num.* 3. & † contractum ſi- 23
mulatum, quamquam figuram habeat contractus, eſſentiam tamen non habere dixi Bal. *in l. precibus C. de Impub. Padilla in l. cum ea de tranſaction.* Cævall. *in ſpecul. com. contra comm. quæſt.* 804. *num.* 16. & ſignanter † reportationem pe- 24
cuniarum factam ab emptore cenſus annullare contractum, etiam ſi id cedat in extinctionem præcedentis debiti, & contrahentes dici contraveniſſe conſtitutioni Pii V. tradit noviſſimè Duard. *in tract. de cenſibus §. 2. quæſt. 4. per totum* ubi multipliciter ampliat, & limitat & Azor. *par. 3. inſtit. Moral. lib.* 12. *de cenſib. cap.* 8. *q.* 1. Filliucc. *tom.* 2. *qq. moral. p.* 2. *tract.* 35. *c.* 3. *q.* 2. quibus addo Honded. *conſ.* 35. *num.* 15. *lib.* 2. & Maſtrill. *deciſ.* 262. *num.* 17. *& ſeqq.*

Imò † ſi notarius ab initio ſciviſſet ſtatim confecto in- 25
ſtrumento pecuniam fore ab emptore reportandam, & nihilominus ſcripſiſſet venditorem habuiſſe, & recepiſſe pecuniam, inſtrumentum falſitatis vitio ſubiaceret Cardin. Mantic. *de Tacit. & Ambig. convent. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 16. Paull. Bellon. *de poteſt eorum, quæ fiunt in continenti lib.* 1. *cap.* 85. *ſub num.* 4. licet ſecus ſit quando de ejus ſcientia in factum 26
fuiſſe minimè apparet Alciat. *in l.* ſingularia *num.* 77. *ff. ſi cert. petat.* Maſtrill. *dec.* 262. *num.* 38.

Quod potiſſimum deducunt ex *l. qui ſic ſoluit.* 55. *ff. de ſolution.* ubi quod ſoluere non cenſetur, qui pecuniam ita ſolvit,

vit ; & mox ſibi reddatur , & conſequenter deficit vera pecuniarum ſolutio à dicta *Conſtitutione Pii* requiſita ; & dicitur in legem committere qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem , *l.non dubium C. de legibus* , & ibi Bald. *in princ.* & Jaſ. *num.4. cap.ſi poſt quam de elect. in 6.* & eſt text. apertus in *l. contra legem in ſi. & in leg. fraus legiff. de legib.* Corn. *conſ.29.num.13.lib.3.* Honded. *conſ.35.num.21.&*
28 *ſeq. vol. 2.* nec † dominium quod temporis momento durat habetur in ulla conſideratione *l. final. in fi. Cod. de bonis quæ l. Bar. in l.fi.C. de cond.inſt.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 14. num.83.* Paul. Bellon. in puncto in *tract. de poteſt. eorum quæ fiunt in cont. lib.1.cap.83. nu. 3.* Et paria ſunt , quid non fieri , vel ita fieri ; ut non duret Surd. *conſil.190.num.9.* Bellon. *ubi ſup. ſub numer. 5. & 6.* & ibi ait in jure non haberi rationem ejus actus , qui non duravit poſt Surd. *conſil. 179. numer.51.*

29 Adeo ut † qui cenſum tali pacto celebratum ſuſtinere vult , alia via non poſſit , niſi illum ſanari obtineat à Signatura Sanctiſſimi , provt pluries conſtito de veritate antecedentis crediti reſolutum fuiſſe pro ſanatione , teſtatur Marcheſan. *de Commiſſ. Appell. in cauſ. camer. oblig. par.1. §.2.nu. 49.uſque ad 51.fol.793.par.1.* & paſſim de facto ad eandem ſignaturam recurritur , in qua Sanctiſſimus gratioſè reſcribere ſolet cum dicta clauſula conſtito de vero credito . Idem-
30 que † quando numeratio verè fuit facta non præſenti pecunia , ſed per aliquot dies ante vel poſt cenſus creationem , ut teſtatur Antonin. *Variar. reſol. lib.1. reſol.44. ſub num. 10.* ubi aſſerit ſe ordine Sanctiſſimi approbaſſe contractum cenſus , in quo numeratio facta fuit poſt dies decem à celebrationes contractus.

31 Et † quamvis Surd. *in conſ.162.n.42.vol.2.* ſenſerit debitum præcedens transfundi poſſe in alium contractum , etiam in materia , in qua pro forma requiritur ſolutio pecuniæ , ut in mutuo , in cujus opinione inclinaſſe videtur in terminis noſtris Gratian. *diſcept. for. c. 652. num.11. & ſeq. 10. 4.* hæc tamen ſententia in foro fori nullo pacto videtur admittenda, licet ſalvari poſſit in foro poli ; eo quia cum dicta *Conſtitutio Pii* fundata ſit in præſumptione fraudis , ſuccedit regula
32 quæ habet † legem in præſumptione fundatam non obligare in conſcientia , quando in particulari caſu veritas eſt in contrarium *cap. is qui c. tua extr. de ſponſal. & utrobique* notatur Navar. *in Manual. cap. 17. ſub numer. 301. ver. nota quarto* Molfeſ. *in Summa par. 2. tract. 12. cap.7. numer. 88.* Filliucc. *tom.2. quæſt. moral. par. 2. tract.35. cap. 3. quæſt.3.numer.314. & quæſt. 2. num. 309.* nec diſſentit Bald. *in leg. eum qui numer. 14. ver. in tertio caſu C. de iur. & fact. ignor. & in l. ea quæ num. 2. ver. ego puto C. de condit. indeb. & in l. ſi ex cautione num. 18. de non numer. pecun.* Imol. *in cap. ultim. num.32.ver. ſed adverte de ſolut.* Abb. & Felyn. *in c. vigilanti de præſcript.* idem Fely. *in cap. 1. num.41. de conſtit. & in c. ſi cautio num. 44. alias num.50. ver. fallit. 2. extr. de fide inſtrum.* Valer. *in differen. utriuſque fori in verb. lex differ. 12.* Homobonus *in exam. Eccleſ. par. 1. tract. 5. cap. 8. quæſt. 53.* cum per eum relatis Layman. *in Theol. moral. tract 4. cap. 2. num. 4.* Fernand. *in exam. Theol. moral. p. 2. cap. 4. §. 3. nume.4.* Megala *in 2. 2. lib. 2. cap. 7. quæſt. 2. nu. 55.* Diana ad plura inferens *reſol. moral. par. 1. tract. 10. de legib. reſolut. 17.* alios plurimos , tum Legiſtas , tum Theologos adduxit , juribuſque , ac rationibus comprobavi in *deciſ.162.num.11. par.2.* Anton. Conciol. *alleg.25. num.17.* ubi hanc meam deciſionem citat , & comprobat. tametſi Beccanus apud eum hanc dubiam appellet ſententiam , & aliqui etiam diſſentiant , qua in re diſtinguendum eſt , ut per Suar. *de legibus lib.3. cap. 23.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.18. tit.6. in fi. to.2.* qui tametſi in aliis terminis loquatur eadem tamen ratio in caſu noſtro militat & in terminis noſtris dictam opinionem tenuerunt Navar. *de Uſur. nu.121. quæſt.31. & num.88. ante fi. ver. eſt autem quæſtio* Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap. 652. numer.14. & ſeqq.* Card. Mantic. *in tract. de Tacit. & Ambig. convent. lib. 18. titul. 6. in fin. tom. 2.* Maſtrill. cum per eum relatis *in deciſ. 262. numer. 11. & 12.* Duard. *de cenſibus §. 2. quæſt. 3. num. 10.*

Imò Bocacc. *in tract. de cenſibus p. 1. ſub num.52. ver. de hac reſolutione* impugnat dictam Navarri doctrinam etiam in foro interno , ex eo quia non poſſit quis tuta conſcientia contravenire formæ à S. Pontifice traditæ , ſed non eſt à dicta com. opin. recedendum ob allatam rationem licet id non ſit præſentis ſpeculationis cum verſemur in foro externo , in quo dicta Conſtit. obligat , & annullat contractum contra formam ab ea traditam celebratum . Nec obſtare videtur quod in caſu noſtro de hujuſmodi pacto , & conventione præcedenti non conſtet ; quia † quidquid ſit in cæteris 33
contractibus , qui ita demum ex pecuniarum reportatione redduntur invalidi , ſi probetur ejuſmodi conventionem de pretio reportando præceſſiſſe ut habetur ex Aretin. *Inſtitut. de litterar. oblig. §. 1. numer. 10.* Bertazz. *in tract. de Clauſul. Inſtrum. clauſ.34. gloſ.8. nu.3. & in addit. ad conſ. crimin.544.* Bertazz. *ſui genitoris ad ſi. ver.* non *reprobantur* , quos refert , & ſequitur Cenc. *in tract. de cenſib. p. 2. cap. 1. qu. 1. art. 7. num. 25.* & Duard. *de cenſib. §.2. quæſt.3. num.5.* & univerſaliter eſt de mente Baldi relati à Roland. *in conſ. 48. num. 14. vol. 4.*

In † hoc tamen cenſuali contractu in quo pro forma re- 34
quiritur verè pecuniam numerari , & prætio effici venditoris cenſus ; conventio prædicta preſumitur præceſſiſſe etiam ſi non probetur ; quia in materia ſuſpecta ex ſola reſtitutione præſumitur fraus & præcedens pactio , ut per Bald. *in leg. per diverſas quæſt. ult. C. mandat.* & Felyn. *in cap. ſi cautio nu. 53. ad ſi. de fide inſtrumentorum* , & in terminis Cenſus Honded. *conſ. 35. num. 13. 14. & 42. lib. 2.* clarius Paul. Bellon. *de poteſt. eorum quæ fiunt in continent. lib. 1. cap. 83. numer. 5.* plenius Maſtrill. *in deciſ. 262. numer. 23. cum ſeqq.* & hoc eſt quod dicebat Paul. de Caſtr. *in d. l. ſingularia num. 37.* quod quando res ſtatim reſtituitur , lex habet talem traditionem pro ſuſpecta , ita ut ſi pecunia reſtituatur in cauſam præcedentis debiti , contractus reddatur nullus , niſi probetur id factum fuiſſe abſque præcedenti pactione , ut tradit Duard. *loc. mox cit. num. 7.* qui inquit id conſtare ex Bertazz. & aliis apud Cenc. proximè adductis, & ſic ſecundum eum probatio negativæ transfertur illum , qui aſſerit pactum præfatum minimè præceſſiſſe.

Minus refragatur Queiratiam juraſſe omnia contenta in 35
inſtrumento cenſus eſſe vera ; quia † admiſſa etiam opinione , quæ in effectu verior eſt , ut non poſſit dari de ſimulatione , niſi petita prius abſolutione ab hujuſmodi juramento , ut per Soccin. *in conſ. 5. numer. 3. lib. 1.* Curt. *conſil. 108. num. 13.* Roland. *conſ. 47. num. 31. lib.4.* Surd. *conſ.165. num.2. & 7. volum. 2.* & firmat Rota *in deciſ.5.nu.4. par.2. in recent.* ubi ad hoc citat tradita per Galleſ. *in ſua prax. obl.cam. in 2. q. ad quartam partic. num. 3. & 4.* In caſu tamen noſtro ex proceſſu conſtabat Queiratiam ante motam litem impetraſſe à me abſolutionem ad effectum agendi , & de juribus ſuis experiendi.

Denique obſtare non videbatur clauſula generalis in in- 36
ſtrumento appoſita ; reducens formam dicti cenſus ad diſpoſitionem conſtitutionis Pii V. quia † quamvis ejuſmodi clauſula ſuffragari poſſit quo ad cætera pacta , quæ illius virtute pro non appoſita habentur , quatenus eidem Bullæ adverſantur , & præſervet jus proteſtationis , & validitatem cenſus , perinde ac ſi celebratus fuiſſet ſine illis pactis , & in omnibus , & per omnia ſecundum formam , & tenorem dictæ conſtitutionis , ad notata per Bar. in *leg. non ſolum §. morte num. 24.* Alex. *numer. 13. cum ſeq. de nou. oper. nunc.* Abb. *in c. cum M ferrarienſis ſub num. 15. de Conſtit.* Alex. *conſ.27. num.4.* Puteus *deciſ.32.num.3.lib.2.* & in terminis dictæ conſtitutionis Pii V. ſuper Cenſibus tradit Hier. Gabr. *conſ. 47. num. 7. lib. 2.* Rota *deciſ. 95. num. 10. ex Impreſſis poſt tract.* Cenc. *de cenſib. & in deciſ. 124. num. 1. ex impreſſis poſt 2. volum.* Farinac. In duobus tamen pactis nullatenus ſuffragatur , videlicet ſi cenſus creatus fuit ſuper re non fructifera ſeu mobili , vel ſi factus non in pecunia numerata verè , & cum effectu ut per Car. Cavaler. *in deciſ. 509. per totam* . Et ratio eſt , quia in his duobus conſiſtit forma cenſus , ut per Gutt. *pract. qq. lib. 2. quæſt. 176. num. 5. ver. vel ſecundo* Rota *deciſ. 146. num. 3. & 4. ex impreſſis in calce tr. Cenc. de cenſib.* Videbatur itaque dictus cenſus declarandus fæneratitius , & uſurarius ac ſubinde fructus † per 37
ſpatium annorum viginti exactos in ſortem computandos , per text. *in c. ad noſtram* , ibi , *ad reſtituendas domos* ; *& olivas* ubi hoc notant gloſ. & communiter DD. *extr. de empt. & Vend.* & tradunt etiam DD. *in c. illo vos de pignor.* Pariſ. *conſ.54. numer. 79. lib. 1.* Soccin. jun. cum per eum relatis *in conſ. 104. lib.3.* Ioſ. Ludou. *in concl. 51. ver. & quando contractus* , ubi atteſtatur de magis com. opin. & ait ita per eum , & ſuos collegas in Rota Senenſi fuiſſe judicatum Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt. 122. num.5.* plurimos refert , & ſequitur Farinac. *de falſit. quæſt.162. num.31.* quibus adde Rotam *in deciſ. 189. poſt 2. volum. conſ. eiuſd.* Farinac. & quate-

nus

nus etiam præſumptiones præfatæ non eſſent adeo conſpicuæ, ſed diſceptatio ad Judicis arbitrium, vel ad dubium juris reduceretur, adhuc pro Queiratia actore judicandum
38 videbatur quia † quando hinc inde ſunt conjecturæ, & dubium eſt, an animæ afferatur præjudicium, tunc favore animarum in dubio potius inclinare debemus ut contractus ſit uſurarius, ut poſt Hoſt. Io. Andr. & Guil. quos citat tradit Gemin. *in conſ. 16. ſub num. 3. in fi. & in conſ. 112. in fi.* ubi rationem reddit, quia ſi contractus re vera eſt uſurarius, agitur de favore animarum creditorum; ſi non eſt uſurarius, id concernit detrimentum crumenale, cum itaque animæ utilitas ſit præferenda *c. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.* meritò Judex in hanc partem inclinare debet declarando contractum uſurarium, ut ibi per eum, quem ob eadem rationem ſequitur Alciat. *in reſp. 3. num. 22. & ſeq. lib. 1.* & Menoch. *in conſ. 109. num. 24. lib. 2.* ubi ad hoc citat etiam Bal. *in conſ. 453. in fi. lib. 3.* qui tamen in foro conſcientiæ loquitur, & Cravett. *in conſ. 48. num. 8.* qui expreſsè totum contrarium tenet in foro contentioſo, unde in eundem errorem incidit Joſ. Ludou. *in concl. 51. in princip. ver. ſed iſtæ* allegans prædictos; quos non vidit, eandem Geminiani ſententiam, illo tamen non citato, tenuit Natt. *in conſ. 198. num. 21. vol. 1.* ubi *nu. 22.* inquit contrariam Baldi opinionem procedere de jure civili; hanc autem ſecundum jura Canonica, quia ſcientia juris Canonici dirigit hominem principaliter in Deum, & tendit ad finem æternæ beatitudinis, ut per Abb. *in rubr. decretalium colum. 6. ver. quinto principalis* ſubdens quod licet judicando contractum dubium eſſe uſurarium videatur fieri extrinſecus interpretatio in duriorem, & deteriorem partem, tamen in effectu fit in meliorem, & utiliorem, ex quo ſaluti animæ providetur. Rurſus Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 4.* ubi ait regulam contrariam docentem contractum in dubio non præſumi uſurarium, procedere quando non extat conjectura, vel præſumptio in contrarium, ſed ubi adeſt aliqua præſumptio, & agitur de ſolo animæ periculo contractum præſumi potius uſurarium quam juſtum, & ita dicit intelligendos eſſe Gemin. & Nat. *& ſeipſum in locis ſupra à me citatis.*

39 Et Quæiratia inſtabat † ſibi deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quod in his terminis deferendum eſſe tradit Pariſ. poſt alios quos citat *in conſil. 155. n. 37. lib. 1.* loquens in caſu, in quo pro ſimulatione unicus extabat teſtis, & pluribus congeſtis obſervat Farinacc *de falſit. & ſimulat. q. 162. nu. 111. & 131.* Seraph. *de priu. iuram. priuil. 59. num. 27.* cum per eum relatis.

Hæc tamen quæ primo aſpectu non nihil urgere videntur rectè intuenti ſatis inania apparebunt; cum neque conjecturæ, nec teſtes ſint tales, cujuſmodi in præcedenti deciſione oſtendimus deſiderari ad effectum de quo agitur.

Prima enim conjectura deſumpta ex tractatu habito de anno 1610. inter Anſaldum Fotiam & ſocios ex una, & Rebuffum ex altera ut dd. ſocii eidem Rebuffo in tranſactione inter eos incunda cedere deberent creditū quod habebant adverſus Queiratiam, cujus bona cenſui perpetuo pro eadem ſumma ſupponerentur, in quo quidem tractatu præcipua vis fiebat, nullatenus obſtat, quia d. tractatus, nec cum dd. ſociis fuit
40 concluſus, nec poſtea inter partes ſtabilitus: unde † ſuccedit vulgatum adagium, multa tractantur, quæ poſtea non fiunt recedentibus partibus à tractatu, & novum diverſum contractum celebrantibus *leg. ſi voluntate C. de reſcind. vend.* & in propriis terminis ſimulationis contractus tradunt Bald. *in conſil. 21. numer. 3. lib. 4.* Cæpoll. *in tract. de ſimul. contract. numer. 15. ver. ſi autem* Natt. *conſil. 31. numer. 12. libr. 1. & reſpondit* Rota *in deciſ. 677. ſub numer. 3. part. 2. in*
41 *recentior.* Præſertim † ſi agitur de contractu celebrato non in continenti, ſed ex intervallo, ut in caſu noſtro, in quo biennium effluxit inter tractatum; & concordiam; tunc enim tractatus præcedens non arguit ſimulationem, niſi præceſſerit contrahentis proteſtatio quod aliud dicere intendebat, & aliud agere, ut per Cæpol. *ubi ſupr. numer. 15.* auctoritate Angel. *in leg. ſi quis cum aliter numer. 9. de Verb. obligat.* ubi etiam Alexand. *numer. 12.* & Jaſ. *numer. 20.* Menoch. *de arbit. iud. caſ. 470. numer. 16. & de Præſumpt. libr. 3. præſumpt. 122. numer. 45.* ubi inquit auctoritates contrarium ſententium procedere in ſolito fænerari, & cum Cæpoll. tranſit etiam poſt alios Maſcard. *de prob. libr. 1. concl. 442. numer. 13.* Cravett. *conſil. 100. numer. 8.* Gabarus *inter conſil. Farinacc. conſil. 40. num. 39. lib. 1.* ubi Menochio non citato facit eandem diſtinctionem de qua ſupra quam etiam amplectitur Rota *in decip. 216. numer. 8. part. 2. diverſorum* ubi plurimos citat, & de communi teſtatur, & in caſu noſtro res videtur omni prorſus carere difficultate, quia in tranſactione non fuit deventum ad ceſſionem d. crediti, & ſic patet evidenter tractatum, quo ad hoc caput, non habuiſſe effectum. Præterea in d. tractatu non fuit actum ut cenſus fieret ſimulatè ſed verè; quod perfici poterat ſi Queiratia, promptis pecuniis carens ad illud æs alienum ſolvendum, ſervatis ſervandis illas accepiſſet ad cenſum à Rebuffo.

Ad hoc † autem, ut tractatus præcedens inducat ſimu- 42
lationis præſumptionem, neceſſe eſt ut partes ab initio convenerint de ſimulando, aliter non præſumitur ad *leg. 4 §. ignoto ff. de Manumiſſ.* & notat Bald. *in leg. un. num. 19. Cod. ſi ſervis extero* Paul. de Caſtr. *in conſil. 173. libr. 2.* Alex. *in conſil. 29. nu. 19. lib. 7. & ibi* Natt. *in addit.* alios refert idem Natt. *in ſuo conſ. 628. num. 20. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. præſumpt. 122. ſub nu. 46. ver. cæterum.*

Quinimò ex dicto pacto de capiendo ad cenſum ſummam debitam, in tantum non arguitur ſimulatio, ut inde potius illa excludatur, quia legitima cauſa vendendi cenſus perpetuos, plerumque eſt ſolutio æris alieni; unde cum debitum præſupponatur à Quæiratia verum, & reale, utique † 43
præexiſtens cauſa, quæ vera fuit tollit ſuſpicionem ſimulationis ut in puncto obſervat Gregor. X V. *in deciſ. 459. num. 6. & 7.* quæ deciſio habetur duplicata in *3. part. recent. deciſ. 261. numer. 4.* Et ex his remanent eliſæ etiam depoſitiones dd. trium teſtium, cum illi in effectu nil aliud atteſtentur, niſi prædictum tractatum præcedentem, ſuper quo ſuam fundant opinionem, cenſum ſimulatè fuiſſe celebratum, quo quidem aſſumunt partes judicis magis quam teſtium.

Secunda præſumptio deſumpta ex eo, quod eodem die, & coram eiſdem notario, & teſtibus fuerat inita concordia inter dd. ſocios, & Rebuffum, & cenſus eidem Rebuffo à Queiratia venditus, parum etiam urgebat. Primo † quia 44
quando plures contractus habent ſuam cauſam ſeparatam, vicinitas actuum correſpectivitatem non arguit præſertim ad inducendam uſuram, vel aliud delictum Abb. *in conſil. 15. ſub num. ver. 2. nec per hoc dicatur lib. 2.* Puteus *deciſ. 171. & 490. lib. 2. relat.* à Duard. *de cenſib. §. 3. quæſt. 2. numer. 18.* Rota *in Bononienſ. cenſus 28. Aprilis 1600. coram Card. Pamphilio ſeniore*, quæ eſt *deciſ. 123. num. 12. ex impreſſis* à Cenc. *poſt tract. de cenſib.* in caſu vero noſtro concordia, inter ſocietatem, & Rebuffum inita, habet cauſam omnino ſeparatam à cenſu, quem idem Rebuffus vendidit Queiratiæ, præſertim cum nec conſtet in actis Queiratiam revera fuiſſe debitorem dictæ ſocietatis, nec quatenus etiam conſtitiſſet, fuiſſe idem debitum in dicta concordia ceſſum; ex quo etiam reſultat ſecunda reſponſio, nempe † tunc vicinitatem 45
actuum arguere ſimulationem vel correſpectivitatem, quando fiunt in eadem re, nec in alia cauſa haberi poſſunt, niſi reſpectu primi actus, alias ſecus ut per Pute. *dict. deciſ. 1. l. 1. num. 5. lib. 2.* Farinacc. *de falſ. & ſimul. qu. 162. ſub num. 148. ver. & quod propterea.*

Præcipuè † quando inſtrumenta ſunt celebrata palam, 46
& publicè, quod ſecundum quoſdam ſufficit ad removendam ſimulationis præſumptionem ex actuum vicinitate reſultantem Dec. *in conſ. 2. ſub numer. 213. lib. 3.* nec diſſentit Farin. *dict. quæſt. 162. ſub num. 148.* de quo tamen valde dubito.

Tertiò quia † dicta præſumptio non militat in materia 47
pœnali, ut videtur tenere Maſcar. *de probation. lib. 2. concl. 815. nu. 6.* & apertius Farinac. *d. qu. 162. nu. 147.* Rota *in dec. 140. n. 3. ex impreſſis poſt primum volumen conſiliorum eiuſdem* Farinac.

Quartò denique quia Rebuffus fecit hos contractus cum diverſis perſonis, tranſactionem videlicet cum dictis Sociis, cenſum verò cum dicto Queiratia; † ex actibus autem in- 48
ter diverſas perſonas factis nec correſpectivitas reſultat, nec ſimulationis præſumptio, Cardin. Tuſcus *practic. concluſ. in verb. ſimulatio concluſ. 259. num. 30.* ſequitur Farinac. *dicta quæſt. 162. ſub num. 148. in fi.* Sic pariter reſpondetur ad aliam regulam, † quæ habet ea, quæ fiunt in continenti in eſſe 49
cenſeri, ut illa non procedat, quoties actus redderetur nullus, argmento *leg. titia §. idem reſpondit ff. de verb. oblig.* ita obſervat Curt. *in leg. ſingularia ff. ſi cert. petat.* cum ibi ſequitur Bolognet. *ſub n. 113.*

Ter-

Tertia quoque conjectura parum relevat, quia præter-
50 quam quod † tunc pactum insolitum potest arguere simulationem: quando tendit ad majorem ejusdem simulationis occultationem, provt de clausula insolita dixit Socc. *in cons.* 262. *num.* 4. *& seq. lib.* 2. Pactio, quæ obiicitur nempe ut fructus solui deberent initio mensis Martii, licet census creatus fuerit die 18. ejusdem, est rei adeo minimæ ut de ea non sit curandum *vulg. l. scio ff. de in int. restit.* & verisimile est adiectam fuisse vel quia ex negligentia Queiratiæ dilata fuerat creatio census à prima die, usque ad decimam octavam dicti mensis, vel ut magis memoriæ retineretur adventus diei solutionis fructuum, & cum simus in non solitis fœnerari, potius sumenda est interpretatio exclusiva delicti, & fraudis, quam è contra, & est pactum, quod vitiatur, non vitiat, ut noti juris est.

Denique tam ad præfatas tres conjecturas, quam ad quartam continentem gesta ante, & post instrumentum census, unico verbo respondeo, quod aliquid operari possent, si constaret de credito dictæ societatis adversus Queiratiam, & de illius cessione ad favorem Rebuffi, stante enim cessione crediti veri, posset fortasse ex dictis præsumptionibus inferri, pecuniam fuisse in creatione census duntaxat ostensam, & postea à Rebuffo reportatam. At cum nec de prætenso debito legitimè constiterit; nec adsit cessio illius, imò potius ex instrumento concordiæ, in quo diversa credita societatis fuerunt Rebuffo cessa, constet nullum creditum
51 adversus Quæiratiam cessum fuisse, † profectò sublato fundamento corruit superædificatum *capitul. cum paul. 1. quæst. 1.* Rot. *in decision. 10. numer. 2. ex impressis post tract. cenc. de censib.*

Imò etiam ubi constaret Quæiratiam fuisse debitorem societatis, non propterea inferretur censum creatum fuisse contra formam constitutionis *Pii V.* potuit enim Rebuffus emere censum ab eo, illique in effectu pecuniam exbursare, illamque Quæiratia soluere Ansaldo, & Fotiæ & illi vicissim eandem pecuniam solvere Rebuffo in diminutionem sui
52 debiti. Conjecturæ autem, † ex quibus arguendus est dolus, adeo debent esse perspicuæ, ut nonnisi in malam partem capi possint Paul. de Castro *in l. dolum C. de dolo* Mascar. *de probation. lib. 1. conclus. 530. dolus numer. 7.* Bertazzol. *inter cons. crimin.* Farinac. *lib. 1. consil. 40. numer. 70.* &
53 † quando quid fieri potuit verè, & sine fraude, cessat suspicio simulationis, & fraudis Aym. *consil. 319. numer. 9. in fi.* Gregor. XV. *in decis. 195. num. 10. repetita in decis. 5. num. 12. inter impressas* à Cenc. *post tractatum de censib. & in decis. 459. num. 8.* quæ est repetita *decis. 261. num. 5. par. 2. in recentiorib.* & triplicata inter impressas à Cenc. *de censib. dec. 24. num. 8.*

54 Nec † dici potest in fraudem factum quod fraude cessante facere licuit *l. qui autem in prin. ff. de his quæ in fraud. cred.* Bald. *in auth. ex causa num. 72. C. de liber. præterit.* Zuccard. *in l. 1. nu. 51. in fi. C. qui admitt.* Greg. XV. *d. decis. 195. num. 11. & dec. 459. num. 9.* & tradit etiam novissimè Cyriac. *contr. forens. lib. 1. controvers. 131. nu. 32.*

Quod si replicetur præfatas conjecturas considerari ad effectum præsumendi cessionem, & subinde ex cessione simulationem, pecuniarumque reportationem, responderi poterit, ex hoc dignosci posse, illas non esse immediatas, & propinquas præsumptiones, sed remotas, & mediatas, & consequenter inefficaces præsertim in casu, & ad effectum, de quo agitur in quo vel juris præsumptiones, vel æquipollentes requiruntur, juxta late tradita in *superiori decis. num. 17. & seqq.*

Præterea hic concurrerent ex eodem fonte, & facto duæ præsumptiones altera, qua præsumeretur facta cessio; quamvis de illa non constet, contra regulam, quæ habet; facta non præsumi nisi probentur *vulg. l. in bello §. factæ ff. de captivis, & post limin. reversis.*

Altera ut stante cessione in constitutione census, pecunia simulatè soluta fuisset, seu potius ostensa, & statim repor-
55 tata, contra aliam regulam, quæ habet † simulationem nequaquam præsumi. Afflict. *in cap. 1. in princ. num. 14. de feud. dato in vim legis commissoriæ.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3.*
56 *præsumpt. 125. nu. 2.* quemadmodum autem † concursus duorum specialium denegatur *l. cum post §. gener. ff. de iure dot. l. 1. in fi. C. de dot. promiss.*

57 Ita & † duarum præsumptionum Alexan. *in leg. si aliquam rem. nu. 21. ff. de acquir. poss.* Rimin. *in l. 1. num. 24. C. qui admitti* Ruin. *in cons. 76. num. 20. volum. 3.* Bero. *cons. 160. nu. 12. vol. 2.* Surd. *cons. 135. num. 79. vol. 1. & dixi in decis. 5. num. 5.* maximè ex eodem fonte orientium, & diversum finem operantium, ut egregiè declarat, & multipliciter exemplificat Menochius *in tract. de præsumpt. lib. 1. quæst. 43. numer. 6. & sequentibus*, & iste est casus noster. Nam præsumptio cessionis operaretur, ut Quæiratia effectus sit debitor Rebuffi; quodque is propterea pecunias reportaverit, præsumptio autem reportationis pecuniarum operaretur censum fuisse simulatè factum in vim ejusdem cessionis; quod ex
deductis dicendum non est, & sicut in simili dicimus † non 58
præsumi quem possidere ex causa præambula quando non est certum rem illam fuisse in contractum deductam ut per Ruin. *in consil. 53. numer. 2. volum. 4.* & Surd. *dict. cons. 135. sub num. 39.* sic in proposito affirmari haud potest pecunias fuisse reportatas ex causa dictæ cessionis, cum de cessione minima constet.

Sed nec desunt præsumptiones, & quidem magni ponderis ad excludendam census simulationem, quæ sicut conjecturis, & præsumptionibus probari potest ex traditis in superiori decisione, longè magis præsumptionibus excluditur, cum per exclusionem evitetur delictum, ut per Cephal. *in consil. 325. num. 25. lib. 3.* quem refert, & sequitur Gregor. XV. *in decis. 185. numer. 2.* repetita inter impressas à Zacchi. ad Gallesium *decis. 150. num. 3.* & Rot. *in Romana seu Nepesina census 13. Maii 1624. coram Manzanedo penes Cenc. post addition. ad tract. de censib. decis. 131. num. 8.* quibus addo Bursatt. *cons. 144. num. 6. & cons. 175. num. 8.* Decian. *cons. 37. num. 23. lib. 2.* novissimè Cyriac. *controvers. forens. tom. 2. controvers. 255. num. 51.* In primis autem adest juris præsumptio generalis oriens ex contractu palam facto, qui præsumitur celebratus bona fide, & absque labe usurarum Bal. *in l. rogasti §. si tibi in fi. ff. si cert. petat.* & ibi Dec. *num. 6.* idem Dec. *in consil. 308. num. 7.* Cepol. *de simulat. contract. præsumpt. 2. in princ.* Paris. *cons. 77. in princ. volum.* cum aliis quos refert, & sequitur Bursatt. *cons. 115. num. 4. vol. 1.* quibus addo Tiraqu. *in tract. de retract. convent. ad fi. num. 128.* qui plurimos de more congerit Soccin. jun. *cons. 82. numer. 5. lib. 2.* Roland. *cons. 40. num. 1. & seq. lib. 2.* Bero. *cons. 168. num. 19. & cons. 169. lib. 1.* Rota *in decis. 340. p 1.* diversorum *& decis. 96. num. 2. & decis. 110. num. 2. ex impressis* post Cenc. *in tract. de censib.*

Secunda † juris præsumptio, pariter generalis est il- 60
la, quę militat pro validitate actus, donec invalidus probetur, glos. *in l. si post divisionem in Verb. non posse Cod. de juris, & fact. ignor.* Bald. *in l. 2. in fi. C. de edict. diu.* Adr. *tollen. Vantius* cum per eum relatis in *tract. de Nullit. tit. quid nullitas numer. 24.* legis enim præsumptio non ad infirmandum, sed ad confirmandum adaptatur. Bal. *in l. si quis filio in princ. ff. de legat. 1.* quem sequuntur Jas. *in l. 1. in princ. num. 1. ff. de eo, quæ certo loco, & in l. quoties col. 1. ver. quarto adde de Verb. oblig.* Dec. *in cons. 77. nu. 2. in fi. & in l. contrahenda nu. 5. ff. de reg. iur.* Menoch. qui pulchrè exornat in *tract. de præsumpt. l. 6. præsumpt. 4. n. 1. cum seqq.*

Tertia præsumptio desumitur ex qualitate D. Rebuffi, qui est nobilis bonę conditionis, & famę, & non solitus fœnerari, sicut autem ex qualitate personę, præsumitur contractus usurarius † sic etiam præsumptio fœnoris ex contrahentium qua- 62
litate excluditur glos. *in l. cum allegas C. de Usur.* Sapia *in addit. ad* Abb. *in c. illo nos lit. A. de pign.* facit Gratian. *discept. forens. c. 878. nu. 18. tom. 5.* alios in puncto refert, & exornat Cępol. *in cons. 325. nu. 31. cum seqq. lib. 3.* Dec. *in cons. 308. num. 2.* Crav. *cons. 145. in fi.* Rola. plurimos cumulans in *cons. 28. nu. 2. lib. 4.* Masc. *cum relat. de prob. concl. 447. nu. 19. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 98. & nu. 109.* Bertaz. *inter cons. Farinacc. cons. 40. nu. 76. lib. 1.* Rot. *in dec. 30. nu. 15. ex impress. post d. vol. 1. cons. Farinac.*

Et quamvis Bec. *in cons. 52. nu. 94. & seq.* dicat hanc præsumptionem uti generalem non tollere præsumptiones speciales simulationis, præsertim in præjudicium tertii; juncta tamen cum aliis, plurimum operatur.

Quarta † conjectura suboritur ex juramento in contra- 63
cto census appositio, quod excludit simulationis præsumptionem Socc. *in cons. 82. num. 2. lib. 3.* ubi testatur de commun. opin. Afflict. *decis. 60. num. 1.* Ceph. cum relat. *in cons. 325. num. 41. lib. 3.* præsertim cum agatur de juramento assertorio, ut post alios quos refert declarat Cephal. *ibid. num. 42.*

Quinta conjectura deducitur ex eo quod Queiratia
per longum spatium nempe viginti annorum soluit fru- 64

64 ctus dicti cenſus, nec unquam reclamavit † ea qua diuturna ſolutione arguebat pecuniæ numerationem Rota *in dec.* 190. *numer.* 3. *ex impreſſis poſt* 2. *volum. conſ. Farinac.* & in hunc ſenſum ſalvari poteſt Antonin. *Variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 44. *numer.* 6. quatenus dixit ex hujuſmodi ſolutione præſumi ſolventem approbaſſe inſtrumentum cenſus ; non enim cenſus contra formam Bullæ Pii poteſt ex partium approbatione validari ; ſed benè ut dicebam præſumi poteſt & debet legaliter , & ritè celebratus : & obſervantiam ſubſecutam in ſolutione fructuum cenſus magnam vim habere ad removendam actus nullitatem , firmat Rota in terminis in *deciſ.* 66. *num.* 16. *impreſſis* poſt Cenc. *de cenſibus* ubi citat Cornel. *conſ. penult. num.* 28. *lib.* 4. & Rota *in deciſ.* 636. *num.* 2. *par.* 1. *diverſorum* ; Simili argumento uſus fuit M. Tullius Cic. in *orat.* 1. *pro P. Quinto tom.* 1. ad probandum Sextum Nevium non fuiſſe creditorem C. Quintii ex quo per plures annos tacuerat , nec unquam illud petierat ; inquit igitur Cic. Reſtat. *uti aut ſumma negligentia tibi obſtiterit , aut unica liberalitas , ſi negligentiam dices mirabimur ; ſi bonitatem ridebimus :* ſic in propoſito nec præſumenda eſt in Quæiratia viro in rebus ſuis diligentiſſimo ac ſagaciſſimo tam diuturna incuria , nec tam exuberans bonitas , ut ſi ſciviſſet cenſum per ſimulationem celebratum fuiſſe , per ſpatium annorum viginti tacuiſſet.

Sexta conjectura reſultat ex eo quod Anſaldus , & Fotia fecerunt apocam de recepto Quæiratiæ pro libris octomille ab eo antea debitis de menſe Octobris ejuſdem anni 1612. unde valdè inveriſimile redditur eos uſque de menſe Martii fuiſſe ſatisfactos , & ſic Quæiratiam voluiſſe per ſpatium octo menſium pro eadem ſumma remanere obligatum duobus creditoribus ; nempe ſocietati Anſaldi & Fotiæ pro debito antiquo , & Rebuffo in cauſam cenſus ; præſertim cum mercatores non ſoleant tam incautè negotiari ; quod

65 † autem veriſimile non eſt imaginem habet falſitatis Bal. *in leg.* 1. *Cod. de ſerv. fugiti. DD. in cap. quia verisimile extra de præſumpt.* Dec. *conſ.* 25. *colum.* 4. Rota *in Gerunden.*

66 *anniverſar.* 9. *Iunii* 1586. *coram Gypsio* † & quod fieri non conſuevit non præſumitur factum arg. *l. in obſcuris ff. de reg. juris.*

67 Hæ † autem conjecturæ cum ſint conformes publicis ſcripturis , in dubio præferendæ ſunt contrariis præſumptionibus ad textus in *leg.* 2. *ff. de tranſact.* Gozadin. *conſ.* 1. *numer.* 26. cum aliis , quos refert , & ſequitur Rota *in deciſ.* 677. *num.* 4. *p.* 2. *in recentior.* Maximè cum ſint excluſivæ delicti. Bart. *in l. ſi procurator. tuus ff. de cond. indeb.* Ang. Aret. *in conſ.* 51. *num.* 25. Rota *cum relat. par.* 3. *recentior. deciſ.* 677.

68 *ſub num.* 4. † & tendant ad ſuſtinendum argum. *l. quoties de reb. dubiis, & habetur* per Rom. *in conſ.* 179. *circa princ.* Dec. *conſ.* 12. *colum.* 10. *in fi.* Crav. *conſ.* 51. *à num.* 2. *uſque ad fi.* Seraph. *de privil. iur. privil.* 48. *num.* 15. cùmque contrariæ tendant ad infirmandum , & non ſit eadem ratio confirmandi & infirmandi , profectò iſtæ præferuntur illis Alexand. in *leg.* 1. *num.* 5. *Cod. de teſt.* quia lex non adaptatur ad infirmandum actum *leg. ſi quis filio* ubi Bald. per illum textus *ff. de legat.* 1. Seraph. *dict. priu.* 40. *num.* 16. ſed & adeſt probatio ſpecifica numerationis ex notarii atteſtatione reſultans , ex latè per me congeſtis in ſuperiori *deciſ. num.* 52. & 53.

Cum igitur conjecturæ exadverſo ponderatæ , ſint per ſe ſatis læves , ac etiam ex contrariis præſumptionibus remaneant eliſæ , non eſt ullo pacto locus juramento ſuppletorio,

69 provt nec eſſet etiam ſi ſemiplenè probarent , quoties † enim ſimulatio aliter detegi poteſt , vel ubi militat aliqua præſumptio in contrarium non defertur juramentum ſuppletorium , ut in terminis ſimulationis contractus tradit Seraphin. *de pri-*

70 *vileg. iuram. privileg.* 59. *ſub num.* 28. Accedit † ſummam de qua agitur eſſe ſatis notabilem , propterea non eſſet fortè deferendum etiam ubi ſemiplena adeſſet probatio ; juramentum enim in ſupplementum plenæ probationis , regulariter non admittitur niſi in cauſis lævis momenti *gloſ. in l. admonendi in ver. exacto circa med. ff. de Iureiur.* & ibi Bart. *num.* 52. & Jaſ. *in Repet. d. l. nu.* 260. *ver. quintus caſus* , & ibi num. 222. tradit , quæ dicatur magna cauſa , ſequitur Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 190. *num.* 17. *ver. requiritur quarto* , quo loci tradit quinque requiſita ad hoc ut d. juramentum deferri poſſit ; quæ vide latius per Marant. *in ſuo ſpecul. par.* 2. *actu* 9. & Maſcard. *de prob. concluſ.* 954. *lib.* 2. latè Mancin. *in tract. de iurament. par.* 2. *art.* 5. & 6. Quidquid generaliter ſit ubi actor pluſquam ſemiplenè probavit , quo caſu etiam in cauſis magnis , & arduis deferri poteſt . Goz. *conſ.* 11. *num.* 18. Alexand. *conſ.* 122. *in fi. lib.* 2. Crav. cum per eum relatis *conſil.* 198. *num.* 10. Natt. *conſil.* 305. *num.* 1. Roland. *conſil.* 26. *in fi. lib.* 1. *num.* 36. Duen. *reg.* 300. *lim.* 1. Grammat. *deciſ.* 42. *numer.* 12. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 100. *in fi.* Cæph. *conſil.* 141. *nu.* 20. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 39. *nu.* 36. *lib.* 1.

Et multo minus ad rem pertinet , id , quod addebatur in dubio præſumi contractum uſurarium , potius quam juſtum, quia ex deductis apparet nos verſari ſatis in claris , pecuniam ſcilicet fuiſſe numeratam verè , & cum effectu , nec ullo pacto apparere illam fuiſſe reportatam ; in † claris autem non 71 eſt opus conjecturis *l. continuus ff. de Verb. oblig.* & conjecturæ in dubio , non autem in claris locum ſibi vendicant, Cardin. Mantic. *de Coniectura ultim. voluntat. lib.* 3. *tit.* 4. *ſub num.* 6. *prope fi.*

Ultra quod imò † in foro externo contractus præſumitur 72 in dubio verus legalis , non autem ſimulatus , vel fœneratitius Bald. *in l. rogaſti in fi. ff. ſi cert. pet.* Cæpol. cum per eum relatis *de ſimul. contract. præſumpt.* 26. *ſub num.* 84. *verſ. ex quibus* , innumeros ex more ſuo congerit Tiraquell. *de retract. convent. in fi. num.* 127. *& ſequentib.* Soccin. jun. *conſil.* 83. *num.* 6. *lib.* 2. Oſaſch. qui alios etiam refert *deciſ.* 42. *num.* 7. *verſic. contrariatur* Burſatt. *conſil.* 320. *num.* 27. Lupus *in capitulo naviganti commentar.* 3. §. 4. *num.* 91. Maſcardus cum per eum adductis *de probationib. concluſ.* 438. *num.* 1. *& ſequenti* , plurimos etiam adducit Beccius in *conſil.* 52. *num.* 1. *lib.* 1. Surdus *conſil.* 327. *num.* 14. *lib.* 3. & in puncto ita firmat Rota *in deciſione* 96. *num.* 2. & 3. *& deciſ.* 110. *num.* 2. *inter impreſſas* à Cenc. *poſt tract. de cenſib.*

Nec admittimus contrarium de jure canonico eſſe dicendum , nempe in dubio contractum judicari debere potius uſurarium , quam validum , ut per Doctores allatos ſupra *num.* 38. id enim procedit non in foro externo , ſed in foro conſcientiæ in quo tutior via eſt eligenda , & ita in effectu loquitur Bald. *conſ.* 453. *in fi. lib.* 3. exadverſo citatus, & hanc diſtinctionem inter forum internum , & externum expreſsè facit & comprobat Cravett. (ex adverſo à Menoch. & Jaſ. Lud. citatus) *in conſ.* 48. *num.* 8. *& conſ.* 245. *num.* 2. & ita etiam firmavit Abb. *in cap. naviganti num.* 9. *de Uſur.* Felyn. *in cap. in præſentia num* 18. *de probat.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *in princ.* Marſil. *ſingul.* 151. *ſemper in obſcuris* Lupus alios referens *in d. cap. naviganti comment.* 3. §. 4. *num.* 93. Maſcard. cum per eum relatis *de probat. concl.* 438. *à num.* 1. *uſque ad* 7. *lib.* 1. *& rurſus concl.* 1412. *num.* 1. *leg.* 3. Roland. alios etiam referens *in conſil.* 40. *num.* 4. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 10. *num.* 23. *ex impreſſis* à Cenc. *poſt tract. de cenſib.* à quibus apparet , hanc diſtinctionem inter utrunque forum eſſe communiter receptam , & tenendam , poſseque reportari , & addi ad regium tractatum Valerii *de differen. utriuſque fori.*

Quæ † tamen diſtinctio ceſsat in ſolito fœnerari , cujus 73 contractus in dubio etiam in foro externo potius præſumitur uſurarius , quam verus , & realis gloſ. in *cap. conqueſtus ad fi. de uſur.* Bald. *in l. cum allegas num.* 7. *iuncto num.* 6. *Cod. de uſur.* Socc. Sen. *conſ.* 248. *ad fi. lib.* 2. & in materia emptionis annui cenſus idem Bald. in *conſ.* 114. *num.* 2. *ver. concluſio lib.* 2. Ripa *reſponſ.* 21. *uum.* 10. *ver. ſecunda coniectur. de oblig. vol.* 2. Cardin. Mantic. atteſtans de comm. opin. in *tract. de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 24. *num.* 3. & in his terminis intelligendi ſunt Gemin. & ſequaces relatis ſupra *numer.* 38. imò Hoſtienſ. & Joan. Andr. quorum auctoritate motus fuit Gemin. *cap. ad noſtram de probat.* quatenus dicunt de facili præſumendum eſse contra fœneratores, unde & Gemin. intelligendus eſt ſecundum DD. quos citat, idemque dicunt Abb. & Alex. relati à Natta *d. conſ.* 198. *num.* 21. & ita Doctores , qui inter ſe pugnantes videbantur, ad concordiam redigi poſſunt.

Cæterùm ubi etiam probatum fuiſset pecuniam à Rebuffo in cenſus creatione numeratam , poſt inſtrumenti dipulationem fuiſse eidem reſtitutam , ab eoque in extinctionem veri debiti ſibi ab Anſaldo , & Fotia ceſſi reportatam , non propterea dici poſset cenſus nullus , & fœneratitius : quidquid enim ſecus ſit quando pecuniæ monſtrantur , & reportantur , nec cednnt in utilitatem venditoris cenſus , vel etiam quando cedunt in extinctionem debiti non veri , vel minus legalis , in quibus terminis procedunt adducta ſupra *num* 28. quando tamen reſtitutio incontinenti fit ex nova cauſa , & cedit ad commodum , & utilitatem

ipſius

ipsius venditoris census, & sic in extinctionem veri debiti ; tunc satisfactum dicitur constitutioni Pii V. nil aliud satagenti, quam fraudes, & fœnera eliminare, & ita expresse distinguit in terminantibus Rota *in Assisien. Pecuniaria* 18. *Ianuar.* 1611. *coram Manzanedo*, quæ est *decis.* 130. *numer.* 9. & 10. *ex impressis* post Cenc. *de censibus*, & Mastrill. *in decis.* 262. *numer.* 43. & 44. citans Anton. de Ball. *lib.* 5. *Pragm. Regn. Sicil. in explic. pragm. Regis* Alphonsi *de censibus quæst.* 5. *numer.* 6. à cujus opinione non esse recedendum fatetur novissime Duard. *de censibus* §. 2. *quæst.* 3. *numer.* 15. *tom.* 1.

Ratio autem disparitatis est in promptu, quia hoc posteriori casu, quo restitutio pecuniæ fit in extinctionem veri
74 debiti præcedentis † illa momentanea solutio dominium acquirit ei, qui statim reddit ad text. vulg. in *leg. servus communis ff. solut. matrim.* ubi habetur ex dotis momentanea restitutione transferri dominium ratione commoditatis inde resultantis, & ita declarat ibidem Bald. *num.* 2. & hoc idem confirmatur per text. in *l. qui id* §. *ea lege ff. de donat. & in leg. si tibi pecuniam ff. eodem titulo* Bart. *in l. qui sic soluit ver.* 2. *casu, aut ille*, & ibi Paul. de Castr. *ff. de solut.* Bald. *in d. leg si tibi pecuniam sub num.* 1. *ver. oppono & videtur*, & ibi Alexand. *num.* 5. & Dec. *in fi. ff. si cert. petat.* Jas. *in leg. frater à fratre num.* 7. *ff. de cond. indeb.* Imol. *in l. si quis decis. in fi. ff. de solut.* Gerard. à Petra Sancta *singul.* 26. *num.* 1. Cagnol. *in d. leg. frater à fratre numer.* 87 *ff. de cond. indeb.* Phanucc. *in tract. de moment. tempor. cap.* 33. *num.* 5. Rota in terminis in *decis.* 223. *numer.* 4. ex impressis à Cenc. *post tract. de censib.* & fatetur Duard. *de censib.* §. 2. *quæst.* 3. *in fi.* quibus addo Neviz. *consil.* 58. *numer.* 47. Rot. *in Romana census de Vitellis*, 10. *Ianuarii coram Cardin. Pamphilio seniori*, & *in Romana depositi de Altovitis* 10. *Decembris* 1601. *coram Coccino*, & *in Romana seu Nepesina cens.* 13. *Maii*, *coram Manzanedo*, quæ est *decis.* 131. ex impressis à Cenc. *post addit. ad tract. de censib.* & cum hac mea decisione ab informantibus allata transivit Signatura Justitiæ de mense Julii 1639. in una Assisien. Census proponente R. P. D. Albergato nunc Cardinali Ludovisio me præsente, & solutio hoc casu operata fuit duos effectus, scilicet perfectionem contractus census, & resolutionem prioris debiti, qui actus considerandi sunt tanquam separati, ut in simili dicebat Rot. in *decis.* 2. *sub num.* 3. ex impressis post Cenc. *de censib.* & idem Cenc. *par.* 2. *c.* 1. *q.* 1. *art.* 5. *nu.* 4.

Neque obstat, imò præsumi præcessisse pactum de statim restituendo pecunias, quo casu dominii translatio impeditur, ut dicebatur *sup. num.* 34. quia dicta sententia procedit quando non apparet restituentem verè fuisse debitorem ejus, cbi pecuniam reddidit : tunc enim ne dicatur voluisse jactare suum, necesse est præsumere præcedentem pactionem restituendi, & sic contractum simulatè faciendi. At secus est ubi constat restitutionem factam fuisse in extinctionem prioris debiti ; tunc enim benè præsumitur debitorem ab initio animum habuisse pecuniam reddendi ad se liberandum ære alieno, non autem inter partes præcessisse conventionem, & sic tenet solutio, & est efficax ad liberandum ut per Car. *in l. si quis duos* 67. *numer.* 1. per illum textum *in fi.* & ibi Castr. *in fi.* & Imol. *ver. in ea in fi. ff. si cert. pet.* licet Bart. sibi parum constans contrarium dixerit in *d. leg. si quis dicit num.* 1. ubi reprobatur à Castr. & Imol. & tradit latè Bologn. *in leg. singularia num.* 113. *ff. si cert. petat.* Fenuc. *de moment. temporis cap.* 33. *num.* 5. & in terminis Rota *d. decis.* 123. *num.* 8. *impress.* post Cenc. *de censib.* & ita in effectu (si attentè legatur) se declarat Duard. *in tract. de censib.* §. 2. *quæst.* 3. *num.* 14. & 15. & clarius *in* §. 3. *q.* 2. *n.* 15. licet secus indistinctè tenuerit in loco exadverso citato.

76 Minus refragatur, non attendi dominium, quod momento temporis duravit ; id enim non procedit quando actus momentaneus jam produxit effectum suum Tiraqu. *l. si unquam in ver. susceperit liberos num.* 201. ubi etiam alias affert limitationes *Cod. de revoc. donat.* Surd. *in cons.* 501. *num.* 12. Paul. Bellon. *de potest. eorum quæ fiunt in contin. cap.* 81. *num.* 14. Rota in terminis nostris in *dec.* 131. *num.* 12. *ex impress.* à Cenc. *post addit. ad tract. de censib.* & quod per momentaneam solutionem acquiratur dominium videnda est pinguis decisio in *Roman. pecuniaria, seu cambii* 22. *Maii* 1639. *coram Dunozetto*.

77 Non denique obstat † *dict. leg. qui sic ff. de solut.* quia illa intelligenda est quando momentaneo solutio nullum commodum creditori parit, sic eam intelligit Bar. *ibid. & in leg. singularia ff. si cert. petat. & in l. si tibi* ubi Soc. *num.* 7. & Alciat. *num.* 11. *eod. tit.* Monterus *decis. Arrag.* 2. *num.* 1. & illis non citatis : ita in terminis intelligit. Duard. *de censib.* §. 2. *qu.* 3. *num.* 14. ex Ant. de Ball. *li.* 5 *pragm. regn. Sicil. in explic. pragm. Regis* Alphon. *de censib.* & Fœnutius *in tr. de moment. tempor. cap.* 31 *. nu.* 5.

Vel quando apparet quem prævio pacto sic solvisse, ut mox repetat, secus si de pacto non apparet, ut ibi tradit Bart. *in fi.* & Ang. & Paul. de Castr. *ibid. gloss. ult. in leg. si quis duos ff. de solut.* Bald. *in l. si tibi pecuniam sub num.* 2. *ver. oppono de l. si quis duos*, & ibi Fulgos. *in fi. ff. si cert. petat.* Jas. *in leg. frater à fratre num.* 6. *ff. de cond. indeb.* Bart. *in leg. singularia nu.* 24. & ibi Bolognet. *num.* 113. *ff. si cert. petat.* Fœnuc. *de moment. temp. d. cap.* 31. *num.* 5. Rota *in decis.* 143. *num.* 5. ex impressis post Cenc. *de censib.* cum qua transit Duard. *in tract. de censib.* §. 3. *quæst.* 2. *num.* 14.

Et ex his sententiam pro d. Rebuffo dixi.

ARGUMENTUM.

Depositarius an, & quando uti possit pecunia depositata ; & an citra labem usuræ possit deponens ex pacto, vel via juris prætendere interesse, vel lucrum ex pecunia per eum depositata ab ipso Depositario negotiationi exposita.

SUMMARIUM.

1 *Confessio partis superat omne genus probationis.*
2 *Depositarius sponte potest dare deponenti lucrum, quod ex pecunia depositata suscepit.* Declara ut n. 34.
3 *Legatum liberationis à redditione rationis quid operetur,* & num. 45.
4 *Clausula* in omnibus, & per omnia, *etiam dependentia, & accessoria comprehendit.*
5 *Liberatio amplis verbis facta trahitur ad incognita, & incogitata.*
6 *Computis dandis etiam si testator stare mandavit, adhuc potest error calculi ex aliis scripturis probari.*
7 *Legatum liberationis, seu de stando computis dandis intelligitur de ratione nondum reddita, & de computis nondum latis.*
8 *Legatum liberationis computorum regulariter non liberat à solutione reliquatus.*
9 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus nominatur.*
10 *Instrumentum producens, censetur approbare contenta in eo.* Etiam si scriptura sit privata, & careat solemnitate num. 11.
Quatenus tamen probat, & non ultra n. 12.
Et quatenus pars voluerit d. confessionem acceptare 13.
14 *Depositatæ præsumuntur pecuniæ, penes mercatorem positæ,* & n. seqq. & n. 17.
15 *Mutuo accipere mercator, vel Dives non præsumitur.*
16 *Mutuum præsumitur potius, quam depositum, in pecunia numerata indigenti datum.*
18 *Mandanti tribuitur actus, non exequenti.*
19 *Depositum debet esse gratuitum,* & n. 37.
20 *Deponens an, & quando percipere possit interesse à Depositario,* & n. 21. 32. 33. 34. & n. 46.
22 *Pecuniarum ad numerum depositarium dominium an transeat in Depositarium,* & n. 27.
23 *Depositarius ex tacito pacto uti potest pecunia depositata.*
24 *Depositarius est Dominus Lucri, quod ex depositata pecunia redegit.*
25 *Depositum in numerata pecunia factum assumit naturam mutui.* Et dicitur depositum irregulare n. 26.
28 *Exceptio compensationis an, & quando in deposito sicut in mutuo opponi possit.*
29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an, & quando contra deponentem opponi possit.*
30 *Depositatæ rei periculum ad quem spectet.*
31 *Depositarius utendo pecunia depositata an, & quando furtum committat.*
32 *Usura est lucrum ex depositio proveniens.* Fallit dupliciter ut n. 33.
35 *Clausula,* quod mihi videbitur, & non amplius, *importat liberam voluntatem.*
Vel arbitrium à jure regulatum, n. 36.
37 *Protestationi non contradicens dicitur illam acceptare.*

38 *Deponi non poteſt pecunia ſpe lucri percipiendi.*
39 *Depoſitum eſt contractus bonæ fidei.*
40 *Contractus bonæ fidei non ſoluitur niſi mutuo contrahentium conſenſu, & nu.42.*
41 *Literas acceptans cenſetur approbare omnia in eis contenta.*
42 *Novatio haud inducitur, niſi expreſsè dicatur.*
43 *Depoſitum eſt conſignatio rei vel pecuniæ.*
44 *Media cognoſcuntur ex ſuperioribus, & inferioribus.*
46 *Depoſitarius poſt moram tenetur ad intereſſe.*
47 *Intereſſe ſine capitali ſtare non poteſt.*

DECISIO XXIX.

D. Joannes Vellius Canonicus SS. Nazarii, & Celſi Mediolanen. nomine D. Cæſaris Vellii Regii conſiliarii conſignavit in diverſis partitis libras Imperiales 15862. Domino Joanni Auguſtino Seravallio mercatori, expreſsè declaranti, quod ſibi numerabantur per ſimplex depoſitum, abſque onere ſolvendi ullum intereſſe, niſi quod ſibi videretur, & non plus; qui Seravallius poſt inde per plures epiſtolas ad eundem Cæſarem datas, illum certiorem fecit ſe dediſſe cambio dictas pecunias; denique in noviſſima epiſtola ſignificavit, ſe illas ad rationem anni expoſuiſſe. Defuncto Cæſare, inſtituta pia cauſa datiſque executoribus teſtamentariis Illuſtr. D. Franceſco Marchione Claveſſanæ, eiſdemque D. Ioann. Aug. & Ioanne, in cuius noviſſimi loco ſuffectus fuit Illuſtr. D. Paulus Fliſcus, Cum dictus Seravallius ex præfatis pecuniis emiſſet pro dicta pia cauſa annuum redditum valoris librarum 24350. poſt multa ad rem noſtram non pertinentia, condemnatus fuit à Judicibus delegatis in una manu in ſumma librarum 2316. pro reſiduo capitalis, & in alia manu in libras 4541. pro intereſſe totius ſummæ, uſque ad annum 1620. ac in alia in libras 3552. pro intereſſe præfati intereſſe jam ad capitale redacti, necnon & ad intereſſe dicti reſidui prioris capitalis ad rationem quinque pro ſingulo centen. & anno, uſque ad integram ſolutionem.

Adverſus quam ſententiam pro parte filii, & hæredis ejuſdem Seravallii fuit coram me propoſita petitio uſurariæ pravitatis. Ego autem pro faciliori cauſæ expeditione, illam ad tria diſtincta capita reducebam.

Primum conſiſtit in libris 2316. pro reſiduo dicti capitalis, & in hoc dicebam dictam ſententiam non continere aliquod illicitum fœnus, quia ex literis miſſivis Joan. Auguſtini Servarii, datis ad Cæſarem Vellium tunc à Secretis Ducis Uſſunæ Proregis Siciliæ ſub die 5. Novembris 1616. conſtat ipſum poſuiſſe ad creditum ejuſdem Vellii ſcuta marcharum 3062. & ex alia apocha de recepto poſtea ſubſecuta apparet eum nomine ejuſdem Velii alias libr. 5006. recepiſſe, quæ duæ ſummæ conficiunt libras 27096 ex quibus detractis libr. 24300. erogatis in dictum annum redditum ac libris 478. pro expenſis factis, remanent lib. 2316. quod capitale cum evidentiſſimè ex aperta Seravallii confeſſione li-
1 queret, nulla alia indigebat probatione, † quia confeſſio ſuperat omne genus probationis. Bald. *conſ.* 192. *numer.* 8. *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 34. *numer.* 3. *lib.* 3. *& conſ.* 127. *numer.* 2. *lib.* 4. Cravett. *conſ.* 61. *numer.* 3. Soc. jun. *conſ.* 5. *numer.* 4. *& ſeq. lib.* 3. Roland. *conſ.* 54. *numer.* 18. *lib.* 3. & pulchrè Surd. *conſ.* 60. *numer.* 1. *lib.* 1. qui exornat Card. Mantic. *dec.* 231. *num.* 3.

Neque obſtat, quod ex partitis ab eiſdem executoribus productis apparet penes eundem Seravallium fuiſſe tantummodo depoſitatas lib. 26862. 149. itavt totum plus ſit fœnus ex induſtria dicti depoſitarii ad capitale redactum exponendo in cambiis dictas pecunias, quia tametſi deponens non poſſit ſperare, vel prætendere à depoſitario aliquod lucrum,
2 ut inferiùs latiſſimè dicam, † nihil tamen prohibet, quin depoſitarius ſponte dare valeat deponenti integrum, vel dimidiatum lucrum ſua induſtria ex pecunia depoſitata perceptum, ut declarat Navar. *in ſum. cap.* 17. *numer.* 242. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 174. *num.* 6. Provt nec refragatur, Seravallium in computis datis, aſſignaſſe duntaxat, dictas libras 25862. & teſtatorem mandaſſe, ſtari rationi per eum reddendæ ulterioremque ab eo exigi prohibue-
3 rit; † qua diſpoſitione ſtante, omne aliud, quod in computis non continetur, cenſetur remiſſum, & legatum, cum verſemur in adminiſtratione jam facta, non facienda, juxta diſtinctionem Bar. in *leges auxilio* §. *Caius num.* 7. *ff. de liber. lega.* Gozad. *conſ.* 94. *num.* 17. Soc. *conſ.* 101. *lib.* 2. *circa med. ver. aliquando* Cov. *lib.* 2. *variar. reſolut. c.* 14. *num.* 1. *ver. poſtremo.*

Maximè ſtantibus illis verbis *in tutto*, *& per tutto* † in 4
omnibus, & per omnia, quæ ſunt generalia, & nihil excludunt, ſed omnia, etiam dependentia, & acceſſoria comprehendunt. Ruin. *conſ.* 32 *num.* 5. *lib.* 3. *& conſ.* 171. *numer.* 11. *lib* 3. Rol. *conſ.* 60. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *conſ.* 412. *num.* 29.

Ita † ut liberatio, tam amplis verbis facta trahatur etiam 5
ad incognita *l. ſi de cert. C. de tranſact.* & ibi Bartol. *colum.* 2. & Jaſ. *num.* 2. idem Bart. *in l. cum aquiliana numer.* 2. *ff. eodem de tranſact.* Caſtrenſ. *in l. tres fratres num.* 4. *& 5. ff. de pact* Soccin. Sen. *conſ.* 103. *colum.* 1. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 150. *num.* 11. *lib.* 4. Cravett. *conſil.* 227. *numer.* 11. *ver.* 7. *& numer.* 14. *& conſ.* 294. *colum.* 4. *ver. ſed adhuc magis lib.* 2. Cæphal. *conſil.* 463. *numer.* 29. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 1095. *ſub num.* 23. *ver. tertio, & ultimo lib.* 11.

Quia † cum ex dictis literis Seravallii legitimè reco- 6
gnitis conſtet de manifeſto errore calculi, id, quod deeſt in computis, ſuppletur per aliam ſcripturam, præſertim propriam ipſius Seravallii, per quam potiſſimum probari poteſt contrarium, tametſi teſtator mandaverit ſtari computis ab eo dandis, ut in terminis advertit Abb. *in conſ.* 51. *ante num.* 4. *& colum. ſi. in reſpon. ad ſecundum argumentum par.* 1.

Quinimò † ex quo in dictis literis Seravallius ſcripſit ſe po- 7
ſuiſſe ad creditum Vellii prędictas ſummas, utique in hac parte jam creditum erat certum, & ratio reddita fuerat, unde ordinatio teſtatoris non ſe extendit ad dictas partitas, nec ad rationes jam redditas, & ad computa jam facta, & de quibus ex ſcripturis ab eodem Seravallio confectis benè conſtabat, ut in puncto tradit idem Abb. *d. conſ.* 51. *ſub num.* 3. *ver. ſed his non obſtantibus.*

Quamvis † igitur ejuſmodi remiſſio teſtantis liberet Se- 8
ravallium adminiſtratorem à reddendis rationibus; à ſolutione tamen reliquatus minimè liberat, cum ulterius non legaverit ei id totum, quod ex tali redditione rationis deberetur text. in *l. ſi quis rationes ff. de liberatio. legat.* ubi Ulpianus inquit. *Si quis rationes exigere vetetur, non impeditur reliqua exigere, & in l. Aurelio* §. *Caius eod. titul. & ibi gloſ.* communiter recepta, & Bart. *numer.* 7. text. *in l. creditor* §. *inter cætera eod. tit. & in leg. ſi ſervus utitur* ubi Bar. *ff. deleg.* 1. latè, & pulchrè declarat Covar. *dict. cap.* 14. *ſub numer.* 1. *verb. poſtremo, & numer.* 7. ubi hanc materiam benè enucleavi; & Cravet. *conſil.* 93. *numer.* 9. Alexand. *conſil.* 43. *nu.* 3. *& num.* 13. *lib.* 1. ubi benè diſtinguit, *& conſ.* 170. *num.* 6. *lib.* 2. ubi poſt gloſ. *in l. Aurelius* §. *Mevia de liberatio. legat.* rationem reddit, quia nempe illæ pecuniæ, de quibus adminiſtrator aliunde apparet debitor poterant peti ab eo, tanquam à quocumque extraneo poſſidente, & ſic liberatio à redditione rationum adminiſtrationis, ſeu præceptum, ut ejus computis ſuper negotiatione ſit ſtandum non extenditur ad illas pecunias, quæ tunc potuiſſent per teſtatorem vendicari à Serravallio, tanquam à quolibet extraneo, ut ibi proſequitur Alexand. qui dicit ad hoc eſſe textum apertum in *d.* §. *Mevia* poſt Bald. in *l. cum neceſſitatem C. de fideicomm. idemque tradit* Ruin. *conſ.* 25. *num.* 12. *lib.* 1. & Gozad. *conſil.* 94. *num.* 6. 10. & facit Hier. Gabr. *conſ.* 8. *num.* 13. *lib.* 1.

Secundò præfatæ ſententiæ continebant condemnationem Serravallii in lib. 4141. 11. 6. pro intereſſe lucri ceſſantis dictarum ſummarum penes ipſum depoſitatarum à die 5. Nov. 1616. uſq; in diem 9. Aug. 1620. ſub prætextu, quod ipſe expoſuerit dictas pecunias ad negotiandum ſuper cambiis, & de hoc per epiſtolam datam die 5. Nov. certiorem fecerit eundem Vellium, & quia dictum intereſſe non erogavit in emptionem dicti annui redditus, condemnabatur etiam in lib.....- pro intereſſe lucri ceſſantis dictarum 4141. à dicta die 9. Auguſti 1620. uſque in diem 9. Auguſti 1631. ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno.

In hac quidem parte dixi præfatam ſententiam continere fœnus illicitum, & ideò non exequendam. Certum eſt enim pecunias de quibus agitur à Serravallio fuiſſe receptas in ſimplex depoſitum, ita diſertis verbis legitur in apochis de recepto, † quæ attendendæ ſunt, & contractum ſimplicis depoſiti 9
probant. Bart. *in l. cum quid nu.* 11. *ver. item debent inſpici verba quæ tunc fuerunt d. ff. ſi cert. pet. at.* Cæphal. *conſ.* 603. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 4. † maximè cum in cauſa per partem adverſam 10

pro-

productæ fuerint, per quam productionem omnia in eis contenta esse vera falsa est *l. cum precum C. de libera. cauſ.* Felyn. *in cap. cum venerabilis num.24. de except.* Oſaſch. *deciſ.pedem.* 101. *ſub num.*35. Natta *conſ.*365. *num.*3. Rol. *in conſ.*2. *nu.*116. *vol.*1. Becc. *conſ.*3. *n.*38. Sur. *conſ.*151. *n.*16. *vol.*2. Honded. *conſ.* 78. *nu.*80. *lib.*2. etiam ubi ageretur de ſcriptura privata, & carente ſolemnitatibus, quia illam producendo cenſus approbare. Bald. *in l. alia nu.*3. *C. de his quibus, ut indign* Alexand. *conſ.*184. *nu.*2. *vol.*7. Felyn. *in c. venerabilis col.*7. *in tertia limit.* ubi Dec. *num.*27. *de except.* Berous *conſil.*90. *num.*10. *&* 22. *volum.*2. Oſaſch. *deciſ.*49. *numer.*24. *& ſeq.* Surd. *d. conſil.*151. *num.*16.

12 Intelligendo † tamen eatenus, quatenus inſtrumentum, ſeu ſcriptura producta probat, & non ultra Bart. *in leg. poſt legatum numer.*2. *verſ. reſponde ff. de his quibus, ut indign.* Alexand. *conſ.*125. *nu.*5. *lib.*7. Rim. jun. *conſ.*84. *nu.*23. *lib.*1. Cæphal. *conſ.*236. *nu.*19. *lib.*2. Maſcard. *concl.*915. *nu.*7. Honded. *d. conſ.*78. *num.*89. *lib.*2.

13 Et † modò pars dictam confeſſionem acceptare non recuſaverit Bald. *in leg. cum precum Cod. de liberali* cauſa poſt Alexand. & Felyn. *quos citat tenet* Pariſ. *conſ.*115. *numer.*31. *lib.*1. Oſaſch. *dec.*39. *n.*8. Surd. *d. conſ.*101. *n.*94. *lib.*2.

14 Quin † etiam ſi in dictis apochis expreſſum non fuiſſet, adhuc pecuniæ penes dictum Mercatorem poſitæ præſumerentur depoſitatæ ſecundum Bald. *in l. incendium* 11. *nu.* 13. *ver. extra quæritur, & nu.*4. *in fi. C. ſi cert. petat.* ubi dicit menti tenendum, quia expedit magis creditori habere actionem bonæ fidei nempe depoſiti, quam ſtricti juris, ideſt certi condictionem ex mutuo, ſequitur Gratian. *tom.*1. *diſcept. forenſ. c.*174. *num.*1. *&* 8. & firmat Rota *in Romana depoſiti* 4.

15 *Junii* 1584. *coram Gypſio.* † Non enim eſt veriſimile, Mercatorem, vel divitem virum pecuniam mutuo accipere Dec. *in d. l. cum quid* & ibi Purpur. *num.*136. *ff. ſi cert. petat.* Anton. Gabr. *in com. concl. tit. de reb. cred. concluſ.*2. *nu.*2. Gratian. *dict.*

16 *num.*8. † Quicquid decus ſit in perſona indigente, cui ſi pecuniæ numerentur, præſumuntur potiùs mutuatæ, quam depoſitatæ, ut poſt Cyn. *in l. incendium ſi cert. petat.* & Ang. *in d. l. cum quid ff. eod. tit. & alios*, quos refert, tradit Gratian. *d. c.*174. *nu.*7.

17 Ad † quod depoſitum præſumendum, in hac facti ſpecie non erat neceſſe ut dictæ pecuniæ fuerint ad menſam nummulariam à Cæſare principali allatæ, cum ſufficiat illas ejus nomine fuiſſe à d. Canonico Vellio numeratas ut eſt

18 text. *in l. Lucius Titius Sempronius* 24. *ff. depoſiti*, & advertit Gratian. ubi ſup. *num.*5. ubi rationem reddit, † quia nempe actus tribuitur mandanti, non exequenti *l. item eorum* 6. §. *ſi decuriones*, & ibi gloſ. *in verb. negotium ff. quod cuiuſque univerſ. nom. l. apertiſſimè*, & ibi gloſ. *ultim. in verb. delegati Cod. de iud.* Aym. *conſil.* 22. *numer.* 3. *verſ. quia quando.*

19 Cum † itaque agatur de depoſito, non poteſt ullum prætendi intereſſe, cum illud neceſſariò debeat eſſe gratuitum, nulla lucri ſpe, nulla quæſtus aut præmii *l.*1. §. *ſi veſtimenta, &* §. *ſi quis ſervum ff. depoſiti*, ita ut depoſitum eſſe deſinat ubi lucrum promittitur, ut tradunt Doctores communiter *in l. intereſſe ff. de acqu. poſſ. & in c. naviganti de uſur.* Caldas Pereyra *recept. ſent. l.*1. q.21. *num.*5. Card. Mant. *in tr. de tacit. & ambig. l.*10. *tit.*1.

20 Et † in puncto, quod ex depoſito nulla interuſura deponens percipere, aut aliquid intereſſe à depoſitario exigere valeat, ex quo dominium in depoſitarium tranſivit, tradunt gloſa *in l. ſi ventri.* §. *in bonis*, & ibi Ripa *num.* 4. *ff. de privil. credit.* Caſtrenſ. *conſ.*285. *num.*4. *lib.*1. Felyn. *in c. cum ordinem nu.*2. *de reſcript.* Mantic. *d. lib.*10. *tit.*10. *num.*38. Cucc. de Morat. *præſcript. nu.*86. Roderiq. *in tr. de annuis reddit. lib.*3. *q.*11. *n.*12. *&* 40. Carocc. *de depoſito p.*1. *q.*2. *nu.*28. Decian. *conſ.*108. *num.*81. *lib.*2. Aym. *conſ.*924. *nu.*16. Ugolin. *de Uſur. c.*62. *n.*1. Lupus *tract. eod. in* §.3. *nu.*16. Intrigliol. *dec.*1. *nu.*6. *quibus addo* Roman. *conſ.*238. *& conſ.*520. *per tot.* Ruin. *conſil.*108. *num.*16. *lib.*1. Rim. jun. *conſ.*60. *nu.*38. *lib.*1. *& conſ.*152. *n.*44. Rot. apud Card. Cavaler. *deciſ.*331. *nu. fin.* ubi citat D. Thom. 2.2. *quæſt.* 78. *art.*3. Turrecrem. *in c. ſi res* 14. *quæſt.*6. *nu.*28. & Covar. *l.*3. *var. reſol. c.*2. *num.*6.

21 Quicquid † enim dicendum ſit quando pecunia deponitur in ſacculo accluſa, vel numeratur ad effectum duntaxat, ut ſciatur quanta ſit, & eadem reddatur, de quo per Lup. *de*

22 *uſur. comment.*1. §.3. *nu.* 61. Certè † cum in caſu noſtro pecunia depoſitata fuerit ad numerum, per talem numerationem tranſivit dominium in Seravallium qui tenebitur ad reſtitutionem in genere *leg. in nave ff. locat.* Bald. *in leg. incendium circa fi. ff. ſi cert. petat. gloſ. in l. eius qui in provincia* ubi Bar. *numer.* 12. *ff. eod.* Alexand. *in l. cum quid num.* 3. & ibi Socc. Sen. *num.* 11. *ver.* 3. *concl. ff. ſi cert. petat.* Surd. *conſ.* 391. *nu.*1. *&* 2. *vol.*3. Honded. *conſ.*43. *numer.* 13. *&* 22. *lib.*2. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*10. *tit.*3. *numer.* 29. *tom.*1. Peguer. *in deciſ.*38. *num.*6. *verſ. quamobrem.* Et † ſic 23 per talem numerationem tacitè actum intelligitur, ut depoſitarius, ea pecunia ad ſui libitum utatur, illamque in proprios uſus convertat gloſ. *in leg. de ſponſalib.*25. §.1. *verb. condemnandus eſt*, ubi Salyc. *in fi. ff. depoſiti* Caſtr. *in l. ſi ſaculum eod. tit.* Bald. *in conſ.* 355. *quidam A. num.* 2. *volum.* 3. Alexand. *in l. cum quid num.*3 *lib* 1. Cravett. *conſil.*366. *num.*6. *& conſ.*705. *num.*22. Surd. *d. conſ.*391. Rot. *deciſ.*1. *de depoſit. in antiq.* qui quidem tacitus conſenſus ſufficit ad hoc ut depoſitarius ea pecunia uti poſſit, ut poſt Navar. Molin. & alios advertit Bonace. *tom. de contract. diſp.*3. *q.*13. *punct.*1. *nu.*3. *ver. ſecundus*, & Garzia *de contractib. c.*2. *num.*12. *pag.*19. Dato † igitur, quod Seravallius præfatas pecunias cambio dede- 24 rit, vel aliter negotiatus fuerit, utique omne lucrum, & emolumentum ad eum ſpectat, in cujus dominium translatæ fuerunt, & ad quem ſpectabat etiam omne periculum; cum ille eſſet effectus debitor generis, ut in terminis tradit Alciat. *conſil.*100. *num.*5. Cum. *in conſ.* 178. *in ſecundo dubio*, & Dec. *in conſil.*6. *num.*2. *circa med. ver. nam cum ſit obligatus* Burſat. *conſ.*325. *num.*13. Surd. *d. conſil.*191. *num.*6. & ratio eſt in promptu † quia hujuſmodi depoſitum in numerata pecu- 25 nia factum egreditur fines depoſiti & aſſumit naturam mutui, ſecundum quam regulari debet, ex quo in dominium tranſivit depoſitarii gloſ. *in l. navi in verb. in creditum, & in verb. ſolvere. ff. locat. l. Lucius la* 1. *ff. depoſiti* Alexand. *in leg. cum quid num.*13. *ff. ſi cert. peta.* & ibi Soc. ſen. *nu.* 11. Dec. *in l. certi condict. §. depoſui numer.* 4. *ff. eod.* ubi etiam Alexan. *numer.*2. Honded. *conſ.*43. *num.*15. *lib. ſec.* Rimin. jun. *conſ.* 60. *num.*38. *l.*1.

Et † dicitur depoſitum irregulare, ex quo ad hunc effe- 26 ctum eſt ad inſtar mutui Alex. *conſ.* 80. *num.* 4. *ver. confirmo vol.* 3. Dec. *in conſ.*116. *num.*3. *ver. & de tali* Cæph. latè in quadam Genuenſi cauſa ſcribens, *in conſil.* 603. *numer.* 41. *& ſeqq. vol.*4. Rim. Jun. *conſ.*152. *num.*44. *volum.* 2. Et † trans- 27 fertur dominium ex natura rei, ſi non ex natura contractus Bero. *conſil.*194. *num.*34. *volum.*2. Antonin. *d. reſol.*13. *num.*6. *&* 7. *lib.*2.

Hinc † in hujuſmodi depoſito, quod per numerationem 28 tranſivit in mutuum, compenſationis exceptio non ſecus, ac in mutuo nato, & vero, poteſt opponi; tametſi aliàs in vero depoſito non admittatur compenſatio Dec. *in leg. prima num.* 3. *C. de eden.* Cagnol. *in leg. ſingularia num.* 33. *ff. ſi cert. petat.* Rol. à Vall. *conſ.* 17. *numer.* 18. *lib.*1. cum aliis latiſſimè per Rimin. Jun. *conſ.* 152. *nume.* 39. *volum.* 2. Sicut † & opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ hujuſ- 29 modi depoſitum ſola depoſitarii confeſſione probetur, non ſecus ac in mutuo confeſſato; ut per Bald. *in conſ.* 385. *circa fi. libro* 1. Cagnol. *in lege contract. numer.* 21. *ff. de regul. iur.* Marſil. *ſingul.* 135. Boerius *deciſ.*295. *numer.* 8. Et rurſus omne periculum ſpectat ad depoſitarium † qui non excuſa- 30 tur ſi alleget pecunias fuiſſe furto ſublatas ex quo ipſe eſt debitor generis, quod perire non poteſt *leg. ſive bonis Cod. de iure delib. leg. incendium C. ſi cert. petat. leg. in ratione* §. *in certis ff. ad leg. falcid.* Surd. *conſ.* 39. *num.* 3. & latiſſimè conſuluit Honded. *conſ.*43. *per tot. lib.* 2. Sicut, † & verſa vi- 31 ce, talis depoſitarius, utendo pecunia depoſitata, furtum minimè committit, quicquid ſecus ſit in pecuniis non numeratis; in ſacculo, & per modum ſpeciei depoſitatis, ut diſtinguendo tradunt Capel. Tholoſ. *deciſ.* 168. Bonacoſ. cum per eum relatis in *quæſt. crimin. verb. furtum poſt medium ver. item ſi pecunia* Card. Tuſch. *pract. concl. in verb. furtum concluſ.* 553. *num.* 19. *&* 20. ubi concordantes refert, & num. 21. ubi declarat Farinac. *de furt. quæſt.* 169. *num.*4. Nec † ci- 32 tra labem formalis uſuræ poteſt deponens aliquod lucrum prætendere Doctores communiter in *leg. quod in Epheſi in princ.* per illum text. *ff. de eo, quod certo loco latè* Alexand. *in conſ.* 80. *num.*4. *ver. confirm. vol.*3. Dec. *in conſ.*116. *num.*3. Cæphal. *conſ.*603. *num.*41. *vol.*4. Natta *conſ.*45. *num.*14. Surd. *conſ.* 23. *num.*6. *lib.*1.

Non obſtant modo ea, quæ à ſcribentibus pro Executoribus teſtamentariis adducebantur, † & primo, quod non- 33 nulli Doctores adſtruunt depoſitarium officio Judicis poſſe ad uſuras cogi, Nam ut benè diſtinguit Lupus *de uſur. comment. primo.* §. 5. *ex numer.* 61. in duobus duntaxat caſibus id ſibi locum vendicat, quorum prior eſt, quoties pe-

cunia fuit depoſita clauſa , & ſignata ad inſtar ſpeciei , ut eadem reddatur , & nihilominus depoſitarius ea fuit uſus , tunc enim ratione delicti , & contrectationis contra deponentis voluntatem factæ , utique debentur uſuræ *l. Lucius , & l. publica §. primo , & l. quintus ff. depoſit.* Poſterior caſus eſt , quando depoſitarius eſt in mora , tunc enim ratione moræ ad uſuras tenetur Jaſ. *in l. 2. num. 6. ff. ſi cert. petat.* & latiùs per Lupum loco citato , & in caſu noſtro , in quo dominium pecuniarum depoſitarum tranſivit in Seravallium , ad quem etiam , & periculum ſpectabat , utique non poſſunta Vellio , ſeu ab habentibus cauſam ab eo peti uſuræ , ut latè ſupra deduxi *num. 29. & ſeq.* Minus obſtant illa verba Seravallii in actu exceptionis depoſiti prolata , nimirum ſe ad nullum intereſſe teneri velle , niſi ad quod ſibi placeret ſolvere , junctis literis miſſivis ejuſdem ſub die menſis in quibus dixit ſe dictas pecunias dediſſe ad annum , & conſequenter ad utilitatem ejus cujus ſcribebat.

Nam aut præfata verba in actu receptionis depoſiti prolata fuerant à Seravallio ſpontè , & nulla interveniente pactione, & non obligant, nec præbent cauſam implorandi officium
34 Judicis , † cum eatenus intereſſe debeatur quatenus ſpontè depoſitarius illud præſtare voluerit, ut verba ipſa ſonant, non autem, ut actio naſcatur, nec Judicis officium Navar. *videndus in ſumm. caſ. 17. n. 242.* quem ſequitur Gratian. *lib. 1. diſcept. foreſt. caſ. 174. num. 6.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 18. nu. 28.*

35 Vel † ſunt intelligenda de mera, & ſimplici voluntate, quę non poſſit tranſire in contractum *l. prim. C. de Sacroſanct. Eccl.* Menoch. *de arbitrar. Iudic. qu. pr. nu. 2. & 4.* præſertim cum Seravallius taxativè locutus fuerit, dicens *ſolo quello che à me pareſſe, e non più*: quæ verba meram, & ſimplicem voluntatem à nulla obligatione dependentem important Jaſ. *in l. ſi ſic num. 21. ff. de legat. primo , latiſſimè* Surd. *conſ. 380.*
36 *num. 37. tom. 3.* † Cui proteſtationi cum Vellius deponens non contradixerit ; per hujuſmodi taciturnitatem inducta fuit tacita proteſtationis acceptio, ex qua tacitum quoddam pactum reſultavit Gaitus *cum relatis de credito c. 3. tit. 1. nu. 71.* ſequitur, me hic citato, Ciarlin. *par. 2. contr. c. 163. num. 10.*

37 Vel † dicta verba ſunt intelligenda de arbitrio à jure regulato , quatenus ſcilicet in depoſito , & pro pecunia depoſitata intereſſe debeatur , & in pactum deduci poſſit *leg. 2. §. 1. de rebus dub. cum aliis adductis per Brixien. in ſuo dictionario in verb. Arbitrium num. 3.* Aut verò pecuniæ à deponente ea ſpe , & intentione depoſitatæ fuerunt , ut aliquid eſſet percipiendum etiam arbitrio depoſitarii , & tali caſu nihil deberetur , & eſſet uſura formalis , ut dixi ſupra *nu-*
38 *mer. 32.* † cum pecunia non poſſit ea intentione , & ſpe deponi , ut aliquid lucri percipiatur *cap. Naviganti de uſur. cum allegatis dict. numer. 32.* & tradit Card. Mantic. *de tacitis & ambig. Conven. lib. 8. tit. 18. num. 2. & lib. 10. tit. 6. nu. 1. & ſeq.*

Nec faceſſit negotium ſupra relata epiſtola, in qua Seravallius dixit ſe poſuiſſe ad annum dictas pecunias, tum quia ibi addidit *come le dirò*, de qua tamen nihil ulterius ſcripſit; & ſic non conſtat id habuiſſe effectum.

Tum etiam , quia non apparet Vellium id acceptaſſe, & à priori contractu recedere , pecuniarumque periculum ſu-
39 bire voluiſſe . † Cum autem contractus depoſiti re contrahatur , ſitque bonæ fidei §. *præterea Inſt. quib. mod. contrah.*
40 *oblig.* Corn. *conſ. 245. num. 1. lib. 3.* † Utique ab eo minimè receditur , niſi utriuſque partis conſenſu , ſicut in quocumque bonæ fidei contractu Cæphal. *conſ. 756. num. 17.* Dec. *conſ. 64. num. 22. lib. 3.* Eugen. *conſ. 73. num. 29.* Burſatt. *conſ. 373. num. 28.* Surd. *conſ. 38. num. 11. & conſil. 321. num. 57. & deciſ. 98. num. 5.* ſive loquamur de receſſu, quo ad eſſentiam, ſive de mutatione, vel qualificatione, aut prorogatione Bal. *conſ. 452.*

41 Nec † officit , Vellium acceptando abſque proteſtatione dictam epiſtolam , in qua Seravallius eum certiorem reddebat ſe dediſſe dictas pecunias ad rationem anni continuò cenſeri approbaſſe contenta in eis , ut per Bald. *in leg. ſi literas in fi. C. mandat. & rub. C. de fid. Inſtrum. numer. 67.* Alexand. *in l. quæ dotis num. 34. ff. ſolut. matr.* Rota *Gen. deciſ. 18. num. 14.* Rota *Romana deciſ. 811. num. 14. p. 1. diverſ.* quia pro nunc ſat , eſt dicere dictum contractum depoſiti tacito alterius partis conſenſu minimè notatum cenſeri.

42 Tum † quia hodie ex tacito conſenſu non fit novatio , præſertim ut à priori contractu recedatur *l. ultima* ubi Doctores communiter *C. de nou. §. præterea Inſtitut. quib. mod. toll. oblig.* Bar. *in l. ſingularia num. 10.* & ibi Jaſ. *numer. 37. ff. ſi cert. petat.* Rimin. *conſil. 201. numer. 14. lib. 2.* Rota *Genuen. deciſione 2. numer. 20.* Honded. *conſil. 40. numer. 10. lib. 2.* Menoch. *de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. numer. 12.* Gail. *pract. obſer. lib. 2. obſerv. 30. numer. 3.* Bart. *deciſione 21. numer. 9.* Maſtrill. *deciſ. 40. numer. 4. & 5.* Tum etiam quia ad hoc , ut contractus bonæ fidei tollatur , & in alium transfundatur , requiritur acceptatio, & mutuus partium conſenſus , ex latè congeſtis per Giurb. *in deciſ. 113. numer. 5. circa medium* , & ex Maſtrill. & aliis mox adductis.

Quinimò evidenter apparet Vellium non acceptaſſe dictam novam negotiationem , cum in teſtamento , cum quo deceſſit , mentionem faciens de dictis pecuniis à Joanne ejus nomine Seravallio conſignatis , non addidit iſtas fuiſſe locro datas, vel aliquod intereſſe exigendum eſſe oſtendens propterea ſe nullatenus recedere voluiſſe à depoſito , † quod tunc propriè dicitur ; quan- 43
do fit conſignatio rei vel pecuniæ , ut inquit Vulpian. *leg. primæ ff. depoſit.* non enim dixiſſe teſtator , *denari conſegnati al Seravalle* , quod in depoſitum tantum ſonat , ſed dixiſſet, *denari che à mia utilità il Seravalle hà dati à ragione d'anno.*

Cum † itaque habeamus principium clarum ex parte Se- 44
ravallii recipientis in ſimplex depoſitum , & voluntatem clariſſimam alterius partis in fine , dum in teſtamento depoſuit de pecuniis depoſitatis , fruſtra quæritur , an hoc medio tempore fuit tacitè receſſum à contractu depoſiti ad text. *in l. ille à quo §. ſi de teſtamento , ubi gloſ. in ver. Verba ff. ad Trebell.* Surd. *conſ. 315. num. 12. lib. 3.* Rot. *Romana coram Card. Cavalerio deciſ. 408. num. 7.*

Denique habemus liberationem ipſius Teſtatoris ad favorem Seravallii , cujus computis ſtari mandavit in omnibus , & per omnia , ita ut ab eo rationes exigi non poſſint , & ſic cum non agatur de computis jam ſolidatis , ut in primo capite , *ſup. nu. 7.* nec appareat de ullo Seravallii dolo, certè computis ejus nomine exhibitis ſtandum eſt omnino ex allegatis *num. 3. & ſeq.* † maximè ab executoribus teſtamentariis , ut 45
latè per Sim. de Pret. *de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 2. n. 1. & nu. 22. & ſeq. fol. mihi 485.*

Tertium caput ſententiæ continebat condemnationem Seravallii ad intereſſe ad rationem quinque pro ſingulo centenario , & anno tam ſuper dictis libris 2316. reſidui capitalis , quod erogare debebat Seravallius uſque de anno 1620. quam ſuper dictis libris..... aſſerti intereſſe quod dd. Judices exiſtimaverant decurriſſe uſque ad dictum annum 1620. quod cum non ſoluerit , poſuerunt illud in capitale , & ſuper illud dictum intereſſe calculaverunt . Circa quod pronunciavi , quoad intereſſe reſidui capitalis dictam ſententiam non continere uſuraria in pravitatem , † quia 46
cum de anno 1620. idem Seravallius depoſitarius fuerit in mora conſtitutus , certè ad intereſſe tenetur ut per Lupum *de Uſur. comment. pr. §. 3. ſub num. 61. circa fi. ver. aut vero ſumus* , & præſupponit Rota apud Cardinal. Caval. *deciſ. 331. nu. 6.*

Quo verò ad intereſſe calculatum ſuper alio aſſertio intereſſe ante dictum annum 1620. debito , dixi ſententiam eſſe uſurariam , quia cum jam ſatis ſuperque demonſtraverimus præfatum intereſſe pecuniarum depoſitatarum ante interpellationem de anno 1620. factam , minimè fuiſſe debitum , utique multò minus potuit in capitale reduci , ac ſuper eo currere hoc noviſſimum † intereſſe , quod uti acceſſorium 47
ſine ſuo capitale ſtare nequit Rot. *Genuen. deciſ. 61. num. 1. & deciſ. 220. in fine* , & in terminis depoſiti Cavaler. *dict. deciſ. 331. num. 4.* Meæque huic ſententiæ partes utrinque acquievere.

ARGUMENTUM.

Diſpoſitio *l. Barbarius Philippus ff. de offic. Prætor.* an & quando procedat in ſpiritualibus. Acta per Vicarium revocatum, vel poſt obitum Epiſcopi geſta ; an , & quando ſuſtineantur ſi revocatio , vel mors communiter ignorabatur , vel de illa dubitabatur , & reprobatur Sanch. de Matrim. *lib. 3. diſp. 22. num. 59.* Collatio ordinum, vel beneficii, abſolutio vel excommunicatio , an , & quando teneant , ſi fiant ab occultè inhabili , & enucleatur text. *in d. l. Barbarius.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Vicarius ab Epiſcopo abſente revocatus, non amittit iuriſdictionem, donec ab ipſo certioretur.*
2 *Mortuo Epiſcopo, ſtatim Vicarius amittit iuriſdictionem, etiam quoad cauſas cœptas.*
3 *Niſi Epiſcopi mors communiter ignoretur.*
4 *Error communis cum titulo Officialis putativo, ſupplet iuriſdictionem vigore* l. Barbarius ff. de offic. Prætor.
5 *Epiſcopo in longinquis partibus mortuo, an ſi id communiter ignoretur poſſit Vicarius exequi diſpenſationes matrimoniales eidem directas.*
Probabilior opinio, an tribuat iuriſdictionem ex d. l. Barbarius d. nu. 5.
6 *Diſpoſitio facta ab eo, qui per errorem communiter reputabatur habere facultatem diſponendi, tenet.*
7 *Veritatem potiùs, quam communem errorem ſequi debet vir probus.*
9 *Iuriſdictio ordinaria regulariter non expirat morte concedentis, re integra.*
10 *Error communis validat actum à Iudice putativo factum, non tamen reddit illum habilem officialem.*
11 *Abſolutio peccatorum lata à Parocho putativo, tenet, ſed taliter abſolvens peccat.*
12 l. Barbarius, *an procedat in officiali, qui unicum vel binos actus exercuit.*
13 l. Barbarius, *quatenus ſecundum Canoniſtas in ſpiritualibus procedat.*
14 *Et quatenus ſecundum Theologos.*
15 l. Barbarius *in ſpiritualibus procedit, nullo juris divini, vel naturalis exiſtente impedimento.*
16 *Reſignatio beneficii recepta per Vicarium poſt obitum Epiſcopi communiter ignoratum tenet.*
17 *Collatio beneficii facta à Vicario poſt obitum Epiſcopi communiter ignoratum, tenet.*
18 *Collatio facta ab Epiſcopo excommunicato, non tamen denunciato, tenet.*
19 *Ordinatus cum dimiſſoriis Vicariis poſt obitum Epiſcopi communiter ignoratum, dicitur ritè ordinatus.*
20 *Præſentatio facta à Patrono putativo non vitiatur per ſcientiam ſupervenientem.*
21 *Matrimonium, cui aſſiſtit Parochus habens titulum invalidum tenet.*
22 *Matrimonium celebratum cum aſſiſtentia Sacerdotis deputati à Parocho excommunicato, vel ab ordinario non intendente in animo concedere licentiam, tenet.*
23 l. Barbarius, *non procedit ubi adeſt impedimentum juris divini, vel naturalis.*
24 *Abſolutio data ab eo, qui non eſt ſacerdos non tenet, etiam ſi pro Sacerdote communiter reputabatur.*
25 *Abſolutio data à Sacerdote, non habente auctoritatem, tenet ſtante titulo colorato, & communi errore.*
26 l. Barbarius, *an procedat in officiali deputato non habente iuriſdictionem.*
Abſolutio data à Sacerdote cui licentia audiendi confeſſiones revocata fuit, ſi id communiter ignoretur tenet.
27 *Acta geſta coram Iudice, cuius revocatio ignorabatur valent.*
28 *Abſolutio à Sacerdote data, cui facultas ad tempus data expiravit, tenet.*
29 *Per excommunicatum occultum geſta valida ſunt.*
Epiſcopus occultè excommunicatus, validè confert beneficium excommunicat, & abſoluit.
30 *Epiſcopus occultè excommunicatus, an ea validè conferat, quæ characterem imprimunt.*
31 Rota in deciſ. 732. numer. 1. par. 1. diverſ. *conciliatur cum eadem* Rota in deciſ. 608. num. 12. par. 2. recentior.
32 *Ordinans, non Sacerdos vel non Epiſcopus, licèt talis communiter reputetur, non imprimit characterem.*
Vicarii laici, vel irregularis communiter reputati idonei acta; an ſint valida.
33 l. Barbarius *præcedit etiam ubi error inſurgit ex probabili* DD. *opinione.*
34 l. Barbarius *præcedit etiam ubi populus non erraret, ſed dubitaret.*
35 l. Barbarius *ceſſat ſi ante completum negotium veritas detegitur.*
36 l. Barbarius, *an procedat ubi eligens officialem, non habet auctoritatem illum habilitandi.*
37 *Notarii occultè Hæretici inſtrumenta, & acta valida ſunt.*
38 *A Prælato putativo geſta ſuſtentantur à Iuriſdictione ſibi à lege tributa ob bonum publicum.*
39 *Ratione una finali ceſſante, altera remanente, non ceſſat diſpoſitio.*
40 Ferret. conſ. 8. vol. 1. *reprobatur.*
41 l. Barbarius, *ampliatur, & limitatur,* remiſſivè, & num. 42. & 43.

DECISIO XXX.

Diem functo in Urbe Roma de Menſe Maii 1624. claræ mem. D. Cardin. Alexandro Eſtenſi, nondum ejus obitus in Civitate Regii ubi ejus Vicarius vices gerebam, publicato, fuerunt mihi præſentatæ quædam matrimoniales diſpenſationes, Epiſcopo Regii, ſeu ejus Vicario directæ. Me autem per certum nuntium de obitu certiore facto illas, ob juriſdictionis defectum exequi retinente; dicebatur, quod quamvis vera ſit Doctorum diſtinctio, inter ceſſationem tituli, vel officii, quæ contingit ob officialis remotionem factam ab Epiſcopo abſente communiter ignoratam, & inter eam ceſſationem, quæ contigit ob mortem ipſius Epiſcopi, vel delegantis, Ut priori † caſu, 1
nempe, ſi Vicarius ab Epiſcopo abſente revocetur, non teneatur, ab officio deſiſtere, nec juriſdictionem amittat, etiamſi aliunde id ſciat; donec ab Epiſcopo per literas, vel nuncium de revocatione certior fiat, ut per Boer. *deciſ.* 347. *à numer.* 14. *uſque ad* 18. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de forma Vicariatus num.* 212. Cuccus *lib.* 2. *inſtitution. Moral. titulo octavo, numer.* 147. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 30. *in fi.* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 3. *quæſt.* 36. *num.* 6. *cum per eum relatis* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.* 24. *à num.* 41.

Poſteriori † verò caſu, nempe ſi revocatio ſequatur per 2
Epiſcopi mortem, ipſo facto abſque ulla intimatione, Vicarius amittat Juriſdictionem, eo quia Epiſcopi, & Vicarii unum ſit idemque tribunal, & reputetur eadem utriuſque perſona *cap.* 2. *de conſuet. in ſexto, c. Romana de Appell. in ſexto*, & habetur per Sanchez. *dicta diſp.* 30. *num.* 2. & eſt doctrina Felyn. communiter recepta *in c. ex parte decani nu.* 18. *ver. fallit octavo, de reſcript.* latè per Barboſ. *in l. quia tale* 14. *num.* 93. *ff. ſolut. Matr.* Covarr. *pract. quæſt. c.* 4. *numer.* 4. Gratian. *cum relat. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 276. *nu.* 44. *& ſeqq.* Vide pulchrè Joan. Andr. *in cap. quod ob gratiam n.* 5. *in fi. & n.* 6. *de reg. iur. in* 6.

Nihilominus † quando Epiſcopus in longinquis partibus 3
mortuus eſt, ita ut communiter mors ignoretur, ut in caſu noſtro valent geſta per Vicarium propter *legem Barbarius Philippus de offic. Prætor* ob quam tenent geſta per eum, qui non erat Vicarius Epiſcopi, ſed pro tali communiter habebatur, ut per Rot. *deciſ.* 1. *aliàs* 47. *de offic. Vicar. in nov.* Bellamer. *deciſ.* 402. *de offic. legat.* Milis *in repert. in verb. Vicarius ſive officialis* Felyn. in *c. ſicut poſt num.* 31. *de re iudic.* Maſcar. *de prob. concl.* 648. *num.* 6. *volum.* 2. Alex. *conſ.* 186. *ſub numer.* 7. *ver.* 2. *dubitatio l.* 2. Barboſ. *de offic. Epiſc. allegat.* 54. *num.* 152. qui in ultima editione hanc meam deciſionem citat.

Nam † ob publicam utilitatem, ſi ex parte officialis in- 4
tervenit titulus putativus, & ex parte populi communis error, acta ſuſtinentur, jura ſupplent juriſdictionem, & idem communis error facit legem, & pro veritate habetur *dicta a lege Barbarius, & ibi omnes* communiter: facit illud ſapientis. *Iudicium populi univerſi ne deſpexerit* per Bald. *in conſil.* 496. *punctus quæſtionis ſub num.* 3. *volum.* 4. Et in terminis præciſis. † Ut ſi Epiſcopus in longinquis partibus mor- 5
tuus ſit, ita ut ejus obitus communiter ignoretur poſſit Vicarius exequi hujuſmodi diſpenſationes matrimoniales, firmat Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 22. *numer.* 59. ubi ex mente aliorum quos citat, hoc ampliat etiam ſi Epiſcopi mors nota ſit Vicario, ut in hac facti ſpecie, *Doctores* enim vim nequaquam facient in illius notitia, vel ignorantia, ſed in communi, & juſta ignorantia ob publicam utilitatem, cum tali caſu concurrat communis error, & titulus à legitimo Superiore collatus; ejuſque extinctio ſit

occulta juxta *dicta l. Barbarius* ; ut latius per eundem Sanchez , cum igitur habeamus deciſionem caſus expreſſam , non videbatur ulterius hæſitandum . Imo quod non ſolum communis error , ſed etiam probabilis opinio Doctorum tribuat juriſdictionem *ex l. Barbarius habetur* per Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 8. de quo vide* Garz. *de Benef. par. 5. cap. 4. nu. 305. cum ſeq.*

6 Et † diſpenſationem factam per illum qui communiter reputabatur habere facultatem ſuper matrimonio valere . licet facultatem non haberet firmavit Rota *Romana ut per Pappon. in addit. ad deciſ. 2. alias 136. voluerunt Dom. num. 9. de fil. præsbyter. per conſil. Anchar. 409. in fi.* Gabr. qui corruptè refert dictam deciſionem *in tit. de probat. concl. 8. numer. 18.* Maſcard. *concl. 648. nu. 74. colum. 2. de probat.*

Ego tamen nullatenus eaſdem diſpenſationes exequi volui ; quia , tametſi jus civile , vel canonicum in terminis *legis Barbarius* ſuppleat juriſdictionem ad effectum ſuſtentandi actus geſtos , in gratiam publicæ utilitatis ; tamen

7 † vir probus , & integer habita notitia de morte Epiſcopi , & ſic veritate , magis illam , quam communem errorem , ſequi debet *cap. conſuetudo diſt. 8. ibi propter quod relicti errore ſequamur veritatem* . Igitur cum non ignorarem Cardi-

8 nalis obitum , † per quem mea juriſdictio ſtatim expiraverat Abb. *in cap. pen. de off. Vic. Reb. in pr. for. Vic.* & eſt commun. opin. de qua Pariſ. *de reſ. lib. 6. quæſt. 24. num 36.* cum aliis , quos retuli *ſup. num. 2.* etiam quo ad negotia cœpta , cum Vicarius ſe habeat ad Juriſdictionem Epiſcopi per modum acceſſorii , ita ut extincta juriſdictione ordinaria Epiſcopi , quæ apud eum erat in concreto , per conſequens extinguatur in perſona Vicarii qui eandem juriſdictionem ordinariam habebat , etiam quo ad cauſas cœptas , quicquid

9 † alias juriſdictio ordinaria non expiret morte concedentis , re integra ; ut latè explicat Barboſa *in leg. quia tale 14. num. 33. ff. ſol. Matr.* poſt Alex. *in l. more num. 4. ff. de juriſd. omn. jud.* Covar. *pract. qq. cap. 4. num. 4.* ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 276. num. 44. & ſeqq.* & me hic citato Paul. Goazzin. *in tract. ad defenſ. animar. lib. 2. defenſ. 1. cap. 8. §. 1. num. 46.* Idcirco non debui me amplius in officio ingerere ſub

10 cupeo communis erroris , † qui licet validet actus à Judice putativo geſtos , non tamen facit illum validum officialem Bar. *in repet. d. leg. Barbarius colum. 3. & ſeq.* & ibi Bald. & Alb. qui de com. teſtatur Jun. *in cap. cum dilectus colum. 1. de elec.* Socc. ſen. *conſ. 59. col. 3. vol. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 648. nu. 84. vol. 2.*

Unde ipſe ſuæ conditionis non ignarus debet abſtinere , aliàs peccat, operando contra propriam conſcientiam ſicut in

11 ſimili quamvis † teneat abſolutio peccatorum lata à ſacerdote , qui nec ordinariam nec delegatam habet juriſdictionem per *d. l. Barbarius* (ut infra dicetur) taliter tamen abſolvens, ſi hujus defectus ſit conſcius , peccat uſurpatione alienæ juriſdictionis , quia proprium non habet inquit Coninch. *de Sacram. pœnit. diſput. 8. dub. 3. concluſ. 6.*

Ex alio etiam capite abſtinui , ne ſcilicet cauſam præberem

12 poſtea altercandi , ſuper dicti matrimonii validitate † tum quia diſputant Doctores , an *lex Barbarius* quæ in publica fundatur utilitate, procedat ſi officialis unicum,vel duos duntaxat actus exercuerit , ut videre eſt apud Jaſon. *in eadem l. Barbarius num. 71.* de quo etiam Maſcard. *d. concl. 648. numer. 96.*

13 Tum etiam quia valde controverſum eſt in jure , † an & quando diſpoſitio dictæ *legis Barbarius* procedat in ſpiritualibus , in quo articulo Rota viſa eſt variaſſe ; Nam *in deciſ. 371. num. 17. par. 1. diverſ.* tenet illam procedere duntaxat in temporalibus , non autem in ſpiritualibus , & tamen totum contrarium , ut imò etiam in ſpiritualibus procedat tenet eadem Rota *in deciſ. 608. num. 12. & ſeqq. par. 2. in recent.*

Quæ tamen *deciſiones* fœdere diſtinctionis ad concordiam redigi poſſunt, (quamvis Jaſ. *in d. l. Barbarius num. 69.* neſciverit , ſe ab hac difficultate extricare .) Et quidem nonnulli Doctores diſtinxerunt inter ſpiritualia , quæ non imprimunt characterem , & ea quæ imprimunt ; & executio quandoque expectatur ; ut in priori caſu procedat affirmativa opinio , in poſteriori negativa , ut per Abb. *in cap. veritatis num. 46. de dolo, & contum.*

Complures etiam *ſcribentes* diſtinxere inter ſpiritualia contentioſa , & ſpiritualia mera , ut in illis procedat opinio affirmativa , in iſtis negativa , ita poſt alios Maſcar. *de prob. tom. 2. concl. 648. num. 31.*

Alii rurſus diſtinxerunt inter Sacramentalia , & inter cætera ſpiritualia , ut in illis verificetur opinio negativa , in iſtis affirmativa .

Cæterùm ſingulæ prædictæ diſtinctiones maximam patiuntur difficultatem , & defectivæ ſunt , & ex infra dicendis confunduntur , † quare vera diſtinctio illa eſt , quam 14
Theologi afferunt , ut opinio affirmativa , & diſpoſitio *leg. Barbarius* , & ſic titulus coloratus una cum errore communi ita demus pro veritate habeatur , ſi nullum adſit impedimentum divini Juris , vel naturalis . Negativa vero opinio procedat , quando aliquod adeſt impedimentum Juris divini , vel naturalis . Ita notabiliter diſtinguit Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſput. 22. num. 27.* ſequitur Bonac. *tom. de matr. quæſt. 2. punct. 8. numer. 24.* & ita in effectu videtur diſtinguere Cajet. *in ſumm. verb. confeſſio ſacr. quando ex parte confeſſoris iteranda eſt* . Ratio diſcriminis eſt , quia ubi adeſt defectus juris poſitivi , jus ipſum , & Eccleſia ſupplere poſſunt , ſecus autem ubi adeſt defectus juris divini, vel naturalis , quem nec Eccleſia nec jus poſitivum poteſt ſupplere .

In † priori igitur diſtinctionis membro , ſive ſpiritualia 15
voluntariæ ſint juriſdictionis , ſive contentioſæ utique ſibi locum vendicat diſpoſitio dictę *legis Barbarius* ita ut titulus coloratus , una cum communi reputatione in gratiam publicæ utilitatis , jus faciat , & pro veritate habeatur , ubi non adeſt impedimentum juris divini , vel naturalis , & in his terminis loquitur Rota cum per eum relatis *in dicta deciſ. 608. num. 12. par. 2. rec.* & ita etiam declarat Bald. *in leg. 2. num. 6. in fi. C. de ſent. & interloc. omn. iud.*

Et in hunc ſenſum intelliguntur Doctores dicentes in hoc nullam intercedere differentiam inter ſpiritualia , & temporalia , ut Innoc. *in c. 1. col. 1. de ſchiſmat. & in cap. 1. de dolo, & contum.* Gabr. *d. concl. 8. nu. 36.*

Hinc † reſignatio beneficii recepta per Vicarium haben- 16
tem ad hoc facultatem , ſubſiſtit , etiamſi Epiſcopus obierit ante receptionem reſignationis , ſi obitus ejus ignorabatur , ut per Pute. *deciſ. 730. par. 2.* Moheda. *deciſ. 31 ?. fuit dubitatum de renunc.* Pariſ. *conſil. 136. colum. 2. volum. 4. alter* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 7. quæſt. 24. num. 33.* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 3. quæſt. 36. num. 10. Anaſtaſ. Germon. de Indult. §. tibi quoad vixeris num. 63.*

Circa quod quatenus Put. & Flamin. Pariſ. vim faciunt in ignorantia Vicarii , puto idem in foro externo dicendum ſi ipſe ſciebat , quia *lex Barbarius* , ſe fundat in communi aliorum errore, ut etiam ſupra dictum eſt *nu. 5.*

Hinc † etiam collatio beneficii facta à Vicario poſt mor- 17
tem ignoratam Epiſcopi , valet & tenet , ut firmat Rota cum relatis *in d. dec. 618. nu. 2. p. 2. recent.*

Idem † de Epiſcopo excommunicato , non tamen declara- 18
to , conferente per ſe , vel per Vicarium , firmat Felyn. *in c. ad probandum nu. 6. de ſent. & re iud.* ubi teſtatur ita ſuo tempore tenuiſſe Rotam .

Hinc † pariter ſi quis ordinatur cum literis dimiſſoriis da- 19
tis à Vicario poſt mortem Epiſcopi non publicatam , dicitur ritè ordinatus , quia dimiſſoriæ illæ ob publicam utilitatem valent , & tenent Henriq. *lib. 5. de pœnit. capit. 13. numer. 3. in commen. litera A.* ubi ait ſic tenuiſſe viros doctos Leſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 8. ſub numer. 67. ver. de tertio* .

Hinc † pariter præſentatio facta à Patrono putativo non 20
vitiatur , licet poſtea appareat , eum non fuiſſe Patronum , *cap. conſultationibus de Iurepat. cap. quærebam de elect.* Lapus *alleg. 89. ſub num. 8. in fi.* Oldrad. *conſil. 312. poſt num. 2.* Feder. de Senis *conſil. 234. poſt num. 4.* Rota *deciſ. 556. & 574. in antiq. & 268. in nou.* Lambert. *atteſtans* de commun. opin. *in tract. de Iurepat. ar. 2. quæſt. 3. part. 1. lib. 2.* cum aliis per Mandoſ. *in addit. ad dictam alleg. Lapi. 89. litera S.*

Idemque eſt in electione facta ab Electore putativo *c. cum olim de cauſ. poſſeſſ.* Lapus *ubi ſupra d. num. 8. in fi.* Doctor. *in d. c. conſultation. & in c. ex literis de Iurep.* Henric. Boic. *in c. 2. colum. 2. verſic. aut non eſt proprietarius de in integr. reſtit.* Socc. qui exornat *conſ. 33. in iis , poſt num. 20.* Lambertin. *ubi ſupra num. 7.* Mandoſ. non relatis *in addit.* ad Lap. *ubi ſupra lit. T.*

Hinc † rurſus valet Matrimonium , cui aſſiſtit Parochus 21
habens titulum invalidum,ob vitium aliquod occultum,quia adeſt titulus coloratus,una cum errore communi,abſque impedimento juris naturalis,vel divini Coninc. *de matr. diſp. 27.*

num.

numer. 26. Bonacc. *etiam de Matr. quæst.* 2. *punct.* 8. *num.* 27. ubi *num.* 30. Ampliat etiam si assistat laicus reputatus Sacer-
22 dos, cum etiam iste sit defectus juris positivi † Idemque juris est si Parochus excommunicatus, tolleratus tamen, daret licentiam assistendi matrimonio alteri Sacerdoti, vel si Ordinarius illam tribueret fictè, ut exterius concessit, alterius autem non intendebat concedere. Nam matrimonium validum erit Cevall. *in specul. com. contra com. quæst.* 604. *num.* 119. *&* 120.

23 In posteriori † vero distinctionis membro, nempe ubi adest impedimentum juris naturalis, vel divini, procedit altera sententia, quæ habet, *legem Barbarius* non sibi locum vendicare in spiritualibus, & in hunc sensum intelligi debent Innoc. *in cap. cum dilectus post numer.* 4. *ver. item dicunt de consuet.* Abb. *in cap. Rodulphus colum.* 2. *de consuet.* Bald. *in l.* 2. *num.* 6. *ver. sed nunquid Cod. de senten. & interl. omn. jud.* Socc. *regula* 227. *Fall.* 5. Gabr. qui plurimos corruptè citat. *in concl.* 8. *num.* 36. *tit. de prob.* Paris. *cons.* 136. *num.* 12. *vol.* 4. & Rota *in d. dec.* 731. *num.* 17. *par.* 3. *divers.*

24 Hinc † absolutio peccatorum data ab eo, qui non est verè Sacerdos, non tenet, quia est impedimentum juris divini, cui nec jus Canonicum, nec jus civile supplere potest, secundum veriorem opinionem de qua Abb. *in cap.* 2. *in fin. de presbyt. non baptiz.* Dec. *in cap. fin. numer.* 54. *de constit.* Cajet. *in summ. vers. Confessionis iteratio cap. conf. quare ex parte confessoris iteranda* Sanchez, qui plurimos congerit *de matri. libr.* 3. *disput.* 22. *numer.* 27. Avila *de cens.* 2. *par. cap.* 6. *disput.* 7. *dub.* 7. Bonacc. *de Matrim. quæst.* 2. *punct.* 8. *num.* 36. quicquid secus, & malè senserit Jas. *in dict. l. Barbar. num.* 63.

Imò contra Jasonem benè induci potest eadem lex Barbarius in sui ratione, ibi *& verum puto nihil eorum reprobari, cum populus Romanus etiam servo potuisset decernere hanc potestatem*, ergo secus esset; si non potuisset, provt Ecclesia non potest hanc potestatem non sacerdoti decernere, ut etiam advertit Sanch. *loc. cit.* quæ tamen ratio non est tuta, ut *infra num.* 36. *& seq.*

25 Quæ † tamen conclusio ita demum procedit, si verè ille non erat Sacerdos, & sic non habebat clavium potestatem actu, nec habitu; secus si saltem habitu illam habebat, ut qui Sacerdos erat, tametsi careret Jurisdictione ordinaria, vel delegata; hoc enim casu cum sit defectus duntaxat juris positivi, utique stante titulo colorato, & communi errore, absolutio tenet glos. *in dict. dudum, il secondo, ver. deceptæ de elect.* quam sequitur Masc. *de prob. to.* 2. *concl.* 648. *num.* 33. Conich. *de Sacram. pœnit. disput.* 8. *dub.* 3. *concl.* 6. ubi ait habentem solum titulum coloratum, & si propriè loquendo non habeat habitualem jurisdictionem, validè tamen absolvere; Ecclesia ob commune bonum, ejus defectum supplente: conferendo ei quodammodo actualem jurisdictionem ad singulos ejus actus.

26 Idemque † dicendum in approbato ad audiendas confessiones, cui postea, licentia ab ordinario revocata fuit, si enim id communiter ignoratur, videt absolutio, quia adest error communis, ortus à justo titulo, ut per Henriq. *libr.* 6. *de pœnit. cap.* 6. *numer.* 2. *in commen. litera E. & numer.* 3. Manuel. *in summ. tom.* 1. *cap.* 60. *num.* 3. *in secunda additione* Sanch. *de matrim. libr.* 3. *disp.* 22. *nu.* 58. Less. *de Just. & jur. lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 8. *num.* 67.

Quod bene nota, quia novi ego quendam D. Episcopum, qui cum hanc doctrinam ignoraret, in facti contingentia per edictum populo cujusdam villæ notificare volebat confessiones à quodam sacerdote, post revocatam facultatem exceptas, irritas esse, ac necessario iterandas, quod plurima scandala, & scrupulos peperisset, nisi eundem Dominum Episcopum ego à tali opinione revocassem.

27 Provt † in fortioribus terminis, nempe in officiali, qui per sententiam fuit officio privatus, si tamen id communiter ignorabatur, sibi locum vendicare dictam legem Barbarius, tradunt ibi Bald. *in* 1. *lectur. numer.* 30. Jas. *numer.* 68. idem Bald. *in leg.* 2. *numer.* 8. *Cod. de sent. & interloc. & in leg.* 1. *numer.* 12. *Cod. de testam.* ubi Born. *nu.* 14. Mascard. *cit at. concl.* 648. *num.* 67.

28 Rursus † idem dicendum est in eo sacerdote, qui ab Ordinario licentiam excipiendi sacramentales confessiones ad tempus acceperat, & transacto tempore, adhuc perseverat; nam & isto casu absolutiones sustinentur, ut per Henriq. *de pœnit. dict. leg.* 6. *cap.* 6.

Et quamvis ab hac sententia recedat Bonacc. *de Matrim. quæst.* 2. *punct.* 8. *num.* 29. ad hoc corruptè citans Mascardum, supponens hic non adesse titulum coloratum, quasi potius fiat contra formam datam: ipse tamen valde decipitur, quia cum populus ignoret licentiam expirasse, & sic adsit communis error & titulus putativus, utique Ecclesia supplet Jurisdictionem, ut in fortioribus terminis, nempe in eo, qui nunquam habuit facultatem vel jurisdictionem deducebam supra *num.* 25.

Ex hoc eodem posteriori distinctionis membro sequitur † 29
acta per occultum excommunicatum gesta, valida esse, ita ut ipse validè beneficia conferat, validè excommunicet, validè absolvat, nec enim adest impedimentum juris divini, vel naturalis, & hæc fiunt à dignitate non à persona, Unde hanc opinionem tenent Innoc. *in cap.* 1. *de schismatis num.* 3. Abb. *in cap. ad probandum numer.* 14. *&* 15. *de sentent. & re iud.* ubi hanc veriorem appellat, & ibi Felyn. *numer.* 6. *&* 7. ubi *de com.* Mascard. *cum relat. dict. concl.* 648. *numer.* 45. latè Silvest. *in Summ. verb. excommunicatio* 3. *numer.* 3. 4. *&* 5. Sanchez. qui latè hanc sententiam defendit *de matrimon. libr.* 3. *dict. disput.* 22. *sub numer.* 34. *ver. cæterum*, & sub *numer.* 35. *ver. verius* Guttier. qui plures etiam congerit & de comm. testatur *libr.* 1. *Canonic. qq. cap.* 1. *num.* 79.

Quam † tamen sententiam nonnulli recipiendam negant 30
in iis, quæ characterem imprimunt, & executionem expectant, ut in collatione ordinum, quamvis enim Episcopus excommunicatus, vel non proprius ordinans imprimat characterem, non tamen confert ordinis executionem, sine dispensatione, & hanc esse communem opinionem testatur *Parnomit.* qui tamen eam non sequitur *in cap. veritatis num.* 46. *de dolo & contum.* Mascard. *de probat. concl.* 648. *sub nu.* 45. *vers. si vero* & ita determinat Rota *in supracitata decis.* per eum relatis *disp.* 732. *nu.* 1. *&* 17. *p.* 1. *divers.*

Et quamvis contraria sententia in puncto Iuris videatur verior, ut per Abb. *ubi supra & in cap. ad probandum numer.* 15. & ibi Felyn. *num.* 7. *de sent. & re iud.* & tradit Sanch. cum 22. *sub num.* 35. *ver. verius*.

Ea † tamen admissa & sic quatenus sic ordinatus execu- 31
tionem recipiat ordinis, adhuc executio ipsa est illi interdicenda, ut rectè conclusum fuit *in dict. decis.* 731. *numer.* 1. ubi aliæ decisiones ac plurimi DD. citantur, quæ propterea *decisio* remanet defensata à contrarietate quam habere videbatur cum *dict. decis.* 608. *numer.* 12. *part.* 2. *recent.* quæ loquitur in illis spiritualibus, in quibus non imprimitur character.

Si † tamen ordinans non esset sacerdos, utique non mo- 32
do non tribueret exercitium ordinis, sed nec quidem characterem imprimeret, non attento communi errore; hic enim adesse impedimentum juris divini; quia potestas conferendi ordines supponit potestatem super corpus verum Christi, & est actus ordinis, qui propterea ab eo, qui caret ordine exerceri non potest Silv. *in ver. ordo* 2. 2. 1. *& ordo* 3. *quæst.* 1. cum aliis per Bonacc. *de Sacram. ordinis disput.* 6. *quæst. unic. punct.* 4. *numer.* 4. *&* 5. qui idem dicit, si quis ordinatur ab eo, qui putabatur, sed non erat Episcopus, quod ante eum firmavit Ferret. alios referens *consil.* 8. *sub numer.* 4. *lib.* 1.

Pro coronide nota perpetuò duas ampliationes maximi momenti *ad d. leg. Barbarius* tam si agatur de temporalibus, quam si de spiritualibus, † quarum prior est, ut ejusdem le- 33
gis dispositio procedat non solum ob communem errorem, sed etiam ob probabilem doctorum opinionem, ita ut, si plures adsint opiniones: an talis absolvere possit à reservatis, vel à censuris, an assistere matrimonio, an excommunicare, eligere confessarium, & cætera hujusmodi, dummodo opinio affirmans probabilis sit; etiam si fortè sit falsa efficit, ut Ecclesia suppleat jurisdictionem ob publicam utilitatem; aliter enim gravissima sequerentur incommoda, ita Henriq. *libr.* 2. *de pœnit. cap.* 14. *numer.* 3. *&* 4. Sanchez *de matrimon. libr.* 3. *disp.* 22. *in fine* Lessius *de Just. & iur. libr.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. *num.* 68.

Altera † est ampliatio, ut ob communem errorem va- 34
leant acta gesta à superiore, etiam si populus dubitet, an superior ille sit officio privatus; quia cum antea fuerit habitus pro tali, non debet propter dubium superveniens eum reiicere, cum in officio perseveret, in dubio enim est suo jure spoliandus; quia melior est conditio possidentis Abb. *in c. nihil.* 44. *nu.* 2. *de elect.* Sylvest. *in Summ. verb. confessor.* 1. *q.* 10. Rosell. *in ver. confessio sacramentalis* 3. *n.* 41. Tabien. *in ver. absolutio* 1. *nu. final.* Sanchez. *de Matr. dic. lib.* 3. *disp.* 22. *sub nu.* 56. *in fin.* Less. *de Just. d. c.* 29. *dub.* 8. *nu.* 68.

De-

35 Declara † notabiliter omnia ſupradicta; & totam materiam *legis Barbarius* procedere quandos is, qui prætendit actus validitatem non concurrit cum alio illius nullitatem allegante, ſecus, ſi duo concurrunt, & alter innititur veritati, alter autem communi errori; tunc enim ſi ante completum negotium, veritas detegatur, illa errori præfertur, & ſic impetrans beneficium à vero collatore, ſi concurrit cum eo, qui impetravit ab alio communiter reputato vero collatore, utique præferendus eſt per *cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. Lupus alleg. 89. num. 14. in fin. & num. 24.* Bald. *in d. Barbarius column. 2. poſt princ.* Boer. qui plurimos congerit in *deciſ. 150. num. 13.* Ferret. *conſ. 9. num. 1. p. 1.* Rota *in Aſſiſien. Canonicatus Veneris 25. Junii 1599. coram Litta*, ubi fuit dictum, non tenere collationem Canonicatus factam ab Epiſcopo Aſſiſienſi, qui tunc ſuſpenſus erat, quippe qui aliud beneficium in manibus ejus reſignatum fratri germano reſignantis, contra formam *conſtitutionis Pii V.* 58. contulerat, nec ſuffragari quod communiter habebatur pro non ſuſpenſo, & quod propterea per *legem Barbar.* debuerat ſuſtineri actus; quia *d. l. Barbar.* non poterat ſibi vendicare locum ſtante concurſu proviſi Apoſtolici; quam limitationem perpetuò tene menti quia pluribus in caſibus tibi faciet honorem.

36 Nec † defuerunt, qui rurſus materiam ejuſdem *l. Barbarius* ita demum procedere opinati ſunt, ſi is qui deputavit officialem habet authoritatem eidem, ut ſic tribuere juriſdictionem, & conſequenter diſpenſare ſuper ejus defectu; Nam, ut ſupra dixi *nu. 4. & 7.* & tradunt glo. *& D. D. in d. l. Barbar.* in hoc ea fundatur quia populus Romanus potuiſſet ſervo illi juriſdictionem, & Præturam dare; unde ſecus fuiſſet reſponſum, ſi non potuiſſet: & ſic laicus electus ab Epiſcopo in Vicarium generalem in ſpiritualibus, & temporalibus, licet putetur verè Vicarius, ejus tamen acta non ſuſtinentur, quia Epiſcopus non poteſt ſupplere, ſeu diſpenſare cum laico in ſpiritualibus, ut latè per Ferret. *conſil. 8. num. 3. & ſeq. volum. 1.* ubi concludit collationem beneficij factam à Vicario, qui erat irregularis ex defectu lenitatis eſſe nullius momenti non obſtante communi errore, cum Epiſcopus non poſſit ſuper tali irregularitate diſpenſare ut latius dixi in *deciſ. 77.* quo caſu non procedit *lex Barbarius*.

Cæterum reſtrictio iſta mihi nunquam placuit; ſufficit enim titulus traditus à ſuperiore, habente poteſtatem eligendi, & Canonica electio deſpectu formæ, una cum communi reputatione, quamvis in electo adſit inhabilitas contractu ex defectu perſonæ Bald. *in d. l. Barbarius in 1. lectur. nume. 9. ver. 5. opponitur* & ibi Iaſ. *num. 51. ver. vera ergo & num. 66.* Abb. *in c. nihil 44. numer. 12. de elect.* Bar. *in l. actuarios num. 3. C. de Numm. lib. 12.* Soccin. *conſil. 32. numer. 20. ver. facit etiam lib. 1.* Alexand. *conſil. 138. nu. 7. & ſeq. l. 1.* Maſc. *de prob. concl. 348. num. 50. & 91.*

Et in terminis præciſis, quod non requiratur in eligente poteſtas diſpenſandi, & auferendi inhabilitatem perſonæ, tradit Zabarel. *in c. nihil. §. cæterum 2. 4. quæſt. 20. verſ. oppone ad hoc de elect.* ubi probat geſta à Vicario electo ab Epiſcopo, habente poteſtatem eligendi, valida eſſe ratione communis reputationis, & erroris, quamvis laicus eſſet, & ſic incapax ſpiritualium cauſarum.

37 Quod † ego confirmo exemplo Notarii ab Imperatore, vel alio ſeculari Principe, eligendi poteſtatem habente, creati; ſi enim is ex occulta hæreſi reperiatur inhabilis, adhuc tamen inſtrumenta per ipſum rogata, ac acta, cætera per illum geſta, ſunt valida, propter communem reputationem Bald. *in d. l. Barbarius in 1. lectur. num. 10. ver. ſed pone de offic. prætor. & ibi* Iaſ. *n. 51. ver. vera ergo, & communis* Maſc. *de prob. concl. 648. n. 5.* & tamen certum eſt Principes ſeculares, qui poteſtatem habent creandi Notarios carere facultate diſpenſandi in defectu, orto ex hæreſi.

38 Et ratio prædictorum ea reddi poteſt, quia † geſta à putativo Prælato, data inhabilitate perſonæ, ſunt valida non ex juriſdictione tributa à ſuperiore, titulum nulliter conferente: ſed ex juriſdictione tributa ab utroque jure, nempe ex *lege Barbarius* à Iure civili *& ex ca. infamis ver. eorum tamen 3. quæſt. 7.* à Iure Canonico ut per Sanch. *de Matrim. lib. 3. diſput. 22. n. 14. ver. ad 2. & num. 27.*

Idemque ſuadetur ex eo, quia hujuſmodi facultas diſpenſandi nihil operatur; Nam geſta à Barbario Philippo fuerunt valida, non quia fuerit à Populo Romano diſpenſatus, nec quod ipſe fuerit verus Prætor, ſed ex humanitate, & æquitate, juxta communem D. D. ſententiam, quam ſectantur Cyn. Petr. Iacob. de Raven. Malumbr. Rayn. & Fulgoſ. *relat.* à Iaſ. *in d. l.* Barbarius *num. 23. var. contrarium opinion. & num. 18. 19. & 70. de offic. Prætor.* Bald. ibidem *in 2. lectur. colum. 2. ver. item oppone, & colum. 4. etiam veritatem oppone* Anton. Gabr. *tit. de Prob. concl. 8. nu. 3.* Maſcar. *de prob. concl. 648. num. 84.* & ſic facultas diſpenſandi, quæ erat in Populo Romano, habebat ſe merè impertinenter, ac proinde non eſt habenda in conſideratione.

Neque refragatur *Vulpian. in d. l.* Barbarius ea videri motum ratione, quia ſcilicet Populus Romanus etiam ſervo potuiſſet decernere hanc poteſtatem; Nam dico quod imò I. C. duabus diſtinctis rationibus motus fuit, & ſic non modo præmiſſa, ſed & altera, nempe ex quadam humanitate, & æquitate publica, vt obſervat Cardin. *in c. nihil §. cæter. num. 4. in 20. quæſt. de elect.* qui rectè ponderat in contextu *l. Barbar.* dictionem implicativam etiam. Vnde cum publica vtilitas conſiderari poſſit pro geſtorum ſuſtentatione quando ſuperior titulum conferens non habet poteſtatem auferendi inhabilitatem, ex iſta ſola ratione geſta erunt valida, quia † ſi ex 39
duabus rationibus finalibus una ceſſante, altera remanente, non ceſſat diſpoſitio §. *affinitati §. ſacrum. Inſtit. de Nup.* & ibi gloſ. & Ang. *num. 1.* Everard. *in cenſur. loc. à ceſſante ratione num. 5. ver. 2. iſtum.*

Et † ex his puto recedendum ab opinione Ferretti *d. conſ. 8.* 40
num. 3. & ſeq. vol. 1. & conſequenter limitationem iſtam convertendam eſſe in ampliationem, vt ſcilicet diſpoſitio *l. Barbarius* ſibi locum vendicet, etiam ſi eligens non habeat facultatem diſpenſandi inhabilitatem in electi perſona.

Alias † ampliationes, & limitationes, ad eandem *legem* 41
Barbarius ultra ſcribentes, & repetentes ibi, vide, per Gabr. *de prob. conc. 8.* (ſed cave ab eius allegationibus quæ ibi mendoſiſſimæ ſunt) per Maſcar. *de probat. conc. 648. volum. 2.* per Sanchez *d. diſp. 22.* per totam & Leſſ. *d. dub. 8.* per totum & vide etiam aliqua infra *dec. ſeq. num. 10. & 11.*

Et nota, quod geſta pro eo, qui officialis inhabilitatem non ignorat, non tenent, vt ex doctrina Calderin. *in cap. ad probandum de re iudic.* quam dicit ſingulariſſimam Felyn. *in cap. fin.* Rodulph. *num. 40.* vbi dicit hanc eſſe auream limitationem *ad legem Barbarius*, quam tamen ſublimitat in eo, qui ſcit Iudicem eſſe quidem excommunicatum, ſed non denunciatum ob conſtitutionem Concilii Baſileæ de qua ibi per eum ſubdens hæc eſſe notanda, quia ſunt noviſſima, & de pane lucrando, de quo idem Felyn. *dict. cap. ad probandum*, & ibi etiam cæteri.

Et quæ ſunt probanda in terminis *dict. l. Barbar.* vide per Ant. Gabr. *tit. de probat. conc. 8.* per tot. & ad materiam *dict. l. Barbar.* vide latiſſimè Amat. *dec. 11. num. 50. & ſeqq.*

ARUVMENTUM.

Vicarius Capitularis an exequi valeat diſpenſationes, & gratias ordinario, ſeu Vicario à Papa commiſſas, & reprobatur Sanchez. de Matrim. *lib. 8. diſp. 27. num. 32. & ſeq.*
Et an cauſa delegata ſub nomine dignitatis tranſeat ad Vicarium ſucceſſorem.

SUMMARIUM.

1 *Vicarius capitularis exequitur commiſſiones directas ordinario ſeu Vicario Epiſcopi.*
2 *Contrarium eſt verius.*
3 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, non in delegata.*
4 *Diſpenſationes de ſtylo non cõmittuntur Vicario Capitulari.*
5 *Vicarius capitularis ratione ſuæ dignitatis, habilis eſt ad exequendum gratias Pontificias.*
6 *Princeps præſumitur ſe voluiſſe confirmare cum ſtylo.*
7 *Vicarius capitularis non poteſt diſpenſare in impedimentis occultis vigore* Conc. ſeſſione 29. c. 6. de reform.
8 *Vicarius Capitularis an concedat licentiam extrahendi quempiam ab eccleſia, vel de tali cauſa cognoſcat.*
9 *Delegatio facta Iudici ordinario dicitur potius excitatio, quam tributio Iuriſdictionis.*
10 *Diſpenſatio matrimonialis à Vicario Capituli executa an ſuſtineantur in vim* leg. Barbar. ff. de offic. Prætor.
11 *Diſpoſitio* l. Barbar. Philippus *procedit ſi erratur in facto, ſecus ſi in iure.*
12 *Commiſſiones directæ Vicario non poſſunt exequi ab eius ſucceſſore.*
13 *Cõtrariũ practicatur maximè ſi delegans reſpexit tribunal.*
14 *Commiſſiones directæ alicui in dignitate conſtituto ſub nomine proprio, durant etiam facta reſignatione canonicatus vel dignitatis.*

15 *Per*

15 *Per mortem delegantis an & quando expiret iurisdictio delegati* remissivè.

DECISIO XXXI.

ALiud dubium occasione dispensationum, de quibus in præcedenti decisione, emersit. Publicata enim post biduum morte Cardinalis Estensis, & me à Capitulo Regien. in officio confirmato, ac in Vicarium capitularem electo; iterum mihi præsentatæ fuerunt eædem matrimoniales dispensationis, Episcopo Regien. seu ejus Vicario directæ, quas
1 cum exequi iterum renuissem ad † probandum me teneri illas executioni demandare allegabatur in terminis doctrina insignis Doctoris Th. Sanchez. *in tract. de Matr. tom. 2. lib. 8. disp. 27. numer. 32. & seq.* Ubi non solum firmat Vicarium capitularem exequi posse dispensationes, cæteraque commissiones officiali illius Diœcesis directas, verum etiam Vicario Episcopi demandatas reprehendes Felinum contrarium tenentem, ea motus ratione, quia Vicarius capitularis succedit in dignitate Vicarii Episcopi, & dici potest Episcopi Vicarius; ut per Card. *in Clem. 2. num. 15. de rescript.*

2 Contrarium † tamen, & melius, & ut imò Vicarius capitularis hujusmodi dispensationes, aliasque commissiones, Episcopo vel Vicario directas exequi non possit, tenuit originaliter Felyn. *in cap. eam te sub numer. 17. ver. faciunt hæc extra de rescrip.* sequitur Leon. *in Thes. for. Eccl. part. 1. numer. 10. sub numer. 8. ver. 2.* Marchesan. *de commiss. part. 1. titul. de commiss. appell. in cap. benef. cap. 77. numer. 54. fol.* 285. Campanil. *in diversor. iur. can. rubr. 11. cap. 23. numer. 146. & seq.* Barbos. *de Canon. cap. 42. num. 57.* ubi refert declarationem *Sacr. Cong. Concil. 24. Maii* 1621. Rota *in Abulen. beneficii 13. Junii* 1597. *coram Litta*, & latiùs *in Aurien. si matrimonii 12. Decembris coram Cardinal. Pamphilio impressis* à Marchesan. *in tract. de commiss. par. 1. tit. de signatura gratiæ cap. 2. fol.* 135. in qua in terminis nostris dispensatio matrimonii fuit declarata nulla, quia concessa à Vicario capitulari in executionem mandati Apostolici de dispensando, & ibi latè comprobatur.

3 Ratio potissima hujus conclusionis ea est, † quia capitulum succedit Episcopo duntaxat in jurisdictione ordinaria, non in delegata, ut per præfatos Doctores, & ante eos tenuit Feder. de sen. *consil. 30. ante num. 1. ver. suo iure igitur* sequitur Socc. *in cap. qualiter, & quando il 2. numer.* 185. *de accus.* Bellamer. *decis. 166.* ubi ait delegationem istam dispensationem factam Vicario Episcopi concernere solummodo dignitatem, cui dirigitur & esse strictè tenendam in terminis suis. Idem tenet Dian. *part. 5. resol. moral. tract. 14. resol. 29.*

Et capitulum succedere in iis quæ competunt Episcopo jure ordinario est textus expressus *in cap. unica de maiorit. & obed. in 6.* non succedere autem in iis quæ jure competunt extraordinario; præter præfatos Doctores tradunt etiam Genuen. *in Prax. Archiep. cap. 85. n. 1. & 29.* Suarez. *tom. 5. de cens. disp. 41. sect. 2. nu. 113. in fin.*

4 Accedit † stylus Cancellariæ, & Datariæ, quæ, sede Episcopali vacante, non solet dirigere dispensationes, vel similes gratias Vicario capitulari, sed Episcopo viciniori, seu ejus Vicario, de quo stilo testatur Hieron. Paul. *in pract. cancel. in prin. ver. circa qualitatem personarum*, & Rota *in supractis decis. Alen. & Aurien.* & ego quoque testari possum, tum quia millies mihi in diversis civitatibus, in quibus Vicarium agebam, commissæ fuerunt dispensationes finitimarum civitatem Episcopis orbatarum, tum etiam quia creatus post hæc scripta majoris præsidentiæ literarum Apostolicarum Abbreviator, quotidie in Cancellaria hujusmodi stylum præ manibus habeo.

5 Unde, † quamvis Vicarius capitularis, perinde ac Episcopalis possit esse executor gratiarum, & literarum Apostolicarum tamquam in dignitate constitutus gl. *in clem. & si principalis in ver. episc. de rescript.* & ibi Anchar. *numer. 1.* & cæteris canonistæ Pavin. *in tract. de potest. cap. sede vac. 2. prin. quæst. 10. numer. 6. & 7.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 2. qu. 23. num. 3.* Menoch. *consil. 320. num. 42.* Barbos. *de off. episc. p. 3. alleg. 54. num. 137.*

6 Stante autem dicto stylo † dicendum est Papam se cum illo confirmare voluisse ad text. in *c. quam grave de crim. falsi.* Abb. *in cap. mandatum de rescript. numer. 4.* Mandos. *super regulis Cancell. in proœm. quæst. 2. num. 3.* Rota *in d. Aurien. impressa* à Marches. *num. 3.* Ac proinde nullatenus exequi volui præfatas dispensationes.

Et † ex his notabiliter infertur, Vicarium capitularem 7
non posse in irregularitatibus, & impedimentis occultis dispensare vigore *Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de refor.* id enim Episcopis eorumque Vicariis specialiter delegatis competit, non jure ordinario, sed extraordinario, ut patet ex verbis *Concilii* ut benè considerat Suar. *dict. disp. 41. sect. 2. numer. 13.* sequitur Alex. Peregrin. *in tract. de Imm. Eccl. cap. 3. sub num. 34. Alterius de Censur. Tom. 1. disp. 8. cap. 3. ver.* ex eodem fundamento; contrarium tamen tenuit idem Suar. cum aliis plurimis, tum Canonistis, tum Theologicis adduxi, & secutus fui *in dec. 111. nu. 41. p. 2.*

Infertur † rursus ad quæstionem, an Vicarius capitula- 8
ris possit cognoscere causas confugientium ad Ecclesiam, vel ab illa extractorum; Partem enim negativam defendit Mar. Ital. *in tract. de Immun. Eccles. lib. 1. cap. 6. §. 1. à numer. 37. usque ad 55.* eo quia, & hæc facultas competit Episcopis; eorumque Vicariis jure extraordinario, ut colligitur ex illis verbis *sine expressa licentia Episcopi vel eius officialis, ad quos solos, & non alios, Episcopis inferiores, etiam si alias ordinarii sint, licentiam dandi facultas pertineat*, & ibi *occurrente autem casu in loco exemplo, & nullus diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devoluatur hæc cognitio:* quam sententiam approbavit *S. Congregatio super controversiis Jurisdictionalibus* in causa Conversana 15. Februarii 1633. mota juribus & rationibus ab eodem Mar. Ital. & à Peregr. *de Immun. eccles. cap. 3. num. 32. & seq.* & præsertim quia Constitutio Sanct. mem. Greg. XIII. solis Episcopis eorumque Vicariis est directa; de quibus in hoc casu tantum confidit, nec in Vicarium capitularem transferuntur ea quæ competunt Episcopo aliquo jure speciali ut per Suarez *numer. 5. de censur. disp. 41. sect. 2. numer. 13.* Genuens. *in Prax. Archiep. cap. 85. numer. 1. & 29.* Quamvis contrariam sententiam tamquam probabiliorem defendat idem Alex. Peregr. *in d. tra. de Immun. Eccles. dict. cap. 3 à numer. 33. ver. opinio vero*, ubi probare conatur, hanc facultatem competere Episcopis jure ordinario, quantum spectat ad casus in propria diœcesi contingentes *cap. si quis contumax. quæst. 4.* Unde præter eum sequi videtur, in † hac constitutione potius dici excitatam: quam 9
de novo datum jurisdictionem, juxta textum *in cap. in corrigendis de off. ord.* Dec. *consil. 404. numer. 8. ver. unde considerandum. Cum concordibus.* Cui tamen rationi responderi potest Papam ad se hujusmodi facultatem avocasse, omnia ad unam redegisse formam, ut in constitutione legitur, & hujusmodi facultatem de novo solis Episcopis concessisse.

Cæterum in terminis dispensationum, de quibus agebamus, afferebatur in contrarium particularis consuetudo Curiæ Episcopalis Regiensis, in qua retroactis temporalibus Vicarii capitulares passim illas exequuti fuerant; ideoque publicè ad hoc idonei reputabantur, † unde dicebatur intra- 10
re saltem dispositionem *leg. Barbarius de offic. prætor.* Ad quod præter allata in præcedenti decisione, respondebam neque aff. consuetudinem neque errorem communem posse Matrimonia sic contracta à nullitate salvare, & afferebam in terminis auctoritatem Rota *in dicta Aurien. Matrimonii coram Cardinal. Pamphilio impressa* à Marchesan. *loco citato par. pri. fol.* 135.

Cum † decisionis ea potest reddi ratio, quia conclusio 11
dict. leg. Barbarius procedit duntaxat, quando error est in facto, secus si erretur in jure, ut originaliter docuit Feder. de Senis *in cons. 112. num. mihi 5. ver. & si dicatur* quem sequitur Francihc. Nigr. *in rubr. ff. de oper. nov. nunc. numer. 224. ver. aliam limitationem* & Mascard. *de probat. tom. 2. concl. 648. nu. 100.* Hinc autem non tractatur de errore facti, nempe an quis sit vel non sit Vicarius, sed de juris errore an scilicet Vicarius capitularis de jure valeat exequi hujusmodi dispensationes.

An † autem hujusmodi commissiones sub nomine digni- 12
tatis directæ transeat saltem in Vicarium generalem successorem, solet de jure negativè responderi; quia tametsi regulariter commissio facta sub nomine dignitatis transeat in successorem, eo quod dignitas nunquam moriatur, & sic successor repetit dignitatem, quæ medio tempore delationem sustinet *cap. si gratiosè de rescriptio. in. 6.* hæc tamen ratio cessat, quando dignitas extinguitur, provt contigit in dignitate, vel præeminentia, quam habet Vicarius quæ per ejus mortem, vel remotionem, aut cessationem ab officio extinguitur, isque non dicitur habere successorem sed alius, qui ei subrogatur, de novo creari dicitur. Et ideo Vicarius successor non potest cognoscere, nec decidere causas commissas Vicario antecessori, sive ille cognoscere cæperit, sive re integra,

ejus

eius officium expiraverit, ita Bart. *in l. more maiorum in fin.* & ibi Jaſ. 65. Dec. *num.* 54. Caccialup. de Sancto Severin. *numer.* 36. & cæteri communiter *ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Butr. *in cap. quoniam* Abbas *num.* 13. & 24. Imol. *num.* 8. Felyn. *num.* 7. Dec. *num.* 61. ubi quamvis inclinet in contrariam opinionem, dixit tamen ab hac communi recedendum non eſſe, & hanc eſſe communiſſimam legiſtarum, canoniſtarumque opinionem, & ſecundum eam fuiſſe Romæ iudicatum, teſtatur Borgn. *deciſ.* 40. *numer.* 22. *part.* 1. & rurſus *in deciſ.* 28 *num.* 30. *part.* 3. & ita audio deciſum fuiſſe à Rota in una Papien. bonorum *die* 3. *Maii* 1578. coram Lancellotto, & ſic fortè in eadem cauſa, in qua pro contraria opinione ſcripſit Gabr. infra citandos.

13 Contrarium † tamen ſententiam, quando eſt contemplatū officium, & non fuit expreſſum nomen proprium veriorem eſſe dicunt Imol. *in d. c. quoniam Abbas num.* 5. Capra *in conſil.* 37. *num.* 32. & Hier. Gabr. *in conſ.* 32. *num.* 6. & 25. *vol.* 2. eamque tenet Panormit. *in d. c. quoniam Abbas num.* 11. Vitalin. *num.* 51. Barbat. *num.* 45. & *ſeq.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Gabr. vbi ſupra, qui hanc opinionem pluribus, & validiſſimis rationibus per totum conſilium defendit, quas non recenſeo, ne videar cartam in papyrum reſcribere; eandem quoque opinionem tenuit, Leo. *in Theſaur. fori Eccl. part.* 1. *cap.* 10. *ſub num.* 8. *verſ.* 4. *fallit.* Pariſ. *in tract. de Reſign. benef. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 17. & ita fuit reſolutum in Rota *in una Senenſ. Canonicatus & præbendæ* 25. *Octobris* 1546. coram Rehumano teſte Puteo *deciſ.* 487. *lib.* 2. & vt verum fatear, opinio iſta mihi ſemper placuit, & ubique iſtam practicari vidi, & etiam ipſe practicavi; Intentio enim Summi Pontificis, vel aliorum ſuperiorum eſt committere tribunali, nulla habita ratione perſonarum, nec electa induſtria magis præteriti, quam futuri Vicarii. Unde cum ego reſignaſſem Archipresbyteratum Metropolitanæ Eccleſiæ Genuenſis, abſtinui ab executione cuiuſdam lic entiæ *ſi in euidentem* Archiepiſcopo, & Archipresbytero directæ, & à meo ſucceſſore in dignitate expediendam dixi. (Hanc meam ſententiam, me citato, tenuit Barboſ. *in noviſſima editione de offic. Epiſc. allegat.* 54. *numer.* 5. ubi etiam mea verba recenſet, & Paul. Guazzin. *in tract. ad defenſ. animar. lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 9. §. 1. *num.* 48. ubi quod libenter mihi adhæret.) Si tamen tenere placet communem opinionem, illam limita, ubicumque ex coniecturis dignoſci poteſt, delegantem habuiſſe reſpectum ad tribunal: exempli gratia ſi commiſit non Vicario ſolo, ſed Epiſcopo, vel eius Vicario, tunc enim iuriſdictio tranſit in ſucceſſorem in Vicariatu, quia per adiectionem perſonæ Epiſcopi videtur habitus reſpectus ad tribunal non ad Vicarium ipſum, ſeu ad eius perſonam; vt firmavit Rota in vna ſyracuſana coram Cantuccio relata à Gabr. *dict. conſil.* 32. *numero primo volum.* 2. Ricc. *in prax. rer. quotid. deciſ.* 615. *num.* 2.

14 Sicut è converſo quoties commiſſio non eſt facta expreſſo nomine proprio alicuius in dignitate, conſtituti, vel canonicatum obtinentis, delegatio dicitur Bero. *num.* 21. & *ſeq. de offic. deleg.* Alex. *conſ.* 175. *col. penult. lib.* 5. cum aliis quos refert & ſequitur Pariſius *in tract. de reſign. benefic. lib.* 1. *qu.* 11. *num.* 12. & 13. Quo fit ut ſimile cui commiſſio dirigitur, reſignet dignitatem, vel Canonicatum, cauſa non à reſignatario, ſed ab ipſo reſignante ſit cognoſcenda *gloſ. in cap. ſtatutum verb. canonico verſ. & ſi tempore datæ de reſcript. in* 6. & ibi Archid. *num.* 3. *verſ.* & quod Anchar. *nu.* 5. *ver. quarto quæro* Gemin. *num.* 9. & cæteri omnes Abb. *conſ* 93. *colum.* 3. *lib.* 2. Paul. de Caſtr. *conſ.* 327. *ad primum in* 3. *dub.* cum aliis relatis per Decium *in d. cap. quoniam* Abbas *num.* 55. qui teſtatur de communi, & ibi per Felyn. *num.* 5. & Bero. *numer.* 95. & Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *dict. quæſt.* 11. *numero ſexto* & per totam vbi rationes adducit, & contraria diluit, & ibi *num.* 14. *in fin.* teſtatur ita reſoluiſſe Sac. Congregationem *die* 21. *Maii* 1587. ſequitur Cevall. *in comm. contra commun. quæſt.* 697. *numero decimo in fine*.

15 Quando † autem verſa vice per mortem delegantis; re integra expiret Iuriſdictio delegati unde per Borgnin. *deciſ.* 28. *num.* 31. *part.* 8. Mandoſ. *in reg.* 10. Cancell. *quæſt.* 2. Guttier. *can. quæſt. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 7. Sanchez. de Matrim. *lib.* 8. *diſp.* 28. *numer.* 87. *& ſeqq.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 12. *num.* 42. 51. & 52. Garzin. *de benef. part.* 6 *cap.* 2. §. 3.

Quamvis Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 1. *cap.* 1. *ſub numer.* 13. *propter fin.* Barboſ. *de off. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 7. *num.* 14. & ad Conc. Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *num.* 5. & Dian. *par.* 5. *reſol. moral. tract.* 10. *reſ.* 46. *verſ.* 3. *Dico*, aſſerant, poſſe, Capitulum intra annum dare dimiſſorias habentibus facultatem à Sede Apoſtolica, vt à quocunque Epiſcopo de licentia ordinarii provideri poſſit fundati in auctoritate Navar. *conſil.* 19. *de tempor. ordin. lib.* 1. & Quarant. *in ſumm. Bullar. in verb. Capitulum ſede vacante quæſt.* 10. *verſ.* 3. *Limita*. Quorum uterque contrarium tenet, tamen, ut ipſi dicunt, Capitulum iſto caſu dare poteſt dumtaxat atteſtationem de reita, & moribus ordinandi, non autem litteras dimiſſorias: provt Barboſ. *ibi ſe corripit. num.* 15. & 16. Licèt Antonell. *de regim. Eccleſ. libro quarto capit. vltimo num.* 42. à Piaſecco deceptus illum ſequatur, & de materia Capituli Sede vacante idem Antonell. *d. cap. vltimo*.

ARGUMENTUM.

Parenti ad ſecundas Nuptias tranſeunti an legitima vel eius ſupplementum debeatur, & an in proprietate, vel in uſufructu; & confutatur Merlin. de legitima lib. 4. *titul.* 2. *quæſt.* 2.

Legitima an in fructibus, & an in Vſufructu conſiſtere queat.

Mater binuba an & quando filii teſtamentum contratabulare poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Legitima parentibus ſicut liberis debetur.*
2 *Matri & Auiæ legitima debetur.*
3 *Legitima parentum & liberorum, quo iure deferatur.*
4 *Patrem habens, & filium in eadem neceſſitate conſtitutos, ſi utrumque alere nequit, patri potius quam filio ſubuenire debet.*
5 *Mater ex teſtamento filii legitima priuari non poteſt.*
6 *Mater ſupplementum legitimæ petere poteſt.*
7 *Etiam inſtituta Eccleſia.*
8 *Eccleſia ſuis exheredatis, non eſt inſtituenda.*
9 *Legitima eſt debitum neceſſarium, velut æs alienum.*
10 *Legitima continet in ſe piam cauſam, & eſt ea potentior.*
11 *Matri debetur legitima in bonis filii religioſi à die profeſſionis, etiamſi ſit binuba num.* 14.
12 *Matri binubæ debetur legitima.*
13 *Mater vidua contratabulat teſtamentum filii, in quo eſt præterita.*
14 *Clauſula codicillaris quatenus ſaluet teſtamentum filii, in quo mater eſt præterita.*
15 *Mater binuba filii teſtamentum contratabulare nequit.*
16 *Matri binubæ debetur legitima in uſufructu.*
17 *Pœnæ ſecundo nubentibus in odium nuptiarum inflictæ, ſunt per jus Canonicum ſublatæ.*
18 Mainard. deciſ. 93. num. 3. *corrigitur.*
19 *Pœnæ ſecundo nubentibus fauore filiorum impoſitæ, adhuc vigent.*
20 Menchiac. de ſucceſſ. progreſ. lib. 3. §. 27. num. 26. *emendatur.*
21 *Mater binuba filio ab inteſtato ſuccedit in uſufructu non in proprietate.*
Mangil. de Imperat. qu. 7. num. 2. *declaratur.*
Facchineus lib. 3. controverſ. cap. 63. in fin. *reprobatur.*
22 *Legitima an in uſufructu, & an in fructibus conſiſtere poſſit* & num. ſeq.
23 *Fructus aliud ſunt, & aliud uſusfructus.*
24 *Legitima eſt probatio inteſtatæ ſucceſſionis, nec debetur ſuccedenti ab inteſtato.*
25 *Matri binubæ filius non tenetur quicquam titulo inſtitutionis relinquere.*
26 §. hinc nos in Auth. de Nuptiis *interpretatur.*
27 *Mater iterum nubens an ſit filiis ingrata, ut legitima privari poſſit.*
28 *Lucrum dotale admittit vir ad ſecunda vota tranſiens.*

DECISIO XXXII.

PArochiali Eccleſiæ oppidi Munchii dictionis temporalis Epiſcopus Parmenſis, immiſſionem in bonis Angeli Mariæ Lenii, à quo hæres inſtituta fuerat, coram me tunc Vicario Parmæ petenti Joanna teſtatoris mater cui ſexaginta duntaxat ſcuta legaverat; jubens illis eſſe contentam; ſe oppoſuit; legitima ſupplementum petens; quod ſibi denegandum dicebatur, eo quia ad ſecunda vota jamdiu convolaverat: cumque unaque pars forenſibus altercationibus

omiſ-

omissis, meæ determinationi acquiescere statuisset; ego ut hinc Ecclesiæ, inde pauperculæ mulieris indemnitati consulerem, diligentius jura partium perpendere volens; tria in quæstionem adduxi Primum an generaliter Matri debeatur legitima in bonis filii; cui vitricum induxit. Secundum quid in nostra facti specie in qua particulares circunstantiæ concurrebant, sit dicendum. Tertium quota matris legitima esse debeat, & super singulis quæstionibus particularem decisionem ad prolixitatem vitandum extendere decrevi.

Quod igitur attinet ad primum articulum, regula est certa ut, † quemadmodum liberis ex parentum bonis debetur legitima, sic & parentibus ex liberorum bonis debeatur *leg. nam & si parentibus ff. de inoff. testam. leg. scripto ff. unde lib.* §. 1. *in fin. Auth. de hæred. & falc.* Dec. *in leg. iura sanguinis numer. 9. de reg. iur.* Alexand. *consil.* 140. *numer. 9. vol. 1. & cons.* 168. *numer.* 18. *volum.* 3. Bero. *in cap. Rainutius nu. 229. de Testamen.* Craff. *in* §. *legitima qu.* 5. Peregr. *de fideic. art.* 36. *num.* 44. Merlin. cum per eum congestis *in tract. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 12. *num.* 3. Capic. *dec.* 29. *num.* 5. Card. Seraph. *dec.* 963. *& dec.* 1365. *num.* 1. 1

Et † singulariter matri, & aviæ; plenè Roman. *consil.* 185. *num.* 5. *vers. tertio legitimam* Jas. *in authent. novissima nu.* 35. *Cod. de inoff. testam.* Cravett. *cons.* 100. *in fin.* Roland. *cons.* 39. *per. tot. volum.* 3. Hier. Gabr. *cons.* 17. *n.* 7. *& cons.* 45. *nu.* 4. *lib.* 2. Craff. *in* §. *legitima qu.* 80. Petra *de fideic. qu.* 15. *n.* 75. *Clementin. de Patria Potesta. cap.* 4. *nu.* 23. *& effect.* 16. *nu.* 55. Merlin. aliis relatis *ubi sup. nu.* 8. Surd. *cons.* 404. *num.* 9. Thes. *dec.* 172. *nu.* 6. Rota *dec.* 421. *p.* 4. *divers. & dec.* 116. *nu.* 1. *deinceps, & dec.* 223. *nu.* 2. *par.* 5. *recentior.* 2

Quamvis † non conveniant scribentes an parentibus non secus, ac liberis, jure naturæ debeatur: sententiam enim negativam post alios quos refert, tenuit Rolandus *cons.* 30. *numer.* 13. *& seq. lib.* 3. Rimin. jun. *cons.* 259. *num.* 34. *lib.* 3. Gratian. de magis communi attestans *discept. forens. cap.* 448. *num.* 4. *tom.* 3. Surd. *cons.* 341. *num.* 28. ubi plurimis relatis, hinc infert legitimam parentibus debitam, posse in totum per statutum tolli, non item eam, quæ filiis debetur. Affirmativam verò tenuere Peregrin. *de fideic. art.* 49. *in fin.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 4. per text. qui videtur expressu *in* §. 1. *itaque in Authen. de hæred. & falc.* & generaliter par entum legitimam pari passu cum legitima filiorum ambulare, inquit Card. Seraph. *decis.* 1331. *numer.* 1. Aliis rursus mediam probavere sententiam, quæ mihi satis arridet, ut nempe tam parentum, quam liberorum legitima introducta sit de jure positivo, fundato tamen in ratione, seu instinctu naturali, ut placuit Dyno *in regula indultum de reg. iur. in* 6. & Bart. *in d.* §. *primo* illisque non relatis tenuit Joan. de Garro. *in rep. auth. ex test. numer.* 30. *Cod. de secund Nupt.* Caballin. post hæc scripta visus, *in Milleloq. quæst.* 862. & deberi ratione naturali, probat text. *in leg. cum ratio in fin ff. de bon. damn.* & declarant Soc. jun. *cons.* 62. *numer.* 20. *lib.* 3. refert Men. *cons.* 77. *numer.* 4. *volum.* 1. Petra *de fideic. quæst.* 15. *numer.* 76. Sed filiorum legitimam esse de jure naturæ, taxationem vero de jure positivo; ita ut illius argumentum eisdem fruatur privilegiis cum ipsa legitima multis relatis firmat novissimè Giurb. *qui bene exornat de succeff. feud.* §. 2. *gloss.* 3. *num.* 17. 3

At post hæc scripta emanavit egregia Rotæ decisio coram *D. Durano* quæ est *decis.* 62. *par.* 5. *recent.* & inter ejus impressas *decis.* 76. *par.* 1. in qua probatur legitimam tam ascendentium quam liberorum quoad nomen & quotam, & quo ad eam, quæ debetur non egentibus alimentis esse de jure positivo, consideratam verò provt debitam pro necessariis alimentis, utramque esse de jure † naturali, imò magis natura parentib. deberi, quam filiis ex D. Th. 2. *cap.* 36. *art.* 9. docente quod si quis Patrem habet & filium in eadem constitutos necessitate, nec utrumque alere potest patri potius quam filio subvenire debet; quia cum jus naturale in homine ex ratione naturali æstimetur, tanto strictius in eo aliquid est de jure naturali, quanto fortior est ratio naturalis; quæ dubio procul potentior est erga parentes, à quibus filii esse habent *cap. nasci.* 65. *dist.* quibus propterea *Arist. 4. ethic.* non potest sufficienter retribui & cum D. Thom. tenent com. Doct. Bellam. *in cap. parsimoniam* 41. *dist.* cum aliis quos refert & sequitur. Surd. *de alim. quæst.* 94. *per totam lib.* 1. & Rota *ubi supra numer.* 36. *cum seqq.* & sic Rota decidit quæstionem quam indecisam reliquerat coram *Seraphin. decis.* 1365. 4

Sed quicquid sit de hac quæst. † Indubitatum est Matrem ex testamento filii legitima non posse privari Azor. *in summ. Cod. de secund. Nupt. col. pen. in ff. ver. quid. si moriat.* Hostiens. *in sum. extra eod. titul.* & est text. *in* §. *com. igitur*, *iuncta* glos. *in verb. alleg. in auth. de non eligen. 2. nub.* quem textum non esse correctum observat Joan. de Garr. *in rep. auth. ex testam. sub numer.* 25. *ver. & si talis Cod. de inoff. test.* Sed † si ei minus relictum fuit deberi supplementum text. in *leg. omnimodo ver. aliis personis prævia liberorum mentione C. de inof. testam.* & ibi id notant glos. Odoffr. Faber. Ang. Saly. Jas. cæterique omnes, & Vasq. *libr.* 3. *de succeff.* §. 30. *numer.* 83. Butr. *consil.* 12. & Merl. *de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 2. *num.* 7. 5 6

Etiam † instituta Ecclesia, vel pia causa Authen. *si quæ mulier.* & ibi Doctores *Cod. de sacros. Eccl.* glos. *in leg. si quis ad declinandum in verb. simili modo & ibi* Bart. *nu.* 6. & DD. omnes *Cod. de Episc. & Cler.* Durant. *de arte test. tit.* 5. *cap.* 18. *nnmer.* 4. Ceph. plurimos congerens *cons.* 85. *sub numer.* 31. *& seqq. volum.* 1. Cuccus. *de legit.* §. *nec usufructu numero* 41. Merlin. *etiam de legit. lib.* 2. *titul.* 1. *quæstion.* 10. *numero secundo.* Petra *de fideic. quæst.* 25. Mangill. *de Imputat. quæst.* 49. *num.* 63. 7

Non † enim est instituenda Ecclesia suis exhæredatis, juxta sententiam Divi August. relatam in *cap. fin.* 17. *qu.* 4. Nec per voluntariam Ecclesiæ institutionem, minuenda est legitima, † quæ debitum est necessarium, & æri alieno comparativè ad legata æquiparatur, ut post alios habetur per Merlin. *dict. quæst.* 10. *num.* 3. facit Menoch. *cons.* 206. *num.* 57. *lib.* 3. 8 9

Et † continet in se piam causam ut per Beroum *cons.* 16. *sub num.* 81. *libr.* 2. Imò potentior, favorabiliorque est quacunque pia causa *d. cap. fin. quæst.* 4. Dec. *cons.* 480. *numer.* 21. Greg. XV. *dec.* 539. *num.* 7. & 8. quibus addo Tiraq. *de priv. piæ causæ privil.* 84. 10

Quo fit, † ut filio ad religionem una cum bonis converso, matri debeatur legitima, & quidem à die professionis, & sic eo civiliter mortuo, non expectata morte naturali ut post hæc scripta plenissimè firmavit Rota *in decis.* 116. *&* 223. *&* 267. *per totam par.* 5. *rec.* 11

Sed † & matri binubæ, transitu ad secundas nuptias non attento ex eadem naturali ratione deberi legitimam in bonis filii prioris matrimonii, probat text. *in* § *cum igitur ibi sive ad secundas vellet venire nuptias, sive non in Auth. non elig. secundo nub.* & reprobatis Ber. & Soc. jun. luculentissimè comprobat Rimin. jun. *cons.* 306. *num.* 56. *& seq. libr.* 3. Rota *d. dec.* 116. 223. *&* 267. 12

In † duobus tamen à matre vidua differt mater binuba; prius est ut illa si prætereatur à filio testante, vel ei quid non venerabili titulo institutionis relinquatur testamentum ipsum contractabulare valeat. §. *justum autem* §. *sancimus &* §. *hæc autem disponimus in Auth. ut cum de appell. cognosc.* Paul. de Castr. *in Auth. ex causa numer.* 11. *Cod. de liber. præter.* Alex. *in leg.* 1. *numer.* 4. *& ibi* Dec. *numer* 8. *Cod. de bon. poss. contrat ab.* Molin. de comm. attestans *de Primogenit. libr.* 2. *cap.* 15. *numer.* 16. Thes. *decis.* 58. *numer.* 1. cum aliis per Peregr. *de fideic. art.* 49. *numer.* 48. & Merlin. *de legit. libr.* 1. *titul.* 2. *qu.* 2. *num.* 5. & per Surd. *cons.* 341. *num.* 29. *lib.* 3. quam sententiam veram & comm. esse ostendit Jas. *in Auth. novissima num.* 3. *Cod. de inoff. test.* inducens ad hoc text. *in* §. *aliud quoque capitulum iuncto* §. *& hæc quidem de parentum in auth. ut cum de appell. cognosc.* 13

Nisi † testamentum propter clausulam codicillarem sustineatur, quæ operatur ut præteritus detracta legitima censeatur rogatus hæredi scripto hæreditatem restituere, *leg. quia autem in princ. ff. si quis omiss. caus. testam. leg. testam. Cod. de fideic. l. qui generali* §. *ex testam. ff. de fideic. libert.* Alex. *cons.* 29. *num.* 5. *lib.* 1. Jas. *cons.* 104. *colum.* 1. *in fin. ver. sed cum in præsenti lib.* 4. Par. *cons.* 26. *nu.* 49. *lib.* 2. Roland. *cons.* 72. *nu.* 57. *lib.* 2. Grat. *discep. forens.* 448. *n.* 11. 14

Hæc † autem contratabulare nequeat; quia potest illi filius quidlibet etiam titulo simplicis legati relinquere, provt in hac facti specie contigit tex. est in §. *hinc nos* ibi *& ita matri relinquens. sive institutionem sive legatum, rectè derelinquat in Auth. de Nuptiis.* 15

Posterius est, ut matri viduæ debeatur legitima pleno jure per supradicta; † ei verò quæ filio vitricum induxit, duntaxat quoad usumfructum, proprietate reliquis filiis ejusdem matrimonii relicta; ut probat §. *hinc nos*; per quod in hoc corrigitur §. *cum igitur in auth. de non elig. secund. nuben.* Bald. *consil.* 314. *libr.* 4. *& in Auth. ex testamento C. de secund. nupt.* ubi etiam Ioan. de Garron. *in rep. num.* 16

30. *& seqq. in nova edition.* (licet perperam à Menoch. *consil.* 347. pro contraria sententia afferatur) Fabius de Gnocch. *in repet. auth. nouissima numer.* 163. *Cod. de inoff. testam.* Anton. Gabr. *de secund. Nupt. conclus.* 3. *num.* 8. & 12. Rim. jun. *consil.* 305. *num.* 22. *lib.* 3. Villalob. *in com. opin. litera B. numer.* 43. *& seq.* Boer. *decis.* 185. *numer.* 6. Sanchez. de Matr. *lib.* 7. *disp.* 89. *num.* 19. Gutt. de Matr. *cap.* 109. *num.* 6. latissimè Peregr. *in consil.* 79. *num.* 5. *& seqq.* ubi de comm. *& consil.* 80. *num.* 20. *cum plur. seqq.* Carocc. *decis.* 29. *numer.* 33. Tob. Nonius *consil.* 74. *numer.* 1. *& seqq.* Honded. *consil.* 49. *numer.* 22. *& seqq. lib.* 1.

17 Quamvis † enim jus canonicum *in cap. pæn. & fin. extr. de secund. Nuptiis* sustulerit pœnas iterum nubentibus in odium secundarum nuptiarum à jure civili inflictas in *l.* 1. *& 2. & in authen. eisdem C. de secund. Nuptiar.* cæteraque in quibus ratio in dd. decretalibus allata militat, vt per glos. *in l.* 3. *in ver. onerarius* & ibi Bart. *in fin. C. de secund. Nupt.* Innoc. *in dict. cap. fin. num. unico* & ibi Host. *num.* 2. *&* 3. Ioan. Andr. *num.* 5. cæterique omnes, cum aliis quos refert & sequitur Anton. Gabr. *de secund. Nupt. conclus.* 5. *num.* 1. Surd. *in tract. de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 22. *num* 24. Ceu. *specul. com. contr. com. qu.* 742. *num.* 2. cum aliis copiosissimè congestis per Sanch. de Matr. *lib.* 7. *disp.* 87. *num.* 23. *& seqq.* Gutt. de Matr. *cap.* 108.

18 *numer.* 2. ex † quibus corrigendus est Mainar. *in decis.* 93. *l.* 3. asserens solam infamiæ pœnam fuisse sublatam cætera manere.

19 At † non sustulit jus canonicum pœna non in odium secundarium nuptiarum, sed in favorem filiorum primi thori à jure ciuili illatas de quibus *in leg. fem. & in leg. hac edict. & in leg. generaliter Cod. de secund. Nupt. & in simil.* juribus vt benè per Innoc. *in dict. cap. fin. de secund. nupt.* quem omnes communiter sequuntur, teste Abb. ibidem *numer.* 3. *& seqq.* secundum quem grave esset ab hac opin. in iudicando & consulendo recedere, quam à nullo violatam se inveniſſe profitetur; glos. Cyn. Bart. Bald. Alber. Salyc. & cæteri *in l.* 1. *C. de secund. Nupt.* Roman. *consil.* 182. *num.* 1. Cov. *lib.* 4. *decr.* 2. *p. cap.* 3. §. 9. *num.* 5. plur. conger. & sequit. Sanch. de matr. *lib.* 7. *disp.* 88. *numer.* 39. *& seq.* & Gutt. de Matr. *cap.* 108. *numer.* 21. *& seq.* pulchrè & diligenter Thes. jun. *in quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 15. ubi plur. adductis de contestatur, & Ceu. *in spec. comm. contr. comm. quæst.* 742. *numer.* 4. *& seqq.* vbi inquit in judicando, & consulendo, non esse ab hac sententia recedendum; ex quorum dictis patet solutio ad ea, quæ Abb. & Felyn. *in d. cap. fin.* in puncto juris afferebant in con-

20 trarium, † & emendandus est Menchiaca *de succeſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 27. *num.* 26. qui oppositam sententiam inconsideratè communem appellavit.

Cæterum matrem ex bonis primi viri in filium sibi præmortuum perventis nullam consequi legitimam si ante ejusdem filii obitum ad secundas progressa sit nuptias, & vsumfructum sibi debitum nullam habere legitimæ rationem plur. contendit Menoch. *in consil.* 237. *à num.* 9. *cum plur. seqq. lib.* 3. quem latè sequitur Merl. *de leg. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 2. quorum tamen rationes facilè, ni fallor elidi possunt.

21 Non † itaque obstat quod cùm Mater binuba filio decedenti ab intestato, non succedat in proprietate, sed in usufructu duntaxat per text. §. *hinc nos in Auth. de Nupt.* quo correcta fuit dispositio §. *cum autem in Auth. de non elig.* 2. *nub.* & reversum fuit ad jus antiquum *leg. fem. in fin. Cod. de sec. nupt. & leg. Mater Cod. ad senatusconſ. Tertull.* Non valeat successivè consequi legitimam, quæ portio est bonorum in plena proprietate, nec potest in vsufructu consistere ad quod Menoch. *loco cit. numer.* 8. *& seqq.* adducit Imol. *in leg. centur. colum.* 2. *ff. de Vulg.* in Cucc *in tract. de leg. tit. quib. in reb. consil. post leg. num.* 4. Nam quicquid sit de responsione Facchin. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 63. *in fin.* qui maiorem propositionem negans contendebat imò Matrem binubam intestato filiis pleno jure succedere, sed proprietatem cæteris eiusdem thori filiis reservare debere; quæ quidem originaliter fuit opinio Azonis, quam sequitur Soccin. sen. *consil.* 34. *sub num.* 11. *volum.* 1. & in lucris dotalibus latè Crav. *consil.* 285. & Petr. Puth. *de test. consil. lib.* 1. *c.* 3. cuius tamen contrarium verius est, ut ea duntaxat in vsufructu succedat, ut probat text. *in dict.* §. *hinc nos* vbi notat Iac. de Belvis, & tradunt Bart. *in l. mater Cod. ad Tertull.* Rum. *consil.* 113. *num.* 7. *volu.* 2. Soc. jun. *consil. pen. num.* 3. *lib.* 4. & hanc esse receptam sententiam testatur *de Imput. q.* 7. *n.* 25. pro qua adduco textum expressum in §. *si verò in Auth. de Nupt.* & dixi in præcedenti *dec. n* 2. (intelligendo tamen si extent Liberi successibiles, & rursus si Filii notitiam habuerint de transitu matris ad secunda vota, & tacuerint, vt post Bald. *in auth. ex testam. num.* 8. *C. de sec. nupt.* Ant. Gabr. *concl.* 3. *num.* 20. *eodem tit.* & Surd. *decis.* 99. *num.* 12. ita distinguit Rota *dec.* 156. *num.* 10. *& seqq. part.* 5. *rec.*) Hac inquam † responsione omissa, potius reor negandam es- 22
se minorem Menoch. propositionem, quæ asserit legitimam non posse in usufructu consistere; neque hoc adstruunt Imola & Cuccus ab eo citati, quorum prior inquit legitimam non consistere in fructibus judicio testatoris perceptis, sed ex rebus principalibus hæreditatis esse detrahendam; posterior quærit an Matri invitæ; & in ejus præjudicium possit legitima in fructibus assignari, & negativè respondet, eo quod illa non in deterioribus, sed in mediocribus rebus sit assignanda. Hoc autem quod in eius favorem inductum est, non potest in eius eorum retorqueri, ita vt casu quo leges eam ob binubatum legitima in proprietate privant, nos etiam ad usumfructum pœnam extendamus.

Præterea diversi sunt termini an in † fructibus legitima, 23
an vero in usufructu consistere valeat text. est in *leg. dotis fructus* §. *si usufructus ff de Jure dot.* Rota *decis.* 31. *numero* 11. ex impressis penes Merlin. *de legit.* Et Doctores hos terminos confundentes allucinari, advertit Cardinal Seraphin. *decis.* 1365. *num.* 2. 6. *&* 14. ubi in puncto loquitur de legitima matri debita, quæstio enim an ea in fructibus consistere valeat, respicit fructus perceptos juxta ea quæ dixi in decisione ..... nostra verò an in usufructu consistat, respicit futurum usumfructum in quo consistere posse suadetur ex Ancharan. *consil.* 421. (& quod etiam filiis legitima in usufructu relinqui possit firmavit Rota *in decis.* 62. *numer.* 9. *&* 340. *numero sexto*, *&* 607. *numer.* 23. *part.* 5. *recent.*) Læve est etiam aliud Menochii & Merlini obiectum, ut nempe † ex quo non valenti ab in- 24
testato succedere, legitima nequaquam debetur, quippe quę sit portio intestatæ successionis *leg. cum quæritur Cod. de inoff. testam. gloss. in leg. papinianus* §. *vnde si quis ff. eodem Rubeus* cum relatis *consil.* 157. *n.* Soccin. jun. *consil.* 25. *n.* 12. *lib.* 1. *& consil.* 124. *nu.* 4. *libro* 2. idem Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 149. *numer.* 13. (qui tamen id perperam in dubium revocavit in *consil.* 8. *numer.* 3. propter plurimos contrarium sentientes) idemque tradunt Machabr. *consil.* 79. *numer.* 95. latè Cravett. plur. adducens *consil.* 236. *numer.* 2. Roland. *consil.* 92. *numer.* 52. *lib.* 3. Cæphal. *consil.* 5. *per totum lib.* 1. Suarez. in Thesaur. *rec. sen. verb. legitima num.* 89. Peregr. cum relat. *de fideic. art.* 36. *num.* 38. *& in tract. de Iure fisci lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 9. Crass. *de succ. in* §. *legitim. q.* 43. *n.* 1. Surd. *consil.* 45. *numer.* 2. *lib.* 1. *& decis.* 167. *num.* 7. Hieron. Gabr. *consil.* 24. *n.* 4. *lib.* 2. Honded. *consil.* 10. *n.* 2. *& consil.* 77. *n.* 10. *lib.* 1. Ea profecto matri binubæ nullatenus competat, vt quæ à successione filii sit in proprietate excluſa.

Argumentum enim concludit illam non posse ad legitimam in plena proprietate aspirare, at in terminis nostris potius retorquetur, ut scilicet ex quo illa filio ab intestato succedit in usufructu, & sic & in eisdem usufructus portione, legitimam consequi debeat.

Eadem † facilitate tollitur quod inquit Merlin. *de leg. lib.* 25
4. *titul.* 2. *quæst.* 11. *num.* 10. Filium posse matri binubæ quid libet relinquere, etiam non venerabili institutionis, sed simplicis legati titulo *dict.* §. *hinc nos in auth. de Nupt. ibi ita & matri relinquens, sive institutionem, sive legatum rectè derelinquat*, & consequenter eidem non deberi legitimam quę de sui natura institutionis titulo est relinquenda; † Nam falsum 26
est consequens; cum ibi Imperator nullo pacto intendat declarare extraneam Matrem binubam, cum imò illam ab intestato usumfructum admittat, sed dubitaretur an saltem ex filii voluntate proprietatem consequi valeret, affirmativè respondens, arguit à maioritate rationis, quasi dicat si testatur cuilibet extraneo bonorum proprietatem relinquere potest, nil prohibet quin, & matri binubæ derelinquat: ita interpretatur text. ibidem Iac. de Belvis, quem sequitur Ioan. de Garron. *in Auth. ex testamento num.* 25. *Cod. de secund. Nupt.* & dicam in decisione sequenti num. 5.

Ejusdem farinæ est aliud Merlini obiectum, Matrem vi- 27
delicet ad secunda vota transeuntem dici ingratam, vt quæ animam lædat defuncti, filiorumque spernat charitatem vt per Socc. jun. *consil.* 71. *num.* 8. *& seq. volum.* 2. ob ingratitudinem autem amitti legitimam §. *ingratitud. in auth. de Nupt.* Sufficit enim respondere inter ingratitudinis causas nullatenus transitum ad secundas nuptias connumerari, vt patet ex §. *hinc nos in fin. Auth. de Nupt. ex testam. Cod. de sec. Nupt.* Idque asserere, esset directè adversari sententiæ *Apostoli* dicentis 1. *Corinth.* 7. 39. Mulierem per obitum viri à lege matrimonii liberari & ad libitum in dominio iterum nubere pos-

se;

se ; effetque contra text. *in cap. pen. & fin. extr. de secund. Nupt.*

Denique non refragatur aliud Merlini fundamentum à si-
28 mili † ut quemadmodum vir transiens ad secunda vota, amittit lucrum dotale Bald. *in dict. Auth. ex test. numer. 6.* Cremens. *in singul. ultim.* Bais de Foroli. *inter cons. Signorol. cons. 68. & cons. ultim.* Roland. *de Lucro dot. quæst. 86. num. 67.* Boer. *decis. 785. numer. 8.* & sic pariter mulier legitimæ jacturam faciat : quoniam hujusmodi simile, est toto cælo dissimile ; tum quia naturali ratione & sic arctiori vinculo debetur matri legitima, quam viro lucrum, tum etiam quia text. *in dict. §. cum igitur in authent. de non elig. secund. nub.* qui in hac parte incorrectus remansit, matri binubæ legitimam in usufructu etiam contra filii testamentum concedit ; ideo de uno casu ad alium arguere non licet.

ARGUMENTUM.

Matri binubę an contra testatoris probationem legitimæ supplementum debeatur & affertur germanus sensus §. *hinc nos in Authent. de Nup.* Contra Mer. *de leg. libr. 4. tit. 2. qu. 2.*

Mater binuba an filio superstite fratri non succedente, vel tacitè maternis nuptiis consentiente, legitimæ proprietatem consequatur.

SUMMARIUM.

1 *Matri binubæ an contra expressam filii voluntatem, debeatur legitima.*
2 *Mater binuba in re sibi legata consequitur etiam proprietatem & sub* num. 23.
§. hinc nos in auth. de Nuptiis *explicatur.*
3 *Et à* Merlini *impugnationibus explicatio defenditur*, & num. seq.
4 *Ubi de uno disputatur, cætera extrema supponuntur habilia.*
5 *Matri binubæ etiam in bonis à primo viro profectis debetur legitimæ supplementum* & sup. num. 2.
6 *Nemo facere potest quin leges in suo testamento locum habeant.*
7 *Mater binuba an in filii successione habeatur pro extranea.*
8 *Ex* Authenticorum *volumine desumptæ sunt authenticę in* Cod. *insertæ.*
9 Auth. ex test. Cod. de secund. nupt. *exponitur.*
10 Glos. in §. hinc nos ver. per scripturam in auth. de nupt. *declaratur.*
11 *Matri binubæ an in bonis primi viri debeatur supplementum si filius iussit eam esse re legata contentam.*
- Mangil. de Imputat. qu. 7. num. 20 *reiicitur.*
12 *Mater binuba an aliis liberis non extantibus privetur proprietate legitimæ.*
13 *Filius an transmittat ad haredes ius dandi de injuria matris secundo nubentis*, & nu. seq.
14 *Mater binuba statim emissa per filium in religione professione consequitur legitimam in plena proprietate.*
15 *Mater non privatur filiarum intuitu proprietate, quam ipsi non sunt laturi Pœnæ secundo nubentium ad filiorum favorem impositæ, an transeat ad hæredes.*
16 *Consensus tacitus filii in nuptiis matris an & quando operetur ut eam legitimam etiam proprietatis in prædefuncti filii in bonis conservet*, & num. seq.
17 *Minor an renunciare possit tacite vel expressè pœnę ad sui favorem matri ad secunda vota transeunti illatæ, & an integrum restituatur.*
18 *Filius debet esse certus de suo iure ut illi tacitè renunciasse dicatur.*
19 *Mater minor ad secunda vota transiens an privetur proprietate in bonis filiis* & nu. 22.
20 *Mater minor iterum nubens non petito filiis tutore an pœnam incurrat*, & nu. 22.
21 *Peccatum commissionis gravius punitur, quam omissionis.*
22 Menoch. cons. 626. nu. 14. *reiicitur.*
23 *Pœnæ impositæ Matri secundo nubenti ad filiorum favorem comprehendunt & patrem.*
24 *Lex generaliter loquens, etiam minores comprehendunt.*
25 *Filio superstite prædecedente, mater binuba lucratur proprietatem quam illi relinquere debebat.*

DECISIO XXXIII.

COnclusionem in præcedenti decisione firmatam casui nostro non applicari utraque pars contendebat. Dicebatur enim pro parte Parochialis Ecclesię hæredis Angeli Mariæ Joannam ejus matrem jussam ab illo fuisse scutis sexaginta sibi legatis esse contentam, nec aliud quicquam petere ex qua prohibitione inferebatur eam ad legitimæ supplementum aspirare non posse. Causabatur ex altera parte Joanna imò sibi non in solo usufructu, sed & in plena proprietate deberi legitimam; tum quia testatot Paulinum unicum ejusdem thori fratrem præteriit, qui propterea de medio credebatur sublatus: tum etiam quia idem Paulinus secundis Ioannæ nuptiis tacitè consenserat.

Ego tamen Ioannæ legitimæ supplementum in usufructu deberi pronunciavi.

Quod enim attinet ad Parochi prætensionem, † quam- 1
vis non desint qui senserint d. prohibitione testatoris attenta, matrem binubam legitimæ supplementum haud quanquam consequi posse ut latè per Socc. jun. *cons. 97. à num. 3. usque ad fin. lib. 4.* & Bero *cons. 36.* per totum *vol. 2.* quorum uterque in eadem causa scripsit: copiosissimè articulum disputans, aliosque referens Laderch. *cons. 33. num. 4. usque ad fin.* quos nuperrimè plenè secutus est Merlin. *in tract. de leg. libr. 4. tit. 2. qu. 2. nu. 6. cum seqq.*

Contrarium tamen & melius latè & pulchrè defendit Rim. jun. *cons. 105. à numer. 22. per totum volum. 3.* ubi sic judicatum fuisse testatur. Idemque firmat Facchin. *controvers. iur. lib. 3. cap. 63.* & Mangil. *in tract. de imputat. quæst. 7. num. 32.* A qua sententia concludivè procedendo, arbitror in judicando non esse recedendum, & quoniam Rim. & Facc. optimè satisfecerunt rationibus Berroi. & Soccini, satis erit respondere Merlino, qui in substantia nil novi adducit, sed duntaxat diligentius ponderat verba textus *in §. hinc nos in Authen. de nupt.* qui est Achilles contrariæ opinionis, cum tamen nullarenus officiat, ut mox ostendam; unde pro illius intelligentia.

Supponendum † est ibi Imperatorem agere tantummodo 2
de successione matris tam ex testamento, quam ab intestato in bonis filii, tam paternis quam aliunde quæsitis, scilicet quando, & in quibus bonis mater succedat in plena proprietate, & quando duntaxat in usufructu, proprietate aliis liberis reservata, ut liquet ex illis verbis contextus, *ergo necesse est, filio moriente, sine masculo, sive fœmina, sive testatus moriatur, sive etiam sine hoc: iuterim ea, quæ ex testamento sunt dicentes, ita ad ordinem, qui ab intestato est, veniamus primo de testamentaria successione, postea de ea quæ ab intestato defertur dicemus ut* glos. *ibi declarat.*

Exordiens igitur Imperator à testamentaria successione, determinat, quidquid filius relinquit matri in testamento deberi eidem pleno jure, idest tam quo ad usumfructum, quam quoad proprietate quandoquidem non debeat Mater deterioris esse conditionis, quam extraneus cui si idem relinquerit totam, vel quotam hæreditatis, ille in plena proprietate consequitur, ita profecto sonant verba textus à Merlino ponderata, quæ sunt sequentia, *Si igitur legitimè filius testatus fuit, & reliquit matri substantiam, sive partem eius aliquam, hanc illa accipiat per scripturam* (idest maximè si sit in testamento in scriptis ; quamvis idem sit si per nuncupativum, ut ibi glos. supplet) *quia ubique custodire morientium volumus voluntates.* Pergit deinde Imperator ostendere, an relictum, quod mater binuba capit ex filii testamento consequi debeat tam quo ad usumfructum, quam quo ad proprietatem, *& habeat quod dimissum est, aut datum, & secundum proprietatem, & secundum usum.* Sed quia poterat quis obiicere, id nullo pacto dicendum esse de bonis à patre profectis, in quibus ab intestato mater succedit duntaxat in usufructu; causam verò testati regulandam esse secundum causam intestati, ideo Imperator respondens huic tacitæ obiectioni, affert discriminis rationem inter hunc casum, & sequentem, dicens, *sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, & nihil hæredi secundæ mulieris nocebant nuptiæ ita & matri relinquens, sive institutionem, sive legitimam, rectè derelinquat, & dominium, & usum, sive ex rebus, quæ extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis, nihil ex hoc fratribus cõtradicere valentibus,* &

sic

ſic omnia contextus verba poſita ſunt ad matris favorem, ne illa efficiatur deterioris conditionis, quam extraneus, & per argumentum à minori ad maius concluditur contra fratres defuncti, & oſtenditur cauſam teſtati hoc caſu valde differre à cauſa inteſtati, in qua eadem ratio conſiderari non poteſt, cum in ea nihil percipiant extranei, vnde huiuſmodi oratio ad matris favorem prolata, & ad evitandam abſurditatem, & impietatem, quæ reſultaret ſi extraneus potiretur re legata in plena proprietate; mater autem binuba in ſolo uſufructu, non niſi abſurdiſſimè videtur contra ipſam matrem retorqueri *ad leg. generali §. in iis autem in fin. Cod. de ſecundis nuptiis*, & iſte ni fallor eſt germanus ſenſus *dict. §. hinc nos*, qui propterea non favet, ſed refragatur Merlini ſententiæ.

Præterea diligenter advertendum eſt, textum in *d. §. hinc nos*, non loqui in caſu, quo filius prohibuit matri plus petere, ſed ſimpliciter quando aliquid ei, tam de bonis à Patre profectis, quam de aliunde obventis legavit. Unde ſi vera eſſet Beroi, Soccini, & Merlini interpretatio, nunquam mater conſequi poſſit legitimam in bonis filii cum teſtamento decedentis, ſive ex paterna ſubſtantia provenientibus, ſive aliunde, quod falſum eſſe in ſuperiore deciſione oſtendi. His igitur ita firmatis, quam facillimè tres Merlini ponderationes circa eundem §. *hinc nos* euitantur.

3 Prima † eſt ex illis verbis textus, *quia ubicumque cuſtodire defunctorum voluntates volumus, & habent quod dimiſſum eſt, aut datum* ex quibus ipſe infert, matrem contra teſtamenti ſcripturam nihil habere poſſe, & eo quod datum, ſeu relictum eſt habere ſe contentam vocare. Sed profectò contextus ille in ſenſu directo id omnino non dicit, quia loquitur affirmativè, non negativè; ſi verò illius verba inducantur à contrario ſenſu, argumentum non concludit, ob rationis diverſitatem, quod enim mater conſequi debeat pleno jure quidquid ſibi à filio relinquitur, & naturalis ratio, & teſtandi libertas, & maternitatis privilegium, & abſurdi vitandi ratio ſuadent, quod autem è contra Mater legitimam, ſive illius ſupplementum petere nequeat, & rationi naturali, & aliis juribus contradicit, & de hoc nihil in illo contextu, ſed vt arbitratur Soccin. Iun. *dict. conſ. 305. numer. 50. in fin. & num. ſeqq.* Id Imperator in terminis aliarum legum re-

4 linquit, † quia vbi de vno quærimus; cætera extrema ſupponuntur habilia *vulg. leg. quod teſtamento ff. de teſtam.* quæ regula fuit peculiaris Decii in *cap. cum omnes lect. colum. 1. & in cap. quæ in Eccleſiarum colum. 1. de conſt.* & in aliis locis cumulatis per Cagnol. in *leg. vinum ff. ſi cert. petat.* † ex aliis ve-

5 ro legibus determinatum iam fuerat ſupplementum legitimæ peti poſſe vbi minus relictum fuit *§. cæt. in auth vi cum de appell. cog.*

Quinimo etiam textus *in actio §. hinc nos*, videtur expreſsè reſervare matri legitimam, dum alia jura de huiuſmodi ſucceſſionibus loquentia præſervat & confirmat in illis verbis, *aliorum omnium quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt parentum in filiis, aut filiorum in parentibus intactis manentibus*, vt etiam notavit Facchin. ubi ſupra. Ex aliis autem juribus, ad quæ textus iſte ſe remittit, & præcipuè *ex §. cum igitur in auth. de non elig. ſecundo nub.* Matri binubæ dantur allegationes contra filii teſtamentum; Cuſtodire autem vbique morientium voluntates voluit Imperator, quatenus filius reliquit Matri ſubſtantiam, vel in partem vel in totum, non autem è converſo quando contra legis diſpoſitionem teſtatus fuit.

6 Nemo † enim facere poteſt, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant vulgat. *leg. nemo poteſt ff. de legatis primo.*

7 Secunda ponderatio Merlini † eſt de illis verbis *ſicut enim licebat relinquere vni extraneorum*, ex quibus dicit matrem capere non jure naturali, ſed uti extraneam & propterea arguit pariter à contrario ſenſu; Nam ſicut extraneus non poteſt petere ſupplementum, ita nec Mater; quod nihil aliud eſt, quam inducta ad matris favorem, in eius odium retorquere. Unde ſat eſt dicere pro reſponſione, ibi nullatenus Imperatorem declaraſſe extraneam Matrem binubam, quam in verſic. ſequenti ad ſucceſſionem ab inteſtato in uſufructu, admittit; ſed voluiſſe duntaxat arguere majoritate rationis, ut dixi in *præcedenti dec. num. 25.*

8 Tertia † ponderatio Merlini *dict. lib. 4. tit. 2. quæſt. 2. ſub num. 7. ver. & hæc interpretatio* ſupponit text. in *d. §. hinc nos in Auth. de Nupt.* deſumptum fuiſſe ex *auth. ex teſtam. C. de ſecund. Nupt.* ac ab illa interpretationem recipere: cum tamen palam ſit authenticas ab Himerio in Codice inſertas, & in ſpecie *d. auth. ex teſtam.* ex eodem *§. hinc nos junctо §. cum igitur*, exceptam fuiſſe, diſſertis verbis ibi dicitur. Præter-

9 quam quod etiam ſi ſuppoſitio vera eſſet, † non obſiſteret; quia germanus dicta *author. ex teſtam.* ſenſus eſt, ut mater binuba ſuccedere poſſit tam ſecundum mentem filii ex teſtamento, quam præter, ideſt ab inteſtato; cum hoc tamen diſcrimine, vt ex teſtamento, conſequatur liberè quidquid ſibi à filio relictum fuerit; ab inteſtato autem bonis à Patre profecta, quoad uſumfructum tantum, cætera pleno jure.

Minus † aſſentiri poſſum eidem Merlino quatenus *nu. 11.* 10
pro ſua ſententia citat gloſ. in *d. §. hinc nos in verſ. ſcriptura*, quaſi Accurſius ex illo textus eliciat Matrem in ſucceſſione filii ab inteſtato prædefuncti æquiparari extraneo, quia re vera Accurſus ibi exponens illud verbum, per ſcripturam dicit hæc formalia verba, *per ſcripturam, maximè ſubaudi; Nam ſine ſcriptura poteſt facere teſtamentum, cum extraneo eam aſſimilet ſtatim*; & ſic inhærendo verbis textus, intendit dicere, quod ſicut extraneo poteſt filius relinquere tam ex teſtamento in ſcriptis, quàm ex nuncupativo, ſic Matri; Non autem inquit illam in cæteris æquiparari extraneo.

Mendoſium item arbitror Merlini Codicem dum pro eadem ſententia citat Bald. in *conſ. 93. verſ. præter. text. lib. 5. & in Auth. ex teſtam. num. 3. C. de ſecundis nuptiis*, & Alex. in *conſ. 63. ante num. 3. lib. 5.* quia Bald. in libro meo hoc non dicit, Alex. autem non loquitur de legitima, ſed de hæreditate, & duntaxat obiter ſupponit filium teſtando poſſe privare Matrem binubam hæreditate, quam ab inteſtato conſecutura fuerat; quod & nos concedimus; vt autem ſupplementum legitimæ petere nequeat, hoc Alexander non dicit: & ſic remanet firma concluſio, ut Mater binuba conſequatur legitimam, ſeu illius ſupplementum quo ad vſumfructum in bonis filii prioris matrimonii prædefuncti in ipſum à Patre profectis, etiam ſi is certa portione eidem legata, juſſerit, eam amplius non petere.

Sed nec è converſo poterat eadem Ioanna mater binuba ſupplementum in plena proprietate petere eo quod Paulinus filius ſuperſtes à teſtatore præteritus fuerit. Quamvis † enim 11
Mangillii in *tract. de Imputation. q. 7. n. 20.* id expreſſe teneat, ob rationem, quia jura auferentia Matri proprietatem, emanarunt favore filiorum ſuperſtitum, vt per Innoc. in *cap. fin. extra de ſecundis Nupt.* & per Bald. *in d. Auth. ex teſtam. ſub n. 2.* & per Garron. ibidem *n. 50.* & ideo ſecundum eum, non proſunt hæredi extraneo, in quo non militat idem favor, ac proinde Mater non debet effici de proprietaria, uſufructuaria. Nihilominus (pace ſua dixerim) Mangill. allucinatur; eius enim ratio quamvis in ſeveriſſima ſit, non tamen concludit in caſu quo filius, licèt præteritus eſt ſuperſtes, nec Garron. ab eo citatus hoc dicit.

Neque aſſerimus proprietatem applicari hæredi extraneo, ſed Paulino filio ſuperſtiti, quamvis præterito; cui ſtatim acquiritur, nec in eo conſideratur aliqua ratio, vel qualitas ſucceſſionis, ſed duntaxat ratio ſanguinis, ut deducitur *ex auth. Hæres C. de ſec. nupt. & in corpore, unde ſumitur*, & facit Rota *in dec. 116. nu. 19. p. 5. rec.* ubi inquit mortem civilem filii ſuperſtitis ſi eundem effectum mortis naturalis non habeat, non operari, ut Mater proprietatem nanciſcatur.

Ratio † igitur Mangillii applicari poſſet, ſi alii non exta- 12
rent liberi primi matrimonii, vel ſi Paulinus prædecederet; tunc enim, ſi ceſſaret cauſa privationis proprietatis, ceſſaret etiam privatio. Unde quamvis hoc etiam caſu Matrem privari proprietate tenuerint Ioan. de Garron. *in dict. Auth. ex teſtam. nu. 31. & 36.* & Bologn. in addit. ad Matthæſilaum contraria tamen eſt verior, & communior opinio, ut nempe non extantibus aliis filiis ejuſdem matrimonii mater habeat legitimam in plena proprietate, ut probatur expreſsè *in §. ſi vero expectat. in Auth. de Nupt.* ibi, *ſi quidem non habeat filios, ſine periculo, eſt totum ex hoc, & in §. 1. ſiquidem ver. ſi igitur* ibi *ſi igitur, ſine filiis manſerint eod. tit.* & ita tenet Corneus *conſ. 542. num. 6. in fin. volum. 2.* Ripa *in leg. fœminæ §. illud. num. pen. C. de ſecundis nuptiis* Sanch. de matr. *lib. 7. diſp. 89. num. 34.* Guttier. *& tract. cap. 109. num. 44.* Alex. *conſ. 63. lib. 5.* & ibi adden. Afflict. *deciſ. 61. num. 6.* Rota poſt hæc ſcripta impreſſa *in dict. deciſ. 116. numer. 11.* & latius *in deciſ. 223. num. 5. cum ſeqq. ead. part. 5.* † ubi aliis relatis advertit 13
dictam pœnam in filiorum favorem inflictam, ceſſantibus illis extingui, nec jus dandi de hujuſmodi iniuria ad hæredes tranſire † & vtrobique extendit etiam ad caſum quo fi- 14
lii per mortem civilem ob profeſſionem in Religione etiam bonorum capace emiſſam, facti ſunt inſucceſſibiles; firmans à die profeſſionis matri deberi pleno jure legitimam, quod & in *deciſ. 367. eadem part. 5.* confirmatur. Sed quod cum ſit impoſita ipſo jure, tranſeat in hæredem, ubi contra viventem declarata non fuit, plurimis relatis firmat, & de magis

comm.

comm. teſtatur Rota *in Romana hæreditatis, & paragii dotis, prima Decembris* 1614. coram Buratto, & eſt *deciſ.*82. *nu.*6. ex iis quæ ſub ejus nomine modo imprimuntur, & quod ſi filii deceſſerint; nihilominus proprietas reſervanda ſit nepotibus ſuperſtitibus Gabr. *de ſecund. Nupt. concl.*1. *ampl.*3. *numer.*8. Sanch. de Matrim. *lib.*7. *diſp.*89. *num.*12. Rot. *in deciſ.*96. poſt Pacif. de Salv. *interd.* quia pœnæ ſecundo nubentium inductæ fuere ne dum favore filiorum, ſed totius poſteritatis Bertand. *conſ.*66. *numer.*8. *lib.*1. Ruin. *conſ.*58. *num.*9. *lib.* 5. adde, ad Buratt. ubi ſupra *num.* 15. & profectò, ſi Mater propter ſecundas nuptias privaretur proprietate etiam favore extranei, utique iſta eſſet ſecundo nubentium mera pœna cum tamen pœnæ hujuſmodi ſublatæ ſint, ut argumentatur Anch. *conſil.*278. *num.*5. & ſequitur idem Mangill. *dict. quæſt.*7. *ſub*
15 *num.*30. *ver.* & magna † ſanè iniquitas eſſet Matrem intuitu filiorum privari proprietate, quam ipſi laturi non eſſent, vt conſiderabat, Fabian. *in dict. Auth. noviſſima numer.* 54. *in fin. Cod. de inoff. teſtam.* (& ad aliud propoſitum) Hieron. Gabriel. *conſ.*94. *ſub num.*20. *volum.*1.

Quemadmodum nec poterat Ioanna proprietatem prætendere, ſub prætextu quod Paulinus tacitè ſecundis eius nuptiis,
16 non reclamando, conſenſerit † quicquid enim ſit de hoc, an filiorum tacitus conſenſus operetur huiuſmodi iniuriæ, & lucri remiſſionem, in qua affirmativam ſententiam tenuere Bald. *in auth. ex teſtamento num.*3. *Cod. de ſecundis nuptiis* Dec. *in rubr. Cod. de nupt. & conſ.*206. Grat. *conſ.*83. *in fin. volum.*1. Pariſ. *conſ.*29. *colum.*12. *volum.*3. Alexand. *conſ.*63. *numer.*2. *lib.*5. *pulchrè* Roland. *conſ.* 95. *volum.* 1. Rimin. Jun. *conſ.*305. *num.*28. *& ſeqq. lib.*3. *& conſ.*478. *numer.* 38. *lib.*4. Cravett. *conſ.*661. *num.*5. *lib* 4. Menoch. *conſ.*155. *numer.*16. *in* 2. *& conſ.*626. *num.*2. *& ſeqq. in* 7. Surd. *conſ.*91. *numer.*22. *lib.*1. qui de communi Burſatt. *conſ.*13. *num.*42. *lib.*1. Merlin. *de legitim. lib.*4. *tit.*8. *quæſt.*2. *in fin.* qui neminem citat præter Gabr. ubi ſupra & dicit videndum tamen eſſe Menoch. *dict. conſ.*237. *num.*28. *& ſeq.* Rota *in Romana hæred.*1614. coram Buratto.

Negativam vero eo quod taciturnitas in odioſis non operetur conſenſum, firmarunt Pariſienſes in addit. ad Dec. locis ſupra citatis Ripa *in l. fœminæ qu.*14. *C. de ſecundis nupt.* Soc. *in leg. cum auus colum.*5. *ver.* 1. *caſu ff. de cond. & demonſtrat.* Gabr. quatenus hanc ultimo loco recenſet *de ſecundis nuptiis concl.*1. *ſub num.*37. Sarmient. loco ſupra citato, Sanchez de matrim. *diſput.*89. *ſub numer.* 84. Garron. ubi ſupra qui citat Paulum de Caſtro idem tenent Peregr. *conſ.*78. *numer.* 11. *&* 17. Fachin. *d. l.*3. *contract. cap.*65. *ver.*4 *concl. iuncto verbo iam mihi Azeud. l.*4. *numer.*36. *tit.*1. *l.*5. *novæ collect. reg.* vbi militat, Guttier. *de matrimon. cap.*109. *numer.*51. Boer. (à Menoch. & aliis perperam in contrarium allatus) *deciſ.* 285. ubi ſub *num.*23. ponderat aliqua jura & ſignanter *leg. edictal. C. de ſecundis nuptiis & §. optime authentic. de nuptiar.* (quos text. dicit annullare limitationem de ſimplici conſenſu filii abſque expreſſa jurium renunciatione) & ſic vterque opinio
17 videtur communis. Et quicquid rurſus dicendum † ſit tam Paulinus ex quo tunc temporis erat minor, potuerit abſque curatore conſentire; vel ſaltem ſit in integrum reſtituendus; quo in articulo ad minoris favorem reſpondit poſt alios Menoch. *dict. conſ.*238. *num.*22 *& ſeqq.* & contrariam verò ſententiam uti magis communem ſecutus fuit Senatus Pedemontan. ex pluribus latè deductis per Suran. *in deciſ.*99. *à numer.*12. *uſque ad finem.*

In terminis tamen noſtris ad Paulini favorem duxi pronunciandum; quia præterquam quod in puncto juris verius videtur tacitam nuptiarum maternarum approbationem non operari pœnæ remiſſionem, per ea quæ tradit idem Surd. in *deciſ.*100. *ſub num.*6. *ver. non omitt. & num. ſeqq.* tacitus conſenſus per ſe non eſt ſatis, niſi etiam doceatur de actu poſitivo, vt ſi filius cum vitrico cohabitavit, eum dilexit, & cætera huiuſmodi vt idem Surd. fatetur *dict. deciſ.*99. *ſub numer.*14. *in fin. & num. ſeqq.* & ita loquuntur Doctores in contrarium allati, idque ſupponit Rota *dict. deciſ.* 117. *num.*11. *&* 12. *part.*5. *rec.* & poſt Perez & Azebedo tradit Sanch. de Matrimon. *lib.*7. *diſput.*89. *num.*44. Theſaur. cum per eum congeſtis *quæſt. forenſ.*30. *n.*5. & ita per Senatum Cataloniæ deciſum fuiſſe teſtatur Fontan. *de pacto nuptial. clauſul.* 5. *gloſ.* 8. *part.*41. *n.*36. & hanc eſſe veriorem ſententiam dixit Rota *in deciſ.*96. *num.*3. *& dec.*154. ex impreſſis poſt Pacif. de ſalu. *interd.* Buratt. in nondum impreſſ. *deciſ.*82. *num.*9. ubi plurimos refert. In Paulino autem, & minoritas concurrebat, & nullus deducebatur actus poſitivus, qui in approbationem ſonaret. Præterea uti ruſticus, ignorabat ex taciturnitate ſibi præjudicium parari.

In omnem eventum † adhoc ut mater binuba ob filiorum 18
conſenſum conſequatur legitimam etiam in proprietate filii debent eſſe certi de jure ſuo, ut nempe ſciant ex ſecundis nuptiis matrem amiſſuram dictam proprietatem, niſi ipſorum accedat conſenſus, in terminis Dec. *d.conſ.* 206. *nu.*7. Iaſ. *conſ.*53. *volum.*3. *ver. præterea l.* 1. Menoch. *d. conſil.* 237. *num.*28. *in* 3. *& conſ.*806. *num.* 23. Crauett. *conſ.*142. *num.*20. Boer. *deciſ.*185. *ſub num.*23. Buratt. *dict. deciſ.*82. *num.* 11. de qua ſcientia & certioratione nullibi conſtat, ut etiam dicebat ibidem Burattus.

Neque his refragabatur quod etiam Ioanna eſſet ruſtica, ac proinde pœnæ incurſu ob ignorantiam excuſanda, † du- 19
cto argumento à muliere minore ad ſecunda vota tranſeunte; quam ob ætatis imbecillitatem proprietatem legitimæ non amittere poſt Bald. Angel. Socin. ſen. Bellam. & Io. de Garr. quos refert, tradit. Boer. *deciſ.*185. *in fin.* Ant. Gabr. *tit. de ſecundis nuptiis concl.*1. *num.*50. Ripa *in l. fœminæ num.*44. *C. de ſecundis nuptiis* Lup. *in rub. de donat. inter virum & uxorem §.*50. *num.*34. *in fin.* Surd. *conſ.*471. *num.*29. *l.*4. late Menoch. *conſ.*626. *num.*8. *& ſeq. volum.*7. ubi contrariis reſpondet, eſt communis opinio, vt per Villalob. *in com. litera B. num.*30.

Nam ſi veritatem amamus d. opinio nulla lege vel ratione probatur & contrarium defendunt. Azebedo *l.* 5. *recopil. tit.* 1. *l.* 4. *num.*38. & Sanch. de matr. *lib.*7. *diſp.*89. *num.*56. Guttier. *C.* 109. *numer.*66. Baldus autem Ang. Socin. Beltran. & Garon. à modernioribus ad hæc citati loquuntur in diſſimili materia, † nempe in caſu *Auth. eiuſdem pœnis Codic. de ſe-* 20
cundis nuptiis, & ſic in matre, quæ ſecundo nupſit non petito tutore filiis, quorum ipſa adminiſtrabat tutelam, quæ punitur de omiſſione, & ita etiam intelligendi ſunt iuniores Doctores, qui eos ſimpliciter ſequuntur. His itaque de medio ſublatis, in caſu de quo loquimur non poteſt dici comm. opinion. cum nos agamus non de omiſſione; ſed de commiſſione, & ita in effectu diſtinguit Dec. *in l.*1. *num.*2. *Codic. de ſecundis nuptiis* eſt autem † regulare ut peccatum in commit- 21
tendo conſiſtens gravius puniatur, quam in omittendo *l. argumentarius* §. cum autem, & ibi Bald. *ff. de eden. gloſ. in l. ſi mora ff. ſol. matrim.* Bart. *in l. licet* §. *fin. ff. de pecul.* Dec. *in l.* 1. *n.*8. *C. de tranſact.* Surd. *conſ.*342. *num.*17. *vol.*3.

Nec † poteſt concedi, quod ait Menoch. *d. conſ.* 626. *nu-* 22
*mer.*24. eandem eſſe in utroque caſu rationem, quia imò diverſitatis ratio ad oculum patet; quandoquidem *Auth. eiſdem pœnis C. de ſecundis nuptiis* eſt merè pœnalis utpote quæ pœnam imponit matri tutrici ad ſecunda vota convolanti; 23
non petito tutore filiis, & ſic uti merè pœnalis, non eſt extendenda ad protutricem, prout eſt mater minor, præſertim cum eius culpa in omittendo conſiſtat ut benè conſiderat Garron. ibidem *numer.* 9. Quæ ratio profecto caſui noſtro, applicari non poteſt, tum quia textus in *d. l. fœminæ, & in auth. ex teſtamento*, loquitur indiſtinctè de matre binuba, & ſic abſque vlla verborum improprietate etiam matrem minorem ad ſecunda vota convolantem comprehendere poteſt, nec vlla opus extenſione *l. ſine hærede §. huius ff. de adminiſtr. tutor.* prout regulariter dicitur † de lege generaliter loquente, ut 24
etiam minores comprehendat Roman. *ſing.*816. *tu audiſti.* Alex. *conſ.*49. *colum.*3. *leg.*1. Marſil. *ſingular.*481. Tum etiam quia materia non eſt propriè pœnalis, ſed agitur de proviſione principaliter ad filiorum favorem emanata in ſolatium deſolationis utriuſque parentis, cum patter obierit, & mater in alienam tranſierit familiam; quo fit ut ex rationis identitate extendatur etiam ad patrem ſecundo nubentem *gloſſ. fin.* quam ibi ſequitur Salyc. *num.*4. dicens ita obtinuiſſe de facto, Sichard. ibid. *num.*2. de com. Io: de Garron. *in repetit. d. auth. ex teſtamento num.*44. Ripa de com. *in rep. d. l. fœminæ num.*1. Dec. *conſ.*87. *num.*3. plurimos congerit Gabr. *tit. de ſecund. nupt. concl.*3. *in* 1. *ampliat.* Caſtill. *in tract. de Vſufruct. cap.*2. *num.*14. Buratt. *d. deciſ.*82. *num.*2. *&* 3. ubi aliàs refert deciſiones, & ibi addentes.

Pronunciavi itaque ſcuta ſexaginta Joannæ relicta, ſibi pleno jure ſpectare juxta *dict.* §. *cum igitur in Auth. de non eligend. ſecundo nuben.* §. *hinc nos in Auth. de nupt.* Gabr. *cum relat. de ſecundis nuptiis concluſ.*3. *num.*20. *&* 31. & dixi ſupra *num.*20. ſupplementum autem ſibi in uſufructu deberi; reſervata Paulino proprietate, † quam illo procedente 25
Ioanna lucraretur *leg. fœminæ §. illud ad fin. Cod. de ſecundis nuptiis* ibi *quod ſi nullam ex priore matrimonio habue-*

rit ſucceſſionem, vel natus natiuè deceſſerint, cum aliis benè ponderatis per Sanch. *dict. diſp.* 89. *numer.* 37. vbi plurimos congerit, & hæc eſt magis communis opinio vt per Ceval. *quæſt.* 67. *num. unic.* & Guttier. *cum relat. de matrim. cap.* 109. *num.* 36.

ARGUMENTUM.

Legitima Matri Binubæ in bonis filii prædefuncti debita quota eſſe debeat.

SUMMARIUM.

1 *Legitima filiorum de iure authenticorum aucta fuit; & ad quam ſummam?*
2 *Legitima Parentum aucta fuit ad inſtar legitimæ filiorum*, & num. 8.
3 *Maximè legitima* Matris, & Auiæ num. 13.
4 *Legitima Matris in bonis filii fratribus, & ſororibus vel præteritis, vel à ſtatuto excluſis, an ſit tertia totius, vel tertia tertiæ* & num. 32. *& quid ſi fratres in aliquo ſint cogniti* num. 34. *& ſeqq.*
5 *Frater non poteſt contratabulare teſtamentum fratris, niſi ſit inſtituta turpis perſona.*
6 *Fratribus exhæredatis, legitima Matris eſt tertia totius*, & num. 16.
7 *Frater præteritus, vel exhæredatus habetur pro mortuo, nec facit partem ad diminutionem legitimi Matri debitæ.*
8 *Secus ſi fratri, vel ſorori aliquid relictum fuit.*
9 *Matre exiſtente, filius non poteſt diſponere intra tertiam partem, quam eidem relinquere tenetur.*
10 *Mater ſuccedit filio ab inteſtato una cum aliis filiis pro virili.*
Poteſt tamen ſuam virilem portionem reiicere, & petere legitimam num. 14.
11 *Contra teſtamentum non debet quis conſequi plus, quæ præter vel ſecundum teſtamentum.*
12 *Niſi ceſſet favor aliorum ab inteſtato ſuccedentium.*
13 *Legitima Matris tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſemper eſt triens.*
14 *Mater virilem portionem in bonis filii reiicere poteſt, & petere legitimam.*
15 *Legitima eſt tertia pars eius, quod quis ab inteſtato conſequuturus eſſet.*
16 *Rebus tamen ſic ſe habentibus ab inteſtato, prout ex teſtamento, alias ſecus*, & num. 19.
Quæ limitatio defenditur ab impugnatione Aret. & Vinc. de Franch. n. 18.
Quid ſi ex ſuccedentibus ab inteſtato, aliqui legitimam prætendere nequeant, num. 20.
Vel à lege, aut à teſtatore juſtæ excluditur à legitima, numer. 21.
17 *Filia dotata à ſtatuto excluſa propter maſculos non contratabulat teſtamentum Patris, etiam ipſis maſculis exhæredatis.*
18 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
19 l. Papinianus §. quoniam ff. de inoff. teſt. *limitatur.*
20 *Legitima matris, quota ſit quando venientibus ab inteſtato illa non debetur.*
21 *Legitima teſtati an commenſuretur cum legitima inteſtati quando venientes ab inteſtato ſunt ab hæreditate excluſi.*
22 *Teſtamentum, aſcendente præterito, eſt ipſo iure nullum.*
23 *Venientes ab inteſtato virtute clauſulæ codicillaris, etiam in caſu præmortuorum cenſentur gravati reſtituere hæredi ſcripto, detracta quarta trebellianica, quæ inſtituto pio loco, non deducitur.*
24 *Relictum factum ei, cui legitima debetur, cenſetur factum iure inſtitutionis.*
25 *Contrarium regulariter eſt verum*, & num. ſeqq.
26 *Relictum factum pro legitima, dicitur factum iure inſtitutionis.*
27 *Relictum particulare non cenſetur factum titulo inſtitutionis.*
28 *Verbum relinquo, adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad inſtitutionem.*
29 *Opinio, ex qua ſequitur abſurdum, reiicienda.*
Vinc. de Franch. decis. 63. à num. 13. *refellitur*, & n. ſeq.
30 *Legitima quare titulo inſtitutionis ſit relinquenda.*
31 *Mater præterita opinionem habet contratabulandi Teſtamentum filii, vel ad legitimæ ſupplementum agendi.*
32 *Legitima matris non minuitur propter exiſtentiam fratris, ſi is non conſequeretur id, quod matri aufertur.*
33 Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. numer. 25. *refellitur.*
35 *Frater in aliquo inſtitutus, dato cohærede vniverſali, habetur loco legatarii.*
36 *Legata extraneis facta non minuunt legitimam Matris, quæ in primis eſt detrahenda.*
37 *Legatum factum fratri, an minuat pro illa rata legitimam Matris.*
38 *Legatum factum Matri imputatur in legitimam.*

DECISIO XXXIV.

CUm ex deductis in duabus ſuperioribus deciſionibus controverti non poſſit Ioannæ ſupplementum legitimæ in bonis Angeli Mariæ filii præmortui deberi. Nec rurſus in controverſiam adducatur † quod quemadmodum de jure authenticorum legitima liberorum, quoties ſunt numero quatuor, vel pauciores, aucta fuit de quadrante ad trientem, ſi vero ſunt ultra quatuor, ad ſemiſſem §. 1. *auth. de trien. & ſemiſſ. auth. nouiſſima C. de inoff. teſtam.* & ibi Doctores communiter cum aliis copioſè congeſtis per Surd. *conſ.* 404. *nu.* 2. *l.* 4. Craſſ. *in* §. *legitima qu.* 7. *num.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 36. *num.* 1. *&* 2. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 3. Sic itidem eodem iure ſit aucta parentum † legitima de quadrante ad trientem, vt probat text. in *d.* §. 1. *auth. de trien. & ſemiſſ.* ibi *Hoc obſervando in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt*, & in §. *cæterum ver. ſola in authen. vt cum de appellat. cognoſc.* ibi *ſola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio à Parentibus, & liberis iniuriam præteritionis & ex hæredationis auferre*, & ita firmat *gl. in* §. *ſi vero in ver. obſervando in auth. de trient. & ſemiſſ.* Bart. *in dict. auth. noviſſima nu.* 33. & ibi Doctores communiter *C. de inoff. teſtam.* cum aliis copioſè congeſtis per Clar. *in* §. *teſtam. quæſt.* 35. *ver. ſed quæro* Vaſquez *de ſucceſſ. creatur. l.* 2. §. 20. *num.* 283. *&* §. 10. *num.* 266. Craſſ. *in* §. *legitima quæſt.* 9. Petra *de fideicomm. quæſt.* 15. *nu.* 75. Peregr. *eod. tract. art.* 49. *numer.* 47. Theſaur. *deciſ.* 172. *num.* 5. Surd. *conſ.* 404. *numer.* 1. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 4. *ſub num.* 9. *ver. contra, & ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 24. Facchineus *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 28. *in princip.* Rauden. *deciſ.* Piſan. 47. *num.* 16. 1

Et † in puncto de Matre & Auia Romanus *conſ.* 183. *num.* 5. *ver.* 3. *legitimam* Iaſ. *in dict. Auth. noviſſ. numer.* 31. Crot. *in l. re coniuncti numer.* 178. *de leg.* 3. Craſſ. *in* §. *legitima quæſt.* 78. *&* 79. Clem. *in tract. de patria poteſtate cap.* 4. *num.* 23. *& effectu* 16. *num.* 54. Afflict. *deciſ.* 204. *num.* 4. cum aliis quos refert, & ſequitur Mangil. *de imputat. qu.* 8. *num.* 2. & Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 12. *&* 3. *tit.* 3. *d. qu.* 4. *num.* 13. vbi de communi, & vera ſententia. 2 3

Succeſſivè dubitavi † quota deberet eſſe legitima Ioannæ in hac facti ſpecie, in qua filius, conditio teſtamento, reliquit Matri ſcuta ſexaginta, fratre præterito, & extraneo inſtituto. Et quidem in hoc articulo duas reperio Doctorum phalanges invicem dimicantes; Prioris opinionis, nempe Matris legitimam eſſe trientem totius; Anteſignanus fuit Iacob. Butrigal. *in ſuis quæſtionibus*, Alterius verò ſententiæ vt ſit tertia tertiæ, Dux fuit Bart. *in l. pater filium ff. de inoff. teſtam.* & in *l.* 1. §. *ſi pater ff. de concup. cum emanc. liber.* Utraque opinio, & rationibus, & auctoritatibus munita eſt, & utraque communis, vt ex Petra de Federic. *q.* 15. *ſub nu.* 133. *ver. ſecundus caſus.* 4

Verum prior ſententia Butrigal. in caſu, quo fratres ſunt præteriti, eſt receptior & æquior; quam ſecuti ſunt plurimi, quos congerunt Theſaur. *deciſ.* 172. *ſub num.* 2. plures diſtinguens caſus, & ibi add. Petra multos de communi opinione atteſtantes reportans *dict. quæſt.* 15. *ſub n.* 133. *ver. contrariam partem*, & pariter aliquos caſus diſtinguens egregiè Hieron. Gabr. *conſil.* 94. *num.* 11. *uſque ad* 20. *lib.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 38. *num.* 13. Mangil. latè diſputans, & itidem diſtinguendo procedens *in tract. de Imputat. quæſt.* 6. *à nu.* 3. *uſque in fin.* benè & latiſſimè Surd. *conſ.* 404. *per tot. lib.* 4. Mareſcott. *Variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Gratian. *diſcept. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 178. ad partes diſputans, & plures diſtinguens caſus *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 7. per totam; & hanc opinionem, vt veriorem, & magis piam amplexa fuit Rota *deciſ.* 421. *&* 422. *part.* 4. *diverſ. & in Romana de Menichellis*

lis 28. Junii 1578. coram Vicecomite quæ est *decis. 137. impress. post tract. Merlin. de legit.* eamque tenuit etiam Rubin. *decis. 21.* & Vivius *decis. 405. numer. 19. leg. 3.* ubi ait pro hac opinione fuisse à *Rota Romana* judicatum, & ibi respondet Bartoli rationibus. Et in terminis filiæ à statuto excluſæ, & sic non succedentis, ut partem non faciat ad diminuendam legitimæ quotam, probavit in *leg. fratr. C. de inoff. testam.* Bald. *in auth. noviſſima num. 10. eod. tit.* cum aliis allatis per Gabr. *dict. conſ. 94. n. 29. latè* Merlin. *de leg. lib. 3. tit. 1. q. 3. n. 15.* Facchin. *dec. vidend. Controverſ. iur. lib. 4. cap. 31.* Gratian. alios referens *d. cap. 448. num. 37.* Rotam *coram Bubalo* penes eumdem impressam *ibi nu. 40.* & post hæc scripta *in dec. 116. nu. 2. p. 5. rec.* Utriusque sententiæ argumenta apud præfatos, ab eisque relatos videri poterunt. Ego ne aliorum dicta rescribere videar, omissa disputatione, tres duntaxat adducam rationes pro confirmatione sententiæ *Butrig.* quam in hac causa amplexandam censui.

5 Primò igitur movebar, † quia frater superstes, condito à fratre testamento, spem nullam in illius bonis succedendi
6 habet, nisi † unico casu, instituta videlicet turpi persona; sublata igitur fratri omni spe succedendi, & sublato omnino illius concursu ad successionem cum matre, clarissimè sequitur matrem solam aptam esse succedere in universa hæreditate, ac proinde illius legitimam necessario esse debere tertiam totius, ut per Castrens. *conſ. 186. nu. sexto ver. novus casus volum. 1.* & tradunt Rota Mangil. Merlini Gratian. & alii supra relati.

7 Secundò, † quia frater præteritus, vel exhæredatus habetur pro mortuo Bart. *in leg. 3. §. fin. ff. de bon. poſſ. contab.* & est, ac si non esset in rerum natura, nec habetur in consideratione, & sic admitti nequaquam potest ad partem, & consequenter nec minuit matris legitimam *l. pater filium ff. de inoff. testam. l. unica, §. ſi verò non omnes Cod. de caduc. tollen. §. ſi Titio ff. de lega. primo*, & cæteri supra citati, & in his duabus rationibus *Rota Romana* potissimum fundamentum fecit præcitatis decisionibus. Licèt secus dicendum sit si frater, vel Soror non fuit omnino præteritus, vel præterita, sed aliquid eis relictum: tunc enim, quia non potest dici illis haberi pro mortuis, utique faciunt partem, & minuunt legitimam Matris; & isto casu non procedit opinio Bald. *in auth. noviſſ. in fin. verſ. & hoc C. de vi off. teſt.* quem explicat Corn. *in conſ. 197. n. 7. lib. 3.* Gabr. *conſ. 94. nu. 20. & ſeqq. lib. 2.* ubi de communi testatur cum aliis per Gratian. *diſcept. 178. nu. 9. & 448. nu. 18. & ſeqq. latè* Maresc ott. *var. reſolut. lib. 1. cap. 10. n. 8. ad fi.* qui pariter de communi Thesaur. *dec. 219. n. 2. & ſeqq.* alios congerit, & sequitur Rot. *dec. 219. n. 2. & ſeqq.* ubi aliæ plurimæ decisiones afferuntur.

8 Tertia principalis ratio est, quia, stante præsuppositio, de quo supra *nu. 2. & 3. videlicet* Matris legitimam esse trientem
9 sequitur, ut † ea superstite nequeat filius disponere intra tertiam, & subinde legitima matris etiam præteritis fratribus, & sororibus, non possit esse minor tertia omnium bonorum; quia de ea filius disponere nequit, quo argumento utitur Hier. Gabr. *dict. conſ. 94. n. 12. volum. 1.* & dicit à nemine tactum, junctis iis; quæ ipse pro corroboratione in discursu benè deducit.

Ad rationes ex adverso adductas benè respondent præcitati *ſcribentes*, præcipuè Modernatores qui poterunt consuli, binas autem rationes silentio nullatenus præterire volui, quia possunt ad plura deservire.

Non obstat igitur ratio vitandi absurdi, quod sequi videtur, matre contra testamentum filii integram tertiam con-
10 sequente † ab intestato vero, una cum tribus, vel quatuor filiis minorem partem habente, utpote quæ succedit cum il-
11 lis in virili *Auth. de unct. C. ad Tert.* † nam melioris esset conditionis in casu, quo venit contra testamentum, quam cum venit ab intestato, vel secundum testamentum, & sic imputandum esset testatori, cur testatus sit, contra text. *in l. poſthumus in prin. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſt.* provt arguit Bart. *in d. leg. pater filium nu. 8. ver. præterea ff. de inoffic. teſt.* quem refert Merlin. *de leg. d. l. 1. titul. 4. qu. 7. ante num. 4.* & quod fundamentum dicit validissimum.

12 Respondet † enim Gabr. *d. conſ. 94. num. 6.* id non esse absurdum, quia cessat favor filiorum, & respectivè fratrum defuncti, quorum causa portio Matris ab intestato minuitur. Sed revera ista ratio à favore, vel causa cessante, quamvis generaliter vera sit; casui tamen nostro applicata periculosa, & Matri damnosa esse posset. Unde tutius respondendum
13 puto, imò allegatum absurdum dari minimè posse; † quia tam ex testamento, quam ab intestato semper legitimam Matris est triens, ut supra deductum fuit, quæ nullo casu minui potest *dict. leg. Nam & ſi Parentibus in princ. ff. de inoff. teſtam.* Unde † si adsint plures filii ab intestato succedentes; Mater suam virilem portionem reiicere potest, & petere integram legitimam, ut habetur per eundem Gabr. quamvis non ita clarè *dict. conſil. & numer. 18. & ſeq.* & eo non relato tradit Mangil. *de imput. dict. quæſt. 6. numer. 33.* quod perpetuò nota. 14

Minus refragatur altera præcipua ratio partis adversæ, † 15 nempè legitimam esse tertiam partem ejus quod quis habiturus esset ab intestato, ut argumentatur *in dict. leg. pater filium ſub numer. 8. ver. & quod ſit legitima ff. de inoff. teſtam.* nulloque jure caveri, ut legitimam sit tertia hæreditatis, sed benè, ut sit portionis debitæ ab intestato, ut per Cuiac. *in expoſit. novell. 18. in princ.* & ita expressè vocatur in *§. ſed hoc* ita *Inſtit. de inoff. teſtam.* ibi *quarta legitimæ partis*, & in *leg. Pipinianus §. quoniam autem, ff. eodem, & in leg. parentibus Cod. eodem*, & latè post alios tradit Ruin. *conſil. 27. nu. 3. & ſeqq. lib. 3.*

Quia † egregiè subuertit hoc fundamentum Baldus *in Au-* 16 *th. noviſſ. num. 11. Cod. de inoff. teſtam.* dicens, dictam regulam procedere rebus sic se habentibus ab intestato; provt se habent ex testamento. At ex testamento fratres supponuntur excluſi, & sic Mater remanet sola, ergo quemadmodum ab intestato Mater sola haberet tertiam totius, sic condito testamento, sivè in causam testati habere debet excluſis iis, qui ab intestato illius portionem ad tertiam tertiæ minuerent: & Baldum, sequuntur communiter Doctores, ut per Jas. *in dict. Authent. noviſſ. numer. 63.* & ibi etiam Salic. *numer. 14.* Hier. Gabr. *dict. conſil. 94. n. 13. volu. 1.* Peregr. cæteros referens, & de communi, & recepta attestans *in tract. de fideic. art. 36.* Mangil. *de imput. quæſt. 6. nu. 10.* & latiùs *ſub nu. 34.*

Reperio † tamen Aret. *in leg. planè §. ſi duobus ff. de legat.* 17 *primo*, quem refert, & sequitur Vincen. de Franch. *decis. 63. numer. 11.* repudiasse hanc rationem tanquam fallaciam continentem, ex qua sequatur maximum absurdum, ut nempe filia à statuto propter masculos excluſa, si pater decederet filiis exhæredatis, instituto extraneo, eaque præterita, posset dicere testamentum nullum, quia stante exhæredatione masculorum, ipsi non succedunt, & perinde est, ac si non essent in rerum natura; & tamen hoc est falsum juxta communem Doctorum traditionem in *leg. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſt.*

Cæterum (pace tantorum virorum,) ista obiectio non videtur attendenda, quia stante † dicto statuto, filiæ ha- 18 bent dotem loco legitimæ præservatam, ut per Bald. *in leg. ſancimus*, & ibi Salyc. *ſub num. 6. Cod. de Nupt.* Alex. *conſil. 55. num. 11. lib. 2.* cum aliis quos refert, & sequitur Rustic. *de condit. & demonſtrat. lib. 3. cap. 9. nu. 7.* Unde non dicuntur propriè præteritæ, nec tractant de consequenda legitima, quam intus habent, & sic ex diversis non benè infertur. Teneas itaque hanc † opinionem Bald. quam diligenter nota 19 pro limitatione, *leg. Papinianus §. quoniam autem ff. de inoff. teſt. & d. l. parentibus C. eodem.*

Præterea ad idem secundum obiectum ex mente Bartoli excitatum; respondetur illud † non procedere quoties in- 20 ter succedentes ab intestato, aliqui adsunt, quibus legitima non debeatur, tunc enim non potest dici eam esse portionem portionis ab intestato debitæ; sed erit integra tertia, quemadmodum † etiam quando à lege, vel à testatore ii 21 sunt justè excluſi, quibus ab intestato hæreditas, & legitima debetur, ut notant communiter Doctores *in dict. l. planè §. ſi duobus ff. de leg. primo* cum aliis per Hier. Gabr. *d. conſ. 94. num. 12. & 15. lib. 1.*

Cum itaque Paulino fratri non debeatur legitima, ex quo non fuit instituta turpis persona, utique legitima Joannæ Matris non est tertia tertiæ, sed tertia totius, ut de se patet. Quamvis autem prædicta sint per se satis perspicua; ne tamen aliquod scrupulum remaneat satisfaciendum duxi quibusdam tacitis obiectionibus. Posset itaque nostra resolutio in dubium refricari quasi melioris conditionis faciat matrem binubam, quam Viduam. Quoniam Doctores relati supra *numer. 4. ver. ſed prima* ferè omnes loquuntur in casu, quo aliquid relictum est Matri pro legitima, vel saltem jure institutionis, nos autem versamur in casu, in quo testator reliquit Joannæ Matri scuta 60. jure legati, ita ut videatur præterita; † & sic si illa non transisset ad secunda vota, testamen- 22 tum esset ipso jure nullum per text. *in auth. ut cum de appellat. cognoſc.* & tradunt Doctores per me allati, supra in *dec. 32. n. 13.* stante † igitur defectu præteritionis, res videtur reduci 23

ad casum intestati, quo hæres ab intestato (inter quos est Mater) ex clausulis in testamento appositis dicuntur tacitè gravati restituere hæreditatem instituto, detracta quarta trebellianica secundum Bart. *in l. 1. ff. de iur. codicill. & in auth. ex causa*, ubi omnes *Cod. de liber. præter.* quæ trebellianica in casu nostro, pio loco instituto, cessat juxta communem opinionem de qua Tiraq. *de privil. piæ causæ privil. 27.* Itaque si res ad casum intestati est redacta, & ab intestato succederet Paulinus frater, una cum Matre, certè idem Paulinus non diceretur excluſus, & consequenter cessarent rationes Jacob. Butr. & sequacium, & intraret communis traditio, ut legitima Matris sit tertia portionis, quam habitura fuisset ab intestato, quam retinebit Mater, & residuum restituet Ecclesiæ virtute clausularum cum Bald. *cons. 250. in consulendo*, in secundo *lib. 4* ita ratiocinatur, & concludit in terminis Vincent. de Franch. *dec. 63. à nu. 13. usque ad fin.*

24 Cui fundamento si respondeatur, † ex regula, quam post alios per eum relatos tradit Thes. *decis. 58.* omne relictum, quod fit illis, cui legitima debetur censeri jure institutionis factum juxta communem opinionem, de qua per eum quam Senatum Pedemontanum semper servare testatur Thes. *filius ibidem in addit.*

25 Statim replicari posset, id procedere in terminis in quibus Thesaur. loquitur nempe quando in dicto legato adest clausula, *& cætera*, quæ extenditur ita, ut testamentum sustineatur, vel quando est relictum nominatim pro legitima & in istis terminis loquuntur Doctores ab eo relati, &

26 ratio est in promptu, † quia relictum factum pro legitima, dicitur factum jure institutionis Bart. *in authent. unde si parens numer. 2. Cod. de inoff. testam.* cujus opinionem dicit communem Alexand. *in leg. humanitatis numer. 4. Cod. de impub.* quem refert Boer. *decis. 268. colum. 1.* & magis communem dicit idem Alexand. *cons. 10 circa finem lib. 7.* & ita etiam reprobato Saliceto, & Ioan. *dilecto* affirmat Clar. *in §. testam. cum qu. 38. num. 11.*

27 At † ubi simpliciter relinquitur certa quantitas, ut in casu nostro non censetur relicta titulo institutionis, & sic testamentum non sustinetur secundum magis communem, de qua Alexand. *in dict. leg. humanitatis post num. 2. vers. &*

28 *per ista &* Clar. *d. qu. 38. nu. 10.* ubi rationem affert, † Nempe verbum *relinquo* adiectum certæ rei, nunquam trahi ad institutionem, & hoc puto verissimum, quicquid dicat uterque Thesaur. *ubi supra*, quod probo irrefragabili, ni fallor, ratione, quia nempe si dicta regula procederet, etiam ubi simpliciter relinquitur quid certum, nunquam posset verificari alia vulgaris, & communissima regula quæ habet legitimam relinquendam esse honorabili titulo institutionis, quod

29 est absurdum, ideo evitandum *cap. solitæ*, ubi Abb. *de Maiorit. & obed. leg. nam absurdum ff. de bon. lib.*

Est enim regulare ut reiicienda sit opinio, ex qua absurdum sequitur Jas. *in l. rogasti in prin. colum. fi. ff. si cert. pet.* Cassad. *dec. 20. de caus. posses. & propr.* Alex. *cons. 140. in fin. vol. 1.* Hier. Gabr. *cons. 94. nu. 7. volum. 1.*

Hæ inquam tametsi in superficie urgere videantur, rectè tamen ponderata nullius sunt momenti in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Primò quidem quia, cum filius etiam ab intestato non concurrat cum matre in legitima, & Matri soli illa debeatur meritò triens minui non potest, ut supra deduxi *numer. 7. & seqq.*

30 Secundò quia † duabus de causis jure *authenticorum* statutum fuit legitimam venerabili titulo institutionis relinquendam esse; quarum prior est ob honorem ejusdem tituli institutionis, posterior est ob utilitatem ejus, cui legitima debetur, ut nempe frui possit beneficio juris accrescendi, ut benè deducit Molina *de Hisp. prim. libr. 2. capitul. 15. numer. 13.*

31 Unde † casu, quo ista contratabulatio esset Matri nociva, & damnosa potest ipsa, illa rejecta, petere simpliciter supplementum legitimæ; cum quibus valeat juri pro se introducto renunciare, & inducta ad favorem, & augmentum, non debeant retorqueri in odium, & diminutionem *iuribus vulgatis*. Idque etiam non petita rescissione testamenti per quam res reducatur ad causam intestati ad beneficium agnatorum, sat est enim agere duntaxat pro sui commodo, remedio non impugnativo ad *leg. omnimodo Cod. de inoff. testamento* ita respondet Paul. de Castr. *consil. 276. puto num. 2. & seq. vol. 2.* Capra *cons. 151. subscripsi me. nu. 3.* Mangil. *de Imput. qu. 7. num. 48.*

32 Tertiò, † quia valde iniquum esset, legitimam Matris minui proptea existentiam Paulini fratri, qui quod Matri aufertur, non consequeretur, ut in specie consideravit Fabia. de Giocc. *in d. auth. noviss. n. 44. & 45. C. de inoff. testam.* & in casu quo fratres sunt præteriti, admittit etiam Hier. Gabr. *d. cons. 94. sub nu. 20. ver. eo magis l. 1.*

Ex quibus, salva reverentia, concludo decisionem Vinc. de Franch. reddi valde suspectam.

Non † itidem refragatur traditio Merlin. *de legitim. libr. 1. titul. 4. qu. 7. nu. 25.* ut in computatione legitimæ Matri binubæ debitæ habeatur ratio duntaxat bonorum à filio acquisitorum; non autem eorum, quæ à patre profecta sunt, quia jam in præcedenti decisione hujusmodi opinio reprobata fuit, cum præsupponat legitimam non posse in usufructu consistere, cujus tamen contrarium firmavimus ibidem, ultra quod Merlin. pro se inter cæteros citat Mang. *in tract. de imput. q. 7. n. 2. & 3.* qui tamen paulò inferius hac reprobat, & contrariam sententiam dicit veriorem. 33

Quinimò † (ut hoc etiam addam) Joannæ legitima ad trientem ascenderet, etiam si Paulinus superstes filius non omnino à fratre præteritus, sed in aliqua portione fuisset institutus. Quamvis enim non me lateat nonnullos scribentes Butrigalis ac sequacium sententiam temperasse quoties fratres in aliquo essent à fratre in testamento cogniti, etiamsi in nummo tantum institueretur, quasi tunc cessare videatur adducta ratio ipsos haberi pro mortuis, & stare dicantur res ex testamento ptovt ab intestato, ita Bald. *in dict. authent. novissima in fin. Cod. de inofi. testament.* ubi tamen non audet hoc firmare, sed dicit esse melius videndum, sequitur Beren. *l. in quartam num. 155. in fin. ad leg. falc.* Rub. *cons. 156.* & illius non citatis & ita tenet Gratian. *discept. forens. libr. 3. cap. 448. numer. 18.* ubi adducit Thesaurus *decis. 172. num. 3. & 4.* Gabr. *consil. 94. num. 19. lib. 3.* (qui tamen non loquuntur in isto casu, sed in sequenti ut dicemus.) Hanc tamen restrictionem non puto recipiendam esse cum imò etiam hoc in casu legitima matris sit tertia totius, quia, † dato cohæ- 34
rede universali, frater in aliqua re institutus habetur loco legatarii *leg. quoties. Cod. de hæred. instit.* Cumque nec in his terminis possit cum matre concurrere, sic nec legitimam illius minuere valet, & ita firmavit Rota *in dec. 28. per totam impress. in calce tract.* Merlin. *de leg.* & rursus in *decis. 68. ibidem impress.* ubi *num. 2.* dicitur quod licet Bald. *in dict. auth. novissima* inclinet, in contrariam opinionem, tamen de illa dubitat; unde omnes Doctores, qui illum secuti sunt, sententiæ nondum firmatæ adhærent; hanc etiam tenuit Mangil. *de Imput. qu. 6. num. 25. & seq.* ubi reprehendit Petram tanquam contrarium sentientem in *tract. de fideicom. qu. 15. sub num. 75. ver. quoniam pro responsione*. Sed in meo Codice Petra ibi hac de re non loquitur, imò in eadem quæstione sub *num. 173. ver. tertius est casus*, hanc nostram opinionem tenere videtur, quatenus eam postremo loco recenset, pro qua citat Fab. de Gioc. *in authent. novissima sub n. 42.* qui tamen hoc non dicit in meo codice; hanc etiam sententiam tenuit Thesaur. (quamvis ab aliis pro contraria citatus) *d. dec. 572. sub nu. 6. vers. primus est casus*.

Et sic ista est potius ampliatio ad regulam propositam, ut nempe etiam si fratribus aliquid relictum fuerit in testamento, legitima Matris sit tertia totius, non autem tertia tertiæ. Quæ tamen observatio moderanda est, ut non omninò idem † judicandum sit de portione relicta fratribus, quod de aliis 35
legatariis. Nam quamvis cætera legata non minuant legitimam, quæ ante illa est detrahenda Alexand. *in consil. 45. nu. 11. lib. 1. & consil. 18. lib. 4.* Gratian. cum relat. *dec. Marchiæ 162.*

Portio † tamen in qua fratres cogniti sunt, est in primis 36
subducenda, ita ut id minus dicatur esse in hæreditate, Matris verò legitima sit tertia residui: cessant enim omnes rationes à Butr. adductæ, & procedunt rationem Bart. & sequacium, & saltem quatenus fratres honorati sunt, non possunt haberi pro mortuis, & res sic se habent ex testamento, provt ab intestato, ut benè, & latè per Gabr. *cons. 94. numer. 20. & seqq. vol. 1.* sequitur Thesaur. *dict. decis. num. 6. ver. 1.* Ita etiam Rota latè in *decis. 39.* per totam, & signanter *num. 15. impress. post tract.* Merlin. *de legitima*, & quam etiam impressit Grat. *lib. 3. discept. for. cap. 448. num. 59.*

Et ideo licèt contrarium videatur deduci ex *dec. 38. post eundem tract.* nempe legitimam matris detrahi ante hanc ratam fratri relictam, cum is in ea loco Legatarii habeatur, nec recedendum sit à regula *dict. l. Pap.* ibidem *n. 5.* expressè reprehenditur Hier. Gab. loco citato, quam etiam sententiam

re-

tenuit Fabianus de Giocc. *in d. Auth. noviſſima num.45. C. de inoff. teſtam.* Crederem tamen à dicta limitatione non facilè recedendum eſſe, tum quia magis à Doctoribus videtur recepta, tum etiam quia rationes à Gabr. adductæ ſatis quadrant. In caſu verò noſtro; quia Paulinus frater fuerat omninò præteritus ſumus ext. hanc difficultatem. Unde determinavi legitimam Ioannæ Matris capere (quoad uſufructum
38 tantum) hæreditatis, imputato † tamen dicto legato ſcutorum ſexaginta, quod in legitimæ compenſationem factum cenſetur facit text. *in l.3. §. pæn. in fin. ff. de bon. libert.* Surd. *conſ.388. n.18. & 20. lib.3.* cum aliis relatis per Menoch. *conſ. 206. n.68. lib.3.* & Gratian. *diſcept. forenſ. lib.3. cap.448. num. 12. & ſeqq.* Hier. Gabr. *conſ.106. n.1. & ſeqq. lib.1.* Menoch. *de præſ. lib.4. præſum. 109. num.5.* Mantic. *de coniectur. ultim. volum. lib.10. tit.2. num.7.* Rota *deciſ.51. num.9 ex impreſſ.* poſt Merlin. *de legit.* Peregr. *de fideic. art. 36. num. 121.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. legitima qu.10. n.1.* Vaſquez *de ſucceſſ. creat. §.39. n.245.* Seraph. *dec.1365. n.1.* ubi plurimos congerit.

ARGUMENTUM.

Bona, an, & quando cum quis oneribus ad Eccleſias, & Clericos tranſeant, & quando efficiantur immunia.

SUMMARIUM.

1 *ONera etiam ordinaria & realia non tranſeunt cum bonis ad divinum cultum, vel pro titulo matrimonii aſſignata.*
2 *Bona cum quibus oneribus tranſeant ad Clericos.*
3 *Decimæ prædiales tranſeunt cum prædis ad Clericos, & Regulares.*
4 *Tributa tranſeunt cum donis ad Eccleſiam, & quo jure ab ea ſolvantur.*
5 *Tributum impoſitum bonis ab Eccleſia nulliter alienatis, ea redintegrata evaneſcit.*
6 *Onus refectionis itineris, & purgationis putei an ſit reale, & ad Eccleſiam tranſitorium.*
7 *Taxa ſalis eſt munus perſonale, & ad Clericos non tranſit* & num. ſeq.
8 *Coloni clericorum, an à taxa ſalis ſint immunes.*
9 *Onera impoſita pro ſalario officialium, non tranſeant ad Clericos.*
10 *Salariorum taxa diſtribui debet per capita, nulla habita bonorum ratione.*
11 Macabrun. in conſ. 40. num.35. *lapſus.*
12 *Collectæ ad Eccleſiaſticos non tranſeunt,* & n. ſeq. Etiamſi ante bonorum acquiſitionem impoſitæ fuerint, num.22.
13 Martæ *lapſus* deciſ. piſan.23. num.5.
14 Cap.1. de Immun. Eccleſ. in ſexto, *intellectus.*
15 *Collecta imponitur principaliter perſonis, habito reſpectu ad bona.*
16 *Pro collectis agi poteſt etiam contra bona libera.*
17 *Forenſes, an de iure, vel conſuetudine collectentur.*
18 *Collecta non eſt munus ordinarium, nec habet certam formam.*
19 *Bona ad Eccleſiaſticos perventa ſunt è catalo delenda.*
20 *Bona à Clericis acquiſita, an ipſo iure cenſeantur ab æſtimo delere, & quid agendum ut de facto deleantur.*
21 *Collectæ è quibus bona clericorum eximuntur, accreſcunt cæteris.*
22 Theſaurus deciſ.234. n.8. *refellitur.*
23 Thomati de collect. §. exactio n.28. & ſeqq. *lapſus.*
24 *Obligatio oriens ex re, an ad ſucceſſores tranſeat, & an ſi oriatur pro te.*
25 *Obligationes collectarum tot ſunt, quot ſunt anni, & profuturis ſunt conditionales.*
26 *Deſcriptio in æſtimo onerum naturam non mutat.*
27 *Deſcriptus convenitur pro collecta, non autem poſſeſſor.*
28 *Collecta imponitur per æs, & libram, ſed obligatio reſpicit perſonam.*
29 *Cautela ne bona ab æſtimo alienantis amoveantur, damnatur.*
30 *Principes ob largitatem, reuerentiamque in Eccleſiam floruere.*
31 *Bona immunia ad laicos tranſeuntia, collectis ſupponuntur.*
32 *Privilegium propter perſonam conceſſum, mutatione perſonæ extinguitur.*
33 Bartoli *Cautela de ſtatuto diſponente, ut omnia Civium bona ſunt tributaria, damnatur.*
34 Curt. iun. conſ.68. num.4. vol.1. *corrigitur.*
35 *Iuriſdictione ſua vtens, & quando in fraudem facere dicatur.*
36 *Collectæ à ſtatuto inductæ, licet habeant cauſam de præterito, formam tamen habent de tempore quo ſoluuntur.*
37 *Pro collectis futurorum annorum ſtatuto non obſtante, nec actio oritur, nec hypothecæ.*
38 *Onera rei ſuæ quiſque poteſt opponere, non autem ſtatutum.*
39 *Statutum & pactum an æquiparentur.*
40 *Princeps dominus eſt, non rerum, ſed iuriſdictionis.*
41 *Legari poſſunt bona Eccleſiis cum onere collectarum.*
42 *Fraus, & dolus nemini patrocinari debet.*
43 *Collectari debent bona per fraudem in Clericos alienata.*
44 *Alienans fictè, & alienationi conſentiens ad collectas fraudandas ad quid teneantur.*
45 *Clericus negotiator, an, & quatenus ad collectas teneatur.*
46 *Gabellam non tenetur ſoluere Clericus pro rebus ſuis, quas Laicis mittit.*
47 *Si ipſe, vel frater in communione vivens ſoluit collectas, id poſterum ſibi non præiudicat.*
48 *Si emit bona cum pacto ſolvendi onera ad quæ teneatur.*
49 *Et ad quæ Monaſterium, cui bona cum pacto ſoluendi donantur.*

DECISIO XXXV.

RE Nuentibus Miniſtris D. Principis Corrigui è libro Æſtimi prædium delere, quod Clericus à laico emerat, ſub prætextu, quod cum onere ſuo tranſierit, plurima è regione, & contra veras concluſiones effundebant; quibus rejectis, contra eos pronunciavi. Quamvis enim non deſint ſint ſcribentes affirmantes bona ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſona quoſcunque titulo pervenientia, cum omnibus tum ordinariis, tum extraordinariis oneribus tranſire, & viceverſa Suarez *in tract. defenſ. fidei lib.4. c.20. num.21. &* 25. per totum egregiè, & latiſſimè defendat, illa etiam ab ordinariis tranſire immunia obiectiſque pulchrè, & doctè ſatisfaciat; prout ante eum luculentiſſimè, & acerrimè defenderat Card. Alb. *in tr. de Imm. Eccleſ.* inſerto in ſuorum conſiliorum initio, & noviſſimè Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect. 3. num.162. cum plurib. ſeqq.* & Borel. *conſ.74.* Nihilominus quemadmodum prior ſententia intollerabilis eſt, † ſic 1
poſterior admittenda eſt dumtaxat quoad bona ſpecialem habentia ſanctitatem, & à privatis pro cæmeterio horto, fundatione, ſitu vel dote Eccleſiæ, vel aliàs ad cultum divinum deſtinata, quæ quidem ab omnibus cum extraordinariis, tum privatis ordinariis quibuſcumque oneribus tranſeunt immunia, ut habetur in *c. ſecundum 23. q.8.* Bald. *in l. omnes C. de Sacroſ. Eccleſ.* latè, & doctè Suarez in *defenſ. fid. lib.4. cap. 17. num.6. & 7. cap.19. num.2. & 8.* & latiùs *cap.20. num.17.* cum aliis quos longè poſt hæc ſcripta retulit, & ſecuta eſt Rota in magiſtrali *deciſ. Albenſis Gabellæ, ſeu onerum 28. Iunii* 1630. coram R. P. D. Merlino, quibus addendi ſunt Innoc. Henric. Boich. & cæteri *in cap. non minus de immun. Eccleſ. Card. in Clem.1. & de Vit. & honeſt. Cleric. quæſt.18. & ſeqq.* Zabarell. *in cap. magnum 11. q.1.* Everard. *in conſ.42. fol. mihi* 144. *in fi.* ubi ad hoc citat text. in *c.1. de cenſib.* Ferret. *in tract.* de Gabell. *n.448.* qui ad id reportat text. in *c. tributum 23. qu. 8. & in l. de iis C. de Epiſc. & Cler. Capra reg.96. n.48.* Germon. de Sacror. immun. *lib.3. c.17. n.82. & ſeq.* & ita pluribus poſt hęc ſcripta Annis practicavi Genuæ etiam quo ad bona, ad quorum titulum clericus ordinatus fuerat, quæ cum Eccleſiæ dote æquiparantur ex deductis per me in *dec.37. nu.* 77. Cumque poſt inde rurſus contigiſſet caſus in oppido Portus Mauritii, Albinganenſis diœceſis; & Senatus Genuenſis ſapientes Reipublicæ conſuluiſſet; illi infraſcriptum reſponſum dedere *Sereniſſimi Domini vidimus ſupplicata per Sindicum territorii Sancti Thomæ Portus Mauritii: necnon, & ſcripturas in eiſdem precibus enunciatas; & omnibus diligenter conſideratis; referimus partes Dominationum veſtrarum Sereniſſimarum fore, & eſſe (ſub earum tamen prudenti, & benigna cenſura) mandandi, & ornandi, Magnifico Vicario* (nomen Iudicis Laici) *portus Mauritii ſeu illi ad quem ſpectat, ut auaria, & onera uniformia, & certa iam impoſita prædiis, ſeu bonis quibuſcunque antequam pervenirent ad clericos, quæ bona iam tum reperiuntur deſcripta in cataſtro, ſeu libro æſtimi, nec ſpectant ad cappellas rectorias, vel alia loca ſacra nec*

deſerviunt Clericis loco patrimonii, (quod tamen patrimonium non excedat congruam, & ſolitam quantitatem) exigicuret ſummarie, & ſine contradictione, prout exactio fiebat antequam ad Clericorum manus tranſirent, & prout etiam fuit annis præteritis reſcriptum Prætori Illicis, & ita, &c. Licet dictum reſponſum in aliquibus ſit minus juridicum, vt ex dicendis patebit.

2 Quo † verò ad bona quæ ad clericos perveniunt, vel etiam ad Eccleſiam ſorte temporali *Juriſtæ, Canoniſtæ, ac Theologi* mediam ſententiam communi calculo ſunt amplexati; vt ita demum ea cum ſuis oneribus tranſeant, ſi duo copulativè concurrant prius, ut onera ipſa ſint merè realia id eſt ipſis fundis infixa, & bonis propter bona, non autem propter perſonas impoſita; poſterius, vt ſint certa, perpetua, & invariabilia, non autem ex aliquibus urgentiis impoſita, & illis in totum, vel ex parte ceſſantibus removenda, vel minuenda; quę prior pars diſtinctionis probatur in *cap.1.* & ibi notatur *de cenſibus*, & in his terminis procedit vulgata regula bona tranſire cum onere ſuo. Si verò, vel non ſint merè realia, vel non ſint perpetua, & invariabilia; cum bonis ad perſonam privilegiatam pervenientibus, tanquam illis non annexa, haud tranſeant; & ita procedat alia vulgari regula, mutatione perſonæ, mutari, & bona; pro quo eſt egregius textus in *cap.unico, de Iurepatronatus in ſexto, in cap.novit. 10. quæſt.1. & in leg. Fiſcus ff. de Iure Fiſci*, & ita diſtinguit Archid. *in cap.1. de Immun. Eccl. in ſexto*, quem refert, & ſequitur ibi, Ioan. Andr. *n.5.* & Gemin. *n.9.* Abb. *in cap. ex literis n.12. de vita, & honeſt.cler.* Remig. de Gonn. *in tract. de Charitat. ſubſid. quæſt.61. nu.28. & q.66. n.2.* vbi poſt Petr. Antib. *in tract. de muneribus ver. ſed qui juris*, loquitur etiam de bonis à ruſticis acquiſitis, & ſic de ruſticalibus; luculenter Felyn. *in conſ.46. in 4. dubio, Niger. in repet. Extravag. vnica de vita, & honeſtate cler. nu.247. cum plurib. ſeq.* latè Barbatia *conſ.1. per totum lib.3.* Leo. *in Theſaur. fori Eccl. c.14. nu.* 28. Bellet. cum per eum congeſtis in *diſq. Cleric. tit. de exemptione Cler. & eorumdem bonorum* §. 3 per totum, & habetur benè per Aretin. *in conſ. mihi* 132. *alias* 133. *ſub n.1. verſ. reſtat ergo*, & per Ruin. *in conſ.11.n.12. vol.5.* quorum uterque ad hoc retorquet doctrinam Speculatoris *in tit. de Cler. conjugat. verſ. ad hujus autem*, quæ contra Eccleſiam à quibuſdam afferebatur.

Ex Theologis Sylveſt. *in verb. immunitas* cum aliis cumulatis per Azor. *Inſt. mor. p.5. lib.5. cap.19. q.8. & p.1. lib. 5. c.13. quæſ.1.* Comitol. *reſponſ. moral. l.1. c.92. n.3.* Bonacc. *de contract. in reſt. diſ.2. q.9. punct.2. n.2.* Regin. *in prax. fori pœnit. lib.9. n.38.* & firmavit magiſtraliter Rota *in deciſ.42. n. 11. & ſeq. p.4. in rec.* & luculentius in Alben. Gabellæ *ſeu onerum* 28. *Jun.* 1630. coram R. P. D. Merlino ubi teſtatur ita paſſim reſcribi à Sacra Congregatione ſuper Controverſiis Iuriſdictionalibus (*Penia dec.179. n.17. & ſeq. tom.2.* cui deciſioni Sacra Congregatio Immunitatis ſtari mandavit, vt reſolutione regiſtrata à Paul. de Rubeis in addit. ad *dec.41. n.13. part.9. rec.* nec tutus contrarii ſolutionum ab ipſis, vel eorum conſanguineis pro indiviſo poſſidentibus præjudicant, vt reſoluit eadem Congr. *in una Auximana* 22. *Ianuarii* 1629. & ita etiam declaravit in *una Firmana* 9. *Octobris* 1629. *& in una Aſculana* 10. *Decembris eiuſdem anni, & in vna Nucerina* 28. *Februarii* 1630.)

Tria ſunt itaque onerum genera, alia merè realia, alia merè perſonalia, & quædam mixta, perſonis propter bona, vel bonis propter perſonas impoſita, ut latius oſtendam in *ſeq. deciſ. n.15.*

Primi generis onera, ut potè prædiis ipſis affixa, cum ipſis
3 bonis tranſeunt ad clericos, & eccleſias, † cuiuſmodi ſunt decimæ prædiales, vt per Capr. *in reg.46. à n.37. uſque ad* 50. Gallia *conſ.59. ſub num.22. Moneta de decim. c.5. q.1. num.18. & ſeqq.* & eſt textus apertus, loquens etiam de regularibus ſpeciale privilegium non habentibus in *c. fin. ff. cæterum de decim. in 6.* & facit text. in *c. commiſſum extra eod.* & ita judicavi pro Monacis Sancti Benedicti Arimin. in quorum parochia fratres de Monte Carmelo quædam bona à laicis acquiſierant.

4 Eiuſmodi † eſt pariter Tributum, quod cum ſit rei affixum, & inſeparabile, tranſit ad quoſcunque, & in his terminis loquitur text. in *c. tributum* 23. *quæſt.8. & in cap. ſi tributum ij q.1.* & ibi Turrecr & per Comitol. *reſp. moral. lib.1. quæſt. 93. numer.16.* Ceval. *comm. contra comm. quæſt.899. numer.106.* cum aliis per Rotam in d. Alben. Gabellæ ubi poſt Fr. Io. de Neap. Ord. Prædic. *in quæſt.39. punct.3. ad quartum argumentum* obſervat huiſmodi tributa ab Eccleſia ſolui, non ut tributa & in recognitionem dominii, vel ſuperioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio vt ex *cap. 2. de cenſib.* ſed ob conditionem inhærentem rei, & inſeparabilem, & ad inſtar cenſuum ſuper illis bonis ab eius auctoribus laicis ad favorem privatæ perſonæ impoſitorum.

Intelligendo tamen † dum impoſitionis tempore verè, & 5
realiter bona eſſent in laicorum dominio; nam ſi Eccleſia vel clericus nulliter diſtraxiſſet, vel alia ratione illorum amiſſiſſet poſſeſſionem; & interim tanquam à laicis poſſeſſa, fuiſſent oneri reali gravata; utique redintegrata Eccleſia, vel clerico, bona remanent ab omni nexu libera, ac ad priſtinam revertuntur libertatem, vt benè per Rotam in d. l. Alben. Gabellæ.

In † hoc eodem genere reponebant nonnulli onus refectio- 6
nis itineris ante domum & purgationis putei in vicinia, quod aiebant vti onus reale ad Clericos tranſire Lancell. Gall. *conſ. 59. n.9.* Parpalia *in repet. l. placet n.106. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Navarr. in Manual. *c.27. n.115.*

Et quod iſtud ſit onus mere reale, videtur probari in *l. cui muneris ff. de muner. & bon. & in l. ædiles ff. de via publ.* & tradunt Bart. *in l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. Eccleſ.* Io. de Plate, *in l. fin. C. de imm. nemi. conced. lib. 10. & in l. abſit C. de priu. dom. auguſt. lib.11.* Cæpoll. *de ſeruit. vrb. præd. cap. 3. ſub num.47. & 48.*

Cæterum aſſumptum eſt falſum, & contra mentem *Sac. Congr. ſuper controverſiis Iuriſdictionalibus*, & confunditur per ea quæ dixi in deciſ.43.

Secundi generis onera, cum ſint merè perſonalia utique ad perſonas non ſubditas cum ipſis bonis non tranſeunt, cuiuſmodi eſt † taxa ſalis, quæ munus eſt merè capitale & per- 7
ſonale, cum pro qualibet bucca, ſeu pro quolibet capite ſoleat imponi ac proinde ac Eccleſiaſticas perſonas minimè tranſit Boſſ. *in tit. de Principe num.100. in fine* Bellon. *conſ.12. nu. 9.* Plot. *in l. ſi quando n.27. in fin. C. unde vi* Lancell. Gallia *d. conſ.59. num.46. & ſeqq.* † qui *num.49.* immunitatem ab hu- 8
juſmodi capitatione etiam ad colonos perſonarum Eccleſiaſticarum extendit ex Burſat. *conſ.25. col.1. & ſeq. & conſ.42. numer.14.16. & ſeqq.* Alba. *conſ.441. num.14.* Pariſ. *conſ.25. numer.10. lib.1.* Eugen. *conſ.96.* Decian. *conſ.51. num.42. libr.3.* Carrocc. *de loca. & conduc.4. p. tit. de collect. num.48.* Botta *conſ.87. num.2. 24. 25. & ſeqq.* & apertius *num.12. & 13. eod. conſ.* Rim. ſen. *lib.4.*

Eiuſmodi † eſt etiam onus impoſitum pro ſalario Prætoris, 9
Medici, Magiſtri grammaticæ, ſatellitum; cæterorumque officialium; quod quidem una cum bonis ad Clericos non tranſit vt per Lancell. Galliæ *d. conſ.59. num.45.* Ruin. *conſil. 111. ante num.12. lib.5.* Bello. *conſil.12. num.8.* Catticus vbi ſupra *num.12.* Burſat. *conſil.16. num.17. 27. 31.* Alderan. Maſc. *de ſtatut. interpr. concl. 1. num. 50.* & ita ante illos tenuerat. Alexand. *conſ.68. num.3. volum.2.* † eam omnes reddentes ra- 10
tionem, quia taxa hujuſmodi ſalariorum imponi, & diſtribui debet per capita nulla, & habita ratione ad bona, ut per Bart. *in l.1. num.23. C. de Mulier. & in quo loco lib.10.* Ioan. de Platea *in l.1. num.8. C. de apoc. publ. eod. lib.* 10. Alex. *loco citato*, & fatetur vel inuitus Maccabrun. *in conſ.40. n.35.* † qui 11
tametſi dicat in caſu ſuo hujuſmodi onera fuiſſe ſuper rebus impoſita, ac proinde etiam ad Clericos tranſire, valde tamen allucinatur; tum quod laici onerum naturam ſua inſtitutione in clericorum præjudicium immutare nequeunt, ut in ſimili dicam *deciſ. ſeq. nu.23.* & dixi etiam alibi, tum etiam quod in terminis in quibus ipſe loquitur ad ſummum potuiſſet prætendi eſſe onera mixta, quæ ex iam dictis, & mox dicendis ad clericos non ſunt tranſitoria.

(Quinimò Princeps nec quidem ſuis ſubditis vectigalia pro officialibus Iuſtitiæ imponere poteſt, quia ex regni ſui redditibus præſtare debet, quippe, quæ ad hoc ſibi dantur nempè pro iuſtitia adminiſtranda, præterquam quod à Latronum incurſionibus cuſtodire debet; alias tenetur ad reſtitutionem *D. Thom. 2.2. quæſt. 61. conſtit. penul.* Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de cenſibus* §. *ex quibus caſibus verſic. breviter, &c.* quem refert, & ſequitur Iſern. *in tit. quæ inter regol. in pr. ſub nu.* 14. & ibi adden. *& num.16.* excuſat à peccato Publicanos, non autem Principes.)

Tertii generis onera ea ſunt, quæ vel perſonis pro rebus, vel rebus ipſis pro perſonis imponuntur; quæ propterea, ex deductis, ad clericos nullatenus tranſeunt, vnde reſultat caſus noſtri deciſio, ejuſmodi † enim ſunt collectæ, de qui- 12
bus in præſentiarum agimus, quæ perſonis pro modo facultatum

tum per æs & libram imponi ſolent, & ſic perſonis pro rebus, ac proinde ad perſonas eccleſiaſticas cum bonis acquiſitis non tranſeunt, ut poſt Speculat. *in titul. de Clericus Coniug. §. 1. verſic. ad huius autem articuli numer. 10. & ſequent.* ubi rationem reddit habetur latè per Bartolus *in conſil. 180. libr. 1. numer. 3. & 4.* cujus ſententiam veriorem, ſubſtentabilioremque dicit Felyn. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 76. de conſtit.* Bellon. *conſil. 40.* ubi & Bartoli opinionem communem appellat, & eam ferè omnes Doctores ſequi teſtatur Angel. *conſil. 24.* Bald. *in leg. placit Cod. de ſacroſ. eccl. & in conſ. 132. caſos lib. 3. & conſ. 280. lib. 2.* ubi hanc vocat tutiorem ſententiam, ſubdens periculoſum eſſe tenere contra Clericos Feſtaſ. *de Collect. p. 4. cap. 1 n 3.* ubi fatetur hanc eſſe magis comm. opin. pro qua adducit text. in *cap. quamquam de cenſibus in 6. & in clementin. præſenti eodem titul. Theſaur. deciſio 234. numer. 2. & 4. & ſequentib.* ubi ait hanc eſſe veriorem, & tutiorem opinionem, attenta generalitate jurium, de hac immunitate loquentium, & ſecundum eam ſæpius judicaſſe ſenatum Pedemontanum Thomatus *in tractat. de Collectis in cap. 1. numer. 4. & ſequentib. & numer. 35. & in §. exaction. numer. 18.* Bellet. plurimos referens *diſquiſition. cleric. titul. de exempt. cleric. & eorundem bonorum §. 3. numer. 3.* innumeros propemodum cumulat Carolus de Graſſ. *de effect. clericor. effect. 4. numer. 26. & ſequent.* idemque poſt Bartol. Bald. Angel. Nicol. de Neapol. Archidian. Præpoſit. Geminia. Felyn. Cardin. Calc. Remig. de Goann. Cravett. Burſat. alioſque quos refert, tenet Borell. *in conſil. 74. numer. 9. & numero 31. 40. & ſeqq.* latè etiam Ruin. *in conſil. 117. numer. 4. & per totum volum. 4.* ubi inquit id probari in *leg. 1. & in auth. item nulla communitas Cod. de Epiſcop. & Cler. & in cap. quanquam de cenſibus in 6. & in cap. 1. extr. de Immun. Eccleſ. & in cap. 1. eodem titul. in ſexto* intelligendo præfata jura indiſtinctè, provt generaliter, & indiſtinctè loquuntur, idemque latè tenuit Sylv. *in conſil. 32. numer. 1. & à numer. 8. per tot.* ubi etiam impreſſa eſt allegatio Oldrad. idem tenentis Balbus *in conſil. impreſſ. poſt deciſ. 68.* Oſaſch. *numer. 1. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 42. numer. 13. par. 4. recent. & in dicta Alben. Gabellæ*, & ita ſæpius reſoluit *S. Cong. ſupra controverſiis juriſdictionalibus*, nec non, *& con-*
13 *gregatio boni regiminis* † unde cautè legendus eſt Marta in *deciſ. Piſan. 231. num. 5.* dum incautè teſtatur contrarium bis à *Sacr. Conc. Trid.* reſolutum fuiſſe: quia imò ſemper eadem *Congr.* pro hac ſententia reſcripſit, unde vel reſolutiones ab eo relatæ erunt apocriphæ, vel de oneribus merè realibus loquentur & hanc ſententiam veram eſſe fatetur pluribus relatis Caravit. *ſuper Rit. 229. Magnæ Curiæ nu. 3. & ſeqq.* & Petra de Principe *c. 4. nu. 44.* qui etiam de communi teſtatur, & hinc etiam patet lapſum fuiſſe Luc. de Pen. *in l. ſi. C. de exaction. lib. 10.* qui cum *ſub num. 10.* faſſus fuiſſet Eccleſias; & Clericos eſſe ab extraordinariis immunes ſubdit *nu. 13.* ſecus ex quo ad collectas quaſi ſint onera realia, quas ad Clericos cum bonis tranſire perperam infert.

14 Et † hæc quidem ſententia videtur apertiſſimè probari in *dicto cap. 1. de Immunit. Eccleſ. in 6.* ubi S. P. acriter invehens in eos, qui in libertatem, immunitatemne Eccleſiarum lædere, ac minuere, tanquam honoris, ac privilegii Eccleſiæ invidi, moliuntur; ut Eccleſiæ ipſæ in plenitudine juris ſui, & libertatis integritate lætentur, ac deteſtabilis malignorum audacia, & inſolentium nefaria temeritas (verba textus) propulſetur, prohibet, ne ſeculares Principes audeant ſuper bonis ab eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis acquiſitis, vel acquirendis talleas, ſeu exactiones quaſcunque imponere vel exigere, ubi notandum eſt verbum *imponere* futuras reſpicere; verbum verò *exigere*; antiquas collectas, & jam ante acquiſitionem impoſitas, reſpicere; ut latius ponderat, & exponit Suarez. *ad Regem Angl. de Immun. eccleſ. lib. 4. cap. 20. nu. 19.*

Et patet etiam evidentiſſima demonſtratione, quia ex duobus requiſitis ad hoc ut onera tranſeant ad Clericos cum bonis de quibus *ſupra numer. 2.* in collecta neutium concurrit,
15 † Non quidem prius quia collecta toto cælo diſtat ab oneribus merè realibus, rebuſque infixis; cum imò imponatur principaliter perſonis, habito tamen reſpectu ad patrimonium, textus cum gloſa *in leg. reſcripto §. fin. & ibi* Bar. & omnes *ff. de muner. & honor.* Bartol. *in leg. prædia Cod. de fideicommiſſ. & in leg. propter Cod. qui bon. ced. poſſ. & in leg. civitas colum. 3. Codic. ſi cert. petat.* refert & ſequitur Petr. de Ubald. *in conſil. 1. numer. 6.* in materia collectarum inter *tract. diverſ. tom. 12.* tradunt legiſtæ *in leg. placet*, ubi Jaſ. *in ſecunda lectura numer. 5. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & Canoniſtæ *in cap. non minus extr. de Immun. eccleſ.* (& ubique eſt ſedes hujus materiæ) Alexand. *in conſ. 69. num. 1. vol. 2.* Natt. *conſ. 105. num. 1. & 7. vol. 3. & conſ. 280. num. 5. vol. 2.* Everar. *in conſ. 42. fol. mihi 143.* Silvan. *conſ. 32. num. 12.* & Oldrad. *in allegat. ibidem impreſſa num. 20.* Rota *dicta deciſ. 42. num. 13. & in Avenionen. & Cavallicen. Collectarum 16. Maii 1583. coram Card. Lancellotto impreſſ. penes* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 29. numer. 7.* ubi *numer. 9.* additur obligationem dirigi in perſonam, licet cauſa finalis ſit res ipſa, cumque perſona ſit dignior rebus attenditur perſona potius, quam res, ut poſt Joann. Andr. & Oldrad. in propoſito advertit Natta *dicto conſil. 105. numer. 8.* & Rota *ubi ſupra.*

Quod † adeo verum eſt, ut pro collectis non modò 16
agi poſſit contra bona illis obnoxia, ſed & contra cætera bona ac perſonam ejus qui ſolvere tenetur ſecundum Bartol. *in leg. 1. ſub numer. 34. Cod. de mulier. & in quo loc. libr. 10.*

Unde † non ſubditis ratione originis vel domicilii, de 17
jure imponi nequeunt ob juriſdictionis defectum Bar. *in leg. libertus §. ſola ratio numer. 1. ad municip.* ubi inquit ita tenere Doctores omnes & in *leg. reſcripto §. final. numer. 4. verſ. collectæ de numer. & honor.* Feder. de ſen. *conſil. 151. col. 2. ver. & alia dicuntur* Alexand. *conſil. 52. numer. 10. verſ. non obſtat vol. 6.* Dec. *conſil. 286. numer. 4.* Natta *conſil. 110. numer. 4. vol. 1.* Cornel. de communi atteſtans *in conſ. 22. ver. & licet vol. 1.* Curt. jun. *conſ. 61. col. 1. vot. 1.* cum aliis relatis per Rotam *in dict. Avenionen.* apud Gratian. *diſpcept. forenſi. cap. 29. numer. 7.* quibus addendi ſunt Everard. *conſilio 42. fol. mihi 143. ver. præterea.* Guttier. *Variar. qu. lib. 3. qu. 16. num. 20.* Fely. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub n. 76. ver. & hinc* Parpal. *in repet. leg. placet num. 56.* ubi de magis comm. *Cod. de ſacroſ. Eccl.* Roland. qui ait hanc concluſionem de jure veram eſſe in *conſ. 32. num. 8. lib. 1.* Seſſa *dec. Arag. 7. num. 11. & 14.* Natta. *conſ. 160. num. 7. & ſeq.* ubi ex Saly. *in neminem Cod. de ſacroſ. Eccl.* adducit rationem naturalem, quam ſibi ſemper placuiſſe nempe quod idcirco forenſes ratione rerum in diſtinctu collectantis poſſeſſarum non tenentur onera ſubire, quia nec honores, nec commoda loci percipiunt, & citat Calder. id in terminis dicentem in *conſil. 6 tit. de Cenſibus.* Tametſi de generali Italiæ conſuetudine forenſes collectentur pro bonis in territorio poſſeſſis Bar. *in leg. unica num. 34. Cod. de mulier. & in quo loco libr. 10.* Bald. *in leg. etiam ſub numer. 28. ver. præterea Codic. de exec. rei iud.* Aretin. *conſil. 132.* addens ejuſmodi conſuetudinem transferre onus probandi contrarium in forenſes. Ruin. *conſil. 126. numer. 1. vol. 5.* Anton. Gabr. cum per eum congeſtis *in titul. de Jure immun. concl. 2. num. 8.* Bertacc. *de Gabell. par. 7. ver. incidenter* Maccabr. *conſ. 40. num. 123. & 148.* Minſig. *obſer. 27. centur. 3.* Guidop. *dec. 87.* Magon. *dec. Florent. 66. n. 2.* Greg. XV. *dec. 279. num. 15.*

Non † etiam concurrit in collecta poſterius requiſitum, 18
quia caret certa ac limitata forma; ita ut ſecundum æſtimum; ac juxta occurrentes neceſſitates imponatur gloſ. *in leg. reſcripto §. fin. ff. de muner. & honor.* Bar. *in leg. 1. Codic. quod quiſque univerſi. nom. & in leg. 1. Cod. de mulier. & in quo loco libr. 10.* Bal. *in leg. fin. Cod. ſine cenſibus vel reliq.* quos refert & ſequitur Jaſ. *in dict. leg. placet in prima lectu. numer. 3. & in 2. lectu. numer. 5. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* fatetur Thomat. *in tract. de Collect. §. exaction. 12. & 18.* (ubi inquit ejus eſſe naturæ, ut certam non habeat formam; ſed ut reipublicæ neceſſitatibus ſuccurratur, metiamur omnia patrimonia, ideoque dicatur incerta, quoniam qui hodie dives eſt, cras poterit eſſe pauper) Ruin. *in conſ. 117. ſub num. 4. vol. 4.* Bellet. *diſqu. Cleric. titul. de exemptio. Cleric. & eorumdem bonorum §. 3. ſub nu. 2. ver. ſi autem* Fely. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num. 76. de conſtit.* Rota *dec. 42. nu. 14. par. 4. in recent.*

Quo † ſit ut quoties aliqua ex allibratis, ſeu incataſta- 19
tis bonis ad Eccleſiaſticas perſonas quocunque titulo pervenerint, eximantur ab onere collectarum, ac de cataſto, vel æſtimo ſint delenda ut per Bar. *in conſ. 180. libr. 1.* quem ſequitur Felyn. *in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 77. ver. ſecundo nota* Bal. *in leg. placet in 3. notur. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Abb. *in conſ. 53. ſuccincte vol. 1.* ubi teſtatur à Patribus utriuſque cenſuræ id communiter recipi; refert, & ſequitur Feſtaſ. *in tract. de æſtimo par. 5. cap. 1. num. 5.* & 53. *& in cap. 2. num. 14.* ubi de communi teſtatur & contrarios repro-

bat. Qui ibi *quæst.* 2. addit etiam pœnam contrafaciendam esse impositam, & probat etiam Rim. Jun. *consil.* 25. *numer.* 16. Petra de Principe *cap.* 4. *sub num.* 47. fatetur quoque Maccabr. scribens contra Ecclesiam *in consil.* 40. *num.* 4. & 7. Carol. de Grass. alios congerens *effect. cleric.* 3. *num.* 38. Sylvan. *in consil.* 32. *num.* 8. Bellett. cum per eum relatis *dict.* §. 3. *num.* 3. Ruin. *consil.* 117. *numer.* 3. *vol.* 4. & hanc esse magis communem opinionem, eamque uti talem senatu approbatam, testatur pluribus relatis Thesaur. *in decis.* 24. *numer.* 7. quam etiam tenuere Cravett. de communi attestans *consil.* 642. *numer.* 4. Oldrad. *in alleg. impress. post dict. consil. silva.* 32. *numer.* 19. Balbus *in consil. impress. post decis.* 68. Osisch. *num.* 24. Remig. de Gonn. plurimos cumulans & de communi attestans *in tract. de Charitat. subsid. qu.* 61. *numer.* 15. *& seqq. inter tract. diversi. vol.* 15. *part.* 2. Lancell Gallia *consil.* 59. *numer.* 14. qui de magis comm. *& rursus à num.* 30. *&* 40. Berous qui pariter communem profitentur *in consil.* 150. *numer.* 5. *volum.* 3. & hanc sententiam esse in ditione Mediolani usu receptam, & juxta eam pluries fuisse judicatum testatur Plotus *ad consil. Martin. Garant.* 63. *numer.* 13. *&* 14. Guid. Pap. *decis.* 301. ubi retractat quod secus dixerat in *decis.* 79. & pro hac sententia ponderat text. in *cap. clericus de Immun. Eccle. in* 6. *& in leg.* 2. *& in authen. item nulla communitas Cod. de episcop. & cleric.* subdens id esse ex mente trium statuum Delphinatus Paul. Rub. me hic citato *in Annot. ad decis.* 412. *numer.* 22. *&* 26. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.* ubi ait, ita declarasse *Cong. super controvers. iurisdict. in una Pisauren.* 16. *Decembris* 1626. unde multo minus Laici Clericorum bona in catastro describere valent Purpur. *consil.* 594. *numer.* 10. *vol.* 2. & ita firmavit *Sacr. Congreg. Immun. in una Altamurat.* 18. *Martii* 1631. *proponente R. P. D. Falconerio postea ad sacram Purpuram adscito.*

20 Imò † nonnulli ex præfatis scribentibus tenent bona statim atq; ad clericos perveniunt, censeri ipso jure ex æstimi libro deleta; quod in puncto juris puto verissimum tametsi non servetur in praxi; secundum quam denunciata communitati venditione, & facta eidem interpellatione ad Clerici vel Prælati instantiam, statim sunt ab æstimo delenda & ita in specie loquitur Bar. *dict. consil.* 180. quem refert & sequitur Balbus *ubi sup. nu.* 24. & ita alias declaravit *Sac. Cong. boni regiminis.*

21 Portio † verò quæ pro bonis in Ecclesiasticos translatis erat solvenda, accrescit cæteris in eodem loco æstimatis, ut defendit Alban. *d. consil.* 8. *seu tract. de Immun. Eccle. præsertim num.* 14. *& seqq.* Aret. *consil. mihi* 132. *alias* 133 *ante nu.* 2. Berous *consil.* 150. *sub n.* 36. *vol.* 3. & ita Natt. reiiciens, sentit Thes. *dec.* 234. *nu.* 3.

22 Et † sic ineptissima redditur Thesauri restrictio (salva eius reverentia) dum in *decis.* 234. *numer.* 8. inquit præfatam conclusionem procedere quoad onera post acquisitionem bonorum à clericis factam imponenda, non autem quoad prius imposita; asserens hanc opinionem esse verissimam, quia bona sunt jam pro collectis hypothecata, & transeunt cum onere suo, ad quod inter alios citat Remig. de Gonn. *in tract. de Charitat. subsid. quæst.* 61. *nume.* 49. *& sequent.* qui licet ibi referat Baldum quasi sic sentientem, ab eo tamen discedit, & contrarium multis relatis concludit *num.* 50. *& seqq.* inquiens hunc casum includi sub regula, eandem Thesauri sententiam expresse reprobavit Berous *in consil.* 31. *num.* 29. *vol.* 1. ubi scribens pro Clero Ferrariensi, inquit præfatam distinctionem procedere oneribus mere realibus, secus in mixtis ut in casu nostro, idemque sensit Abb. *in cap. fin. sub numer.* 12. *de vit. & honest. cleric.* dicam latius in sequ. decis.

23 Nec † urget ratio Thesauri; deducta ex asserta hypotheca super bonis contracta; in qua etiam Thomatus plurima contra veras ex communes traditiones effundens præcipuum faciebat fundamentum *in tract. de Collectis* §. *exactio nu.* 38. *cum seqq. usque ad finem*, ubi inquit in hujusmodi hypotheca totam vim istius quæstionis consistere, nec tamen probat illam perpetuo rei adhærentem, ac ad successores transitoriam contrahi; quin potius allegata per eum probant ex tali æstimatione personalem obligationem duntaxat oriri; & præsertim doctrina Bald. *in l. si negotium ff. de nego. gest.* dicentis æstimum haberi loco promissionis.

24 Observandum † est autem aliud esse ut quia aliquid pro re præstare debeat, ut in terminis nostris, aliud verò ut ex re præstare teneatur: quamvis enim posteriori casu afficiatur res ipsa, in priori tamen non res sed persona dicitur obnoxia *leg. eo tempore in fin. ff. de pecul.* ibi; *quia magis propter rem, quam ex re mea peculium mihi daretur*, facit *leg. socium qui in eo* §. *socius cum existeret ff. pro socio.* & sic obligatio oriens pro re successorem non afficit *cap. fin.* §. *si verò contingeret de pace iuram. firman. facit leg.* 1. §. *si hæres ff.* ad Trebell. & ita in terminis nostris notabiliter considerat Oldrad. *in d. alleg. impress. post consil.* 32. Silvan. *sub num.* 20. *col. fin.* idemque Silvan. *ibidem num.* 14. Unde † ex mente Bar. ajebat Ruin. *in consil.* 117. *sub numer.* 6. *in fin. vol.* 4. tot esse obligationes, quot sunt anni, & pro futuris esse conditionales, scilicet si descriptus in æstimo possederit. 25

Et † tantum obest ut descriptio in æstimo naturam transfiguret onerum, itavt extraordinaria evadant ordinaria & perpetua; contra ea quæ benè deducunt scribentes supra relati; & in specie Jo. Andr. Card. Butr. Ancharan. Imol. & Abb. *in cap. fin. de Vit. & honest. Cleric.* quos refert, & sequitur Remig. de Gonn. *de Charit. subsid. qu.* 51. *nu.* 60. pulchrè Gallia *in consil.* 59. *num.* 30. † Ut potius operetur quod non possessor consideradus sit, sed ipse descriptus præcisè gravetur, ut per Bald. *in leg. etiam col. pen. ver. item habentes Cod. de execut. rei iud.* Bar. *in leg. incola ff. ad municip.* cum aliis relatis per Curt. jun. *in consil.* 68. *ad fin.* Dec. *consil.* 285. *num.* 5. *vers. quarto Festas de Aestimo par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 38. qui propterea subdit quod nisi descriptus curet deleri de æstimo, tenebitur semper quamvis subdat *num.* 40. fiscum habere electionem an contra descriptum, vel adversus possessorem agere velit. 26 27

Quamvis † itaque collecta imponatur per æs & libram, Corn. *consil.* 127. *volum.* 2. Corn. jun. *consil.* 67. *ad fin.* Joan. de Anan. *in consil.* 8. *num.* 2. Rubr. *consil.* 9. *num.* 10. Et impositionis quantitas rem ipsam, ejusque æstimationem de directo respiciat, obligatio tamen, & vinculum, sive solvendi necessitas, personam respicit juxta Bald. *in auth. defuncto C.* ad Tertull. & Aret. *in consil.* 32. *col.* 2. quos refert Macc. *in consil.* 40. *numer.* 20. Quamobrem si huic pendet quæstionis decisio ut Thomatus ajebat, jam de ejus opinione conclamatum est. 28

Nec † merebatur allegari cautela, cujus meminit Festas. *in tract. de æstimo par.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. *& seq.* ut nempe statuto caveatur ne bona ab æstimo alienantis amoveantur, nisi alter idoneus in catasto describatur, qui ad collectarum solutionem compelli possit, vel Clericus, in quem bona transeunt, se obliget ad solvendum. Nam præterquam quod in hac facti specie, hujusmodi statutum desiderabatur isthæc cautela irrationabilis & ridicula est & contra Ecclesiasticam immunitatem, deterrendo laicos à donando, seu contractando cum clericis, & præsupponendo clericos etiam volentes posse ad collectas obligari. 29

Unde cum id sæpissimè in facto mihi contigerit, semper laicos adegi, sub censurarum comminatione ad delendum bona per Ecclesiasticos acquisita de æstimo, & ita decrevit *Sacr. Congregatio super controversiis iurisdictionalibus in una Pisaurensi* 16. *Decembr.* 1626. *& in una Nicerina* 18. *Decembris* 1629.

Ad † id autem quod quidam considerabant id in maximam Principum Urbiumque jacturam redundare, respondeo nullum unquam Dinastam hinc inopem evasisse; quin potius plurimos ob largitatem ac reverentiam erga Ecclesiam mirum in modum floruisse, ut latius in terminis admonuit Less. *de Just. & iur. libr.* 2. *cap.* 33. *numer* 22. aliter & uberius respondet Suar. *in defens. fid. libr.* 5. *cap.* 20. *numer.* 29. *& sequent.* quibus plurima & quidem præclara addere possem; sed ad prolixitatem vitandam missa facio. 30

Nec † tamen omitto sæpe bona Ecclesiæ, sæpissimè autem, & quotidie clericorum ampla, & opulenta patrimonia, & peculia, quæ prius erant immunia, in laicos transferri, fierique collectarum pedagiorumque oneribus obnoxia, Jo. And. *in cap.* 1. *de immun. eccles. in* 6. Alex. *consil.* 35. *numer.* 18. *vol.* 4. Oldrad. *in alleg. impress. post consil.* 32. Sylvan. *num.* 19. Paris. *consil.* 40. *numer.* 22. *& seqq. libr.* 3. Tiraq. *in tract. de Nobilit. cap.* 20. *num.* 160. Remig. de Gonn. *in tract. de Charitat. subsid. qu.* 62. *numer.* 34. *in* 15. *tomo tract. diversi. par.* 2. Aretin. *consil.* 32. *ante num.* 2. Bertacch. *in tract. de Gabell. par.* 7. *numer.* 25. Ferret. *etiam de Gabell. num.* 450. Roland. *consil.* 12. *num.* 61. *lib.* 4. Natt. *consil.* 218. *num.* 7. *& consil.* 39. *num.* 5. Suarez. *in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 20. *sub n.* 30. *vers. præsertim*, qui ea moventur ratione. Quod † mutatione personæ, privilegium propter personam concessum extinguitur *l. paulus* §. 1. *ff. de acquisit. hæred. lucrat. descrip. lib.* 10. in terminis Joann. Andr. *ad specul. in titul. de Censibus in addit. magna idem specul. in tit. de Immunitate eccl. in fi.* Federic. 31 32

de

de sen. *consi.* 111. *colum. penult.* cum aliis per Natt. *dicto consi.* 118. *numer.* 7. & 8. Unde non mirum nec durum videri debet, si è contra bona obnoxia ad personam privilegiatam transeuntia, evadant immunia; ut contrariorum eadem sit disciplina.

Et in puncto, quod quemadmodum statim atque bona ad Ecclesiam perveniunt evadunt privilegiata; sic statim atque ab ea recedunt, desinunt esse privilegiata tradunt Dyn. *in l. Paulus, & ibi Bart. num.* 3. *ff. de acquiren. hæred.* Porpolin. *in leg. placet vers. nona limit. C. de Episc. & Cler.* Duar. *reg. 99. limit.* 10. Rot. *decis.* 34. *num.* 74. *par.* 6. *recent.* Rub. me hic citato *in addit. ad decis.* 412. *par.* 9. *recent. tom.* 1. Ciarlin. *controv.* 103. *nu.* 9.

33 Quemadmodum † etiam è regione erat allata cautela Bartol. *in l. rescripto* §. *fi. ff. de muner. & honor.* à nonnullis scribentibus approbata de statuto disponente singulorum civium prædia in districtu existentia esse tributaria; ac onere tributorum pro collectis affecta. Nam præterquam quod non versabamur in terminis consimilis statuti; cautela hujusmodi non minus quam præcedens inanis est & frustratoria; ita vt statuto non obstante bona ad clericos pervenientia, statim ab oneribus collectarum eximantur: cum non liceat obliquè & per indirectum quicquam contra Ecclesiasticam libertatem introducere, nec via fraudibus patere debeat ut per Bald. in *consi.* 132. *& in consi.* 180. *lib.* 2. (ubi licet fateatur sua ætate d. cautelam fuisse usu receptam, ingenuè tamen inquit, per illam totam clericorum libertatem infringi; nihilque aliud importare, quam ut Clerici sint laicis subiecti, quod est impossibile) Abb. *cap. fi. in fi. de vit. & honest. Cleric, num.* 13. & ibi Dec. *sub num.* 63. latè Fely. in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 76. *de Constit.* Remig. de Gonn. *d. tract. de Charitat. subsid. quæst.* 61. *num.* 44. latissimè eam examinat, & hanc esse veriorem opinionem affirmat Jacob. Butrig. *in auth. item nulla communitas C. de Episc. & Cleric.* & Bartoli sententiam falsam appellat Bald. in *l. placet in quarto notab.* & ibi Paul. de Castr. *num.* 7. *C. de sacros. Eccl.* & opinionem Baldi contra Bartolum veriorem, & crebriorem nuncupat ibidem Parpal. *num.* 77. & Jas. *in prima lectur. circa fi. num.* 21. ubi quod ita contra Bartolum tenent omnes Duar. *reg. 99. limit.* 9. ubi quod pro hac opinione contra Bartolum est Textus in *l.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *ordin.* idemque firmat Guid. Pap. *decis.* 381. dicens benè fuisse Bartolum à Baldo reprehensum, cum talia statuta adversus libertatem Ecclesiasticam, cassa & irrita esse debeant *auth. cassa C. de sacros. Eccl.* & de magis communi testatur Thesaur. *decis.* 234. *num.* 5. ubi subdit durum fore in judicando ab ea recedere propter periculum excommunicationis fulminatæ in *cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. tu adde, ac in *Bulla Cœnæ Domini* renovatæ. Pro hac eadem sententia plurimos congessit Festas. *par.* 4. *cap.* 2. *nu.* 10. *& seqq.* quamvis eos non sequatur, & addendi sunt Roman. in *leg. si publicanus* §. 1. *num.* 7. *ff. de public.* Ruin. *consi.* 117. *sub num.* 2. *volum.* 4. Siluan. *in consi.* 9. *nu.* 29. & latius in *consi.* 32. *num.* 11. & utrobique testatur de commun. Purpurat. *consi.* 594. *num.* 10. *volum.* 2. Capr. *reg.* 96. *num.* 42. *& seqq.* Alban. *consi.* 8. *num.* 4. *&* 5. ubi inquit Bartolum ab omnibus reprobari Natt. *consi.* 1. *num.* 7. *in fi.* Macabr. attestans de commun. quamvis contra Ecclesiam scribat, in *consi.* 40. *num.* 58. *& seq.* Azor. *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *capit.* 12. *in princ.* ubi testatur hujusmodi Bartoli cautelam ab omnibus fuisse reprobatam, quippe quæ erat in detrimentum Ecclesiasticæ libertatis, & post hæc scripta ita firmavit Rota *in sæpe citata* Alben. Gabellæ quibus addo Perel. *attestantem de commun. opin. in glos. l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *ad Regn. Castellæ* Aluar. Valasch. *de iur. emphit. quæst.* 17. *sub num.* 7 *vers. quocirca.* Ubi ait hoc Bartoli consilium reprobatum esse, & ab interpretibus tam juris Canonici, quam Civilis damnatum; tum quia ex communi opinione statuta in fraudem Ecclesiarum, vel Clericorum condita non valent, tum etiam quia tributa sive onera ab aliis quàm à Rege, vel imperatore imposita sunt munera extraordinaria, quæ ad Ecclesiasticos non transeunt, ut ibi per eum ubi concordantes citat.

34 Unde † caute regendus est Curtius jun. *in consi.* 68. *nu.* 4. *volum.* 1. quatenus testatur communem esse in contrarium & quamvis Calderi. *in consi.* 2. *sub nu.* 4. *col. fi.* putaverit hanc quæstionem egere declaratione Summi Pontificis, arbitror tamen hujusmodi declarationem satis apertè factam fuisse in *Bulla Cœnæ Domini*, prohibente aliquid adversus Ecclesiasticam libertatem, etiam indirectè, moliri, cum ut benè ajebat Baldus loco citato similes cautelæ figmenta sint, & fraudes in præjudicium ejusdem libertatis, quæ ita facilè eluderetur. Et ut ajebat Felyn. loco citato *numer.* 76. ad hoc de fraude præsumpta, non potest accomodate responderi.

Nec † dicat Maccabru. *consi.* 40. *num.* 68. *& seqq.* utentem 35
sua jurisdictione in re permissa non dici facere in fraudem, quia si usus hujusmodi versatur circa subditos, benè procedit argumentum, secus autem si utens, personas sibi non subiectas callidè comprehendere, mollitur. Et profectò aut statutum expressè meminit bonorum in Clericos transferendorum & non valet ex defectu potestatis, aut non meminit, & hunc casum ex defectu voluntatis non comprehendit, ut in terminis nostris considerabat Rom. in *d. l. publican.* §. 1. *ff. de publ.* & ego alibi latè deduxi.

Præterea † tametsi hujusmodi collectæ ex generali statuti 36
ordinatione causam habeant de præterito; habent tamen formam postquam res effecta est Ecclesiæ, vel clerici unde impossibile est tunc formari obligationem, ubi persona invenitur, quæ affici haud potest, & res mutavit statum *l. Sticus servus meus ff. de Manumiss. testam.* ita post Bald. *in leg. fi. Cod. sine censu vel reliq.* arguit Felyn. *ubi supra sub numer.* 76. *ver.* 3. *quia*, sequitur Ruin. *consi.* 111. *numer.* 14. *vol.* 5.

Rursus † idem Ruin. in *consi.* 117. *num.* 8. *vol.* 4. confir- 37
mat alia ratione hanc sententiam; quia scilicet statuto non obstante hypotheca non oritur in re ipsa pro annis futuris: cum enim de tempore translationis factæ in Clericum adhuc actio personalis pro futuro tempore orta non fuerit *l. cedere diem de Ver. sign.* nec etiam hypotheca oriri potuit *l. fideiussor. obligari in priv. ff. de fideiuss.* secuta translatione, impeditur ortus obligationis, quoniam tempore purificatæ conditionis, res non reperitur amplius in dominio subditi *l.* 1. *C. de iure fisci lib.* 10.

Nec † urget ratio Calder. *in consi.* 2. *in fi. tit. de Censibus*, ut 38
nempe quemadmodum privatus potest rei suæ onera ad quoscunque transitoria adiicere *cap. de suis extr. de Sepulcr. cap. verum de condi. appo. cap. cum dilectus de donat.* ita & per statutum fieri possit; † cum pactum & lex æquiparentur *cap.* 39
quæ contra maiores 8. *dist. c. à nobis de decim.* Id enim non procedit ubi est diversa ratio, ut in terminis nostris: privatus enim est rerum suarum moderator & arbiter; & potest in illis onera sibi benè visa imponere *leg. in re mandata Cod. mand.* Superiori † autem non rerum, sed jurisdictionis dum- 40
taxat est dominus Dec. *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu.* 75. *de Consti.* & dicam in dec. sequenti.

Quo † fit ut si bona relinquerentur Ecclesiæ à privatis 41
cum onere solvendi collectas vel contributiones, etiam in futurum imponendas, utique ob præfatam rationem id in utroque foro liceret, ut per Felyn. *in dict. cap. Ecclesiæ S. Mariæ numer.* 77. Mart. cum per eum relatis *de Iurisd. par.* 4. *cas.* 14. *in fi.* Azor. *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 13. *circa princ. vers. secundo sciendum Alterius in expl. can.* 15. *Bullæ Cœnæ cap.* 5. *col.* 10. *ver. ad hanc* Duard. *ad eandem Bullam lib.* 2. *can.* 18. *q.* 6. *sub numer.* 10. & ita novissimè dixit Rota *in sæpe citata Alben. Gabellæ & Sac. Congregatio super Controversiis Iurisdictionalibus in una Taurinensi die* 6. *Novembris* 1628.

Denique non refragatur quod etiam contra Principes & Communitates fraudes fieri possent per fictas alienationes in Clericos: nam hoc in casu fateor dictam conclusionem non procedere; sed bona per collusionem & fictiones in personas ecclesiasticas alienata, collectis obnoxia remanere, † cum fraus & dolus nemini debeat patrocinari *leg. ita de-* 42
mum. ff. de except. arbitr. leg. si ab hostibus §. 1. *ff. solut. matr. cum simil.* † & ita in effectu tenet Bart. in *dicto consi.* 280. 43
dum inquit Clericos non teneri pro bonis acquisitis, dummodo sine fraude acquisierint, Sequitur Remig. de Gom. *de Charitat. subsid. quæst.* 61. *num.* 48. Felyn. in *dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 77. plurimos congerit Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 3. *numer.* 188. Quarant. *in verb. Vectigal. vers. limita secundo* ubi *ex specul. in titul. de Cleric. coniug. nu.* 17. & aliis per eum relatis inquit hujusmodi fraudem detegi præsertim ubi donans, fecit sibi fieri albaranum de illis detinendis nomine suo; vel si est donatio omnium bonorum, sive majoris partis.

Quibus † addo Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *canon.* 18. *q.* 6. 44
nu. 11. ubi advertit hujusmodi fraudem coram Judice Ecclesiastico esse probandam: & tam simulatè donantem, quam donatarium teneri in conscientia communitati omnia damna reficere. Eademque bona fisco esse applicanda *arg. tex. in l. adigere* §. *in fraudem ff. ad munic.*

Idem-

45 Idemque in Clerico negociatore dicendum eſt, ut ſcilicet in odium negociationis ad collectas ad inſtar laici teneatur de bonis, in quibus negociatur Specul. *in tit. de Immun. eccle. nu.*3.Aufrer.*de poteſt.*Tud.*ſecul.ſuper eccleſ.perſ.reg.n.*32.*in 6. tom.tract.diverſ.*Natt.*conſ.*139.*num.*3.*& ſeqq.lib.*1.Surd.*conſ.* 313.*num.*8.*lib.*3.plurimos congerit Carol.de Graſſ.*de effect.*3. *num.*374.Leſſ.*de Iuſtit.& iur.lib.*2.*cap.*33.*dub.*3.*nu.*23. Molin. *de Iuſt.& iur tom.*2.*diſp.*343.*num.*10.luculenter Duard.*d.can.* 10.*qu.*8.*per totam* dixi latè in *deciſ.*12. *num.*.... intelligendo tamen juxta ea,quæ dixi ibidem & latius Carol.de Graſſ. *effect.* 13.*Cleric.per totum*.

46 Clerici non tenentur ſolvere gabellam pro rebus ſuis ad Laicos ex Territorium dono miſſis Navar. *conſ.*4. *de immun. Eccl.*

47 Et nota quod actus ſolutionum facti in contrarium à Clericis, vel fratribus pro indiviſo poſſidentibus non præjudicant eorum immunitati à collectis, ut reſoluit *Sac.Cong.ſuper controv.in iuriſdict.in una Auximana* 22. *Ianuarii* 1629.

48 Rurſus ſi Clericus emit bona cum pacto ſoluendi onera non tenebitur ad perſonalia, ſed dumtaxat ad realia, quę ſunt certa, & invariabilia, & ante venditionem impoſita. *Eadem Congr.in una Taurinorum* 26. *Martii* 1629.

49 Si verò bona donentur Monaſterio cum pacto, ut onera ſoluat, & collectas, tenebitur ea ſolvere.

ARGUMENTUM.

Collecta certa & perpetua an ſit onus reale, vel mixtum, & an cum bonis ad Clericos tranſeat, & reiicitur Maccabr. *in conſ.*40.

SUMMARIUM.

1 *Collecta certa, & perpetua tranſit cum rebus ad Clericos*, & num.10.
Contrarium eſt verius à num.11. uſque ad finem.

2 *Munus extraordinarium ex Principis ordinatione fit ordinarium, & comprehenditur in iuribus de ordinario loquentibus.*

3 *Collecta uniformis & perpetua idem eſt quod inductum.*

4 *Indictum tranſit ad Eccleſiam.*

5 *Collecta juxta patrimonii vires impoſita dicitur munus reale.*
Contrarium eſt verius nu.14.

6 *Collecta certa, perpetua, & uniformis, tributi naturam aſſumit.*
Contrarium verius n.23.

7 *Hypotheca pro collectis oritur ab initio pro toto futuro tempore.*
Intellige ut n.25.cum ſeqq.

8 *Hypothecis in tacitis lex fingit partium conventione.*

9 *Statuto ſtante ut bona quid annuum pro collectis ſoluant;clericus emptor, oneri ſe ſubiicere dicitur.*
Contrarium eſt verius n.30.

10 *Ordinaria certa, & perpetua collecta tranſit ad Clericos iux.com opinionem.*
In contrarium eſt magis communis, & verior ſententia nu.32.

11 *Onera ordinaria quæ ſint, & quæ extraordinaria.*

12 *Collecta licet certitudinaliter ſolvatur ſi tamen pro neceſſitatibus, quæ variantur, dicitur onus extraordinarium.*

13 *Collecta à communitate ex Principis remiſſione impoſita non eſt ordinaria.*

14 Maccabr.conſ.40.n.157.& ſeqq.*reiicitur* & n. ſeq.

15 *Onerum in tres ſpecies diviſio, & quæ dicantur realia, quæ perſonalia, quæ mixta.*

16 *Collecta eſt munus mixtum.*

17 *Collecta quantitas reſpicit rei æſtimationem, ſed ſolvendi neceſſitas perſonam reſpicitur.*

18 *Perſona uti nobilior magis attenditur, quam res.*
Clerici conjuganti tenentur ad collectas, & quare.

19 *Collecta materialiter ſunt onera realia formaliter perſonarum onera, & ſic mixta.*

20 *Onerum ordinariorum extraordinariorumque differentia, quoad tranſitum ad clericos eſt ſublata.*

21 *Onus ſi perſonis eſt pro rebus impoſitum, mutatione perſonæ, res mutatur.*

22 l. munerum §. patrimoniorum ff. de Muner. & honor. *germanus ſenſus contra* Maccabrun.

23 *Statuere ut collectæ ſint tributa, & onus mixtum ſit reale implicat contra dictionem.*

24 Paul.de Caſtr. in l. rei annonariæ nu. 6. C. ſine cenſu vel reli. *excuſatur.*

25 *Collectæ licet cauſam habeant de præterito, formam tamen habent ſingulis annis.*

26 *Pro collectis impoſitis à communitate,quæ fiſcum non habet, non oritur hypotheca.*

27 *Hypotheca pro collectis,quæ ſoluuntur ex re tranſit ad ſucceſſores,ſecus ſi pro re.*

28 *Obligatio oriens pro re, ſucceſſorem privilegiatum non afficit.*

29 *Hypothecæ legalis onus quæ debetur pro re, extinguitur, ſi res ad perſonam privilegiatam tranſit.*

30 *Clericus nec tacitè nec expreſsè poteſt collectæ ſe ſubiicere.*

31 *Exigere ab invito pro intereſſe publico prohibitus, non poteſt à ſponte ſoluente recipere.*

32 *Onera non tranſeunt cum bonis ad clericos,niſi ſint rebus affixa.*

33 Ricc. deciſ. 66. par. 4. *diſtinguens inter acquiſitionem ex titulo oneroſo, & ex lucrativo, reiicitur.*

34 *Collecta an ſit vel non ſit realis cognoſcit judex Eccleſiaſticus.*

35 *Contra collectas in dubio eſt iudicandum.*

DECISIO XXXVI.

NOn acquieſcebant miniſtri D. Principis deductis in præcedenti deciſione, aſſerentes nos non verſari in collecta propriè ſumpta, & extraordinaria; † ſed in certa ordinaria & perpetua, quibus in terminis omnes ſcribentes convenire ajebant, ut onus cum rebus ad perſonas eccleſiaſticas tranſeat & neminem hanc ſententiam impugnantem vidiſſe, præter Aretinum *in conſ.*133.& Ruin.*in conſ.*117.*nu.*4. *& in conſ.*111.*volum.*5. quos tamen ajebant egregiè & latiſſimè confutaſſe Maccabrun.*in conſ.*40.quem ſibi coripheum, patrinumque hac in cauſa delegerant. 1

Quamvis enim collecta regulariter ſit munus extraordinarium, † non tamen eſt dubium, quin ex legis vel Principis ordinatione onus extraordinarium effici poſſit ordinarium *l.*1. *C.de indict.lib.*10.per quam legem Calderin. *in conſ.*2. *nu.* 4.*tit. de cenſibus* ajebat omnia jura manere de ordinarium loquentia, etiam in extraordinario ad ordinarium redacto ſibi locum vendicare ad quod adducit Butrig. & Guid. de Cugn. *in l. placet.C.de Sacroſ.Eccleſ.* quibus addo Bar. *in d.leg.*1.*num.*2.*C.de indict. l.*10. 2

Quod autem d. collecta minus evaſerit ordinarium ex eo deducebant, † quia eſt certa & perpetua, & pariformiter quotannis exigitur, unde idem eſſe dicebant, quod indictum, ut per Bald.*in l. imperatores col. ult. de public.* † quod quidem indictum etiam in Eccleſiam tranſit *d.l.*1.*C.de indic. & in l.fi.C.de exact.tribun.l.*10.& tradunt Butr. & Bal. *in leg. placet C.de Sacroſ.Eccl.* 3 4

Imo † addebant quod ex quo hujuſmodi collecta juxta patrimonii vires indicitur, imponi cenſetur perſonæ propter res; itavt res ipſa principaliter conſideretur, ac proinde dici debet munus reale *arg. l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. peta.* ita ratiocinatur Maccabrun. *d.conſ.*40. *num.*157. *& ſeqq.* poſt Maurit. quem citat *in l.*1.*C.de mulier.& in quo loco fol.* 36. *& ſeqq.& fol.*63. 5

Cum itaque dicta collecta ſit munus ordinarium certum & perpetuum, nec non reale, ajebant concurrere requiſita, de quibus in præcedenti deciſione;ac proinde citra ſcrupulum ad perſonas Eccleſiaſticas tranſire.

Confirmabantur † prædicta ex doctrina Bald. *in leg.* 1. §. *non Romanorum de Pace Conſtan.*docentis onus collectę quoties certum eſt, & perpetuum ita ut non varietur, ſed uniformiter pręſtetur, tributi naturam aſſumere; bonaque eſſe hypothecata, & ſuppoſita quodammodo ſervituti cuidam;ideoque ad quemcumque cum onere ſuo tranſire *l. in venditione ff.de act.empt.*quam doctrinam refert Cepol.*inter conſ.Felyn. conſ.*46.*n.*1.*&* 6.ad quod Maccabrun. *d.conſ.*40. *num.*64.*cum plur. ſeqq.* multos adducit, quorum nonnulli extra rem loquuntur, nimirum de cautela Bartoli quam in præcedenti re probavimus *num.*33. 6

Hanc † autem tacitam hypothecam ab initio pro toto futuro tempore oriri contendit idem Maccabr.*nu.*81. *& ſeqq.*ac proinde eandem eſſe rationem in hujuſmodi collecta, quæ & in tributo, ut latius per eum *nu.*94. 7

Quod

Quod argumentum adhuc magis stringi poterit ex theori-
8 ca, quæ habet † in omnibus tacitis hypothecis legem fingere partium contrahentium pactionem, & conventionem, quamvis ea expressa & scripta non fuerit; perindeque esse ac si fuissent per conventionem partium constitutę *l. unica §. ut plenius Cod. de rei uxor. act. leg. 3. Cod. quibus. cas. pign. tacit. contr.* Niguss. de Pign. *par. 6. memb. 1. sub num. 12.* cum itaque ex partium expressa pactione hypotheca pro collectis contracta ad Clericos transeat, ut dixi in *decis. præcedent. numer. 41.* idem profecto de hujusmodi tacita dicendum videbatur.

9 Addebatur † ex eodem Maccabrun. quod stante statuto vel consuetudine ut bona solvere debeant certum quid annuum pro collectis perpetuis. Clericus rem emendo, tali affectam onere, eidem se sponte censetur subiicere, quod & facere potest secundum eundem Maccabrun. *dict. cons. 40. numer. 175. & sequen.* ubi citat Calderan. *in cons. 2. de cens.* Curt. jun. 68. *num. 4.* & Petr. de Anchar. *in cons. 304. col. 2.*

10 Denique † præfatam sententiam, ut collecta ordinaria certa & perpetua transeat ad Clericos tenuerunt Bar. *in leg. placet in 2. lectur. C. de Sacros. Eccles. & in Authen. item nulla Communitas & in leg. seq. C. de Episc. & Cleric.* Saly. *in d. l. placet num. 5.* & ibi Jas. *in prima lectur. num. 17. & in secunda lectur. num. 20.* ubi de comm. & Parpal. *numer. 104.* Angel. *in cons. 206. num. 2. & 3.* Butrig. *in cap. 1. de censibus in fi.* Abb. *in cap. fi. sub numer. 12. vers. tertia opinio extr. de Vit. & honest. Cleric.* & ibi Imol. *num. 16. ver. secus si possessio* Bellon. *cons. 40. num. 1. & 2.* Tiraquel. *cum relat de Iure primogen. quæst. 43. num. 9.* latissimè omnium Maccabr. *dict. cons. 40.* & ex Theologis idem visi sunt sentire Less. de Iust. & Iur. *lib. 2. cap. 33. dub. 3. ante num. 24.* Suarez. *de Censur. disp. 21. sect. 2. num. 99.* Azor. *tom. 1. inst. moral. lib. 5. cap. 13. in prin.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 18. q. 6. nu. 6.*

Cæterum censui in præfata collecta utrumque requisitum deficere, & sic illam necesse minus ordinarium, nec reale; ac proinde nullo pacto ad Clericos potuisse transire.

11 Deficit quidem prius requisitum, † quia tametsi Doctores prisci valde laboraverint in investigando quæ sint onera ordinaria, & quæ extraordinaria, circa quod adducit Thomat. *in tract. de Collec. §. exactio à num. 21. ad 26.* diversas opiniones, quin & plurima jura inter se pugnantia recenset; inter quas dum ipse suam promere voluit sententiam, infœlicius cæteris lapsus fuit. Vera tamen, & hac tempestate recepta sententia videtur ut onera ordinaria ea dicantur, quę sunt certa, perpetua & invariabilia ac à lege, senatusconsulto, vel Principe procedunt; vel ab inferiore à Principe procedunt extraordinaria censeantur. Bart. *in l. 2. ff. de iure imm.* Alexand. *cons. 31. col. 1. volum. 5.* Dec. *cons. 49.* quos refert, & sequitur idem Maccabrun. *in sæpe citato cons. 40. num. 36. iuncto num. 39. & num. 95. & seq.* quibus addendi sunt Bart. *in l. 1. num. 4. Cod. de mulier. & in quo loco lib. 10.* Bald. *in lib. 1. §. quod si nemo col. pen. ver. super quarto ff. quod quisque univers. nom.* Ferret. de Gabell. *num. 475.* Franc. Marc. *decis. 458. num. 14. par. 1.* de quo inde etiam Anguisciol. *cons. 52. nu. 1. lib. 3.*

Ejusmodi aut non est intellecta, de quo agimus; nam
12 † quia etsi quotannis certitudinaliter solvatur; causæ tamen seu necessitates, pro quibus soluitur semper variantur, & quandoque una cessante, sufficitur altera, & sic non po-
13 test dici minus ordinarium, ut per *præfatos scribentes*, † tum etiam quia non ab ipso Principe; sed à communitate ex principis permissione imposita fuit; ac proinde nullo pacto dici potest ordinaria ut per eosdem, & tradunt in specie Parpal. *in repet. l. placet sub num. 104. in fi. Cod. de Sacros. Eccles.* Salycet. *in l. final. C. sine cons. vol. rela.* Alex. Raudens. *de Analogis cap. 40. num. 57.* Berous *dicto cons. 150. num. 44. & 46. volum. 3.* ubi secus dicit si ab aliquo Principis deputato, & ex ejusdem Principis mandato, vel constitutione fuisset imposita.

Sed & multo evidentius deficit posterius requisitum, inanis
14 † est enim argumentatio Maccabruni; imponitur personæ juxta patrimonii vires, & res principaliter considerantur,
15 ergo est realis Trita † est si quidem onerum in tres species distributio; ut alia quidem realia, alia personalia, alia mixta dicantur *leg. munerum ff. de muner. & honor. cum similibus*, realia ea dicuntur quæ rebus & possessionibus imponuntur; itavt res sunt immediata causa impositionis, quæ illis est annexa: personalia quæ personis seu capitibus componuntur, nulla habita ad patrimonium consideratione; & sic ubi persona est immediata causa impositionis, mixta ea sunt, quæ imponuntur personis principaliter propter res, ita ut nec persona tantum, nec res tantum sit immediata causa impositionis, sed utrunque simul, ita magistraliter distinguit Bartolus *in l. placet numero nono, & sequentibus iunctis num. 17. & 27. C. de sacrosanct. Eccles.* quem omnes sequuntur. Et † hujusmodi munera mixta vulgo appel- 16
lantur Collectæ *leg. rescripto §. secundum* & ibi Bart. & alii *& leg. fi. ff. de muneribus & honor.* Bartol. *in d. leg. placet num. 27.* & ibi Jas. *in 1. lectur. num. 1. in fi. cum plur. seqq. & in secunda lectur. num. 4. & seqq.* & cæteri scribentes Lancell. Gallia *cons. 59. num. 2. & seqq.* Sessa *cum relat. decis Aragon. 7. num. 1.* cum seqq. pulchrè Berous in materia videndus *d. cons. 150.* per totum *tom. 3.* Unde asserere cum Maccabrun. collectam ex quo imponitur propter res, esse realem, nil aliud est pace sua, quam terminos confundere, & tertiam munerum speciem supprimere & quamvis † quantitas impositionis respiciat 17
directè rem, ejusque æstimationem; itavt illa sit causa finalis; obligatio tamen & vinculum, seu necessitas solvendi, personam respicit, ut inquit Bald. *in Authen. defuncto Cod. ad Tertull.* sequitur Aretin. in *cons. 132. sub num. 1.* initio, & dixi in superiori decisione *num. 28.* † quæ cum sit 18
nobilior rebus attenditur potius quam res, ut post Jo. Andr. & Oldrad. quos citant advertunt in terminis Natta *cons. 105. num. 8. volum. 1.* Rota *in Avenionen. & Cavallicien. Collectarum 16. Maii 1583. cor. Card. Lancellotto seniore* impressa à Gratiano *discept. forens. capit. 29. numer. 9.* Et quamvis collectæ materialiter sint onera realia, formaliter tamen sunt munera personarum subiectarum, & sic mixta ut ex Baldo tradunt Natta *consil. 149. numer. 4.* & Gallia *cons. 59. sub nu. 39.*

Et hinc fit, quod Clerici conjugati, qui quo ad personalia gaudent immunitate, non sint exempti à taxis, & collectis, quæ fiunt per capita, quia sunt onera mixta non mere personalia *cap. unic. vers. in cæteris de cleric. coniug. in sexto & ita Sac. Congregat. Immunit.* sæpius resoluit, & signanter in una *Squillaren. 27. Augusti 1627. proponente Domin. Paulutio postea Cardinali. Et in una Sancta Agatæ Ghotorum 13. Ianuarii 1632. proponente Reveren. Patr. Dom. Merlino, & in una Civitatis Benini 8. Februarii 1639. eodem D. Card. Paulutio.*

Esto itaque hujusmodi collecta esset certa, evaseritque munus ordinarium, (provt non evasisse supra probavi) non exinde dici potest munus reale, ut benè considerat Salyc. in *l. omnes Cod. de Cens. vers. reliqu.* quem sequitur Aretin. *dicto consil. 132. sub num. 1. colum. 2. post princ.* eoque non citato Gallia. *cons. 59. numer. 69.* & per consequens ad Ecclesiam non transit ex deductis per me in *superiori decisione num. 12.*

Hodie † namque etiam per jura civilia sublata est diffe- 20
rentia inter ordinaria, & extraordinaria, quoad hunc effectum obligandi Clericos per *auth. item nulla Communitas C. de Sacros. Eccles.* ut observat glos. in *l. placet eodem titul.* cum qua transeunt Bartol. Salycet. *num. 5.* cæterique omnes & Jas. *ibidem in prim. lectur. num. 17. & in secunda num. 20.* testatur de communi Legistarum, canonistarumque opinione. Ruinus qui pariter communem profitetur in *consil. 117. sub num. 4. volum. 4.* Everar. *cons. 42. ante finem ver. ad secundum* Capra *in reg. 49. à num. 37.* Alban. *cons. 8. num. 2.* Gallia etiam de communi *consil. 50. num. 16. & 59.* estque in utroque casu eadem ratio; ut scilicet imposita sint onera personis pro rebus, ac propterea mutatione personæ mutetur res ipsa ut 21
per Ruin. *consil. 111. sub num. 9. vol. 5.* & probatur in *l. 1. & in auth. item nulla communitas C. de Episc. & Cleric. in cap. quamquam de censibus in sexto in cap. non minus de Immunitate Eccles. in cap. 1. eodem tit. il 6.* † & expressius in *leg. mune-* 22
rum §. patrimoniorum ff de muner. & honor. ubi loquitur text. de collecta certa & perpetua, personis pro rebus imposita, & tamen præsupponit, illam non afficere forenses, nisi ex civitatis collectantis privilegio; ex quo patet hujusmodi munera non esse realia, alias omnes afficeret, ut ibi Bart. in summario & subtiliter ponderat Aretin. in *cons. 132. sub numer. 1. vers. restat ergo*, quem sequitur Ruin. *dicto cons. 111. sub nu. 9.*

Et quamvis Macabrun. ad evitandum hunc textum dicat ex illo duntaxat probari civitatem non posse imponere onus reale absque principis privilegio & I. C. non magis loqui de forensibus, quam de civibus ut per eum *d. cons. 40. num. 10. & seqq.* Non tamen est ullo pacto ab intellectu Bart. Aretin. & Ruin. recedendum, & pro confirmatione pondero quod postquam ibi I. C. loquutus fuit de muneribus merè realibus,

cun-

cunctos , etiam forenſes comprehendentibus ; ſtatim ſubdit *Præterea habent quædam civitates , prærogativam , ut ii qui in territorio earum poſſident certum quid frumenti pro menſura agri per ſingulos annos præbeant* ; & ſic contradiſtinguit hujuſmodi collectas ab oneribus realibus , licet etiam eas largo modo reales appellare videatur; cum tamen re vera non ſint tales , ex quo circumſcriptos privilegio , forenſes non ligant ; quid plura ? idem Maccabrun. *cod. conſ.* 40. *ſub nu.* 124. *& ſeq.* quaſi in continenti mutata ſententia ita illum textum intelligere videtur.

23 Et † hinc dignoſcitur cautè legendum eſſe Baldum ſupra in motivis *nu.* 7. adductum quatenus inquit collectam certam , & perpetuam , naturam aſſumere tributi ; nam ut ajebat idem Baldum ſibi parum conſtans *in l. fi. ver. ſed hic dubitatur nunquid C. ſine cenſu vel reliquis*, Statuere ut collectę ſint tributa , implicat contradictionem in ſubiecto , quia eſt ſtatuere ut munus mixtum ſit merè reale , & ſic eſſet mutare nomina appellativa , quod eſt impoſſibile *leg. ſi quis in fundi vocabulo de legat.* 1. refert & ſequitur Cepoll. *conſil.* 46. *inter conſil.* Felyn. *numer.* 17. idemque Felyn. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num.* 76. *verſ.* 1. *quia de Conſtit.*

24 † Quod ſi Paul. de Caſtr. *in l. rei annonariæ ſub num.* 6. *C. ſine cenſu vel reliq.* conatur ſuſtinere ſimilia ſtatuta : quaſi fingere poſſint, ut quamvis prædia non ſint propriè tributaria, habeantur ſaltem pro talibus, excuſandus eſt, nam propriam agebat cauſam , quia deputatus ipſe Florentiæ una cum aliis ad ſtatuta condenda , inter cætera ſimile ſtatutum dictaverat, ut ibidem aſſerit.

Quod autem Baldus exadverſo citatus ſubdebat prædia pro certis & perpetuis collectis , dici tacitè hypothecata , & cuidam ſervituti ſuppoſita ; multipliciter evitari poteſt : nam

25 primo reſpondentur † tot eſſe obligationes, quot ſunt anni (quicquid ſecus & male ſenſerit Maccabrun.) ac propterea ab initio quem non obligari , niſi conditionaliter , ſcilicet ſi poſſederit , ut per Socin. *conſ.* 243. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 117. *ante num.* 7. *vol.* 4. *& conſ.* 111. *ſub num.* 14. *vol.* 4. cum aliis per me relatis in *deciſ. præcedenti num.* 25. Quin etiam idem Baldus relatus à Felyn. *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num.* 76. *ver.* 3. *quia* & à Ruin. *conſ.* 111. *numer.* 14. aiebat hujuſmodi collectas , tametſi cauſam habeant de præterito , formam tamen habere poſtquam res effecta eſt Eccleſiæ ac proinde impoſſibile eſſe ut tunc formetur obligatio , ubi perſona invenitur , quæ affici non poteſt & res mutavit ſtatum *leg. ſticus ſervus meus ff. de manumiſſ. teſtament.* dixi in *præcedenti dec. num.* 36.

36 Secundo † reſpondeo nec quidem hujuſmodi tacitam hypothecam oriri poſſe , quia communitas collectans non habet Fiſcum ut per Aretin. *in l. apud Iulianum* §. *hæreſ. de l.* 1. plura adducit Ruin. *dict. conſil.* 111. *numer.* 14. & quamvis Calderin. *in conſil* 2. *colum. fi. de cenſibus* dicat non eſſe differentiam inter onus à Principe , vel ab alio inferiore impoſitum , ipſe tamen loquitur de tributo , & ſic extra rem noſtram.

27 Tertiò † reſpondeo tunc hypothecam ad ſucceſſores tranſitoriam oriri, quoties collecta ex re ipſa præſtatur , ut eſt tributum ; & in his terminis loquitur tex. in *leg.* 1. *C. ex quibus cauſ. pign. tac. contrah.* cum concordantibus & Caſtrenſ. *in d. l. Imperatores* à Maccabrun. citatis , ſecus ſi non ex re ,

28 ſed pro re præſtetur ut in caſu noſtro ; † obligatio enim quę oritur pro re , ſucceſſorem privilegiatum non afficit *arg. l. qui concubinam* §. *qui hortos , iuncta glo. ff. de leg.* 3. & pulchrè in terminis noſtris tradit Sylvan. in *conſ.* 32. *num.* 4. poſt Oldrad. *in allegat. ibidem impreſſa ſub nu.* 20. *col. fi.*

29 Quartò † denique reſpondetur quod eſto hypotheca etiam pro tempore futuro oriretur ; extingueretur tamen eo ipſo , quod bona ad perſonas privilegiatas perveniunt , ut probatur in *l. locatio , alias licitatio* §. *finali , ff. de publ. & vectig.* & in terminis noſtris notat poſt alios , quos refert Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 16. *& ſeqq.* ubi inquit hunc eſſe caſum mirabilem , in quo onus hypothecæ legalis non tranſit cum re , quod idem voluit expreſsè Bart. in *conſil.* 180. *in fi.* dicens quod cum perſonalis obligatio non ſit propter perſonam clerici , non eſt cur res manere poſſit obligata.

30 Noviſſimum argumentum ſupra ex Maccabruno allatum, ſupponit Clericum collectæ à ſtatuto vel conſuetudine introductæ poſſe tacitè ſe ſubiicere , cum imò nec quidem expreſsè abſque S. P. licentia conſentire valeat text. in *cap. adverſus* ubi Abb. *in* 3 *not. extr. de Immun. Eccleſ.* idem Abb. *conſ.* 13. *num.* 7. *vol.* 1. Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 103. Anna *allegat.* 13. dixi in *deciſ.* 12. *numer.* 56. Quibus addo Parpal. *in repet. leg. placet num.* 72. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Duen. in *reg.* 99. *Clerici limit.* 1. ubi rationem reddit , quod hoc privilegium in totius Cleri favorem inductum fuit.

Et ratio eſt in promptu , † quia ubi pro intereſſe publico 31 prohibetur quis ab innito exigere , non poteſt à ſponte ſolvente recipere *cap. exigit* & ibi gloſ. *in verb. volente de cenſib. in* 6. *cap. ſtatutum* §. *ſi quid autem de reſcript. eod. lib.* 6. *Clem. nolentes de hæret. gl. in l. unic. in verb. accipientem , C. publ. letit. conſult. lib.* 12. Bar. in *l. invitis* §. *fi. ff. de reg. iur.* Bald. in *auth. ſed hodie* per illum text. *C. de Epiſc. & cler.* cum aliis relatis à Natt. *d. conſ.* 203. *nu.* 8.

Adeo ut tam ſponte dantes, quam ab eis recipientes in Bullam Cœnæ incurrant, ut dixi in *d. deciſ.* 12. *num.* 56. & dicam *in ſeq. deciſ.*

Denique † non refragantur auctoritates ſcribentium *ex* 32 *adverſo* allatorum ſupra *num.* 10. quia plerique eorum , ſi attentè legantur , militant in caſtris noſtris ; nam Abbas Parpal. & Bellon. loquuntur de onere merè reali Parpal. in *dict. repet. l. placet num.* 77. *verſ. & dicatis* , Expreſsè tenet, quod ſtatim atque res ad Eccleſiam tranſit ipſo jure ab Æſtimo Communitatis eximitur poſt Bart. *quem citat in conſ.* quod incipit . *Si aliqua poſſeſſio* Leſſ. inquit ad Eccleſiam tranſire onus invariabile , & annexum , & ſic utrunque copulativè requiſitum habens . Suar. intelligitur ſecundum Navar. quem citat : Azor. loquitur de onere ſimpliciter rebus impoſito , certo & invariabili Duard. de re habente annexam annuam præſtationem tributi , ſeu cenſus , & ſic pauciſſimi pro contraria ſententia remanent ; Noſtram autem ſententiam ultra Aretin. & Ruin. quos Maccabrunus parum fæliciter impugnare nixus eſt , tenuere gloſ. in *l. placet C. de Sacroſ. Eccleſ.* Bar. ſibi contrarius *in conſ.* 180. *n.* 4. Cæpol. *inter conſ.* Felyn. *conſ.* 46. *in fi.* Alb. ex profeſſo in *conſ.* 8. *num.* 2. Everar. *conſ.* 42. per totum & Oldrad. *in alleg. ibid. impreſſ.* Marant. cum relatis *conſ.* 99. *num.* 7. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 3. *num.* 171. ubi teſtatur de comm. opin. Guttierez. *lib.* 1. *pract. quæſt. cap.* 3. *num.* 15. *& ſeq.* latè Borell. *in conſ.* 74. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *nu.* 115. Suarez. *in defenſ. fidei lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 3. Rota cum relatis *in deciſ.* 42. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 4. *in recent.* latius in *Alber. Gabellæ , ſeu onerum* 28. *Iunii* 1630. *coram R. P. D. Merlino* , ex his igitur patet hanc ſententiam eſſe crebriorem , tutiorem , meliuſque juribus & rationibus fundatam ; ab eaque nullo pacto recedendum. † Et 33 quidem indiſtinctè , ſive bona tranſeant ad Eccleſiam , ſive ad Clericum , & ſive ex oneroſo titulo , ſive ex lucrativo ; cum jura , & ſcribentes indiſtinctè loquantur : quicquid ſecus diſtinguendo , dixerit Riccius *in deciſ.* 66. *num.* 9. *&* 10. *& num.* 14. *& ſeqq. par.* 4. cujus rationes ejus intentionem nullo modo probant ut recte intuenti patebit ; nec omittam diſtinctionem inter titulum oneroſum & lucrativum non fuiſſe ſuam ſed Afflicti *in c.* 1. *num.* 18. *de cleric. qui inveſtit. fec. in uſib. feud.* qui meritò reprehenditur in Carol. de Graſſ. *effect.* 3. *cleric. numer.* 34. *& ſeq.* cum inter unum , & alterum caſum rationis diverſitas haudquaquam conſiderari poſſit.

Quin † etiam ſi dubium eſſet an collecta , de qua agitur 34 eſſet merè realis (provt ex deductis non eſſe liquet) adhuc tamen hujuſmodi cognitio ad Eccleſiaſticum judicem ſpectaret Surd. cum relat. *conſ.* 307. *num.* 44. *&* 67. *vol.* 3. cum aliis per me adductis in deciſ.

Qui † in dubio contra collectas , utpote odioſas judicare 35 deberet. Corn. *conſ.* 199. *vol.* 4. *lib.* 1. Cravett. *conſ.* 111. *num.* 26. Antonin. *Variar. reſol. l.* 1. *reſol.* 97. *nu.* 8.

ARGUMENTUM.

Immemorabilis conſuetudinis vis, & poteſtas qualis ſit , & an contra Eccleſiaſticam immunitate introduci , vel allegari poſſit, & an ſublata cenſeatur per conſtitutiones quancumque conſuetudinem prohibentes.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſit de jure divino, vel poſitivo.

Gravantes clericos , vel ab eis exigentes onera quæ peccata admittant, & in quas incurrant cenſuras.

Plurima in diſcurſu traduntur ad enucleationem *Can.* 18. *Bullæ Cœnæ Domini.*

SUMMARIUM.

1 IMmunitas Eccleſiaſtica an ſit de iure divino vel poſitivo, & nu. 17.

2 *Con-*

2 *Conſuetudo prævalet iuri poſitivo.*
3 *Conſuetudo valet contra canones, & dat iuriſdictionem.*
4 *Conſuetudinis tranſgreſſor punitur uti legis tranſgreſſor.*
5 *Immemorabilis habet vim tituli, & privilegii, etiam in reſervatis Principi.*
Declara ut nu.29.30.& 34.& ſeqq.
6 *Immemorabilis, & Privilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulant.*
7 *Immemorabilis excludit omnem malæ fidei præſumptionem.*
Non tamen malam fidem veram nu.52.
8 *Immemorabilis vim pacti obtinet, & eſt pacto fortior, & æquivalet contractui, & conſtituto.*
9 *Immemorabilis habetur pro veritate, etiam abſque Principis ſcientia.*
10 *Immemorabilis temporis curſu præſumitur auctoritas, & conſenſus Sum. Pontificis.*
Declara ut nu.57.58.& 59.
11 *Immemorabilis tantum poteſt, quantum Principis gratia.*
12 *Immemorabilis vim habet legis.*
13 *Immemorabilem pro ſe habens, poteſt titulum ſibi benè viſum allegare.*
14 *Etiam ſi ea ſit oneroſa Eccleſiæ.*
Niſi titulus ex ea præſumendus, per rerum naturam contingere nequeat nu.38.& niſi materia ſit gravis n. 42.vel conſuetudo ſit à jure reprobata n. 43.
15 *Præſumptio ex immemorabili reſultans eſt juris & de jure.*
16 *Immemorabilis derogans in totum immunitati, non attenditur, ſecus in parte.*
17 *Conſuetudini ſtandum eſt circa juris divini interpretationem.*
18 *Conſuetudo excuſat à peccato in articulo dubio.*
19 *Conſuetudo eſt optima legum ac dubiorum interpres.*
20 *Pontifex jus divinum interpretatur, & declarat,* & nu.33.
21 *Conſuetudo diſtinguendo & declarando, ius divinum ex cauſa limitat* contrarium verius n.28.
22 *S.Pontifex ex magna cauſa diſpenſat adverſus ius divinum in caſu particulari,* & n.33.
23 *S.Pontifex poteſt Principi facultatem concedere præcedendi in certis caſibus etiam contra Clericorum perſonas.*
24 *Conſuetudo à Sede Apoſtolica tollerata, poteſt laico juriſdictionem in clericos tribuere.* Niſi prohibitio ab exemptione divina procedat n.39.
Declara ut n.61.& ſeqq.
26 *Immemorabilis non venit ſub clauſula* ſublata quacunque conſuetudine, *ſed indiget particulari derogatione.*
Declara ut n.51.
27 *Papa non præſumitur tollere antiquas, & rationabiles conſuetudines.*
28 *Conſuetudo contra jus divinum eſt irrationabilis, & nulla.*
29 *Etiamſi ſit immemorabilis.*
30 *Laicus ut ſit capax juriſdictionis in clericos, per rerum naturam contingere nequit.*
31 *Tempus obligationem nec parit, nec tollit.*
32 *Præſcriptibile non eſt quod non eſt renunciabile, nec ceſſibile.*
33 *Diſpenſare an & quando S. Pontifex poſſit contra jus divinum.*
34 *Immemorabilis dat ius capacibus, non incapacibus.*
35 *Conſuetudo ut ſimplex Sacerdos confirmationis Sacramentum miniſtret, non valet.*
36 *Confirmationis Sacramentum poteſt Papa ſimplici clerico delegare.*
37 *Laici etiam per tempus immemorabile actum ſpiritualem exercentes, non præſcribunt.*
38 *Immemorabilis à jure improbata, inutilis eſt.*
39 *Actus factus contra prohibitionem ab exemptione divina procedentem, inducit abuſum, & peccatum.*
40 *Præcepta negativa o' gant ſemper & ad ſemper.*
41 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam, tam à Canonico, quam à civili iure reprobatur.*
42 *Conſuetudo contra immunitatem eccleſiaſticam, etiam in minimo eſt grave præjudicium.*
43 *Conſuetudo à jure improbata, non tenet, præſertim ſi eſt Eccleſiæ oneroſa.*
44 *Conſuetudo contra Eccleſiæ immunitatem nullus jus tribuit.*
45 *Conſuetudo à jure reprobata, non poteſt de nouo introduci. Lex ſemper loquitur, & introducendæ conſuetudini reſiſtit.*
46 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiæ uti irrationabilis annullatur, etiam ſub cenſurarum incurſu.*
47 *Et an id procedat in conſuetudine particulari.*
48 Bulla Cœnæ Domini *quotannis interrumpit conſuetudinem contrariam,* & nu 6.
49 *Peccati frequentia culpam exaggerat.*
50 *Conſuetudo nutritiva peccati nullo tempore præſcribitur.*
51 *Conſuetudine uti irrationabili improbata, comprehenditur etiam immemorabilis.*
52 *Mala fides vera nullo temporis curſu excluditur.*
53 *Laici gravantes clericos ſunt in mala fide vera.*
54 *Et ſacrilegium committunt,* remiſſivè.
55 *Delictum ſine dolo eſſe non poteſt.*
56 *Mala fides includit dolum, & dolus in mala fides conſtituit.*
57 *Iure probata conſuetudine curſus immemorabilis temporis non facit præſumere aſſenſum Apoſtolicum.*
58 *Privilegium odioſum non præſumitur ob immemorabilem conſuetudinem, niſi concurrente fama, & antiquiſſima traditione.*
59 *Immemorabilis data perſonarum incapacitate, non inducit præſumptionem conſenſus Apoſtolici.*
60 *S. Pontifex non permittit, imò pœnis ſpiritualibus punit lædentes immunitatem Eccleſiaſticam.*
61 *Conſenſus tacitus S. Pontificis non ſufficit, ut laici clericos collectent.*
62 *Conſuetudines civiles, non derogant juri canonico.*
63 *Prælati abſque Apoſtolico aſſenſu non poſſunt ſuper immunitate cum laicis paciſci.*
64 *Iuriſdictio inter bona Eccleſiaſtica connumeratur.*
65 *Privilegium in corpore juris clauſum indiget ſpeciali derogatione.*
66 *Collectæ non poſſunt clericis imponi, vel ab eis exigi abſque expreſſa licentia Summi Pontificis.*
67 c.non minus & c.adverſus de Immun.Eccleſ. *renovantur* in Bulla Cœnæ.
68 *Clerici renunciare nequeunt privilegio ordini conceſſo.*
69 *Laici gabellas à Clericis exigentes, puniuntur à Iudice Eccleſiaſtico.*
70 *Et peccatum ac ſacrilegium committunt.*
71 *Et tenentur ad reſtitutionem.*
72 *Et incidunt in* Bullam Cœnæ Domini.
73 *Etiam ſi onera ſint de ſui natura licita.*
74 *Etiam ſi agatur de bonis patrimonialibus.*
75 *Clericorum bona patrimonialia exempta ſunt ab oneribus, ſecluſa negociatione.*
76 Bulla in Cœna Domini *vim legis obtinet.*
Epiſcopi, & Prælati tenetur ſub mortali, declarare excommunicatos imponentes Clericis pedagia, & guidagia.
77 *Patrimonium, ad cujus titulum quis ordinatus fuit gaudet privilegiis Eccleſiæ.*
78 *Collectas, & onera à clericis ſponte dantibus recipientes, ſunt excommunicati.*
79 c.clericis de Immun.Eccleſ.in 6. *olim revocatum, nunc in* Bulla Cœnæ *eſt innovatum.*
80 *Exigi prohibitam, cenſetur etiam vetitum à ſponte ſoluente recipi.*
81 *Accipientes à clericis ſponte dantibus onera illis non impoſita, an incurrant in cenſuram Papæ reſervatam.*
82 *Cuſtodes Pontium, & Portarum à Clericis gabellam exigentes in quam incidunt cenſuram.*
83 *Clerici ſolventes onera ipſis impoſita an incidant in cenſuras.*
84 *Gabellas ſuper rebus ad victum vel veſtitum neceſſariis, ſeu pro tranſitu exigentes, vel exigi facientes unde etiam Eccleſiaſtici gravantur, incidunt in* Bullam Cœnæ *& ad reſtitutionem tenentur.*
85 c.quamquam de cenſibus in 6. in Bulla Cœnæ Domini incluſum eſt.
86 *Conſuetudo prava excuſat à plena temporali, non à ſpirituali.*
87 *Exactores prætextu ignorantiæ* Bullæ Cœnæ *an excuſentur.*

DECISIO XXXVII.

COnfugiebant denique ejuſdem D. Principis Miniſtri ad prætenſam immemorabilem conſuetudinem, quam eiſdem ſuffragari ajebant, non modo in ſententia eorum qui

qui perperam opinati ſunt Eccleſiaſticam immunitate eſſe de jure poſitivo , quos cumulat Seſsa *in tract. de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 141. & Valaſc. *conſult.* 100. ubi hanc opinionem acriter ſuſtinet ; verum etiam juxta veriorem opinionem eorum , qui affirmant immunitatem eſſe de jure divino , ut probatur *Geneſ.* 24. *Eſdr.* 7. *Matth.* 17. & eſt magis comm. & verior ſententia ; quam ex noſtratibus tenuit gl. *in cap. ſi imperator ver. & diſcuti diſt.* 93. Innoc. *in cap.* 2. *de major. & obed* Abb. *in c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ nu.* 6. *de conſtit.* & ibi Felyn. *nu.* 8. Card. *in c. perpendimus de ſenten. excomm.* cum aliis congeſtis per Lapum *in tract. de libert. Eccleſ. qu.* 2. *per totam*, per Natta *conſ.* 203. *per totum volum.* 1. *& conſ.* 280. *nu.* 5. *volum.* 2. per Burſatt. *conſ.* 42. *in prin. volum.* 1. Everard. *conſ.* 42. & uberius per Cavall. *in ſpecul. com. contra comm. quæſt.* 550. Farin. *tit. de Inquiſ. quæſt.* 8. *nu.* 2. *ver. amplia* 1. Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. cap.* 16. *num.* 4. Marta *de Iuriſd. p.* 2. *cap.* 6. per totum Carol. de Graſſ. *in tract. de effect. Cleric. effect.* 3. *num.* 3. Bellett. *diſq. Cleric. Tit. de exempt. Clericorum & eorum bonorum* §. 1. *num.* 1. *& ſeq.* Clar. atteſtans de comm. opin. in §. *ſi quæſt.* 36. *num.* 2. Borell. *in conſ.* 74. *nu.* 1. *& 2. centur.* 1. & quod ſit de jure divino , naturali , canonico , & civili probat Duar. *in regul. 99. incipit Clerici* : tametſi in aliquibus limitationibus male loquatur.

Et ex Theologis Sylu. *in ver. Immunitas.* 2. *quæſt.* 4. Summ. Angelic. *in eodem ver. num.* 33. Clavic. Regia *lib.* 12. *c.* 8. *num.* 6. Azor. *Inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *quæſit.* 1. cum aliis relatis per Bonac. *in* 8. *præcept. deca. diſp.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. §. 1. *nu.* 3. & per totum ubi etiam poſt alios reſpondet ad rationes in contrarium allatas Paul. Comit. latè & pulchrè *reſponſ. mor. l.* 1. *c.* 97. *nu.* 6. *& ſeqq.* Suar. *in defenſ. fidei lib.* 4. *c.* 8. *nu.* 9. Quæ ſententia canonizata fuit cum à Rota *in dec.* 10. *num* 2. *de conſuet. in antiquioribus* , & poſt hæc ſcripta in *Albenſis Gabellæ* , *ſeu onerum* 28. *Iunii* 1630. *coram R. P. D. Merlino* cum à ſacris *Canonibus* , & ſignanter in *c. quanquam de cenſib. in* 6. ubi S. P. ait Clericos ; & eorum bona non ſolum humano jure, ſed etiam divino à poteſtate Civili eximi , & liberari ; idque innuitur etiam in *c. non minus de Immun. Eccleſiaſt. in c. ſi Imperator* 96. *diſt. & in c. Silu.* 11. *q.* 1. Tum denique à *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 20. *de ref.* Et hanc eſſe magis com. opin. fatetur, vel invitus Seſſa (Eccleſiaſticæ immunitati inſenſus) *in tract. de Inhib. c.* 8. §. 3. *nu.* 117. & alibi paſſim alios plurimos adduxi in *dec.* 126. *n.* 57. *& plenius in dec.* 184. *n.* 1. *p.* 2.

Quas opiniones egregiè conciliat Suar. *in defenſ. fidei. Catholicæ lib.* 4. *c.* 8. *à n.* 9. *uſque ad finem , & c. ſeq.* ut ſcilicet immunitas ſit de jure divino immediatè proximè, & propriè, ac etiam de jure Canonico declarante jus divinum , & privilegium hoc exemptionis conſervante , vel provt expedit moderante: quod in effectu ſub aliis verbis ex Comitol. loco citato dixit Rota relata; ut ſcilicet Immunitas quæ de jure divino competebat detecta fuerit, & quoad ulum & exercitium à Principum orthodoxorum ſanctionibus emanaverit.

Si inquam immunitas eſſet de jure poſitivo , ajebant nos
2 verſari in claris † quia conſuetudo prævalet juri poſitivo *cap. cum tanto l. de quibus ff. de legibus.*

3 Et † valet etiam contra canones, ut tradit Abb. *in c. venerabilis de præb.* & dat juriſdictionem *c. cum contingat. de foro*
4 *compet.* Rot. *deciſ.* 577. *num.* 9. *part.* 5. *recent. tom.* 2. † adeo ut tranſgreſſor conſuetudinis puniri debeat, ſicut legis tranſgreſſor, ut multis proſequitur, & exornat Rocchus de Curt. in *d. c. cum tanto nu.* 9. *& ſeqq.*

5 Præſertim † immemorabilis quæ habet vim juſti tituli, & privilegii etiam in reſervatis Principi *l. hoc jure* §. *ductus aquæ ff. de aquæ quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam* §. *præterea extr. de Verb. ſign.* Gabr. cum per eum relatis *tit. de præſumption. concl.* 1. *num* 3. Aret. *conſ.* 30. *num.* 4. *& ſeqq.* Dec. *conſ.* 85. *ver. his non obſtantibus , & conſ.* 231. *num.* 2. *in fin. & num. ſeq.* Grat *diſcept.* 578. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 477. *num.* 7. *par.* 1. *rec. &* 379. *num.* 5. *par.* 5. *& deciſ.* 11. *num.* 2. *par.* 2. *in rec. & in Signina Penarum* 20. *Novembris* 1609. *coram Ortimberg.* & latius *in Burgem. emolumentorum ſigilli* 28. *Iunii* 1591. *coram Penia.* Itavt immemorabilis , & privilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulent. Felyn. *in cap. accedentes num.* 6. *de præſcr.* Rota *dec.* 614. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* & habet vim privilegii ex certa ſcientia conceſſi Rot. *deciſ.* 162. *nu.* 1. *& d. deciſ.* 577. *num.* 18. *part.* 5. *recent. tom.* 2.

7 Et † excludit omnem malæ fidei præſumptionem. Oldrad. *conſ.* 244. *ſub nu.* 11. *ver. præſertim cum quis* Alex. *conſ.* 24. *n.* 18. junctis præcedentibus *lib.* 5. Surd. *conſ.* 525. *nu.* 9. *vol.* 4. Gregor. XV. *dec.* 467. *nu.* 14. Guttier. *pract. qq. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 78. *& q.* 17. *n.* 305. latè Menchiac. *l.* 2. *controv. illuſtr. c.* 83. *num.* 21. *& ſeqq.*

Ac † vim pacti obtinet Bald. *conſ.* 315. *lib.* 1. *& conſ.* 24. *col.* 2. 8
lib. 4. Cravett. *conſ.* 592. *nu.* 102.

Imò eſt fortior pacto , ut per Oldrad. *conſ.* 172. *vol.* 2. Cravett. ubi ſup. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 31. *nu.* 44. *& conſ.* 43 *n.* 6. Jaſ. *conſ.* 150. *num.* 6. *vol.* 2. Cyriac. poſt hæc ſcripta impreſſus *contr. foren.* 311. *n.* 6. *l.* 2. Habetque vim contractus & inſtrumenti Bald. *conſ.* 315. *col.* 2. *vol.* 3. *ſequitur* Cravett. *conſ.* 10. *nu.* 11. Rol. *conſ.* 66. *nu.* 401. *vol.* 2. Afflict. *dec.* 239. *in fi.* Surd. *conſ.* 262. *ſub n.* 24. *col.* 2. & vim conſtituti Socc. *conſ.* 297. *nu.* 3. cum aliis congeſtis per Gabr. *concl.* 1. *n.* 65. *de præſc.* Rol. *conſ.* 66. *n.* 43. *vol.* 2. Afflict. *dec.* 239. *in fi. & dec.* 254. *num.* 4.

Et † habetur pro veritate , nec requiritur ſcientia Prin- 9
cipis ſecundum comm. opin. de qua Alex. *conſ.* 6. *col.* 2. *lib.* 1. notabiliter Dec. *conſ.* 2. ubi multimodè exornat. *& conſ.* 271. *n.* 3. *& conſ.* 341. *nu.* 14.

Et † ex curſu tanti temporis præſumitur interceſſiſſe au- 10
ctoritas , & conſenſus Summi Pontificis *arg. l. cum de in rem verſo* , cum ibi not. *ff. de uſur. l. cum filius C. de peti. hæred. cap. pervenit* cum ibi notat. *de cenſibus* Afflict. cum relat. *dec.* 254. *nu.* 4. Covar. *in c. poſſeſſor. 2. p.* §. 7. *&* 10. *nu.* 2. *ver. firmat tamen de reg. iur. in* 6. Rota *dec.* 11. *nu.* 3. *p.* 2. *recent.*

Unde † dicitur tantum poſſe conſuetudinem , quantum 11
Principis , aut Papæ gratiam Innoc. *in cap. ac Apoſtolicam de Symon. & in cap. novit. de Iud. & in cap. cum contingat de foro compet.* Rota *dec.* 614. *n.* 2. *p.* 2. *diverſ.*

Quin † etiam hæc immemorabilis vim habet legis *d. l. hoc* 12
iure §. *ductus aquæ ff. de aqua ; quot. & Æſtiu. c.* 1. *in fi. de præſcr. in* 6. de quibus , & aliis habetur pulchrè per Roland. *conſ.* 66. *nu.* 3. *&* 4. *vol.* 2. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 131. *nu.* 38. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 162 *num.* 1. *& deciſ.* 577. *nu.* 12. *to.* 2. *par.* 5. *recent.*

Et † in ſumma habens pro ſe immemorabilem poteſt alle- 13
gare quemcunque titulum meliorem de mundo , & ſibi magis proficuum , & bene viſum , ut per Gabr. *tit. de præſcript. concl.* 1. *n.* 44. *&* 71. ad tex. & ibi gl. *in verb. non extat memoria in c. ſuper quibuſdam* §. *præterea de verb. ſign.* Gozad. *conſ.* 8. *nu.* 37. Paril. *conſ.* 111. *n.* 43. *&* 49. *lib.* 1. Puteus *deciſ.* 199. *lib.* 1. *in novis alias dec.* 205. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Achil cum relatis *deciſ.* 4. *de iurep.* Mohed. *dec.* 3. *eodem titulo* Seraph. *deciſ.* 303. *num.* 4. *& dec.* 707. *n.* 6. Rot. *dec.* 677. *n.* 4. *p.* 1. *rec. &* 614. *n.* 1. *p.* 2. *etiam rec. & deciſ.* 11. *nu.* 4. *eadem par.* 2. *& deciſ.* 154. *nu.* 4 *par.* 5. *recent.* & alias paſſim , & quod præſumatur præceſſiſſe legitimus titulus Corn. *conſ.* 24. *nu.* 20. *lib.* 40. etiam ſi a lege ſit præſumendus *l.* 2. §. *denique ff. de aqua pluu. & æſtiu.* † etiam ſi ſit one- 14
roſa Eccleſiæ Rota *dec.* 11. *nu.* 8. *p.* 2. *recent.* Covar. cum relat. *in c. poſſeſſor. p.* 2. §. 5. *n.* 2. *ver. quinta concl.* cum per eum congeſtis , quibus addo Menoch. *de præſcript. lib.* 3. *præſumpt.* 131. *n.* 45. *& in conſ.* 90. *num.* 68. *lib.* 1. & eſt tex. in *c.* 1. *in fi. de præſcr. in* 6. Paril. *conſ.* 27. *nu.* 32. *vol.* 1. † & præſumpto ex immemo- 15
rabili reſultans eſt juris , & de jure & non admittit probationem in contrarium Bero *conſ.* 115. *nu.* 32. *lib.* 1. Menoch. cum relat. *conſ.* 90. *nu.* 67. *lib.* 1.

† Et quamvis hæc omnia corruerent , ſi ageretur de de- 16
rogando univerſaliter , & in totum exemptioni Eccleſiaſticæ , videantur tamen urgere , quando, ut in caſu noſtro , prætenditur immemorabilem derogare immunitati duntaxat in aliquibus particularibus caſibus , & ex ea parte non imminet dedecus ordini Eccleſiaſtico , & grave damnum ordini ſacerdotali , ut per Covar. *pract. qq. c.* 31. *num.* 4. Garzia *de nobil. gl.* 9. *nu.* 35. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 66. Clar. *in* §. *fi. quæſt.* 36. *ver. ſed ea* Thom. Bozius *de Iure ſtatus c.* 17. *verſ.* & quod Papa Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 62. Seſſa *de Inhib. c.* 8. §. 3. *numer.* 13. *& ſeqq.*

Si verò dicàmus immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de jure divino, provt re vera eſt, & adhuc d. immemorabilis ſuffragari videbatur. Primò † quia dicebatur negari non poſſe , 17
quin iſta diſputatio an ſcilicet ea ſit de jure divino , vel poſitivo reddatur in jure valde dubia cum hinc inde fit comm. opin. ut fatetur Suar. *in defenſ. fidei cathol. lib.* 2. *cap.* 8. Unde intrat regula circa interpretationem juris dubii ſtandum eſſe conſuetudini. Cravet. *conſ.* 258. *num.* 8.

Quando † enim verſamur ſuper actu de jure dubio , an 18
teneat , vel non , & ſic an ſit contra jus divinum ; tunc conſuetudo valet , & excuſat etiam à peccato Abb. *in c. venerabilis de conſuet.*

Eſt † enim optima legum , ac dubiorum interpres Abb. 19
in c. at ſi Cler. de Iudic. Bar. *in l. quid ſi fugitiuus* §. apud Labeonem *de ædili edict.* Bocc. de Curt. *in d. cap. cum tanto ſect.* 1. *nu.* 2 *ver.* 3. *limita cum multis ſeqq.*

Se-

Secundo quia etiam poſito pro indubitabili immunitatem eſſe de jure divino, adhuc tamen conſuetudo non in totum, ſed in aliqua parte, vel in quibuſdam caſibus adverſans im-
20 munitati ſuſtinenda videtur: quemadmodum enim † Sum. Pontifex qui ſecundum quoſdam non poteſt contra jus divinum diſpenſare, bene tamen illud interpretari, & declarare valet, ex qua declaratione conſtet jus illud ad caſum aliquem non extendi, aliqua ex cauſa ut benè per Covar. alios citantem *in Epitom. ad 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. num. 4. & Variar. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 9. & Pract. qq. cap. 31. ſub num. 4. ver. 1. circa med.* per text. in *c. maiores de Baptiſm. & in c. per venerabilem extr. qui fil. ſint legit.* & eſt pulchra additio ad hæc in *cap. quæ in Eccleſiarum litera E, extr. de Conſtit.* ſic pari ra-
21 tione † conſuetudo poteſt diſtinguendo, & declarando limitare jus divinum, ſaltem ex cauſa publicæ utilitatis Roch. de Curt. *in d. c. cum in tanto ſect. 1. nu. 6. de conſuet.* dicens in hoc nullum diſcrepare.

22 Quod † facilius procedit admiſſa vera, & magis comm. opin. ut Pontifex ex magna cauſa poſſit etiam adverſus jus divinum in aliquo particulari caſu diſpenſare gloſ. *in cap. à nobis in ver. exemptum de decim.* & tradunt plurimi DD. quos congerit, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 8. diſp. 6 num. 5. Cum habeat vim conceſſionis* Rot. *dict. deciſ. 162. & dict. deciſ. 577. num. 18.*

23 Tertio † quia quemadmodum S. Pontifex concedere poteſt alicui Principi in certis caſibus facultatem procedendi etiam contra perſonas certorum Clericorum ut per Covarru. *dict. cap. 31. pract. qq. ſub num. 4. ver. 1.* Decian. *tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66.* Roderiqu. *de ann. reddit. cap. 8. §. 3. num. 13. & ſeqq.* Botius *de iure ſtatus cap. 17. ver. & quod Paga.* Ac & delegare hujuſmodi juriſdictionem ut per Decian. ibidem *num. 70.*

Eodem quoque modo id per conſuetudinem, & præſcriptionem immemorabilem acquiri poteſt: quia probata credendum eſt præceſſiſſe titulum legitimum, ut ſupra deduxi.

24 Præſertim † ſi accederet ſcientia, & tollerantia ſedis Apoſtolicæ: tunc enim extra omnem difficultatem verſarentur ſecundum Gregor. Lopez. *lib. 13. tit. 13. par. 2. gloſſ. 4. in ver.* Hize. *fuorza.* Azebeb. Salzed. & alios ſupra citatos Cum ad id ſufficiat etiam tacitus conſenſus Summi Pontificis, ut per Butr. *in cap. fi. de conſuet.* Gemin. *in cap. 1. eodem titulo*, Belluga *in ſpecul. Princ. rubr. 11. §. videndum nu. 12. cum ſeqq.* Ubi tamen *additio* tenet contrarium dicens Bellugam. voluiſſe placere Regi, qui tamen *additionator* loquitur de conſuetudine generali, non de limitata ad aliquem caſum.

25 Conſuetudo † enim tollerata à Principe legis condendæ poteſtatem habente, vim obtinet legis, ut ex D. Th. & communi Theologorum ſchola tradit Michael. Salon. *de Iuſt. & Iur. & Contractibus tom. 2. tit. de cenſib. fol. 515.*

Neque ab his recedendum videbatur propter jura derogan-
26 tia conſuetudinibus immunitati contrariis † quia clauſula *ſublata conſuetudine*, etiam cum dictione univerſali *quacunque* non ſe porrigit ad immemorabilem, quæ particulari indiget derogatione Felyn. *in rubr. de præſcr. nu. 18. in fi.* Ripa *in l. nemo poteſt nu. 115. de l. 1.* Ruin. *conſ. 13. in fi. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 254. num. 5.* Rol. *conſ. 59. num. 17. lib. 4.* Guttier. *pract. qq. lib. 3. quæſt. 77. in fi.* Rot. *deciſ. 614. ſub numer. 1. par. 2. recent.* & illis non citatis, tenuit etiam Molin. *tom. 1. de juſt. & jur. diſput. 77. colum. prima ver. conſuetudo quæ juris.*

27 Nec † præſumitur quod tollere velit antiquas, & rationabiles conſuetudines ut per Guid. Pap. *dec. 1.*

His tamen, & ſimilibus minimè refragantibus contrarium in præſenti caſu determinavi, nempè immemorabilem à miniſtris D. Principis allegatam (quæ tamen nec benè probabatur in facto) Clericis, vel Eccleſiaſticæ immunitati nullatenus obſtare; ſive immunitatis ſit de jure divino provt eſt, ſive de jure poſitivo provt non eſt.

Si enim eſt de jure divino, utique contraria conſuetudo valere non poteſt cum ex parte obiecti, tum etiam ex parte ſubiecti.

28 Ex † parte quidem obiecti; quia nequeunt voluntates, vel actiones humanæ, quantocumque tempore, vel numero multiplicentur, contra Chriſti voluntatem prævalere, adeo ut conſuetudo inde proveniens iniqua ſit, utpotè rationi contraria ad *c. ultimum extra de conſuet.* DD. *in cap. cum tanto in princ. de conſuet.* ubi Rocch. de Cur. *num. 12. & ſeqq.* Covar. *pract. qq. c. 31. num. 5.* Felyn. & alii *in cap. 1. de treg. & pac.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. concl. 7. quæſt. 37. num. 3. & in can. 15. quæſt. 19. num. 49.* Azor. *lib. 5. Inſt. moral. p. 2. c. 14. q. 1.* & in præciſis terminis rationis Panormit. *in c. non minus num. 17. prope fi. de immun. Eccleſ.* cum aliis quos refert, & ſequitur Alter. *in explanat. Bullæ in Cœnæ Domini Can. 18. cap. 6. concl. fi. in verb. reſpondeo dub. 12.* Duard. *in dict. can. 18. q. ult. ſub num. 5. ver. 11.*

Etiam † ſi ſit immemorabilis, quia ſine ratione eſt, vti 29
juri divino contraria; ac ſubinde prorſus invalida Rota *dec. 20. de conſuet.* Abb. & alii communiter *in cap. 2. de Iudic. & in c. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit.*

Ex parte autem ſubiecti, † quia cum præſupponatur id 30
eſſe de jure divino, per rerum naturam laicus eſt prorſus incapax ejuſmodi juriſdictionis, quando autem per rerum naturam non potuit contingere à parte ſubiecti titulus, qui erat ex immemorabili præſumendus, tunc immemorabilis nihil operatur, etiam ſi eſſet mille annorum, ut per Fortun. Garzi. poſt alios *de nobilit. gloſſ. 12. num. 8.* ubi exemplificat, multiſque probat auctoritatibus. In his enim terminis immemorabilis remanet ſine titulo in nuda ratione temporis, † quod quidem obligationem non parit nec tollit *l.* 31
obligationum ferè §. placet ff. de act. & oblig. Unde † Bald. *in l.* 32
1. C. quando non peten. p. notabiliter dixit non eſſe præſcriptibile, quod non eſt renunciabile, nec ceſſibile, quia cum fieri non poſſit per conſenſum, qui eſt de jure naturali; minus fieri poteſt per temporis curſum, quod nil aliud eſt, quam menſura durationis ſecundum prius; & poſterius *arg. leg. 3. §. qui fideicommiſſum ff. de hæred. inſtit.* non itaque valet immemorabilis ad præſumendum titulum, qui per rerum naturam non potuit contingere, ut per Garz. ubi ſup.

Quæ † quidem procedunt non modo in ſententia Covar. 33
& ſequacium tenentium Summ. Pontificem in univerſum juri divino poſitivo; nec quidem in aliquo caſu ſpeciali poſſe expreſsè diſpenſare, ſed duntaxat, interpretari, & declarare. Verum neque in alia veriori, & crebriori ſententia, quæ habet Papam poſſe in aliquo caſu ſpeciali ex urgenti cauſa diſpenſare contra jus divinum, quam ego quoque ſequor juxta tamen ea, quæ addi Sanch. *de matrimon. lib. 8. diſp. 6. num. 5.* quia regula ſupra allata, quæ habet idem poſſe immemorabilem, quod privilegium Principis, eamque habere vim tituli, pacti, & legis, binas recipit notabiles limitationes, & utraque caſui noſtro adaptatur.

Prior † eſt quoties quis non eſt capax juris, & poteſta- 34
tis; quia immemorabilis præſcriptio capacitatem tribuere non poteſt, datque jus capacibus, non incapacibus, textus † eſt in *cap. quanto extra de conſuet.* ubi dicitur nullam 35
valere conſuetudinem, ut ſimplex Sacerdos confirmationis Sacramentum miniſtret, & ibi tradunt Abb. *num. 2.* & Doctores commun. & tamen clarum eſt Pontificem non ſolum † presbyteris, ſed etiam ſimplicibus Clericis illud poſſe de- 36
legare, ſecundum comm. opin. de qua Abb. *ibidem num. 7. & 8.* Hinc † dicebat Jo. Andr. *in cap. 2. de præben. in ſexto*, 37
quantumcumque longo tempore laicus exercuerit actum ſpiritualem, nunquam tamen illum poſſe præſcribere; quia tunc poſſeſſio immemorabilis habet vim tituli, quando datur capacitas in exercente, aliter non: quod dictum reaſſumit, & menti tenendum dicit Abb. *in d. c. quanto, ſub num. 2.* ubi ait ita limitari *cap. 1. de præſcrip. in 7.* & ſequuntur plurimi *ſcribentes* congeſti ibidem per *additionatorem ad eum*, & Doctores *in d. c. 2. de præb. in 7.*

Et hanc primam limitationem tenuit etiam Imolæ in *c. 1. de apoſt.* idem Abb. *in cap. ſuper quibuſdam de Verb. ſignific.* Bald. *in l. ſi ſolemnibus Cod. de fid. inſtru.* Felyn. *in cap. dilect. de præbend.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Joan. de Selua *in tract. de benef. par. 2. quæſt. 23. num. 13.* Azor. *tom. 2. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 12. ver. ſed obiiciunt.* Alexand. *conſil. 74. num. 20. verſ. recedat lib. 4.* Curt. jun. *conſil. 148. num. 19.* Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. numer. 4.* Marſil. *ſing. 80. tu habes* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. concl. 14. quæſt. 9. num. 9.*

Poſterior † eſt limitatio, ut regula non procedat quan- 38
do à jure ſcripto conſuetudo improbatur, tunc enim non habet vim tituli, nec privilegii ad text. in *c. ſatis de offic. Archid.* & tradit Jo. Andr. *in cap. 1. de cler. ægrot.* Azor. loco citato Cravett. *de antiq. temp. in ſecunda partic. 4. par. princ. num. 52.* ubi pluribus comprobat provt etiam facit Menoch. *dict. præſumpt. 31. num. 47.* Duard. *d. quæſt. num. 9.* Puteus *deciſ. 457. num. 4. & ſeqq. lib. 2. in correct. alias deciſ. 265. num. 18. & ſeqq. par. 5. recent.* Ejuſmodi autem eſt Conſuetudo contra Eccleſiæ immunitatem, ut mox ſubiiciam.

Et benè etiam excluditur tacitus conſenſus Summi Pontificis,

ficis , nam præter ea , quæ dicam infra *numer*..... utique
39 cum † teſte Rota *deciſ.* 10. *de conſuet. in antiqu.* jus in hac parte ſit prohibitum , & ab exemptione divina procedat ; actus in contrarium factus , inducit peccatum , & abuſum, & ſic hoc caſu non ſufficit tollerantia Papæ , nec illa conſenſum operatur : quia multa per patientiam tollerantur, quæ ſi in judicium deducta forent non tollerarentur *cap. cum iam dudum in fi. de præben.*

40 Præcepta † enim negativa obligant ſemper , & ad ſemper ſecundum Theologos , & tradunt etiam *Canoniſtæ in cap. novit. de Iudic. & in cap. ſi peccaverit q. q.* 1. cum aliis in *d. deciſ.* 10. deductis , & aliis relatis advertit etiam Everar. *d. conſ.* 42.

Si verò fingamus immunitatem eſſe de jure poſitivo: adhuc dicendum erit per immemorabilem minimè abrogari poſſe in
41 toto , nec in parte ; † quia ea conſuetudo uti contra Eccleſiaſticam libertatem eſt à jure tam civili , quàm Canonico reprobata , *authen. Caſſa. C. de Sacroſ. Eccleſ.* §. *illicitas de pace iuram. firm. in uſibus feud. cap. clerici de Iudic. capit. cum terra de elect. cap. ad noſtram. & cap. cum inter de conſuet. cap. quamquam de cenſib. in ſexto* , cum ſexcentis ſimilibus , &
42 † ſic tanquam reprobata , & Sacris Canonibus inimica , nullatenus eſt attendenda *cap. qualiter , & quando* ubi Abb. *num.* 7. & Doctores communiter *extra de iudic. capit.* 1. *de conſuet.* Marian. Soccin. *in cap. ſi quis Clericus num.* 28. *& in cap. ſanè num.* 10. *de foro competen.* Rota *deciſ.* 10. *de conſuet. in antiqu.* & in Oſcen. *Canonicatus* 1. *Decembr.* 1596. *coram Penia.*

Et quamcunque conſuetudinem etiam immemorabilem contra Eccleſiaſticam libertatem eſſe invalidam , habetur clarè in *Bulla Cœnæ Domini* , & affirmant Rota *d. dec.* 10. Alex. *in conſ.* 8. *num.* 5. *& conſ.* 149. *num.* 10. cum aliis quos refert , & ſequitur Surd. *conſ.* 301. 52. *& 54. & ſequentib.* & Molin. *de Iuſtit. & iur. diſt.* 172. *in fi.* & hanc ſententiam eſſe communiter à Theologis , & Canoniſtis approbatam dicunt latè Azor. *Inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *capit.* 12. *quæſt.* 1. §. *ſed dubitari poſſet* , & Suarez *in tract. defenſ. fidei lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 14. *& capitul.* 34. *numer.* 12. ubi de commun opin. & quamvis in motivis dictum fuerit immemorabilem etiam Eccleſiæ oneroſam valere ; id tamen binas pariter in propoſito
43 recipit limitationes ; † Prior eſt , ut admittatur duntaxat , ſi agitur de levi præjudicio , & gravamine ſecus ſi de gravi Menoch. *conſ.* 90. *num.* 68. *& ſeq. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 27. *numer.* 54. *in fi. & num. ſeq. lib.* 1. quando autem agitur de libertate Eccleſiaſtica etiam in minimo , nunquam dici poteſt præjudicium eſſe leve , ſed magnum , ut tradunt per me relat. in *deciſ.*

44 Poſterior † eſt , quando conſuetudo eſt à jure reprobata , & ſic irrationabilis ; tunc enim per ſe non valet , & multo minus ſi eſt Eccleſiæ oneroſa Pariſ. cum relatis *d. conſ.* 27. *num.* 49. *& ſeq.* quem ſimpliciter ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 31. *ſub num.* 45. *in fi.*

Cum igitur conſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem non ſit permiſſa & approbata , imò expreſsè reprobata , nec privilegii , nec legis , nec tituli vim habere poteſt , nec ullum jus tribuere , ut per Butr. Imol. Panorm. & alios in *cap.* 1. *de conſuet.* qui omnes firmant hanc conſuetudinem non valere , nec aliquod jus tribuere , luculenter Pariſ. cum per eum relatis , in *conſ.* 27. *num.* 53. *& ſeqq. lib.* 1. egregiè Everard. loquens de bonis patrimonialibus Clericorum *conſ.* 42. *fol. mihi* 151. qui ſubdit id clarè patere potiſſimum *ex d. auth. caſſa* , ubi caſſantur , & annullantur ſtatuta , & conſuetudines introductæ , ac introducendæ contra libertatem Eccleſiaſticam , qualis eſt iſta , de qua agitur , cum ſit contra privilegia conceſſa Eccleſiæ univerſali ; & Clericis per Deum , Papam , & Imperatores , quorum alterum ſufficeret juxta Theoricam Hoſt. Joan. Andr. Abb. Henric. Boich. & aliorum in *d. cap. noverit de ſent. excommunic.* D. Antonin. *in ſumm. par.* 3. *tit.* 24. §. 17. pulchrè Lapus *alleg.* 92. Jo. Andr. in *cap. eos de immun. Eccleſ. in ſexto* , cum aliis per Everard. *d. conſ.* 42. Doctores communiter *in cap. Clerici* , ubi Abb. *num.* 5. & Dec. *num.* 14. *de Iudic.* & Rip. *in cap. decernimus num.* 14. *eod. titul. Probus in cap.* 2. *de probat.* Bar. *in l. de quibus num.* 10. *de legibus* Greg. Lopez *in l.* 2. *tit.* 2. *par.* 1. *num.* 6. Navarr. *in cap. cum contingat de reſcript. rem.* 1. Aufrer. *de poteſt. ciu. ſuper Eccleſ. Regula* 1. *&* 2. Rot. *dec.* 3. *&* 10. *de conſuet. in Antiqu. alias deciſ.* 123. *&* 840. De hoc vide Dian. *par.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 23.

45 Et † ſic ex quo hujuſmodi conſuetudo ſæpius eſt reprobata , numquam de novo induci potuit lege reſiſtente , quæ ſemper loquitur *l. Arianus Cod. de hæretic.* Et ſemper reſiſtit conſuetudini introducendæ Laur. & Cardin. *in clem. Statutum de electio.* Pariſ. *d. conſ.* 27. *num.* 59. Abb. *in cap. fi. nu.* 24. *de conſuet.* Alex. *in l. ſimili & tibi* , §. *fi. nu.* 7. & ibi Jaſ. *in* 1. *lectur. ſub num.* 20. *ff. de legat.* 1. *idem* Alex. *in conſ.* 196. *n.* 13. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 13. *num.* 13. *vol.* 2. *& conſil.* 32. *num.* 1. *vol.* 5. Rebuff. *in* 1. *tom. commentar. ad Conſt. Francia in proœm. gl.* 5. *nu.* 145. Covarr. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 13. *num* 4. Sanchez *de Matrimon. lib.* 7. *diſp.* 4. *nu.* 13. *in fi.*

Sed † & jura non modo illi reſiſtunt , ſed & illam uti ir- 46
rationabilem annullant , ut benè per Suar. in *tract. defenſ. fidei lib.* 4. *cap.* 33. *ſub num.* 12. Pariſ. *dict. conſ.* 27. *num.* 49. *& ſeq. rurſus nu.* 55. ubi ſubdit reprobatum à lege tanquam illicitum non poſſe prætextu conſuetudinis , etiam immemorabilis , licitum fieri.

Imò excommunicationis mucrone feriuntur ſervati facientes hujuſmodi conſuetudines tex. in *cap. noverit. de ſent. excom.* quod videtur etiam innovatum in XV. *cenſura Bullæ Cœnæ Domini* , ut per Suar. *de cenſur. diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 86. licet ſibi hæc ſententia rigida videatur.

Quamvis † autem non deſint , qui hæc reſtringant ad 47
conſuetudinem abrogantem totalem immunitatem ; nec recipiant ſi in aliqua parte , vel in aliquo caſu particulari derogat , ut ſignanter tradunt Covarr. *pract. qq. cap.* 3. Clar. *in pract. crim.* §. *ult. quæſt.* 36. *nu.* 3. Fortun. Garzi. de Nobilit. *gloſ.* 9. *num.* 44. *& ſeqq.* indiſtinctè tamen , & ſic etiam ſi in particulari caſu deroget id communi calculo cum Theologi , tum Canoniſtæ ſenſere , ut latè oſtendit Azor. *tom.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 1. §. *ſed dubitari poſſet* , & Suar. *in tract. defenſ. fidei lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 14. *& ſeq. & ſupra dixi num.*.....

Et † hæc quidem hodie omni prorſus carent difficultate 48
cum *Bulla Cœnæ Domini* , quæ abrogat conſuetudines omnium ferè actuum , per quos hujuſmodi particulares præſcriptiones introduci poſſunt , quotannis renovetur ; ac proinde contra eam non ſit dare conſuetudinem etiam modici temporis , imò in ea fulminantur excommunicationes quacumque conſuetudine non obſtante , ut advertunt poſt alios , quos referunt Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 3. *num.* 118. Marta *de Iuriſd. par.* 4. *caſ.* 11. *nu.* 56. Bonac. *tom. de reſtit. diſp.* 2. *punct.* 2. *nu.* 9. Duard. *in eadem Bulla lib.* 2. *can.* 19. *q.* 8. *num.* 25. Rurſus attentis verbis *Bullæ prædictæ in can.* 15. *Ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis , aut privilegii : vel alias quomodolibet* ; ſi inquam non poteſt allegari privilegium verum , multo minus ex conſuetudine præſumptum poterit allegari . Hæc omnia à *num.* 41. uſque huc Ciarlin. ſummatim refert , & concordat in *par.* 2. *controv. forenſ. cap.* 119. *n.* 44. *& ſeqq.*

Præterea improbata conſuetudo , imò potius corruptela
nil aliud eſt quam frequentia peccandi : † peccatum autem 49
ſubſequens non excuſatur propter frequentiam præcedentium , ſed potius augetur , ut benè per Suar. in *defenſ. fidei lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 12. & per Pariſ. cum relat. *conſ.* 27. *num.* 53. *& ſeqq. lib.* 1. Et tanto ſunt graviora peccata , quanto diutius infælicem animam detinent alligatam *cap. fi. de conſuetud. c. ſunt quidam* 25. *quæſt.* 1. Everar. in puncto *d. conſ.* 42. *fol. mihi* 151. *circa fi.* & Pariſ. ubi ſupra.

Et † conſuetudo nutritiva peccati , nullo temporis ſpa- 50
tio præſcribitur *c. non ſatis cap. incolas* , ubi Doctores de Symon. *c. cum tanto de conſuet. & in cap.* 1. *de corret. in* 6. quem terribilem dicit , & ita interpretatur Curt. jun. *in conſ.* 158. *num.* 10. *lib.* 1. idemque probat text. *in cap. ex parte* 10. *extra eod. tit.* ad quem Barboſ. *in ſuis remiſſionibus* alios adducit. Rota in *Calaguritana præheminentiarum* 24. *Aprilis* , & 18. *Decembr.* 1592. *coram Gypſio* Pariſ. *d. conſ.* 27. *nu.* 40. *& ſeqq. lib.* 1. Non obſtat , quod dicebatur conſuetudine per legem ſublata, non cenſeri derogatum immemorabili ; quia † præ- 51
terquam quod contrarium eſt verius , ut per Cardin. *in Clem.* 2. *num.* 89. *de reb. Eccleſ. non alien.* & Dec. *in cap.* 1. *col.* 1. *ver.* 2. *non procedit in fi. de conſuet.* Pariſ. *conſ.* 27. *nu.* 53. *vol.* 1. & illis non citatis, ita etiam tenet Duard. *in Bullam Cœnæ l.* 2. *can.* 19. *q.* 8. *n.* 20. Etiam admiſſa priori ſententia ea tamen procedere , ubi conſuetudo eſſet ſimpliciter ſublata, ſecus ſi uti iniqua , & irrationabilis, ut in terminis noſtris , tunc enim etiam immemorabilis dicitur eliminata , ut poſt Felyn. & alios tradit Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 11. *ſub num.* 5. *circa med.* Duen. *in regula* 144. *ampl.* 3.

Hoc enim caſu non ſolum tollitur conſuetudo præcedens , ſed impeditur , ne impoſterum induci poſſit nova conſuetudo contra jura illam uti iniquam reprobantia , Butr. *in*

cap.

cap. fin. num. 53. & ibi Abb. *nu.* 32. *de consuet.* Duen. *d. reg.* 144. *nu.* 1. Covarr. *d. c.* 13. *nu.* 3. Tiraq. *de utroque retract. in Proœm. nu.* 16. *& 18. & seq.*

52 Non † etiam obstant cursu longissimi temporis excludere malam fidem : quia respondeo id procedere in mala fide præsumpta, secus in vera , quæ nunquam propter aliquem
53 temporis cursum purgatur , ut per Gabr. *conclus. 1. num.* 57. *de præscript. lib.* 5. Card. Seraph. *dec.* 707. *num.* 6. Compertum est autem laicos gravantes clericos, vel eorum bona, esse in mala fide vera ; cum talis consuetudo notoriè sit à sacris Canonibus reprobata, ut benè deducit Suar. *in tract. defens. fidei lib.* 4. *cap.* 32. *nu.* 20.

54 Quin † etiam committunt sacrilegium , ut deduxi in decis..... Ubi autem est delictum , ibi bona fides esse non
55 potest ; † delictum enim sine dolore non est Syntagm. *com.*
56 *opin. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 11. *de dolo num.* 14. † Ideoque mala fides includit in se dolum Corn. *consil.* 59. *numer.* 2. *volum.* 3. & dolus iste constituit malam fidem Card. Seraph. *dec.* 602. *num.* 6.

Minus refragatur , quod immemorabilis præscriptio faciat præsumere præcedentem consensum Apostolicum , id
57 enim tripliciter declaratur . † Et primo , ut non procedat, ubi ipsa consuetudo est à jure improbata (provt reprobatam esse in casu nostro deduxi *num.* 44.) ut post Rocch. de Curt. & alios , tradit Suarez *in tract. defens. fidei lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 17.

58 Secundò † limitatur quando privilegium esset odiosum , & rarò concederetur , ut in casu nostro , tunc enim non præsumitur , nisi adsit fama , & antiquissima traditio ejusdem privilegii , ut in terminis nostris tradit Suarez *d. c.* 34. *sub num.* 17.

59 Tertiò , † fallit data personarum incapacitate ; tunc enim pariter non suffragatur immemorabilis , nisi fama privilegii concurrat, Felyn. *in c. accedentes nu.* 6. *de præscript.* Gabr. *eod. tit. conclus. 1. num.* 18. *&* 33. vel recognitio , vel aliud æquipollens probetur Rota *decis.* 215. *nu.* 2. *p.* 2. *divers.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 4. *q.* 20. *nu.* 16.

Quin etiam in casu nostro excluditur prorsus omnis præsumptio consensus Apostolici , & inducitur verus dissensus ex Bulla Cœnæ Domini , qua mediante S. P. singulis annis d. d. consuetudines revocat , damnat , & anathematizat : unde non potest ejus tacitus consensus ullo pacto præsumi .

60 Et † quamvis fortasse Pontifex non ignoret multa in aliquibus Provinciis fieri contra Ecclesiasticam libertatem, quæ non punit , sed tollerat : id tamen non est ; quia consentiat , sed quia sine periculo majoris mali , non potest efficacius resistere , unde iste non est consensus , sed permissio , ut benè ponderat Suar. *d. tract. defens. fidei lib.* 4. *cap.* 32. *numer.* 11.

Imò verò non permittit , quia compertum est omnibus Romanos Pontifices quotidie his de causis reclamare, & conqueri , censuras ferentes , contra eos , qui Ecclesiasticæ immunitati adversantur , & quotannis solemnem excommunicationem pronunciantes contra Principes , Magistratus , Judices , & alios similia præsumentes , ut advertunt Alterius *in explanat. d. Bullæ Cœnæ Can.* 15. *colum. penult. ver. Respondeo*, & Duard. *in eadem Bulla lib.* 2. *can.* 19. *quæst.* 8. *nu.* 25.

61 Præterea † in his terminis non sufficit tacitus Romani Pontificis consensus , sed requiritur expressus propter dictam *Bullam Cœnæ Domini in can.* 18. in qua excommunicantur quicumque absque Romani Pontificis speciali , & expressa licentia imponunt , exigunt , aut recipiunt etiam à sponte dantibus collectas , decimas , taleas , & quæcunque onera , ut advertunt Suar. Sair. Duard. & alii , *in explic. d. canonis* .

Et quatenus etiam tacitus consensus sufficeret (provt re vera non sufficit) utique censetur revocatus , quotannis per expressum dissensum in publicatione dictæ Bullæ , quæ interrumpit consensum , & cursum dictæ immemorabilis , ut habetur per Felyn. *in c. cum non liceat. col. ult. vers.* 3. *considera de præscript.* Ruin. *cons.* 37. *nu.* 12. *l.* 4. Rota *in Valentina Gabellæ* 10. *Novemb.* 1598. *cor. Orano* .

Et hinc etiam patet responsio ad id , quod Judices seculares quandoque afferunt , similes consuetudines esse mixtas laicorum , & Clericorum ; ac proinde valere ; quia præter quam quod re vera istæ sunt consuetudines duntaxat laicorum , exigentium à Clericis , qui metuentes humanas potestates sponte solvere, & facere præseferunt, quod faciunt invi-

ti , & sic dicuntur † consuetudines mere civiles , quæ ne- 62
queunt , juri Canonico derogare. Imol. *in rubr. de consuet. in* 6. Panorm. *in c. quod clerici , nu.* 2. *de foro competen.* Felyn. *in c. Ecclesia S. Mariæ, nu.* 100. *de const.* Hostien. *in sum. tit. de consuet. §. & de virtute. vers. sed pone*, & alii relati ab Azor. *tom.* 2. *Instit. moral. l.* 5. *c.* 18. *q.* 12. Suarez attestans de comm. opin. *in tract. defens. fidei lib.* 4. *c.* 32. *n.* 17. *& seq.*

Dato etiam , sed non concesso , consuetudines hujuscemodi esse communes Clericorum , & laicorum , & si non solum à magistratibus laicis , sed & ab Episcopo , & Clero inductas : adhuc tamen nihil valerent ; † tum quia Præla- 63
ti inferiores à Papa , nec quidem per pactum expressum , nec per modum concordiæ possunt in aliqua parte præjudicare Ecclesiasticæ immunitati absque expresso consensu S. Pontificis Paul. de Castr. *in consil.* 423. *numer.* 2. *lib.* 2. Cevall. *in specul. commun. contra commun. quæst.* 899. *numer.* 107. *ad fi.* Rot. *in dict. Alben. Gabell. seu onerum* 28. *Iunii* 1630. *coram Merlino* . quia hoc esset contra commune bonum status Clericalis , in cujus favorem exemptio est introducta , & esset quædam alteratio jurisdictionis Ecclesiæ † quæ in- 64
ter bona Ecclesiastica merito computatur , ac sub alienandi prohibitione comprehenditur , ut bene ponderat Suar. *dict. lib.* 4. *capitul.* 34. *numer.* 21. dixi etiam in *decision..... num.....*

Tum † rursus , quia cum hoc privilegium Clericorum sit 65
in corpore juris clausum , non dicitur illi derogatum ; nisi per expressam derogationem. Rim. Sen. cum per eum congestis *cons.* 740. *n.* 14. *vol.* 4. *tex. in l. decurionibus, & ibiglos.* 1. & Bar. *C. de. silentiar. lib.* 12. Bar. *in extravagant. ad reprimend. ver. Non obstantibus , nu.* 11. benè Ruin. *cons.* 163. *n.* 15. *vol.* 2. & est videndus est in *cons.* 143. *nu.* 17. *vol.* 4.

Tum † etiam , quia nec eis collectè imponi ; nec ab eis 66
exigi possunt absque expressa licentia Romani Pontificis , ut in *d. cap.* 18. *Bullæ Cœnæ* , in qua Bullam primum addita fuit hæc censura sub Julio III. Summ. Pont. Navarr. *in Manuals cp.* 27. *num.* 69. Sair. *in Thes. cas. consc. lib.* 3. *cap.* 32. *numer.* 2. per quam Bullam renovantur , & confirmantur 67
antiqui Canones nempe *c. non minus , & cap. adversus de immunit. Eccl.* addita d. censura Sair. loc. cit. *num.* 11. Suar. *to.* 5. *de censur. disp.* 21. *nu.* 109. Duard. *ad d. Bullam Cœnæ Dom. lib.* 2. *c.* 18. *quæst.* 3. *nu.* 2. & alii communiter & quod à Collectis sint immunes nemo nescit inquit Paz. *ad l. l. reg. leg.* 212. *schol.* 1. *nu.* 1.

Tum † denique , quia cum hoc privilegium exemptionis 68
tributum sit universo Clero , & Ecclesiæ ; non potest ei à Clericis renunciari .

Ex quibus apertissimè patet non posse laicos immemorabilis consuetudinis prætextu Clericos, eorumvè bona pro collectis ullo modo vexare , † quod adeo verum est , ut secus 69
agentes subiiciantur jurisdictioni Judicis Ecclesiastici , & ab illo puniri possint , Aufrer. *in tract. de potest. Judicis ecclesiast. super laic. nu.* 43. *ver. septuagesimo octavo , in* 13. *tom. tract. divers. p.* 2. ubi rationem reddit ; quia sunt excommunicati Ferrett. *in tract. de Gabellis nu.* 447. *in* 12. *tom. tract. divers.* Graff. *de effect. Cler. effect.* 3. *nu.* 143. & patet hæc ampliatio ex dicendis infra ampl. 1.

Et † grave committant peccatum , hoc enim vel est im- 70
mediatè contra jus divinum , vel saltem contra jus Canonicum , sub gravissimis censuris , & pœnis hanc violationem prohibens ; cumque injuria ista sit circa personam , vel materiam sacram , eo quod prohibitio facta sit intuitu Religionis , & divini cultus, includit etiam culpam , & malitiam sacrilegii , ut per Suar. *in tract. defens. fidei lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 1.

Cumque † peccatum hujusmodi adversetur justitiæ, inclu- 71
dit obligationem restitutionis , quia est usurpatio jurisdictionis non habitæ, & coactio, sub titulo potestatis legitimæ, sine vera jurisdictione , vel potestate facta , ut benè per Suar. *dict. tract. defens. fidei lib.* 4. Campanil. *super c. regni in tit. de Cler. Cler. vivente c.* 98. *nu.* 5. Carol. de Graff. *de effect. cler. effect.* 3. *n.* 8. *& seq.* ubi post alios , quos refert , extendit etiam ad consulentes dictam exactionem .

Et † incidunt non solum in excommunicationem infli- 72
ctam per *cap. quanquam de censibus in* 6. sed etiam in *Bullam Cœnæ Domini* , ut expressis verbis legitur in ea in *can.* 18. & dixi *supra num.* 48. Non † modo exigentes onera per se illi- 73
cita , sed etiam , quæ de sui natura licita sunt , quicquid nonnulli senserint hoc posteriori casu incurri duntaxat excommunicationem latam in *d. c. quanquam* Episcopo reservatam, quæ quidem restrictio ab omnibus damnatur , & *Canonistæ*

communiter tenent indiſtinctè in cenſura dictæ Bullæ incidere exigentes, vel gravantes per ſe, vel per alios, & auxilium, vel favorem, aut conſilium eis præbentes, ut clare colligitur ex contextu *dictæ Bullæ can.* 18. & tradunt plurimi quos congerit Molin. *de Iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 670. Quod penes me indubitatum eſt cum *dictum c. quanquam* renovatum, & incluſum ſit in *dictam Bullam Cœnæ*, ut dicam *infra num.....* † Etiam ſi agatur de bonis patrimonialibus Clericorum. Nam quo ad cenſuras in juribus antiquis inflictas id probatur in *cap. fi. de uit. & honeſt. cler. iunct. gloſ. in verbo de ſuis facultatibus*, *in cap. quanquam de cenſib. in ſexto*, *iuncta gloſ. in ver. ipſarum in clementina præſenti*, *iuncta gloſ. in ver. propriis de Immunit. eccleſiaſt.* Quo verò ad *Bullam Cœnæ*, patet ex illis verbis *canon.* 18. *eorum*, *& eccleſiarum*, *& beneficiorum bonis*; nam illa particula eorum contradiſtinguitur ab altera particula *Eccleſiarum*, *& Eccleſiaſticorum beneficiorum*, ita Ugolin. *in explicatione dictæ Bullæ in canon.* 18. §. 3. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris diſput.* 23. *ſect.* 4. *num.* 21. Reginald. *lib.* 9. *titulo de abſolution. excommun. num.* 377. *&* 379. Tolet. *in ſumma lib.* 1. *cap.* 29. Sayr. plures referens *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 22. *n.* 9. Molin. *de Iuſtit. & iur. diſp.* 679. *ver. adverte* Bonaccin. *tom. de reſtitut. diſput.* 1. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *nu.* 11. *& ſeq.* Alterium *in explanatio. dict. Bullæ d. can.* 18. *cap.* 2. *col.* 6. *in fi. &* 7. Duard. *in eadem Bulla lib.* 2. *can.* 18. *qu.* 5. *num.* 4. *& ſeqq.* quatuor poſtremi, id multo magis dicunt procedere in illis bonis patrimonialibus, ad quorum titulum quis ordinatus eſt, quæ gaudent privilegiis conceſſis Eccleſiæ bonis, etiam in caſibus à jure non expreſſis, ut plurimis congeſtis dicam infra num. 77. Quod quidem veriſſimum eſt, quicquid in contrarium dixerint Purpurat. & Covar. qui defendi nequeunt, etiam circumſcripta Bulla cum de jure
75 † Canonico, etiam bona patrimonialia Clericorum ſint exempta ab oneribus ſecularibus, ſecluſa negotiatione, ut in ſupra citatis juribus, & etiam in *cap. de Eccleſ. immunit. in ſexto*, *& in extrau. Benedict.* 8. *de immun. Eccleſ. in extr. commun. in ver. bonorum ſuorum aut eccleſiaſt. & trad.* Abb. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 21. *de conſtitut.* qui ait contrariam opin. communiter eſſe damnatam, & ibi Felyn. *num.* 7. *ſpec. in tit. de cler. coniug.* §. 1. *numer.* 1. Caſtrenſ. & Alberic. *in l.* 2. *C. de Epiſc. & cler.* Ever. *conſ.* 42. *num.* 3. Petrus à Petra qui teſtatur de commun. opin. in *tract. de poteſt. Princ. cap.* 3. *num.* 54. Rem. de Gonn. *in tract. de char. ſubſ. qu.* 61. *num.* 9. Honded. cum per eum congeſtis in *conſ.* 3. *num.* 12. *lib.* 1. alios etiam cumulat Carol. de Graff. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 19. qui *num.* 25. concludit ab hac opinione non eſſe recedendum, & Bellett. in *diſquiſ. cler. tit. de exempt. cler. & eorum bonorum.* §. 5. *per totum* Zerula *in prax. Epiſcop. in ver. cleric.* §. 9. *ver.* 5. *concl.* Mart. *de Iuriſd. par.* 4. *caſ.* 49. *num.* 1. *& ſeq.* Guttierr. *pract. qq. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 15. *& ſeq.* latè Jo. Crotus qui etiam tollit obiecta *in conſ.* 334. per totum Burſ. *conſ.* 42. *num.* 1. Capr. *regul.* 96. *num.* 63. *& ſeqq.* Leo. *in Theſ. fori Eccleſ. tit. de imm. Eccl. cap.* 13. *num.* 1. Sylveſt. *in ſum. ver. Gabella* §. 3. *num.* 10. *& ſeq. & in ver. immun. Eccl.* Cajet. *in ſum. ver. immu. Eccl. d.* 4. Lop. in *ſumm. par.* 2. *cap.* 40. *quæſt.* 8. Graff. *lib.* 2. *capit.* 25. *num.* 18. de Gab. Corr. *in ſuis reſpon. moral. par.* 2. *quæſt.* 139. Mol. *de Iuſt. & iur. tom.* 3. *diſp.* 670. & ex communi Canoniſtarum opin. idem firmat Azor. *inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 7. latiſſimè comprobat, & defendit Suarez *tract. defen. fidei lib.* 4. *cap.* 24. *& ſeq.* Sair. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 9. latè Duar. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 18. *quæſt.* 5. per totum, qui omnes plurimos alios DD. citant, & nonnullos adduxi etiam in *deciſ..... nu.* 35. *& ſeq.* ſequitur Ciarlin. me hic citato, & aliis adductis in *controv.* 138. *num.* 17. *par.* 2. ubi minus me laudat Vulp. in *prax. for. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 5. & dixit Rot. in *deciſ.* 339. *ſub num.* 8. *par. rec.* Unde quamvis non deſint aliqui contrarium ſentientes, nullatenus tamen eſt diſcedendum ab hac opinione, quæ juribus, & optimis rationibus fulcitur ac ab innumeris propemodum ſcribentibus amplectitur præ-
76 ſertim cum hodie habeamus verba clara in *dict. Bulla* † quæ vim legis habet ſecundum Navarr. in *Manual. cap.* 27. *nu.* 73. *in fi.*

Imò Clemens IV. juſſit Ordinariis, ut exigentes à Clericis pedagia, & guidagia declarent excommunicatos *Clementin. præſenti de cenſibus*, ubi gloſſ. in *verb. iubemus & latius* Zabarell. *ibi nu.* 1. & Imol. *nu.* 2. advertunt d. verbum *iubemus* continere præceptum, & propterea obligare Epiſcopos ad mortale per jura ab eis adducta, & ad id malè advertere, & ponderare Prælatos modernos; idemque tenet ibi Vital. *num.* 50. & de communi teſtatur, & rationem reddit, quia Clemens ſtetit in finibus præcepti, ſecus ſi pœnam fulminaſſet; Unde cum Vicarius Volaterraneus conceſſiſſet executionem pro collectis contra bona patrimonialia cujuſdam Clerici, & Clericus ad Sacr. Congr. Immunitatis recurſum habuiſſet infraſcripta reſolutio emanavit. *Volaterranea* 18. *Decembris* 1629. *Epiſcopus acriter reprehendatur*, *quia bona etiam patrimonialia Clericorum ſunt immunia à collectis Laicorum*, *nec ab Eccleſiaſticis etiam ſponte dantibus*, *aut ſolventibus exigi poſſunt*, *abſque incurſu cenſurarum*, *ideoque conſulat ſuæ conſcientiæ*, *ac revocet executionem*, *& omnia inde ſecuta*, *illiuſque Vicarius accedat ad Urbem ſub pœna ſuſpenſionis ipſo iure incurrendæ*, *ac privationis beneficiorum*, *& inhabilitatis ad alia obtinenda*: & quod bona, ad cujus titulum quis eſt ordinatus etiam in caſibus à jure non expreſſis gaudeant privilegiis bonorum Eccleſiæ, dixi etiam alioſque plurimos congeſſi in *dec.* 184. *nu.* 18. *p.* 2.

Et hæc quidem à fortiori procedunt in illis patrimonialibus bonis, † ad quorum titulum quis ordinatus fuit, quæ 77
privilegiis gaudent bonis Eccleſiaſticis conceſſis, etiam in caſibus à jure non expreſſis, ut per gloſ. in *cap. ſi Epiſcopus ver. ſubſidium de Præb.* & ibi Dec. *num.* 20. Felyn. in *cap. Eccl. S. Mariæ num.* 10. *&* 17. & ibi Soccin. *num.* 70. *ver. quæ dicta de con.* cum aliis relictis per Alterium in *Bullam Cœnæ can.* 18. *cap.* 2. *col.* 6. *in fi. & col. ſeq.* Duar. *ibi. qu.* 5. *nu.* 4. *& ſeqq.* Mol. *de iuſt. diſ.* 679. *ver. adverte* Bonacc. *tom. de reſt. diſ.* 2. *q.* 9. *punct.* 2. *n.* 12 & fuit de mente *S. Cong. ſuper controverſiis iuriſdict. in una Auximana die* 22. *Ianuarii* 1629 necnon in *una Nullius* 30. *Maii* 1628. in qua notabiliter dictum fuit d. titulum non extingui ipſo jure per aſſecutionem beneficii ad victum ſufficientis; ac propterea patrimonium non amittere immunitates eidem in traditione ordinum conceſſas.

Et quod bona Clericis aſſignata in titulum patrimonii ad effectum ſuſcipiendi ordines ſacros ſint immunia, quippe quæ in locum Beneficii ſuccedunt gloſſ. *in cap. Epiſcopus de præben.* Bald. in *c. Imperialis nu.* 7. *de pace Conſtantiæ* Dec. in *d. c. Eccl. S. Mariæ n.* 70. Vin. *dec.* 299. *per tot. par.* 2. Antonin. *Var. reſol.* 78. *in una Montis alti* 8. *Martii* 1631. innumeros Ego congeſſi in *dec.* 194. *nu.* 16. *p.* 2. *nu.* 79.

Sed non modo ab invitis † exigentes, verum, & acci- 78
pientes à Clericis etiam ſponte dantibus onera impoſita incurrunt in excommunicationem *dict. cap. quanquam de cenſib. in* 6. *& cap. Cler. de imm. Eccl. num.* 6. *ac etiam in Bullam Cœnæ Domini d. can.* 18. ibi *aut impoſita etiam à ſponte dantibus*, *etiam concedentibus recipiunt.* † Et quamvis *d. cap. cler.* 79
revocatum fuerit in *extr. quod olim de immun. Eccl. & in Clem. quondam eod. tit.* tamen innovatum fuit in dictæ *Bull. Cœnæ* ut benè advertit Card. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *capit.* 29. *numer.* 3. Quod tamen intelligitur ſi authoritate ſeculari id agunt ut per Guttierez cum ibi per eum relatis *de gabel. quæſt.* 92. *nu.* 32.

Quando † enim lex prohibet aliquid exigi, cenſetur pro- 80
hibere etiam ne poſſit recipi à ſponte offerentibus, ita ut tali legi nequeant ſolventes renunciare. *c. exigit.* & ibi gloſ. in *verb. volente de cenſib. in* 6. gloſ. & Bar. in *l. invitus* §. *fi ff. de reg. jur.* Rem. de Gonn. *in tract. de char. ſubſid. qu.* 61. *nu.* 12. *& ſeqq.* Felyn. in *c.* 1. *nu.* 2. *in fi.* de Symon. Natt. *conſ.* 203. *nu.* 8. *vol.* 1. & ita in terminis noſtris tradit Bellett. *diſquiſ. cler. tit. de exemp. Cler. & bonorum* §. 2. *nu.* 12. & verba Bullę ſunt clara, & comprobant omnes illius expoſitores.

Intelligendo † tamen de oneribus Clericis ipſis impoſitis, 81
ſecus autem ſi eis non impoſita; ut habetur clare in dicta Bulla ibi, *ſic impoſita etiam à ſponte dantibus*, & ſic ad hunc effectum requiritur onus expreſsè impoſitum fuiſſe etiam ipſis Clericis Sayr. *de cenſur. capit.* 22. *num.* 10. Ugol. in *tract. de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 99. *prope fi.* Aug. in *add.* ad Quar. in *ſumm. Bullarum ver. Vectigal.* §. *ut autem* Vivald. in *expoſit. Bullæ Cœnæ num.* 117. Accipientes enim à Clericis ſponte dantibus onera ipſis non impoſita, incurrunt duntaxat excommunicationem latam in *capit. quanquam de cenſib. in* 6. Epiſcopo reſervatam, à qua præmiſſa ſatisfactione de licentia Epiſcopi abſolui poſſunt ſecundum Cajet. in *ſumm. ver. excomm. capit.* 36. Navarr. in *Manual. cap.* 27. *num.* 62. *in fi. & conſ.* 6. *num.* 8. *de cenſib. in nov.* Auguſt. ad Quarant. *d. ver. Vectigal.* §. *ut autem* Reginal. *lib.* 11. *de abſol. ab excom. num.* 379. Bonaccin. *tract. de reſtit. diſp.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *nu.* 13. *& ſeq.* † ubi poſt alios hoc exemplificat in cuſtodibus 82
pontium, portus, vel fluminis, vel portæ Civitatis, quod eſt valde notandum, quia ferè ubique extorquent à Clericis etiam invitis, & à regularibus datia, & gabellas, & in his terminis ſalvari poteſt Carol. de Graff. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 99. *& ſeq.* Imò Mol. *diſp.* 670. *ad fi.* exiſtimare

vide-

videtur à veritate alienum, ex quo *d. cap. quanquam* est in eadem *Bulla* inclusum, ut dixi infra *n*.....

Si tamen prædicti custodes, vel exactores recipiant aliquid à Clericis, non petendo tanquam à debitoribus, sed rogando simpliciter (dummodo in impositione gabellæ non fuerit de Clericis facta mentio) nullam incurrunt excommunicationem, quia Pontifices utuntur verbo *exigendi*, seu *extorquendi*, quod connotat aliquam coactionem Cajetan. in *sum. ver. excommunic. cap.* 39. Suar. *de censur. disput.* 23. *sect.* 4. *num.* 20. Bonacc. *d. punct.* 2. *num.* 15. & ita intelligendi sunt Everar. *cons.* 42. *num.* 25. *& seq.* & Gallia *cons.* 59. *num.* 15. qui etiam notabiliter observant gabellas extorqueri eo ipso, quod præcedit laicorum petitio, & subsequitur solutio Clericorum.

83 Quin † imò etiam ipsimet clerici talleis, decimam, vigesimam, seu centesimam suorum vel Ecclesiarum proventuum, vel bonorum laicis solventes, aut quamlibet aliam quantitatem, portionem, seu quotam ipsorum proventuum vel bonorum æstimationis, vel valoris ipsorum sub adiutorii, mutui, subventionis, subsidii, vel doni nomine, seu quovis alio titulo modo, vel quæsito colore absque auctoritate Sedis Apostolicæ, se soluturos promittentes, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt *cap. cler.* §. *nos igitur de immun. Eccles. in* 6. & advertit Bellett. *disquis. Cler. tit. de favore Cler. & eorundem bonorum* §. 2. *numer.* 11. & quamvis d. decretum Bonifacii revocatum fuisse à Benedicto XI. in *extravag. quod olim de Immun. Eccles.* & postea per Clem. V. in *clement. quoniam eod. tit.* ac proinde non comprehendi nec innovari in *Bul. Cœnæ* adstruat Tolet. *in sum. lib.* 1. *capitul.* 29. *numer.* 5. Non tamen à supradicta sententia recedendum est, tum qua transivit *Sac. Congreg. super Controversiis Jurisdict.* approbante S. D. N. Ita, me citato, aliisque relatis tenet noviss imè Dian. *par.* 7. *resol. moral. tract.* 1. *resolut.* 21. *vers.* 1. his præcisis verbis. *Et quod magis notandum est Episcopus Alexander Sperellus Vir amicissimus in suis doctis decisionibus fori Ecclesiasticis decis.* 37. *numer.* 83. *testatur ita sensisse Congregatio Immunitatis.*

84 Ad † extremum frustra consuetudinis clypeo se defendunt Ministri, & Officiales laici super indicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & alii id genus ad victum, & vestitum spectantibus, quæ Itali vocant gabellas, imponunt, & petunt seu Ecclesiasticis personis peti jubent, vel permittunt quod nullo modo facere possunt, ut rejectis contrariis firmat Gutierez *de gabell. quæst.* 42. *quem* post Megal. sequitur Dian. *resol. moral par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 82. provt etiam Vectigalia pro facultate vehendi, exportandi, importandi; nam gravissimè peccant cum obligatione restitutionis; Deum immunitatemque Ecclesiam enormiter offendunt, censuraque horrendas etiam Bullæ Cœnæ Domini incurrunt, multos famosos canones infringendo, & signanter *cap. bene quidem* 96. *dist. cap. Eccles. de const. cap. adversus de immun. Eccles. cap. noverint de sent. excomm. cap. quanquam de censib. in* 6. ut per Navarr. *in Man. cap.* 27. *num.* 202. qui refert *gl. in sing. in clem. præsenti de censib.* dicentem, quod judicio sui Actoris tota Italia ob hæc est interdicta, de aliis autem Provinciis, qui earum facta norunt, testificentur; subdens idem Navar. ideo se jure vereri, ne Deus Omnipotens in dies magis magisque iratus consultores Principum, & Rerum publicarum de prædictis Canonibus parum curantes, & Principes, ac Respublicas nimium illis credentes, & exactores soli avaritiæ inhiantes gravissimè tandem castiget, & valde invehit in Confessarios absolventes eos, attestans, suo tempore plurimos Gubernatores, & Exactores à summo Pœnitentiario Pontificis petiisse absolutiones à censuris propter hæc incursis, restitutione promissa, parata, vel facta. Et quod gabella in carne, vino, & similibus, Unde Clerici gravantur immunitati Ecclesiasticæ advertetur, patet primo, quia Clerici propterea coguntur, vel carius emere, vel alibi emere si minoris velint emere. Secundo ex usu multorum locorum (teste Azor. *Instit. moral. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11.) in quibus ne Ecclesiastici talem gabellam soluant dictum panem, vel vinum, & carnes emendo in fine cujuslibet anni, Respublica, vel Princeps, resarcit damnum pecuniaria compensatione, quæ cautela ab omnibus Principibus esset amplectenda. Et Genuæ quidem adest concordatum, cujus vigore singulis Ecclesiasticis juxta eorum conditionem detur exemptio, seu ut vocant franchitia, etiam in pecunia numerata.

Et quamvis Calder. relatus à Suar. *de cens. tom.* 5. *disput.* 37. *sect.* 1. *num.* 14. loquendo de censuris latis in *cap. quanquam de censib. in* 6. dicat pœnam dd. censurarum non esse usu receptam; Contrariam tamen opin. post Archid. testatur communem Silvest. *in verb. interdictum* 4. & patet ex jam dictis, & licet rursus Suar. loc. cit. quo ad pœnam incurrendam videatur annuere, ut consuetudo excuset, tamen se remittit ad dicta per eum circa *d. cap. quanquam* in materia excommunicationis, nempe eodem *tom.* 5. *disput.* 30. *sect.* 4. *num.* 23. † ubi post Silvest. contra Navarr. affirmat *dict.* 85 *cap. quanquam* esse renovatum, & comprehensum in *Bulla Cœnæ Domini*, idemque tradit Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 21. *in fi.* provt etiam reliquos Canones esse in ea innovatos dixi *sup. num.* 67. *&* 79. Cum igitur dicta Bulla omnes consuetudines infringat, & damnet, ut *sup. numer.* 48. *&* 61. sequitur, hanc sententiam contra Calder. esse verissimam.

Imò etiamsi *dict. capit. quanquam* non fuisset in *Bulla* comprehensum, adhuc tamen verum esset, † quod prava con- 86 suetudo licet possit excusare à pœna temporali, non tamen excusat à spirituali, ut habetur ex glos. *in cap. denique* 4. *dist. capitu. cum venerabilis*, & ibi Panorm. *de consuet.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 4. *quæst.* 20. *numer.* 14. & alii communiter, ex latè traditis *supr. à numer.* 28. & deinceps.

An † autem exactores excusentur ab incursu *Bulla Cœ-* 87 *næ*, aliarumque censurarum propter probabilem juris, vel facti ignorantiam affirmat Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 61. *ver. quarta* argumento *c.* 2. *de constit.* Quarant. *in summ. Bullarum ver. Vectigal. in add. circa fi.* Molina *disput.* 670. *nu.* 3. Bonaccin. *tom. de restitut. disput.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 2. *num.* 15. Cujus tamen contrarium defendit Hieron. de Federicis *in suis resol. Criminalibus post tom.* 2. *cons. Farinac. resolut.* 5. ex quo Bulla Cœnę est satis nota, & de ea etiam in corpore juris fit mentio, ut in *Clem.* 1. *de Judic.* unde merito ab illius contemptu minimè quis prætextu ignorantiæ excusari potest, imò omnes arctat ac si eis personaliter intimata foret, ut per eum.

Et profectò quod attinet ad forum exterius, opinio Federici transit sine difficultate, quia in eo ignorantia juris non præsumitur Abb. *in cap. pastoralis circa fi. de fid. instrum.* Bar. *in l. omnes populi num.* 97. *ff. de iust. & iur.* nec tali casu excusat, quia dicitur affectata; & habetur pro scientia *cap.* 2. *de temp. ord. in* 6. & ibi glos. 2. *ver. affectata* Archid. *nu.* 2. & alii glos. *in Clem.* 1. *in ver. scienter de consang. & affin.* Rot. *decis.* 342. *nu.* 3. *&* 364. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.*

Etiam in pœnalibus Tiraq. *de retr. lign.* §. 35. *glos.* 4. *num.* 24. *& seq.* Gail. *pract. obser. lib.* 2. *observ.* 48. *num.* 15. *& seqq.* Rota *dict. decis.* 364. *num.* 3. Idemque in foro interno dicendum; quia ignorantia in his, quæ quis scire tenetur provt dubio procul contingit in Bulla Cœnæ, quæ quotannis ubique locorum publicatur, & ad omnium notitiam deducitur; non excusat à censurarum incursu, & cum hac sententia transivit *Sacr. Congreg. super Controversiis Iurisdictionalibus.* hanc decisionem à Franc. Ansald. impugnatam *in suo tract. de Iurisdict. par.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *à numer.* 67. *usque ad* 182. Ego validissime defendi in *decision.* 181. *per tot. part.* 2. cui Ego copiosissimè respondi, eumque in multis confutavi.

ARGUMENTUM.

Interrogari de crimine diffamatione non præcedente, an, & quando quis possit.

Regularis delinquens quibus in casibus possit ab ordinario carcerari, vel etiam puniri. Ad ornatum *Conc. Triden. sess.* 21. *cap.* 14. *de Regul. & Constitutionis fel. record. Clementis Octavi.*

SUMMARIUM.

1 *INterrogatio rei præsentis, & inquisitio absenti transmittenda à pari procedunt.*

2 *Inquisitio specialis, diffamatione non præcedente, est nulla.* Contrarium practicatur nu. 5.

3 *Diffamatione non præcedente reus interrogari non potest.* Contrarium practicatur nu. 6.

4 *Regularis extra claustra delinquens statim ad suos superiores est remittendus.*

5 *Diffamatio hodie non est necessaria ad inquisitionem transmittendam.*

6 *Indicia loco diffamationis succesſerunt.*
7 *Sodomitati dictum, an, & quando faciat indicium ad torturam,* & nu. 13.
8 *Raptus committitur ab abducente libidinis gratia mulierem, vel puerum.*
9 *Socius criminis debet in tortura dictum ſuum confirmare* declara, ut num. ſeq.
10 *Socius criminis non torquetur ubi etiam alter ſocius fatetur.*
11 *Regulari intra clauſtra delinquente, quid agere poſſit Epiſcopus.*
12 *Regularis extra clauſtra notoriè delinquens à quo carcerandus, & puniendus ſit.*
13 *Regularis delinquens quamdiu poſſit ab ordinario detineri.* & num. ſeq.
14 *Dictio* ſtatim *relata ad actum exequutivum, quid importet.*
15 *Regularis in propria Eccleſia delinquens, an dicatur extra delinquere.*
16 *Regularis qua forma ad ſuum ſuperiorem ab Epiſcopo remittatur.*
17 *Regularis extra clauſtra degens, ſi delinquat, an ab Epiſcopo puniatur.*
18 *Equites Hieroſolymitani delinquentes extra clauſtra, an ab ordinariis puniantur.*
19 *Regularis ſtudiorum gratia extra clauſtra degens, ſi delinquat an puniatur ab ordinario.*
20 *Regularis delinquens in carceribus Epiſcopalibus an puniatur ab Epiſcopo.*
21 *Regularis degens in domo ad erectionem monaſterii deſtinata, ſi delinquat an ab Epiſcopo puniatur.*
22 *Regularis abſque litteris obedientialibus vagans an ab ordinariis carceretur.*
23 *Ordinarii quam diligentiam facere debeant circa regulares vagos.*
24 *Regulares ſine licentia ſuperiorum vagantes quandoque dimiſſorias falſificant, & ſine ordine celebrant.*
25 *Regularis ſine obedientia à conventu recedens prætextu recurrendi ad ſuperiores, quomodo puniatur.*
26 *Regulares ſine obedientia vagantes, non ſunt in monaſteriis ſuorum ordinum recipiendi.*
27 *Regulares pro ſuis conventibus quæſtuantes, non impediuntur,* declara ut num. 29.
28 *Regulares ab immodicis quæſtuationibus compeſcuntur.*
29 *Regulares quæſtuantes tenentur oſtendere Epiſcopo licentiam ſuorum ſuperiorum.*
30 *Regulares vagi quæſtuantes multas fraudes committunt.*
31 *Regulares fugitivi & Apoſtatæ an & quando poſſint ab ordinariis carcerari, & puniri.*

DECISIO XXXVIII.

CAptus fuit, me mandante converſus cujuſdam Religionis (cujus nomen honoris gratia reticeo) Eo quod peregrè adveniens civitatem & Diœceſim Ariminenſem, ubi tunc Vicarium agebam, quæſtuans obibat, ſecum puerum laicum circunducens; penes quem etiam repertæ fuerant litteræ obedientiales cujuſdam ſuperioris dictæ Religionis, cum raſura, & alteratione in earum data. Super his omnibus compilato proceſſu, & utroque examinato; Converſus faſſus fuit, ſe biennio ante è carceribus, in quibus à ſuo ſuperiore detinebatur aufugiſſe, ac exinde per diverſas Italiæ regiones evagatum eſſe, dictaſque litteras obedientiales in data falſificaſſe, eo quod earundem tempus expiraſſet. Puerumque Bergomo abduxiſſe prætextu curandi illum apud balnea Patavina à quadam capitis infectione, ſicque illum huc illuc circunduxiſſe. Demum in ſecundo conſtituto prius Puer, deinde converſus, copulam ſodomiticam inter ſeſe faſſi ſunt.

Habita de his notitia, ſuperiores ejuſdem Religionis, duo prætendebant, prius me non potuiſſe d. fratrem, præſertim de crimine nefando, non præcedente diffamatione, interrogare.

1 Interrogatio † etiam rei præſentis, ſeu receptio nominis illius inter reos à pari procedit cum inquiſitione ſpeciali, quæ abſenti mittitur, & in utraque eadem requiruntur in-
2 dicia Clarus *in §. fi. quæſt.* 20. *num.* 3. *in fi.* Inquiſitio † autem ſpecialis de aliquo delicto facta, non præcedente diffamatione, nulla eſt, & invalida, cum de ſubſtantia inquiſitionis requiratur præcedentia famæ. Gandin. *de Maleſic. rubr. quom. de Maleſic. agi per inquiſ. colum.* 2. *ver. in primis Pract. Papienſ. in forma inquiſitionis in ver. fama pub.* Aretin. *de Maleſ. in ver. Hæc eſt quædam Inquiſitio colum.* 6. *ver.* 4. *principaliter.* Hip. Marſil. *in ſua Pract. in §. conſtante num.* 2. *Calefact. inter conſil. crim. diverſ. volum.* 1. *conſil. mihi* 104. *numer.* 6. & ita Doctores intrepide tenent, & teſtantur ſecundum Gratian. *conſil.* 57. *poſt numer.* 11. *volum.* 2. & totus mundus ſequitur inquit Caſon. relatus à Clar. *in §. fin. quæſt.* 20. *numer.* 3. *ver. ad firmandam* Roland. *conſ.* 57. *numer.* 26. *& ſeqq. lib.* 4. Facchin. *controverſ. iur. lib.* 9. *cap.* 1.

Et † conſequenter conſtitutum dicto converſo factum 3
videbatur eſſe nullum, diffamatione non præcedente provt in ſpecie concludit Carain. Alex. *in cap. de accuſatione colum.* 37. *circa fin.* 2. *quæſt.* 8. ubi teſtatur ita communiter concludere Doctores, qui idem tradunt *in c. qualiter, & quando colum.* 2. *& in c.* 2. *de confeſſione.*

Poſterius, † quod prætendebant erat, ut prædictum con- 4
verſum una cum proceſſu, ſuo ſuperiori puniendum omnino remittere deberem, juxta decretum *Sacri Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 14.

Cæterum in utroque capite contrarium duxi verius. Nam quod attinet ad primum, quamvis de jure communiter teneatur non poſſe Reum de crimine ſpecialiter inquiri, vel interrogari, niſi prius de diffamatione conſtet; † Nihilo- 5
minus hodie hujuſmodi ſolemnitas receſſit ab aula, & de generali conſuetudine diffamatio non eſt amplius neceſſaria, ut per Clar. *in §. fin. dict. quæſt.* 20. *numer.* 3. Scapp. *de iure non ſcript. lib.* 5. *cap.* 47. Cartar. *in pract. interrog. reorum lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 13. & 14. Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *capitul.* 84. *num.* 35. Bonacoſ. *commun. opin. lib.* 1. *verb. inquiſitionem præſidere* Peregr. *conſil.* 2. *nu.* 40. *lib.* 2. Farinac. *conſil.* 38. *num.* 16. *lib.* 1.

Et loco illius ſufficiunt indicia, ut poſt alios tradit Farin. *de inquiſ. q.* 9. *ſub num.* 21. ubi ait ſe nunquam vidiſſe famæ conſiderationem haberi, & in urbe præſertim inanem eſſe hanc famæ diſputationem: & indicia probabilia ſufficere, tradit Clar. *in §. fin. d. q.* 20. *ſub nu.* 3.

Provt † etiam, quicquid de jure dicant *Doctores*; in 6
praxi ad effectum interrogandi Reum ſufficere tale quid, quod ſit loco diffamationis, & ſic aliquod indicium, teſtatur idem Clar. *in quæſt.* 45. *num.* 6. Cartar. *in method. proceſſ. inform. leg.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. *& in pract. interrogat. Reorum leg.* 1. *cap.* 2. *in fin. & leg.* 3. *cap.* 2. *nu.* 13. Totamque hanc materiam Judicis arbitrio remitti tradunt Menoch. *in tract. de præſump. præſumpt.* 44. *numer.* 9. Baiard. *ad Clar. in §. fin. quæſt.* 20. *num.* 5.

Porrò in caſu noſtro non deerant indicia, & quidem urgentia contra dictum converſum, ut ex proceſſu apparebat, & ſcribentes pro Religione non inficiabantur; ita ut non ſit opus illa recenſere.

Quibus † etiam acceſſit ejuſdem pueri ſodomitati dic- 7
tum, quod ſaltem una cum adminiculis facit indicium, non modo ad inquirendum, ſed etiam ad torquendum juxta opinionem communiter à Doctoribus receptam ut per Marſil. *conſ.* 28. *num.* 16. *in fin. & ſeq.* Boſ. *in tit. de indic. num.* 160. *ver. ita tamen iuncto num.* 166. Bertaz. *conſ.* 71. *num.* 66. *volum.* 1. Plot. ubi ſupra Triviſan. *deciſ. crimin.* 14. *num.* 1. *ver. maximè ſi concurrant.* Honded. *conſ.* 100. *nu.* 16. *ver. vel ſocius iuncto n.* 3. ubi teſtatur de indubitata opinione *lib.* 1. Farinac. qui relatis hinc inde opinionibus, ita illas conciliat *de indic. & tortur. q.* 43. *nu.* 99.

Imò idem Converſus non modo indiciatus erat de copula
ſed etiam de raptu, qui † committitur tam ab eo, qui li- 8
bidinis gratia mulierem de loco ad locum abducit, ut poſt alios habetur per Clar. *in §. raptus* & per Farinac. *conſil.* 23. *num.* 1. quam ab adducente puerum, ut poſt alios tradit Carrer. *in tract. de homicid. & aſſaſs. §. hinc nata occaſione* Corrad. *in rubric. de Rapt. num.* 10. ubi teſtatur de veriori opinione Bajard. *ad Clar. in §. Rapt. nu.* 32.

Nec obſtat, quod puer dictum ſuum in tortura confir-
maverit, † provt requiritur ad hoc, ut ſocium gravet, 9
ut per Boſſium *de indic. & conſid. ante tortur. nu.* 251. adeovt, quamvis ad purgandam infamiam torqueri poſſit, etiam reo abſente, non tamen indicium faciat, niſi in faciem ipſius Rei torqueatur, ut habetur per Scacc. *in tract. de Iudic. lib.* 1. *c.* 86. *nu.* 56.

Quia ſtante confeſſione ipſius Converſi facta in confron-
tatione cum illo, non fuit opus d. Puerum torquere; ſo- 10
cius † enim criminis, prius confrontari debet ſine tortura,

&

& tunc demum torqueri ad omnem maculam purgandam, ſi Reus in negativa perſiſtat, alias ſecus, ut per Scacc. *de iud. l.2.c.86.ſub nu.67.ver.ex qua confrontandi.*

Quo ad poſterius caput, pro terminorum intelligentia di-
11 ſtinguendi ſunt tres caſus, † quorum primus eſt, quando Regularis in clauſtris degens, intra ipſa clauſtra delinquit, & tunc ordinarius non poteſt ſe intromittere, ſed punitio pertinet ad ſuperiorem monaſterii juxta text. *in c. 1. in princip. verſ. dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum de privil. in 6.*

Si tamen ordinarius advertit, aliquod magnum facinus, intra clauſtra perpetratum impunitum relinqui, poteſt, & quandoque debet, ex zelo honoris Dei, ac pro debita vigilantia, certiorem reddere Sacram Congregationem Regularium, & ita ego practicavi, dum Parmæ Vicarium agebam, cum Prior cujuſdam Monaſterii necatus fuiſſet; quamobrem, acceptis meis litteris, Sac. Congregatio de ordine Sanctiſſimi cauſam contra Regulares de delicto ſuſpectos mihi commiſit, & iſte non eſt caſus noſtræ indaginis.

12 Secundus † caſus eſt, quando Regularis intra clauſtra degens notoriè extra clauſtra delinquit & tunc à ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeverè puniri debet, & de punitione Epiſcopus certior fieri: ſin minus à ſuo majore ſuperiore officio privari debet, & delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt *Sacr. Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de Regul.*

Sed quia experientia docuit, plerunque ſuperiores Regulares ad alia monaſteria extra diæceſim Epiſcopi requirentis delinquentes de induſtria impunitos tranſmittere, emanavit *Conſtitutio fœl. rec. Clementis Octavi*, qua cavetur, ut tali caſu Epiſcopo inſtante, intra tempus ab eo præfigendum ſuperior teneatur delinquentem à loco, ad quem tranſmiſſus fuerit, revocare, & in eo, in quo delinquit, ſiſtere, ſub pœna privationis officii, & inhabilitationis ad alia impoſterum obtinenda, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, & ſi adhuc d. delinquentem ad d. locum revocare prętermiſerit, tali caſu Epiſcopus, loci, ad quem acceſſerit, inſtante Epiſcopo loci in quo patratum fuerit delictum, uti Sedis Apoſtolicæ delegatus, in illum animadvertere valeat; quæ conſtitutio regiſtrata fuit à *Quaranta in Summa Bull. in verb. exemptio* à Piaſec. *in Prax. Epiſcop. par. 2. c. 3. nu. 44. fol.* 179. à Kochier. *de Iuriſdict. ordin. in exempt. par. 1. quæſt. 17. num. 29.* & à Naldo *in ſua Summa in ver. Religioſus nu. 36. & tradit.* Fr. Paul. *in Prax. crim. reg. in tom. 4. qq. Reg.* Rodr. *c. 29. nu. 44.* & neque iſte eſt caſus noſter.

Incidenter, tamen circa hunc caſum animadvertas, Re-
13 gulares in delicto † deprehenſos ad carceres Epiſcopales duci poſſe, & ibi detineri, donec aſſumantur informationes, quod tamen quam primum fieri debet. *Genuen. in Prax. Archiep. cap. 59. nu. 3.* Piaſec. *in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub num. 43. de Viſitat. Regul. fol.* 179. Barboſ. *de offic. Epiſcop. par. 3. alleg.* 105. *num.* 19. Paulin. *in Prax. crim. regul. d. cap. 28. ſub num.* 43. *in tom. 4. quæſtion. regular.* & ita noviſſimè firmat *D. Laurentius de Franchis Epiſcopus Caprienſis*, amicus meus in *1. par. controverſ. inter Epiſcop. & Regul.* longe poſt hæc ſcripta impreſſa *in Lucubr. ad dict. conſtit. Clement. VIII. dub.* 4. ubi ſubdit non videri alienum quod ordinarius dictos Regulares detineat, nec remittat, ante captam informationem, ſiquidem cum poſſit eos punire in defectum ſuperiorum ex *Concil. Trident. dict. cap.* 14. debet propterea capere informationem; quia ſi ordinarius Regularem ſtatim dimitteret abſque informatione; facilè teſtes ſeduci poſſent, & informatio deſtrui opera delinquentis, vel aliorum, ut experientia docet, & ille neque ab ordinario Regulari, neque ab Epiſcopo puniretur, & clarum eſt, conceſſa Juriſdictione, intelligi conceſſa omnia neceſſaria ad illam *l. 2. de Iuriſdict. omn. Iud. cap. propterea de offic. deleg.*

Cæterum ſi proceſſus compilatio intra ſpatium unius, vel ad ſummum duorum dierum perfici haud poteſt, non debet ulterius Regularis per ordinarium abſque ſui ſuperioris conſenſu retineri, ſed remittendus eſt in monaſterio cuſtodiendus, & interim perficiendus proceſſus, huc enim tendit declaratio *Sac. Congregat. Conc. Trid. in una Panormitana ſub die 7. Iun.* 1578. quæ habet, Regularem extra clauſtra delinquentem de mandato ordinarii captum remittendum eſſe
14 ſtatim etiam nemine inſtante ad ſuperiorem ſuum; † neque enim dictio illa *ſtatim* eſt phiſicè intelligenda, ſed moraliter; quando enim talis dictio refertur ad actum executivum, importat magnum, vel paruum temporis intervallum, Judicis arbitrio *leg. quid dicimus ff. de ſolut.* Abb. & Felyn. *in cap. prætera de teſtib. cogen.* Abb. *in can. an ſit n. 8. de appell.* Soccin. *in l. divortio nu. 14. ff. ſolut. matrim.* (dicens ſignificare temporis intervallum ſecundum ſubiectam materiam) Cephal. *conſ. 710. nu* 24. Cravett. *conſ. 156.* & ut primum intelligitur intra trium dierum ſpatium *l. fin. §. illico* ubi Jaſ. *C. de Iud.* idem Jaſ. *in l. lecta nu. 19. ſi certum pet.* Vulpell. *de diction. in verb. incontinenti ante nu. 1.*

Ego tamen in præſenti materia, nunquam excedere volui ſecundum diem juxta communem Doctorum Theoricam, quod ſi hinc reſultare ſoleat delictorum impunitas, quia complures ſuperiores, ne religio remaneat diffamata, viſo proceſſu ordinarii, ſub prætextu illud impinguendi, vel teſtes repetendi, potius ad defenſam examinare ſatagunt, quam ad veritatem indagandam, tamen ipſi viderint.

Extra † clauſtra autem delinquere dicitur Regularis etiam, 15
ſi in propria Eccleſia cum populi ſcandalo delinquit, ut Sacr. Congr. Concil. Trident. interrogata reſpondit in hunc, qui ſequitur, tenorem, *An regularis delinquens notoriè in Eccleſia ſeu monaſterio ſui ordinis, in quo degit, ita ut populo ſcandalo ſit, dicatur delinquere extra clauſtra, ut locus ſit diſpoſitioni Concilii cap. 14. ſeſſ. 25. de Reg. Cong. cenſuit delinquere extra clauſtra, ſi in Eccleſia monaſterii deliquit, niſi clauſis portis Eccleſiæ & ſolis Regularibus in ea exiſtentibus, fuerit commiſſum delictum, ſi verò intra clauſtra monaſterii, vel Eccleſiæ interioris delictum ſit commiſſum ex verbis Concilii non videri procedere d. c. 14. quod expreſsè dicit extra clauſtra: tamen ſi ſcandalum ſit notorium populo, ex identitate rationis idem videtur, ideo referendum Sanctiſſimo, Sanctitas ſua dixit, reſcribendum Epiſcopo, ut in individuo exprimat caſum, provt contigit, ut ſciatur melius locus delicti commiſſi, & an Populo ſcandalum ob notorietatem generet.*

Rurſus † advertendum eſt in Praxi ut literas, quas moni- 16
torias vocamus, in præſentia duorum teſtium ſuperiori Regulari præſentari faciat ordinarius, in quibus de delicto commiſſo, & de ſcandalo populo dato eum certiorem faciat, & inſtet ut intra certum terminum præfixum, viginti putà, vel triginta dierum illum punire velit, & de punitione facta ordinarium certiorem faciat, alias ſuperiore negligente, poterit Epiſcopus in illum animadvertere, inquit Fuſcus *de Viſitat. lib. 2. cap. 17. num. 11.* Cui addi poteſt copiam informationum aſſumptarum eidem ſuperiori Regulari una cum dd. literis monitorialibus eſſe tranſmitendam.

Tertius † eſt quando Regularis delinquens degit extra 17
clauſtra & iſte eſt caſus noſter, in quo quidem ab ordinario tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato corrigi, & puniri poteſt; textus eſt clarus in *Conc. Trident. ſeſſ. 6. de reformat.* cujus verba hujuſmodi ſunt *Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter, ac diligenter intendant & nemo ſecularis Clericus cuiuſuis perſonalis, vel Regularis extra monaſterium degens, etiam ſui ordinis privilegii prætextu, tutus cenſeatur, quominus, ſi deliquerit, ab ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat.* Ad idem Navarr. *in tract. de Regul. commentar. 2. ſub nu. 63.* adducit textum à contrario ſenſu in *ſeſſ. 25. cap. 14. de Regul.* idemque tradunt *Confect. in Summa privil. tit. de foro compet. cap. 2. fol. 310. Genuenſ. in prax. dict. cap. 59. nu. 2.* Piaſec. *in prax. d. p. 2. cap. 3. de Viſit. reg. ver. eoſdem Regul. Campan. d. rubr. 12. cap. 13. num. 22.* ubi reſpondet ad *fel. record. Sixti V.* conſtitutionem.

Etiam † ſi ſit eques Sancti Joannis Hieroſolymitani, ut 18
per Navarr. *conſ. 21. de regul. in antiqu. & 12. in nov. Sala. dec. 2. eod. tit. de reg.* Campanil. *d. c. 2. 13. nu. 22.* Azor. *inſtit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 4. quæſt. 3.* Rodriq. *q. regul. tom. 2. q. 2. art. 4. & quæſt. 63. art. 7. ver. 5.* Picard. *conſ. 91.* Ricc. *dec. 223. num. 6. p. 1.* cum aliis per me latè adductis in *dec. 21. nu. 51. & ſeq.* ubi hanc ſententiam tutatus ſum.

Etiam † ſi ſit Regularis, ſtudiorum cauſa ad univerſi- 19
tatem miſſus, ubi conventum non habet; ſed extra moratur; tunc enim pro exceſſibus ab ordinariis locorum puniri poteſt, ita diſponente *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. in fi. de regul.* tradit etiam Piaſec. *in prax. d. cap. 3. ver. eoſdem Regulares*, licentia quippe ſuperioris operatur duntaxat ut non committatur apoſtaſia, ut advertit *Genuenſ. in Prax. Archiep. cap. 59. ſub numer. 2.* Piaſec. *in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. numer. 42.* ubi refert declarationem *Sac. Congreg.* Barboſ. *de offic. Epiſc. allegat. 105. num. 16.* Ric. *in prax. for. Ecc.*

p.3.resol.269. Vulp. *in prax. iudic. c.42. n.21.* Antonell. me citato *lib.7.c.14.sub num.1.*

20 Etiam † si ad instantiam sui superioris detineretur in carceribus Episcopatus; si enim ibi aliquod committit delictum, potest ab ordinario puniri, ut Neapoli judicatum fuisse recenset Genuen. *d.c.59.nu.2.*

21 Rursus † etiam si Regularis habet in domo ad erectionem monasterii destinata, nam si superiore ibi caret, potest ab ordinario puniri; Ita resolutum fuit à *Sacra Congregatione*. his verbis *Regularis manens extra claustrum de licentia sui superioris in domo deputata ad erectionem monasterii, nisi in dicta domo sit regularis observantia, ut saltem vivat sub superiore conventualiter, potest puniri ab ordinario*, quam resolutionem refert etiam Genuen. *d.c.59.sub n.2. in fi.* Piasec. *in prax. Episc. par.3.cap.3. de Visit. regul fol.* 178. & hoc idem firmat Campanil. *in diversf.jur.can. rubric.12.c.13.sub nu.22. in fin.* & Ricc. *dec.225.nu.5.par.Rub.decis.15.*

22 Quæ † quidem multo magis procedunt, in terminis nostris nempe in religioso, qui absque obedientia, sive mandato superiorum à proprio conventu recedens, ad alia loca progreditur; is enim ita sine dicto mandato in scriptis obtento repertus ab ordinariis locorum tanquam desertor sui instituti puniri debet, ita disponente *S.Conc.Trid.sess.25.c.4. propè finem de Regul.* intelligendo tamen secundum ea quæ dixi infra *nu.31.*

23 Quocirca Episcopis, † eorumque Vicariis præcipitur, ut diligenter perquirant, an Regulari habitu induti per suas civitates, vel Diæceses transeuntes, & ad quæcunque hospitia, seu diversoria se recipientes, hujusmodi litteras obedientiæ, seu commendatitias secum deferant, quod si sine illis fuerint deprehensi, tunc ab iisdem Episcopis tanquam criminosi, & graviorum criminum suspecti, carcerari, & sub custodia tamdiu retineri possunt donec certa de eis notitia per eos habeatur, quemadmodum disponitur in constitutione Sixti V. 71. §. 7. *in bullario novo tom. 2. fol.* 603.

24 Et ita ego pluries practicavi, † & signanter post hæc scripta, carceribus mancipari feci duos Regulares, qui per spatium duodecim annorum ferè per totum Christianum orbem peragraverant, fingentes, se Flandros, & Canonicos Theutonicos, & reperi eorum litteras Patentes falsas esse, & tandem fassi fuerunt alterum eorum esse Apostatam cujusdam Religionis, alterum verò Diaconum secularem in Gallia cum dimissoriis falsis ordinatum & Paulo post retinui etiam duos fratres Hispanus Regulæ S. Basilii, quorum litteras Patentes pariter comperi adulteratas, & penes eos sigillum plumbeum reperi, quo utebantur ad perpetrandas dictas falsitates, & utroque processu misso *Sacra Congregatio S. Officii*, quia non apparebat, prædictos verè fuisse sacris ordinibus insignitos, & tam ex eorum confessione, quam ex innumeris diversorum ordinariorum licentiis constabat eos jugiter celebrasse, tandem innotuit, eos non esse Sacerdotes, ideo publicè Romæ abjuraverunt, & ad triremes missi, condignas tanti facinoris pœnas subierunt.

25 Quin † etiam si prætextu ad majores superiores accedendi Regularis à suo conventu recederet, intraret præfata Sac. Concilii dispositio, nisi ab eisdem missi aut vocati fuissent tex. *est in eodem c.4.in fi.sess.25. de regul.*

Circa quod ad eos magis compescendos emanavit à Sacr. Congregatione Eminentissimorum Cardinalium negotiis Regularium præpositorum resolutio relata à *Confect.d.c.2. de for.comp.& à Campanil.d.rubr.12.c.13.sub n.31.* tenoris ut infra. *Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio, sive dum imminentem admissorum criminum pœnam ex suis constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa, & commentitia gravamina causati, non ad immediatè sui ordinis superiores, scilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, provt cuiusque Religionis constitutionibus disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam, absque licentia sæpius fugiunt potius quam recurrant; ex quo ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores evadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi ex Ordine sanctitatis suæ statuere, ut si quis Regularium in posterum temerè levivè ex causa hanc almam Urbem, seu Curiam absque sui superioris licentia, & supradicta forma prætermissa adire præsumpserit, ad suos eosdem superiores severiori pœna plectendus remittatur.*

26 Quod † si prædictas litteras commendatitias, seu obedientiales non deferant, vel non ita cogniti sint ab ipsis, ad quos diverterint, ut de illorum persona, nullus omnino dubitationi, aut suspicioni locus relinquatur; non possunt in aliis monasteriis vel domibus, etiam ex itinere, tanquam hospites recipi, alias recipientes privationis vocis activæ, & passivæ, necnon officiorum, graduum, honorum, & dignitatum obtentarum, atque inhabilitationis perpetuæ pœnam incurrunt, ut disponitur in præcitata *constitutione* 71. *Sixti V.* §. 7.

Denique † tamen Regulares pro suis conventibus mendi- 27
care possint, nec debeant regulariter ab Ordinariis locorum prohiberi, ut per Navarr. latè *in 3.par.cons.tit.de regul. consil.79.* per totum, & Roder. *qq. regul. tom.2. q.57. artic.7.* & adest decretum. *Sac. Congregationis* de anno 1621. tenoris infrascripti *Sac.Congreg.Cardinalium Concilii Trid.interpretum censuit, fratres ordinum mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in diœcesibus, ubi habent conventus, eleemosinas quærant; sed tantum, si extra loca, ubi monasteria existant, quæritare voluerint, teneri suorum superiorum licentiam ordinario ostendere*, quam resolutionem refert etiam Barb. *de offic. Episc.par.3. alleg.* 109. *num.10.*

Potest † tamen Episcopus impedire, ne immodicas fa- 28
ciant quæstuationes, ut per *Gen. in Prax. Arch. c.59. nu.11.* & Piasec. *in Prax.Episc.p.2.c.3.de Visit.regul.ver. Imo* & per Giber. *fol.*185.

Unde † tenentur illi ostendere ordinario per litteras au- 29
thenticas licentiam quæstuandi, à suis superioribus habitam, juxta d. decretum Sacræ Congregationis & alterius similis relati à Piasec. *ubi supr. ver. quoad quæstuationes*, tenoris, ut sequitur. *Congregatio concilii censuit Regulares mendicantes teneri ad ostendendam ordinario licentiam quærendi elemosinas, à suis superioribus sibi datam.* Et recognoscendas esse diligenter eorum litteras tradit etiam Fuscus *de Visit. lib.1. cap.* 30. *num.* 35. & ubique practicatur, ut eadem licentia subscribatur etiam ab ordinario. Quia tamen sæpe in his fraus committitur, & Religiosi non indigentes, viris egenis eleemosynas subtrahunt: Ideo possunt Episcopi mandare, ne quis Religiosus audeat per ejus civitatem, & diœcesim petere eleemosynam, nisi prius ab ipso licentiam impetraverit, ut per Campanil. *in diversorio iur. can. rubr.12. cap.13. numer.* 134. ubi ait, quod cum quidam Religiosi contra Vicarium Neapolitanum reclamassent ad Romanam Curiam, fuerunt rejecti, & rescriptum Vicario, ipsum rectè facere, dummodo non nimis rigidè, sed cum benignitate se ea in re gereret, & ante Campanil. prædicta firmavit Genuen. *dict. cap.59.num.11.* & ratio est, quia ad ordinarios spectat licentias, & facultates concedere quærendi per loca eleemosynas, ut per Leo. *in Thesaur. for. Eccles. par.4. cap. 2. num.*146. Imò si absque dicta subscriptione quæritare præsumant, ab ordinariis carcerari possunt ut per *Genuens. in Prax.dict.cap.59.num.11.* ubi rationes reddit Cochier. *de Iurisd.ordin.in exempt.p.2.q.45. nu.96.* Barbos. *de offic.Episc.p.3. alleg.* 109. *nu.4.*

Quæ † sine dubio multo magis procedunt in iis, qui 30
non quæstuant pro conventibus; sed incertis vagantes sedibus sibimet applicant eleemosynas; hi enim multas fraudes facere solent, quas recenset Fr. Paul. *in 4. tom. qq.* Rodriqu. *tit. 4. capit. 19. numer.* 8. & arbitror omnino comprehendi sub dispositione *Concil. Trident. sess.21.c.9. de Reform.*

Applicando igitur prædicta ad casum nostrum; Conversus, de quo agitur, potuit à me retineri in primis tanquam prauus quæstuarius, qui nomine Religionis & contra edicti prohibitionem sine licentia quæstuabat, sibimet eleemosynas fidelium applicans, deinde tanquam vagus, & profugus, & quamvis fortasse ex his duobus capitibus consignari debuisset una cum processu suis superioribus, quo tamen ad alia capita nempe ad crimen nefandum, & falsificationem literarum obedientiæ, cum sint delicta commissa à Regulari degente extra Claustra, utique nullatenus erat remittendus, sed ego, uti Sedis Apostolicæ delegatus illum punire poteram juxta *Concilii Tridentini capitul. 3. sess.6. de refor.* ut dicebam supra *num.20.*

Neque † refragantur decreta *Sacr.Congregationis sub anno* 31
1624. jussu Sanctissimi edita de Regularibus Apostatis, & ejectis, impressa post hæc scripta, in *4.tom.Bullarii in Constitutionis S.D.N. Urb.8. const.26.* Quibus cavetur hujusmodi fugitivos, & Apostatas ab ordinariis locorum in carceres conjici, & superioribus consignari. Id enim procedit quoties

quis

quis ex sola fuga & vagatione carcetatur ; at ubi alia dum degeret extra claustra commisit crimina , nullatenus ex dictis decretis est consignandus , imo in eis expresè reservatur Episcopis facultas eos puniendi per *Concil. Trid. d. cap. 3. sess. 6. de reform.* attributa , ut clarè habetur ibidem in §. Rursus in hæc verba . *Rursus statuit , ut fugitivi , & Apostatæ , sive habitum regularem deferant , sive non , possint , ac debeant ab Episcopo loci ubi moram trahunt , in carceres conjici , ac superioribus regularibus consignari , secundum regularia instituta puniendi : utque ipsi quoque superiores teneantur eos perquirere ad Religionem reducere , atque efficere ut apprehendantur ; salva tamen in omnibus facultate ordinariis locorum attributa decreto Concilii cap. 3. sess. 6.* ex quibus liquidò apparebat , me fuisse in hujusmodi causa Judicem competentem.

Cæterum cum superiores d. Religiosi acquiescere noluissent , imò ad Sac. Congregationem Regularium reclamassent , & de me accerrimè conquesti fuissent in eadem Sacr. Congregatione viso , processu per me transmisso causam proponente Eminentissimo , & Reverendissimo D. Cardinali Gypsio , mandatum mihi fuit ab eadem Sacr. Congreg. sub 10. mensis Novembr. anni 1628. ut dictum conversum ad Triremes in perpetuum condemnarem: provt per sententiam condemnavi.

ARGUMENTUM.

Judex Ecclesiasticus proferens sententiam excommunicationis sine scriptis an , & quando incidat in pœnas *cap. 1. medicinalis de sentent. excommunic. in 6.* quæ Decretalis luculenter enucleatur.

Ignorantia juris, inadvertentia vel inconsideratio an & quando à censurarum incursu excuset.

SUMMARIUM.

1 *SEntentia excommunicationis , cæterarumque censurarum est ferenda in scriptis , & quare n. 38.*
2 *Et de scripto , non autem memoriter proferri debet.*
3 *Nec sufficit si prius scribatur , & postea sine scriptis proferatur.*
4 *Sententia quoties est in scriptis ferenda , est de scripti recitatione proferenda , etiam si prius de scripta fuisset.*
5 *Nec potest prius proferri, & postea in scriptis redigi.*
6 *Sententia excommunicationis an sit de necessitate ab ipso Judice proferenda , seu recitanda.*
7 *Et an ipsius manu scribenda.*
8 *Et an scriptura debeat esse authentica.*
9 *Et an manu Judicis debeat esse subscripta.*
10 *Pœnas contentas in* cap. 1. de sent. excom. in 6. *incurrit Judex etiam si stultè , fatuè vel ex negligentia proferat sententiam excommunicationis sine scriptis.*
Contrarium est verius n. 25. & seqq.
11 *Nec excusatur ex ignorantia ,* & n. 13.
Contrarium est verius n. 42.
Ignorantia rei ad proprium officium spectantis non est inculpabilis.
12 *Ignorantia juris neminem ab excommunicatione excusat.*
Intellige ut n. 43. & seqq.
13 *Ignorantia dispositionis* cap. medicinalis de sent. excomm. in 6. *an excuset à pœna.*
14 *Iudex Ecclesiasticus sive inquisitor hæreticæ pravitatis, inquirens officialem Summi Pontificis punitur per* extrau. cum Mattheus de hæret. *& quid si ex ignorantia id egit.*
Ignorantia decretalis , *seu* extravagantis *in corpore juris non inclusæ excusat à censurarum incursu.*
15 *Fallit* si extravagans *est communiter nota , ut* Constitutio Gregoriana super Ecclesiarum Immunitate.
16 *Pœnæ contentæ* in cap. cum Medicinalis de sent. excommunicationis in 6. *an procedant in sententia conditionali ante conditionis eventum* , & numer. 35. & seqq.
17 *Præceptum de aliquid faciendo sub pœna censurarum ipso facto incurrendarum fieri debet in scriptis sicut sententia, & an canonica monitio requiratur.*
18 *Vicarius Episcopi debet esse Canonum doctor , vel licentiatus.*
19 *Prælatus regularis proferens sententiam excommunicatio-*
20 *Iudex Ecclesiasticus ob non servatam formam* cap. cum medicinalis *quibus pœnis sit puniendus.*
Et non servans interdictum in dicto cap. *contentum efficitur irregularis.*
21 *Et est puniendus à suo superiore Immediato, & sic à Metropolitano.*
22 *Stylus servandus est.*
23 *Consuetudine induci potest , ut sententia excommunicationis proferatur sine scriptis.*
24 *Excommunicationis sententiam nulliter ferentem quælibet probabilis causa excusat.*
25 *Oblivio & inconsideratio excusat à pœna.*
26 *Voluntas non potest velle , quod intellectus non cognitat.*
27 *Inadvertentia , & simplicitas excusat à censura.*
28 *Constitutio excommunicans aliquem si temerarius violator existat , exigit dolum , & ignorantiam juris crassam & supinam* & n. 44.
29 Cap. cum medicinalis *requirit dolum in Iudice.*
30 *Censura fertur duntaxat pro contemptu clavium.*
31 *Censuræ fundamentum , & causa est peccatum & contumacia.*
32 *Peccatum non datur nisi voluntarium.*
33 *Contumacia quid sit.*
Dolus probandus est ab allegante.
34 *Animus , & intentio probatur Iuramento.*
35 Cap. medicinalis de sent. excom. in 6. *an comprehendat excommunicantem in die, vel sub conditione.*
36 *Excommunicatus sub conditione, ante illius eventum non dicitur excommunicatus.*
37 *Sententia excommunicationis sub conditione latæ non trahit secum executionem provt est de essentia veræ censuræ.*
38 *Sententia excommunicationis quam ob causam in scriptis sit proferenda.*
39 Lupus alleg. 33. *defenditur.*
40 *Pœna an ex actu nullo incurratur , broccardicum est.*
41 *Pœna ex actu nullo incurritur ubi lex attenditur factum & animum facientis , secus ubi juris effectum considerat.*
42 Cap. 1. de sent. excom. in 6. *non afficit excommunicantem absque scriptis ex ignorantia.*
43 *Ignorantia juris an & quando à censuris excusat.*
44 Cap. 1. de sent. excom. in 6. *exigit dolum & ingentem temeritatem.*
45 Cap. 1. de sent. excom. in 6. *non procedit ubi copia notarii vel calami haberi non potuit.*
46 *Impotentia faciendi excusat à peccato , à contumacia , & à censura.*
47 Cap. 1. de sent. excom. in 6. *non procedit in sententia lata per viam statuti.*
48 *Nec in ordinatione generali.*
49 *Nec quando censura fertur pro sui juris defensione.*
50 *Nec afficit Episcopum.*
51 *Nec procedit in denunciante quem excommunicatum.*
52 *Nec comprehendit facientes simplicem prohibitionem.*
53 *Nec procedit in monitione aliquid faciendi sub pœna excommunicationis.*

DECISIO XXXIX.

CUm mandatum in causa civili à Vicario D. Episcopi. N. contra quendam Sacerdotem relaxatum , exequi non potuisset in bonis , Vicarius , præmissa trina monitione , tamen in contradictorio Procuratorum , oretenus , præsente Notario , fecit decretum tenoris infrascripti. *Suspendit eum à divinis nisi infra decem dies soluerit* , quod decretum eidem debitori fuit personaliter intimatum . Transactis decem diebus cum Sacerdos ille nec solveret , nec à divinis se abstineret , fuit à Vicario super irregularitate incursa processatus , Quare is ad Curiam Metropolitanam , ab ulteriori processu provocans ; eodem contextu , delictum , & pœnam in ipsum Judicem retorquere curavit , quærelans Vicarium præfatum super eo , quod dictam suspensionis sententiam protulerit sine scriptis , ac proinde remanserit interdictus ab ingressu Ecclesiæ juxta formam *Can. 1. cum Medicinalis de sententia excomm. in 6.* quod interdictum , cum non servaverit instabat declarari illum irregularem , & in expensis aliisque pœnis in *dict. Canone* contentis condemnari.

1 Et † quidem casus videbatur satis clarus, & expeditus in jure, quia textus *in d. c. de sent. excomm. in 6.* inter cæteras sententiæ excommunicationis conditiones requirit, ut ea proferatur in scriptis, *quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat*; qui textus locum sibi vendicat etiam in cæteris censuris, & sic in suspensione, & interdicto, ut habetur ibi *in §. & hæc eadem* ubi gl. *in ver. observare*, & ibi Gemin. *sub nu. 3. ver. & hæc* Steph. Costa *num. 98. Genuen. in Prax. Archiep. Neap. cap. 30. nu. 1.* Piasec. *in Prax. Episc. p. 2. c. 4. tit. de pœnis num. 77.* & ex Theologis Sayr. *de cens. lib. 1. c. 28. sub num. 2. in fi.* Suarez *de cens. disp. 2. sect. 13. num. 2.*

2 Itaque † hujusmodi sententia poni debet in scriptis, & de scripto à Judice proferri, non autem memoriter Sayr. *d. c. 13. sub nu. 1.*

3 Adeo † non sufficiat, ut ea prius scribatur, & postea à Judice sine scriptis pronuncietur, sed necesse sit Judicem, vel alium ipsius nomine ex scriptis illam proferre, ut docet Alterius *de censuris tom. 1. disp. 4. lib. 3. c. 2. circa princ.*

4 Est † enim regulare, ut quoties sententia in scriptis est ferenda, non sufficiat eam redigere in scripturam antequam prolata fuerit, sed de scripti recitatione proferenda sit, & legenda, ut tradit Gemin. *in cap. ult. sub num. 2.* & Franch. *num. 1. in fi. de sent. & re iud. in 6.* Scacc. *in tract. de sent. & re iudic. glos. 12. nu. 9.*

5 Sicut † è contra non potest prius proferri, & postea in scriptis redigi, cum sit de scripti recitatione proferenda: ut per Bald. *in l. statutis num. 6. ver. quæro pone Cod. de sent. ex peric. recit.* ubi rationem reddit, quia nempe defectus est in exordio, ac proinde sententia remanet corrupta, etiam si ille ex post facto purgetur, quia fuit delectus in forma, idem quoque tenent Lanfranc. de Orian. *in capit. quoniam contra sub numer. 541. de probat.* Vant. *de nullit. tit. de Null. ex defectu. proceff. seu ordin. n. 7.* Scacc. *d. glos. 12. numer. 7.*

6 Quin † etiam non defuerunt plerique Doctores, censentes requiri, ut ab ipsomet Judice, excepto Episcopo, de scripto feratur propter illa verba *in dict. capit. 1.* apposita, *in scriptis proferat*, quos recenset Sayr. *cap. 13. num. 3.* Sed revera in praxi satis est ut scribat illam coram Judice, & ejus nomine legat, ut per Abb. *in capit. præterea il 2. num. 12. de appell.* Genu. *in practica ab. eccles iast. q. 729.* Suar. *d. disp. 3. sect. 13. nu. 4.* Arter. *ubi sup.*

7 Et † quamvis non sit necesse, sententiam conscribi manu ipsius Judicis, cum id canon non dicat ut per Suar. loco citato post Franch. *in dict. capit. cum medicinalis vers. 3.* & per Ugol. *de cens. tab. 1. cap. 12. §. 1. num. 3.* Sayr. *d. cap. 13. sub num. 5.*

8 Nec † scripturam esse authenticam Innoc. *in dict. cap. 1. in ver. in scripto* & ibi Steph. Costa *num. 25. de sent. excom. in 9.* Soccin. *in c. sacro num. 212. & in c. perpendimus num. 243. extr. eodem* Sayr. *d. c. 13. nu. 5.* Menoch. *de arb. Iud. lib. 2. cent. 6. cas. 641. num. 9.*

9 Nihilominus † debet saltem esse subscripta manu Judicis, vel talis, ut possit per testes probari sententiam latam esse ex illis scriptis; hæc enim est finis hujusmodi solemnitatis, ut scilicet si opus fuerit, tam penes eundem Judicem quam penes superiorem, & alios vim habeat probandi tenorem sententiæ excommunicationis, alioquin lex careret suo fine, ut advertit Alterius *de cens. tom. 2. disp. 4. lib. 3. cap. 2. colum. 1. ver. sed quamvis.*

Cum itaque D. Vicarius dictam sententiam, nec per se nec per alium conscripserit antequam illam ferret, sed oretenus, & memoriter illam pronunciaverit, dicebatur ipsum proculdubio incurrisse pœnas contentas in eodem *c. cum medicinalis de sentent. excomm. in 6.*

Nec videbatur excusandus, ex quo ajebat; id non do-
10 lo, sed inconsideratè fecisse, † in hoc enim non requiritur dolus, sed etiam si stultè, fatuè, vel ex negligentia feratur sine scriptis, dicitur fieri temerariè, & incurruntur illæ pœnæ juxta glos. *in eodem c. cum medicinalis in ver. temerarius*, quam ibi communiter sequuntur Doctores teste Genuen. *in Prax. Archiep. d. c. 30. sub num. 1.* Steph. Costa *in dict. cap. cum medicinalis numer. 27.* Marian. Soccin. in *cap. sacro num. 217. de sent. excomm.* Sayr. *de cens. lib. 1. cap. 13. sub num. 26. in fi.* Alterius *de cens. disp. 3. cap. 3. in 2. dub.* ubi quod vocatur Judex in illo contextu temerarius violator, non quia requiratur dolus, sed quia voluntariè, & sponte ordinem juris prætermittit, non propter aliquam justam causam, Provt nec minus excusari poterat sub prætextu ignorantiæ *dicti canonis*, † quandoquidem ignorantia rei ad proprium officium pertinentis non est inculpabilis §. *præterea Insta. d. leg. Aquil.* ibi *nec ignorantia te excusat si scire debuisti.* 11

Et † ignorantiam juris ab excommunicatione incurrenda neminem excusare, ut pote quia est lata culpa, tradunt Doctores, *in reg. ignorantia de reg. Iur. in 6.* Franc. *in cap. ut animarum in fi. princ. de constit. in 6.* Felin. *in cap. 2. de major. & obed.* 12

Et † signanter ignorantiam *d. c. 1. de sent. excomm. in 6.* non excusare Judicem, quominus si sententiam excommunicationis sine scriptis tulerit, incidat in pœnas illius canonis; tradit Alterius *de cens. disp. 3. lib. 3. c. 3. vers. 2. dubitari*, ubi etiam ait in foro exteriori regulariter præsumi dictam ignorantiam esse culpabilem. 13

Quamvis † autem secus dici posset de extravaganti in corpore juris non inserta, cujus ignorantia fortè Judicem excusaret ut per Navarr. *consil. 32. num. 6. & seqq. de sent. excomm. tom. 2.* ubi defendit ab incursu censurarum Vicarium Urbevetanum, qui excommunicaverat Gubernatorem d. Civitatis contra dispositionem *extr. cum Mattheus de hæretic.* de qua extrau. vide Eymen. *in directorio Inquis. par. 3. quæst. 26.* & ibi latè Penia *in Schol. 92. & quæst. 26. comm. 75.* Cucch. *instit. Maior. lib. 1. tit. 46. §. verum* Mandos. *in reg. p. cancell. quæst. 5. num. 7.* Granut. *theorem. 19. & 16. ver. de unc. tamen* Farinac. *de hæret. quæst. 186. §. 2. num. 45.* extravagantem enim non publicè notam, quilibet ignorare præsumitur Bald. *in l. leges sacratissimæ C. de legib.* Alciat. *tract. de præs. regul. 3. præsumpt. 31. ad fi.* Menoc. *etiam de præs. l. 2. præs. 3. fi.* Non tamen hujusmodi doctrina applicari potest ad *d. c. 1. de sent. excom. in 6.* quod insertum est in corpore juris, & est satis notum. 14

Quin † imo etiam decretalis non inserta in corpore juris, si est communiter nota, ligat non obstante prætensa ignorantia, ut de constitutione Gregorii XIV. super Ecclesiarum immunitate tradit post alios, quos refert Giurb. *consil. crim. 29. numer. 17.* ubi ait cavendum à Farinac. *quæst. 28. numer. 79.* contrarium sentiente. Estque adeo veritati consonum per Judicem incurri dictas pœnas si tulerit sententiam excommunicationis sine scriptis, vel absque aliis requisitis; † ut non recipiatur à quibusdam Lapus *alleg. 73.* dictam regulam limitans in sententia conditionali, quæ non habuit effectum; quia nempe vel per appellationem secutam ante conditionis eventum fuerit suspensa, vel evanuerit per paritionem ipsius rei. Imo contrariam opinionem, uti magis communem tenent Joann. Andr. & Franch. *in dict. capitul. 1. de sent. excomm. in 6. & Genuen. in Prax. Archiepiscop. dict. capitul. 30. numer. 30.* Unde sequi videbatur, quod quamvis sententia, de qua agimus fuerit conditionalis, statim, etiam conditione pendente D. Vicarius inciderit in interdictum inflictum in præfata decretali. 15 16

Nec dicatur hanc, de qua agitur non tam fortiri naturam sententiæ excommunicationis, quam naturam præcepti de solvendo infra tot sua pœna excommunicationis, ac proinde non intrare dispositionem *d. c. 1.* loquentem in sententia excommunicationis, in materia pœnali strictè, & propriè intelligendam.

Quia † dato etiam, essemus in propriis terminis præcepti de aliquid faciendo sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, adhuc perneceſſe debet fieri in scriptis & intrat dispositio *dict. cap. 1.* ex quo in dicto præcepto in effectu continetur sententia excommunicationis, ut post Doctores *in dict. cap. 1.* tradit Genuens. *dict. cap. 30. sub numer. 2.* Tametsi hoc casu non requiratur canonica monitio præcedens cum dictum præceptum habeat annexam contumaciam, adeo ut contrafaciens sit excommunicatus. Angel. *in verb. excommunicatio num. 1.* Henriq. *lib. 13. in fi.* & ex communi Doctorum sententia tradit Sayr. *de cens. lib. 1. c. 12. nu. 6.* 17

Quæ † omnia non modo procedunt in Vicario Episcopali, qui debet esse canonum Doctor, vel licentiatus. *Concil. Trid. capitul. 16. sess. 24. de refor.* Pavin. *de Potest. capitul. sede Vacan. 2. par. prin. quæst. 10. num. 24.* latè Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 36.* per totam, ita ut Granut. *lib. 1. Theorem. 12. num. 2. ver. de iure civili* asserverit Vicarium Episcopi inter literatos optimum locum tenere. 18

Verum † etiam in Prælatis regularibus, qui ut plurimum sunt canonum ignari, quidquid secus senserit Lapus *in dict. alle-* 19

alleg. 73. n. 5. & 6. & inf. cujus sententiam videtur sequi Gemin. *in d. c. 1. de sent. excomm. in 6.* eamque tenet Felyn. *in c. sacro n. 7. ver. 5.* & Franc. Marc. *dec. 991. par. 2.*) Nam contra Lapum est communis opinio, quam tenent Ioan. Menoch. Ioan. Andr. Ostiens. Per. de Anchar. & Franch. *in d. c. 1.* Genuen. *d. c. 30. in fin.* Sylvestr. *in verb. excomm. 1. num. 14.* ubi ponderat verbum universale, *quisquis*; in eodem *c. 1.* appositum, quod omnes comprehendit, qui excommunicandi subditos facultatem habent, maximè quia prælati regulares cautius ad excommunicationem procedere debent, quam Prælati seculares; propter charitatem, quæ debet esse inter fratres sequitur Graff. *p. 1. decis. lib. 4. c. 3. nu. 21.* Navar. in Manual. *c. 27. num. 8.* & latius *Alterius de censur. disp. 4. lib. 3. p. 3. ver. oppositum*, vbi ait loco esse probabilius, & rationes reddit Ugolin. *de censur. tab. 1. c. 25. §. 6.* Bonac. *q. 1. punct. 8. sub n. 2.* qui etiam dicit, id esse probabilius Sayr. *de cens. lib. 1. c. 12. sub n. 21. & 22.* vbi in hanc sententiam non immeritò adducit Panor. *in c. reprehensibilis n. 6. de Appell.* dum agens de quodam Abbate, qui sine previa monitione Monacum suum excommunicaverat, eo quod absque licentia è Claustro exierat, eum à suspensione defendi, eo quod repertum fuit statutum in Monasterio quod ob hanc causam fulminabat excommunicationem ipso facto, & consequenter de iure communi videtur contrarium fateri.

20 Et † sic videbatur d. D. Vicarius condemnandus à superiore in pœnis *in d. c. cum medicinalis* contentis ac proinde declarandus irregularis, ex quo interdictum per mensem non servavit; imò die sequenti in Ecclesia sacrum fecit, rursus condemnandus ad reficiendum eidem Presbytero, in quem suspensionem fulminavit, eo sic instante, omnia damna, expensas, & interesse juxta text. *in d. c. cum medicinalis in d. c. sacro*, & utrobique scribentes Sayr. *de cens. lib. 1. c. 13. n. 16.* Aliisque ordinariis pœnis puniendus est text. *in d. c. cum medicinalis* vbi Doctores & signanter Steph. Costa *in rep. n. 66. gl. & DD. in d. c. sacro* vbi Mar. Soccin. *n. 236.* Sayr. ubi sup. *n. 19.* & per Menoch. de Arb. Iud. *cas. 543. n. 4. & seqq.*

21 Nec † dubitandum, quin superior de quo loquitur contextus in *d. c. cum medicinalis* sit is, qui ipsi excommunicanti immediate præest & sit Vicarius metropolit. Ioan. Andr. in *d. c. cum medicinalis*, & ibi Steph. Costa *n. 64.* Soccin. *in d. c. sacro n. 344.* & Sayr. *d. c. 13. sub n. 19.* qui ad hoc adducunt *c. quorundam*; *& c. si religiosus de elect. in 6. & c. venerabilibus §. sed si excomm. de sent. excomm.*

His tamen minimè attentis pronunciativi dictum D. Vicarium à petitis absolvendum esse. Primò, & principaliter, quia in illa curia Episcopali adest stylus faciendi huiusmodi decreta oretenus coram Notario, qui postea illa redigit in scriptis; Unde Vicarius de styli observantia puniri non debet,
22 cum videret illum † in modo procedendi servandum esse Ro-
23 ta *decis. 704. la 1. p. 1. in rec.* † & quod consuetudo tolerari possit hujusmodi solemnitatem proferendi sententiam in scriptis tradunt Gemin. *in c. vlt. sub n. 10.* & Franch. *sub num. 6. ver. sed limita de sent. & re iudic. in 6.* Specul. *in tit. de sent. §. juxta sub n. 14. ver. quid de interlocutoria lib. 2.* Scac. *de sent. & re iud. gl. 12. sub n. 30. ver. sed attenta.* Et in puncto quod possit consuetudine induci, ut sententia excommunicationis in scriptis non proferatur contra formam *d. c. cum medicinalis* fuit decisum à Rota Rom. apud Bellamer. *dec. 243.* idemque tenet Alterius *de cens. disp. 4. lib. 3. c. 2. col. 3. ver. si postulet*, & nemine citato, firmat Graff. loquens de Prælato regulari *in p. 1. dec. lib. 4. c. 3. n. 21.* & sic attenta ejusmodi consuetudine utique D. Vicarius excusandus erat.

24 Quod confirmatur † ex comm. Theorica, quæ habet quamlibet causam probabilem excusare excommunicantem absque debitis solemnitatibus, potissimum si is sit vir alioquin bonæ famæ, vt est textus expressus *in c. sacro §. cumque adversus ext. de sent. excomm.* ibi *nisi forsitan erraverit ex causa probabili, maximè si laudabilis opinionis existat*, & post Innoc. *in d. c. sac. tradit* ibi Soccin. *n. 356.* Graff. *d. c. 3. in fine*, *cas. 543. num. 12. & seqq.* Secundò motus fui, quia idem D. Vicarius judicialiter juravit sibi in prolatione dictæ sententiæ
25 non venisse in mentem dispositione *d. c. cum medicinalis*; † naturalis enim inconsideratio, vel oblivio excusat à culpa, & à censura, qui reddit actum involuntarium tam directè,
26 quam indirectè, † voluntas enim non potest, directè velle, quod intellectus actu non cogitat; neque indirectè, cum etiam ipsa inconsideratio sit involuntaria, vt latius
27 explicat Suar. *de cens. disp. 4. sect. 8. num. 11.* † & quod oblivio, inadvertentia, & simplicitas excuset à censura, est de mente D. Thom. *p. 2. q. 6. ar. 8.* ubi Cajet. & post alios Theologos tradit etiam Graff. *p. 1. dec. lib. 4. cap. 9. num. 1.* & rursus de casibus *reser. lib. 4. reg. 11.* & ex nostratibus tradunt DD. *in c. Apostolicæ de Cler. excom. ministr.* Zabarell. *in Clem. 1. q. 39. de priv.*

Quod haud dubiè tenendum est in præsenti articulo, vbi † canon hoc interdictum in Iudicem fulminans, requirit do- 28
lum, ac temeritatem, ut patet ex illis verbis, *si quis Iudicem huius constitutionis temerarius violator existat*, hæc enim, & similia verba ad censuram incurrendam exigunt dolum. Cardin. *in Clem. 1. de priv. quæst. 39.* Cajet. *in Summ. ver. excommunicatio 7. de casu 14. dub. 5. num. 35.* Et bene declarat Sanch. de matr. *lib. 9. c. 32. nu. 37. & seqq. Eman. Sà in Aphor. cons. ver. pœna vers. pœna præsenti* Duard. in Bull. Cœnæ loquens de excommunicatione lata adversus legentes hæreticorum libros, *lib. 2 can. 1. quæst. 36. num. 9.* Alex. Peregr. *de Imm. Eccl.* loquens de constitutione Greg. super *Imm. c. 16. num. 40.*

Et † in terminis nostris, nempe quoad incurrendum in- 29
terdictum cæteraque *in d. cap. 1.* expressas pœnas requiratur sententiam proferri sine scriptis ex certa scientia, & directa voluntate, vel certè ex tanta negligentia, quæ illi moraliter æquipolleat, firmat Suar. *de cens. disp. 38. sect. 1. num. 2. & seq.* ubi bene explicat verba eiusdem *c. 1.* & eo non citato idem firmat Bonaccin. *de cens. qu. 1. punct. 8. sub num. 2. ver. 4. eximi.* quæ sententia uti benignior, & optimis rationibus fulcita, tenenda est in iudicando, præsertim cum agatur contra Iudicem Ecclesiasticum, de cujus honore canones sunt valde solliciti: unde cautè legendi sunt Genuens. & alii per me in contrarium adducti supra in motivis *numero decimo*.

Confirmatur hoc secundum fundamentum ex eo, quia † censura non fertur nisi pro contemptu clauium *c. nemo 11.* 30
quæst. 3. cum similibus, contemnere autem claves est scienter & in villipendium præcepti juris aliquid agere ad test. in *c. petimus ii q. 1. cuicumque dist. 62.* Graff. *p. 1. dec. lib. 4. c. 9. numer. 19.*

Illiusque † fundamentum, & causa adæquata est peccatum 31
mortale, & contumacia *d. c. nemo* D. Thomas *in addi. 3. p. qu. 21. art. 3.* & tradunt omnes Theologi, quorum plurimos congerit Sayr. *de cens. lib. 1. c. 9. num. 28.* Alter. *de cens. disput. 1. lib. 3. c. 3. in princ. & col. 3. in fin. verb. probatur.* Navarr. *in man. c. 27. num. 2.* & ex nostratibus Panor. *in c. quæ fronte num. 7. de Appell. & in c.* cum sit Romana *num. 33. de cler. excomm. minist.* Io. Crot. *in c. vt animarum num. 26. in const. in 6.* Steph. Costa *in c. Romana num. 6. de sent. excomm. in 6.* & in terminis quod interdictum, de quo *in dict. c. 1. de sent. exc. in 6.* non nisi ob peccatum mortale incurratur fatetur Alter. *d. c. 3. in q. 3.*

Peccatum † autem non est nisi voluntarium ut ex D. Au- 32
gust. inquit tex. *in cap. 1. 15. q. 1.* & tradunt communiter omnes Theologi, & Canonistæ. † Contumacia vero nil aliud 33
est quam quædam voluntaria inobedientia, qua quis Iudicis vel legis monitionem implere contemnit, & consistit propriè in non faciendo voluntariè quod quis scit facere se debere; ut colligitur ex text. *in c. 2. de dolo & contumacia vbi glos. in verb. contumaciter* Adden. ad Bellamer. *dec. 244.* si quid igitur fiat vel per oblivionem, vel per inadvertentiam, vel simplicitatem, iam non est voluntarium, neque ex contumacia, ac per consequens nec materia apta ad incurrendam censuram.

Cum itaque dolus non præsumatur; ad quærelantem spectabat onus illum probandi Castren. *in l. si quis ex argentariis §. Prætor num. 7. ff. de eden.* latè Felyn. & Dec. *in c. si autem de rescript.* cum aliis, quos congerit, & sequitur Mascard. *lib. 1. concl. 531. n. 9.*

Et in omnem casum videtur ex processu excludi omnis dolus, tum quia constat D. Vicarium animo sedato, & sine aliquo odio vel rancore protulisse dictam sententiam quæ ex actis redditur justissima, tum etiam, quia ipse est probatæ vitæ, & in judicando solet esse justus (ut testes bene concludunt, tum denique † quia cum agamus de re ab animo, & 34
intentione dependente, standum est ipsius juramento Socin. *in cons. 133. n. 19. vol. 2. & cons. 28. n. 19. vol. 1.* Bellam. *decis. 45.* Cravett. *de ant. temp. p. 4. n. 158.* Novizz. *cons. 5. n. 38.* cum aliis congestis per Mascard. *d. l. 1. de probat. concl. 94. n. 5.*

Tertiò dicebam attentari posse (quamvis à nemine tactum repererim) † dispositionem *d. c. 1. de sent. excomm. in 6.* dun- 35
taxat sibi locum vendicare in excommunicatione pura, non autem in sententia excommunicationis latæ in diem, vel sub conditione, & postea parti in scriptis intimatæ; excommuni-

36 municatus enim ſub conditione, † ante illius euentum non dicitur excommunicatus *c. quod ad conſultationem de re iud. c. præterea il 2. de appell.* Sayr. poſt alios Theologos *de Cenſ. lib. 1. c. 9. n. 27. in fine*, & ex noſtratibus poſt Jo. And. quem citat tradit Lapus *d. alleg. 53. ſub n. 2.* Scacc. *de Appell. q. 17. nu. 51.* quamvis igitur decretum fuerit oretenus factum, tunc non
37 dicitur Iudex excommunicaſſe † quia iſta ſententia excommunicationis non trahit ſecum executionem, prout eſt de eſſentia veræ cenſuræ *c. paſtoralis extr. de appell.* Nec poteſt dici excommunicatio, niſi quando incipit figare purificata conditione; quo tempore ſententia jam eſt redacta in ſcriptis. Quod ſi quis inſtaret, hanc ſententiam retrotrahi ad tempus illius prolationis, reſponderi poſſet, huiuſmodi retrotractionem non poſſe conſiderari; niſi à die intimationis; tunc enim terminus incipit currere, quo tempore tam ſententia eſt ſcripta, & in ſcriptis ipſi parti intimata. Ad hæc hujuſmodi decretum conditionatum aſſumere videtur naturam monitionis de ſoluendo ſub cenſurarum pœna, quæ quidem monitio ſine ſcriptis fieri poteſt patribus præſentibus ut dicam infra *numero fin.*

38 Accedat ad hujus fundamenti confirmationem, † ideo ſententiam eſſe in ſcriptis ferendam, vt excommunicato dari poſſit, qui eam ſi velit ſuperiori deferre, & ſe ab hoc onere ſublevare valeat, ut ex eodem contextu *cap. 1.* colligitur, & tradunt Marian. Socci. *in c. perpendimus num. 140. de ſent. excom.* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. c. 21. §. 1. num. 3.* Sayr. *de cenſ. lib. 1. c. 3. ſub n. 1.* In caſu autem noſtro jam in intimatione quę reo præſentatur mittitur tenor ſententię in ſcriptis redactæ, & conſequenter habemus intentum, & lex non caret fine ſuo, & ſi non illius verbis, ſaltem menti eſt ſatisfactum, ac proinde pœna non incurritur.

Quod ſi dicas afferri poſſe aliam rationem finalem *cap. 1.* nempe ne inconſiderate, & ex leviſſima cauſa Iudices unico verbo ex communi gladio jugulent, vt videtur colligi ex eodem contextu, & advertit Alterius *de cenſur. lib. 3. c. 2. col. 2. ver. ratio.*

Statim reſponderi poterit, etiam huius rationis ſatisfactum eſſe in præſenti facti ſpecie, tum ex pluribus monitionibus ſententiam præcedentibus, ex quibus reſultat maturæ cauſæ cognitio, tum etiam, ex quo jam ſententia, antequam liget, redacta eſt in ſcriptis & interea plurimos dies habuit Judex ad deliberandum, an jure veniat Reus excommunicandus, an verò à decreto, dum eſt in pendenti, illum reponere debeat; quibus non obſtat quod ſupra *num. 16* dictum eſt contra Lapum, Interdictum incurri à Iudice excommunicante ſine ſcriptis, etiam ſi ſententia non habuerit effe-
39 ctum, † quia imò magis placet ipſius Lapi opinio, quam benè declarat Gemin. *in d. c. cum medicinalis in fine*, qui ait Lapi ſententiam fortè præcedere, quia ubi quis non remanſit verè excommunicatus, ceſſat huiuſmodi pœna ipſi excommunicationi acceſſoria, & quamvis Franch. ibi *in §. ſi quis n. 3.* dicat, contrarium eſſe tutius, fatetur tamen hoc eſſe probabile, & Lapum ſequitur Mandoſ. ibi in addit. & Sanchez de Matr. *lib. 3. diſp. 2. ſub num. 5. ver. & confirmatur.*

40 At † quia hoc problema, an ex actu nullo vel inefficaci incurratur pœna eſt broccardium, & hinc, inde poſſunt adduci jura, & exempla, quorum plurima egregie cumulavit Felyn. *in cap. tua el 1. n. 6. de iureiur.* ideo recurrendum eſt ad notabilem diſtinctionem allatam ibidem à Felyn. *nu-*
41 *mer. 7.* nempe, † Vt quando lex conſiderat ſolum factum, & animum facientis, non autem juris effectum, tunc etiam de actu nullo incurratur pœna; ſecus ſi lex non conſideret factum, nec affectum animi, ſed principaliter effectum, ut ſi loquatur per verba denotantia non nudum ſed effectum, tunc enim ex actu, ex quo effectus non eſt ſecutus, pœna non incurritur, quam eandem diſtinctionem ponit idem Felyn. *etiam in c. ex tenore num. 8. ver. cæterum de reſcript.*

Nec autem verſamur in poſteriori diſtinctionis membro, quia *d. c. 1.* loquitur per verba denotantia juris effectum ibi, *cum medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis diſciplinans, non eradicans*; & rurſus ibi, *ut pœna docente diſcant, quam grave ſit excommunicatum ſententias ſine maturitate fulminare*, in quibus verbis ponderatur effectus reſultans ab ipſa excommunicatione, & hoc fortaſſe voluit dicere Gemin. loco ſupra citato dum ac textus *hic videtur loqui de excommunicatione qua habuit ad effectum*. Unde opinio Lapi non ſolum eſt æquior, ſed etiam videtur probabilior, ac proinde in judicando eſt tenenda, præſertim ubi de Prælati exiſtimatione conſervanda agitur. Cum igitur antequam ſuſpenſio haberet aliquod eſſe, vel aliquem effectum, jam ſententia eſſet poſita in ſcriptis, illiuſque exemplar ipſi reo per nuncium tranſmiſſum fuerit; ſequitur eundem Vicarium in nullam incidiſſe pœnam.

Et ex his remanent eliſa obiecta, & incidenter reſultant quatuor notabiles limitationes ad text. *in dict. cap. cum medicinalis de cent. excomm. in 6.* nempe, ut non procedat vbi eſt ſtylus in contrarium, vbi defecit dolus, ubi ſententia non fuit pura, & ubi illa effectum non habuit: Vt autem benigne lector totam habeas illius materiam digeſtam, decrevi etiam reliquas afferre limitationes, quas ſpatſim invenire valui.

Quinto † igitur limitatur diſpoſitio *d. c. cum medicinalis*, 42
vt non procedat, quando ſententia lata, eſt oretenus ex ignorantia (quidquid ſecus motivando dictum fuerit ſupra *num. 11. & 13.*) † quamvis enim communis ſit Doct. diſtinctio 43
ut ignorantia juris ita demum excuſet à cenſuris incurrendis, ſi ſit probabilis, ſecus ſi ſit vincibilis, & culpabilis, ut poſt alios tradit Molin. *tom. 3. diſp. 53. num. 1. 3. & 4.* Salas *de legib. diſp. 15. ſect. 9. num. 100.* Filliuc. *c. 8. quæſt. 9. iuncto quæſt. 12.* cum aliis quos plena manu congerit Bonacc. *tom. de cenſ. q. 2. punct. 1. num. 8. & 10.* & Iudex Eccleſ. vix videatur ſine culpa ignorare textum *in d. c. 1.* (quod tamen in dubium refricari poſſet, ex quo Iudex nec poteſt, nec tenetur omnia jura habere in ſcrinio pectoris.) Admiſſo etiam illum culpabiliter ignoraſſe; adhuc tamen id non ſufficit ad incurrendum interdictum, de quo *in d. c. cum medicinalis*. Statuentibus enim † illis verbis *temerarius*, *&c.* quæ ponderavimus 44
ſupr. *num. 28.* non ſufficit ignorantia juris culpabilis, imò neque craſſa, vel ſupina ad incurrendum hujuſmodi interdictum; quia per prædicta verba canon exigit dolum, ut dixi eodem *num. 28.* & non quamlibet temeritatem, vel contemptum, ſed certam ſcientiam, vel ſaltem ingentem temeritatem. Silueſt. *in verb. culpa quæſt. 11.* Ang. *verb. dolus num. 1.* & ex communi concludit Bonacc. *de cenſ. q. 2. punct. 2. ſub num. 11. in fi. & num. ſeq.* pulcrè Duard. in Bullam Cœnæ *lib. 2. can. 1. quæſt. 36.* vbi articulum ad partes diſputat, & obiectis ſatisfacit, & in terminis *dicto c. cum medicinalis de ſent. excomm. in 6. & c. ſacro extr.* eodem tradit Graff. *part. 1. deciſ. lib. 4. c. 2. ſub n. 20. verſ. nec eos.*

Sextò † limita, quando copia Notarii vel alia ad ſcriben- 45
dum neceſſaria haberi non poſſunt, & periculum eſt in mora ut per gloſſ. communiter receptam *in dict. cap. cum medicinalis*, & hac ratione fuiſſe excuſatum Vicarium Neap. qui cum intereſſet Choro in Eccleſia Cathedrali, præcedit cuidam oretenus, ut ſub pœna excommunicationis hæc ſententia quaſdam claves retineret, teſtatur, Genuen. *in Prax. Archiep. c. 30. nu. 5.* quam etiam opinionem tenuit Lapus *alleg. 73. ſub num. 7.* Balb. *deciſ. 29.* Bonacc. *de cenſ. diſp. 1. qu. 1. punct. 8. ſub n. 2. verſ. 3.*

Et facit † univerſalis regula, quæ habet impotentiam fa- 46
ciendi quod ſub cenſura præcipitur, excuſare à peccato & à contumacia, ac conſequenter ab ipſa cenſura Sotus *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2.* Graff. *lib. 4. dec. c. 8. num. 10.* Reginal. *lib. 9. nu. 206.* Suar. *de cenſ. diſp. 20. ſect. 2. num. 14.* Henriq. *c. 10. num. 4.* Filliuc. *tract. 15. c. 9. q. 8. n. 141.* Bonac. atteſtans de communi opinione *diſp. 1. q. 3. punct. 3. num. 1.*

Septimò † limita dictam regulam procedere quando cen- 47
ſura fertur non per viam ſententiæ judicialis, ſed per viam ſtatuti, vt per Jo. And. Gemin. & Franch. *in cap. Romana §. caveant de ſent. excom. in 6.* quos refert, & ſequitur Genuenſ. *dict. c. 30. n. 4.* quibus addo Socc. ſen. *in cap. ſacro numer. 366. ver. 6. excuſatur extra eod.* & Menoch. *de arbit. iud. caſ. 543. num. 30.*

Octavò, † Idem eſt dicendum in ordinatione generali, 48
quæ vim habet ſtatuti, vt per Lapum *d. alleg. 53. nu. 7.* ſequitur Genuenſ. *loco cit. n. 4.* ponens exemplum in præcepto quod oretenus facit Vicarius, ut omnes Clerici accedant ad proceſſionem ſub pœna excommunicationis vel ſuſpenſionis ipſo facto incurrendę.

Nonò † limitatur quando excommunicatio fertur à Præ- 49
lato, non tanquam Iudice, ſed tanquam parte pro tuitione ſui Iuris contra turbantem juriſdictionem: tunc enim omitti poſſunt ſolemnitates *dict. cap. 1. de ſent. excomm. in 6.* loquentis in Iudice judicialiter procedente ita ex Lapo *alleg. 73.* & ex doctrina Innoc. *in cap. venerabili de cenſib. & in cap. ſacro de ſent. excomm.* firmat Genuen. *d. c. 30. ſub num. 4.* quibus addo Franch. *in cap. ſtatutum num. 4. & in cap. Romana §. caveat in fin. de ſent. excomm. in 6.* Io. And. Innocent. & Imol. *in c. dilecto eod. tit.* Soccin. *in c. perpendimus num. 118. & 122.*

& in

& in capitul. sacro numer. 365. & ibi Felyn. *numer.* 6. *&* 7. *extra eodem* Menoch. *de Arb. iud. cas.* 543. *articul* 29. Borgnin. *in decis.* 38.

50 Decimò † limitatur, ut non procedat in Episcopis excommunicantibus qui in *dict. textu* haud nominantur, cum tamen propter eorum dignitatem sint speciali nota digni ad text. *in cap. quia periculosum de sent. excomm. in* 6. ita tradunt Jo. Monach. *in dict. cap. cum medicinalis*, Genuens. *in dict. cap.* 30. *sub num.* 5. Graff. *part.* 1. *decis. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 19. *&* 20. ubi idem à fortiori concludit in Archiep. Patriarchis, & Cardinalibus Alter. *de censur. disp.* 4. *libr.* 3. *ver. ut autem* Thoming. *in dec.* 23. *par.* 2.

1 Undecimò † limita in Judice denunciante aliquem excommunicatum, quia text. *in dict. cap.* 1. facit dumtaxat mentionem de excommunicante, non autem de denunciante, ut post Navarr. quem citat advertit Avila *cens.* 5. *par. dub.* 3. *conclus.* 4. Bonacc. de cens. *quæst.* 1. *punct.* 8. *sub num.* 2. *ver.* 2. & ex nostratibus Abb. *in cap. reprehensibilis numer.* 6. *de appell.* Socc. *in c.* 263. *de sent. excom.* Menoch. *de Arbitr. casu* 543. *nu.* 26.

52 Duodecimò † limita inferentibus simplicem prohibitionem, qui non intendunt ferre censuram propriè dictam ut quando Choro Præfecti abigunt, & repellunt aliquem Canonicum à Choro, non autem intendunt illos propriè suspendere à Choro Avila *loc. citat.* & est com. opin. teste Bonacci. *ubi sup.*

53 Decimotertiò † limita in monitione aliquid faciendi sub pœna excommunicationis, non enim in illa requiritur scriptura; sed sufficit eam factam fuisse coram personis, à quibus probari possit Abb. per illum text *in cap. sacro de sent. excomm. num.* 3. Tabien. *in verb. excommunicatio in prin.* Suar. de cens. *disp.* 3. *sect.* 11. *num.* 8.

ARGUMENTUM.

Promissio solvendi debitum alienum infra certum tempus, & in eventum non solutionis capiendi cambio facta prius quietatione priori debitori an censeatur pura vel conditionalis; An non facta quietatione remaneat perfecta, vel imperfecta. An debitor dicatur constitutus in mora. An teneatur ad interesse. Quod genus obligationis constituat. An inducat novationem. Quæstio facti quæ sit, & ad quem Iudicem spectet in materia usuraria.

SUMMARIUM.

1 *INteresse lucri cessantis tribus concurrentibus debetur.*
2 *Etiam in foro conscientiæ.*
3 *Lucrum cessans in iustis negotiationibus vicinius est damno, quam lucro.*
4 *Novatio non inducitur, nisi expresse agatur.*
5 *Obligatio sequens apposita in defectum solutionis, censetur apposita in pœnam, & præcedentem non novat.*
Contrarium est verius nu. 8.
6 *Novatio quando inducatur per pœnalem stipulationem subsequentem.*
7 *In alternativis electio est debitoris.*
8 *Nisi in favorem creditoris apponatur.*
Alternativa quando ad favorem creditoris apposita dicatur; nu. 83.
9 *Dies interpellat pro homine.*
10 *In mora constituitur debitor per litis contestationem.*
11 *Clausula in fine posita an, & quando referatur ad omnia præcedentia* remissivè.
12 *Usuraria causa non est mixti fori, sed ad Ecclesiasticum pertinet*, & nu. seq.
13 *Fallit si tractatur de quæstione facti.*
Contrarium est verius, nu. 84. & seq.
14 *Res iudicata ubique facit ius inter partes.*
15 *Et de non ente ens.*
16 *Et de albo nigrum.*
17 *Et de non debito, debitum.*
18 *Et pro veritate habetur.*
19 *Novatio non inducitur, nisi expresse agatur.*
20 *Subscribens litteras cambii vice alterius, dicitur illius fideiussor, & pro periculo, quod subit, licitè aliquid recipit.*
21 *Liber Mercatoris probat factum pro tertio contra tertium.*
Contrarium est verum, nu. 105.
22 *Alienam pecuniam à Debitore recipiens contemplatione creditoris, secuta ratificatione tenetur actione negotiorum gestorum.*
23 *Interesse commensuratur semper ex parte Creditoris.*
24 *Cambium nundinarum fit de pecunia præsenti pro pecunia absente.*
25 *Satisfactio per viam cambii, seu traditio cedulæ bancariæ, vim habet solutionis.*
26 *Census creari potest etiam per traditionem cedulę bancharię, Solvere per viam cambii, quid distet à solutione presente pecunia.*
27 *Litterarum cambii formula remissiuè.*
28 *Alternativa exigendi dicitur opposita favore Creditoris. Alternativa solvendi favore debitoris.*
29 *Promittens solvere pecuniam infra certos dies, & non facta solutione submittere domum censui, potest eligere partem alternativè quam mavult.*
30 *Ad cambium realem conficiendum, quæ requirantur.*
31 *Cambium quid sit, & unde dicatur.*
32 *Fictio super impossibilis induci non potest.*
33 *Mora unius cum alterius mora compensatur.*
34 *Modò tamen sint moræ æquales, & circa idem.*
35 *In pari causa melior est conditio rei conventi.*
36 *Morosum non facit alium is qui ex parte sua non adimplet.*
37 *Dictio, Dum Tamen, Italicè*, dove però *importat conditionem.*
38 *Dictio, Dummodo, importat modum.*
39 *Si tamen apponitur ei, quod venit implendum, antequam actus perficiatur significat conditionem.*
40 *Conditionem vel contractum pro parte sua non adimplens, nullum ex eo lucrum, vel ius acquirit.*
41 *Conditio expressa vel tacita impeditorum obligationis.*
42 *Conditio nihil penit in esse.*
43 *Conditionem mixtam ex parte sua non adimplens, vel non offerens adimplere, non acquirit obligationem, nec constituit debitorem in mora.*
44 *Forma dicitur inducta, ubi proceditur per prius, & posterius.*
45 *Ubi duo propter unum, ibi unum tantum.*
46 *Plur ibus in eadem oratione prolatis, quæ ab eodem verbo reguntur, dictum in uno, censetur & in cæteris repetitum.*
47 *Solvere quis potest pro ignorante, & invito, & repetit actione negotiorum gestorum.*
48 *Fundans se in facto probare debet omnes qualitates illius.*
49 *Mandatum non dicitur servatum, etiam si in minimo quis defecerit.*
50 *Delegans non liberatur, si debitor delegatus non observat ad unguem mandatum.*
51 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
52 *Interpretatio sumenda est, per quam evitatur correctio & contrarietas*
53 *Contractus negotiationis super cambiis quid sit, & quando distet à cambio.*
54 *Novatio inducitur quoties causa debiti mutatur.*
55 *Debitum unum quando in alterum convertitur, extinguitur prius, nec posterius assumit illius naturam.*
56 *Novatio inducitur per sequentem obligationem, quæ cum præcedente est incompatibilis.*
57 *Novare dicitur eligens unum debitorem pro alio.*
58 *Contractus non est exequibilis, si causa à contrahentibus sperata non fuit in esse deducta.*
59 *Causa finalis dicitur illa, sine qua quis non esset contracturus, vel non eo modo.*
60 *Creditor si non fuit tempore debito in loco destinatæ solutionis, non constituit debitorem in mora, nec potest petere interesse.*
61 *Moram non contrahit, qui de suo debito non est certus.*
62 *Amora excusat quælibet causa etiam levis, & colorata.*
63 *Etiam si debitor sit depositarius.*
64 *Etiam si causa sit injusta.*
65 *Mora non committitur quoties articulus est dubius.*
66 *Nec cum quis aliqua exceptione est tutus.*
67 *Mora non seiungitur à culpa.*
Mora quid sit.
68 *Mora non culpabilis non dicitur mora nisi materialiter.*
69 *Mora non caret dolo.*

70 *A dolo quælibet causa excusat, etiam injusta.*
71 *A Mora excusatur lapsus errore Juris.*
72 *Error Juris excusat à damno vitando.*
73 *A Caducitate excusat causa dubitabilis, oriens ab instrumento æquivoco.*
74 *A mora etiam excusat error facti.*
75 *Mora inexcusabilis requiritur ad causandum interesse lucri cessantis.*
76 *Interesse non debetur absque mora.*
77 *Nec pactum valet in contrarium.*
78 *Pœna dicitur, quæ adiicitur solutioni, ita ut sit ultra illam.*
79 *Causa onerosa, vel lucrativa, quæ dicatur.*
80 *Quæstio facti in causa usuraria separari non potest quæstione Juris & sub nu....*
81 *Usurarium in materia Judex Ecclesiasticus semper procedit privativè, quo ad cæteros Judices.*
82 *Promissio de accipiendo ad cambium differt à cambio.*
83 *Promissio emendi, differt ab emptione.*
84 *Judex causæ cognoscit de pertinentibus ad illam per viam antecedentis, & consequentis.*
85 *Consequens qui vult, vult etiam necessarium antecedens, etiam in Judicum jurisdictione.*
86 *Concesso fine, & an ea censentur concessa, quæ sunt ad finem.*
87 *Tendentia ad finem sunt ejusdem naturæ, cujus ad finem.*
88 *Et de eis judicatur provt de fine.*
89 *Judex ecclesiasticus cognoscit an contractus sit usurarius, etiam si ab alio Judice pronunciatus fuerit validus.*
90 *Judicia redduntur in invitum.*
91 *Quasi contractus oritur ex Iudicis.*
92 *Sententia non transit in rem iudicatam, ibi vertitur periculum animarum.*
93 *Fallit si tractatur de peccato per partes remissibile.*
94 *Fideiussor accedere potest duntaxat obligationi principalis creditoris.*
95 *Fidejussor accedens pro forte, non tenetur ad interesse.*
96 *Promittens sponte solvere alienum debitum, an & quatenus obligetur ex simplici constituto.*
98 *Novatio inducta dicitur ubi quietatio prioris obligationis promittitur.*
98 *Ex constituto obligatus dicitur intervenire uti fidejussor.*
99 *Liber mercatoris non probat si non sit manu sua scriptus.*

DECISIO XL.

DOmina N. Genuensis anno 1604. cum solemnitatibus statutariis tradidit cuidam Mercatori scuta bis mille octingenta quatuor auri ad negociandum super cambiis realibus risico, & periculo ejusdem Mercatoris, ac cum certa provisione, aliisque pactis, ut latius in chyrographo inter ipsos confecto. Transacto anno D. Octavius Solimanus per apocam promisit eidem mulieri solvere d. summum infra dies octo, & non facta in dicto tempore solutione, promisit dictus pecunias cambio capere pro proximis nundinis Augusti, & facere debita recapita, modo tamen prius eadem mulier quietaret d. Mercatorem de dicto credito. Tenor autem apocæ est qui sequitur *Jo: Ottavio Solimano pagarò alla Signora N. fra otto giorni lire* 8180. *moneta d' oro, che sono contratante le deve il Signor N. per la sudetta poliza, salvo errore di conti, & non pagandoli, prometto di pigliarli d. partita à cambio al conto per fiera d' Agosto, & passarnele li dovuti recatti; dove però prima dia la sua quietanza al sudetto Sign. N.* Die sequenti dicta mulier sollicita de suis pecuniis, pro comperto habens, quod Solimanus non esset soluturus numerata pecunia infra dies octo scribens eidem Solimano interpellavit illum, an in dictis nundinis easdem pecunias recambiare vellet in hæc verba; *M. Ottavio vi piacerà dirmi se li scudi, che entraranno nelli lire* 8180. *d' oro, che mi dourà in fiera d' Agosto, vorrà, che siino ricambiati per quà al conto, ose devo accomodarmene con altri*; Solimanus affirmativè respondit in calce ejusdem epistolæ *Quando non se li paghi il danaro fra otto giorni, resteranno ricambiati con la mia provisione, come li haveva il Sig. N. così havendo appuntato.*

Anno 1610. eadem mulier executivè egit tam contra D. Mercatorem quam contra Solimanum coram Rota civili Genuæ, quæ declaravit capitulum statuti intentatum sibi locum non vendicare adversus Solimanum, & condemnavit d. Mercatorem ad solvendam d. summam eidem mulieri, quæ in partibus præjudicialibus appellavit, ac subinde obiit, relicto hærede extraneo, qui coram alio Judice laico proposita causa obtinuit condemnari eundem Solimanum ad solvendum dict. capitale una cum interesse cambiorum, & recambiorum ad rationem quinque pro centenario; & anno. Introducta demum causa coram me quo ad d. interesse, quod Solimanus fæneratitium declarari prætendebat; dubitavi, nunquid præfata sententia in hac parte esset exequenda.

Et quidem exequenda videbatur, tanquam licitum, & permissum interesse in se continens. † Primo quia tribus 1
concurrentibus, nempe consuetudine negotiandi in Creditore, occasione in promptu, & mora in debitore; semper peti potest, & debetur interesse tam damni emergentis, quam lucri cessantis, & tam de Jure civili, quam de Jure canonico ex vulgata doctrina Paul. Castrensis *in leg.* 3. §. *finali ff. de eo quod certo loco* & tradunt innumeri DD. quos plena manu congessit Ant. Gabr. *in suis com. concl. libr.* 3. *titul. de solut. & liber. concl.* 10. *numer.* 1. *& sequent.* ubi attestatur de magis communi opinione, & habetur per scribentes *in leg.* 2. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest* ubi Curt. jun. *numer.* 36. testatur de com. opi. Rota Genuen. *decis.* 99. Honded. cum per eum relatis *consil.* 39. *numer.* 3. *& consil.* 38. *vol.* 2. plurimos etiam cumulat Neviz. *in consil.* 77. *col. pen.* Rota Roman. *decis.* 892. *num.* 2. *part.* 4. *divers.* hancque sententiam semper amplecti à Rota dictum fuit in *Barchinonen. Cambiorum* 26. *Junii* 1606. *coram Penia, & in Romana cambiorum* 9. *Junii* 1593. *coram Cardinali Arrigonio*; & alias passim, & tradit post alios, quos refert Osasc. *in sua notabili dec.* 143. *num.* 5.

Et † tam in foro fori, quam etiam in foro Poli Dec. *in c.* 2
venerabilis de except. Cagn. *in l.* 1. *nu.* 35. *&* 37. *C. de sent. quæ pro eo quod interest* Rot. Gen. *dec.* 134. *sub nu.* 3.

In † justis enim negotiationibus lucrum cessans vicinius 3
est damno emergenti, quam lucro, ut post Paris. *in tract. de usur. numer.* 3. & Covar. *libr.* 3. *variar. resol. cap.* 4. *numer.* 1. *&* 2. *tradit* Osasch. *dict. decis.* 143. *numer.* 5. Quæ requisita in hac facti specie singula dicebantur convenire: Nam de primo & secundo bene, & concludenter deponunt testes in processu examinati, de ultimo nempe de mora Solimani multifariam constare videbatur, & signanter ex lapsu dierum octo in ejus apoca appositorum *pagarò fra otto giorni, &c.* Non obstante alternativa ibi apposita, quod in eventum non solutionis infra dies octo caperet ad cambium eandem summam, † illa enim non debeat censeri apposita 4
ad novationem faciendam quæ hodie non inducitur nisi expresse agatur *leg. fin. Codic. de novat.* cum sua materia, sed potius in pœnam non solutionis, maximè quia Solimanus non promittebat gratis, sed ex causa onerosa, quia satisfactionem à dict. Mercatore reportabat, † quoties 5
enim aliquid promittitur adiecta alia promissione, si datum, vel factum non fuerit, non videtur à priore obligatione recessum, sed obligatio secunda censetur adiecta, ut debitor metu pœnæ soluat, & creditor facilius, quod suum est, consequatur, & sic ipse unam vel alteram eligere potest, ut plenissimè consuluit Dec. *in consil.* 17. per totum.

Et † propterea intrat distinctio Bartoli communiter ap- 6
probata *in leg. ita stipulatus numer.* 26. *ff. de Verb. oblig. in l. prædia num.* 5. *&* 7. *ff. de action. emptor.* Ut si obligatio principalis procedit ex causa lucrativa, illa per pœnalem stipulationem subsequentem novetur, & ita loqui videtur text. *in leg. stipulationum ferè* §. *fin. ff. de act. & oblig.* si autem procedit ex causa onerosa, ut in casu nostro, non novetur & ita procedit dict. text. *in dict. l. prædia ff. de act. empt.* sed ex utroque agi possit *l. si quis à socio, & leg. duo societatem ff. pro socio*, & probatur *in leg. apud celsum* §. *labeo ff. de doli except. & in leg. qui Romæ* §. *flavius, &* §. *duo fratres ff. de verborum obligat.* Quæ distinctio tametsi reprobetur a Bened. *de plurib. in leg. si quis pro socio in fin. ff. pro socio* & à Petr. de Anch. *in consil.* 156. ea tamen passim à DD. approbatur teste Alexandr. *in leg. si pacto quo pœnam, Codic. de pactis* & Dec. *ibidem sub numer.* 6. *in fine*, & sic rejecta obligatione pœnali, potuit dict. Domina N. agere ex priori obligatione, quæ una cum mora per lapsum octo dierum dicebatur commissa.

Quin etiam ubi non versaremur in pœnali stipulatione, sed in obligationibus alternativis, † etiam admissa regula 7
quæ habet in alternativis electionem esse debitoris *cap. in alter-*

ternativis ubi Dyn. *de reg. iur. in 6. l. si quis servum Cod. de cond. indeb. cum concordant.* Cravet. *cons.* 422. *num.* 2. *vol.* 3. Rota Genuens. *decis.* 144. *num.* 8. Surdus *decis.* 318. *num.* 3. ubi
8 plurimos congerit, *& cons.* 225. *num.* 6. Ea † tamen recipienda non videretur in hac facti specie, in qua alternativa ad favorem d. Dominæ N. apposita dicebatur, nimirum, ne illius pecunia ociosa remaneret, sed per Solimani apodixam constaret illam fuisse cambio datam, quo casu electio est Creditoris, ut in simili voluit Bartol. *in leg. si convenerit alias l. quamvis in princ. ff. de pignorat.* vbi post Guid. *de cun.* concludit, quod si promisisti Creditori in Paschate solvere centum, vel dare pignus quin ista verba in creditoris favorem apponuntur, poterit Creditor post Pascha centum petere, & recusare dignus. Quam doctrinam sequuntur ibi Alberic. & Paul. de Castr. duo magni Practici, & notavit idem Paul. de Castr. *in l.* 4. §. *si ex conventione in fi.* per illum textum *ff. de re iud. & in l. cum proponas in fin. Codic. de transact.* Decian. *d. consil.* 12. *colum.* 2. vbi testatur de comm. opin. & bene faciunt cumulata per Gratian. *tom.* 2. *discept. forens. c.* 338. per totum.

Sed & ubi etiam alternativa apposita fuisset ad Solimani favorem, adhuc de mora constare videbatur, aut enim ipse eligere voluit primam alternativæ partem, & non facta solu. tione dies octavus interpellavit pro dicta Domina N. aut ele-
9 git secundam partem † & tunc Nundinæ Augusti immediatè sequentis, in quibus promiserit cambio capere, & reversio à dictis Nundinis ad Civitatem Genuæ pariter interpellaverunt pro homine iuxta *vulg. l. magnam, Codic. de contra. & comm. stipul.* quam latè enucleavit Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de solut. concl.* 9. & alios referens tradit Rim. *in cons.* 1. *num.* 16. Denique in omnem casum non videbatur dubitandum, qui saltem ex interpellatione iudiciali Solimano facta vsque de anno
10 1615. constaret de mora, † Cum per litis contestationem dicatur debitor interpellatus, & in mora constitutus Bart. *in l. si quis vxori* §. 1. *de adult.* Dec. *in l. quod te num.* 42. *ff. si cert. petat.* Alex. *cons.* 215. *ponderatis in princ. lib.* 6. *& cons.* 64. *in causa & lite in princ. lib.* 7.

Nec videbatur Solimanus à mora excusandus sub prætextu, quod effectus obligationis ipsius suspensus fuerit per illam conditionem in fine apochæ appositam, nempe dummodo prius d. Domina N. quietaret dictum Mercatorem, illamq;
11 à nexu obligationis liberaret, per regulam † quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia *l. talis scriptura* §. *fi. de leg.* 1. *cum concord.* Quia Doctores pro dicto hærede extraneo aliisque litis huius consortibus scribentes ultra quod dicebant casui nostro applicari plurimas eiusdem regulæ limitationes, congestas à Ias. & Dec. *in d. l. talis scriptura* §. *fin.* & ab Ant. Gabr. *lib.* 6. *tit. de Claus. conclus.* 9. Mart. *de claus. part.* 4. *claus.* 23. & noviſſimè à Barbos. *in tract. de claus. in claus.* 119. prætendebat articulum istum, an scilicet Solimanus purè vel conditionaliter promiserit esse quid facti, & super eo iam à competenti Iudice satis fuisse judicatum, & consequentem non posse amplius coram Ecclesiastico Iudice refricari.

12 Dato † enim, admittenda non esset sententia illa, quę habet causam usurariam esset mixti fori (quæ tamen magnis non caret authoritatibus, cum eam tenuerint glos. *in cap. cum sit generale de foro compet. & in cap.* 1. *de offic. ordin.* Archid. *in cap. quid dicam* 4. *quæst.* 4. plenè Covarr. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 3. *ver. rursus* Osasch. qui testatur de magis recepta sententia *in dec.* 137. *ver. quæro* Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 348. *numer.* 41. hancque esse veram, & tenendam opinionem firmat Guttier. *lib.* 2. *canon. qq. c.* 18. *nu.* 13. *in fine*) saltem omnino amplectenda dicebatur sententia distinguens, vt si agatur de quæstione
13 facti, † an scilicet factum taliter se habuerit, necne, inter laicos solus Judex laicus cognoscat, si verò agatur de substantia contractus, an videlicet ille sit usurarius, necne, solus Ecclesiasticus cognoscat etiam inter meros laicos, ut magistraliter distinxit Rip. *lib.* 2. *respons. cap.* 36. *nu.* 5. Decius *cons.* 170. *colum. fin.* Clar. *in* §. *vsura in ver. infertur* Alciat. qui etiam de com. *in cap.* 1. *num.* 77. *de offic. ordin.* Nau. *in cap. novit. not ab.* 6. *illat.* 7. *nu.* 44. *de indic.* & eius discipulus Covarr. *in epitom. de sponsal.* 2. *par.* §. 12. *num.* 5. Osasch. cum relatis *dec.* 137. *num.* 11. vbi testatur, ita pluries per senatum fuisse judicatum communem dicit etiam Vinc. de Franch. *decis.* 36. *num.* 3. Guttierez de Iurament. *confirm. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 35. & 37. *lib.* 2. Canonic. *qq. cap.* 18. *numer.* 20. Gaspar. Roder. *in tract. de Annuis reddit. libr.* 3. *quæst.* 3. *nu.* 122. *cum seqq.* Petr. Barbos. plurimos hinc inde referens *in l. titia sub num.* 24. *ver. quo ad secundum cum sequentibus ff. solut. matrim.* Nisi tamen mixtim de facto, & de iure agatur, ut dixi in *dec.... num.* 14.

Cum itaq; tractetur an Solimanus apponere voluerit dictam conditionem dumtaxat ad particulam immediatè antecedentem in qua agitur de dandis per ipsum recapitis, seu documentis, *Et passarnele* 1. *douuti recati, deve però prima dia la sua quietanza al Signor*, an verò ad omnia præcedentia & sic quæstio sit circa id; quo inter partes actum fuit; asserebatur hoc esse merum factum, super quo Iudex competens pronunciavit, et adest res iudicata † quæ vbique facit ius inter par- 14
tes *leg. eleganter* §. *si quis post ff. de condit. indeb.* et plenè tradit Soccinus *in regula* 16. *ver. sententia est regul.* † Et de non en- 15
te ens Ias. *in leg. Julianus num.* 2. *ff. de condit. indeb.* et Curt. Iun. *cons.* 26. *num.* 6. † Et de albo nigrum Curt. Sen. *cons.* 75. 16
n. 11. et Curt. iun. *cons.* 167. *num.* 13. & plenius *cons.* 26. † Et 17
facit de non debito dictum Ang. Aret. *in cons.* 40. Capio *n.* 39. *& seq.* † Et pro veritate habetur *l. res iudicata ff. de reg. iur.* 18
ubi Dec. *& apostill. ad eum.* Et sic in omnem casum non videbatur posse Judicem Ecclesiasticum se quodammodo induere vestibus Judicis appellationis, & rursum in quæstionem revocare quod coram Judice laico decisum fuit.

Ex his videbatur remanere inconcussum primum fundamentum, & ulterius non esse investigandum cum illud ponat falcem ad radicem. Ex abundanti tamen addebatur, Secundo obligationem Solimani erga Dominam N. non fuisse factam animo novandi priorem obligationem dicti Domini Mercatoris, † quæ novatio hodie non inducitur nisi expres- 19
se agatur *l. fin. de Novat.* §. *præterea instit. quibus modis tollit. oblig.* Rota *in dec.* 104. *in fi. ex impress. à Cencio in calce tract. de censibus.* Sed fuisse accessoriam obligationi eiusdem Domini Mercatoris, ita ut Solimanus reputandus esset vti fideiussor: prout in simili videmus obligantem se loco alterius † 20
ex cambio illiusque vice literas cambii subscribentem quamvis pecunias non recipiat, dixi fideiussorem, & pro fideiussionis periculo licitè tertiam partem vnius scuti recipere, ut notavit Scac. *intr. de comm. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *lim.* 6. *num.* 4. Et sic Solimanus statim cœpit esse obligatus, uti principalis, & in solidum; tam pro sorte, quam pro usuris, ob quam rationem d. D. N. de anno 1610. contra utrunque coram Rota judicium moverat.

Tertiò dicebatur, Solimanum exegisse à d. Mercatore prę-fatas pecunias eidem mulieri debitas, idque apparere, tum ex libro d. Mercatoris, † qui probat saltem semiplenè pro ter- 21
tio contra tertium, secundum magis communem opinionem, de qua Mascard. *de probat. conclus.* 977. *num.* 8. Tum etiam est quædam partita Gabellæ per eundem Solimanum solut æ, & quidem ad effectum exbursandi dictum debitum eidem mulieri. Hac enim ratione benè dicitur demonstrari contemplatione creditoris factam solutionem, & exactionem *arg. l. si pupilli in princ. & leg. ne fenius ff. de neg. gest.*

Quam exactionem d. mulierem ratam habuisse eo ipso, quod illum in Rota convenit, & his stantibus intrare regulam, † ut recipiens à debitore alienam pecuniam contempla- 22
tione creditoris, teneatur actione negociorum gestorum Creditori; si is postea cognovit factum secutum, illudque ratum habuit, quantumvis exactio sine mandato facta fuerit text. est *in dict. l. si pupill.* §. *sed si ego, & §. item quæritur*, & ibi Bartol. *ff. de negot. gest.* Et his omnibus simul junctis videbatur iure fuisse Solimanum condemnatum ad interesse ratione cambiorum, & recambiorum, cum tale omnino interesse passa fuerit eadem mulier, illud namque semper † ex 23
parte creditoris commensuratur glos. *in l.* 3. §. *fin. ff. de eo quod certo loco.*

At præmissa quamvis primo aspectu urgere viderentur, re tamen maturius perspecta, contrarium duxi verius. Vnde ad Solimani favorem pronunciavi, nempe sententiam contra ipsum latam, in ea parte, in qua illum condemnat ad solvendum interesse ratione cambiorum continere fœnus illicitum, ac subinde non esse exequendam, imò revocandam.

Motus potissimum quia promissio d. Solimani remansit inefficax, atque imperfecta facto, & culpa ejusdem creditricis, quod multipliciter suadetur, & primo ex illa alternatiua in singrapha appositа soluendi infra dies octo, vel in defectum solutionis, capiendi ad cambium in proximo foro. Pro cuius rei clariori intelligentia, suppono id, quod inter partes non controvertitur, solutionem, quæ fit præsenti pecunia: & eam, quæ fit per literas cambii (modo fiat iusto precio) æquiparari, ut Mercatores norunt, & suadetur ex natura ipsius cambii nundinarii, † quod fit de pecunia præ- 24
senti, pro pecunia absente, ut etiam notavit Scaccia *in tract. de commer. & camb.* §. 1. *q.* 5. *num.* 3.

Sup-

25 Suppono rursus, † satisfactionem per viam cambii operari veram solutionem, licet per modum fictum *l. singularia ff. si*
26 *cert. petat. & l. si ex pretio* vbi Bald. & Salyce. *C. eod.* & † traditionem cædulæ bancariæ vim habere solutionis Bart. *in l. si solutiones ff. de solut.* Put. *decis.* 163. *lib.* 3.

Adeo ut quamvis ex Constitutione Pii Quinti super censibus, ad creationem census requiratur pro forma actualis innumeratio pecuniæ, nihilominus dicatur eidem formæ satisfactum per cedulæ bancariæ traditionem, ut notabiliter firmavit Rota *in Beneventana census* 29. *Martii* 1593. coram Card. Pamphilio seniori, quæ est *dec.* 103. *num.* 7. *impress. à Cencio in Calce tract. de censibus*, & alias passim. Et sic modò sequatur euentus solutionis cambii, idem est quo ad effectum soluere in pecunia numerata, ac ministerio cambii: Commodius tamen est debitori solutionem facere per viam cambii, quia facilius quis soluit per singraphum, quam præsenti pecunia, quæ non semper in promptu est; sicut versa vice commodius est creditori exigere in pecunia numerata, quam in quencunque usum, prout sibi meliùs visum fuerit, convertere potest vel cambio alteri sibi bene viso dare, si eam veteri creditori credere nolit. Unde tantùm est dicere soluam infra dies octo, & si non soluero, cambio capiam, ac dicere soluam, vel in pecunia numerata hìc Genuæ, vel Placentiæ in proximis nundinis per literas cambii, quæ quidem literæ cambii appellantur documenta, vulgo, *recapiti*; quæ in substantia nihil aliud continent, quam mandatum debitoris cambii ad creditoris favorem alicui tertio directum in nundinas de soluendo debito ex cambio constru-
27 cto, † cuius formulam posuit Scaccia *in tract. de commer. & camb.* §. 1. *q.* 5. *num.* 72.

Porrò ex hac vera suppositione, duo necessariò inferuntur, prius vt illa alternativa, de qua in Apocha, fuerit apposita favore Solimani solvere debentis, quia respicit majorem ipsius commoditatem; prout etiam ubi res esset dubia
28 concludendum esset; † sicut enim alternativa exigendi censetur apposita in creditoris favorem, ac propterea eidem tribuit electionem Bal. *in l. fin. num.* 5. *C. de petit. hæred.* Purpurat. *cons.* 188. *num.* 1. *lib.* 1. Asin. *de execut.* §. 7. *c.* 268. *sub num.* 5. Gratian. *tom.* 3. *discept. forens. c.* 388. *num.* 12. sic è conversò alternativa soluendi, dicitur in favorem debitoris apposita, cui etiam tribuit electionem, vt post Castren. & Alex. quos citat distinguit Felyn. *in cap. inter cæteras sub numer.* 4. *in secunda fallen. extra de rescript.* & est text. *in cap. alternatiuis*, ubi notatur *de reg. iur. in sexto*, *in leg. plerunque* §. *fin. ff. de iure dotium*, & *in* §. *huic autem*, *Inst. de action.* Negusan. *de pignor. in primo memb.* 5. *p. num.* 7. Surd. *in consil.* 225. *num.*
29 6. *& in decis.* 318. *num.* 3. † Et ita ferè in terminis nostris decisum reperio apud Afflict. *in decis.* 397. ubi promiserat quis infra certum tempus soluere quandam pecuniæ quantitatem; & non facta intra d. terminum solutione, pollicitus fuit submittere quamdam domum, & soluere censum annuum, & sic vel præsenti pecunia infra tot dies, vel eandem summam capere ad censum; qua quæstione ad partes disputata, fuit per Concilium decisum, electionem esse debitoris, in cuius favorem censebatur apposita alternativa, & sic primam stipulationem fuisse in secundam transfusam, vt ibi per eum.

Posterius ex eadem suppositione resultans est, quod cum Solimanus non facta solutione in pecunia numerata elegerit faciliorem soluendi modum per viam cambii; necessarium erat, ut eadem creditrix conficeret quietationem præfato ve-
30 teri debitori, quandoquidem † ad substantiam cambii requiritur numeratio pecuniæ, per modum verum, vel fictum; ita ut nisi pecunia realiter, vel virtualiter cambietur a creditore, & sic fiat mutatio personæ, ac dominii ejusdem pecuniæ, & ex parte debitoris mittantur literæ cum effectu, cambium dicatur siccum, & usurarium à Pio V. damnatum Salon. *q.* 4. *de cambiis art.* 2. *controu.* 14. *concl.* 3. §. 2. Navarr. *in Summ. c.* 17. *num.* 298. *&* 301. *& in cap. naviganti num.* 25. *de usur Sotus de iust. & iur. lib.* 6. *quæst.* 10. *art.* 1. post Lapum *in d. c. naviganti* §. 2. *num.* 65. *&* 71. Molin. *de contract. disput.* 404. *n.* 6. Garz. *de contract. c.* 37. *num.* 6. Rebell. *de iust. p.* 2. *lib.* 11. *q.* 6. *n.* 9. Tolet. *in summ. lib.* 1. *c.* 52. Azor. Inst. Mor. *to.* 3. *lib.* 10. *c.* 9. §. *verum dubie* Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit.* 5. *per totum*.

31 Nec † enim aliud in effectu est cambium, quam permutatio de una specie pecuniæ in aliam speciem Th. de Vio *in tr. de camb. c.* 3. *num.* 2. Fabian. *eod. tr. p.* 1. *in princ. col.* 2. Beccius *in cons.* 213. *num.* 50. *col* 2. ubi post Bald. *in consil.* 248. *num.* 6. *libro* 1. ait cambium esse quandam commutationem à verbo antiquo cambire, quod est permutare seu commutare. Unde operæ pretium erat, ut interveniente juris fictionis d. quietatione mediante præsupponeretur, pecunias à d. Mercatore debitas fuisse per Solimanum ipsi Creditrici solutas, per quam solutionem antiquus debitor ab ipsa liberaretur easdemque pecunias sic receptas, brevi manu ipsi Solimano in causam cambii numerasset, quo cambio sic conflato, per eum fierent literæ, & sic debita recapita eidem creditrici, itaut nec Solimanus solus potuerit implere promissionem, & cambium facere, nisi præcedente saltem ficta numeratione pecuniæ per d. quietationem, nec pecuniæ per d. Mercatorem debitæ potuerint Solimano cambio dari, nisi eodem Mercatore à nexu obligationis liberato, & sic nec necessariò extinguendum erat eius debitum per conversionem in causam cambii cum Solimano contracti, fingere enim, quod sine interventu pecuniæ, vel saltem sine giratione partitæ facta fuerit numeratio; vel solutio; esset inducere fictionem super impossibili, † quod fieri haud potest *l. Gallius* §. *ille casus* 32
de lib. & posth. l. qui ad certum ff. loc. l. quoties ff. de nou. & in terminis cambii Rot. Gen. *dec.* 1. *num.* 23. Cum itaque D. N. omiserit facere dictam quietationem, utique nec contractus inter ipsam, & Solimanum potuit ad effectum perduci, nec mora contracta fuit à Solimano, sed ab ipsamet creditrice ad text. *in l. item illam in prin.* ubi Bart. & DD. *ff. de const. pec.* Et quatenus etiam uterque in mora fuisset, † utique mora 33
unius cum alterius mora compensaretur *l. arbiter* §. *si Kalendis ff. de Arb. &c. in pari* vbi Dyn. *de reg. iur. in sexto*, itaut neuter eorum dicatur in mora Paul. de Cast. *in l. si per emptorem in princ. ff. de action. empt.* & una extinguat alteram, sive eius effectum *d. l. Arbiter.* §. *si Kalendis ff. de arb.* Bologn. in add. *ad cons.* Io. de Anan. 5. *num.* 8. Afflict. *decis.* 150. *num.* 24. † Si moræ sint æquales, & circa idem, vt declarat Ro- 34
ta Genuen. *dec.* 144. *num.* 17. † Quinimò in pari mora melior 35
est conditio possidentis, & rei conventi *leg. sequitur* §. *seruum ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 46. *num.* 4. *volum.* 2. *& consil.* 119. *num.* 155. *in fin. vol.* 5. † Cum non adimplens ex parte sua non 36
faciat alium morosum ad *l. Iulianus* §. *offerri ff. de act. empt. & leg. si insulam ff. de verb. oblig.* & utrobique DD. Rota Genuen. *decis.* 79. *num.* 2. *& dec.* 194. *num.* 16. *& seq.* Rauden. *in tract. de Analog. cap.* 21. *numer.* 75. *& num seq.* ubi ampliat, etiam si instrumentum habeat executionem paratam.

Secundo contractum remansisse inefficacem, & imperfectum suadetur, quia non modo ex illius natura necessaria erat quietatio, sed & ex expressa partium conventione, & sic ex conditione in apocha apposita, & per creditricem non adimpleta; verba namque illa, *dove pero prima dia la quietanza al Signor*. D. N. conditionem important cum idem sit dicere Italicè *doue però* ac Latinè, *dum* † *tamen*, quæ dictio reddit actum, cui apponitur, 37
conditionalem *ad c. licet*, & ibi DD. *de translat. Episc.* & post alios tradit *Ceneda. pract. & Canon. qq. singul.* 45. *num.* 1. *vbi num. seqq.* subdit requiri de necessitate, vt existat illud, cui dictio ista jungitur, † quemadmodum etiam di- 38
cimus de dictione dummodo, quæ licet de sui natura non importet conditionem, sed modum Molin. cum relat. *de primog. lib.* 2. *c.* 15. *numer.* 28. latè, & pulchrè Hiero. Gabr. *in cons.* 5. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. Menoch. *cons.* 154. *numer.* 36. Surd. *cons.* 188. *num.* 2. *& cons.* 371. *num.* 6. Card. Seraph. *dec.* 338. *num.* 5. *&* 349. *num.* 1. † quoties tamen 39
jungitur ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur, significat conditionem, non modum *l. thais* §. *stico. ff. de manumis. testam.* Crauett. *cons.* 10. *numer.* 14. Surd. *cons.* 186. *num.* 2. *& decis.* 209. *num.* 4. Hier. Gabr. *d. cons.* 5. *num.* 3. *lib.* 1.

Non † potest itaque creditrix ex contractu ultro citro- 40
que obligatorio lucrum capere, cum ex parte sua non adimpleverit *vulg. l. Iulianus* §. *offerri de acti. empt.* Aym. *cons.* 151. *num.* 10. *& cons.* 192. *num.* 15. Card. Seraph. *decis.* 225. *num.* 1. & dum hæc cuderentur, firmavit Rota *in Perusina Societatis officii* 18. *Aprilis* 1637. coram Carillo, quæ causa fuit à Signatura me proponente commissa. Cumque illa conditionem adimplere non curaverit, & quietationem priori debitori facere noluerit, profectò nullo ex d. apocha jus acquirere potuit *l. qui hæred. ff. de condit. & demonstr. Ceneda prac. & can. qq. singul.* 9. *numer.* 4. & in simili consideravit etiam Soc. jun. *in consil.* 41. *numer.* 29. *libro* 3. Conditio † enim sive tacita, sive expressa impedit 41
ortum obligationis glos. *in l. item quia* §. *huius rei in ver. petitur circa fin. ff. de pact. quæ glosa* quamvis à Doctoribus reputetur ad hoc singularis, habet tamen socium *in l.* 2. §. *fin. in verb. post nup. ff. si cert. pet.* quam ibi Ias. ad hoc ponderavit,

& in

& in terminis noſtris præciſis tradit Surd. *deciſ.* 209. *numer.* 1. *& ſeqq.*

42 Eſtque † vulgare adagium, conditionem nihil ponere in eſſe *leg. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* §. *ſub conditione dandorum ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* §. *ſub conditione inſt. de verb. obligat.* Rota cum relatis *deciſ.* 122. *numer.* 1. *part.* 2. *in recent.*

43 Imò † etiam ubi conditio eſt mixta, & ab utroque contrahente purificanda non obſtante diei appoſitione non oritur obligatio, nec dicitur per debitorem ſtetiſſe niſi creditor ſe obtulerit paratum pro parte ſua, ut per Ruin. *in conſ.* 155. *num.* 14. *vol.* 5. qui ad hoc adducit *l. fi.* §. 1. *ff. quorum legat.* & habetur per Dec. *in conſ.* 2. *num.* 5. Rota *in Romana Cambiorum* 17. *Decemb.* 1574. *coram Gypſio*, Quæ omnia maximè
44 procedunt in caſu noſtro attenta altera dictione, † prius, *dove però prima*, quæ formam importat, ubi enim procedit per prius, & poſterius, ibi forma dicitur inducta Felin. *cap. cum dilectus num.* 6. *verb. ſextum ſignum extra de reſcript.* Et ex d. Singrapha apparet Solimanum contrahere voluiſſe modo inter Mercatores conſueto, mediante quietatione, priori debitori facienda, ne contra mentem, & conventionem uterque obligatus remaneret ad tradita per Seraph. *in dec.* 853. *num.* 7.

Nec eſt cur dicatur præfatam conditionem non referri ad ſolutionem, neque ad cambium, ſed ad recapita facienda, & ſic ad verba immediatè præcedentia, tum quia promiſſio faciendi recapita, ſive literas cambii, non eſt obligatio de per ſe, nec diſtincta à præcedenti, ſed acceſſoria ipſi cambio,
45 † ut ubi duo propter unum, ibi unum tantum Paul. de Caſtr. *in leg. cum ſervus in princip. ff. de condit. & demonſtr.* gloſa *in l. cum teſtamento C. de teſtam. manum.* ubi Bald. *num.* 4. *& conſ.* 92. *num.* 2. *vol.* 4.

Tum etiam quia ut dicebam ſupra *num.* 24. *& ſeq.* tametſi apocha Solimani materialiter, & in ſuperficie videatur continere promiſſiones ſub diverſis verbis conceptas, nempe ſolvendi præſenti pecunia, vel capiendi cambio, & faciendi recapita, formaliter tamen, & cum effectu unicam continet promiſſionem, quæ ab uno, eodemque regitur verbo, nempe ſolvendi præſenti, & numerata pecunia infra terminum octo dierum, vel per literas cambii in proximo foro, & ſic re vera eſt unica clauſula per unicam verborum ſtructu-
46 ram conceptam, & ab uno verbo *pagarò* regitur. Ubi † autem plura in eadem oratione proferuntur, ita quod ab eodem verbo regantur, dictum in uno intelligitur in altero repetitum *l. prima. l. tertia* §. *quod ait prætor ff. de incend. ruin. naufr.* Bart. *in l. prætor* §. *et que differentia ff. de vi honor. rapt.* ubi ad hoc allegat bonum textum *in l. ſcio* §. *Gajo ff. de fund. inſtr.* Imol. poſt Ant. de Butr. *in Clem.* 1. *circa fin. de ſuppl. negl. prælat.* Natta *conſ.* 634. *num.* 2. *col.* 3.

Corroborantur prædicta ex veriſimili mente contrahentium; Solimanus enim qui uti tertius pro alio ſolvebat, intendebat quidem habere dictam quietationem ad illius favorem, tanquam probationem magis promptam pro ſolidandis cum eo computis, & pro repetendis ab eo pecuniis actio-
47 ne negociorum geſtorum, † provt repetere potuiſſet oſtendendo dictam quietationem etiamſi pro ignorante, & invito ſoluiſſet *leg. ſive pro fratre, & leg. fin. & leg. ſolvendo* ubi gl. *ff. de negoc.* id quod paſſim inter Mercatores ſervari teſtatur Rota Genue. *in deciſ.* 135. *in prin.* quod proculdubio præſumendum eſt in eodem Solimano; uno in negociis peragendis ſagaciſſimo, & oculatiſſimo, ut etiam pars adverſa exaggerabat.

Sed, quod plus eſt, adeo ille voluit in omnem caſum ſolutionis per eum facienda confici quietationem, ut non potuerit non velle neque aliter contrahere apparet enim ex partitis libri prioris debitoris ex adverſo exhibitis, ab eodem ſummam dictæ creditrici debitam, poſitam fuiſſe in calculo ad creditum Solimani, tanquam ſolutum pro ipſo cum recuperatione apodoxiæ, ab ipſo debitore olim confectæ, & cum receptione quietationis; & ſic niſi eadem quietatio cum debitis ſolemnitatibus ſtatutariis emanaſſet, Solimanus ſolvere minimè poterat ſtante mandato, ſeu ordine limitato Debitoris, & ſi ſe-
48 cus feciſſet, ſolutum minimè potuiſſet repetere † quia fundans ſe in facto, probare debet omnes qualitates ad hoc, ut ſibi ejuſmodi factum profit Paul. de Caſtr. *in conſil.* 22. *in fine parte prima* Pariſ. *conſil.* 17. *numer.* 28. *vol.* 1. Rota Genuenſ. *deciſ. prima numer.* 18. pulchrè in terminis noſtris Surd. *deciſ.* 209. *numero primo, & ſequentibus*, cum per eum relatis.

Præſertim in reſpicientibus executionem ordinis, & mandati, † quod non dicitur ſervatum, ubi qualitates, etiam 49
in minimo conſiſtentes, deficiunt, ut plenè per Pariſ. *in conſ.* 47. *num.* 42. *cum ſeq. volum. primo*, Rota Genuenſ. *dicta dec.* 1. *num.* 18. ubi ſubdit, quod non ſervato formiter mandato per debitorem † delegatum, delegans non eſt libera- 50
tus à ſuo creditore, jux. comm. opin. de qua teſtatur Cagn. *in leg. ſingularia nu.* 16. *ff. ſi cert. pet.*

Nec fuit à dicta conditione exceſſum ex quo Solimanus in reſponſione ad interrogationem ſibi ſequenti die in ſcriptis factam, illam non repetiit: quia dicta ultima ſyngrapha, in qua de recambio agitur, ſcripta fuit retento eodem themate, quatenus ſcilicet primum cambium habuiſſet effectum, & verificata fuiſſet conditio quietationis in dicta clauſula expreſſa. Non etenim poteſt eſſe recambium, niſi præcedat cambium, nec primum cambium abſque numeratione, vel quietatione, ut dictum eſt, ad perfectionem redigi poterat, & propterea fruſtra quæritur, an in poſteriori Syngrapha repetitæ ſint conditiones, quæ fuerant adiectæ in prima, cum ante recambium ex natura actus neceſſariò purificari debuiſſet ſupponendum ſit. † Et relatum fit in 51
referente cum omnibus ſuis qualitatibus *leg. aſſe toto ff. de hæredit. inſtitut. leg. ſi ita ſcripſeris ff. de condit. indebit. leg. à filio* §. *teſtator. ff. de adim. leg. leg ſi prior ubi D. D. ff ſolut. matrim.* Pariſ. *conſil.* 166. *num.* 18. *vol.* 4. Surd. *conſil.* 230. *nu.* 11. *lib.* 2. Rot. *dec.* 375. *num. ſexto & dec.* 447. *nu.* 5. *& dec.* 551. *num. ſeptimo par.* 2. *in rec.*

Eaque † ſumenda ſit interpretatio, ex qua evitetur repu- 52
gnantia, ne videantur contrahentes ſe die ſeq. correxiſſe *leg. nam ad ea ff. de cond. indeb.* Gregor. XV. *dec.* 297. *numer.* 3. *eum vul.*

Ex quo igitur poſterior ſyngrapha loquitur de recambio faciendo præſuppoſito præcedenti cambio: utique cum cambium ſequutum haud fuerit culpa creditricis cui fortaſſe conſanguinei noluerunt præſtare conſenſum à ſtatuto, pro quietatione facienda requiſitum nullo modo tractandum eſt de recambio.

Præterea ad hoc ut d. ſecunda apocha, & ſic recambium in ea contentum effectum poſſet habere neceſſe erat, quod dicta D. N. quæ primum cambium exigere debebat, illud exigeret Placentiæ per ſe vel per alium, & non hic Genuæ, quia ſic contra formam conſtitutionis *fel. recor. Pii V.* ſolutio realis facta fuiſſet in loco, in quo primæ pecuniæ datæ fuerant cambio. Tertiò, quod præfatus contractus inefficax remanſerit, & in puris terminis tractatus, & negociationis ſuadetur ex eo, quia contrahentium intentio fuit novare præcedentem obligationem D. N. illamque in Solimani obligatiorem transfundere, quæ intentio clariſſime patet tum ex natura rei, tum etiam ex expreſſis verbis. Ex natura rei, quia Solimanus obligabatur ad favorem D. N. in cauſam cambii. Donnus N. autem † tenebatur ex cauſa negocia- 53
tionis ſuper cambiis, qui contractus ſatis diverſus, & ſeparatus eſt ab ipſo cambio, cum ſit locatio operarum, pro qua datur merces ſive promiſſio, ut per Moli. *de contract. lib.* 2. *diſp.* 411. *nu.* 1. & ſic promiſſio facti, nimirum negociandi pecunia creditoris ſuper cambiis, ut per Rot. *dec.* 304. *par.* 2. *in rec.* & per Ugol. *in tract. de Uſur. cap.* 55. §. 1. & ſic prius debitum transfundebatur in poſterius: quoties autem mutatur cauſa debiti † in aliud debitum tunc dicitur inducta No- 54
vatio Bal. *in conſ.* 128. *col* 2. *lib.* 2. Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de novat. concl.* 1. *nu.* 71. Barz. *dec.* 20. *num.* 8.

Maxime ubi contractus ſunt invicem incompatibiles, ut in caſu noſtro, in quo non poterat eadem pecuniarum ſumma ab uno negotiari ſuper cambiis nomine D. per alium cambio capi ab eadem D. ut benè per Surd. *in tr. de alim. tit.* 5. *q.* 1. *n.* 37. & per Mol. *de contr. diſp.* 559. *n.* 12. *verſ. ſi enim quis*, quando autem unum debitum convertitur in alterum, tunc primum extinguitur, & † ſecundum non aſſumit illius 55
naturam, ut per Bart. & alios *in leg. ſingularia in fin. ff. ſi cert. pet.* Surd. *dict. numer.* 37. ad quod vide Rotam *deciſio* 373. *numer.* 41. *& ſeqq. parte* 4. *diverſorum*.

Et † ſic data incompatibilitate ſequitur perneceſſe contra- 56
hentes inducere voluiſſe novationem Bald. *in leg. fin. numer.* 4. *de novat.* Dec. *in leg. pacta noviſſima numer.* 2. *Codic. de pact. conſil.* 464. *numer.* 4. *ver.* 3. *reſp.* Ant. Gabr. *libr.* 3. *titul. de nov. concluſ.* 1. *numer.* 60. Bero. *conſil.* 204. *numer.* 13. *lib.* 3. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1112. *n.* 23. Menoch. *tra. de Præſump. l.* 3. *præſump.* 134. *n.* 39. *l.* 3. Hier. Gabr. *conſ.* 81. *num.* 3. Surd. *conſil.* 145. *num.* 25. *lib.* 1. *& conſil.* 345. *num.* 3.

lib.

lib. 3. Cavalc. *decis.* 18. *numer.* 8. *par.* 4. Rota *dec.* 262. *num.* 5. *par.* 2. *divers.*

Ex verbis autem voluntas inducendi novationem satis manifesta apparet, tum ex conventione explicita Solimani, qui obligationem concepit ita, ut prius quietatio D. N. fieret, *dove pero prima facci la quietanza al Signor D. Cosmo*, tum etiam, quia sic expressit idem Cosmus in partitis ex adverso productis, nempe ut Solimanus reportaret apocham obligationis ipsius, ac etiam liberationem, ac quietationem : & consequenter novationem facere voluerunt, ut in fortioribus terminis; nempè si simpliciter dictum fuerit promitto tibi loco Titii, † vel pro illis decem, quæ mihi debes, &c. 57
dicatur facta novatio, & primus debitor censeatur liberatus, quia novare videtur, qui eligit unum debitorem pro alio, sive is qui promisit sit debitor prioris debitoris, sive non, ut tradit Bald. *in l.* 2. *Cod. de execut. rei iud.* Salyc. & ibi Paul. de Castr. Salyc. *in l. fi. col.* 2. *Cod. de nova.* Alex. *cons.* 13. *col.* 2. *volum.* 2. & in *l. qui usumfructum ff. de ver. obl.* Paris. *consil.* 107. *numer.* 19. cum plurib. *seqq. vol.* 3. Ant. Gab. *lib.* 3. *tit. de Novat. conc.* 1 *num.* 59.

Cum itaque novatio illa, quam tractaverant, non potuerit in esse deduci defectu quietationis à D. N. omissæ, meritò remansit contractis in puris terminis tractatus.

Quartò, † & consecutivè ad prædicta, quoties causa à 58
contrahentibus sperata non fuit in esse deducta, contractus nihil operatur, & non est exequibilis Anguisciol. *cons.* 167. *num.* 7. Carol. de Grass. *in tract. de except. in* 13. *except. numer.* 33. Causa autem propter quam Solimanus obligabatur dubio procul fuit liberatio, & quietatio D. N. quam omnino reportare voluit, & sine qua nunquam se obligasset, cum nec ipse nec D. N. ad id cogi posset, quo fit, ut ista dicatur
59 causa finalis † Socc. sen. *consil.* 26. *num.* 6. *libr.* 3. Becc. *consil.* 45. *numer.* 30. *lib.* 1. Carol. de Grass. *dict. except.* 13. *numer.* 29.

Quintò, cum non facta per Solimanum solutione in pecunia numerata infra octo dies, factus fuerit locus secundæ parti alternativæ nempe capiendi cambio pro foro Placentiæ immediatè sequenti, nec probaverit dicta Domina N. tempore debito per se vel per alium fuisse Placentiæ ad recipiendum
60 d. solutionem † cum debita quietatione, utique non obstante diei appositione non dicitur Solimanus in mora, nec interesse currere potuit juxta doctrinam Bartol. magis communiter receptam *in l. item illa in prin. n.* 11. *ff. de const. pecun.* Jo. de Anan. qui testatur de comm. opinione *in cons.* 5. *col.* 2. & ibi Apostil. Socc. sen. *in cons.* 180. *col. pen. lib.* 2. Dec. *cons.* 566. Paris. *in cons.* 5. *num.* 47. *libr.* 4. Goz. *in consil.* 56. *num.* 8. *cum aliis* plena manu congestis per Ant. Gabr. *libr.* 3. *tit. de Sol. & liberat. concl.* 9. *nu.* 19. latè Tiraquel. *de retract. conjang.* §. *is in glos.* 2. *num.* 10. Menoch. *cons.* 355. *num.* 5. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 316. Mohedan. *decis.* 307. Rota Genuensis *decis.* 89. *& decis.* 175. *numer.* 17. Magon. *decis. Lucens.* 78. *num.* 7.

Quod maximè procedit in casu nostro, in quo D. N. debebat etiam habere promptam quietationem, quam vigore statuti Genuen. facere non poterat absque consanguineorum interventu, ut supra probatum fuit,

61 Sextò Solimanus in omnem casum non erat certus de sua obligatione, tum quia cum anno 1610. D. N. fuisset à Rota condemnatus ad solvendam hanc partitam D. N. utique idem Solimanus rationabiliter arbitrari poterat, se non teneri ad solvendam eandem summam ne idem creditum eidem creditori bis solveretur. Dum etiam, quia cum Rota declaraverit capitulum contra ipsum Solimanum intentatum sibi locum non vendicare, jure putare potuit, se non teneri: Tum denique quia, ut patet ex quinque superioribus fundamentis, omnino negari non potest, quin anceps sit quæstio, an ipse teneretur, nec ne; quam quæstionem ille contra se ipsum decidere non tenebatur, cum igitur is non fuerit de suo
62 debito certus, utique moram non contraxit text. *in leg. quod te*, ubi Bar. *numer.* 12. Jas. *numer.* 15. *ff. si cert. pet.* latè Rebuff. *in l. habere col.* 8. *ver. quæ omnia ff. de ver. sign.* Sur. *dec.* 161. *nu.* 16. Rota Genuen. *dec.* 197. *num.* 3. Honded. post alios *cons.* 38. *num.* 35. Grat. *discep. forens. c.* 66. *nu.* 5. *tom.* 1. Rota *dec.* 581. *nu.* 8. *in fin. p.* 1. *in recent.*

Et sufficeret, ad evitandam moram, præfatas rationes ei-
63 dem tribuisse † aliquam dubitandi causam; quælibet enim justa causa, etiam levis, & colorata, interpellatione non obstante, excusat à mora *l. qui sine dolo* 64. ubi gl. & DD. *ff. de reg. iur.* Bar. *in l. quod te ff. de si cert. pet.* Ruin. *cons.* 72. *nu.* 7. *lib.* 1. Surd. *dec.* 281. *num.* 17.

Et quod justa causa litigandi excuset à mora, & interesse etiam depositarium, ita ut ne quidem teneatur de interitu rei, tradit gl. *in leg. hac, in verbo moræ ff. de cond. tritic.* Sadolet. attestans de com. opin. *in repet. l. quod te num.* 31. *ff. si cert. pet.* Plotus cum relat. *in l. si quando num.* 183. *C. unde vi*, & traditerunt etiam Bald. *in cap.* 1. *col. fin. ver. pone quod hæres qui succes. teneat feud. confir. in usib. feud* qui ait hoc esse notandum, & singulare Alex. *in cons.* 135. *col.* 4. *lib.* 6. *alias cons.* 119. *lib.* 2. Natt. *cons.* 599. *in prin. libr.* 3. Grat. *disc. Forens. c.* 32. *num.* 23. *tom.* 1.

Adeo ut justa causa litigandi in parte rei peritæ præservet reum à mora, etiam in alia parte, in qua nullam habet causam Bar. *in leg.* 3. *ff. de usur.* Guid. Pap. *in sing.* 446. Itavt occasione partis super tota summa litigare liceat, nisi adversarius se offerat recipere partem debitam. Verall. *dec.* 208. *numer.* 13. *par.* 2.

Et quod habens justam causam credendi se non debitorem, 64
non dicatur in mora constitutus, nisi post sententiam Rot. Gen. *decis.* 118. *num.* 13. Imò etiam causa injusta excusat à mora Alexand. *consil.* 92. *num.* 13. *libr.* 1. Jas. *consil.* 34. *num.* 5. *& seq. lib.* 3. Crav. *cons.* 848. *nu.* 3. *lib.* 5. Decian. *consil.* 11. *numer.* 8. *lib.* 2. Bellon. *decis.* 109. *num.* 1. Hond. *consil.* 36. *nu.* 23. *lib.* 2.

Et † quando articulus est dubius, & perplexus, quod 65
non committatur mora Fely. *in cap. de quanta numer.* 27. *de præs.* Cæph. *consil.* 407. *num.* 31. *vol.* 3. Rot. *dec.* 608. *num.* 14. *par.* 2. *in rec.*

Et † quoties quis est aliqua exceptione tutus excusatur à 66
mora, ut per Menoch. *de arb. Iud. cas.* 220. *numer.* 51. Crav. *cons.* 320.

Ratio † prædictorum est, quia mora non potest à culpa 67
sejungi, imò rectè deffinitur, esse delictum culpabile in debito solvendo commissum per Salycet. *in leg. semel mora circa prin. ff. Solut. Matr.* Ripa *in leg. quod te num.* 1. *ff. cert. pet.* Nulla autem considerari potest culpa in eo, qui ex tot fundamentis putabat, se non teneri ad solvendum, vel saltem absque prævia quietatione D. N. juxta tenorem ipsius apochæ, & sic mora, † non culpabilis, non dicitur mora, nisi ma- 68
terialiter Rebell. *de oblig. Iust. lib.* 8. *de usur. quæst.* 7. *col. ult. ver. ad primum venio.* † Imò mora non caret dolus *leg. dolus ff. ... leg. non potest dolo ff. de reg. iur.* † & à dolo quælibet 69 70
causa etiam injusta excusat, *leg.* 4. §. 1. *ff. de liber. caus.* glos. *in leg. plagii crimen ff. ad l. iul. plagiorum* Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *Cod. ubi de crim. agi opor.* Tiraquel. *in tract. de pœn. temper. caus.* 43. Crav. *consil.* 6. *num.* 89. *lib.* 1. Hond. *cons.* 36. *num.* 33. *lib.* 2.

Et † quod lapsus errore juris excusetur à mora, firmat 71
Menoch. *consil.* 381. *num.* 47. ubi voluit excusari quendam à mora, quia existimavit per contractum non fuisse recessum à laudo; error enim juris excusat † a damno vitando *l. la-* 72
beo, & ibi Bartol. *ff. de aqua pluu. arcen. l. iuris la seconda, & l. error in fin. de iur. & fact. ignor.* Castr. *cons.* 1412. *num.* 4. *lib.* 2. Seraph *dec.* 794. *num.* 20.

Sic in simili dicimus, † quod causa dubitabilis, habens 73
originem ab instrumento non benè claro excusat à caducitate Put. *dec.* 245. *& 401. lib.* 3. Ser. *dec.* 794. *nu.* 20.

Quinimò † quidam tenent, etiam lapsum errore facti 74
moram non incurrere quacunque interpellatione non obstante, ut post Aret. *consil.* 94. *trad.* Ceph. *consil.* 407. *num.* 33. *lib.* 3.

Quod saltem admitti potest, quando agitur de interesse 75
lucri cessantis, † ut in hac facti specie, ad quem effectum requiritur mora inexcusabilis Diu. Antonin. *in tr. de usur. cap.* 2. §. 22. *num.* 39 Forcat. *in tract. de mora part.* 3. *num.* 1. *inter tr. divers. tom.* 6. *par.* 2. *fol.* 428. Afflict. *decis.* 29. *num.* 3. Rot. Genuen. *decisio* 99. *numer.* 2. *in fine, & numer. sequent.* Scacc. *de commer. & Camb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *sub n.* 161. *ver. ampl.* 2.

Quibus ita se habentibus, in tantum non obstant media in contrarium adducta, ut imò potius ex illorum solutione magis de nostræ sententiæ justitia possit apparere. Quod enim primo loco dicebatur, in casu nostro concurrere illa tria requisita necessaria ad causandum interesse lucri cessantis, jam ex deductis sublatum apparet, cum deficiat præcipuum requisitum, nempe mora, qua non commissa clarum est, interesse non deberi, † nec absque usuraria labe peti pos- 76
se *l. mora de Usur.* DD. communiter *in leg. quod ff. si cert. petat.* Rim. jun. qui testatur de comm. opin. *cons.* 52. *num.* 54. *lib.* 1. *& cons.* 208. *numer.* 105. *& seqq. l.* 2. *Canonist. in cap.* 1. *extra de usur.* Cagnol. *in l. curabit num.* 57. *Cod. de act. empt.*

Lu-

Lupus *in repet. eiusdem leg. comment.* 1. §. 6. *num.* 109. & *seq.* Stracca *de Mercatura tit. de contract. num.* 3. Rota Gen. *dec.* 118. *sub num.* 1. Rota Rom. *dec.* 772. *nu.* 3. *part.* 4. *divers. & in Romana Cambien.* 17. *Decembris* 1584. *coram Gypsio*, latè, & pulchrè Honded. cum per eum congestis *cons.* 38. *num.* 6. *cum plur. seqq. vol.* 2.

77 Adeo, † ut nec valeat pactum, quod, mora cessante debeatur interesse Cravett. *consil.* 320. *numer.* 2. Rota Gen. *decis.* 139. *num.* 5.

Cessat quoque authoritas Bart. & sequacium, de qua supra *num.* 6. nempe quod ubi obligatio principalis provenit ex causa lucrativa, novetur per pœnalem stipulationem subsequentem, secus si ex causa onerosa, quia jam deduximus *num.* 28. *& seqq.* in secunda parte alternativè in apocha Solimani, apposita non agi de pœna sed de favore, & commoditate seu de obligatione conditionali purificata per non solutionem in pecunia numerata infra dies octo, ut etiam considerauit Socin. jun. *in cons.* 41. *num.* 4. *& seqq. volum.* 1. ubi *n.*

78 19. adducit etiam aliam bonam † rationem nempe, quod pœna illa dicitur, quæ dationi addicitur, & est vltra eam iuxta *l.* 5. §. *fin. ff. de verb. oblig.* & ideo cum istud pactum capiendi ambio sit adiectum solutioni pecuniæ, ut fiat pro illa, meritò non potest dici pœna, & sic sumus extra terminos distinctionis Bartoli. Ultra quod ejus obligatio respectu D. N. nunquam dici poterat onerosa, nisi facta per eam quietatione D. N. Tunc enim dicitur causa onerosa, quando intervenit pretium, vel † præstatio alicuius rei ex parte eius, cu-

79 jus acquiritur obligatio; quando autem is nec aliquid dat, nec pretium exbursat, dicitur acquirere ex causa lucrativa, ut tradit Alexand. *in consil.* 135. *numer.* 1. & 4. *lib.* 5.

Unde vel quietatio præfata erat facienda, vel Solimani obligatio, quo ad Dominam N. remanebat ex causa lucrativa, quo casu intrat primum membrum distinctionis Bartoli, ut etiam si sequens obligatio esset pœnalis, in illa transfusa fuisset prima.

Ad id quod addebatur d. secundam partem alternativæ nempe promissionem capiendi cambio censendam esse pœnalem ex mente Decii *in consil.* 12. Respondeo, quod Maiores nostri recipere noluerunt dictam Decii traditionem; imò illam frequentiori calculo damnauere, & signanter Soccin. jun. *in cons.* 41. per totum, ubi consuluit in eisdem terminis, & omnibus Decii fundamentis satisfacit, & ita contra Decium judicatum fuisse testatur idem Soccin. jun. *in consil.* 62. *n.* 21. *eode. lib.* 3. Silu. *in cons.* 22. per totum Parisi. *cons.* 81. *numer.* 27. *lib.* 2. Alc. *cons.* 119. Cravett. *cons.* 477. *num.* 6. *& seqq. lib.* 3. Purp. *cons.* 117. per totum, quin etiam latissimè satisfacit singulis Decii fundamentis, & hanc opinionem veriorem esse tradit Rub. *in consil.* 117. & Decii opinionem magis communiter reprobari & contra illum in facti contingentia per senatum judicatum fuisse, tradit Thes. *in dec.* 147. *per totam*, atque idem Decii consilium in specie reprobauerunt etiam Rip. *in l. ita stipulat. num.* 64. *ff. de verb. oblig.* & Burs. *cons.* 557. *num.* 9. Ad aliam traditionem Bart. & sequacium *in l. si convenerit de pign. action.* supra *nu.* 8. respondeo, illam procedere in terminis suis nempe quando unum est in obligatione, & alterum est cautela creditoris, & ita loquuntur scribentes ibidem relati, ut etiam advertit Afflict. *in dec.* 397. *numer.* 6. secus vbi alterum apponitur ad debitoris commodum, & faciliorem solutionem, ut contingere in casu nostro satis abundè deduximus.

Minus obstat quod dicebatur, Solimanum constitutum fuisse in mora, vel per reversionem à nundinis vel saltem per interpellationem iudicialem ann. 1610. factam; Quia primum remanet sublatum, ex quo D. N. nemine misit ad nundinas, qui pro ea interveniret, & quietationem D. N. offeret, & sic nec primum cambium perfici, nec recambium fieri poterat, nec de jure, nec ex lege conventionis.

Ad secundum autem dico, quod, cum Solimanus reportaverit à Rota sententiam favorabilem, potius ex d. judicio dicitur constitutus in bona fide, quam in mora, ut supra deduxi.

Non etiam admittendum est, quod dicebatur, non potuisse coram me deduci articulum, illum, an promissio Solimani pura esset, an conditionalis, qui articulus prætendebatur esse mere prophanus, & coram competenti Judice saltem implicitè decisus, quia ad hoc multipliciter respondebam, & omisso quod distinctionem illam inter quæstionem facti & q. juris de qua supra *numer.* 13. verbalem, & non juridicam appellat Osasc. *decis.* 137. *numer.* 10. *in fin.* & ante eum Iason. *in l.*

80 *quot. n.* 7. *C. de Iud.* † Nec videtur dari posse quæstionem facti, quin sit de jure; cum altera ab altera separari nequeat, sed inter se habeant necessariam, & inseparabilem admixtionem ut tradit Lupus *in trac. de Vsu. commet.* 4. §. 4. *versic. quamobrem* & post alios Farin. *in q.* 8. *num.* 135. *ver. verum quia*; & ideo Judex ecclesiasticus in omnibus casibus indistinctè est cognitior in materia Usurarum privativè, quo ad laicum. Abb. † *in cap. quoniam numer.* 1. *& in cap. præterea numer.* 2. *extr. de* 81 *Vsur. & in c. Cler. num.* 3. *de exc. prælat.* Felyn. *in cap. cum sit num.* 1. *ver. respectu usuræ de foro comp.* Amb. *vign. tr. de Vsur. numer.* 122. *& infr.* Rol. *cons.* 95. *num.* 3. *& seq. volum.* 4. Paul. de Castr. Alez. Imol. & alii in *l. si non sortem in princ. ff. de cond. indeb.* qui testantur ita de consuetudine servari omissa, in quam hac responsione quam subtiliter impugnat Petr. Barb. *in l. titia* 35. *numer.* 25. *fol. matr.* ubi probat diversam esse juris quæstionem à quæstioni facti.

Respondeo, quod etiam, admissa præfata distinctione, ea potius faceret pro nobis, hic enim non vertitur controversia super facto ipso, nempe in apocha à Solimano confecta fuerit necne, sed de jure quod ex d. facto oritur an scilicet supposita formalitate, qua apocha illa concepta fuit oriatur efficax obligatio adversus Solimanum, non facta quietatione D. N. de qua in dict. apocha non solum pro sorte, sed etiam pro usuris, & an d. apocha contineat verum cambium vel † so- 82 lam remissionem de accipiendo ad cambium, quæ inter se differunt, ut per DD. *in l. bonæ fidei ff. de eo quod certo loco*, & tradit Tiraq. *de retract. conven. ad fin. tit. numer.* 42. & 44. *cum plur. seq.* Quemadmodum † promissio emendi, vel ven- 83 dendi differt ab emptione vel venditione. Bart. *in l. actionem nu.* 16. *C. de transac.* cum aliis cumulatis per Ludovicum Assisiensem *in concl.* 72. per totam & per Achil. de Grass. *decis.* 18. *numer.* 5. *de procur.* Thesaur. *dec.* 253. & luculenter differentias ponit Surd. *in cons.* 52. *à numer.* 13. *usque ad* 22. *lib.* 1. quæ quidem quæstiones proculdubio juris non facti sunt, vt patet: & constat ex traditis per Osasc. *in d. Ped.* 138. *numer.* 11. ubi firmat in materia usurarum quæstionem meri facti duobus modis contingere posse, vel quod partes fateantur contractum, ex quo nulla juris dubitatio oriri potest, quin sit usurarius, vel factum tantum proponant, videlicet tot esse soluta vel recepta, aut non; quibus probatis, dubius in jure non est contractum esse usurarium.

Secundò † resp. quod ubi etiam hic vertetur quæstio facti, 84 prout non vertitur, cum tamen illa deducatur in Iudicium, ad effectum inde cognoscendi, an conventio obliget nec ne ad usuras, adhuc in curia Ecclesiastica esset cognoscenda, Iudex enim ad quem pertinet alicuius causæ cognitio, cognoscere potest etiam de pertinentibus ad causam per viam antecedentis, & consequentis ut tradit Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *Cod. si non à compet.* Iud. Menoch. *de arb. Iud. lib.* 1. *quæst.* 45. *in prin. Vant. de Nullit. quib. mod. sent. ex proces.* qui dic. *defend. aut repar. poss. num.* 66. † & in iudicium jurisdictione procedit 85 illa conclusio, qui vult consequens, vult etiam omne necessarium antecedens ad illud Corn. *cons.* 62. *col.* 3. *lib.* 4. Crau. *cons.* 79. *num.* 4. Soc. *cons.* 134. *col. fin. ver. videtur idem esse lib.* 1. *& consil.* 255. *n.* 4. *lib.* 2. Et † concesso fine, censentur etiam 86 ea concessa, quæ sunt ad finem *c. fin.* de post Steph. de Fed. *de interp. iuris part.* 1. *in* 7. *arg.* Et † tendentia ad finem sunt 87 eiusdem naturæ, cujus est finis Cæphal. *consil* 352. *num.* 51. *lib.* 3. & de eis judicatur prout de fine Surd. *cum relat. consil.* 367. *num.* 14.

Tertiò † Resp. & quidem ex abundanti, quod hic agitur 88 de usura resultante ex sententia cont. Solimanum à prestantiss. officio Cambiorum lata, de qua usura ipse ante sententiam dicere non poterat, quia nonnisi ex ipsa sententia nascitur, & sic non potest dici quæstionem hanc fuisse coram alio Judice discussam. Quemadmodum † autem Iudex Ecclesiasticus 89 cognoscit an contractus de partium voluntate celebratus sit usurarius; etiam si ab alio Judice Ecclesiast. vel seculari approbatur, & justus pronunciatus fuerit, ut per Albert. *in Rubr. C. de Vsu. num.* 9. & per Lupum *de Vsu. in l.* 2. *Cod. de pact. inter empt. & vend. tom.* 2. §. 3. *num.* 41. Eodem modo imò multò magis cognoscere poterit de usura, quasi contractus ex sententia orientis, cum judicia reddantur in invitum *vul. l. inter stipulantem* 83. §. *si sticum ff. de verb. oblig.* quo genere argumenti ad aliud propositum usus fuit Abb. *in c. qua fronte de Appell.*

Non † enim dubitandum est, quin ex Iudiciis oriatur qua- 91 si contractus, text. *in l.* 3. *idem scribit num.* 6. *& 7. ff. de pecul.* ubi glos. *in ver. iudicii* Menoch. *cons.* 415. *numer.* 2. *leg.* 5. Cor. *cons.* 26. *num.* 7. *volum.* 2. Tiraq. *de retr. lign. ad fin. tit. num.* 34. Gomes. *in rep. c. cum in multis num.* 8. *de rescr. in* 6. Unde

Bart. *in l. prætoriæ §. sed si unus num. 2. ff. de Prætor. stipul.* magistraliter dicebat oriri ex Iudiciis duos quasi contractus, alterum ex litis contest. obligantem ad instantiam judicii, verò ex sententia, obligantem ad id, quod in sententia continetur; id quod rursus tradit idem Bart. *in leg. 3. §. idem scribit num. 6. & 7. ff. de pec.* ubi etiam Bald. & add. ad eum intelligendo tamen ut per Dec. *in cap. qua fronte nu. 8. ext. de App.*

92 Parum † igitur refert, quod Judex laicus tacitè vel expressè pronunciaverit super qualitate contractus, an scilicet sit purus, vel conditionalis, & quod dicta sententia in rem transierit judicatam; quia cum inde resultet periculum animarum: an scilicet justè vel injustè exigantur usuræ, sententia in judicatum transire non potuit gl. Inno. & Hostien. *in c. inter monasterium de re iud.* & post Bal. & Alb. quos citat tradit Jas. *in conf. 21. nu. 1. l. 1.* Dec. *in conf. 305. num. 4.* in fine dicens, quod sententia, qua quis patitur se vinci, non apposita exceptione usuraria, semper potest retractari Alexan. *conf. 82. nu. 5. lib. 3.* ex Bal. *in l. cum alleg. in qua oppositione cum seq. C. de Vsur.* qui ad hoc adducit textum, quem dicit singularem in sui ratione *in l. si sponsus §. si uxo. il 2. ff. de don. inter vir. & uxo.* ubi Alex. *in addi. ad Bar.*

93 Quicquid † secus dicendum esset, ubi tractaretur de peccato per partes remissibile; juxta distinctionem Abb. *in conf. 60. nu. 2. par. 2.* post glos. & Bar. *in cap. lator. extr. de prob.*

Non pariter facit negocium, quod dicebatur obligationem Solimani non fuisse inductam animo novandi priorem D. N. sed ut illi, uti fidejussor accederet, quia jam satis contrarium probatum arbitror ex deductis supra in tertio fundamento *num. 54. & seq.*

94 Et † sanè implicat contradictionem, Solimanum esse fidejussorem D. N. & capere à d. Domina N. ad cambium pecunias quas D. N. ex titulo, & contractu diverso retinebat, cum fidejussor accedere nequeat nisi obligationi principali debitoris *l. si ita ff. de fideiuss.*

95 Quin † etiam dato, & nullo modo concesso, quod uti fidejussor intercesserit saltem in 1. parte alternativæ, *pagaro fra otto giorni*, cum non promiserit interesse, sed simpliciter certam summam expressam, non teneretur ad usuram, ut benè explicat Sur. *de Alim. tit. 9. qu. 31. n. 73. vers. 3. respondetur.*

96 Et † quamvis unus ex Dominis Advocatis partis adversæ in novissimis allegationibus diceret, Solimanum saltem se obligasse ex simplici constituto *ad l. 1. ff. de const. pec.* & uberius in *l. receptitia C. eodem, & §. de constituto Inst. eod.* quo casu etiam ex diverso titulo obligari potuit *d. l. 2. §. an possit ff. de const. pec.* tametsi in sua promissione de constituto mentionem haud fecerit, quod quidem non erat necessarium, juxta textum expressum *in l. cum qui §. Julianus ff. eod.* quem ad hoc ibi ponderat Oldrad. & sequitur Alb. *num. 7.*

Nihilominus ultra quod cum contractus remanserit inefficax; ut satis abundè deduxi, frustra quæritur de obligationis titulo. Esto, etiam Solimanus se obligasset ex constituto, id tãtum in prima parte suę promissionis verificari posset, quam in secundam transfusam fuisse jam probavimus, & in omnem casum talis promissio fuisset ex constituto, non simpliciter

97 facto † sed animo novandi obligationem priorem, ex quo quietatio D. N. fieri debebat juxta doctrinam Bar. & Ral. *in l. item illa cum num. seqq. de const. pec.* & sic aut consideramus usuram ex parte D. N. & illæ, facta novatione, non debentur *l. empt. ff. de nov. l. novat. ff. eod.*

98 Aut † ex persona Solimani, & nec debentur, tum quia non fuit in mora, tum etiam, quia, qui ex constituto tenetur, dicitur intercedere, uti fidejussor, ac accessoriè tenetur Aret. *in §. personam nu. 3. in fi. de act.* & sic cum illas non promiserit, ad eas non tenetur, ut supra *num. 100.* quæ omnia exabundanti sint dicta.

Denique non refragatur ultimum fundamentum, nempe quod ex libro rationum D. N. appareat, d. partitam fuisse appositam ad calculum Solimani, qui propterea teneatur actione negotiorum gestorum ad favorem D. N. quia ultra quod D. N. non scripsit manu sua dictam partitam, provt ad effectum probationis inde eliciendæ requirebatur. *l. generaliter C. de non n. 1. pec.* Guido Pap. *dec. 441. nu. 2.* Mugnoz. *post alios de ratiocin. c. 11. num. 29.*

99 In † omnem casum liber mercatoris pro tertio contra tertium absentem, non facit plenam, nec semiplenam probationem, secundum veriorem & magis communem opinionem, quam tenuerunt, Bal. *in Rubr. Cod. de fide inst. num. 33.* Imol. & Butr. *in cap. 2.* & ibi Fely. *numer. 32. & seq. ext. eod.* Dec. *in cap. cum causam col. 2. in prin. ext. de probat.* Aym. (*loquens in lib. officialis*, & sic in fortioribus terminis) *in tract. de antiq. temp. par. 2. §. 4. lim. num. 71.* Menoc. *de arb. iud. caſ. 91. num. 25. & seq.* Mugnoz. *de ratioc. cap. 11. numer. 28. & seq.* Genua de comm. cum per eum congestis *de script. privat. lib. 4. titul. de libris* Merca. *quæst. 3. num. 4. & seqq. & num. 16. & seqq.* Ver. *dec. 155. par. 2.* Card. Seraph. *decis. 450. num. 1.* latè Cardin. Mant. *dec. 216. num. 2.* Rota *dec. 717. numer. 1. ad med. par. 2. in rec.* ubi quod ita sæpe judicatum fuit, ut etiam testatur Farinacc. *in conf. 75. numer. 103.* cum aliis relatis per Grat. *discept. forens. cap. 727. num. 15. & cap. 766. nu. 65.* Gait. *de credito cap. 2. tit. 3. artic. 4. num. 730. & seqq.* Adminiculum, quod adducebatur de gabella per Solimanum soluta, nec sufficeret, si extaret, nec in effectu adest, quia apparet esse de majori quantitate, quam sit negocium, de quo agitur, Imò adsunt plura in contrarium adminiculam & argumenta, & signanter apparet ex solidatione computorum inter D. N. & Solimanum ipsum in illis nundinis remansisse creditorem ejusdem D. N. in summa scutorum quatuor millium, nulla facta mentione dictæ partitæ, de qua agitur, provt omnino fieri debebat; si girata fuisset. Rursus Domina Portia uxor D. N. uti ejus procuratrix, & de ipsius ordine post aliquos annos curavit, ut solveret eandem partitam d. Dominæ N. sed non concordaverunt de qualitate monetæ, ut ex litteris missivis productis, & recognitis, quam quidem solutionem impossibile est fuisse ordinatam, & tentatam à D. N. si ipse semel dict. partitam ad Solimani creditum girasset.

Ultra quod nec eadem Domina N. approbavit dictam solutionem, quatenus adesset, imò semper retinuit obligatum D. N. quem etiam condemnari fecit anno 1610. & non convenit Solimanum actione negociorum gestorum, sed tantum vigore suæ apochæ, quod sufficeret pro motivi responsione.

Ex quibus omnibus visum fuit nullatenus potuisse prætendi interesse cambiorum, & recambiorum; ac proinde quo ad istam partem, sententiam præfatam nullatenus esse exequendam.

In gradu appellationis, commissa causa cuidam Iudici synodali, sententiavit, bene appellatum, & malè per me judicatum.

ARGUMENTUM.

Coloni Clericorum an & quando teneantur ad onera laicalia, & an & quando subsint statutis Principum, & quando fruantur dominorum privilegiis. Et refellitur Thesau. *decis. 11.*

SUMMARIUM.

1 *Separatorum separata esse debet ratio.*
2 *Collecta imponitur percipienti fructus rei.*
3 *Colonus decimas soluit ex parte colonica.*
4 *Colonica portio prædiorum Ecclesiæ à solo separata, an collectari, vel oneri subiici possit.*
5 *Emens fructus rei Ecclesiasticæ an soluat Gabellam & numer. 7.*
6 *Exemptio vectigalis an transeat in emptorem, & numer. seq.*
7 *Immunitas venditori concessa an prosit emptori.*
Correlativi in diffinitione poni debet & alterum.
Correlativorum natura communis est utique extremo.
8 *Emens ab Ecclesia soluit gabellam pro transitu de loco ad locum.*
9 *Coloni partiarii Ecclesiæ transportantes partem colonicam de loco ad locum, soluunt gabellam.*
10 *Immunitas an sit privilegium, vel beneficium, & an latè vel strictè interpretandum, & nu. 15.*
11 *Privilegium quando strictè, & quando latè interpretandum.*
12 *Immunitas reducit nos ad libertatem & ius commune.*
13 *Favorabilis an sit vel odiosa materia, quomodo dignoscatur.*
14 *Immunitatis causa favorabilis est.*
Interpretatio latissima fit favore Ecclesiæ, vel piæ causę.
15 Scribentes *plurimi ad concordiam rediguntur.*
16 *Collectarum materia odiosa & strictè interpretanda.*
17 *Immunitas colonorum Ecclesiæ, ipsius utilitatem respicit.*
18 *Pacta favorabiliora sunt pars pretii.*
19 *Gabellam pro negociatione & mercimonia Princeps imponere potest.*
20 *Clerici an sint immunes ab oneribus pro negociatione impositis* & nu. seq.

21 *So-*

21 *Societas, non negociatio exercetur inter dominum & colonum.*
22 *Gabellam vel onus imponens colonis clericorum pro cultura, & laborerio, incidit* in Bullam Cœnæ Domini.
Clerici negociatores quando ad gabellas teneantur.
23 *Immunitas prædiis clericorum concessa an personalis sit vel realis,* & n.48. & seq.
24 *Mutata personæ conditione, an & quando mutetur rei status,* & num.37
25 *Emphyteuta Ecclesiæ an teneatur ad onera laicalia.*
Dominium utile rei emphyteoticæ, est laicum, temporale, & prophanum.
Colonus est dominus partis colonicæ.
26 *Argumentum de emphyteuta ad colonum, non valet.*
27 *Colonus non possidet pro suo, sed pro domino.*
28 *Gabellam soluit laicus de re quam communiter cum clerico possidet.*
29 *Coloni Clericorum, an & quatenus sint de foro Principis laici.*
30 *Princeps ratione personalis subiectionis, non supponit rem exemptam.*
31 *Colonum partiarium an & quando clericus in foro Ecclesiastico possit convenire.*
32 *Coloni Clericorum ligantur statuto prohibente frumenti asportationem.*
Ratio redditur n. 37.
33 *Coloni Clericorum soluunt gabellam pro delatione partis colonicæ.*
Ratio redditur, n.38.
34 *Coloni Clericorum seminantes orizam contra principis prohibitionem puniuntur.*
Contrarium est verius n.39.
35 *Coloni clericorum contravenientes edictis tempore pestis editis, puniuntur,* & n.46.
36 *Coloni clericorum an & quatenus ligentur edictis Principis secularis.*
37 *Statutum prohibens annonæ asportationem continet onus reale.*
38 *Coloni clericorum quam ob causam teneantur soluere gabellam ad portam civitatis.*
39 Hieron. Gabr. & Menoch. *auctoritate* Surdi *reprobantur.*
40 Gaball. resol. crim. c.12. n.4. *notatur.*
41 *Clerici eorumve coloni, an & quando teneantur contribuere oneribus publicam respicientibus utilitatem.*
42 *Coloni clericorum tenentur concurrere ad arcium. mœnium, arginum, & pontium restaurationem ex communi opinione.* In contrarium est verior, & crebrior opinio n. 45. & seqq. n.84.
Vtilitas non sufficit, nisi & alia requisita concurrant pro gravandis prædiis Clericorum.
43 *Clerici an ad mœnium refectionem possint ab Episcopo cogi.* & num.46.
44 *Munitiones ciuitatum sunt in ocio tractandæ.*
45 Federic. de Senis cons. 111. *& eum sequentes declarantur.*
46 *An & quando Clerici permissu ordinarii contribuere valeant ad mœnium instructionem.*
Clericos indirectè gravantes, bella exterorum contra se provocant.
47 *Mœnium constructio, & reparatio cuius sumptibus fieri debeat.*
48 *Mœnium instructio, arginum pontiumque refectio & similia, sunt onera mixta,* & n. seq.
49 *Onera habentia animi, vel corporis sollicitudinem annexo sumptu, sunt mixta.*
50 *Onera quæ indicuntur personæ pro rebus, sunt mixta.*
51 *Onus patrimoniale est tribuere equum vel currum pro aliquo opere.*
52 *Onus mixtum est inservire propriis expensis cum suis bestiis.*
53 *Onus quando dicatur impositum personis pro rebus.*
54 *Materia & forma constituunt unum individuum, quod totum corruit, si pars vitiatur.*
55 *Onera mixta fundantur principaliter in prædiis, secundarió in personis.*
56 *Onera mixta spectant ad dominum prædii non ad colonum etiam pro colonica portione.*
57 *Colonis ex quibus causis debeatur colonica portio.*
58 *Colonus si in portione colonica collectatur, vel gravatur, dominus prædii damnum refundit.*
59 *Colonus ad quæ teneatur erga dominum, & erga prædium.*
60 *Immunitas ab oneribus, qua clerici fruuntur, an sit personalis, vel realis, vel mixta.*
61 *Boves sunt pars, & instrumenta fundi.*
62 *Prohibita directè, per indirectum non permittuntur.*
63 *Statutum contra subditum non sustinetur quatenus in consequentiam præiudicat Ecclesiæ.*
64 *Coloni sortiuntur privilegia clericorum quando eorum onus præiudicat dominis.*
65 *Dominus qua actione tueatur jus suum adversus impedimenta colono præstita.*
66 *Princeps avertens clericorum colonos à cultura, incidit in* Bullam Cœnæ.
67 *Pacta favorabilia sunt pars pretii.*
68 *Immunitatem indirectè lædit, qui efficit ut coloni vilioribus conditionibus conducant prædia Ecclesiastica.*
Menoch. de Arb. iud. casu 162.n. 46. *refellitur.*
69 *Statutum mandans solvi certum quid pro bladis ad molendinum ferendis, non comprehendit laicos euntes ad molendinum Ecclesiæ.*
70 *Emens ab Ecclesia an & quando solvat gabellam.*
71 *Coloni Clericorum sub duplici ratione considerantur, in ordine ad onera & gabellas.*
72 *Immunitas uni concessa, in complexis competit & alteri.*
73 *Coniunctus an & quando gaudeat, priuilegio coniuncti.*
74 l.2. C. de Episc. & Cler. *dilucidatur.*
75 *Societatis contractus celebrari dicitur inter dominum, & colonum, & n.* 78.
76 *Immunitas concessa socio, communicatur & alteri.*
77 *Immunitas clericorum an & quando fratribus, à sociis communicetur,* & n. seq.
Et quid in fratribus, quorum unus ob filiorum numerum est immunis.
78 *Colonus an sit verè socius.*
79 *Coloni clericorum gaudent eorum immunitate ubi clerici commodè suo privilegio vti non possent.*
80 *Coloni Ecclesiæ an sint ab oneribus personalibus immunes.*
81 *Onus non potest ex Principis vel statuti dispositione mutare naturam.*
82 *Libertatis Ecclesiasticæ indirecta violatio quænam dicatur.*
83 *Colonos Clericorum plus cæteris gravant, lædit Ecclesiæ immunitatem,* ac incidit in Bullam Cœnæ Domini.
84 *Coloni clericorum iuxta crebriorem sententiam non tenentur concurre ad instructionem mœniorum vel pontium &c.*
85 *Opinio* Doctorum *quænam sit præferenda.*

DECISIO XLI.

PRætendebat Excellentissimus Dux Mirandulæ cogere colonos partiarios Clericorum una cum cæteris subditis ad operandum cum personis, bobus, & plaustris pro Arcis fortificatione, arginumque ac pontium reparatione, salisque vectatione: cui cum se Clerus Mirandulanus opposuisset, & ad me tunc Vicarium Regiensem pro bon. mem. Cardinali Estensi, recursum habuisset, ad eorundem colonorum favorem, re maturè discussa pronunciavi.

Est autem huiusmodi quæstio admodum antiqua, & in Ecclesiasticis tribunalibus sæpe agitata, ac à Doctoribus cum alia quæstione, an scilicet præfati Coloni collectari possint, confusa, eo quod utrumque unum sit mixtum, ut infra suo loco dicetur; quamobrem publicæ commoditati opportunum duxi rem in utramque partem differere.

Pro affirmatiua itaque sententia quæ habet Colonos partiarios Clericorum tam ad laborandum cum bobus, & plaustris, quàm ad collectas teneri, primo loco Thes. *dec.116.n.* 5. post Feder. de Senis *cons.111. num.*10. aiebat † separatorum 1
separatam esse debere rationem, ac propterea cum portio fructuum colonica sit quid temporale, & à Clericorum portione separata, certè illius occasione colonos ad præfata onera teneri utpote imposita percipienti fructus, † vt de collecta fir- 2
mat, Abb. *cons.*40. *num.*7. Rolan. *cons.*66. *nu.*29. *lib.*1. Crau. *cons.*497. *num.*5. *lib.*3. quibus addi potest Rota *dec.*23. *num.*5. *part.*2. *diver.* quod quidem argumentum corroborabat Menoch. *de arb. iud. cas.*562. *n.*40. per inductionem à simili; nam sicut dicimus † onus præstandi decimam etiam ad colonum 3

pro fructuum portione ad se spectante pertinere, ut per Innocent. *in c. cum non sit de decim.* Zabarell. *in cap. tua nos eod. tit.* Rip. *lib.2. resp.c.22. num.101.* sic ob eandem rationem de dd. oneribus videtur judicandum.

4 Cæterum † præfatum argumentum posset fortasse procedere (in sententia nonnullorum) si ageretur de onere imposito super fructibus jam à solo separatis, quos asserunt effectos esse quid temporale, nullamque ab agris Clericorum habere dependentiam, ac proinde uti colonorum laicorum patrimonium, & a re Ecclesiastica separatum posse gravari, & in his terminis revera loquuntur Feder. de Sen. & sequaces, ut advertunt latè Natt. *cons.409. volum.* 3. Surd. *consil.* 301. *n.89. vol.2.* Decian. *cons.51. n.4. & 5. lib.3.* Bott. *cons.87. n.22.* quamvis neque hæc opinio sit de mente Sacr. Congregationis super Controversiis Jurisdictionalibus. At in terminis nostris, & sic in oneribus impositis ratione partis Colonicæ nondum à solo reparatæ falsa est præfata argumentatio per ea quæ infra latè dicentur *num.....*

Ad instantiam verò quæ dabatur de decimis, responderi potest ponderando verba tex. *in c. tua il 2.* & ibi Abb. *de decimis*, nempe decimas solui Deo, qui est omnium Dominus; & sic adesse formam, & materiam ad talem impositionem aptam; sed in hisce oneribus dominum temporalem nullum ius habere in bonis Ecclesiasticis unde pars colonica sumitur; & sic tametsi persona coloni quæ est causa formalis sit subdita, deest tamen causa materialis, sine qua forma nil operatur.

Secundo igitur Thes. ubi supra *num.6.* aliud argumentum
5 pariter à simili adducebat, † ut nempe quemamodum pro emptione imposita, Archid. *in cap. ult. de censibus* in Bertacchin. *in tract. de Gabellæ p.7.q.7.* quibbus addendus est Rol. latè de-
6 fendens *in cons.61. num.5.* & per totum, eò quod exemptio † vectigalis non transeat in emptorem Alex. in addi. ad Bart. in *l. licitatio §. si mercatores ff. de publ. & vectig.* sic etiam ex rationis identitate, & Coloni præfati pro fructibus portionis colonicæ teneantur.

Ad hoc argumentum respondeo negando assumptum; quod quidem plurimos habet contradictores; tenentes exemptio-
7 nem † venditori concessam, prodesse regulariter etiam emptori Felyn. *in prohem. decret. ver.* Greg. *num.6.* ubi posita regula de qua latius Nellus de Santo Gemin. *in tract. de Bannis 2. par.2. tempor. q.40. num.40.* ut in definitione unius correlativi, semper poni debeat & alterum, infert ad doctrinam Imol. & Domin. *in c. eos de temp. ordin. in 6.* quod si statutum permittit aliquem emere sine solutione Gabellæ, intelligitur etiam permittere vendere; & multis concludit naturam correlativorum communem esse utique extremo, & uno contrahentium prohibito, vel permisso, alterum censeri prohibitum vel permissum. Et in puncto immunitatem concessam venditori, esse cum emptore communem ne alias per indirectum venditor gravetur, & rem vilius vendere cogatur, tradit Bald. *in cons.31. lib.1.* Dec. *cons.48. n.1. & 5.* Imol. *cons. 184.* Silvan. *in cons.9. n.19. ver. & hanc conclusionem* Joan. de Amit. *cons.18.* Roland. *cons.61. n.18. volum.4.* Hieron. Gabr. *cons.191. lib.2.* Decian. *cons.51. num.144. & seqq. vol.3.* Menoch. plenissimè conclusionem firmans, & contraria diluens in *cons.136.* per totum *volum.2.* & de Arb. Jud. *cas.562. num. 45. & seqq.* & ita intelligendus est Bald. in *cons.11. circa med. & cons.496. ver. interdum volum.4.* Rimin. jun. *cons.724. nu. 48.* & post alios, quos cumulat & fædere distinctionis conciliat, tradit Bellett. *disquisit. Cler. tit. de exemption. Cler. & eorum bonorum à mun. pub. §. 8. numer.2. & seqq.* Lotter. post hæc scripta impressus *de re benefic. d. q.31. num. 57.* ex quibus apparet hanc esse comm. opinionem.

8 Saluari † tamen potest Thes. intelligendo eum de Gabella, quam emptor fructuum rei Ecclesiæ soluit ex transitu illorum de loco ad locum, prout revera loquitur Archid. ab eo citatus non iam *in d. c. fin.* sicut eum mendosè citat, sed in *cap. penult. circa med.* cum quo ibi concordat Franch.) tunc enim concedi potest emptorem non potiri clericorum vel Ecclesiæ immunitate, eo quod huiusmodi Gabella non soluitur immediate ex actu cum Ecclesia inito, sed ex actu extrinsecus ad veniente, & nihil commune cum bonis Ecclesiasticis habente, juxta distinctionem Bal. *in cons.3. stat. civitatis* Asten. *vol.1.* Silvan. *cons.9. sub num.19. ver. & hanc conclusionem* Hieron. Gabr. *cons.161. num.7. lib.2.* declarat, & exornat Menoch. *consil. 136. num.19.* & per totum *lib.2.* Ob † quam ratio-
9 nem idem de huiusmodi colonis partiariis Ecclesiæ, de loco ad locum transportantibus portionem colonicam à solo separatam respondit Surdus *cons. 301. n.89. & seqq. lib.3.*

10 Tertiò † movetur Thesaur. *loco cit. numer.7.* ex eo quia privilegium immunitatis est stricti juris *cap. privilegia & cap. odia. de reg. iur. in 6.* ideò strictè interpretandum, ut clericorum duntaxat utilitatem concernat, non item colonorum, qui sunt laici, & qui si eximerentur, commodum principaliter consequerentur; id quod ultra Thes. considerauit Puteus *dec.66. num.1. lib.1. in correctis*, & Rota *dec. 950. part.3. divers.*

Cuius tamen argumenti, & maior, & minor propositio falsa est. Maioris falsitas patet, tum quia non agimus de privilegio, sed de libertate, & immunitate à jure divino, & canonico proveniente, ut per Grat. *cons.130. lib.1.* cui consilio subscripsere Alciat. Bero. & alii, quin imò etiam si à Principis concessione manasset, adhuc non diceretur privilegium, sed beneficium, latissimè interpretandum, eo quod ipsius Principis duntaxat interesse concernat *l. fin. ff. de constit. princ. l. si quando C. de bon. vacan. lib.10. c. olim.* vbi glos. Abb. & alii *de verb. sign.* & in puncto hic agi de beneficio firmat Grat. *d. cons.130. nu.4. lib.1.* Tum etiam quia esto versaremur in privilegio (prout re vera non versamur) adhuc argumentum non concluderet, † tunc enim privilegium est strictissimè in- 11
terpretandum, quando venit contra legem communem, at si privat legem privatam, ut contra statutum vel proclama, utique latissimè interpretari debet text. est *in c. olim.* juxta intellectum Host. & Jo. Andr. *de verb. sign.* Dec. *consil.48. sub num.5. ver. & maximè Card. Serap. dec.728. num.2.* † & in 12
terminis immunitatis, nos ad libertatem, ac ad ius commune reducentis Menoch. *consil.540. numer.18. lib.6.* Surd. *cons.497. num.4. & 5.* immunitas enim non est duntaxat concessa Clericis sed prædiis ipsis ex quibus pars colonica desumitur, ut infra ostendam propter quam rationem Menoch. ipse contra Ecclesiam scribens, huiusmodi argumentum repudiavit, *in cons.562. num.38.* præterquam quod imò agimus de re favorabili,

Ad † dignoscendum enim an materia favorabilis sit vel 13
odiosa, consideranda est causa, ob quam particulariter est inducta, cuius naturæ favorabilis, vel odiosæ semper est eiusdem dispositio, ut inquit Bal. *in l. cunctos populos col.12. ver. sed hic quæro de effect. C. de Summ. Trin. & fid. Cath. Roman. cons.32. num.5. in fin.* Alex. *cons.197. col.1. vol.7.* Corn. *cons. 89. col.1. vol.3.* Gozad. *cons.5. num.6.* cum aliis, quos in terminis nostris congerit Decian. *consil.51. numer.47. volum.3.*

† Inficiari autem nemo potest quin huius immunitas causa 14
sit apprimè favorabilis, cum respiciat pias causas ordinumque ac Religionis Christianæ favorem, ut in puncto observavit etiam Rom. *in cons.87. in fin.* & in fortioribus terminis Sylu. *cons.9. num.18. ver. & maximè* & est regulare ut favore Ecclesiæ & piæ causæ latissima fiat interpretatio *l. sunt persona ff. de relig. & sumpt. fun.* cum aliis cumulatis per Tiraq. *de priu. piæ causæ priu.101.* sequitur Rota *dec.24. p.2. diuers.* & alii communiter. † Saluari autem possunt scribentes dicentes immu- 15
nitatem esse strictissimè interpretandum ubi tractatur de eximendo quem ab onere, cui jam subiacebat, secus si (ut in casu nostro) de supponendo eum qui alias uti talis, & sic uti Ecclesiæ colonus non fuit adstrictus, ut per Sylvan. *cons. 66. n. 4 & 22.* Crau. *cons.726. n.5. & 8.* Cæph. *cons.58. numer.35.* Surd. *dec.35. in fi.* † denique quia imò ipsa collectarum one- 16
rumque materia odiosa est, & strictè interpretanda, ita ut in dubio contra Cameram Principis pronunciandum Corn. *cons.98. num.8. & cons.199. sub num.25. vol.1.* Becc. *cons.73. in fin.* Roman. *cons.87. num.40.* Crau. *cons.111. in fin.* Antonin. *variar. resol. lib.1. resol.111. nu.14.* licet Domini Camerarii non facile huiusmodi theoricam amplectantur.

Minor pariter propositio Thesauri, ut scilicet exemptio colonorum respiciat eorum duntaxat favorem, sustentari non potest. † Quia imò illa respicit particulariter favotem Cleri- 17
corum, qui prædia sua melioribus locabunt conditionibus, ut infra latè ostendam, & in specie tradunt Paris. *cons.26. numer.10. & seqq. & num.16. volum.1.* Roland. *cons.61. lib.4.* Natt. *consil.114. num.19.* Bursatt. *cons.452. num.16.* Menoch. *cons.136. n.13. lib.4.* Borgn. *dec.44. n.98. p.1.* Leo. in Thes. *fori Eccl. p.1. c.14. n.6.* cum aliis quos adducam *infra n.67.* & post hæc scripta benè deducit Lott. *de re benef. q.31. n.28. & seq.*

Et favorabilioribus pactis, † quæ sunt pars pretii *l. fundi* 18
partem ff. de contrah. empt. l. si vend. ff. de seru. export. Prout nec applicatur *dec.* Rotæ *950. p.3. divers.* quia loquitur in privilegio personali concesso pro decimarum exemptione, ad quas etiam Ecclesiastici eorumque coloni tenentur.

Quartò pro hac parte adducitur ex Thesaur. *d. dec.116. numer.20. & 14.* & apertius ex Menoch. *de arbit. iud. cas.162. n. 42. & seqq.* quod coloni dicuntur negociari, & quodammodo suis

do suis laboribus, & impensis emere partem colonicam fru-
19 ctuum; & ideo immunes esse non debent: † cum Princeps onera possit imponere pro negociatione, & mercimonio Luc. de Penn. *in leg. ultim. quæst.* 15. *Cod. de quib. muner. nemo Lice. excus. lib.* 11. *& in ult. Cod. de fundis* Limitroph. *libr.* 10. Bart. *in leg.* 1. *Cod. de anno & tribu.* Federic. de Sen. *cons.* 111. Jo. de Plate. *in leg. nemo Cod. de dignit.* Gemin. *in cap. quanquam de censibus* Bertacch. *de Gabell. part.* 2. *quæst.* 6. Natt. *consil.* 409. *num.* 1. *&* 6. copiosè Menoch. *cons.* 9. *lib.* 1. quod argumentum idem Menoch. *dict. cas.* 562. *num.* 43. corrobo-
20 rat ex eo quod † nec quidem Clerici immunes sunt ab oneribus pro negociatione impositis *cap. ult. de vit. & honest. cler.* Archidiac. Jo. Andr. & Franc. *in cap. quanquam de censibus in* 6. Ripa *lib.* 2. *respons. cap.* 22. *numer.* 17. *iuncto numer.* 4. ubi declarat Thesaur. *dict. dec.* 116. *num.* 19. latè Maccabrun. *cons.* 18. *num.* 253.

Duplici tamen medio id subuerti potest; primo affirman-
21 do † inter dominum, & colonum exerceri societatem, non autem negociationem, ut infra latè deducam *num.* 75. & probat text. expressus in *leg. si cum villico ff. de Institut. action.* Bart. *in l. legatis in princip. qu. penultim. ff. de legat.* 3. Alex. *in l. divortio nu.* 26. *ff. solut. matrim.* Cravett. *cons.* 6. *nu.* 11.

Secundò quatenus etiam esset negociatio, cum ea non sit prohibita, sed omni jure permissa, imò & necessaria, profectò non intrant doctrinæ supra relatæ; quæ loquuntur in clericis negociantibus contra canonum instituta, qui ratione illius illicicæ negociationis tenetur ad onera, Tex. *in cap. quanquam de censibus in* 6. *Clem. præsenti eodem titulo* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ numer.* 106. *de constit.* Bellamer. *cons.* 44. *numer.* 4. Molin. *de contract. dis.* 342. *numer.* 4. *&* 5. ubi quod ad hunc effectum non est necessaria trina monitio, de qua loquitur tex. *in cap. ult. de vit. & honest. Cleric.* Hoc tamen procedit quo ad bona propria, secus quo ad bona Ecclesiastica; quia si in illis negocietur non tenetur ad solutionem gabellæ gloss. *in d. cap. ult. verb. de suis facultatibus* Feder. de Sen. *cons.* 207 *nu.* 1.

Idem limitatur quando bona non sufficiunt ad victum, tunc enim permittitur Clericis exercere non sordidum exercitium tex. *in cap. Clericus victum, & c. seq.* 91. *distinct. latè* Molin. *d. disput.* 342. *n.* 13. & hoc in casu permissum est Clericis conducere aliquod Prædium Laicorum; latè Quarant. *in Summ. Bullar. verb. vectigal.* & fuit resolutum *per Sacr. Cong. Concilii* 23. *Maii* 1626. *in quadam causa Ostunen.* & extra hos terminos Clerici Negociatores tenentur ad gabellam, sicque mullo magis eorum coloni illicite negociantes, at pro dict. conductione licita neuter tenetur, nec coloni gravari possunt,
22 quia per indirectum etiam Clerici gravarentur, † Imò si Princeps imponeret colonis Clericorum onera pro dicto laborerio seu cultura prædiorum, incideret in *Bullam Cœnæ Domini*, quia indirecte ipsos ecclesiasticos gravarer. Navarr. *cons.* 32. *nu.* 4. *&* 5. *de sent. excom.* pulchrè Leon. *in Thes. for. Eccles. par.* 1. *c.* 14. *de Immun. bonorum Eccl. nu.* 35. & rursus *par.* 3. *c.* 7. *de excomm. num.* 119.

23 Quintò † Thesaur. jun. *in add. decis.* 116. sui genitoris movetur ex eo quod secundum eum immunitas ecclesiasticis prædiis concessa, personalis est, ac proinde clericorum personas non egreditur, nec ad colonos transit; adhoc enim ut immunitas sit realis, necesse est ut principaliter concedatur rebus; hæc autem, de qua agimus, Clericis, & Ecclesiis est principaliter concessa, rebus autem secundariò videlicet intuitu personæ, unde secundum eum resultat privilegium esse personale, ad quod citat Rot. *in decis.* 26. *part.* 2. *diversor.* sed voluit allegare *dec.* 23. *eadem par.* 2. Quod ex eo confirmat quia ex bonis Ecclesiæ quæ transeunt in laicum non exemptum soluuntur onera juxta opin. Silvan. *in consil.* 9. *n.* 5.

Hoc argumentum corruit ex tertio fundamento infra numer. 60. pro contraria sententia adducendo, ubi probabimus hujusmodi immunitatem esse realem, non personalem tantum. Confirmatio autem præterquam quod non transit sine difficultate non applicatur, quia supponit jam dominium bonorum ex quibus colliguntur fructus, translatum esse in laicum; & sic Ecclesia neque directè læditur, neque indirectè.

24 Sextò. Menoch. *dict. cas.* 162. *num.* 45. inquit † mutata personæ conditione, censeri etiam mutatam bonorum conditionem, & consequenter extinctum dicti privilegium *leg. paulus* alias *pro procuratore ff. de acqui. hæred. l. cum quidam* §. *si debitores ff. de public. & vectig. l. fiscus ff. de iure fisci c. unic.* §. *verum de Iurep. in* 6. & tradunt Anchar. *cons.* 108. *nu.* 5. Jas. *cons.* 20. *lib.* 1. copiosè Tiraq. *de retr. conjang.* §. 1. *glos.* 13. *nu.* 12. quibus addo Rot. *in Vincen. præcedentiæ* 27. *Aprilis* 1594.

corum Gypsio; cum itaque respectu fructuum qui colono acquiruntur mutata sit conditio personæ privilegiatæ, sequitur partem colonicam posse à Principe gravari. Et pro comprobatione addi potest d. regulam potissimum procedere in collectis & oneribus imponendis, ut mutata persona, mutetur status rei, & consideretur qualitas novi possessoris, ut tradunt. Jo. Andr. & Anchid. *in cap.* 1. *de Immun. Eccles. in* 6. Alex. *consil.* 35. *numer.* 18. *vol.* 4. Abb. *consil.* 233. *numer.* 3. *lib.* 2. Anchar. *consil.* 180. *num.* 5. Ias. *consil.* 20. *per tot. libr.* 1. Roland. *consil.* 61. *num.* 6. *vol.* 4. Tiraqu. ubi supra Natt. *cons.* 32. *nu.* 5. *&* 6. Bursatt. *cons.* 180. Germon. *de Sacrorum immu. lib.* 3. *cap.* 17. *nu.* 72.

Sed, & hoc argumentum facili negotio prosternitur, tum quia illud procederet fortasse in materia privilegii personalis, nos autem versamur in reali. Dec. *in l. in omnibus causis id de reg. iur.* latius Sylvan. *cons.* 9. *nu.* 22. Tum etiam quia tunc diceretur mutata persona; si prædium ipsum ad manus laicas deveniisset, vel si onus nullatenus influeret in dominos colonorum vel in eorum prædios, ut infra suo loco dicetur.

Septimò. Thesaur. jun. *in præfata additione* tangit aliud medium pariter à simili; † ut scilicet quemadmodum emphy- 25
teuta Ecclesiæ ex magis comm. opin. tenetur ad onera, tametsi directum dominium sit penes Ecclesiam, idque signanter tradit post alios Valasch. *de Iur. emphyt. qu.* 17. ita dicendum videtur in colono, qui fructus percipit ex fundo Ecclesiæ, ut post alios, quos congerit tradit, Peregr. *de fideicommiss. art.* 5. *nu.* 14. Si enim dominium utile rei ab Ecclesia investita laico, est laicum temporale, & prophanum ut per Valasch. *de Iur. emphyt. d. qu.* 17. *nu.* 12. multo magis dominium fructuum portionis colonicæ, quod est totaliter proprium ipsius coloni, & à rebus Ecclesiæ omnino separatum, ut ad rem nostram considerat Menoch. *dict. cas.* 562. *sub nu.* 45.

Sed respondetur in primis negando antecedens; nondum enim transivit in judicatum ut emphyteuta Ecclesiæ ad onera teneatur laicalia, & contrariam sententiam sectantur Bar. *in l. privata C. de excus. mun. lib.* 10. Ias. *in leg.* 1. *num.* 31. *C. de Iur. emphyt.* Ruin. *cons.* 117. *nu.* 10. *lib.* 5. Bursatt. *cons.* 42. *n.* 22. *lib.* 1. Valenzuol. *cons.* 100. *num.* 81. & hinc inde adest com. opin. ut per Cevall. *in specul. com. contra com. qu.* 726. qui inquit hanc negativam opinionem uti Ecclesiæ favorabilem esse sequendam; quam etiam veriorem profitetur Silvan. *cons.* 9. & Oddus *cons.* 70. *num.* 31. quod pro nunc non firmo.

Deinde negatur consequens; † maximum enim est discri- 26
men inter emphyteutam & colonum, præsertim, quia ille possidet pro suo, & habet jure proprio fructus, isto autem possidet pro domino, ita respondet Bal. *in l.* 1. *ver.* 6. *Cod. de Iur. emphyt.* Alexan. *cons.* 4. *sub num.* 7. *ver. & ex prædictis lib.* 5. *& cons.* 35. *nu.* 12. *lib.* 4. Festas. *de collect.* 2. *par. c.* 4. *nu.* 24. & in terminis nostris advertit Botta *cons.* 87. *sub n.* 28. *& seq.* Olasch. *dec.* 83. *nu.* 6. Natt. *cons.* 312. *nu.* 5. qui quidem *in cons.* 114. *num.* 15. plures inter illos affert differentias, & hoc pacto respondetur etiam ad text. in *leg. si pendentes* §. *si quid cloacarii ff. de Vsufruct.* porrò onera prædicta non possunt imponi nisi possidenti pro suo, ut infra suo loco dicetur. Unde stante rationis diversitate, non benè infertur de uno ad aliud.

Quod † autem colonus possideat pro domino, non pro 27
suo; est luce meridiana clarius, & patet ex tex. in *leg. peregrè* §. *quibus ff. de acquirend. poss.* tradunt Ias. *in l. naturaliter num.* 5. *&* 10. *eod. tit. Contar. in l.* 1. *num.* 21. *C. si de moment. poss.* Menoch. *de recuper. possess. tom.* 1. *num.* 62. & in terminis nostris Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 111. *nu.* 9. & quod colonus nec naturaliter, nec civiliter possideat tradit Pute. *dec.* 14. *nu.* 1. *lib.* 1.

Octavò † præter scribentes considerari potest quod si res 28
communis & à Clerico ac laico pro indiviso possessa, alteri vendatur, laicus tenetur pro rata pretii ipsum tangente solvere gabellam, quamvis pro alia rata Clericus sit exemptus Covar. *pract. quæst. cap.* 34. *num.* 2. Molin. *de Iust. tract. at.* 2. *disput.* 663. *num.* 7. Unde idem videtur dicendum inter Clericum & colonum, qui possident pro indiviso fructus prædii, ut scilicet portio coloni gravari possit, licet alia Clerici rata sit immunis.

Sed & hoc eadem facilitate diluitur, ob rationis diversitatem: quod enim socius ex rei communis venditione solvat Gabellam, nihil ad Ecclesiam, cujus interesse neque directè, neque indirectè tangitur, neque agitur de contractu cum illa celebrato, unde augmentum concluderet si Clericus & colonus venderent alteri fructus recollectos: at si colonus gravaretur pro recollectione fructuum prædii Ecclesiastici, jam indirectè læderetur Ecclesia, vel persona Ecclesiastica,

ex infra latè dicendis; unde intrat regula ut ſocius in connexis fruatur privilegio ſocii, qua de re latè diſſerui in *deciſ.* 24.

29 Nonò † Coloni Eccleſiarum ſubditi ſunt, & de juriſdictione Principis ſecularis, ac de illius foro; ita ut propterea coram Judice laico tam in civilibus quàm in criminalibus ſint conveniendi, nec fori declinatoriam valeant allegare Specul. *in tit. de compet. iud. adi.* §. 1. *nu.* 27. Abb. Felyn. & Aret. *in cap.* 2. *de foro compet.* Gem. & Præpoſ. *in cap.* 1. *ii. quæſt.* 1. Lap. *allegat.* 81. Feder. de Sen. *conſil.* 111. *num.* 9. Guid. Pap *deciſ.* 1. Franc. Marc. *deciſ.* 45. *par.* 2. Oſaſc. *deciſ.* 32. *Theſaur deciſ.* 22. *per totam* & eſt communis opin. teſte Capic. *deciſ.* 12. *num.* 2. Natt. *conſ.* 576. *num.* 3. *& ſeq.* Clar. *in* §. *fin. qu.* 34. *verſ. quæro nunquid*, qui loquitur de clericorum famulis, & de communi teſtatur. Gabr. *conſ.* 37. *numer.* 4. *vol.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 88. & fatetur etiam Surd. *conſ.* 31. *num.* 72. quibus addendus eſt Purpur. *conſ.* 594. *circa fin. lib.* 2. dicens dd. colonos è Judice ſeculari eſſe ad collectas cogendos. Graſſ. *effect. Cler.* 3. *num.* 67. niſi tamen eſſent perpetui adſcriptitii *cap. Eccleſiarum Servi* 12. *quæſt.* 2. DD. *in dict. cap.* 2. ubi Aretin. *num.* 2. *cum aliis per* Theſaur. *d. dec.* 22. *num.* 50. Graſſ. *loc. cit. num.* 64. vel niſi eſſent Coloni Epiſcopi, vel eſſent ejus familiares cum requiſitis familiaritatis, ut per Burſatt. *conſ.* 25. *lib.* 1. Et ſæpius reſolutum fuit in *Cong. Immun.* & ſignanter ad favorem D. Cardinalis S. Marcelli, & D. Cardinalis Muti Epiſcopi Viterbien. Adeo ut Clerici eorum domini volentes contra eos pro ipſa terrarum locatione, & ſocietate ſeu colonia litem movere; eorum forum laicum ſequi teneantur, cum iſte non ſit caſus exceptus à regula textus in *c. cum ſit generale de foro competen.* ita tradit Mart. *de Iuriſd. par.* 4. *caſ.* 112. *ſub nu.* 1. niſi tamen coloni ſe obligaſſent in forma Cameræ, vel Eccleſiaſticæ juriſdictioni ſe ſuppoſuiſſent juxta *l. Epiſcopale iudicium C. de Epiſc. aud.* ut per Covar. *pract. qq. c.* 35. *nu.* 2. *verſ.* 5. *non video* & Mart. ubi ſup. *n.* 12. Antonell. me hic citato, *de regim Eccl. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 4.

Ad hoc autem argumentum ſatisfacit Surd. *in conſ.* 301. *ſub num.* 85. poſt Calder. & Anchar. ab eo relatos dicens, eatenus colonos perſonarum Eccleſiaſticarum eſſe de foro laicali, quatenus agitur de eorum perſonis (adde tu vel de bonis propriis) ſecus autem ſi per indirectum jus domini læderetur, vel illi aliquod detrimentum, vel præjudicium inde reſultaret; provt contingeret in caſu noſtro, ſi imponerentur hujuſmodi onera, quæ mixta ſunt, ut infra dicetur, † nec poteſt 30 Princeps laicus ratione ſuæ ſubiectionis perſonalis ſupponere etiam rem exemptam *l. forma verſ. ſi vero quis ff. de cenſib.* facit etiam Cæph. *conſil.* 515. *num.* 1. *& 2. lib.* 4. Oddus *conſ.* 70. *num.* 26. Carol. de Graſſ. in puncto *de effect. clericat. effect.* 3. *num.* 65. ſicut nec conqueri poteſt ſi in hujuſmodi caſibus dd. coloni gaudent privilegio dominorum, quia id non contingit principaliter propter eos, ſed intuitu & favore perſonarum Eccleſiaſticarum *cap. quæ in Eccleſiarum* 12. *qu.* 2. Leo. cum per eum relatis in *Theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 14. *nu.* 33. & quod quando incommodum vel damnum redundaret in dominum, etiam coloni, & famuli fori privilegio gaudeant, fatetur idem Menoch. *eod. caſ.* 562. *n.* 1. Et ſic apparet in his terminis non adeſſe rationis identitatem inter forum & onera: quod enim conveniantur pro re non Eccleſiaſtica in foro laico, nulla ſubiectio Clericorum reſultat; quod autem ratione culturæ prædii Clericorum vel Eccleſiæ, oneribus ſubiiciantur, utique in ipſius prædii ſubiectione redundaret, & ſic ex diverſis non benè infertur. Unde non immeritò aſſerere poſſumus colonos Eccleſiarum quatenus ſunt coloni, & cum iſta qualitate, uti colentes prædia Eccleſiaſtica, non eſſe ſubditos Principi laico, licet ſint alio reſpectu.

31 Quod † autem addebatur ex Marta Clericos non poſſe eorum colonos coram ordinario convenire ratione culturæ, niſi obligati ſint in forma cameræ vel per pactum foro Eccleſiaſtico ſe ſubiecerint; non eſt tutum, quia imò cum agatur de ſocietate & contractu initio ſuper rebus Clericorum vel Eccleſiæ, Epiſcopus eſt judex competens, ut notatur *in c. iudicatum* 89. *diſtinct. & in cap.* 2. *de foro compet.* & tradit Hier. Gabr. (licet contra Eccleſiam ſcribat) *in conſ.* 37. *nu.* 10. *vol.* 2. ſubdit tamen ibi *n.* 12. ſervandam eſſe conſuetudinem; unde ad tollendum omne dubium, cautela eſt ut Eccleſiaſtici curent colonos obligari in forma Cameræ videlicet foro Eccleſiaſtico ſupponi. Sed quod dd. Coloni conueniantur reſpectu terrarum Eccleſiæ, & ſic reſpectu coloniæ non ſint de foro Laico firmat Aretin. *in cap.* 2. *nu.* 8. *de for. compet.* & fuit reſolutum à *Sacr. Cong. Immu. in una Viterbien.* 6. *Octobris* 1627.

Decimo pro hac parte facit alia conſimilis ratio, nempe Colonos præfatos, uti ſubditos, ligari ſtatutis laicorum; Et † hinc eſt ut comprehendantur in ſtatuto prohibente frumenta extra territorium aſportari, Doctores *in Clem. præſenti de cenſibus, & in cap. quanquam eod. titul. in* 6. cum aliis allatis à Ripa *in tract. de peſte tit. de remed. ad conſervat.* Ubert. *numer.* 137. Vulpell. *in tract. de libert. Eccleſ. par.* 2. *nu.* 17. *cum ſeq. ver. quid autem.* 32

Hinc † pariter tenentur ſolvere Gabellam ad portam civitatis, quando colonica portio ex bonis Eccleſiaſticis habita, defertur Capra *reg.* 96. *num.* 85. Bertacch. *de Gabell. par.* 7. *qu.* 7. *ſub num.* 13. Beſſ. *in tit. de Principe num.* 174. Burſatt. *conſ.* 42. *num.* 14. 33

Hinc † etiam colonos Clericorum ſi contravenerint edicto de non ſeminando orizam etiam ſi prædia ſint Eccleſiaſtica puniri poſſe à Principe conſuluit Hieron. Gabr. *in conſ.* 37. *vol.* 2. & Menoch. *conſ.* 800. *per totum vol.* 8. ſequitur Vulpell. *in tract. de libert. Eccleſ. par.* 3. *nu.* 14. *&* 16. Caball. *reſol. crim. cap.* 12. *nu.* 4. 34

Hinc † rurſus puniuntur iidem ſi contravenerint edictis à Principe tempore peſtis editis, ut copiosè per Caball. *d. caſ.* 12. *num.* 4. 35

Sed & hoc argumentum ſimili medio, quo præcedens ſubvertitur. † Eatenus enim coloni Clericorum ligantur ſtatutis laicis, quatenus inde per indirectum non reſultat dominorum læſio, ut per Surd. *d. conſ.* 301. *nu.* 83. *& ſeqq.* alias ſecus, quia uno prohibito, cenſentur omnia prohibita, per quę ad illud pervenitur *leg. oratio ff. de ſponſ. l. eos in fin. Codic. de uſur. leg. pupillus* §. *ſed ſi per interpoſitam ff. de auctor. tut.* cum aliis in terminis adductis per Surd. *eodem conſil.* 301. *nu.* 74. 36

Unde non obſtat primum exemplum adductum de ſtatuto prohibente aſportationem frumenti, † id enim eſt onus reale afficiens ipſos fructus poſtquam ſunt in poſſe coloni, & jam illius patrimonium effecti; unde nihil ad Clericos, & in iſtis terminis procedit regula, ut mutata conditione perſonæ poſſidentis, mutetur quoque rei poſſeſſæ conditio *l. fiſcus de iure fiſci*, cum aliis in pro poſito congeſtis per Sylvan. *conſ.* 9. *num.* 4. *&* 5. 37

Ejuſdem † farinæ eſt ſecundum exemplum; ideo enim dd. coloni ſoluunt Gabellam ad portam civitatis, quia jam portio colonica eſt à dolo ſeparata, & effecta proprium coloni patrimonium, ſeu peculium, unde neque directè, neque indirectè læditur Eccleſia, ita reſpondet Surd. *d. conſ.* 301. *nu.* 90. & Decian. *conſ.* 51. *nu.* 4. *&* 5. *vol.* 3. ſecus autem eſt quando onus reſpicit contractum, ſeu ſocietatem cum Eccleſiaſtica perſona initum. 38

Tertium † exemplum non eſt verum; quia imò cum prohibitio ſeminandi orizam afficiat ipſa prædia; & reſtringat Eccleſiæ libertatem, non comprehendit prædia Clericorum ut latiſſimè & egregiè defendit Surd. *d. conſ.* 30. *per totum* ſcribens in eadem cauſa contra Gabr. & Menochius quos benè reprobat, & dixi ego *in dec.* 12. *num.* 51. 39

Quartum † exemplum in genere ſumptum non officit, niſi quatenus afficeret bona Eccleſiaſtica ut contingeret in dict. prohibitione, ſeminandæ orizæ in qua malè Caball. d. concluſionem exemplificat; qui propterea cautè legendus eſt. 40

Undecimò. † Cum opera præfata nempe Arcis fortificatio, arginum, pontiumque reparatio, foſſatorum mundatio ſaliſque vectatio, publicam reſpiciant utilitatem, ſine dubio coloni Clericorum comprehendi videntur, præſertim ſtante modico Eccleſiæ præjudicio ut per Gabr. *dict. conſil.* 37. *num.* 6. *lib.* 2. adeovt imò etiam ipſimet Clerici comprehendi deberent juxta opinionem Menoch. *conſil.* 80. *per totum vol.* 8. 41

Sed & noc pari facilitate corruit; quia cum dd. onera imponantur intuitu ipſorum prædiorum, ut infra deducam, utique non ſufficit utilitas publica niſi alia concurrant requiſita de quibus in *c. non minus, & in c. adverſus*, & utrobique notant *ſcribentes extr. de Immun. Eccleſ.* cum aliis relatis per Leon. *in Theſaur. foro Eccl. par.* 1. *c.* 14. *nu.* 24. *& ſeq.* & tradit Mol. *tract.* 2. *de Iuſt. diſput.* 672. *concl.* 1. & Rot. *in Valentina Gabellæ* 10. *Decemb.* 1598. *coram Orano* & ego latè deduxi *in dec.* 12. *nu.* 18. *&* 25. *& ſeqq.*

Duodecimò † denique concurrere videbatur communis DD. ſententia tenentium hujuſmodi onera afficere etiam colonos Eccleſiæ, perſonarumque Eccleſiaſticarum pro qua Theſ. *dec.* 116. *num.* 8. adducit Feder. Sen. *conſil.* 111. Bertac. *de Gabell. part.* 7. *quæſt.* 7. *numer.* 13. Gem. *cap. quanquam in fin. de Cenſib.* Aret. *in leg. placet in* 3. *colum. verſ. capio* gloſ. 42

in

in verb. extraordinar. C. de ſacroſ. Eccleſ. Jo de Plate. *in l. ſenatorum Cod. de dignit. lib.*12. Brun. *in tr. de ſtat. excluſ. fem. art.*8. *q.*22. *num.*110. *ver. & pro hac parte in fin. illius quæſiti* Boſſ. *tract. crim. tit. de Principe num.*121. Ferrett. de Gabellæ *num.*537. ſubdens idem Theſ. id videri ex mente Innoc. *in cap. non minus*, & ibi Abb. *n.*14. *ver. vel* 2. *de Immun. Eccleſ.* firmantium colonos teneri ad quædam munera, à quibus Eccleſia eſt exempta.

Et pro portione colonica præfatos colonos omnino teneri voluit Remig. de Gonn. *in tract. de Char. ſubſid. quæſt.* 61. *n.* 20. *& ſeqq* Rip. *in tract. de Peſte p.*3. *quæſt.*15. quibus auctoritatibus Theſ. iunior. ibidem in addittion. addit. Boer. *dec.* 215. *num.*19. Rolan. *conſ.*61. *& ſeqq. lib.*4. Summ. Sylveſtr. *in verb. excommunicatio* 9. *numer.*48. Molignat. *quæſt.*137. Joan. Ant. de Nigr. *in repet. extrau. unicæ numer.*306. *de Vit. & honeſtat. Cleric.* Pinell. de bonis Matern. 2. *p. ſub num.*72. Caroc. *de locat. part.*4. *quæſt.*25. *de collectan. num.*34.35. *&* 43. ubi limitat in nimio gravamine Capr. *reg.*96. *num.* 55. *&* 86. Lud. de Silu. *inter conſ.* Riminal. Sen. *conſ.*747. *lib.*4. His autem Menoch. *dict. caſ.*562. *numer.*37. rurſus addit Salic. *in l. univerſi C. de Vectigal. & cenſit.* Iſern. *in cap.*1. *num.* 57. *quæ ſint regalia* Felyn. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ n.* 99. *de conſt.* Guid. Pap. *q.*208. Luc. de Penn. *in l. vnica colum.* 2. *ver. unde ſires C. de Impon.* Lucr. *deſcr. lib.*10. *& in l.*3. *q.*17. *C. de quib. mun. vel præſta lib.*10. Parp. *in l. placet n.*73. *C. de Sacr. Eccl.* Rol. *conſ.*66. *n.*29. *lib.*1. Hier. Gabr. *in conſ.*73. *n.*5. *lib.*1. ſed puto voluiſſe eum citare in *conſ.*37. *lib.*2. Maccabr. *conſ.*18. *n.* 54. Burſat. *conſ.*25. *num.*3. *ver. quin.* & apertius *in conſ.*42. *numer.* 16. *lib.*1. quibus denique addi poſſunt idem Menoch. *de arb. caſ.* 180. *num.*8. Marta Eccleſiaſticæ iuriſdictionis alioquin acerrimus defenſor in *tract. de Iuriſ. par.*4. *caſ.*112. *numer.* 2. Botta *in Memorab. ver. Colonus Eccleſiæ* Brunor. à Sole *in compend. reſol. ver. coloni. Eccleſiarum*, qui omnes ſunt triginta quatuor Doctores, conſtituentes dubio procul communem opinionem. Et quod concurrere debeant cum plauſtris, & animalibus pro concurrenti quantitate in vectatione Salis, quando utilitas eſt illis communis dicitur reſolutum in *Sacr. Congreg. Immun. in una Mediolanenſ.* 6. *Nouembris* 1627. *Proponente R.P.D. Paulutio poſtea ad Sacram Purpuram ad ſcito.*

43 Quinimò † ad mœnium reſtaurationem etiam ipſimet Clerici teneri videbantur, per Epiſcopum tamen cogendi ex mente Bal. *in l. ad inſtructiones num.*2. *&* 3. *C. de Sacr. Eccl. & in l. de his C. de Epiſc. & Cler. Auth. ſtatuimus Cod. eodem* Leo. Theſaur. *for. Eccleſ. lib.*1. *cap.*14. *ſub numer.*22. *ver.* 2. qui quidem tametſi loquuntur de tempore belli; videntur tamen etiam caſui noſtro deſervire, cum fortificatio, de qua agitur, fiat pro civitatis Arciſque Mirandulanæ aſſecuratione, habito reſpectu ad bella, quæ rationabiliter in Italia futura eſſe perhibentur, quæ ſuſpicio poſt hæc ſcripta nimis ve-
44 rificata fuit. † Munitiones autem Civitatis ſemper ſunt in otio tractandæ; tunc enim male quęruntur, quando neceſſario indicuntur inquit Luc. de Penn. *in l. fin. q.*2. *C. de quib. muner. nem. lic. ſe excuſ. lib.*10.

45 Cæterum † conſtanter negatur dictam opinionem eſſe communem. Advertendum eſt enim quod Fed. de Sen. qui originaliter illam tenuiſſe, dicitur, & quem, uti coripheum, cæteri ſequuntur, loquitur extra terminos quæſtionis noſtræ, nimirum de Gabella, quæ ad portam civitatis pro portionis colonicæ introductione, vel vectatione ſoluitur, & ſic agit de Gabella merè reali, videlicet, quæ impoſita eſt fructibus jam a ſolo ſeparatis, & de colonorum patrimonio effectis, & quamvis addat illa verba *& alia onera &c.* exempla tamen declarant in quibus terminis ipſe regulam poſuerit; ita in puncto reſpondet, eumque intelligit Natt. *in conſ.*409. *num.*6. *&* 7. Siluan. *conſ.*9. *ſub nu.*25. *ver. ad conſ.* Feder. Burſatt. *conſ.*25. *ſub num.*3. *ver. quia* 1. *&* numer. *ſeqq. lib.*1. Decian. cum per eum relat. *conſ.*51. *num.*4. *&* 5. *lib.*3. Botta *conſil.*87. *num.*32. Eugen. *conſ.*96. *num.*13. Cattus *inter conſil.* Riminald. ſen. *conſ.*740. *ſub num.*12. *ver. quamvis* Purpurat. *conſil.*594. *num.*4. Rota *in Corrigen. Gabellæ* 27. *Novembr.* 1602. *&* 12. *Martii* 1603. *coram Iuſto*, nec ſine violentia poſſet extra dd. terminos trahi. Feder. dum vtitur illo argumento ſeparatorum, ſeparatam eſſe rationem, quod non niſi in fructibus à ſolo ſeparatis verificari poteſt ut ſupra oſtendi. Sed & ferè omnes illius ſequaces loquuntur pariter extra noſtram materiam. Nam Innoc. & Abb. agunt de caſu particulari, & prorſus perſonali, nempe de onere ſubeundo in Adventu principis. Salyc. loquitur in fiſco, non in Eccleſia, Fel. ſequitur ſimpliciter Federicum, ac proinde ſecundum eum eſt intelligendus, Bertacc. loquitur de Gabella pro fructuum iam ſeparatorum de loco ad locum tranſportatione Luc. de Penn. & Brun. loquuntur de emphyteuta: in quo jam deduxi ad eſſe rationis diverſitatem ex quo poſſidet pro ſuo. Rolan. loquitur quidem de colonis in genere, nihil autem dicit de iſtis partiariis Clericorum vel Eccleſiæ; & ſequitur ſimpliciter Lucam de Penna, & quateuus exemplificat in decimis, videtur loqui extra terminos noſtros. Gabr. loquitur de ſtatuto prohibente Orizæ ſationem, in quo ut dixi meritò reprobatus fuit à Surd. *conſ.*301. & à nobis quoque in *dec.*12. *num.* 51. & adducit rationem ineptam, nempe Eccleſiæ præjudicium inde reſultans eſſe modicum, cum tamen ubi agitur de libertate & Immunitate Eccleſiæ, non detur modicitas, vel parvitas materiæ. Maccabrun. examinat duntaxat *conſilium Ancharani* 162. & inclinat in contrariam partem Burſatt. milita in noſtris caſtris quoties non agitur de fructibus jam à ſolo ſeparatis, & de colonorum patrimonio effectis, & ſic pro iſta opinione vix remanent 25. doctores, quorum nonnulli ſunt pariter intelligendi de fructibus à ſolo ſeparatis, ut dicam *in ſeq. dec. n.* ..... cum tamen pro contraria ſententia longe plures, & numero & pondere exiſtant ut infra apparebit.

Quod † autem ad debatur ad mœnium inſtructionem tene- 46
ri etiam Clericos ab Epiſcopis cogendos, falſum eſt abſolutè loquendo, quia text. in *l. ad inſtructionem cum ſimilibus* correctus fuit per *cap. non minus*, *& cap. adverſus de Immun. Eccl.* Bald. autem & Leo. *in Theſaur. for. Eccleſ.* loquuntur de tempore belli quando ſcilicet adeo urget præciſa neceſſitas, ut aliunde provideri non poſſit, nec ad Summum Pontificem ob temporis anguſtiam pro beneplacito patet oportunus recurſus; tunc enim non videtur inconveniens Epiſcopum congregato Clero poſſe indulgere ut Eccleſiaſtici ſponte oneribus huiuſmodi ſe ſubiiciant ob imminentem neceſſitatem. Ita Abb. *in cap. non minus n.*20. *verſ. puto tamen*, & ibi Anchar. *num.*8. & Anan. *num.*11. *de Immun. Eccleſ.* Caſtr. *conſ.*423. *n.* 4. *lib.*2. cum aliis per Rota *allat. in Leoden. Collectar.* 19. *Maii* 1604. *coram Ortembergo*. At nos Deo miſerante, in huiuſmodi anguſtiis non reperiebamur, licet autem prudentes Principes munitiones in otio tractare debeant, non inde ſequitur ut Clericos indirectè vexare valeant; ne potius hoc pacto iram Dei provocent. & inde attrahant bella, unde auertere ſatagunt, vt experientia non ſemel docuit, & advertit etiam Leo. *in d. Theſaur. for. Eccleſ. dict. c.*14. *n.*42. *& ſeqq.* & poſt hæc ſcripta, an id in caſu noſtro euenerit omnes † no- 47
runt. Quinimò de jure ipſe Princeps cuius eſt Civitas; ex tributo vel annuis ſuæ Cameræ emolumentis ex eadem urbe provenientibus aſſignare debet tertiam partem pro nova conſtructione, reparatione, vel munimine mœnium; qua tertia parte non ſufficiente, ipſius civitatis publicæ pecunia eſt ſupplendum, eaque non exiſtente, vel non ſufficiente, talea inter cives eſt imponenda, juxta bonorum cujuslibet æſtimum, ut ex pluribus ſimul junctis juribus habetur nempe *l.* 3. *C. de diverſ. præd. Vrb. & ruſt. lib.*11. *leg. ne* ſplendidiſſimè *C. de oper. publ. l. fin. C. de Vectig.* §. *iubemus in auth. de collat.* & tradunt Jo. de Amic. *in conſ.*99. Petr. Iacob. *in ſua Prax. tit. de refect. muror.* cum aliis latè congeſtis per Rem. de Gonn. *de Charit. ſubſid. q.*62. *num.*123. *cum aliis ſeqq.* & quamvis Io. de Plat. *in d. l.*3. *C. de diu. præd. lib.*11. dicat præfata iura non ſervari de conſuetudine; hujuſmodi tamen laicorum conſuetudo, non poteſt prædiis obeſſe clericorum ut infra ſuo loco dicetur.

Levia ſunt igitur & admodum inania fundamenta, quibus opinio affirmativa fulcitur; † unde verior & ſequenda eſt con- 48
traria negativa ſententia, ut ſcilicet coloni perſonarum Eccleſiaſticarum ad ſupra relata onera nequaquam poſſint cogi, quæ quidem validiſſimis rationibus comprobatur.

Primò itaque moveor ex qualitate, & natura onerum eorundem, quæ quidem ſunt mixta, cum habeant onus cum ſumptu in quibus ſcilicet perſonæ opera, rerumque impendium vertitura, ita ut de munere perſonali participent quatenus annexum habent onus perſonæ, & de reali quatenus ſunt cum ſumptu, & ſic dicuntur perangariæ ut declarant Innocent. & Abb. *in c. non minus de Immun. Eccleſ. gloſ. in leg. neminem C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & poſt Rim. *in conſil.*740. *numer.*12. *& ſeqq. vol.*4. tradit Surd. *conſ.*301. *numer.*90. *vol.* 3. Pet. de Antiho. *in tract. de Muner. §.*2. *primæ diviſionis muner. ver. mixta munera numer.*20. Guid. de Cugn. *in tract. de muner. num.*31. *inter tract. diverſ. tom.*12. Natt. *conſ.*409. *numer.*8. *vol.*3.

Et † quod onera habentia animi vel corporis ſollicitudi- 49
nem, annexo ſumptu dicantur mixta, probatur in *l.* 1. *in fin.*

ff. de mun. & bon. de quo vide Anguiſciol. conſ.52. nu..... lib.3.

50 Tum etiam † quia indicuntur perſonæ pro rebus, & conſequenter ſunt mixta *leg. reſcripto §. fin. ff. de muner. & honor.* ut ibi Doctores Ioan. Andr. de Nigris latiſſimè *in clem. vnic. ver. priuil. n.158. de vit. & honeſt. cler.* Bald. rationem reddens in *l. propter honorem ff. qui bon. ced. poſſ.* qui loquens de collectis, inquit eſſe materialiter onera rerum, formaliter onera perſonarum, cumque forma & materia faciant unum totum, ideo dici onera mixta; ſequitur Natta *conſ.160. num.7.* Oſaſch. *deciſ.94. num.46.* & in propoſito Botta *dicto conſ.*

51 87. *num.16.* † & in terminis quod tribuere equum, currum, vel quid ſimile ut inſerviat in aliquo opere, ſit munus perſonale advertit Molin. *de Iuſtit. tract.2. diſput.661. numer.12.*

52 Et † quod inſervire propriis expenſis cum ſuis beſtiis, ſit onus mixtum reale, & perſonale tradit idem Molin. *dict. diſput.661. numer.* 13. per text. in *leg. neminem cum gloſ.1. & 2. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. nemo de conſil. publ.* & Angar. *lib.12.*

53 Quod † autem indicantur perſonis pro rebus, tergiuerſari non poteſt, cum in eis non habeatur præciſa, & immediata ratio ad fructus, ſed ad ipſa prædia, quæ colunt; non enim gravantur ad ratam fructuum, qui ſingulis annis colliguntur, ſed ad ratam bubulcarum terræ, vel ſaltem pro ipſa colonia, habito reſpectu non ad quantitatem fructuum recollectorum, ſed ad ipſa prædia, ut conſtat ex ipſa taxa, ſeu partitione vel æſtimo à miniſtris D. Ducis confecto, ut in ſimili advertit etiam Gratus *conſ.130. ante numer.5. lib.1.* & poſt alios quos refert Eugen. *conſ.96. ſub numer.10.* tametſi idem dicendum eſſet ſi fructus gravarentur, *ut infr. num.58. & ſeqq.*

Cum itaque ad hujuſmodi impoſitionem conſtituendam requiratur perſona pro forma, & res pro materia, non ſufficit perſonam eſſe principis iuriſdictioni ſubiectam, niſi etiam ſit res, itaut forma applicari poſſit materiæ ad conſtituendum hoc totum, videlicet onus hoc mixtum ut per Corn. *conſil. 199. num.11. volum.1.* Surd. *conſil.262. numer.28. volum.2.* Et conſequenter ex quo hic adeſt incapacitas in materia, quia prædia ſunt Clericorum, & extra Principis iuriſdictionem,

54 vtique eiuſmodi impoſitio ſubſtineri haud poteſt; † nam materia & forma conſtituunt unum totum individuum, quod dicitur irritum in totum, ſi pars eius vitiatur *leg. in hoc iudicio ff. famil. herciſc.* Bald. *in l. quemadmodum num.9. Cod. de*

55 *agri. & cenſ. lib.10.* † onera enim huiuſmodi fundantur in materia in eiſque pro cauſa finali conſideratur res ipſa illiuſve dominium, ut deducitur ex *l. reſcripto §. patrimonialia ff. de muner. & honor.* & notat expreſsè Bald. loquens de collectis in *authen. defuncto num.12. C.* ad Tertull. ſequitur Natt. *conſil. 149. num.4. & conſ.160. num.7.* dixi in *deciſ.* 35. *numero* 15. quamvis ibi addiderim magis principaliter perſonam, ut nobiliorem conſiderari.

56 Et † hinc inſurget ſecundum fundamentum, nimirum quod cum coloni non ſint prædiorum domini, non tenentur ad tributa, vel alia onera text. in *l. ſi penes Cod. de Agn. & cenſibus lib.11.* quem textum loqui de colonis partiariis advertit ibidem addens ad Bartol. & patet ex Soccin. ſen. *conſilio 119. num.2. lib.1.* & huiuſmodi onera mixta non ſpectare ad colonos pro rata fructuum, quos inde percipiunt, ſed ad dominos prædiorum eſt gloſſ. in *Clementin.1.* & ibi Doctores de Decim. *& in leg. ſi penes* ubi Joan. de Plate. *num.2. Cod. de Agri. & cenſ. lib.11.* Angel. *in auth. de Alien. §. quia vero* Bald. *in l.1. C. de Epiſc.* & Cler. Felyn. *in cap.1. num.2. de foro competent.* & tradunt diſtinguendo Bart. & alii *in l.1. C. de Anno & trib. lib.10.* & benè firmat Natt *conſ.409.* per totum Bartol. de Gabell. *part.7. num.14. & 15.* Thomat. *de Collect. §. quiſpiam num.8.* Riminald. jun. *conſil.353. num.178. lib.4.* Decian. *conſ.51. n.14. lib.3.* Botta plurimos congerens, *conſ. 87. n.16.* Borgnin. cum per eum relatis *dec.44. ſub n.14.* Surd. *conſ.301. n.90. lib.3.* Marta *de iuriſdict. part.4. c.13. n.43.* ubi alios cumulat. Anguiſciol. *conſ.62. n.100. lib.3.* Capic. *dec.12. in fine* Oſaſch. *dec.83.* Rota *in Corrigen. Gabellæ 27. Novembris* 1602. *& 12. Martii* 1603. *coram Iuſto.* Quinimò etiam DD. ſcribentes contra eoſdem colonos, fatentur illos non teneri ad onera impoſita perſonis pro rebus & ſignanter Menoch. *eodem caſu 562. num.53.* & Theſaur. *d. dec. 116. nu.10.* unde apparet allucinatum fuiſſe Ripam *in reſponſ.2. nu.15. de Eccleſ. ædif.* ſecus ſentientem.

Quod quidem ſolidiſſimo fundamento confirmatur: quia

57 portio † colonica cedit colono duplicem ob cauſam, ſcilicet pro ſumptibus expenſiſque omnium ad cultum neceſſariorum, & pro mercede laboris, operæque impenſæ, in his enim duobus ſimul junctis conſiſtit iuſtitia aſſignationis dictę portionis colonicæ, ut poſt alios advertit Petr. Barboſ. *in leg. fructus num.17. ff. ſolut. matrimon.* † quo fit colonus in dicta 58 portione aſſignata collectetur, vel alio onere gravetur, jam vel contractus remaneat iniuſtus, vel Eccleſia ſeu Clericus eidem omne damnum vel gravamen in onere ſubeundo paſſum refundere debeat, ut poſt alios noviſſimè advertit Lott. *de re benefic. quæſt.31. num.50.* & hinc rurſus reſultat eos non modo cellectari non poſſe pro prædiis, ſed nec quidem pro fructibus pro portione colonica aſſignatis, qui ſunt adeo labori & expenſis commenſurati, ut vix fructus dici poſſint. Coloni † enim totum ſemen de ſuo ponunt, quod à domino 59 haud repetunt, etiamſi nihil germinaverit, *l. ſi uno §. ubicunque ff. pro ſocio Canoniſtæ in cap. tua nobis il ſecondo* per illum text. *de decim.* Bald. *in l.1. ſub num.9. ff. pro ſocio.* Non participant de fructibus arborum Specul. *tit. de locato §. 1. ver. illud autem* Franc. Marc. *deciſ.888. num.12.* ubi ipſi cum eorum familiam ad culturam, curamque prædii non ſunt ſatis, conducere tenentur pretio operarios, licet quandoque nihil inde percipiant gloſ. *ſingul. in d. Clemen. 1. ver. excolendas de decim.* fructus ſeu portionem dominicalem ſuis ſumptibus ad domum domini portare debent: Petr. de Vbald. *tract. de duobus fratribus part.11. columnn.11.* Franc. Marc. ubi ſupra *num.13.* Nullas deducunt expenſas, ut notant *omnes in dict. cap. tua nos* Capic. *deciſ.20. numer.14.* Denique ſubmittunt pretium ſeminis cæteroſque ſumptus, operaſque ſuas & familiæ divinæ miſericordiæ, ut benè dicit gloſ. *in d. ver. excolendas in fine*, quam ſequitur ibidem Imol. *ſub nu.13. verſ. ſed certe.* unde portio colonica, quam percipiunt, non tam fructus dici poteſt, quam pretium ſeminis, merceſque laboris.

Tertiò pariter ex primo fundamento reſultat, & aliud, conſiderata qualitate immunitatis, de qua agimus, † quam 60 tametſi nonnulli arbitrati fuerint eſſe perſonalem nimirum ipſis Clericis conceſſam; ex veriori tamen ſententia receptum eſt illam eſſe realem, ipſiſque prædiis conceſſam text. eſt expreſſus in *l. placet, Cod. de ſacroſan. Eccleſ.* ibi, *ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum ordinata, ſordidorum munerum face vexentur, nil extraordinarium ab hinc ſuperindictum ve flagitetur*; quę verba canonizantur *in cap. generaliter §. novorum 16. d.1.* eſt etiam text. *in authent. de eccleſiaſticis titul. §. ad hæc ſancimus*, cum cæteris iuribus & auctoritatibus cumulatis per Menoch. *de arbitr. iud. caſ.502. ſub num.20. ver. ſecundus eſt caſus, & num.21. & 38.* idemque tenet Sylvan. *conſil.9. num.22.* & Bellett. *diſquiſ. cleric. tit. de Immunit. cleric. & eorundem bonorum à muner. publ. ſub num.1.* (ubi tamen adducit quaſdam auctoritates ad rem non facientes,) comprobat juribus, & rationibus Suar. *in defenſ. fidei cathol. contra Regem. Angliæ lib.4. cap.24.* per totum, & ita firmavit Rota *in Cartaginen. decimarum 10. Decembris* 1578. *coram Bubalo, & in Corrigien. Gabellæ 22. Novembris* 1602. *coram Juſto.* vbi ad hoc adducitur etiam text. *in cap. non minus de Immun. Eccleſ.*

Nec inde re vera ſequitur inconveniens à Theſauro *d. dec. 116.* conſideratum, ut nempe ſi exemptio eſſet realis, tranſiret ad emptores, quia præterquam quod ipſe non reſpondet ad ſupracitata jura, quę evitari non poſſunt, immunitas iſta non eſt conceſſa huic, vel illi prædio propter ſe; ſed omnibus prędiis Eccleſiaſticarum perſonarum, & quatenus ea ſunt talia vnde facta alienatione, & mutato dominio, jam non ſunt amplius prędia perſonarum Eccleſiaſticarum, ſed mutant ſpeciem, & per conſequens immunitatem amittunt.

Vel fortè magis propriè loquendo exemptio hæc dici poteſt mixta, uti perſonarum, rerumque ratione conceſſa, ut in ſimili habetur per Menoch. *conſ.276. numer.8. ver.2.* ac propterea competit quibuſcumque dd. prædiorum colonis, quando ex eorum gravamine attinguntur bona clericorum gloſſ. *in Clementin.1. in ver. excolendos de decim.* & ibi Abb. & Imol. Rota *deciſ.4. de priuil. in antiq. & dec.23. num.2. p.2. diuerſ. & in deciſ.950. p.3. etiam diverſ. & in dd. Cartaginen. & Corrigien.*

Quartò moueor quia tametſi huiuſmodi onera dirigantur directè contra colonos & ſic adverſus perſonas laicas, indirectè tamen tendunt contra Clericos, illoſque gravant; præſertim dum diſtrahuntur coloni, una cum bonus ad agrorum culturam deſtinatis; † nam quod attinet ad boves benè dice- 61 bat Botta *dict. conſ.87. num.29.* boves & equos eſſe fundi partem, nec in illis gravari poſſe colonos, quin per indirectum graventur, & domini, quia quicquid eſt in fundo paratum eſt gratia colendi, colligendi, conſervandique fructus

leg.

l. instrumenta l. quæsitum ff. de fund. instr. glos. *in l. 2. ff. de verb. sign.* & in indiuiduo quod hujusmodi animalia sint instrumenta fundi Ecclesiastici advertunt Festas. *de collect. part. 4. cap. 2. num. 1. cum sequ.* Caroc. *in tractat. de locat. & conduct. fol.* 210. Surd. *consil.* 338. *num.* 14. *lib.* 3. Botta ubi supr. *num.* 23. 25. 29. *&* 32. Tiraq. cum per eum congestis *de retract. consang.* §. 1. *glos.* 3. *num.* 118. & Rota *in dicta Corrigien.* quæ inquit ex hoc innotescere gravamen super illis re vera habere respectum ad bona.

Quod autem attinet ad colonorum personas, dum oneribus publicis occupati nequeunt debito tempore præesse prædiis vel frugibus, Ecclesia minorem fructuum numerum percipit; terra enim eo fœcundior, quo frequentiùs, & tempestiviùs colitur; & sic quo nos vertamur, semper apparebit clericorum præjudicium indirectè insurgere. Quæ autem directè concedi nequeunt, non debent per indirectum 62
permitti text. in terminis in cap. cos *qui* §. *nos igitur*, ibi *seu alio quovis titulo, modo vel quæsito colore de Immun. Eccles. in 6. cap. statutum ibi directè, vel indirectè in hæret. in cap. quanto de privileg. in sexto leg. quidam cum leg. seq. ff. si quis aliqu. test. prohib.* cum sexcentis similibus *allega.* 92. *numer.* 3. Gemin. *in cap. quamquam de censibus in* 6. Aretin. *in leg. Cod. de Sacros. Eccles.* & in materia nostra post alios advertit Cardin. Tolet. *in Instrum. Sacer. libr.* 1. *cap.* 37. *numer.* 12. Gramat. *decis.* 100. *numer.* 10. † Unde statutum contra subditos 63
subsistineri haud potest in iis, in quibus affert in consequentia præjudicium Ecclesiæ. Ancharen. *in leg. cum pater* §. *donationis ff. de legat.* 3. Soccin. *consil.* 272. *numer.* 8. *vol.* 2. Rip. *respon.* 88. Boer. *decis.* 125. Surd. *consil.* 301. *numer.* 76. † & 64
coloni sortiuntur privilegia Clericorum quando illorum usus ex onerum subiectione incommodior redderetur. Oldrad. *consil.* 299. *numer.* 5. Leo. *in Thesaur. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 33.

Confirmantur prædicta ex alia conclusione, ut scilicet † 65
quemadmodum si colonus adscriptitius prohibetur, vel impeditur debita servitia domino præstare, datur eidem domino utile interdictum uti possidetis, ut per Tiraquel. cum per eum congestis *de retract. consangu.* §. *glos.* 7. *num.* 119. Ita pari ratione si colonus partiarius impediatur arare, serere, fructus colligere, vel asportare, competat domino idem utile interdictum ut possidetis ut per Joan. Fab. in §. *retinendæ nu.* 6. *Instit. de interd. & ibi* Joan. de Plat. *colum.* 2. *ver. ad* 2. glos. *in l. iubemus la seconda in prin. C. de sacros. Eccles.* Ripa *in cap. sæpe nu.* 30. *de rest. spol.* cum aliis per Carocc. *de loc. & cond. tit. colonorum retinendorum n.* 2. *fol.* 1. *tergo*, ubi fortius tenet etiam isto casu dari directum interdictum.

Quinimò † Princeps sæcularis avertens Clericorum colo- 66
nos cum bestiis à cultura, tempore præsertim quo prædia, & fruges opera indigent; & cultura vel illos cum Clericorum jactura gravans incidit in excommunicationem latam in *Bulla Cœnæ Domini*, ex quo restringit Ecclesiasticam libertatem, impediendo Clericos liberè uti re sua, ita ut illorum prædia arari & coli propter impedimentum colonorum nequeant, secundum Oldrad. *cons.* 299. *num.* 25. Surd. *consil.* 301. *num.* 84. *&* 87. *& consil.* 304. *num.* 12. Leo. *Thes. fori Eccles. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. *&* 33. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. vectig.*

Quintò etiam alia ratione demonstratur, quia nisi coloni hujusmodi oneribus graventur melioribus conditionibus conducunt Clericorum prædia, quæ etiam colentur ab ap- 67
tioribus & melioribus ab hujusmodi immunitate illectis † quæ quidem conditiones & pacta favorabiliora sunt pars pretii *leg. fundi partem ff. de contrah. empt. leg. si venditor. ff. de serv. export.* Concurrere autem ad hanc utilitatis carentiam, 68
† est indirectè lædere Ecclesiasticam immunitatem, quod quidem quemadmodum directè prohibitum est, sic indirectè permitti non debet; ita in specie arguunt Bald. *consil.* 31. *volum.* 1. Dec. *consil.* 46. *colum.* 2. Roland. *consil.* 61. *n.* 20. *lib.* 4. Sylvan. *consil.* 9. *n.* 12. *& sub nu.* 19. *ver. imo, & ver. quando* Hieron. Gabr. *consil.* 457. *num.* 3. *& consil.* 161. *volum.* 2. Bursatt. *consil.* 42. *num.* 26. Bottus attestans de comm. *consil.* 67. *num.* 3. *&* 29. Menoch. *consil.* 136. *numer.* 5. Surd. *consil.* 304. *num.* 11. *& seq. lib.* 3. Paris. *consil.* 26. *num.* 10. *cum seq. & num.* 16. *volum.* 1. Borgnin. *decis.* 44. *nu.* 98. *part.* 1. *Thesaur. fori Eccles. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. Natt. *cons.* 114. *nu.* 19. *lib.* 1. & deducit etiam novissime Lotter. *de re benefic. qu.* 31. *num.* 48. *& seqq.*

Et quamvis Menoch. *dict. casu* 162. *num.* 46. dicat id non esse inferre damnum, sed tollere lucrum, hoc tamen pace tanti viri, non est admittendum, quia cum ex negligentia vel ex defectu assistentiæ & culturæ opportunæ, redditus prædiorum minuuntur, certè non amittitur lucrum sed damnum recipitur & ex sententia omnium supra citatorum scribentium apparet hic, non de lucro captando, sed tractari de damno vitando; quemadmodum cum Clericus locat prædium gravioribus conditionibus, non amittit lucrum quod sperabat, sed id quod ex natura rei habituros erat in fructibus, & ita in effectu post hæc scripta concludit Lotter. *in tract. de re beneficiar. qu.* 32. *nu.* 51. *& seqq.*

Hinc dicimus in fortioribus terminis statutum † mandans 69
solvi certum quid pro bladis, quæ ad molendum feruntur, non ligare laicos blada ferentes ad Ecclesiæ molendinum, quia præjudicium afferret ipsi Ecclesiæ, quo pauciores haberet bladarum delatores, quam si absque dict. onere ferrent Calderin. *consil.* 12. Ancharan. *consil.* 13. Surd. *cons.* 301. *nu.* 75. † Hinc itidem ob eandem rationem emens ab Ecclesia 70
immunis est à gabellæ solutione; quoties inde Ecclesia res suas utilius venderet Bald. *consil.* 31. *vol.* 1. Joan. de Amic. *cons.* 18. Surd. ubi sup. *num.* 80. Roland. *cons.* 71. *num.* 18. *lib.* 4. Gabr. Eugub. *consil.* 161. *lib.* 2. latè Menoch. *cons.* 136. *per tot.* latè Grat. *discept.* 390. qui omnes loquuntur quando onus gabellæ est annexum ipsi contractui, ut v. g. Emptor pro emptione solvat certum quid, tunc enim Ecclesia minoris venderet, secus autem si non est annexum contractui, & sic non parit Clericis præjudicium, nam de illis bonis Emptor laicus solvit gabellam, plurimos refert, & sequitur Carol. de Grass. *effect. cler.* 3. *num.* 147. & tradit Archid. *in cap. ult. num.* 1. *de censib. in sexto*, & est magis communis opinio, de qua Boer. *decis.* 213. *num.* 19. Unde si emptor, vel conductor vendit fructus in d. prædio recollectas tenetur solvere gabellam. Bertach. *de gabell. quæst.* 4. *numer.* 17. Feder. de Sen. *consil.* 111. *sub numer.* 11. *ver. ideo si Clericus.* Guidopap. *decis.* 208. Roland. *consil.* 91. *lib.* 4. *per tot.* Surd. qui rationem reddit, *consil.* 31. *numer.* 89. *lib.* 3. Rot. *in Corrigen. Gabellæ* 27. *Novembris* 1602. *coram Justo.* At ubi emptor cum Ecclesia conveniisset, vel cum Clerico de transportando merces emptas expensis Ecclesiæ, tunc ad gabellam pro hujusmodi transportatione non teneretur Bald. *consil.* 31. *in fin. libr.* 1. Dec. *consil.* 48. *sub num.* 5. *in fine vers. unde maxime.* Roland. *d. cons.* 61. *num.* 20.

Nec dicatur quod si colonis immunitas esset concedenda adhoc ut Ecclesiastici melioribus conditionibus agros locare possent, hæc ratio concluderet generaliter in quibuscunque oneribus; nam si iidem coloni etiam quoad bona propria essent immunes, procul dubio agros Ecclesiæ minori pretio conducerent. Quia † advertendum est pro responsione, 71
hujusmodi colonos sub duplici ratione considerari, nempe quatenus coloni Ecclesiæ in iis quæ quomodocumque coloniam seu culturam agrorum illius respiciunt; item quatenus subditi Principis in non concernentibus quo quomodo Eccle. sic vel clericorum interesse: priori modo Principis sæcularis potestas limitata est, quia indirectè tangeret interesse ecclesiæ contra jura canonica, & contra *cap.* 18. *Bullæ Cœnæ Domini*, ut ex supra congestis DD. patet: posteriori vero modo cum agrorum ecclesiæ cultura sit independens à bonis colonorum, vel etiam ab asportatione vel venditione partis Colonicæ, utique onera subire possunt sine ulla injuria, & gravamine negociationis, quam habent cum clericis in ordine ad culturam, neque in hoc consideratur an clerici majori pretio locarent, cum sit materia prorsus ab ipsa cultura separata; sic ob rationis & causæ diversitatem non est inconveniens ut una eademque res diverso jure censeatur, quicquid adverso dixerit Th. *d. dec.* 116. *nu.* 11.

Sextò præfatæ conclusioni affinis est, & alia, quæ habet in † complexis immunitatem ubi concessam, prodesse & 72
alteri Dec. *cons.* 48. *in fine* Rim. sen. *cons.* 72. *n.* 47. cum aliis egregiè per Surd. *cons.* 301. *num.* 80. *& seqq. lib.* 3. Natt. *cons.* 1. *num.* 1. latè Menoch. *cons.* 136. *num.* 22. Lamberien. *de contr. in fin. num.* 239. *vol.* 2. ubi pluribus exemplis exornat Felician. *de societ. cap.* 13. *num.* 8.

Et † est regulare ut conjunctivus gaudeat privilegio con- 73
juncti, quando alias privilegium non produceret effectum suum glos. *in leg. fin. Cod. de mune. & hono. libr.* 10. Marsil. *sing.* 118. Surd. *dicti consil.* 301. *num.* 82. dixi latissimè in *dec.* 19. *num.* 34. *usque ad finem.* Hinc autem dubio procul versamur in complexis, cum & coloni, & boves ordinati sint ad culturam, quæ ob illorum impedimentum jacturam pati potest. Quod † quidem fundamentum ni fallor probatur ex- 74
presse in *leg.* 2. *Cod. de Episc. & Cl. ibi. Verum etiam hominibus eorundem* (Clericorum) *qui operam in mercimoniis habent*

bent divi Principis generis mei ſtatuta multimoda obſervatione caverunt, ut iidem Clericorum privilegiis pluribus redundarent. Itaque extraordinariorum munerum à prædictis neceſſitas atque omnis moleſtia conquieſcat : quem textum quamvis nonnulli contra Eccleſiam ſcribentes evitare cupientes, interpretati fuerint de miniſtris perpetuis clericorum, ac de perſonalibus duntaxat muneribus, hanc tamen interpretationem contextus ille nullatenus admittit, quia ibi *Conſtantinus Imperator* reſcribens *Felici Epiſcopo* loquitur indiſtinctè de hominibus quorum opera in mercimoniis honeſtis Clerici utuntur, ut paulò ſuperius expreſſit, & advertit etiam Balb. *ibi in 3. notabilis & in l. 1. in princ. eod. tit.* dumque ibi text. in princ. loquitur de clericis, eoſque eximit à quibuſcumque exactionibus muneribuſve ſordidis, certè verba ſubſequentia, in quibus idem privilegium communicat eorum miniſtris, intelligenda ſunt retento eodem themate, præſertim cum generaliter de muneribus extraordinariis loquantur, & ſic textus præcisè decidit caſum noſtrum.

75 Septimò † Contractus inter Clericum, ejuſque colonum partiarium initus eſt contractus ſocietatis Bart. *in l. ſi merces §. vis major ff. locati*. Eccleſia enim ponit prædia, colonus vero ſemina, animalia, & operas, ut fructus inde naſcentes æqualiter dividantur Abb. in *cap. tua nobis il 2. de decim.* Bald. in *cap. ex litteris num. 7. de Iureiur. & in leg. 1. in 7.*

76 *qu. C. pro ſocio*. † Immunitas autem uni ex ſociis conceſſa communicatur, & alteri gloſ. in *l. ſi. C. de mun. & hon.* Jaſ. in *l. ſi emancipati col. 4. C. de coll.* Ceph. *conſ. 661. num. 78. lib.* 5. Natt. *conſ. 65. num. 2.* Gratian. *conſ. 130. num. 6.* cum aliis relatis à Surd. *conſ. 301. num. 80. lib. 3.* ſequitur Scrader. *de feudis par. 9. cap. 4 num. 13.* Et quod ubi onus non contingit

77 ex actu ſeparato, ſed ex ipſo contractu cum Eccleſia inito, ſocius fruatur Eccleſiæ privilegio, tradit, etiam Silvanus in *conſ. 9. ſub num. 1. ver. & hanc concluſionem*. Unde & hoſpitandi immunitas Clericis conceſſa ad eorum fratres in communionem habitantes extenditur, ut tradunt plurimi, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 3. num. 122.* Sic Frater cum Fratre habente immunitatem ratione numeri liberorum de illius participat privilegio juxta text. in *l. ſi quis Decurio C. de Decurion. lib. 10.* & ut poſt Ludov. de Ludoviſ. quem refert, tradit Marſil. in *conſ. 84. n. 33. & ſeqq.* & adden. ad Afflict. *in conſtit. Regni lib. 1. rub. 3. de apoſtatibus lit. C.*

78 Quòd ſi quis inſtaret colonum non † eſſe verè ſocium ad text. in *leg. si merces §. vis maior. ff. locati* ; dupliciter reſponderi poſſet ; priori modo negari non poſſe quin ſaltem habeatur loco ſocii Bald. in *leg. idemque §. fi. ff. pro ſocio*, & in hoc omnes conſentiunt teſte Scapuccin. in *tract. de ſingul. ſucceſſ. ampliat. 1. num. 6.* quo ad hunc effectum, ſatis eſt omnimodam rationis identitatem ; poſteriori, quia ſi colonus non eſt verè ſocius, id ideo eſt, quia in fructibus pendentibus nullum jus habet, ut advertit Roman. *conſ. 399.* & ſequitur Scapucc. ubi ſup. *num. 4.* Unde conſequens eſt multo minus poſſe colonum ratione dd. fructuum gravari. Et quod immunitas conceſſa Domino extendatur ad colonos Oſaſc. *deciſ. 39. num. 19.* Surd. *conſ. 304. num. 11. & ſeqq.*

79 Octavò † valde urget Ratio à Rim. Sen. *conſ. 749. num. 12.* conſiderata, ut nempe niſi Clericorum coloni ab hujuſmodi oneribus eximerentur, certè in nullo Eccleſiaſtici eſſent privilegiati, cum accedere ad hujuſmodi opera cum bobus, plauſtris, & equis ſint onera ruſticis duntaxat incumbentia, & ad quæ cives nullatenus mittuntur, & ſic non poſſunt clerici onerum immunitate potiri niſi mediantibus colonorum perſonis, quam ob cauſam in hoc ipſos colonos frui dominorum immunitate, præter Riminald. Sen. loco citat. *ante. num. 1.* fatetur etiam Barbatia *in conſil. 29. Clementiſſimum Deum num. 15. volum. 4.* quamvis contra Eccleſiam ſcribat, & eſt generale, ut coloni gaudeant clericorum immunitate quando alias ipſi Clerici privilegio ſuo uti commodè non valerent, ut poſt Bart. & alios tradit Felyn. *in cap. 2. num. 2. de foro compet.* & privilegium ſemper eſt interpretandum ne reddatur eluſorium *c. ſi Papa de priu. in ſexto, cum vol.*

Neque facit negocium replicatio quam Miniſtri D. Ducis ad ſingula ferè præfata fundamenta faciebant, quod ſi permittere nolumus, ut præfati coloni ſubeant hujuſmodi onera mixta, & cum plauſtris, beſtiiſve accedant, imponente illis onus perſonale, urgebuntque eos non ratione culturæ, ſed uti ſubditos, & vaſſallos ad effodiendum, geſtandumque humeris ſuis quicquid cum plauſtris deferre deberent, quia ad hoc tripliciter reſpondebam, & primò quidem poſſe non inſulsè dici † colonos Eccleſiæ immunes 80
etiam ab oneribus perſonalibus Abb. *in cap. non minus nu. 14. de Immun. Eccl.* Turrecrem. *in cap. Eccleſiæ ſervos 12. quæſt. 2.* Remig. de Gonn. *in tract. de Charitat. ſubſid. quæſt. 59. nu. 24. cum ſeqq.* ubi inquit has opiniones eſſe exequendas favore Eccleſiæ Botta. *conſ. 87. num. 21. 26. & 32.* Burſatt. *conſ. 25. num. 24.* Natt. *conſ. 66. num. 3.* Caravit. *in rit. magnæ Curiæ 46. num. 38.* Calcagn. *conſ. 71.* Barbat. *in addit.* ad Abb. *in c. 2. num. 6. de foro compet.* ubi hanc opinionem inquit eſſe veriorem ; quia ſicuti ſervi perpetui ſunt perpetuò immunes, ex quo perpetuò ſerviunt, ita quoque temporales ſunt ad tempus immunes, quia ad tempus ſerviunt, plurimos concordantes cumulat, & ſequitur Lancell. Gallia. *conſ. 59. num. 49. & ſeq.* (ubi limitat in adventu Principis) quæ ſententia tametſi plurimos habeat contradictores, eſt tamen crebrior, nullamque patitur difficultatem in diebus ad culturam deſtinatis, quia produl per indirectum Eccleſiaſtici gravarentur ut deduxi & quod Clericorum Coloni quoad onera perſonalia gaudeant immunitate, fuit per *Sacr. Cong. Immun. reſol. in una Ravennaten. 10. Februarii 1632. proponente R. P. D. Paulutio poſtea S. Roman. Eccleſ. Cardinali.*

† reſpondebam ſecundo non poſſe per Principem vel ſtatu- 81
tum fieri, ut onus reale ſit perſonale, nec è contra, vel ut onus mixtum ſit reale, vel perſonale, ſed ſemper dicetur mixtum, ut per Bald. *in l. fi. num. 8. C. ſine cenſ. vel reliquis* Natt. *conſ. 447. num. 16.* per text. *in l. 5. ff. de Uſufr. earum rerum, quæ uſu conſum.* ratio eſt ; quia ſunt nomina appellativa, quæ ſunt immutabilia, ut inquit Bald. ubi ſupr. per tex. *in leg. ſi quis in fundi ff. de legat. 1.* Cum itaque ex deductis hujuſmodi onera natura ſua ſint mixta non poteſt, Dux Mirandulæ illa in perſonalium claſſem transfundere, præſertim quia ſemper inſpicitur origo gravaminis, quæ in terminis noſtris afficit bona ; unde per indirectum Eccleſia gravaretur. Ea † enim dicitur indirecta immunitatis, vel liber- 82
tatis Eccleſiaſticæ violatio, quæ verbis non apparet, re ipſa tamen fit, ut quando actiones quamvis verſentur directè contra perſonas laicas, ordinantur tamen ad gravandos clericos, vel illorum bona Suarez *in tract. defenſ. fidei lib. 4. cap. 33. num. 6. & num. fi.* ubi concludit diſcrimen inter directam, & indirectam conſiſtere, duntaxat in modo, nam re ipſa idem eſt, quia effectus ita in clericum redundat, ut illum directè afficiat ſi ſit oneroſus, vel indebitè impediat ſi ſit favorabilis.

Denique reſpondebam quod cum laicorum coloni non ita graventur in perſona, nec teneantur in humeris cæmenta deferre, neque terram gratis † effodere, ſi clericorum 83
coloni plus cæteris in propria perſona gravarentur, quis non videt id futurum contemplatione clericorum, & quatenus illorum ſunt coloni ? hoc autem eſſet directè contra Eccleſiæ libertatem ; ut multis relatis dicam *in ſeq. deciſ. num. 17. & ſeq.* & tradunt Bartol. *in leg. ſi quæ penes C. de Agric. & cenſ. lib. 12.* Alderan. Maſcard. *in tract. de ſtatutar. interpr. concluſ. 1. num. 141. cum ſequentib.* ubi admonet etiam hoc in caſu Judicem Eccleſiaſticum teneri ſe opponere, & reſiſtere, ne hujuſmodi coloni ita graventur, cum id fiat in odium clericorum, & profectò luce clarius eſt villicos difficiliores ſe reddituros ad inſerviendum clericis, ſi majorem corporalem laborem pro Principe ſubire debebunt ; ac proinde ſic illos gravantes veniunt indirectè contra diſpoſitionem textus in *cap. final. de Immunitat. Eccleſ. in ſexto*, ut habetur ex Felyn. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 99. de conſtit.* & directè contra *can. 13. Bullæ Cœnæ Domini*, ut per Duardum *in dict. cap. 13. quæſt. 7. num. 11.* Et eſt generale, ut in caſibus, in quibus Principes ſeculares onera clericorum colonis imponere poſſunt (poſſunt autem paucis, ut ſequenti deciſione patebit) ſi eos plus cæteris gravant, incidant in *Bullam Cœnæ* tanquam indirectè lædentes libertatem Eccleſiaſticam. Ugolin. *in d. Bulla ad capitul. 18. ſuper verſic. directè, vel indirectè* Quaranta *in Summa Bullar. Verbo Vectigal. verſicul. item huius Bullæ*, conferunt tradita per Federicum de Senior. *conſ. 111. num. 10.* Iaſon. *in leg. 1. Cod. de ind. vid. tollen.* Gemin. *in cap. quanquam in fi. de cenſib. in 6.* Natt. *conſ. 409. num. 6.* Rol. *conſ. 79. num. 11. vol. 4.* Surd. *conſ. 301. num. 79.* Theſaur. *dec. 116. num. 9.*

Quinto † pro hac parte quemadmodum abundant jura 84
& rationes, ſic ſuperabundant auctoritates, cum iſta ſit magis comm. opin. pro qua ipſe Theſaur. ex adverſo ſcribens citat Bart. in *leg. placet. in fi. C. de Sacroſan. Eccl.* & ibi Parpal. *num. 44.* Abb. *conſ. 9. lib. 1.* latè Grat. *conſ. 130. lib. 1.* Natt. *conſ. 409. per tot.* Alciat. Bero. Salviolus Jannectus, & alii

qui

qui dicto conſilio Grati. ſubſcripſere , & videtur de mente Bart. *in l.1.in tertio notab.C.de Epiſc. & cler.* Ægid. Thomat. *in tract. de Collect. §. videndum num.* 8. ubi ad contraria reſpondet (hic in multis contra Eccleſiam ſcripſit, ideo adverſariis non debet eſſe ſuſpectus) Feſtaſ. de Æſtimo *num.*50.*& ſeq.* Burſ. *conſ.*25.*per tot.lib.*1.quibus Menoch.*d.caſ.*562.*num.* 46. pariter contra hos colonos ſcribens, addit Zabar. *in clem.* 1.*quæſt.*22.*& ſeq.de decim.*Portium *conſ.*184.*num.*9.Duen. *regula* 100. *in ſecunda ampliat.*Oſaſch. *dec.*39. *num.*19. *& deciſ.* 83.*num.*3.Copinum *in tract.de privileg.ruſtic.lib.*1.*cap.*12.*par.* 1.Lancellott.Gallia in *conſ.*59.*num.*99.qui idem *num.*75.etiam alios adducit , nempe Eugen. *conſ.*6.Decian. *conſ.*51. *nu.*42. *lib.*2.Zuccard.*conſ.*739.*num.*6.Cattum *inter conſil.*Riminald. Sen.*conſ.*724.*lib.*4.Caſtrenſ. *conſ.*740. *num.*5. *& ſeqq.* Calcan. *conſ.*71.*&* 72.Card.in *clem.*1.*de vit.& honeſt.cleric. quæſt.* 13. *&* 14.Aret.in *l.placet Cod.de Sacroſ.Eccleſ.*Capic.*deciſ.*12. *in fi.* Borgn.cum rel. *deciſ.*44.*num.*100.*par.*1.Tuſcus in *verb.Eccleſiaſticæ perſonæ concluſ.*37.*num.*13.*& in verb.eccleſia pro bonis concluſ.*12.*num.*22.Grat.*conſ.*87.*num.*2.24. *& ſeqq.* quibus Caſtr.& alii addunt gloſſ.& DD. in *clem.*1.*de decimis* Ferrett. *conſ.*102.*num.*13.*lib.*1.Pariſius *conſ.*69.*num.*6.*lib.*1.Ruin.*conſ.* 157.*num.*9.*lib.*3. quibus rurſus addo Surd. *conſ.*301. *num.* 79. qui citat etiam Barbatiam in *conſ.*29.*ſub num.*5. *ver. & ſi mihi volum.*3.Pereg.*de fideicomm.art.*5. *num.*9. & hanc ſententiam canonizavit Rota *deciſ.*23.*num.*2.*par.*2. *diverſ. & in dd. Corrigen.Gabellæ coram Iuſto , & Cartaginenſi coram Orano,* & comprobat latè in fortioribus terminis Sylvan. *conſ.*9. *per totum* , & poſt hæc ſcripta latè hanc patrem defendit Lotter. *de re benef.quæſt.*31. *num.*46. *& deinceps* qui omnes ſunt *num.* 38. præter Rotam , quæ de per ſe vim habet communis opinionis . Et quamvis uterque Theſaur. locis citatis conetur nonnullos ex dd. ſcribentibus ab hac ſententia excludere; tamen re vera illam ſunt ſectati ; Bart. enim certè mihi clarè loquitur , dicens formulas , colonoſque clericorum gravari non poſſe ; quia fieret fraus legi , Paul. ſequitur Bartolum, licet in fine videatur dubitare propter auctoritatem Feder. de Senior. quem jam oſtendimus loqui extra noſtros terminos Abb. ſi rectè legatur , loquitur in fortioribus terminis , & concludit quod ubi terra ipſa eſt privilegiata , colonus partiarius relevatur ab onere ſolvendi , & loquitur de decima , quæ ſuper fructibus imponitur, ergo à fortioribus erit immunis ab oneribus , quæ ſuper prædiis imponuntur. Gratus , & ſi in cauſa propria ſcripſerit, optimis tamen utitur fundamentis , & plurium Doctorum ſubſcriptione fulcitur. Gloſſ. & Doctores in *clem.*1.*de decim.*benè deſerviunt huic ſententiæ , quia jam probavimus; immunitatem hanc eſſe prædiis conceſſam , unde etiam deſerviunt Pariſ.Decianus Burſatt. Ferrett. & Rot. diverſ. Natta adeo clarè loquitur ; ut interpretatione non egeat , denique Oſaſch. quamvis loquatur de colonis laicorum privilegiatorum , rationes tamen ab eo conſideratæ , conveniunt , & clericorum colonis , ut fatetur Menoch. *ipſe loc. ſupra cit. numer.* 46. imò aſſerere poſſumus omnes præfatos à fortiori concludere.

85 Arbitror † itaque temerarium ab hac opinione in conſulendo , & judicando recedere ; tum quia eſt magis communis , tum quia habet pro ſe auctoritatem Bartoli , cujus opinio in dubio eſt ſequenda Vivi. *opin.*182. *lib.* 1. Tum quoniam melioribus (ut ex jam dictis patet) fulcitur rationibus , quo caſu amplectenda eſſet , etiam ſi in contrarium militaret communis opinio Abb. & Felyn. in *cap.*1.*de conſtit. cum relatis* per Natt. *conſ.*120.*num.*1.*volum.*1. & eſt text. in *l. prima , 9. ſed neque Cod. de Veter. iur. enucleand.* Tum quia eſt magis tuta in conſcientia , & favet Eccleſiæ , ideo præferenda *leg.ſunt perſonæ ff.de Relig.& ſumpt.funer. cap.* 1. *de re iud.* Jaſ. in *l.filius familias §.divi.num.*82.*ff.de legat.*1.Rota in *Ravennaten. bonorum* 20. *Novembr.* 1597. *coram Cardin. Mantica* & in terminis advertit Silvan. *dict. conſ.9.ſub num.* 18.*ver.& maximè* ut dixi in *deciſ.ſeq. num.*5. Tum quia ſemper in dubio contra hujuſmodi onera eſt reſpondendum ut dixi *ſupr. num.* 16. Tum denique quia hanc partem favet *Sac. Congreg. Eminentiſſimorum Cardinalium negociis Iuriſdictionalibus præpoſitorum* , & Curiæ Romanæ inconcuſſa auctoritas , apud quam tractatus Mart. *de Iuriſdict.* ea potiſſimum de cauſa ſuſpenſum fuit , quia hujuſmodi ſententiam impugnavit.

Ex his itaque inhibui miniſtris D. Ducis ne dd. de cauſis Colonos quaruncunque Eccleſiarum , vel Clericorum , utriuſque ſexus regularium moleſtarent ſub pœna , excommunicationis , & aliis , qui paruerunt non ſine tamen quibuſdam contradictionibus , de quibus ad prolixitatem vitandam in duabus ſequentibus deciſionibus verba faciemus.

ARGUMENTUM.

Coloni Clericorum, an conſuetudinis , vel communis opinionis prætextu oneribus mixtis gravari poſſint , & quid in colentibus bona patrimonialia.

SUMMARIUM.

1 *Coloni Clericorum quacunque conſuetudine non obſtante , ſunt immunes ab oneribus mixtis*, & nu. ſeq.
2 *Conſuetudo , an , & quando ſpectanda ſit quo ad munera mixta.*
3 Carol.de Graſſ. effect. cleric. nu.72. *Lapſus.*
4 *Ordinarius tenetur ſe opponere gravantibus clericorum colonos.*
5 *Praxis defendendi colonos ab oneribus mixtis.*
6 *In materia immunitatis , proceditur per viam cenſurarum , non capturæ.*
7 *Opinionum diverſitas , vel ignorantia, an & quando excuſet ab incurſu* Bullæ Cœnæ Domini.
8 *Peccati periculo ſe exponere peccatum eſt.*
9 *Bona patrimonialia Clericorum quoad forum gaudent privilegiis bonorum Eccleſiaſticorum.*
10 *Bona clericorum quoad munerum immunitatem æquiparentur bonis Eccleſiæ.*
11 *Coloni non partiarii , ſed à clericis certa mercede conducti gravari non poſſunt.*
12 *Merces , quæ colonis non partiariis ſolvitur eſt pretium laboris.*
13 *Coloni clericorum non tenentur ad refectionem viæ , vel reparationem aggeris.*
14 *Coloni Clericorum non tenentur ad collectarum ſolutionem.*
15 *Coloni clericorum immunes ſunt ab onere hoſpitandi milites, vel ſatellites.*
16 *Coloni clericorum non habentium requiſita concilii , an , & quando ſint ab oneribus immunes.*
17 *Coloni clericorum tenentur ad onera ratione bonorum propriorum.*
18 *Confratres tenentur ad onera in quibus Sodalitas indirecta non læditur.*
19 *Coloni clericorum, an, & quando teneantur ad onera , impoſita ſuper fructibus à ſolo ſeparatis.*
20 *Coloni regularium mendicantium ſunt prorſus ab oneribus immunes.*
21 *Coloni menſæ Epiſcopalis gaudent exemptione ab oneribus, ac privielgio fori , & quid in conductore ad longum tempus , & negotiorum geſtore.*
22 *Cardinalium coloni gaudent exemptione à muneribus.*
23 *Coloni clericorum ſi plus cæteris gravantur immunitas Eccleſiæ violatur.*
24 *Coloni clericorum quando dicantur nimis , vel plus cæteris gravari.*

DECISIO XLII.

COnclusionem in ſuperiori Deciſione firmatam conabantur miniſtri D. Ducis Mirandulæ multimode evitare , cum in caſu fortificationis Arcis , cum etiam quoad quædam alia onera mixta ; & quoniam ex diſtinctionibus, quibus ut eorum componerem animos uſus fui , reſultant nonnullæ ejuſdem concluſionis ampliationes , & reſtrictiones ; ideo non injucundum fore ſum arbitratus, ſi illas ordinatè, & breviter hic pro hujus quotidianæ materiæ enucleatione ſubiecero.

Adeò itaque veritati conſentaneum eſt colonos perſonarum Eccleſiaſticarum non teneri ad laborandum cum bobus, & plauſtris in Arcis fortificatione arginumque ac pontium reparatione , ut id † amplietur primo etiam non obſtante 1
contraria conſuetudine , quam iidem miniſtri allegabant , cum enim coloni gaudeant exemptione ex perſona clericorum , ac eorundem prædiorum , agaturque ſaltem indirectè de libertate , & immunitate Eccleſiaſtici , ſequitur , me hic citato , *de regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap.*7. *num.* 1. itavt intret *Bulla Cœnæ Domini* , ut in præcedenti deciſione latè deduxi ; utique nulla induci poteſt conſuetudo , per ea , quæ

latiſ-

latiſſimè deduxi *in dec.* 37. & in terminis noſtris tradunt Oldrad.*conſ.*299.*nu.*5. loquens de immemorabili Everard. *conſ.* 42.*nu.*38.Maccabr.*conſ.*18. *nu.*319. Leo.*in Theſaur.fori Eccl. par.*1.*c.*14.*n.*32.*& ſeq.* Et quod coloni eatenus ex conſuetudine gravari valeant, quatenus eorum Domini arctari poſſunt, poſt Barbat. quem citat; firmat Cattus *inter conſ. Rimin.Sen. conſ.*740.*col.*1.*in fin.ver.capio.lib.*4.

2 Neque † obſiſtit auctoritas Oſaſch.*deciſ.*83.*in fin.*& Theſaur.*deciſ.*116.*ſub nu.*10.neque regula, quæ habet in dd. oneribus ſpectandam eſſe conſuetudinem, de qua etiam Bart. *conſ.*97.*nu.*32.Burſatt.*conſ.*161.*nu.*9.*lib.*2. Soccin.junior.*conſ.* 49.*nu.*26.*lib.*1.Piagg.*in tract.de conſuet.quæſt.*11. *nu.*61. Quia id procedit in terminis, in quibus, præfati ſcribentes loquuntur, nempe in colonis civium, vel forenſium, in quibus ratio conſervandæ libertatis Eccleſiaſticæ non viget, ſecus autem dicendum eſt in iſtis colonis non ſubditorum, qui

3 jure dominorum utuntur. † Unde cautè legendus eſt Carol. de Graſſ. *de effect.clericor.effect.*3.*nu.*72. dum contrarium aſſerit, nec Natta *conſ.* 409. quem citat, id dicit Ripa quem pariter adducit *in reſp.*2.*tit.de Eccl. edif.par.*3. *num.*15.16. *& ſeqq.* loquitur de Gabella ex venditione vini, carniumque ſolvenda, ad quam idcirco Clericorum colonos teneri inquit, quia ſoluitur pro fructibus à ſolo ſeparatis, & pro contractu omnino à cultura agrorum Eccleſiæ alieno; quod & nos admittimus, ut infra patebit. Et quoniam iidem miniſtri de me valde conquerebantur, quaſi potuiſſem exemplo anteceſſorum Vicariorum diſſimulare, ideo ſubiungebam,ſecun-

4 dam † ampliationem, nempe ordinarium hiſce in caſibus omnino teneri ſe opponere, & reſiſtere, ne dd.coloni in clericorum præjudicium graventur gloſ. & DD. *in cap.fi. de Immun.Eccleſ.in ſexto*,Anchar.*conſ.*155.Felyn.*in cap.Eccleſia S. Mariæ nu.*199.*de conſtitut.*& alii paſſim.

5 Quam † theoricam ad praxim reducendo ſciendum eſt Judicis Eccleſiaſtici partes eſſe in monendo perſonaliter quoſcumque a quibus id gravamen timetur, ut deſiſtant à moleſtando, vel moleſtari faciendo per ſe, vel per alios directè, vel indirectè colonos Eccleſiæ, locorumque piorum ac cæterarum perſonarum Eccleſiaſticarum; & ſi quid hac occaſione receperunt, reſtituant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Ad quod facit gloſſ. *in cap. non minus*, & ibi Ant. de Butr.*nu.*8.& Canoniſtæ, eadem gloſ.& DD. *in cap. adverſus de Immun.Eccl.* Navarr.in Manual.*c.*27. *nu.*115. Everard. *conſ.*42.*num.*37.*& ſeqq.*Tuſc. *in ver. exemptio conſ.*557. *nu.*26. *nu.*3. quod niſi deſtiterint poterunt ſervatis ſerv. & verificatis verificandis declarari incidiſſe in *Bullam Cœnæ* in quam ut in *præc. dec.* oſtendi, caſus iſte comprehenſus eſt, & tradit ibi Ugolin.*c.*18.§.1.*v.* 6.*afficit fol.mihi* 413. *& ver.necnon qui per ſe fol.*423.Leo.in Theſ.*for.eccl.p.*1.*c.*14.*n.*32.*& ſeqq.*& Borgn. *dec.*400.*ſub n.*200.*p.*1. & fatetur Hier.Gab.*conſ.*37. *nu.*5.*lib.*1.

6 Et † in materia Immunitatis procedendum eſſe per viam cenſurarum, non autem per viam capturæ perſonalis cenſuit *Sac.Congreg.ſuper controverſiis juriſdictionalib.in una Verulana*, 14. *Novembris* 1626.

Et quoniam prætendebant in conflictu opinionum eligere

7 poſſe priorem à me in ſuperiori deciſione reprobatam † ideo ampliabam tertio ut d. contraria opinio probabilis; non excuſet à cenſurarum incurſu, quicquid in cæteris materiis dicendum ſit, quia S. P. reſervavit ſibi caſus in *Bulla Cœnæ* clarè, vel dubiè contentos, ut obſervat Anton.*d.reſol.*111.*nu.* 37. quemadmodum ab incurſu *Bullæ Cœnæ*, quem minimè excuſari prætextu, ignorantiæ, vel contrariæ conſuetudinis tradit Hieron.de Federicis *reſol.*5.*poſt* 2.*volum.conſ. Farinac.* Qua tamen in re non recedat à diſtinctione tradita à Suar. in *defenſ.fid.cathol.lib.*4.*cap.*34.*ſub n.*4. ut nempe ignorantia facti excuſet à culpa, & à cenſuris; ignorantia verò juris in Principibus, eorumque conſiliariis, vel judicibus vix poſſit eſſe invincibilis, cum jus ſcire teneantur, adeovt dicatur ignorantia ſupina; quoties autem juris ignorantia ex opinionum varietate procedit, ut in caſu noſtro; tunc ſi nihil certi ex ſacris Canonibus colligi poſſit, inquit Suar. ſervandas eſſe regulas generales de opinionem delectu, & ſic eam amplectendam, quæ immunitati, & Eccleſiæ favet juxta quam theoricam judicandum eſt in multis caſibus particularibus, quos congerit Suar. ubi ſupr. & Azor. *Inſtit. Moral. tom.*1.*lib.* 5.*c.*13. *&* 14. & ſic quo ſe vertant, in caſu noſtro ignorantia, vel opinionum diverſitas non excuſat. Nec tacere debeo me noviſſe magni Principis miniſtrum, in mortis articulo præ nimio dolore exclamantem, ac de æterna ſalute ferè deſperantem, eo quod olim magis humanam quam divinam majeſtatem meruens, libenter opiniones Eccleſiaſticæ immunitati adverſantes amplexatus fuiſſet;fœlix igitur quem faciunt aliena pericula cautum, & meminerint Domini Miniſtri laici peccati † reum eſſe, qui ſe periculo peccandi expo- 8
nit ut firmant communi calculo Theologi *in* 4.*diſt.*17. & Canoniſtæ *in c.ſi quis de Pœn.diſtinct.*7.ubi Navarr.*nu.*57. *&* 81. *& idem in Manual.cap.*14.*nu.*26.

Rurſus quia exadverſo dicebatur auctoritates, & rationes per me in præcedenti deciſione allatas procedere duntaxat in colentibus prædia ipſius Eccleſiæ, ideò † ſubintrat quarta 9
ampliatio, ut regula procedat etiam in colentibus bona patrimonialia Clericorum; ubi enim agitur de ſortiendo foro, bona Clericorum patrimoniali, eodem gaudent privilegio, quo perſonæ ipſæ, *leg. decernimus C. de Epiſc. aud.* Dec.*in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 18. *extr. de conſtit.* latè Bertran.*conſ.*121.*num.*1. *& ſeqq.vol.*3. cum aliis adductis per Surd.*in conſ.*301.*num.*65.*lib.*3. & per me *deciſ.* 37. *num.*74. *& ſeqq.* † Et in materia onerum, bona patrimonialia clerico- 10
rum æque privilegiata eſſe,ac bona Eccleſiæ, egregiè defendit, & latè comprobat Suar.*in defenſ.fidei Cathol.lib.*4.*cap.*24. *per totum*, qui rurſus in *cap.*25.*circa fi.* firmat hujuſmodi æquiparationem factam eſſe à jure ex quo hęc immunitas non in bonorum ſanctitate, ſed in abſoluta perſonarum exemptione fundatur plurimos congerit Bellett. *diſquiſ. Clerical. tit. de exempt.cleric.*§.5.*nu.*6.

Quintò, ampliatur ut à fortiori procedat in iis colonis, 11
qui non ſunt partiarii, ſed Clericorum nomine colunt, & ad panem, & vinum eorum ſtant, certa mercede conventa, ii enim dubio proportione colonica, etiam à ſolo ſeparata, in nihilo gravari poterunt, ut inquit gloſ. *in Clem.* 1. *de decim.*notat Ancharan. *in c.quanquam nu.*5. *de cenſibus in ſexto*. Burſatt.cum per eum relat. *conſ.*47.*n.*17.*l.*1.Perſon.*in tract.de Gabell.nu.*84.Boſſius *in tract.crim.tit.de Principe nu.*178.Sur. *dec.*19.*&* 35.*lib.*1.& fatetur Theſ.*dict.dec.*110.*in fi.* ubi ſic Senatum conſuiſſe ait Ant.*Var.reſol.lib.*1.*c.*111.*nu.*39. Carol. de Graſſ.*de effect.cler.effect.*3.*nu.*69.noviſſimè Lotter. *de re beneficiaria, quæſt.*31.*n.*47. Merces † namque præfata ſolvitur pro 12
labore, & dicitur pretium laboris ut per Paul.de Caſtr.*in l. ex conducto* 16.§.*item cum quidam ſub nu.*9.*ver. die ergo ff. locati.* Unde non poſſunt in illa gravari, quin immunitas Eccleſię apertè lædatur, ut plerique ex ſupra relatis ſcribentibus deducunt.

Sextò, † Ampliatur etiam in oneribus reſpicientibus par- 13
ticularem, & immediatam prædiorum Eccleſiaſticorum utilitatem, ut ſi agitur de via reficienda; vel aggere reparando; qua in re cum vix quieſcere poſſent præfati Miniſtri, ideo latius hujus ampliationis veritatem deduxi infra *in deciſ. ſequenti* per totam.

Septimò, † ampliatur in collectis, ut ex præcedenti dec. 14
patet, & magis particulariter dixi *inf. in deciſ.* 44. ad quem Lect. delego.

Octavò, † ampliatur ut multo magis præfati coloni in 15
agris, & domibus Clericorum degentes; immunes ſunt ab onere hoſpitandi milites; id namque ob complexitatem fieri nequit, niſi in conſequentiam clerici, eorumque bona in quibus hoſpitatio fieret juxta Bald.*in l.*1.*in* 3.*not.Cod.de Epiſ. & cler.*Dec.*in c.de monacis col.*10.*de præbend.* Pariſ. *de ſindic. in verb.Clericus* §.*an apparitor in fi.*Jo.Aloyſ.de Leon.*in l.placet num.*26.*&* 30.*C.de Sacroſ.Eccleſ.* & eſt verior, & magis communis ſententia, de qua latè Lancell.Gallia.*conſ.*59.*n.*10. *cum plur.ſeqq.& n.*76.ubi alios refert, & latius Marta *de Iuriſ. par.*4.*cap.*86. (tametſi non de colonis, ſed duntaxa de domibus Eccleſiæ loquatur.) Bellett.*diſq.cleric.tit.de exempt.clericorum, & eorundem bonor.ab oner.publ.*§.7.*ſub nu.*1. ubi citat Abb.*in conſ.*9.*in fi.p.*2 Anton.plures adducens Variar.*reſolut. lib.*1.*cap.*3.*per totum* ubi ad partes diſputat Carol.de Graſſ. *effect.Cleric.*3.*num.*126.latius Anton.Clavarius *in quodam ejus reſponſio*, quod circumfertur, & habetur penes Gatticum *inter allegationes pro Eccleſia folio* 79. *& ſeqq.* & per quendam Doctorem anomalum ibidem *fol.*399.& per Mich. Archang. Cacciam apud eundem *folio* 416.quid ex eo indubitatum redditur, quia onus recipiendi milites eſt reale, ipſique rei, propter ipſam rem, imponitur, ut notat Bart.*in l.*1.*col.fi. C.de anno,& trib.& in l.indictiones eod.tit.lib.*10.*& in l.* 3.*C. de immun.patrim.eod.lib.*10.Parpal.*in l.placet n.*163.*C. de Sacroſ.Eccleſ.*refert, & ſequitur Rol. *conſ.* 66. *nu.* 4. *lib.* 1. Quæ quidem etiam in domibus bonorum patrimonialium clericorum procedere cenſuit *S.Congreg.ſuper controverſiis Iuriſdictionalib.in una Berthonenſi die* 4.*Decemb.*1629.eandem reſolutionem refert etiam Dec.*par.*4.*tract.*1.*reſol.*32. ſequitur, Antonell.me hic citato, *d.c.*7.*nu.*2.

Un-

Unde cum ego in quadam ampliſſima Diœceſi initio mei regiminis conſuetudinem, ſeu potius corruptelam inveniſſem qua Principis ſæcularis ſatellites per territorium diſcurrentes ad civiles, & criminales executiones perficiendas, hoſpitabantur indiſtinctè penes colonos Eccleſiarum, & clericorum æque ac penes laicorum, non ſum paſſus illam ulterius progredi, & non ſine magno labore, multiſque contradictionibus illam eliminavi.

16 Limitanda eſt modo concluſio in præcedenti deciſione firmata, ut non procedat in colonis illorum clericorum, qui in minoribus ordinibus conſtituti, non habent requiſita *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* hi enim quemadmodum non gaudent fori privilegio, & ſic nec ab oneribus poſſunt colonos eximere à quibus nec ipſe quidam ſunt exempti, ut pulchrè per Suar. *in defenſ. Fidei Cath. l. 4. de Immun. Eccleſ. cap. 7. de reform.* qui *num.* 17. concludit ipſos incipientes habere præfata requiſita, recuperare d. privilegium. Tu adde d. limitationem ita demum eſſe admittendam, ſi per ſententiam ordinarii conſtet illos requiſitis *Conc.* carere.

17 Secundò † limitanda eſt quoad onera, colonis impoſita reſpectu bonorum proprio nomine poſſeſſorum independenter à prædiis clericorum, quæ colunt Rebuff. *in l. hi penes quos num. 2. & 3.* ubi Bar. *numer. 1. C. de Agr. & cenſ. l. 11.* Surd. *conſ. 391. num. 86.* Leo. *in Theſ. for. Eccl. par. 1. cap. 14. ſub num. 6. par. 3. cap. 38. num. 122.* & ſecundum aliam impreſſionem, *cap. 7.* Bellett. *diſquiſ. cler. tit. de exempt. cler. & eorum bonorum §. 7. nu. 3.* Fort. Garz. *in tract. de ult. fi. num. 193. & 165.*

18 Et † ratio eſt in promptu, quia clericorum coloni tanquam laici ſubſunt laicali juriſdictioni, unde una cum cæteris ſubditis concurrere tenentur ad omnia onera, in quibus neque directè, neque indirectè præjudicatur Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis juxta doctrinam, quam in ſimili de confratribus alicujus ſodalitatis tradunt. Zabarell. *in conſ. 13.* Pariſ. *conſ. 34. numer. 28. volum. 4.* Menoch. *de recup. poſſ. remed. 15. numer. 34.* Guttier. *lib. 1. Canonic. qq. cap. 35. num. 21.*

19 Tertiò, † limitant nonnulli in oneribus, quæ re vera imponuntur ſuper fructibus à ſolo ſeparatis, tunc enim pars colonica, jam effecta eſt patrimonium, ſeu peculium coloni, & ideo ſi gravetur, nullum inde reſultare dicunt Eccleſiæ præjudicium Pet. de Ubald. *conſ. 2. num. 19. inſerto in tract. de collect.* Burſatt. *conſ. 25. num. 13. & conſ. 42. num. 14. l. 1.* Natt. *conſ. 406. num. 6. vol. 3.* Leo. *in Theſ. for. Eccl. dict. cap. 14. ſub num. 6.* Bellet. *d. §. 7. num. 4.* & ita intelligendi ſunt Armilla *in verb. Excommun. 11. num. 1. in fi.* & Molin. *tract. 2. de Iuſt. diſp. 663. num. 8.* Et in hunc ſenſum conciliari poſſent plerique ex relatis pro Theſauri opinione *in præced. deciſ. numer. 42.*

Cæterum nec quidem ſuper parte colonica jam à ſolo ſeparata poſſe eorum colonos gravari, defendit Lotter. poſt hæc ſcripta typis mandatur *in tract. de re benef. quæſt. 31. numer. 45. & deinc.* quaſi hoc etiam caſu Eccleſia per indirectum gravetur.

Si tamen quis limitationem amplecti mallet, illam ſanè intelligere deberet in illis oneribus, quæ ſuper fructibus realiter imponi poſſunt, non autem in realibus, vel mixtis; licet enim ſtatutum diceret impoſita eſſe ſuper fructibus, veritas tamen & natura onerum eſſet attendenda, juxta ea, quæ dixi in *præced. dec. nu. 81.*

20 Rurſus † tam hæc poſterior quam ſuperiores limitationes ſublimitandæ ſunt in Colonis Regularium utriuſque ſexus mendicantium, juxta formam Conſtitutionis *fel. rec. Pii V. cum ad uberes* eximentis eorum colonos ab omnibus tributis, gabellis, oneribus, &c. de qua in *Bullario novo tom. 2. fol. 191.* & per Quarant. *in ſumm. Bullar. in Verb. Privilegia Regularium fol. mihi 547.*

21 Colonos verò partiarios menſæ Epiſcopalis durante colonia, non modo exemptione ab exactionibus, verum, & fori privilegio gaudere reſoluit *S. Congreg. ſuper Controverſ. Juriſdictionalibus in una Neocaſtrenſi* die 13. Auguſti 1629. quod prius edixerat in *una Civitatis Plebis* die 23. Decembris 1627. & in *una Viterbienſi*, ſub eadem die, in qua ſecus reſpondit in conductore eorundem bonorum ad longum tempus, & quo ad exemptionem bonorum Negotiorum geſtoris ejuſdem menſæ ſequitur Antonell. *d. cap. 7. num. 5.* me iterum citato. Cumque † in *una Imolenſi*, die 20. Februarii 1609. eadem *S. Congregatio* declaraverit Colonos partiarios Cardinalium gaudere exemptione à muneribus: idque ſanctiſſimo referendum mandaſſet; Sanctitas ſua die 6. Martii ſubſequentis *Congregationis* ſententiam approbavit. Ciarlin. *in controv. forenſ. cap. 186. num. 49.* dubitat de veritate dd. reſolutionum Sac. Congregationis; ſed perperam, quia ſunt veriſſimæ, & hæc eſt perpetua ejuſdem Congregationis ſententia; à qua non recedendum, & quam ſemper practicari vidi, & ego ſervavi in hac mea menſa, & ita etiam determinavit *Sac. Conſulta in una Peruſina 9. Ianuarii* 1610. cujus tenorem regiſtravi in *mea deciſ. 128. num. 33.* & me hic citato idem tenet Antonell. *de regim. Eccl. lib. 4. cap. 3. num. 1.* ubi ampliat etiam in delictis atrociſſimis, & in famulis, & Colonis Epiſcopi, Vicarii, aliorumque Prælatorum habentium territorium; nec non in famulis inquiſitorum poſt alios, quos citat *d. lib. 4. cap. 7. num. 8.* ubi pariter me hic citat.

Sublimitandæ † ſunt rurſus ubi Coloni Clericorum plus 23
cæteris gravarentur; tunc enim dubio procul gravamen in Eccleſiam redundaret, quæ difficilius, & durioribus conditionibus colonos reperiret, ut dixi in *præcedenti dec. num. 83.* & latè tradit Purpur. *conſil. 594. ſub numer. 1. verſ. verum uſque ad num. 8. lib. 2.* Silvan. *conſ. 9. num. 27.* Jo. de Amic. *conſ. 18. num. 3.* Burſatt. *conſ. 42. num. 16. & 26. lib. 1.* Bellett. *diſquiſ. cler. tit. de exempt. cler. & eorum bon. §. 7. ſub n. 5.* ubi plurimos congerit, & fatetur etiam Theſ. *d. dec. 116. num. 9.* & Menoch. *de arb. caſ. 562. num. 54.* quibus addendus eſt Ripa *reſponſ. 2. num. 11. tit. de Eccl. ædif.*

Quando † autem coloni clericorum dicantur plus cæte- 24
ris, vel nimis gravari, eſt Judici arbitrarium, ut per Menoch. *d. caſ. 562. num. 55.* quod proculdubio de Judice Eccleſiaſtico intelligitur cum agatur de Eccleſiæ libertate, & ad ipſum ſpectet exigentibus reſiſtere, ut per Silu. Joan. de Amic. & Burſ. *loc. ſup. cit.* & Carol. de Graſſ. *effect. 3. num. 71. & ſeq.*

ARGUMENTUM.

Coloni Clericorum, an gravari poſſint pro reparatione viæ, aggeris, vel aquæductis. Et an ratione fructuum pendentium, vel perceptorum, aut operum, & induſtriæ.

SUMMARIUM.

1 *ONera reſpicientia prædii conſervationem ſpectant ad Dominum, non ad colonum.*
2 *Colonus partiarius, an teneatur de damno in fructibus contingente.*
3 *Colonus repetit à Domino expenſas, eidem finita locatione commodum allaturas.*
4 *Oneris natura ex origine, & cauſa ipſius dignoſcitur.*
5 *Colonos gravantes circa ea, quæ ſubiacent communi intereſſe cum clericis, lædunt immunitatem Eccleſiaſticam.*
7 *Fructus in viſceribus terræ incluſi, ſunt pars fundi.*
8 *Fructus pendentes non poteſt prætendere qui ius nullum habet in fundo.*
9 *Fructus non debentur corruente obligatione ſortis principalis.*
10 *Fructus à ſorte regulantur.*
11 *Coloni gravari non poſſunt ratione pretii fructuum pendentium*, & nu. ſeq.
12 *Collectæ portio perſonæ immunis, accreſcit cæteris.*
13 *Colono partiario, contra Dominum, & è converſo datur actio pro ſocio.*
14 *Pretium ſuccedit loco rei, & juxta illius naturam regulatur.*
15 *Colonus partiarius, quod ius, vel quam actionem habeat ſuper fructibus pendentibus.*
16 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono; & quare.*
17 *Fructus pendentes ſunt pars fundi.*
18 *Partus in viſceribus matris incluſus, unum, & idem cum matre cenſetur.*
19 *Fructus pendentes, an, & quando veniant in venditione fundi, etiam, quoad partem colonicam.*
20 *Colonos partiarios clericorum gravans ratione fructuum pendentium, incidit in* Bullam Cœnæ.
21 *Coloni clericorum, an collectari poſſint ratione lucri operarum ſuarum.*
22 *Collectæ nomen quandoque in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis confingitur.*
23 *Coloni induſtriæ collectari non poſſunt.*

DE-

DECISIO XLIII.

VIx conſopita fuerat controverſia inter miniſtros D. Ducis Mirandulæ, & colonos partiarios perſonarum Eccleſiaſticarum, de qua in duabus præcedentibus deciſionibus, quando alia inter eos excitata fuit altercatio prætendentibus eiſdem miniſtris ſaltem in alio caſu eodem tempore occurrenti Clericorum colonos gravari poſſe, nempe quando Princeps laicus mandat ſubditis, ut quilibet juxta agrum, quem colit reficiat viam, aggerem contra vim fluminis reparet, aquæductum effodiat, vel quid ſimile ad conſervationem, & utilitatem prædiorum in aliqua regione exiſtentium efficiat, his enim in caſibus non dubitabant ſe poſſe gravare colonos in eadem regione prædia clericorum ejuſmodi bonificatione indigentia colentes. Sed & hoc in caſu adverſus Ducalem Fiſcum pronunciavi.

1 Fundamentum autem reſolutionis † fuit, quia hujuſmodi onera reſpiciunt non fructus, ſed rem ipſam, ejuſque conſervationem, & conſequenter cum imponantur perſonæ pro rebus, ſpectant ad Nominum fundi, non autem ad colonum, ut in propriis terminis tradunt Paul. de Caſtr. *in l. ex conducto in prin. ff. locat.* Natt. *conſ. 409. ſub nu. 7. vol. 2.* & fatetur Theſ. *deciſ. 116. ſub nu. 14. ver. ad auctor.* Nat. & patet ex latiſſimè per me deductis *ſupr. in deciſ. 41. num. 56. & inf. dec. ſeq. nu. 3.*

2 Et probatur † ni fallor ex text. in *ead. l. ex conduct. §. ſed & ſi habeo* ubi habetur colonum partiarium non teneri de damno in fructibus contingente ob ſeminis jacturam, vel ob deteriorem fundi ſubſtantiam ab aquis aut alio quocunque infortunio proveniente; quod in fortioribus terminis latè proſequitur Surd. *conſil. 400. per totum* & ſignantes *numer. 20. lib. 3.* & conſequenter non tenentur propriis ſumptibus hujuſmodi deteriorationem impedire.

3 Probatur etiam quia † ſi colonus ejuſmodi impenſas ſubiret, poſſet à Domino repetere, ſi finita locatione allatura ſunt eidem commodum, ut in puncto firmat notabiliter Bartol. *in l. impenſæ. ff. de Impenſ. in reb. dot. fact.* ſequitur Alex. *in l. divortio §. impedia num. 3. ſolut. matrim.* Ruin. *conſ. 157. num. 2. lib. 1.* Menoch. *de arb. iud. caſ. 215. num. 4.* Ludou. *deciſ. Peruſ. 24. num. 9.* Roland. *conſ. 28. num. 24. lib. 1.* & ſic per indirectum Princeps ſæcularis graviter clericos, à quibus Coloni repetere poſſent. Et hinc confunditur, quod exadverſo dicebatur, hujuſmodi onera fuiſſe à D. Duce impoſita ſuper portione colonica jam à ſolo ſeparata, ac proinde nullum inde Eccleſiaſticorum præjudicium conſiderari; quia cum colonis ab eis repetere poſſint, profectò non eſt de eorum intereſſe dubitandum. Confunditur rurſus, quia non poteſt Princeps onerum naturam alterare, ut dixi in *deciſ. 41.*

4 *numer. 81.* † Ad cognoſcendam autem oneris naturam inſpicitur origo illius, & cauſa unde deſcendit, *l. tutor. datus ff. de fideiuſſ. leg. ſi procuratorem ff. mand.* Petr. de Ubald. *tract. de collect. num. 21.* Gallia *conſ. 59. nu. 61.* & conſequenter cum cauſa, & origo horum onerum ſit bonificatio, & conſervatio prædiorum, negari haud poteſt quin non tam ratione fructus, quam ratione prædii ſubeantur. Confunditur denique quia etiam ſi utilitas indè reſultans reſpiceret fructus, certè id eſſet quo ad pendentes vel percipiendos, non quo ad perceptos, & jam à ſolo ſeparatos; quis enim ignorat illos nulla indigere aggerum, aquæductus, vel viæ reparatione, quæ quidem dubio procul fiunt, ne ager detrimentum paciatur, vel ut in poſterum uberiores reddat fructus, & conſequenter ipſum reſpicit fundum, vel bonificatione conſervatum, vel fœcundiorem redditum in ordine ad fructus gignendos. Et ſucceſſivè nullo pacto fructus jam à ſolo ſeparari poſſunt hac de cauſa à Principe gravari. Provt ſimiliter intollerabile erat, quod Ducalis Fiſcus addebat poſſe Principem dd. colonos gravare ſaltem ratione fructuum pen-

5 dentium, † quia cum illi ſubiaceant communi, & inſeparabili intereſſe, cum clericis prædiorum dominis; profectò cogentes ad hæc onera colonos, Eccleſiaſticam offendunt libertatem, ut tetigi in *dec. 41. num. 81.* & habetur per Surd. *dec. 402. nu. 84.*

6 Quod † confirmatur; quia non poteſt aſſignari pars ulla fructuum, vel naſcendorum vel pendentium, quæ ita ſui coloni, ut non ſimul ſit domui; cum illi ſint pro indiviſo, nec major conſiderari poſſit ratio in una, quam in alia parte, ac proinde tam dominus, quam colonus in qualibet minima parte jus habet, in ſententia eorum qui tacitam hypothecam ſuper illis colonis concedunt, de quo tamen dicam *infra numer. 15.* Confirmatur rurſus, quia fructus præfatam ſentiunt bonificationem, vel ut pendentes, vel ut in viſceribus terræ † incluſi, & utroque modo conſi- 7
derat, unum & idem cum fundo cenſentur §. *is verò cum ibi not. Inſtit. de rerum diviſ.* Leſſ. *de Juſtit. lib. 2. capitul. 3. dub. 4. numer. 7.* cum aliis per me allatis *infra numer. 18.* & ſic ſemper illa bonificatio principaliter & ultimatè tendit in fructus, ut aliquo modo fundo adhærentes & uti pars illius gravari nequeunt ab eo, qui fundi gravandi poteſtate caret. † Et facit regula, quæ habet eum qui jus in fundo 8
prætendere haud poteſt, nec poſſet petere fructus, ipſi rei acceſſorios, ut per Abb. *in capitul. adver. ſub numer. 11. ante med. de excep.* Rota *deciſ. 24. numer. 6. part. 2. diverſ.* † Provt in ſimili dicimus quando ſors principalis non debe- 9
tur, nec fructus uti acceſſorios peti poſſe *cap. 2. de præcar.* cum allegatis per Grat. *diſcept. forenſ. cap. 881. nu. 21. tom. 5.* † fructus 10
enim regulantur à ſorte *l. fundi partem ff. de rei vend.* Rot. *Ianuen. deciſ. 61. nu. 1.*

Ejuſdem farinæ eſt alia præfati Fiſci aſſertio, nimirum in dd. oneribus habendam eſſe fructuum actionem non ut pendentium, neque ut perceptorum, ſed quatenus ſubſunt æſtimationi, & conſequenter conſiderari pretium contingens colonum pro ſua parte, & pro quo poteſt eos vendere, & ſuper d. æſtimatione provt merè temporali poſſe Principem onera præfata imponere, quia hujuſmodi ſubtilitates nec ſunt excogitandæ ad illaqueandas animas, & clericos indirectè gravandos, nec excogitatæ, ad rem conducunt ex pluribus, † & præſertim quia aut hujuſmodi coloni gravan- 11
tur pro rata fructuum portionis colonicæ, ſeu pro illius æſtimatione aut gravantur pro rata omnium fructuum, qui ex prædio perſonæ Eccleſiaſticæ percipiuntur, ſi primum dicatur, committitur manifeſta injuſtitia & gravantes ad reſtitutionem tenentur; quia cum fundus totus, & non pars tantum colonica, bonificatione, ac beneficio fruatur fundus etiam totus ſubire debet expenſas. Nec applicatur regula quæ habet portionem ejus qui eſt à collectis immunis, accreſcere cæteris *l. ab omnibus* & ibi Bald. *ff. de leg. 1.* Petr. de Ubald. *tract. de Collect. num. 42.* Nam ſi Clericorum coloni pro rata dominorum gravarentur, dubio procul id totum in eorundem clericorum detrimentum vergeret ac indirectè gravarentur, & in *Bullam Cœnæ* peccaretur, ex latè per me deductis in *ſuperiore deciſ. num. 45. cum plur. ſeqq.*

At ſi ſecundo dicatur, colonos cogi pro fructibus omnibus qui ex prædio percipiuntur, major quidem, ac manifeſtior committetur injuſtitia, cum onere reſtitutionis, ut de ſe clariſſimum eſt, † præſertim cura coloni partiarii ſocii ſint; ita ut inter eos, & dominos detur actio pro ſocio ſecundum Bar. *in l. ſi merces §. vis major num. 9. ff. locat.* Ceronet. *in comment. ad Statu. Mediolani vol. 1. c. 382. nu. 1.*

Præterea † cum pretium ſuccedat loco rei, & juxta il- 14
lius naturam conſideretur; §. *quod autem in fi. Auth. de non alien. l. ſi fundum cum ſua gl. de leg. 1.* Rod. *de reb. Eccleſ. non alien. q. 20. nu. 107.* Itavt qui pretio fruitur, rem ipſam habere videatur *l. quia ff. de Uſufr.* Rodoan. *eod. tract. quæſt. 5. cap. 13. num. 2.* Cumque ſubrogatum ſapiat naturam ejus, cujus in locum ſubrogatur *l. ſi donatum §. ſponſus ff. de donat. inter vir. & uxor. cum vulg.* idem profectò de fructuum pendentium pretio ac de fructibus ipſis dicendum eſt. Rurſus fructus pendentes ſeu naſcituri ſunt prorſus incerti, & nullis ſubiacent infortuniis; & conſequenter nullo pacto æſtimari poſſunt, quia nulla de futuris datur determinata veritas, † Denique colonus partiarius nullum jus habet in fructibus 15
pendentibus: adeo ut tametſi nonnulli putaverint eum ſuper illos habere tacitam hypothecam propter operas in cultura poſitas *l. cum plures* & ibi gloſſ. *ff. locat.* Oſaſch. cum per eum relatis *deciſ. 82. num. 3. & 8.* Coronet. *in comment. ad ſtatut. mediolan. vol. 2. cap. 383. num. 11. & 12.* Scapucci. *de ſingul. ſucceſſ. emp. 1. num. 77.* Verius tamen eſt, ut ſibi competat quædam perſonalis actio contra eum, qui hujuſmodi agrum ſibi ad colendum dedit, latè, & pulchrè Roman. *conſ. 309. per totum* ſequitur Alex. *in l. filius fam. §. ſi iur. num. 17. ff. ſolut. matrim.* Jaſ. *in l. cum filius fam. num. 186. & ſeqq. ff. de legat. 1.* Socc. *ibidem l. §. ſi. num. 75.* Cæph. *conſ. 181. numer. 16. lib. 2.* Mandel. *conſ. 138. per totam* Burſat. *conſ. 71. num. 26. & ſeqq. lib. 1.* Joſ. Ludov. *deciſ. Peruſ. 83. per totam* Vivi. *opin. 127. num. 4.* Theſ. *deciſ. 55. ſub num. 5. cir. fi.* Sur. *dec. 165. nu. 8.* & latius *n. 53.*

Ca-

Caroc. *de locat. p. 4. q. 25. nu. 28.* pulchrè Vinc. de Franch. *deciſ. 334. per tot.* Rota *dec. 187. nu. 2. & per tot. p. 3. in rec.* ubi reprobatur Oſaſch.

16 Hinc † etiam deducitur ſingularem ſucceſſorem regulariter non teneri ſtare colono partiario , eo quod is nullum jus habeat in fructus pendentes , ſed duntaxat perſonalem actionem contra locatorem , quæ erga ſingularem ſucceſſorem minimè tranſit , ut poſt alios tradit Surd. *dec. 52. num. 10. & ſeqq.* ſequitur Scapucc. *de ſing. ſucceſſ. ampl. 1. per totam*, Unde detur intelligi iniquum eſſe ut colonus pro illarum æſtimatione ad aliquod onus cogatur .

17 Denique † ut ſupra dicebam fructus pendentes ſunt pars fundi *l. fructus ff. de rei vend.* Tiraq. cum per eum congeſtis *de Retract. lign. §. 1. gl. 7. num. 37. & 39. & de retract. convent. §. 5. gloſ. 4. & per tot.* latiſſimè Covar. *lib. 2. variar. reſol. cap. 15.* Theſ. *deciſ. 55. num. 1.* Molin. *de Juſtit. diſput. 398.* Coronet. *in*

18 *comment. ſtatut. Mediolan. volum. 2. cap. 383. num. 10.* † Partus enim adhuc in viſceribus matris incluſus , unum & idem cum matre cenſetur *cap. ſi quicquid* & ibi DD. *de conſecr. diſt. 4.* D. Thom. *in 3. par. quæſt. 68. art. 9.* & ibi Franc. Suar. *in comment.*

19 Et † hinc eſt quod vendito fundo , cenſentur etiam venditi fructus pendentes , tametſi de eis nihil in contractu dictum fuerit : text. eſt in *leg. Julianus §. ſi fructus ff. de act. empt.* latè Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vend. 6 quæſt. princ. memb. 5. numer. 22.* Jo. Coppin. *in tract. de fructib. titul. de fruct. rei empt. & vend. cap. 1.* Peregr. *de Jure fiſci lib. 6. titul. 4. numer. 31.* Vinc. de Franch. *deciſ. 390. num. 1. & 2. part. 2.* Ludov. cum per eum relat. *deciſ. Peruſ. 83. numer. 5. & ſeqq.* Gomeſ. Var. *reſol. libr. 2. cap. 2. numer. 11.* Theſaur. atteſtans de commun. opin. *deciſ. 55. numer. 2.* Etiam quo ad partem colonicam Roman. *conſil. 309.* Jaſ. in *leg. cum filius fam. num. 180. delegat. 1.* & ibi Soccin. jun. *numer. 74. & ſeq.* Burſatt. *conſil. 71 numer. 15. libr. 1.* Rota *deciſ. 187. part. 1. in recent.* Niſi emptore notoriè ſciente aderat colonus partiarius , ſtante præſertim conſuetudine ut ad emptorem pars colonica non ſpectet , ut benè per Jaſ. loco mox citato , quem licet reprehendat Soccin. jun. *ibidem num. 75.* & eo non citato Ludov. *dict. deciſ. Peruſ. 83. numer. 9. & ſeqq.* (qui Jaſonis mentem non videtur aſſecutus) illum tamen defendit , ac propterea male judicaſſe Ludovicum teſtatur Theſaur. *deciſ. 55. ſub numer. 4. cum ſeqq.* cui & ego adhæreo , & hoc praxis communis approbat , & admittit Rot. *d. deciſ. 187. par. 1. in rec.*

Nec tamen inde ſequitur fructus pendentes ad portionem colonicam ſpectantes non eſſe fundi partem ; imò id omnes aſſerunt , ſed in his terminis idcircò in venditione non veniunt , ut ſcilicet turpis lucri conditio evitetur , ut per Theſ.

20 *dict. deciſ. 55.* † ſemper itaque verum eſt aſſerere quod ſi colonus partiarius ratione fructuum pendentium , ſeu æſtimationis eorum gravetur , id contra jus faſque ſit , & indirectè Eccleſia illiuſque immunitas lædatur ; ob quod & in cenſuras in *Bulla Cœnæ Domini* jaculatas inciditur ut per Leo. in Theſ. *fori Eccl. p. 3. c. 38. nu. 121.*

21 Remanet alia miniſtrorum D. Ducis ſubtilitas † habendam ſcilicet eſſe rationem ſaltem lucri , quod toto anno laborando facit colonus , & conſequenter illius operas æſtimari , quæ cum ſint quid temporale , ſubſunt juriſdictioni laicali , & idcirco gravari poſſunt à Principe *l. ſi ager. §. ſtipendium ff. de verb. ſignif.* quo medio uſus eſt Theſ. *dec. 116. nu. 10.* Molin. *de Juſt. tract. 2. diſp. 66. nu. 11.*

Cui tamen dupliciter reſpondebam , primo quod etiam ſub hac ratione committeretur maxima injuſtitia cum onere reſtituendi : colonus enim duplici pro eadem re gravaretur onere ; nempe labore perpetuo , quo operæ ipſæ conſiſtunt , & onere inſerviendi in arginum reparatione , aquæductus effoſſione , & viæ refectione ; quod injuſtum eſſe comprobat Petr. de Ubald. *conſil. 2. in tract. de collect. in deciſ. præced. num. 90.* Secundò dicebam etiam ſub ac conſideratione indirectè gravari Eccleſiaſticam libertatem , tum quia pretium operarum attenditur ex pretio , & valore fructuum , quos colonus pro parte colonica eſt recepturus & conſequenter fructus ipſi pendentes in æſtimatione veniunt , tum etiam quia operæ ipſæ coloni domino in ordine ad fructus ac ad culturam ſunt obligatæ ut per Ceronet. *dict. comment. ad ſtat. Mediolan. in col. 2. cap. 361. nu. 3. & 4. & 12.*

Nec doctrina Oſaſch. *deciſ. 83. num. 7.* qua Theſ. fulcitur refragatur quicquam imò ille potius in noſtris caſtris militat , ait enim colonum non teneri pro fructibus , quos in partem colonicam recipit , quia loco operæ ac laboris habentur ; unde tantum abeſt ut in ſententia Oſaſch. operæ collectar. poſſint , ut imò arbitratus fuerit idcirco fructus non poſſe collectari , quia propter operas ipſas debentur ; unde intrat regula vulg. propter quod unumquodque tale , & illud magis *auth. multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ.* quamobrem pro hac parte Oſaſcum intelligit , & admittit Menoch. *d. caſ. 562. num. 41.*

Et ut chriſtiana loquar libertate (debita ſemper cum reverentia) tyrannica profectò vox videretur , ut etiam pauperum labores , & ſudores collectarentur , ſeu alio gravarentur onere , id quod nec Pharao in Egypto erga Judæos facere fuit auſus . Quamvis autem Menoch. loco cit. ad hanc rationem evitandam , adhuc magis ſubtilizando dixerit non conſiderari ad hunc effectum laborem merum , ſed induſtriam , ex qua colonus ultra laboris ſumptum , lucrum reportat , quod etiam Oſaſch. admittere videtur , non tamen tollerandæ ſunt hujuſmodi metaphyſicæ abſtractiones in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis , nec palliatè fieri poteſt quod palam non eſt permiſſum , aperiendo viam fraudibus , † provt quandoque à nonnullis fieri , collectæ , vel 22
tributi nomen confingendo , ajebat Bald. *in l. fi. C. ſine cenſ. vel reliq.* † Jam enim probavimus ſuper hujuſmodi induſtria , ac mercimonio à colono in clericorum bonis facto , non poſſe imponi gravamen , & dixit etiam *in præc. dec. num. 90.* & habetur per Leo. in Theſ. *fori Eccl. par. 1. cap. 14. ſub num. 6.* 23

ARGUMENTUM.

Coloni partiarii , cum Clericorum , tum laicorum prædia colentium , collectari haud poſſunt ratione fructuum partis colonicæ .

Collecta quodnam genus oneris ſit , & à quibus ſolvenda .

SUMMARIUM.

1 *Collectæ eſt onus mixtum , perſonis pro rebus impoſitum .*
2 Thomatus de collect. §. exactio num. 18. & Theſ. deciſ. 116. n. 14. *corriguntur .*
3 *Collectis non ſupponuntur fructus , ſed prædia ratione fructuum .*
4 *Colonus non tenetur ad collectam ratione partis colonicæ ,* & n. 11. & 13. & nu. 24.
5 *Collectæ imponendæ forma quæ ſit ,* & n. ſeq.
6 *Collecta dicitur ſequela æſtimi .*
7 *Collectæ impoſitio dicitur peræquatio .*
8 *Collecta eſt onus extraordinarium .*
9 *Collectari non poſſunt nec in æſtimo deſcribi prædia Eccleſiaſtica .*
10 *Deſcriptio in æſtimo eſt actus juriſdictionis .*
11 *Exemptus ſi deſcribatur in libro collectæ an & quando appellare debeat .*
12 *Collecta ſoluitur à domino prædii .*
13 *Collecta ſolutio ſpectat ad poſſidentem pro ſuo , non ad detentorem .*
14 *Colonus nudam habet detentionem .*
15 *Collectam ſoluit locator , non conductor .*
16 *Statutum arctans colonum ad collectam , eſt iniquum .*
17 *Colonus de facto collectatus , retinet de portione dominicali , vel à domino repetit ,* & n. ſeq.
18 *Inquilinus tenetur reficere viam , ſed cum penſione compenſat .*
19 Parpalia in repet. l. placet num. 69. 73. 76. & 78. C. de Sacroſ. Eccleſ. *reprehenditur .*
20 *Colonus percipit fructus ratione laboris in cultura impenſi .*
21 *Onere duplici nemo gravandus .*
22 *Colonus non ſoluit decimam de parte colonicæ, & ſub n. 24.*
23 Abb. conſ. 9. in fin. part. 1. *defenditur à reſtrictione* Theſauri.
24 *Coloni Clericorum à Principe ratione partis Colonicæ collectari nequeunt .*

DECISIO XLIV.

SÆpenumero jurgatus ſum cum miniſtris laicis pro tuitione Colonorum partiariorum prædia Eccleſiarum vel Clericorum colentium , quo pro fructuum parte

eos

eos tangente ad ſolvendas collectas, utpote laicos ſubditos adſtringere ſatagebant; me contendente id fieri nequaquam poſſe abſque injuſtitia erga eoſdem colonos, immunitatiſque violationem erga clericos eorum dominos. Et quamvis hæc quæſtio ſatis hinc inde examinata videatur ex latè per me dictis *in deciſ.* 41. Nihilominus peculiariter movebar primò,
1 quia † collecta eſt onus mirum, quod perſonis imponitur pro rebus *l. reſcripto §. fin.* & ibi gloſſ. *ff. de muner. & honor.* Jaſ. & DD. *in l. placet C. de Sacroſ. Eccleſ. Canoniſt. in c. non minus extr. de immun. eccl.* Bald. *in l. prædia C. de ſideic. & in l. propter C. qui bon. ced. poſſ. & in l. civitas col.* 3. *C. ſi cert. pet.* Petr. de Ubald. *in conſ.* 1. *n.* 6. *poſt eius tract. de collect. inter tr. diverſ. tom.* 12. Bart. *in l.* 1 *C. de ſuper indict. lib.* 10. Oſaſch. *de pedem.* 95. *num.* 4. plurimos congerens, & bonum adducens textum *in tit. quæ ſint regalia in ver. extraordinaria collatio. In Uſib. feud.* Sylvan. *conſ.* 6. *num.* 2. Botta cum relat. *conſil.* 87. *num.* 26. Bellet. *diſqui cleric. tit. de exempt. cleric. & eorum bonorum §.* 1. *num.* 8. Feſtaſ. *de collect. cap.* 1. *num.* 4. *& ſeqq. & n.* 9. *&* 35. dixi latè *in deciſ.* 35. *num.* 15. *& ſeq. & deciſ.* 36. *nu.* 16. & fatetur quoque Thomatus *de collect. in §. exactio ſub num.*
2 12. *&* 18. † qui tametſi ſub num. 18. ineptè dixerit ſe in toto corpore juris alſquod non inveniſſe munus, quod perſonæ pro rebus indictum fuerit; fatetur tamen collectas patrimonio, ſeu poſſeſſionibus imponi, & hinc apparet cautè legendum eſſe Theſ. *in dec.* 116. *ſub n.* 14. dum inquit eiuſmodi collectæ ſolutionem fieri ratione rei ideſt fructuum; non autem rei ideſt prædii Eccleſiaſtici, ſeu patrimonii; iſta enim expoſitio valde peregrina eſt, & confunditur ex collectæ defini-
3 tione à præcitatis ſcribentibus communiter allata; † non enim fructus re vera ſupponuntur oneri, ſed res ipſa immobilis ratione fructuum quos reddit, ſupponitur, ut per Alex. *in l. reſcriptum num..... ff. de mun. & honor.* Petr. de Vbald. *in tr. de collect. n.* 6. *&* 7.
4 Ex qua ratione infertur ſcribentes in puncto † non poſſe colonos Clericorum ad collectas pro portione colonica compelli, quia non pro fructibus, ſed pro prædiis ſit ſolutio Alexan. *conſ.* 57. *num..... lib.* 4. *& conſ.* 4. *lib.* 5. Curt. ſen. *conſ.* 36. Natt. *conſ.* 409. *num.* 5. & ante eos dixerunt Bar. & Bald. *in l. colonos C. de agr. & cenſib. lib.* 11. & Petr. de Vbald. *in tr. de collect. conſ.* 2. *n.* 9.
5 Secundò † movebar quia forma imponendi hujuſmodi collectas eſt, vt res ipſa æſtimetur, & in Cataſtro ponatur, & ſecundum talem æſtimationem imponatur collecta, quæ propterea dicitur per æs, & libram, ut per Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *& ſeq.* & ibi add. *C. de mulier & in quo loco lib.* 10. Bald. *in l. propter honorem C. qui bonis cedere poſ.* Jo. de Plat. *in l. indictiones*
6 *in fin. C. de annon. & tribut. lib.* 10. Unde † collecta dicitur ſequela æſtimi Dec. *conſ.* 284. *num.* 5. *ver. quarto.* Natta *conſ.* 286. *num.* 6. & habetur *in cap. Regni Neapol.* 199. *incip. porrecta in lit. de modo, & forma appretii* ubi latiſſimè Ioan. Anton. de Nigr. *numer.* 114. multis demonſtrans quoties collecta imponitur perſonæ propter res, debet imponi per æs & libram & pro viribus patrimonii, & ita ſervari in regno teſtatur Afflict. *in conſt. regni incip. dubitationem col.* 2. *ver. in regno.*
7 Quamobrem † eiuſmodi impoſitio dicitur peræquatio, quia peræquantur homines ſecundum facultates DD. *in l. ſancimus eod. de aud. diver. iudic.* Joan. Antonin. de Nigr. *in cap. regni* 99. *interp. ſtatuimus num.* 7. *in tit. quod poſſeſſ. & res*
8 *aliis non oblig. poſſint oblig. pro eccleſ.* † & propterea dicitur onus extraordinarium, quia certam non habet taxam, ſed variatur quotieſcumque imponitur, habita ratione ad patrimonium Bald *in d. l. fin. cod. ſine cenſu vel reliqua num.* 2. *&* 4.
9 Vnde † impoſſibile eſt vt Coloni Clericorum ratione prædiorum, quæ colunt ad collectam adſtringi poſſint; cum prædia præfata in æſtimo imponi vel in cataſtro deſcri-
10 bi nequeant; per regiſtrationem quippe oſtenditur ſignum ſubiectionis *c. cum venerabilis de cenſibus* Bald. *in cap. fin. in fin. de cauſ. poſſ. & propriet.* Et æſtimatio ac deſcriptio bonorum, dicitur actus juriſdictionis Corn. *conſ.* 199. *numer.* 11. *vol.* 1. Alex. *in l. ſi ſe non obtulit n.* 15. *ff. de re iud.* Surdus *conſ.* 162. *n.* 28. *vol.* 2.
11 Quo † fit ut habens immunitatem à datiis, & collectis, vel aliis oneribus, ſi deſcribatur in libro debentium ſolvere collectas, debeat appellare, talemque deſcriptionem non pati, Ang. *in l.* 1. *§. ſi quis tutor. ff. quand. appell. ſit.* Alexand. *conſ.* 290. *in fin. volum.* 2. Gozadin. *conſ.* 16. Boſſ. de Principe *num.* 168. Marant. *de ord. iudicior. ver. & quandoque appellatur num.* 325. quod intellige de iis, qui exemptionem habent perſonalem, ſecus in Clericis, qui immunitati conceſſæ ordini nec tacitè nec expreſsè poſſunt renunciare.

Tertiò, quia cum ut dicebamus collecta imponatur perſonæ pro rebus, † utique non ad colonum partiarium, ſed ad 12
dominum prædii ſolutio illius ſpectat text. in *leg. hi penes cod. de agni. & cenſ. lib.* 12. iuncta gloſ. *in verb. recepta*, & ibi Andr. de Bern. Io. de Plate. add. ad Bar. & alii communiter, & poſt alios tradit Eugen. *in conſ.* 9. *num.* 8. *lib.* 1. ubi de communiter teſtatur.

Et † collectæ ſolutionum ad eum ſpectare, qui pro ſuo 13
nomine proprio poſſidet, non autem ad habentem nudam detentionem probatur in *l. fin.* vbi Bald. *cod. ſine cenſu vel reliq. compa. non poſſ. l. quæro* ubi Bart. *ff. de Vſufr. legat. l. neque ff. de impenſ. in reb. dotat. fact. l. act. l. hactenus §.* 1. ubi Bald. *ff. de Vſuf. l. fructus C. de act. empt.* Bald. *in l.* 2. *cod. de iur. emph.* Dec. *conſil.* 202. *num.* 5. *&* 6. *& conſ.* 694. *numer.* 10. Alex. *conſ.* 35. *viſo proceſſu colum.* 4. *lib.* 4. latè Natt. *conſ.* 36. *num.* 1. *& conſ.* 114. *num.* 12. *&* 16. *& conſil.* 409. *num.* 4. Afflict. *deciſ.* 252. *num.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 83. *num.* 6. Surd. *conſ.* 262. *num.* 27. *volum.* 2. plurimos cumulat. Menoch. *conſil.* 9. *num.* 12. Felicius *in tract. de Societat. c.* 27. *num.* 47. Quod † autem co- 14
loni nudam habeant detentionem probatur in *l. tertia §. ex contrario* ubi gloſ. *ff. de acq. poſſ.* & tradunt Ripa *in l.* 1. *in prin. num.* 44. *eodem tit.* & rurſus *in rubr. de cauſ. poſſ. & propriet. num.* 26. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 1. *num.* 63. Et † hinc 15
locatori non conductori imponi collectam tradunt paſſim ſcribentes, & ſignanter Bald. *in l.* 1. *cod. de annor. & tribut. lib.* 10. Boſſ. de Principe *num.* 126.

Adeo † ut ſtatutum arctans colonum ad collectarum ſo- 16
lutionem, ſit iniquum; ut tradunt Bar. & Bald. *in l. colonus cod. de agric. & cenſ. lib.* 10. Parpal. *in leg. placet n.* 69. *cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Boſſ. *in titul. de Principe nu.* 102. Roland. *conſil.* 79. *n.* 11. *lib.* 4. Felic. *in tr. de Societ. c.* 27. *num.* 46. *&* 49. qui poſt Boſſ. teſtatur ſic hodie de conſuetudine ſervari, cum coloni non collectentur.

Quæ quidem adeo ſunt veritati conſentanea, ut † ex eis 17
quarta ſequatur ratio allata à Bald. *in l. ſi cum duobus §. ſi coeunda in* 4. *notab. ff. pro ſoc.* nempe colonos clericorum ſi de facto collectentur, poſſe pro indemnitate propria tantundem de fructibus partis dominicalis retinere: refert, & ſequitur Mohedan. *deciſion.* 4. *de locat.* & deducitur ex
† *ædiles §. fin. ff. de vit. public.* Ubi inquilini viam ante 18
domum reficere tenentur, ſi dominus non reficiat, ſed datur eis repetitio vel compenſatio cum penſione, per quem textum ita in caſu noſtro determinat idem Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *ver. ſexto in munere ſolvendo Cod. de jure emphyt.* ubi ait colonos poſſe à domino repetere quod tradunt etiam Alexand. *conſ.* 5. *vol.* 5. Bertac. *in tract. de Gabell. p.* 7. *numer.* 14. Natta cum per eum allatis *conſ.* 409. *num.* 7. *&* 8. Rolan. *conſ.* 79. *num.* 12. *lib.* 4. Felic. *in tract. de ſociet. c.* 27. *num.* 46. Rota *deciſ.* 161. *nu.* 11. *p.* 2. *diverſ.* quo fit ut dubio procul id totum in damnum vergat Clericorum ac in Eccleſiaſticæ immunitatis præjudicium, ad tradita in *c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* quod † magis deprehenditur ex inſulſa ratione, 19
qua ſcribentes contra Eccleſiam utuntur, & habetur apud Parpal. *in repet. l. placet num.* 69. *juncto num.* 73. *&* 76. *&* 78. *C. de Sacroſ. Eccl.* nempe ideo colonis laicorum, collectam non poſſe imponi, quia eorum dominis imponitur, ab eiſque ſoluitur, colonis autem clericorum poſſe imponi, quia non ſoluitur à ſuis dominis; quod nil aliud eſt, quam clericos ſub ſpecie immunitatis gravare; & vel colonos inſtruere, ut tantundem de fructibus dominorum retineant, vel eos timidiores reddere ad agros Eccleſiaſticorum colendos durioriſque conditionis efficere quam laicorum colonos.

Quinta † poteſt afferri ratio, quia colonus percipit fructus 20
ratione laboris, quem in cultura ſuſtinet, ut poſt alios advertit Oſaſch. *deciſ.* 83. *num.* 7. Scapucc. *de ſing. ſucceſ. ampl.* 1. *n.* 7. Lotterius poſt hæc ſcripta impreſſus *de re benef. q.* 21. *num.* 50. *& dixi in deciſ. præced. num.* 20. unde ſi collectas pro illis ſolueret, profectò duplici gravamine pro eadem re afficeretur, laborum, & collectarum contra omnem æquitatem, & contra regulam, quæ habet † neminem duplici onere de- 21
bere gravari Bart. *in l. privatæ C. de eſcuſ. muner. lib.* 10. Petr. de Vbald. *conſ.* 2. *nu.* 4. *in calce tract. de collect.* & conſequenter etiam ex hoc capite committeretur injuſtitia, cum onere reſtituendi. Et † eſt etiam de mente Abb. *in conſ.* 9. *in fin. p.* 1. 22
ubi inquit colonum non teneri ad decimam de ſua colonica portione, quia illam recipit ut lucrum pro opere ſuo. Et † 23
quamvis Theſaur. *dict. deciſion.* 115. reſpondeat Abbatem loqui

qui de impositione pro oneribus patrimonialibus ac pro rebus possessis, secus in illa collecta, quæ imponitur pro onere personali, vel pro lucris & trafigo, hujus tamen responsionis prior pars facit pro nobis, posterior autem non subsistit; quia collecta revera non potest aliter imponi quam personis pro rebus *l. munerum* §. *personalia ff. de muner. & honor.* cum per me adductis *sup. n.* 1.

24 Sextò † denique sententia ista communiter à DD. recipitur; quam signanter sectantur Alex. *consil.* 35. *num.* 1. *volum.* 4. Felyn. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 76. *de constitu.* Purpurat. *cons.* 594. *nu.* 4. *lib.* 2. Natt. *cons.* 409. *per totum* latissimè Lancell. Galiaul. cum per eum congestis in *cons.* 59. *num.* 11. & *seq.* Bertacc. *in tract. de Gabell. p.* 7. *num.* 17. Festal. *de æstimo p.* 4. *nu.* 52. ubi testatur ita de consuetudine servari prout etiam dixit Boss. *in tit. de Principe num.* 120. & Felic. *in tract. de societat. cap.* 27. *nu.* 48. Eandem sententiam sequitur plurimos referens Osasch. *decis.* 83. *num.* 6. & admittit Menoch. *de arb. cas.* 562. *num.* 50. Gratus *cons.* 130. *lib.* 1. cui alii quinque doctores subscripsere Portius *cons.* 184. *num.* 9. Burlat. *cons.* 25. *num.* 6. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 96. *lib.* 1. Surd. *cons.* 301. *num.* 7. & *seqq. l.* 3. cum aliis per me latissimè congestis in *decis.* 41. *num.* 83. & addi potest *decis. Vinc. de Franch.* 107. *per totam*, contra Ecclesiam exarata, in qua testatur fuisse per consilium resolutum decimas papales non esse solvendas à conductoribus rerum Ecclesiasticarum, quia hujusmodi decimæ æquiparantur collectis; quæ solui debent à proprietario, non à conductore, & ita se habere communem opinionem testatur. Ex quibus inhibitionem ad favorem eorundem colonorum, prædia clericorum colentium concessi, &c.

ARGUMENTUM.

Apprehendens Clericum per humerum, vel per capillos, aut vestes an & quando incidat in excommunicationem; Quæ manuum injectio, & quæ violentia ad hunc effectum requiratur. Dispositio *can. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. an sit favorabilis vel odiosa, deque illius intellectu ac multiplici extensione.

SUMMARIUM.

1 *Vibrans ensem, vel manuum elevans contra clericum non incidit in excommunicationem*, & n. 63.

2 *Nec Archibusium in clericum explodens, nisi illum attingat.*

3 *Exonerans Archibusium incassum, non frangit fidei iussionem de non offendendo in personam.*

4 Canon si quis suadente 17. q. 4. *est pœnalis & strictè intelligendus.*
Contrarium est verum nu. 48. & seqq.

5 Canon, si quis suadente, *requirit percussionem.*
Contrarium est verius n. 34. & seq. & 42.
Et sat est puluerem, aquam, sputum &c. in clericum injuriosè iniicere n. 53.
Vel ratificare injuriam suo nomine factam nu. 54. etiam tacitè 55.

6 *Tactus sine vi, vel læsione non facit incurrere in* d. canon.

7 *Manuum iniectio, de qua in* d. canon. *debet esse violenta, vel læsiva.*
Et quid significet d. manuum injectio, & verbum *iniecit* in d. can. appositum n. 63.

8 *Iniuria levis veniale peccatum est.*

9 *Ex percussione non excedente peccatum veniale non incidit quis in* d. can. si quis suadente.
Etiam si ex mortali intentione procedat, & cum verbis contumeliosis conjungatur n. 11.
Qui si læsio est contra corporis immunitatem numer. 36.
Quid si apponatur circunstantia exterior aggravans peccatum n. 64.

10 *Excommunicatio non incurritur nisi ob mortale peccatum.*

11 *Percussio lævis etiam ex mortali intentione & eius verbis contumeliosis non facit in excommunicationem maiorem incidere.*

12 Canonis si qua suadente *pœna incurritur tribus concurrentibus.*

13 *Violentiæ appellatione venit vera, & propria, non impropria.*

14 *Violentia triplex ablativa, expulsiva, & compulsiva.*
Imo quintuplex nu. 12.

15 *Compulsiva non est vera violentia, sed est metus.*
Contrarium est verius n. 72.
Timor quid sit, & n. 80.

16 *Metus armorum non facit in* d. can. *incurrere.*

17 *Clericum percutiens pro recuperatione rerum sibi ablatarum, non incidit in* dict. can.
Idem pro defensione rerum proximi sui n. 31.
Modò defensio fiat statim non ex intervallo num. 82. & 85.

18 *Honor rerum humanarum pretiosissimus.*

19 *Honoris, & vitæ causæ æquiparantur.*

20 *Honor est propriæ vitæ anteponendus.*

21 *Honoris pro defensione licet quidquid pro rerum ac vitæ defensione permittitur, etiam hominem occidendo.*

22 *Et non dicitur offensio.*

23 *Honor consanguinei est honor proprius.*

24 *Iniuria facta meo consanguineo, mihi facta dicitur.*

25 *Et facta uni de familia, toti familiæ facta censetur.*

26 *Clericus pro iniuria sibi illata potest agere contra laicos cum protestatione (etiam non pro futura) citra pœnam sanguinis.*

27 *Idem pro iniuria facta consanguineo.*

28 *Clerici consanguineum in eius odium offendens an incidat in* can. si quis suad.

29 *Clerici consanguineum in ejus vel Ecclesiasticæ jurisdictionis odium carcerans vel offendens, est ipso jure excommunicatus.*

30 *Statutum puniens consanguineos clericorum intuitu ipsorum est contra libertatem Ecclesiasticam.*

31 *Clericum offendens pro defensione rerum proximi sui an incidat in* can. si quis suad.

32 *Pœnæ emolliendæ potius, quàm exasperandæ.*

33 *Clericum per vestem tenens, vel eas lacerans, vel frenum equi, cui ille insidet retinens, & similia faciens incidit in* can. si quis suad. &c.

34 *Actio quælibet iniuriosa in personam Ecclesiasticam in facto consistens facit incidere in* d. can.

35 *Manus est organum organorum.*

36 *Actio contra corporis immunitatem, si sit lævis an faciat in* d. can. *incidere.*

37 *Clericorum capiens per capillos, eique dicens nisi esset Clericus hæc & hæc facerem incidit in* d. can.

38 *Idem si manus ad collum iniiciat, & alteram manum super arma teneat.*

39 *Vel si eum per vestes detineat, & dicat nisi esses clericus, te verberarem.*

40 *Verba declarant animum, & sunt notæ passionum animæ.*

41 *Ex verbis contumeliosis præsumitur iniuriandi animus.*

42 Iniecerit *verbum, verificatur in appositione manuum ad dorsum absque percussione.*

43 *Extensio in pœnalibus, & odiosis fit ad casum sub verborum generalitate comprehensum.*

44 Canon si quis suadente, *est merum privilegium Clericorum.*
Et ideo extendendum n. 48. & seq.

45 *Papa an possit auferre Privilegium* cap. si quis suad.
Et si posset an esset expediens n. 48.

46 *Privilegium dicti Canonis est de jure positivo.*

47 *Papa ad libitum tollere potest ea, quæ sunt juris positivi.*

48 *Derogatio* can. si quis suadente, *decoloraret statum Ecclesiæ.*

49 *Excommunicatio est animæ medicina.*

50 *Clericum offendens Salvatorem iterum crucifigit.*

51 *Et sacrilegium committit.*

52 *Sacrilegium de jure civili pœna capitali punitur.*

53 *Iniiciens aliquid contumeliosè in clericum, incidit in* can. si quis suad.

54 *Ratificans, etiam tacitè percussionem sui contemplatione factam, incidit in* can. si quis suad.

55 *Ratificatio etiam in corde recondita sufficit ad incurrendam censuram* d. can.

56 *Clericus cadaver offendens incidit in* d. can.

57 *Clericus tempore interdicti in Ecclesia sepeliri potest.*

58 *Offendens eum qui ad Clericatum est destinatus, & Ecclesiæ in habitu, & tonsura inservit, an incidat in* d. can.

59 *Monachorum appellatione in favorabilibus veniunt moniales.*
60 *Monialem offendens incidit in* d.can.
61 *Conversam offendens incidit in* d.can.
62 *Significatio trahitur per rei naturam substantialem, sine qua intellectus removetur ab intelligibili.*
63 *Manuum injectio an & qualiter cum effectu in* can. si quis suad.
64 *Circunstantia exterior an lævem percussionem aggravet ad effectum* can. si quis suad.
65 *Percussio quæ gravis, quæ mediocris, quæ lævis remissivè.*
66 *Verba* manus violentas in d.can. *quid significent*, & nu. seq.
67 *Clericum consentientem percutiens ad vindictam, incidit in* d.can.
68 *Volenti non fit injuria, neque violentia.*
69 *Actio injuriosa ordini Clericali facit incidere in* d. canonem.
70 *Clericus permittens se percuti est excommunicandus.*
71 *Clericus se ipsum percutiens animo irato incidit in* d.can.
72 *Violentia compulsiva est vera violentia.*
73 *Genus univocum prædicatur propriè de qualibet specie.*
74 *Quod prædicatur de prædicato, etiam de subiecto prædicatur.*
75 *Universalis, & generalis locutio omnia particularia directè comprehendit.*
76 *Statutum loquens in genere procedit in qualibet specie.*
77 *Genus comprehendit propriè omnes species sub se contentas.*
78 *Etiam si in una maior sit ratio, quam in alia.*
79 *Compellens Clericum ad aliquid faciendum, si eum tangat incidit in* d.can.
80 *Violentia compulsiva continet & metum.*
81 *Pœnarum diversitas violentias non diversificat.*
82 *Defensio fieri debet in continenti.*
83 *Verbalis iniuria propulsari potest in continenti, non ex intervallo.*
84 *Alias non dicitur defensio, sed vindicta omni jure prohibita,* & nu. seq. in fin.
85 *Clericum percutiens ex intervallo ad sui defensionem incidit in* d. can.

DECISIO XLV.

CUm Baptista Rondineus Sacerdos, & consortialis Parmensis protulisset quædam verba contumeliosa contra Antonium Longum die sequenti Laurentius del Rio; ejusdem Longi Consobrinus, apprehenso Baptista cum mano læva in humero, dextera in pugni formam tenens minatus fuit verbis injuriosis, addens, quod nisi Presbyter esset illum graviter percuteret: qui ut ab eo se eximeret coactus fuit eundem Longum convenire ab eoque veniam petere. Fabricato super hujusmodi delicto processu, ac eidem Laurentio transmissa inquisitione cum Genitor ipsius excusatorio nomine comparuisset, prætendissetque illum nullo modo posse, nec debere declarari excommunicatum; & ex adverso fiscus instaret pro declaratoria cedulonorumque affixione. In dubium revocatum fuit nunquid idem Laurentius inciderit in *canon. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. & certè negativè respondendum tribus potissimum de causis dicebatur.

Primò quidem, quia deficiebat vera manuum injectio, quæ propriè in percussione consistere prætendebatur. Nam respectu manus in formam pugni ad faciem Baptistæ admotæ, cum eum non tetigerit neque percusserit, cessat *dicti* 1 *canonis* pœna, sola etenim manus elevatio, vel ensis vibratio absque percussione non facit esse locum *d. canoni* Gofred. *in Sum. de sent. exc. n.* 45. & ibi Hostien. *nu.* 9. Archidiac. *in d.c. si quis suadente nu.* 2. Abb. in *c.* 1. *de sent. exc. nu.* 4. Franc. Marc. *dec.* 821. *p.* 2. Bellet. *disq. cler. p.* 1. *tit. de favor. cler. can.* §. 2. *nu.* 33. & probatur in *d. can.* ubi dicitur *iniecerit manus violentas in* 2 *clericum, vel monacum* † idemq; tradunt communiter DD. de eo, qui Archibusium in clericum exoneravit, animo eum necandi, si neque persona, neque res illi adhærentes ex tali ex- 3 plosione tactæ fuerunt, ut in simili, † quod ex hoc non dicatur fracta fidejussio de aliquem in personam non offendendo, concludunt Hier. Gabr. in *cons.* 171. *l.* 1. & Cabal. *Ref. crim. l.* 1. *c.* 152. qui tamen cautè legendus est, ut dicam infra *nu.*... respectu verò alterius manus injectæ super humerum sacerdotis, illum firmiter tenendo, pariter nulla videbatur adesse percussio, seu propria manuum injectio; siquidem ille canon est pœnalis, & propterea strictè debet intelligi, & cum effectu, neque extensionem patitur, ut per Gofred. ubi sup. *num.* 45. & Arch. *dict. num.* 2. Fel. in *c. nup. num.* 5. *de sent. excomm.*

Propterea † scribit Fel. in *cap. nup. de sent. excomm. nu.* 12. 5 *in* 7. *limit. ad can. si quis suad.* illum procedere in insultante clericum dummodo percutiat, & rectè dixit Bellett. *disq. cler. d.* §. 2. *num.* 33. Tangentem clericum, si vim non infert, 6 neque læsionem, non incurrere in pœnam canonis, idque authoritate glos. in *cap. felic. de pœn. in verb. insecutione*; & *in cap. si quis pulsatus de pœnit.* & Archid. *in d. cap.* 1. *distinct.* 1. & *in c. in audientia de sent. excom.* nec non authoritate Hosti. *in sum. de sent. excom. num.* 9. Card. in *Clem.* 1. *de pœn.* & Arch. *in d. cap. si quis suad. num.* 2. & *in cap. sicut il* 2. *nu.* 1. 17. *quæst.* 4. ea nitentes ratione quia verba canonis istius sunt intelligenda cum effectu, videlicet ut per tactum, vel injectionem manus inferatur violenta læsio. † Ideo Archidiac. in *dict.* 7 *cap. sicut il* 2. 17. *quæst.* 4. *num.* 1. dixit verbum *iniecerit* in hoc canone, ad hoc ut sit locus excommunicationi, debere intelligi cum effectu, sentiens nimirum, solam manuum injectionem nil operari; nisi violentiæ, ac læsionis effectus sequatur, & in omnem casum in hac facti specie exigua læsio considerari potest, & talis quæ si in laicum inflicta fuisset, non excederet peccatum veniale, † cum injuria levis 8 etiam animo leviter ulciscendi, & injuriam inferendi veniale peccatum sit, ut ex D. Thoma docet Covar. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 1. *num.* 2. & *in cap. alma mater* 1. *par. relect.* §. 9. *num.* 2. *de sent. excomm.* † quando autem percussio est ita le- 9 vis, ut si fieret laico, non constitueret peccatum mortale, nunquam incurritur excommunicatio *d. can. si quis suad.* secundum regulam, quam constituunt omnes DD. & signanter Cajet. in *sum. ver. excomm. cap.* 10. *in* 6. *not. post med.* Nav. *in sum. cap.* 27. *num.* 9. Sayr. *de cens. lib.* 3. *cap.* 27. *nu.* 33. ubi multos refert Molin. *tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 31. *num.* 8. Coinc. *de cens. disp.* 14. *dub.* 15. *nu.* 178. Bon. *de cens. disp.* 2. *par.* 1. *sub num.* 16. & ex nostratibus idem firmat Covar. *cit.* §. 9. *num.* 2. Guttier. *lib.* 1. *Canon. qq. cap.* 5. *nu.* 13. Grat. *tom.* 3. *disc. for. c.* 559. *num.* 7. qui omnes solidissima ratione moventur, quia excommunica- 10 tio non nisi ex culpa mortali infligi potest, & addunt nonnulli, *d. canonem* præsupponere sacrilegium secundum completam sacrilegii rationem, & non secundum quid quale est propter veniale peccatum, quæ duæ rationes in effectu concidunt.

Nec dicatur ratione verborum ac minarum à Laurentio prolatarum, odiique, & rancoris, cum quo ad dictum Sacerdotem, accessit in mortiferum peccatum incidisse & consequenter *d. canonem*, quia consequentia falsa est; si quidem canon ille non punit verba, quæ aerem verberant, 11 nec personam attingunt, nec minus animum, vel odium internum; sed factum exterius, quod si leve est, (quamvis ex animo vel verbis percutiens mortaliter peccet) dicitur percussio adeo levis, ut non incurratur excommunicatio præfata, & ut semel dicam cum Sylu. *in summ. ver. excomm. 6. num. 6. ad med.* non debet judicari quis secundum quod intendit, sed secundum quod facit. Nec sufficit, quod ex mortali intentione procedat, nisi actus sit in se gravis, ut ad mortale sufficiat, ut post Cajet. Nav. & alios advertit Guttier. *d. cap.* 5. *sub num.* 13. & sequitur Grat. *d. cap.* 559. *num.* 8. Regin. *lib.* 1. *num.* 223. Suar. *de cens. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 23. prope finem Sanch. *tom.* 1. *in decal. lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 7. cum per eum relatis.

Secundò † quia ad incurrendam pœnam *d. canonis* tria 12 copulativè requiruntur, nempe factum consummatum, dum ibi dicitur *manus iniecerit*, animus injuriandi, dum ibi dicitur *suadente diabolo*, & violentia, dum ibi dicitur *violentas manus*, ita Abb. *in cap.* 1. *num.* 4. *de sentent. excom.* Ugo, & Archidiac. in *dict. cap. si quis suad.* Vitalin. in *Clem. multorum num.* 66. *de pœn.* Ancharan. in *cap. super eo num.* 5. *de sent. excomm.* Baiard. *ad clarum quæst.* 77. *num.* 10. Franch. Marc. *decis.* 822. S. Antonin. in *tract. de excomm. cap.* 1. *num.* 13. Lel. Zacch. *in tract. de privil. Eccles. privil.* 155. quæ † canonis 13 verba debent propriè, & strictè intelligi, nempe de violentia vera, & propria, non de impropria, & abusiva *l. non aliter in princ. ff. de leg.* 3. *facit* §. *aliud quoque instit. quibus modis test. infir.* Abb. *in cap. ad audientiam in* 1. & 2. *not. ab. de decim.* Paris. *cons.* 22. *nu.* 6. *vol.* 4.

Porrò † violentia tripliciter considerari solet, ablativa, ex- 14 pulsiva, & compulsiva, primæ duæ veræ sunt, ac præcisæ violentiæ, † compulsiva verò non est præcisa violentia, 15

sed

sed causativa, quia patienti, timorem infert, qui timor est passio animæ ex quo timore patiens consentit actui volens vim vitare per quam de nolente efficitur volens *leg. si mulier* §. *penult. ff. quod met. caus.* Paul. de Castr. *cons.*27. *num.*1. *lib.*1.

Hæc vera, & propria dici non potest violentia, sed metus, cum maximè pro ea non competat interdictum vnde vi, sed actio, quot metus causa Menoch. in *prælud. recuper. num.*41. In casu nostro Laurentius iniiciendo manum super humerum Sacerdotis non dicitur violentiam ablativam, vel expulsivam adhibuisse, quia nihil ei abstulit, illum non expulit; sed eum terrendo compulit, ad adeundum Doctorem Longum, ab eoque veniat petendam; quare vim compulsivam solum intulisse dici potest quæ cum vera, ac præcisa, & propria non sit violentia, locum non videtur facere *canoni si quis suad.* qui uti pœnalis strictè, & proprie in-
16 telligendus est; † Et hoc quod magistraliter docuit post Abbatem, & Cardinalem Felyn. *in c. nuper. n.*7. *vers. & limit.*2. *de sent. excomm.* ubi non minus doctè, quam subtiliter limitando canonem si quis suadente vult illum procedere dummodo inferatur clerico vis, secus si inferatur metus, etiam si esset metus armorum, quod sanè nihil aliud esse videtur, quam dicere si inferatur vis ablativa, vel expulsiva, secus si compulsiva; quæ etiam armorum medio metum inferat.

Tertio, quia, esto, adesset hæc violentia, adhuc tamen
17 pœna dicti canonis ex alio capite, † cessare dicebatur; sicuti enim violentas manus in Clericum pro recuperatione rerum suarum ab ipso clerico ablatarum iniiciens, excommunicationem non incurrit Felyn. *in dict. cap. nuper numer.*9. *in* 4. *limit.* Gaiet. *in ver. excom. cap.*10. *ver. in præsenti igitur fol. mihi* 124. Henrich. Boich. *in cap. nuper. n.*9. *& in c. si vero n.*4. *de sent. excomm.* ita in proposito videbatur dicendum, cum Laurentius, quicquid egit, fecerit pro recuperatione honoris consobrini sui, ac pro debita satisfactione consequenda; honor enim, est humanarum omnium rerum pretiosissimus, juxta illud *Ecclesiastici* 41.15. *curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille Thesauri pretiosi, & magni*, quam sententiam corruptè tamen referunt ex nostratibus Ol-
19 drad. *cons.*93. *Magister col.*3. & Aym. *consil.*49. *num.*7. † Imo causa honoris & vitæ æquiparantur Cravett. *consil.*2. *nu.* 18. Navarr. *in Manual. cap.*15. *nu.*13. Cæphal. *consil.* 57. *nu.*5. *vol.*1. & est textus in *l. isti quidem in fin. ff. quod met. causa & in l. iusta ff. de manumiss. vendict.* Castill. *decis.*154. *nu.*20. *lib.*
20 2. ubi pluribus exornat, † quin etiam honor est propriæ vitæ anteponendus, Gram. *dec.*98. *num.*3. late Farinacc. *de Accus. qu.*15. *num.*6. & probatur ex verbis Apostoli. *Bonum est enim magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet* 1. *Co-*
21 *rint.*8.15. Unde † quicquid pro rerum defensione licitum est; multò magis licere debet pro defensione honoris Navarr. *d. cap.*15. *num.*4. Graff. *libr.*2. *decis.*47. *num.*40. & quem admodum pro defensione vitæ licet hominem occidere; sic & pro defensione honoris secundum communem opinionem de qua Marsilius *consil.*81. *num.*16. Jas. *in l. & cum num.* 38. & ibi Dec. *num.*35. *ff. de Instit. & iur.* Rimin. *consil.*44. *numer.* 12. Clar. *in* §. *homicidium ver. idem quoque & multo magis* Menoch. *consil.*45. *num.*25. *volum.*1. Castill. *dict. dec.*154. *num.*11.
22 *l.*2. & tunc non dicitur offensio secundum Cavall. *dec.*27. *nu.* 1. *cum seq. p.*5.
23 Honor † autem consobrini, est honor proprius *ad l. ut*
24 *vim ubi omnes ff. de iust. & iur.* † & injuria meis consanguineis facta, mihi censetur illata *cap. Petrus de homic. Clem.* 1. *de excess. præl. l. lex.* Corn. *in princ. l. item* apud Labeon. §. *pen. de iniur.* Bar. *in l. de pupill.* §. *si quis ipsis nu.* 18. *ff. de nov. oper. nunc.* Bald. *in l.* 1. *per illum* text. *Cod. si quacumque præd. pot.* Felyn. *in cap. Eccl. S. Mariæ num.* 19. *ff. de const.* Ruin. *consil.*3. *num.*26. *& seq.* Cravett. *consil.*41. *num.*3. *lib.*1. Honded. *cons.*112. *nu.*54. *vol.*1. Menoch. *de arb. cas.*27. *nu.*4. *&* 5. Becc. *cons.*85. *nu* 19.
25 Et † injuria facta uni de familia toti familiæ facta censetur *d. l.*1. & ibi Bar. *C. si quacumq; præd. pot.* Fel. *in c. cum quidam n.* 11. *ff. de iniur.* Gram. *dec.*13. *nu.*2. *& seq.* Tiraquel. cum per eum congestis de *minuen. pœn. caus.*51. *num.* 69. *& seq.* ubi egregiè exornat, notabilesque addit conclusiones, addo Menoch. *de arb. cas.*262.
26 Unde clericus, qui pro injuria sibi illata potest agere contra laicum, etiam coram Judice seculari, cum protestatione tamen ut citra sanguinis pœnam puniatur *capitul. prælatis de hom. in sexto* esto certò sciat Judicem ad pœnam sanguinis processurum, ut tradunt DD. communiter in *dict. capitul. Prælat.* & Gen. *in Prax. Archiep. Neap. capitul.* 42. *numer.*2. qua de re vide latius Car. de Graff. *de effect. cleric. effect.*12. potest † etiam agere pro injuria fratri vel consan- 27
guineo ob eandem rationem, quia injuria est communis ex quo illata uni de familia, ut per Gen. *in dict. capit.*42. *num.* 5. *& seq.*

Quæ † adeo vera sunt, ut minimè defuerint, qui puta- 28
verint non modo violentas in Clericum manus iniicientes incidere in canonem si quis suadente, verum & eum qui illius causa ejusdem consanguineum percusserit, glos. *in Clem.*2. *in ver. quomodolibet de sent. excom.* Affl. *de iure prothom. in Rub. num.*27. Marsi. *sing.* 204. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. qu.*77. *num.*3. & ita intelligendus est Roman. *in Rub. de recep. arb. colum.* 24. *ver. quid autem si compromissum*; quamvis hæc sententia simpliciter intellecta, non sit vera cum *dict. cap. si quis suadente* requirat pro forma injectionem manuum in personam Clerici, vel Monaci, vel in res ipsi personæ adhærentes, † ut infra latius dicetur. Benè verum est, quod 29
si contemptum, & injuriam libertatis Ecclesiasticæ, & Prælatorum, seu judicium Ecclesiasticorum aut in odium Clericorum, eorundem consanguinei carcerentur, gradibus, vel dignitatibus spolientur, patria pulsentur, percutiantur, vel alias injustè persecutio, seu gravamen contra ipsos eat, hujusmodi injurias inferens incidunt in alias censuras, ab aliis canonibus inflictas adeo ut sint ipso facto excommunicati per *cap. sciant cuncti*, & ibi glos. *in ver. consanguineos de elect. in d. c. quicunque de sent. excom. in* 6. *Clem.* 2. *& ibi* gl. *in verb. quomodolibet eod. tit. Clem.*1. *de excess. præl. c. quoniam iuncta* glos. *in verb. propinquorum de Immun. Eccl. in* 6. & hoc est in effectum, quod tangit Suar. *tom.* 5. *de cens. disp.*22, *sect.*1. *sub nu.*23.

Hinc † dicimus in simili non valere statutum puniens 30
consanguineus Clericorum proprer eorundem inobedientiam, latè Felyn. cum relatis in *c. Eccles. S. Mariæ num.* 99. *de const.* & ibi Dec. *num.* 179. Imo est contra Ecclesiasticam libertatem; quia reddit eos timidiores, ad dicta per eundem Fely. *loc. cit. sub nu.* 69. & Dec. *d. num.*79. & per Gen. *in Pr. Arch. Neap. cap.*42. *nu.*13. idem ad hoc adducit etiam Ang. *in leg.*1. *ff. ut in ius voca. eat.* & facit text. *in c. sciant cuncti de elect. in* 6. *& in c. quicunque de sent. exc. in* 6. quod hodie est clarum per *Bullam Cœnæ Domini*, & sic tam statuentes, quam dicto statuto utentes sunt excommunicati.

Cùm itaque Laurentius dict. Sacerdotem aggressus fuerit pro recuperatione honoris consobrini, qui proprius ipsius judicatur honor, estque rerum omnium pretiosissimus, dicendum videbatur, eum non incidisse in *dict. can.*

Præsertim † quia offendens Clericum pro defensione 31
rerum non modo consanguinei, sed etiam cujuscunque proximi sui, non incurrit in d. excommunicationem Fel. *in cap. si verò il* 1. *nu.*2. *ver. utrum pro defensione de sent. excom.* Car. de Graff. *de effect. cler. eff. n.*732. ubi rationem adducit; quia scilicet dici non potest, hoc fieri suadente Diabolo, nec reperitur hic manus violenta, vel injuriosa; res autem sunt inferioris ordinis, honor verò superioris per prædicta, & sic argumentum concludit à fortiori.

Sed † & quatenus articulus adhuc dubius dici posset, ea 32
sumenda videbatur interpretatio, quæ pœnam minuit, pœnæ quippe legum emolliendæ, potius quam exasperandæ sunt, *can. pœna de pœn. dist.* 1. procliviorèsque esse debemns ad absoluendum, quam ad condemnandum, & in dubio pro exclusione majoris delicti, & pro reo pronunciandum est *in ribus vulgatis.*

Nec obstare videbatur † in canonem incidere, qui vio- 33
lentiam rebus Clerici infert veluti vestibus ipsi Clerico inhærentibus vel equo, cui insidet, vel capiens frænum equi nec permittens abire, etiam si corporalis Clerici læsio non sequatur, ut per Archid. Abb. Felyn. & alios in materia supra allegatos, & per Bellet. *disq. Cleric. part.* 1. *de favor. Cleric. can.* 2. *num.* 5. Dec. *in tractat. cr. par.* 2. *lib.*6. *cap.* 19. *nu.* 9. Nav. *in Man. cap.* 27. *num.* 77. Hond. cum relat. *cons.*103. *nu.*1. 2. 3. *&* 4. *lib.* 1. & post Philiarc. Angles, & alios tradit Sayr. *de cens. li.* 2. *cap.* 26. *n.*34. cum aliis per me relatis infra *nu.*..... quidquid secus dixerit Bald. *in l. si qua per calumniam sub num.*2. *ver. volo expedire Cod. de Epis. & Cler.* quem simpliciter secuti sunt Guid. Pap. *dec.*138. *sub nu.*3. & Caball. *lib.* 2. *res. cr. cas.*152.

Respondebatur enim prædicta procedere formaliter in vi ablativa, ut in attrahendo vel lacerando vestes

Clerici , vel auferendo equum , aut illius frænum retinendo , vel Clericum per veſtes , ne recedere poſſit ; hæc enim omnia ſonant in vim ablativam : quia retinere freno vel veſtibus nihil aliud eſt , quam auferre illi liberam recedendi facultatem , quæ vera eſt præciſaque ac propria violentia , & canoni locum facit ex ſupradictis . Quod quidem in hac facti ſpecie haud contingere dicebatur , quia Laurentius non intendebat retinere dictum Sacerdotem , vel illum impedire , ne recederet , ſed duntaxat intendebat minis , ac metu compellere illum ad honoris reſtitutionem abſque corporis læſione, qui caſus in *can.* non videtur comprehendi ſecundum ſupradicta.

His tamen poſthabitis contrarium in hac facti ſpecie reſolvendum duxi, eundemque Laurentium in excom. *can. ſi quis*
34 *ſuadente diabolo* † incidiſſe dixi , fundamentum deciſionis fuit , quia quælibet actio injurioſa , quæ fit contra Clerici , ſive monaci perſonam , immediatè in facto conſiſtens , dicitur manuum violenta injectio ſuadente Diabolo facta , ac proinde in *d. can.* incidere facit Cajet. *in Sum. ver. excom.* 20. *not ab.* 1. Navarr. in *manual. c.* 27. *ſub num.* 77. Philiarch. *lib.* 3. *de offic.* Sacer. *c.* 33. Sayr. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. ubi teſtatur de comm. opin. & plenius Suar. *de cenſ. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 23. *& ſeq.* ubi latiſſimè explicat , & rurſus *num.* 40. ubi per manus violentas ait intelligi quamcunque injuſtam ſeu temerariam percuſſionem Regin. *lib.* 3. *num.* 205. Bonac. *de com.* 10. *de cenſ. diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 11. ideo autem *canon.* loquutus fuit in manuum injectione , quia manus eſt organum
35 organorum , ut poſt Cajet. dicitur præfati Doctores, quamvis autem ex levitate materiæ excuſetur quis à peccato , non tamen dici poteſt levis iſta , de qua agitur cum Laurentius violenta ; & ſacrilega manu Clericum apprehenderit , atque concuſſerit coegeritque ad majorem vexationem redimendam , accedere invitum ad Antonium veniamque ab eo petere . Ut enim magiſtraliter tradit Suarez *tom.* 1. *tract. de cenſ.*
36 *diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 25. *& 26.* non requiritur ad hunc effectum actio phyſicè tam relevans , ut ſit peccatum mortale , ſed ſufficit eam eſſe contra immunitatem corporis proprii , ſeu contra jus , quod unuſquiſque habet in corpus ſuum ; vel ut ſit gravis contra honorem , dummodo corpus attingatur ; adeo ut quamvis contractus phyſicè conſideratus leviſſimus ſit , ſi tamen , ſecundum moralem exiſtimationem , ſufficiat ad gravem injuriam contra honorem , & reverentiam Clerico debitam , ſit ſatis ad hanc cenſuram incurrendam , quæ doctrina profectò , tum plurimos quotidianos caſus , tum noſtrum potiſſimum determinat , videturque de mente Molinæ *tom.* 4. *de Juſtit. diſp.* 57. fuit enim actio de qua agitur contra jus , quod R. Baptiſta habebat in corpus ſuum , quia Laurentius illum diu retinuit , ne diſcedere , dum ipſum convinciabatur , ac accedere compulit , vellet nollet , ad domum Antonii , quamvis metueret ab illo ſperni , vel inſultari . Fuit etiam contra honorem ſacerdoti debitum , & ſic cum gravi injuria , ex quo irreverenter , & injuriosè , ac ſævo aſpectu detinebat , concutiebat , & procaciter in-
37 ſultabat . † Prout in ſimili , immò ferè in terminis dicebat Sylu. *in Sum. in ver. excom.* 6. §. 3. capientem Clericum per capillos eique dicentem , niſi eſſes Clericus hæc , & hæc facerem incurrere in *d. can.* excommunicationem , ſic etiam
38 quendam , † qui Sacerdotem inſultaverat cum ſimplici manus injectione , ad collum , & altera manu ſuper pugione , incidiſſe in d. excommunicationem conſuluit Ghirlenzon. in
39 *conſ.* 82. idemque nempe , † accipientem Clericum per veſtimentum , ſeu ſcapucium & moventem illum , his verbis , ſi non eſſes Clericus percuterem te , incidere in dictam excommunicationem ſi idem in contemptum , & animo injuriandi faceret firmant Joan. Frigdeburg *in addit.* ad S. Raymund. *in Summ. lib.* 3. *tit. de ſentent. excom. nu.* 47. *litera T* , Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effect.* 9. *nu.* 132. hic autem interceſſerunt eadem præciſa verba , eadem detentio non ſolum per veſtimenta , ſed & per humerum , & ulterius compulſio eundi ad dictam domum , & ſic verſamur in fortioribus terminis . Quod autem Laurentius animum habuerit injuriandi Baptiſtam , patet non modo ex ipſa actione injurioſa , ſed etiam ex verbis contumelioſis ab eo tunc prolatis ,
40 † quæ procul dubio indicant , & declarant animum *leg. labeo* §. *idem ff. de ſupellect. leg. Gramm.* pulchrè , & latè *vot.* 23. *numer.* 8. cum verba ſint notæ paſſionum animæ , Corn.
41 *conſil.* 173. *in princ. volum.* 2. & † quod ex verbis contumelioſis præſumatur injuriandi animus probatur in *leg. ſi non convitii C. de iniur.* & eſt comm. opin. de qua Pariſ. *conſ.* 159. *nu.* 19. *vol.* 4.

Quibus ſic poſitis facilis eſt contrariorum ſolutio : non enim refragatur primum , nimirum nos verſari in pœnalibus ac proinde requiri percuſſionem , non ſufficere ſolam manuum injectionem . Nam ex ſupra dictis contrarium verius eſſe patet , † & in puncto illud verbum *iniecerit* , verifica- 42
ri in impoſitione manus ad dorſum etiam ſine percuſſione ; tradit Ghirlenzonius *d. conſ.* 82. *nu.* 4. fretus authoritate Compilatoris Calepini , qui in hoc ſtandum eſt tanquam in ſua arte perito ; cumque ſaltem inficiari non poſſit , quin ſub generalitate verborum canonis veniat iſta manuum injectio, & apprehenſio , † eſto eſſemus in pœnalibus & odioſis , fie- 43
ri deberet extenſio ad hunc caſum ſub verborum generalitate comprehenſum , quatenus ipſa verborum generalitas patitur *l. cum l. ubi* Aret. *ff. de teſtam. cap. ſi quam de ſent. excom. gl. in cap. contra Chriſtianos de Hæret. in* 6. Cald. *conſil.* 1. *tit. de conſang. & aff. & conſil.* 24. *de præben.* Crau. *de antiq. temporis par.* 5. *in princ. num.* 155. *& ſeq.* Tiraquel. *in l. ſi unquam in præf. num.* 119. *verſ. & hæc quoque Cod. de revoc. don. & de retract. tit. primo* §. *primo gl.* 14. *num.* 102. Dec. *in l. factum* §. *in pœnalibus num.* 10. *ff. de reg. iur. & in l. ſemper in obſcuris num.* 3. *iuncto numer.* 11. *& in l. in contrahenda numer.* 13. *eod. titul.* Villagut. *cum relatis in tract. de extenſione legum rubr. de extenſione legis pœnalis reſpectu meræ pœnæ num.* 49. Dec. *conſil.* 538. Gregor. XV. *dec.* 327. *nu.* 3. *&* 4.

Cæterum nos re vera non verſamur in odioſis , & reſtringendis ; ſed in favorabilibus & latiſſimè interpretandis , † cum excommunicatio in d. canone inflicta ſit merum Cle- 44
ricorum privilegium , ut omnes Theologi , & Canoniſtæ uno ore fatentur , & poſt alios Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 22. *ſect.* 1. *num.* 20. *in fi.* quod adeo verum eſt , ut diſputent DD. † nunquid Summ. Pontif. poſſit illud tolle- 45
re ſaltem cum conſenſu Cardinalium , & quamvis ego non audeam recedere ab affirmativa opinione, quam tenuerunt Anaſtaſ. German. in *tract. de ſacror. imm. lib.* 3. *&* 15. *num.* 42. & Crot. *conſil.* 204. *num.* 2. *&* 8. *lib.* 2. cum hoc privilegium † conceſſum , & introductum ſit de jure poſitivo In- 46
nocen. in *cap. noverit de ſent. excomm.* Felyn. in *cap. ſi quis in princ. de maiorit. & obedient.* † & Papa ad libitum tollere 47
valeat ea , quæ juris ſunt poſitivi , Archid. in *c. fi.* 1. *quæſt.* 9. Natt. *conſil.* 438. *num.* 21. *lib.* 3. Brunor. *à ſole in ſuis propoſ. in ver.* Papa *diſpenſare poteſt latè* Car. de Graſſ. *in tract. de except. except.* 32. *numer.* 113. *cum pluribus ſeqq.*

Nihilominus † verum puto adeo præcipuum eſſe hujuſ- 48
modi privilegium , ut nullo modo expediens eſſet quod Sum. Pontif. illi in totum derogaret ex quo decoloraretur univerſus Eccleſiæ ſtatus Abb. in *cap. nulli de ſentent. excom.* & ibi Socc. ſen. in *princ.* Socc. in *d. cap. pervenit num.* 19. 22. 23. 394. *& ſeq.* & Germon. ubi ſup. qui ſubdit , quod Papa non excuſaretur à peccato . Igitur cum d. conſtitutio ex parte Clericorum ſit favorabilis , & in eorum favorem edita , extendi debet , quamvis ex parte percutientium ſit odioſa , ut in puncto dixit Socc. in *d. c. pervenit nu.* 70. ex Bald. *in l.* 2. *C. de in jus vocand. & not.* per gloſ. & DD. in *l. qui exceptionem ff. de condict. indeb.*

Quinimmo nec poteſt quodammodo dici odioſa reſpectu percutientium , † quamvis enim hæc excom. ſit pœna , eſt 49
tamen medicinalis animæ , & de facili obtinetur abſolutio , ut in *c.* 2. *de ſentent. excom. in* 6. & in puncto obſervat Soc. in *d. c. pervenit nu.* 39.

Ex † alio etiam amplianda venit diſpoſitio d. canonis , 50
quia ſcilicet Salvatorem noſtrum crucifigere dicuntur , qui vim , & injuriam Clericis inferre præſummunt *cap. nulli in fi.* 3. *qu.* 1. Unde Deus per Prophetam Sacerdotibus loquens *qui vos tangit* , inquit , *tangit pupillam oculi mei Zacch.* 2. *rel. in cap. accuſatio* 2. *quæſt.* 7. † & ſacrilegium committunt 51
text. in *d. cap. ſi quis ſuaden.* Gaetan. *in Summ. in ver. excom. cap.* 10. Decian. *in tr. crim. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 3. *& cap.* 19. *num.* 1. Menoch. *de arb. caſ.* 389. *numer.* 15. *& ſeq.* Sayr. *lib.* 3. Theſ. *caſ. conſ. cap.* 26. *nu.* 21. † Quod ſacrilegium 52
de jure civili capitali pœna puniri debet *l. ſi quis in hoc genus* , ubi Bald. & Sal. *C. de Epiſ. & Cler.* Menoch. ubi ſup. Bellet. *diſq. Cleric. tit. de favo. Cler. canon.* §. 1. *nu.* 2. Carol. de Graſſis *d. effect.* 9. *nu.* 93. *pulchrè* Io. Lignano *de cenſ. Eccl.* §. 5. *num.* 3. *& ſeq.* alias rationes ob quas diſpoſitio d. can. eſt amplianda deduxi in *dec.* 20.

Hinc videmus Summ. Pontifices & DD. *d. can.* uti favorabilem extendere de caſu ad caſum , & de perſona ad perſonam, quamvis enim loquatur de manuum violenta injectione

pro-

53 procedit tamen etiam, † si quis manus non iniiciat in Clericum, sed suadente Diabolo puluerem, aquam, sputum, oleum, vel quid simile in eum iniiciat. Jun. Io. And. & cæteri in *cap. nuper de sent. excomm. gl. 1. in c. si quis pulsat de pæn. distinct. 1. & in cap. si quis suad. in ver. manus* Soc. *in d. cap. pervenit num.* 188. & 170. Sylu. *ver. excomm.* 6. §. 6. S. Antonin. *in tract. de excom. c. 1. num.* 28. Sayr. *ubi sup. num.* 14. Gaet. *d. c.* 10. *ver. 1. quod* Tol. *in Sum. lib. 1. cap.* 33. *num.* 4. Franc. Marc. *dec.* 816. *par.* 2. Baiar. *ad Clar. in §. fi. quæst.* 77. *numer.* 9. Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 3. & 4. & est com. opin. ac ab omnib. recepta, vel si vestes vel res alias Clerico adhærentes laceret, vel auferat, ut sup. dicebam *num.* 33.

Rursus extenditur ut non solum procedat in manuum in-
54 jectione provt *can.* loquitur, † sed etiam in ratihabitione expressa, vel tacita, adeo vt ratificans percussionem contemplatione sui factam, licet non suo mandato, ut puta, si amicus ejus, vel consanguineus; sciens illi à Clerico injuriam fuisse illatam, in ipsum Clericum manus impias injecit, ut eidem rem gratam faceret: is autem habita notitia de percussione, eam ratificet, incidat in *d. can.* excomm. tex. *in cap. cum quod de sent. excomm. glos. in cap. mulieres eod. tit. Card. in d. cap. si quis suad.* S. Raim. *in sua Sum. l.* 3. *tit. de sent. excomm.* §. 48. *in fi.* S. Ant. *de excomm. cap. 1. num.* 14. Soc. in *d. c. pervenit num.* 43. & 53. *de sent. excomm.* Dec. *in tract. crim. par. 2. lib. 6. cap.* 18. *num.* 5. Giacch. *in add.* ad Clar. §. *fi. quæst.* 77. *in litt. A, in fi.* Cost. *de retrotr. cap.* 5. *num.* 3. Suarez *tom.* 5. *disp.* 22. *sect. 1. num.* 55. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 26. Molin. *tom.* 4. *disp.* 52. *num.* 4. Navar. *in sum. cap.* 27. *num.* 78. Bonac. *de cons. disp. 2. punct.* 3. *numer.* 7. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 17. & est communis cum Theologorum, tum Canonistarum sententia, quæ
55 † procedit etiam in ratificatione tacita, & occulta. Nam ratam habens in corde hujusmodi percussionem ipso facto in excommunicationem incidit, ac absolutione indiget. Jacobin. *in l. si quis iniquam* §. *si prior in lect. num.* 5. Majol. in *tract. de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 6. *num.* 2. Giacchar. in *dict. add.* ad Clar. *in litt. A, in fi.* Carol. de Graff. *d. effect.* 9. *num.* 57. quod valde notandum est, pro declaratione eorum, quę dixi sup. nu. 11.

56 Cumque † d. constitutio loquatur de injectione manuum facta in Clericum, adeo est favorabilis, & amplianda, ut procedat etiam in offendente Clericum mortuum, ita vt privilegium istud etiam in cadavere duret Felyn. in *capitul. à nobis il* 2. *numer.* 4. *de excomm.* Alber. Brun. in *tract. de aug. num.* 9. Marsil. *in l. unica num.* 53. *Cod. de repetit. virg. & in l. fi. num.* 56. *ff. de quæst.* sequitur Dian. me citato *part.* 9. *resolut. moral. tract.* 4. *res.* 39. *in fi.* ubi me amicissimum suum vocat Duen. *dict. regul.* 99. *in* 6. *ampliat.* qui ad hoc inducit
57 textum in *cap. quod in tract. de pœnit. & remiss.* † ubi Clericus, qui potest tempore interdicti ingredi Ecclesiam vivus, potest etiam in ea sepeliri mortuus, quibus addo Decian. in *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 19. *tom.* 2. Baiar. ad Clar. *d. qu.* 77. *num.* 16.

58 Quin † etiam arbitrati sunt nonnulli, eam procedere, etiam si is, qui vapulavit, non sit verè Clericus, nec habeat characterem, sed tantum sit clericatui destinatus, gerens se pro Clerico, deferensque habitum, & tonsuram, ac in Choro inserviens. Archid. in *dict. cap. si quis suadente num.* 8. Felin. *in cap. cum adeo de rescript. num.* 2. ubi plura adducit argumenta Duen. *dict. reg.* 99. *ampliat.* 10. Decian. in *tract. crim. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 14. & *c.* 18. *num.* 8. Jo. de Selva *de benef. p.* 3. *quæst.* 6. *num.* 4. Hippol. Bonacurt. *in tract. de serv. quæst.* 28.

Cui tamen opinioni sic simpliciter intellectæ non accedo, ex pluribus rationibus quas brevitatis gratia omitto, & contrariam amplector sententiam, quam tenuere. Rot. *decis.* 12. *de probat. in antiquior.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 76. *numer.* 27. Mascard. post Dyn. *de probationib. conclus.* 848. *numer.* 6. *tom.* 2. Mart. *de iurisd. par.* 2. *capitu.* 11. *numer.* 12. Decian. sibi contrarius *dict. libr.* 6. *capitul.* 34. *numer.* 3. salvari tamen potest prima opinio, ut procedat in foro externo, quando Ecclesia prætendit percussum Clericali insignitum fuisse charactere, dum enim de hoc in tribunali Ecclesiastico disputatur, percutiens reputandus est pro excommunicato, ita benè Socci. in *c. pervenit à num.* 88. *usque ad* 96.

Simili quoque modo, etsi textus loquatur de offendente monacos, tamen, quia monacorum appellatione in
59 materia favorabili, † veniunt etiam Moniales Soccin. in
60 *Clem.* 1. *de elect.* ideo constitutio ista, † uti favorabilis & amplianda, extenditur etiam ad ipsas Moniales; ita ut impias manus iniiciens in eas, incidat in excommunicationem, quamvis ipsæ nullum habeant ordinem *cap. de monial. extra. de sent. excomm.* & ibi Abb. *nu.* 2. Soc. *in d. c. pervenit nu.* 72. *& seq.* ubi utitur hac eadem ratione, quia videlicet. Constitutio est favorabilis, & amplianda. Decian. in *tract. crim. par. 2. lib. 6. cap.* 17. *num.* 12. *& seq.* S. Antonin. *in tract. de excom. cap.* 1. *num.* 1. Caet. *in summula in ver. excom. cap.* 10. *ver. nota septimo.* Caff. *par.* 2. *decis. auri lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 36. Boer. in *tract. de statu, & vita Hæremit. nu.* 15. Suar. *de cens. disp.* 12. *sect. 1. nu.* 19. † & alii communiter. Et non solum ad 61
Moniales sed etiam ad ipsarum conversas *d. c. de monial. cap. cum illorum cap. veniens*, ubi Abb. *num.* 2. *eodem tit.* Bellet. *disquis. Cleric. dict. tit. de favore Canonis* §. 1. *num.* 31. Suarez. ubi supra Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 5. ubi post alios restringit ad conversos, & conversas, quæ propriis renunciaverunt, vel Religionem ingressæ sunt habitu assumpto: non autem quoad tertiarios, & tertiarias in proprias domos degentes.

Cum itaque *d. canonis* dispositio adeo sit favorabilis, ut etiam ad alios casus, aliasque personas extendatur, valde absurdum esset dicere, illam non procedere in hac manuum injectione, quæ secundum rationem recti sermonis comprehenditur in illius dispositione, ut sup. deductum est, illa namque est propria verborum natura, quam ratio, & significatio recti sermonis includit, † quia significatio trahitur, 62
per rei naturam substantialem, sine qua intellectus removetur ab intelligibili Cald. *consil.* 320. *num.* 7. *lib.* 1.

Nec † sentiunt contrarium Archid. Felyn. & alii in prima 63
obiectione citati, dum dicunt, verbum injecit in hoc canone intelligi cum effectu, & procedere in insultante clericum, dummodo is eum percutiat, sed ex his verbis resultat duntaxat, non sufficere comminationem, nec elevationem manus, vel ensis ad percutiendum, si effectus non sequatur, juxta glos. communiter receptam in *c. si quis pulsatus de pœnit. dist.* 1. Sylvest. in *ver. excom.* 6. §. 2. & bene declarat Tolet. post alios *d. cap.* 33. *nu.* 5. & ita etiam loquitur glos. in *cap. fœlicis de pœnit. in* 6. *in ver. insecutione*, & Bellet. loco supra citato aliique ab eo adducti, qui eam reddunt rationem, quia verba cum effectu sunt intelligenda *cap. relatum de cleric. non resident.* Arch. in *d. cap. si quis suadente nu.* 2. Non igitur applicantur casui nostro, in quo adest vera, & realis manuum injectio, & quidem cum circumstantiis aggravantibus, de quibus supra *nu.* 36. & 39. quo fit ut illa actio externa nullatenus à peccato mortali excusari possit, † & 64
hoc est quod dicebat Guttier. in contrarium supra *nu.* 9. allatus; dum tenuit non incurri censuram si factum exterius sit leve, nec ex malo animo aliqua circunstantia exterior apponatur, quia factum exterius jam non censetur leve, & sic ejus doctrina potius retorquetur, & cum hac moderatione intelligendi sunt cæteri scribentes ibidem per me relati.

An † autem quamvis in hac facti specie materia non sit 65
ita levis, ut à mortali excuset, saltem percussio ipsa dicenda sit levis, ita quod ab Episcopo, seu eius Vicario absolutio impendi valeat juxta text. in *cap. pervenit* 17. *extra de sent. excom.* non præsentis speculationis, nec immoror, ne sim prolixus; tu si placet videre poteris Molin. *tom.* 4. *de iustit. disput.* 57. Suarez *tom.* 4. *de iustit. disp.* 57. & *tom. de censur. disput.* 22. *sect. 1. à num.* 88. Graff. *tract. de quinque casib. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 11. & *seq.* Sayr. *de cens. lib.* 3. *cap.* 28. Bonacci. *tom. de censur. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 2. penes quos invenies, quænam sit judicanda percussio gravis, quæ mediocris, & quæ levis. Et quod Episcopi arbitrio id remittatur dixit Soccin. in *cap. officii nu.* 18. *vers. Sed dicit.* Hosti. *de sentent. excom.* Rot. in *decis.* 280 *sub nu.* 1. *par.* 2. *vol. cons. Farinac.*

Secundum pariter obiectum minimè obstat; † primo, 66
quia illa verba *manus violentas*, de quibus in *canone*, non intelliguntur de violentia strictè, & propriè sumpta, sed dicuntur ad excludendum casum, quia injectio casualis non est peccaminosa, nec punibilis ut per Tolet. *cap.* 33. *num.* 5. & capiuntur pro actione injuriosa facta in Clericum, vel in res ipsi adhærentes ut per Socc. in *dict. cap. pervenit numer.* 179. *de sentent. excomm.* Abb. in *capitul. super eo numer.* 5. *eod. tit.* Joannes *de Legnan. de censur. Eccles.* §. 5. *nu.* 1. & 2. tenent omnes Theologi communiter, ut post alios Bonaccin. *de censur. quæst.* 4. *punct.* 1. *numer.* 11. inter quos Suarez *dict. tom.* 5. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *numer.* 23. benè declarat, hanc violentiam intelligi moraliter de actione in Clericum, quæ repugnat Justitiæ, &

probatur expreſsè in *capit. contingit il primo de ſentent. excom.*
67 † ubi pronunciatur incidiſſe in hanc cenſuram percutiens Clericum volentem, & conſentientem in ſatisfactionem præcedentis injuriæ per ipſum Clericum illatæ, & ibi hoc notant Abb. *num.* 3. Anchar. *num.* 6. & Felyn. *num.* 1. Pet. à Plaz. *in epit. delict. cap.* 24. *num.* 25. Carrer. *in prax. crim. in tit. de homicid. quæſt.* 1. *num.* 3. Tabien. *in ver. excommun. vel quinto, caſu* 1. §. 4. *num.* 32. Caet. in *ſummula in ver. excomm. cap.* 10. *verſ. nota* 2. Decian. in *tract. crim. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *numer.* 4. *in fi.* Mantua *dialog.* 35. Guttier. *de Iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 16. *à num.* 53. Sayr. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 18. noviſſimè Layman. in *Theolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 5. *de excommun. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. *in fi.* aliique plurimi.

68 Et † tamen hic nulla adeſt violentia, quæ volenti & conſentienti non infertur, ut in *reg. ſcienti de reg. iur. in* 6. & obſervat ad hunc propoſitum Soc. in *d. c. pervenit*, *numer.* 383. quinimò ex hoc notat, Coninch. *diſp.* 14. *de excomm. dub.*
69 15. *num.* 169. non † requiri, quod actio ſit violenta, vel etiam injurioſa ipſi Clerico; ſed ſat eſſe, quod ordini Cle-
70 ricali injurioſa ſit, quo † fit, ut iſto caſu etiam clericus permittens ſe ipſum verberari, incidat in d. cenſuram, *d. cap. contingit*, ubi hoc notat Anch. *num.* 4. Jo. And. & Soc. *nu.* 15. Vital. *in Clem. multorum nu.* 21. *de pæn.* Graff. *p.* 2. *dec. libr.* 3. *c.* 5. *num.* 29. Tolet. *dub.* 1. *cap.* 33. *ſub num.* 24. quod tamen non eſt intelligendum ipſo jure, ſed per Judicis ſententiam, adeout Clericus ſic percuſſioni conſentiens veniat excommunicandus Abb. in *d. c. contingit nu.* 7. *per illum tex.* Bellett. *diſq. cler. tit. de favore canonis* §. 1. *nu.* 11.

Ad quam theoricam confirmandam facit etiam alia com-
71 munis concluſio † ut clericus ſe ipſum percutiens, non quidem fervore devotionis, ſed animo irato, incidat in eandem excommunicationem, quia ordini Clericali injuriam facit, licet non violentiam, Archid. in *d. c. ſi quis ſuadente & in c. ſe non licet num.* 323. ubi Bellamer. *num.* 3. Abb. in *c. cum contingat num.* 7. & Felyn. *nu.* 1. *de ſent. excomm.* Bald. in *proœm. decret. rex pacificus num.* 44. Gulielm. *de Benedict. in repet. cap. Rainutius in verſ. mortuo itaque teſtatore el* 1. *num.* 80. Carrer. *in pract. crim. tit. de homicid. quæſt.* 8. *num.* 5. Gaet. in *ſum. verſ. excomm. cap.* 10. *verſ. nota* 3. Gram. *deciſ.* 44. *num.* 2. Clar. *in §. fi. quæſt.* 77. *num.* 3. Dec. in *tract. crim. par.* 2. *l.* 6. *c.* 18. *nu.* 4. *& l.* 9. *c.* 3. *nu.* 4. *& c.* 4. *nu.* 6. Menoch. *de arb. caſ.* 284. *n.* 37. Nav. *in manual. c.* 15. *nu.* 11. Majol. *de irreg. l.* 3. *c.* 25. *num.* 1. *& lib.* 5. *cap.* 18. *in fi.* Tolet. *in Sum. d. cap.* 33. *ſub num.* 4. latè, & pulchrè Balt. Ameſura *in tract. de poteſtate in ſe ipſum l.* 1. *cap.* 20. *num.* 24. & alii innumeri, quibus addo Joan. *de Lignano in tract. de cenſ. Eccl.* §. 4. *num.* 21. ad hoc inducentem verba D. Auguſtini relata in *cap. ſe non licet* 25. *quæſt.* 4. Mantua *ſingul.* 1. *num.* 4. Gramat. *dec.* 44. *num.* 2. *cum ſeqq.* Guttier. *d. c.* 26. *nu.* 54. Sayr. *d. c.* 26. *nu.* 20. Carol. de Graff *de effect. cleric. effect.* 9. *num.* 82. *& ſeqq.* de hac tamen & ſuperiorem concluſione valde dubitavit noviſſimè Barboſa in *collect anea ad decretum*, poſt hęc ſcripta impreſſa *ad d. can. ſi quis ſuad. num.* 38. *& ſeq.* per rationes ibidem ab eo ponderatas.

Secundò reſpondeo dato, non tamen conceſſo, quod requireretur violentia formalis, provt non requiri clarum eſt, certè illa non deeſt in caſu noſtro, quia præterquam quod, etiam ſi daretur violentiam compulſivam non dici propriè violentiam, ſed lato tantum ſumpto vocabulo, adhuc comprehenderetur in canone, qui latiſſimè interpretan-
72 dus eſt, ut ſupra ſatis abundè deductum fuit. † Non placet, quod dicitur, dictam violentiam compulſivuam non eſſe veram violentiam, contrarium enim probatur *toto titulo Cod. de his, quæ vi metuſve cauſa*, & eſt contra mentem ſcribentium, communi calculo illam inter quinque violentiæ ſpecies connumerantium, Bar. in *leg. quod extat ff. quod met. cauſa* Decian. in *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 1. *numer.* 4. Menoch. *de recup. poſſ. in prælud. numer.* 38. *cum ſeq.*
73 ubi magiſtraliter declarat, & alii plurimi, † ſumus enim in genere univoco, quod propriè prædicatur de qualibet ſui ſpecie *leg. quid earum* §. *interemp. ff. de leg.* 3. & in hac ſpe-
74 cie ineſt genus *leg. ſemper ff. de reg. iur.* † Et quando unum de alio prædicatur, quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur etiam de ſubiecto §. *vulgo* ſubtiliter inducendo *In-*
75 *ſtit. de ſucceſſ. Agnat.* † & generaliter vel univerſaliter loquens, omnia particularia directè comprehendit, neminemque excludit Feder. de Senis *conſ.* 85. *num.* 3. Surd. egre-
76 giè exornans *conſ.* 2. *num.* 44. *lib.* 1. † Unde ſtatutum loquens in genere, locum ſibi vendicat in qualibet ejus ſpecie *leg. de pretio ff. de public. lib.* 1. §. *generaliter ff. de leg. præſ.* Soccin. jun. *conſil.* 128. *numer.* 183. † cum genus propriè compre- 77
hendat omnes ſpecies, quas ſub ſe continet *leg. ſemper ff. de reg. iur.* Bar. in *rubr. ff. ſolut. matr. numer.* 12. Cravett. *conſil.* 783. *numer.* 20. *volum.* 5. cum aliis per Antonin. *variar. reſol. cap.* 33. *num.* 2. Surd. ubi ſupra. † Etiam ſi in una ſpe- 78
cie major ſit ratio, quam in alia *leg.* 1. §. *quod autem ff. de aleæ* Lud. & Aleat. *leg. in fraudem*, & ibi Bal. *ff. de teſta. milit.* Antonin. cum aliis per me adductis loco citato *num.* 3. & in terminis noſtris, quod † compellens Clericum ad 79
aliquid faciendum ita demum effugiat d. excommunicationem; ſi non tangit perſonam Clerici, vel res illi adhærentes, ſecus ſi manus in eum iniiciat tradit Socc. in *dict. cap. pervenit* 185. *de ſent. excomm.* & Sylveſt. in *ver. excomm.* 6. §. 5. Cæterum Abb. Card. & Fely. exadverſo citati loquuntur in priori caſu, nempe quando clericus nullo modo tactus fuit, ut videre eſt: eandem diſtinctionem apertius tenuit Joannes de Lignano in *tract. de cenſ. Eccleſ.* §. 5. *numer.* 18. ubi, ponderata mente canonis, tenet iniicientem metum verbalem duntaxat non incidere, ſecus ſi metus ſit realis per contactum perſonæ, etiam ſi non adſit præciſa violentia, ut per eum, & ita in effectu tenet Suarez licet diverſis verbis id declaret *dict. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 31. & Sayr. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 21. cum per eum relatis.

Tertiò reſpondeo † in hac ſpecie violentiæ compulſivæ 80
adeſſe non modo metum, ſed etiam vim, metum quidem, quo ad animum, vim quoad corpus, ut notabiliter inquit gloſ. in *leg.* 3. *in ver. vi*, *Cod. de his, qua vi metuſve cauſa Mugnoz.* poſt hæc ſcripta viſus in *tract. de his, quæ vi metuſve cauſa fiunt in præamb. num.* 5. Rota *deciſ.* 643. *num.* 25. *par.* 1. *in recentior.* ubi poſt Franc. à Ponte *conſ.* 44. *nu.* 13. ponderat, quod propterea in *Rubrica d. tituli tam in C. quam in ff.* deſcribitur tam vis, quam metus, *leg. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt*, quaſi dicant præfati ſcribentes metum conſiſtere in illa animi paſſione, qua quis territus ad evadendum majus malum, conſentit, vel invitus aliquid agit; vim autem in illa corporali actione, qua corpus quodammodo violenter ex interno terrore movetur ad faciendum, quod nullatenus faceret cui ſi addatur metus injurioſus, ſufficit ad incurrendam d. excommunicationem, ut mox dicebamus. Et hoc eſt, quod ajebat Seraph. *de privileg. iuramen. privileg.* 110. metum eſſe effectum violentiæ *gl.* 1. *quod met. cauſ.* quod tamen propriè loquendo intellige de violentia non præciſa, ſed conditionali, à qua metum oriri, & procedere declarat doctè Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 2. *nu.* 1. *&* 3.

Nec officit, quod pro vi compulſiva non detur interdictum unde vi, ſed actio, quod metus cauſa, quia præterquam quod datur actio, quod ut metus vè cauſa, & ſic copulativè; Reſpondeo, † diverſos modos puniendi has 81
violentias non inducere violentiarum diverſas ſubſtantias ad Bart. in *leg.* 1. *in lectura antiqua C. de his, quæ vi metuſve cauſa.*

Denique in caſu noſtro adeſt etiam vis ablativa, ex quo Laurentius detinuit Sacerdotem, nec paſſus fuit illum abire, quouſque pollicitus fuit, ad Domum Antonii accedere, ut ſupra ponderavi *nu.* 56. *& ſeq.* Unde retorquentur ea, quæ dicta ſunt ſupra *nu.* 33.

Ad tertium etiam motivum facilis eſt reſponſio. † Nam 82
inductio, quæ fit de offenſione clerici licita pro defenſione rerum propriarum, vel proximorum, procedit duntaxat quando violentia fit ſtatim, non autem ex intervallo, videlicet antequam ad actus extraneos divertantur, ut per Hoſtien. in *capitu. ſignificaſti*, *il ſecondo numer.* 17. *de domic.* & ibi Abb. *numer.* 9. & Fely. *numer.* 12. ubi teſtatur de communi, & ſequitur Bellet. *dict. tit. de privil. canonis* § 2. *ſub num.* 12.

Et in terminis noſtris, † propulſationem injuriæ verbalis 83
quamvis incontinenti fieri poſſit, non tamen licere ex intervallo, tradunt DD. *in l. ut vim*, *ff. de iuſt. & iur.* ubi poſt alios bene explicat Bolognettus *num.* 94.

Et † ratio eſt, quia quando injuria eſt perfecta, & in- 84
jurians non eſt amplius in ipſo actu paratus ad obiiciendum novas contumelias, jam non dicitur defenſio, ſed vindicta, quæ quidem non permittitur, ſed omni jure prohibita eſt, ut per Bologn. *ſub dict. nu.* 94. *& eſt tex. in l. ſcientiam*, §. *pen. ff. ad l. Aquil. in c ſignificaſti il* 2. *de hom. & in l. nullus C. de iud.*

Quo † fit, ut Clericum percutiens ex intervallo ad ſui 85
ipſius defenſionem non evadat excommunicationem Socc. in *cap. pervenit num.* 208. *de ſent. exc.* & notatur in *cap. ſi vero*

il pri-

il primo, eod. tit. & in cap. 1. *de iniur.* & tradit etiam Rim. jun. *in d. l. ut vim num.* 60. Jo. Lupus *tract. de liber. Eccl. quæst.* 8. *in fi.* Dec. *in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 22. Ergo multo minus pro defensione honoris suorum ultra quod ad evadendum excommunicationem, non modo requiritur, defensionem esse justam, & incontinenti factam, sed etiam medium, quod ad defensionem sumitur esse licitum, alias potius in aggressionem transit, quam in defensionem Suar. *d. disput.* 23. *sect.* 1. *numer.* 38. *& seq.* quod proculdubio verificatur in casu nostro, ut ad sensum patet, & sic, nulla remanente hæsitatione, declaravi Laurentium incidisse in excommunicationem latam à Canone, si quis suadente cedulonosque concessi, cui deinde præ foribus Ecclesiæ Apostolica auctoritate absolutionis beneficium impendi. Totam hanc decisionem approbat, & sequitur Dian. *part.* 9. *resol. moral. tract.* 4. *resol.* 53. & ad hanc materiam vide Farin. *cons.* 30.

ARGUMENTUM.

Juramentum, an, & quando firmet contractum contra legis prohibitionem celebratum.

Leges, an, & quando obligent sub mortali. Et quando dicantur respicere bonum publicum, vel privatum.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum firmat contractum contra legis prohibitionem celebratum.*
2 *Juramentum firmat contractum lege vetitum etiam cum decreto irritanti.*
3 *Juramentum firmat contractum, quem lex declarat ipso jure nullum.*
4 *Juramentum ad hoc, firmet contractum lege interdictum, tria copulativè concurrere debent.*
5 *Leges civiles à subditis sunt servandæ.*
6 *Leges naturales, divinæ positivæ, & Canonicæ obligant ad culpam, & quare.*
7 *Leges civiles ob bonum publicum conditæ, an vim juramenti impediant.*
8 *Leges civiles ob privatorum bonum conditæ, an obligent ad culpam.*
9 *Contractus à lege in privatorum favorem prohibitus, firmatur juramento.*
10 *Leges quando bonum publicum, & quando privatum respiciant.*
11 *Turpitudo ex parte recipientis, quando annullet contractum juratum.*

DECISIO XLVI.

FUit coram me in dubium revocatum, an esset exequendum quoddam instrumentum juramento vallatum, & sub certa forma à statuto prohibita confectum. Dicebam nos versari in terminis celeberrimæ controversiæ retroactis sæculis inter Bulgarum, & Martinum, exagitatæ. Nunquid juramentum firmet contractum contra legis prohibitionem celebratum. In quo quidem reperio quatuor principales Doctorum sententias, ex quibus aliæ quoque minus præcipuæ fluxere; quas omnes recenset Mancin. *de Jur. par.* 4. *effect.* 1. *quæst.* 4. *per totam* quibus sectandam brevitatem omis-
1 sis, & conclusivè procedendo † indubiè præsupponebam veriorem, crebriorem, ac in praxi servatam esse affirmativam Martini Bartoli, & Citramontanorum opinionem, ut nempe hujusmodi contractus juramento firmetur, ut per Curtium Jun. *in Auth. Sacramenta puberum num.* 8. & Jas. *ibi numer.* 33. *C. si adverf. donat.* Ant. Gomes. *variar. resol. tom.* 2. *cap.* 14. *de restit. min. num.* 18. Covarr. cum per eum congestis *in cap. quamvis pactum par.* 2. §. 1. *numer.* 7. *de pact. in sexto*, qui ait ab hac sententia nullo pacto in judicando, vel consulendo esse recedendum latissime post alios, quos cumulat Guttier. *in repet. dict. Auth. Sacramenta puberum numer.* 21. *& seqq. & num.* 28. Hond. *cons.* 33. *numer.* 63. *& cons.* 42. *num.* 10. *& seqq. vol.* 1. Hier. Gabr. *in cons.* 13. *num.* 2. *& cons.* 227. *num.* 8. *vol.* 1. Sanchez. innumeros propemodum congerens *in Præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *capitul.* 12. *num.* 11. *& seqq.*

Et probatur hæc sententia *dict. Authen. Sacramenta puberum*, ibi *inviolabiliter*, & in *cap. licet de Iureiur. in* 6. *& in c. quamvis pactum*, ibi, *servari debet, de pact. in* 6. *& in c. cum contingat*, ibi, *omnino*, *de iureiur.* ubi Ant. de Butr. & Imol. 36. † etiam si legis, vel statuti prohibitio sit decreto irritanti mu- 2
nita, ut per Abb. *ibid. nu.* 6. & refert, & sequitur Guttier. *in tr. de Iuram. Confir. p.* 1. *cap.* 14. *nu.* 6.

Ac † etiam si lex, vel statutum disponat contractum ali- 3
ter celebratum esse ipso jure nullum juxta veriorem magisque receptam sententiam, ut aliis relatis testatur idem Guttier. *in repet. d. Authen. Sacramenta puberum sub num.* 23. *in fi. C. si adverf. Vend.* Præsertim si contractus non à jure communi, sed à speciali jure est reprobatus, ut per Jas. *in d. auth. sacramenta col.* 7. *ver. responde*, & ibi Guttier. *sub numer.* 14. *in fine* Capell. Tholosa. *quæst.* 282. Roland. *cons.* 7. *numer.* 42. *lib.* 3. Atque etiam si agatur de contractu minorum ut probatur in *d. authen. Sacramenta puberum*, & dixi latius in *dec..... num.*

Hæc † tamen conclusio ita demum est recipienda, si 4
tria copulativè concurrant. Unum ex parte ipsius jurantis, ut nempe ab illo absq; peccati reatu juramentum servari possit; aliud ex ejus parte, in cujus favorem juramentum præstatur, ut scilicet in eo nulla inveniatur turpitudo; tertium ex parte ipsius contractus, ut scilicet formaliter, aut æquipollenter contineat promissionem non revocandi illum ut de primo requisito benè loquitur Bald. *in leg. si ad excludendum num.* 3. *ver. ubicumque C. de reb. credit.* eam reddens rationem, quia si jurans non potest absque peccato juramentum servare. Deus dissentit, ideoque juramentum approbare non potest & magistraliter in sex casibus exemplificat, quos recenset etiam Marchesan. *in tr. de commiss. in form. commiss. relax. juram. ad effect. agen. par.* 3. §. 1. *num.* 82. *fol.* 197. & rursus de primo, & secundo requisito tradunt Paul. de Castr. *in leg. si quis pro eo in princ. numer.* 4. *ff. de fideiuss. & in dict. Auth. Sacramenta puberum in lect. numer.* 8. *& 9. Cod. si adverf. vend.* Everar. in *locis topicis loco à vi*, *& energ. iuram. numer.* 17. Gomes. *tom.* 2. *Variar. resolut. capitul.* 14. *num.* 24. *ver. item infertur quod donatio* Guttier. *de Juram. par.* 1. *capitul.* 40. *numer.* 3. *ver. tertia opinio*. De tertio vero requisito tradunt Bart. in *dict. Auth. sacramenta num.* 24. & Jas. *ibi numer.* 28. & Igneus in *repet.* 20. Lessius *de Iustit. & Iur. lib.* 2. *capitul.* 17. *dub.* 7. *numer.* 55. Suar. *tom.* 2. *de relig. tract. de Iuram. lib.* 2. *capitul.* 29. *numer.* 3. & 4. Sanch. alios referens in *decalog. tom. primo libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 17. *&* 42. & colliguntur singula ex *cap. cum contingat de Iure*, *& cap. quamvis pactum de pact. in* 6. & ex *dict. Auth. sacramenta puberum*, ut deducit Sanch. loc. cit.

Quæ cum ita sint, asserebant scribentes pro reo in termi- 5
nis nostris desiderari primum requisitum † cum juramentum fuerit interpositum contra prohibitionem Constitutionis ex justa causa factæ, cui contrahentes obtemperare debuerunt, & non contravenire *cap. quæ contra mores* 8. *dist. cap. qui resistit.* 1. 1. *quæst.* 7. Feder. de sen. *cons.* 256. & concinunt latè tradita per Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 24. *per totum*, & sic hujusmodi primum requisitum conclusionem ipsam destruere videtur.

Unde pro responsione reminiscendum esse † dicebam le- 6
ges naturales; divinas positivas, & canonicas semper ad culpam obligare, quippe quæ diriguntur per se primo ad animi mores componendos, ut bene per Sanchez. in *præcept. decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 29. † quod verò atti- 7
net ad leges civiles, quæ per se primò ordinantur ad mores civiles, & politicos, verissimam esse *scribentium* distinctionem, ut quoties diriguntur immediatè ad bonum commune tuendum, semper obligent ad culpam, ac proinde juramentum de actu sic prohibito non teneat, tanquam rei malæ in præjudicium tertii, imò Reipublicæ gestæ cujus favori nemo renunciare, sive præjudicare potest *cap. quamvis pactum in fi. de pact. in sexto* ibi *nec redundet in alterius detrimentum*, & habetur etiam in *d. c. cum contingat de iure iuran.* & ita docent Butr. *num.* 8. & Abb. *numer.* 5. & Bald. *numer.* 5. & Alciat. *num.* 89. Bart. in *l. si quis pro eo in princ. num.* 8. *ff. de fideiuss.* & Paul. de Castr. *ibidem numer.* 4. *&* 5. idem Bart. in *leg. seius*, *& Augerius numer.* 4. *ff. ad l. Falc.* Abb. *in cap. cum contingat num.* 5. *de iureiur.* & ibi Alexand. de Nevo *num.* 28. & Bellamer. *numer.* 21. Covarr. *de pact.* 2. *par.* §. 1. *num.* 1. *&* §. 2. *nu.* 1. 6. *ver. igitur*, ubi ait id verum esse sive legis verba in rem, sive in personam dirigantur. Gomes. *tom.* 2. *variar. capitu.* 14. *num.* 24. *ver. item infertur* Villalob. in *comm. opin.* litera l. *numer.* 130. Seraph. *de privil. iuram. privil.* 61. *numer.* 13. Suar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de Iuram. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 11. Rebell. *de oblig. Iust. par.* 2. *lib.* 1. *qu.*

*9.num.*8.Sanchez.*in decal.tom.*1.*lib.*3. *cap.*12. *num.* 43. *& in c. 9.num.*30.ubi poſt plurimos , quos congerit , in hunc ſenſum interpretatur regulam *non eſt obligatorium de reg. iur. in ſexto* , *& num.* 34. ubi poſt Caſtren. *in d. Auth. Sacramenta puberum num.* 13. advertit id procedere qualitercunque lex loquatur , ſivè prohibendo ; ſive non aſſentiendo , & ſive dirigendo prohibitionem in perſonam , ſive in rem idem Sanch. *de matrim. lib.*1. *diſp.* 32. *ſub num. 9. ver. nec admittenda* plurimos refert Covarr. *de pact. par. ſecunda* §. 2. *num.* 7. & Guttier. *in d. Auth. Sacramenta puberum numer.* 36. *& ſeqq. & in tract. de Iuram. par.*1. *cap.*58. *num.*15. Seraphin. cum per eum relatis de *Privil. Iurament. privil.* 61. *num.* 13. Unde cavendum eſt , à Corn. *in d. Auth. Sacramenta puberum nu.* 48. quem ſimpliciter ſequitur Simoncell. de Decretis *lib.*3. *tit.* 8. *num.* 184. *in fi.* quatenus abſolutè docet juramentum contra legis civilis prohibitionem præſtitum ſervari poſſe ſine diſpendio ſalutis æternæ provt Corneum in hoc expreſsè reprobat Sanch. *dict. diſput.* 32. *numer.* 6. ubi adducit text. in *cap. ſi diligenti de foro compet. & in capit. cum contingat de jurejur.*

8 Quando † autem lex civilis ordinatur immediatè ad bonum , favoremque privatorum , non obligat ad culpam ; ſive illius prohibitio dirigatur in actum , ſive in perſonam . Tum quia tunc lex ipſa non intendit laqueum iniicere , obligando ſub mortali , ſed potiùs privilegium concedere actum irritando ; cui quidem privilegio quiſque poteſt renunciare . Tum etiam quia lex iſto caſu potiùs vim habet conſilii, quam præcepti . Et ita reprobata Bartoli diſtinctione firmat poſt Jo. *de ligna.* & Vincen. quos refert Ant. de Butr. *in cap. cum contingat numer.*8. & ibi Abb. *num.* 6. Imol. *numer.* 50. *de jurejur.* Ancharan. *in repet. cap. Canonum ſtatuta numer.* 175. *de Conſtit.* Salycet. *in Auth. Sacramenta puberum numer.* 27. & ibi Caſtren. *in repet. numer.* 22. *&* 23. *& in lectur. numer.* 9. Jaſ. *numer.* 21. *&* 51. *& ſeqq.* Corn. *in repet. numer.* 37. *& ſeqq.* Covarr. *de Pact. par.* 2. §. 2 *in fi. & numer.* 7. Alexan. *conſ.* 27. *à numer.* 5. *uſque in fi. volum.* 1. ubi teſtatur omnes ferè Canoniſtas , & Legiſtas , hanc adverſus Bartolum ſectari ſententiam , & quod reprobata Bartoli opinione indiſtinctè hæc concluſio vera ſit , tradunt Paul. de Caſtr. *in conſ.* 190. *col.*2. *ver. & tertio vol.*1. latè Corn. *in conſil.* 37. *col.*4. *in prin.* & latiſſimè *in conſil.*287. *vol.*4. Brun. *in tract. de ſtatut. excluſ. fœmin. in ſexto art. primo quæſt.* 1. Seraph. *de priv. iuram. prin.*83. *ſub num.*70. *ver. ſed canc.* & plurimis relatis hanc ſententiam contra Bartoli diſtinctionem veriſſimam , ab eaque in judicando , & conſulendo non recedendum dicit Guttier. *in repet. d. auth. in Sacramenta puberum ſub nu.*35. *ver. contrariam tamen , & nu. ſeqq.* Petr. Barb. *in l.*1. §. 1. *num-69. ff. ſolut. matr.* Rebell. *de oblig. Inſt. par.*2. *lib.*5. *q.*7. *ſect.*3. *num.*15. *& n. fi.* Azor. *tom.*1. *Inſt. mor. l.*11. *c.*7. *q.*1. *reg.*4. *in fi.* Sanc. *d. l.*3. *c.*9. *nu.* 35. *& ſeqq.* ubi etiam ad obiecta reſpondet, quibus addo Rom. *in conſ.*439. *nu.*5. ubi tripliciter comprobat.

9 Ac † proinde contractus à lege civili , vel municipali primariò ob privatam contrahentium utilitatem prohibitus tametſi ſecundariò in bonum commune , dummodo in recipiente nulla ſit turpitudo firmetur juramento , quia tunc lex non obligat ad culpam , & conſequenter Juramentum ſine culpa ſervari poteſt Bart. *in l. ſcius , & Augerus numer.*4. *ff. ad leg. falcid.* Jo. And. *in cap. quamvis pactum num.*3. & Archid. *nu.* 3. & Domin. *nu.*3. *de pact. in ſexto* , cum aliis quos refert , & ſequitur Covarr. *de pact.*2. *par.* §. 2. *num.*6. *ver. prima igitur* , *& num.*7. Everard. *in loco à vi , & energ. Iur. num.* 6. 7. *&* 17. Gomeſ. *tom.*2. Var. *cap.* 14. *num.*24. *verſ. item infertur* Rim. jun. *Inſtit. quib. mod. alien. lic. in princ. num.*18. Villalob. *in ſuis com. opin. litera l. num.*131. Pet. Barboſ. *in l. alia* §. *eleganter num.* 38. *& ſeqq. ff. ſolut. matr.* Surd. *in conſ.*54. *nu.*8. *vol.*1. Azor. *tom.*1. *Inſtit. mor. lib.*11. *cap.*7. *quæſt.*1. *reg.*4. Rebell. *de oblig. iuſt. par.* 2. *lib.*1. *quæſt.* 9. *numer.* 3. *& lib.* 5. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 16. egregiè Sanch. *tom.* 1. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 44. *& ſeqq.* ubi hanc ſententiam defendit rurſus *in tract. de matr. lib.* 1. *diſp.* 31. *num.* 12. diſtinguendo dixi ſupra *in deciſ.*25. *num.* 21. Anton. Conciol. *allegat.* 38. *num.* 14. qui totam hanc deciſionem citat , *& allegat.* 48. *num.* 15. 23. 29. Porrò iſte erat caſus noſter , in quo agebatur de ſtatuto requirente certas ſolemnitates in contractibus minorum ſub pœna nullitatis.

10 Quamvis autem omnes leges quo ad intentionem reſpiciant principaliter bonum publicum ; at quo ad executionem , quædam reſpiciunt per ſe primò utilitatem privatam , & ſecundariò publicam , quatenus privatorum utilitas in bonum publicum redundat , ut ſunt quorum materia proxima eſt bonum uniuſcujuſque civis , & ſignanter eæ , quæ mulierum minorumvè conſulunt imbecillitati ; juxta terminos hujus cauſæ , quicquid ſit , in contractibus prohibitis ad fraudes vitandas ut dixi in *deciſ. ſeq.* Aliæ verò leges reſpiciunt immediatè , & per ſe primo bonum publicum , & ſecundariò privatum ; ut ſunt quorum materia proxima eſt bonum publicum exempli gratia ne Equi , Arma , frumentum , blada è regno extrahantur , vel ne fraudes committantur , quæ diſtinctio colligitur ex *l.* 1. §. 1. *ff. de iuſt. & iur.* & ex Bar. *in l. ambitioſa num.*19. *ff. de decret. ab ord. facien.* & tradunt Navarr. *de finib. act. hum. ſup. cap. cum miniſter* 23. *quæſt.* 5. *num.* 26. Cou. *de pact. par.* 2. §. 1. *numer.* 6. Suac. *tom.*2. *de Relig. lib.*2. *c.*26. *nu.*2. Rebell. *d. quæſt.*9. *nu.* 9. egregiè Sanch. *dict. lib.* 3. *cap.* 9. *numer.*31. *& de Matr. lib.* 1. *diſput.* 32. *ſub num.* 9. *ver. quæres* . Poterit itaque reus conventus in caſu noſtro ſervare juramentum ſine diſpendio ſalutis æternæ , & conſequenter conſtabat de primo requiſito : aderat etiam ſecundum , quia nulla in recipiente dignoſcebatur turpitudo ; † quæ ad impediendum juramenti 11
effectum ejuſmodi eſſe debet , ut adverſetur juri divino vel naturali , vel ſaltem Canonico , nam ſi juri duntaxat civili contrarietur , tunc ſuccedit regula , ut juramentum ſuppleat hoc vitium , ut poſt alios advertit Gutt. de Jur. *par.* 1. *cap.*40. *num.*5. *ver. non obſtat.* Sanc. *de Matrim. l.*1. *diſp.*32. *ſub num.*12. *verſ. & debet.* De tertio requiſito conſtabat ex lectura inſtrumenti , & ideo nihil obſtare duxi quominus inſtrumentum eſſet exequendum.

ARGUMENTUM.

Inſtrumentum abſque inſinuatione à Conſtitutione Marchiæ requiſita , an ſit ipſo jure nullum . Et an , & quando Juramentum , vel Judicis præſentia defectum ſuppleat inſinuationis , vel alterius ſolemnitatis à ſtatuto requiſitæ.

SUMMARIUM.

1 *Nullitatis exceptio de qua per ſententiam non liquet , an , & quando inſtrumenti retardet executionem .*
2 *Pœnalis quando dicatur conſtitutio.*
3 *Statutum , an , & quando juratos poſſit irritare contractus .*
Differentia Bartoli *de ſtatuto loquente in rem, & de loquente in perſonam exploditur .*
4 *Statutum , an , & quando indirectè poſſit diſponere ſuper iuramento , præſumendo contractus per dolum extortos .*
5 *Conſtitutio à Papa confirmata , poteſt juramentum infringere.*
6 *Conſtitutio Marchiæ ad omnes Provincias extenſa fuit .*
7 *Actus activorum non ſunt niſi in pariete bene depicto .*
8 *Iuramentum non validat contractum ob publicam inutilitatem annullatum .*
9 *Statutum ad fraudes vitandas conditum reſpicit publicam utilitatem .*
10 *Iuramentum non firmat contractum celebratum abſque ſolemnitate requiſita ad fraudes vitandas* , & numer. 15.
11 *Inſinuatio à jure communi , an privatorum , vel publico favore inventa .*
Contractus mulieris iuramento vallatus an ſuſtineatur.
12 *Iuramentum an , & quando firmet contractum minoris iurantis non contravenire , & beneficio minoritati renunciantis .*
13 *Iuramentum, an, & quando eadem cenſeatur facilitate emiſſum , qua contractus celebratus .*
14 *Inſinuatio an & quando ſit neceſſaria ſtante illius renunciatione, & iuramento .*
15 *Iuramentum, an, & quando ſuppleat defectum ſolemnitatum* & num. ſeqq.
16 *Inſinuatio, & juramentum copulativè requiſita , non poſſunt invicem ſuppleri .*
17 *Inſinuationis exiſtentia an, & quando probanda ſit, & quando illius defectus .*
18 *Solemnitas à Conſtitutione requiſita, an ex temporis diuturnitate præſumatur .*
19 *Contractus coram Iudice celebratus, an, & quando egeat inſinuatione .*

20 *Periurus excipiendo non repellitur.*
21 *Inſinuatio à Picena Conſtitut. requiſita eſt de forma.*
22 *Solemnitas à ſtatuto requiſita, an, & quando ſit de forma.*
23 *Inſinuationis ab Ægidiana conſtitutione requiſitæ defectus reddit actum ipſo iure nullum,* & num. 25. & ſeqq.
24 *Formam importat ſubſtantiam actus.*
25 *Conſtitutio Marchiæ, annullat ipſo jure actus ſine inſinuatione geſtus.*
Clauſula fieri non valeat *actum ipſo jure annullat.*
26 *Clauſula* aliquatenus celebrari non valeat, *potentiam aufert aliter celebrandi.*
27 *Clauſula* Nullam obtineat firmitatem, *eſt latæ ſententiæ actumque ipſo jure annullat.*
28 *Nullitas ipſo jure inducitur ubi lex utitur verbis annullativis.*
29 *Clauſula* nullius ſit efficaciæ, vel valoris, *annullat ipſo jure actus.*

DECISIO XLVII.

IN quadam executiva cauſa coram me tunc Ariminenſi Vicario vertente, reus conventus excipiebat de nullitate ſuæ obligationis, ad quam adhuc minor abſque inſinuatione à *Conſtitutione Marchiæ*, requiſita ſe adſtrinxerat. Replicabat actor pluribus de cauſis hujuſmodi exceptionem ad retardandam executionem Cameralis obligationis non admittendam.

1 Et primò quidem; † quia nullitatis exceptio ex ventre inſtrumenti non reſultat nihil adverſus inſtrumentum operatur, niſi poſtquam fuerit nullitatis cauſa per rem judicatam terminata, ut per Caſſad. *dec.* 10. *numer.* 5. *cum ſeq. de Reſcript.* Berous *conſ.* 119. *num.* 1. *lib.* 3. Lancel. *de attent. par.* 2. *cap.* 17. *de attent. lit. pend. num.* 50. *& cap.* 18. *de attent. reſt. in int. pend. num.* 131. Honded. *conſ.* 17. *num.* 45. *lib.* 2. Gutt. *de Juram. c.* 2. *num.* 23. *ver. quinto poteſt.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 667. *num.* 18.

Sed ad hoc dicebam hujuſmodi concluſionem nonnullas recipere reſtrictiones, ſignanter autem non procedere quoties contractus eſt ipſo jure nullus (qualem eſſe hunc, de quo agitur infra patebit) tunc enim non eſt neceſſaria ſententia declaratoria, ſed ſtatim inſtrumenti executio impeditur, ut poſt Abb. *in cap. cæterum numer.* 5. *de reſer. & alios*, quos citat, tradit Jo. de Rojas *in Epit. de ſucc. cap.* 20. *numer.* 17. *inter tr. diverſ. tom.* 9. *part.* 1. *fol.* 409. Suar. *tom. de leg. l.* 5. *cap.* 26. *per tot. & cap.* 32. *numer.* 4. *&* 5. utrobique egregiè diſtinguens, ut quoties irritatio facta eſt in pœnam; tunc quidem requiratur declaratoria, ſecus quando irritatio non eſt pœnalis, ſequitur Salas *de leg. quæſt.* 96. *tract.* 14. *diſput.* 16. *ſect.* 3.

2 Pœnalis † autem tunc dicitur conſtitutio; quando actum irritat odio agentis, ut in caſu *leg. Senatus ff. de contrah. empt. & in leg. turp. de leg. cum ſimilibus*. Quoties autem actum irritat in commune bonum, tunc lex irritans non dicitur pœnalis, ita declarat Salas *dict. ſect.* 2. ad quod vide etiam Barbatiam *in addit. ad* Bart. *in leg. non dubium in prin.* litera A. C. *de legib.* ubi quid ſi nullitas non eſt odio agentis inducta, non dicitur pœnalis, ut per Felyn. *in cap.* 2. *teſtib.* & vide Bald. *in dict. leg. non dubium num.* 5. Paul. de Caſtr. *num.* 6. Fulgoſ. *nu.* 2. & Jaſ. *num.* 7. Conſtitutionem autem Ægidianam contractus minorum ſine certa ſolemnitate annullantem reſpicere favorem publicum ex infra dicendis patebit.

Allegabatur ſecundo contractum fuiſſe juramento roboratum; 3 † *Conſtitutionem* autem Marchiæ uti laicalem non potuiſſe juratos irritare contractus ut in terminis præciſis tradit Pariſ. *in conſ.* 53. *num.* 62. *vol.* 2. atteſtans de communi, & generaliter in quacunque conſtitutione, ſive in rem loquentem, ſive in perſonam, non attenta Bartoli, & ſequacium diſtinctione, tenet Paul. de Caſtr. *in Auth. Sacramen. Puberum* 11. *in fin. Cod. ſi adverſ. Vend.* aſſerens ſe ita pluries conſuluiſſe, vidiſſeque de facto alios conſulentes, ſequitur ibi Salyc. *num.* 17. affirmans Bartoli differentiam eſſe potius verbalem, quam realem, egregiè, & latè comprobat Alex. omnino videndus in *conſil.* 27. *viſo libello num.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. ubi teſtatur omnes ferè Canoniſtas ſimul & Legiſtas hanc adverſus Bartolum ſententiam ſectari: idem Alex. *in conſil.* 38. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 3. ubi pariter communem profitetur Curtius junior latè comprobans, plurimoſque congerens in *dicta Auth. Sacram. puberum num.* 113. *& ſeq.* ubi etiam Gutt. *num.* 35. *ver. contrariam, & num. ſeqq.* teſtatur hanc eſſe magis comm. veriſſimamque ſententiam: qua de re vide latiſſimè Tiraqu. *de leg. connub. gloſſ.* 4. *à nu.* 3. *uſque ad fin.* cum aliis per me latè congeſtis in *dec.*

Verum pro reſponſione, † quicquid ſit de illa quæſtione, 4 an ſtatutum laicale poſſit indirectè vires adimere juramenti, præſumendo contractum juratum per dolum, & metum extortum; in qua quidem quamvis frequentiori calculo ſoleant *Scribentes* affirmativè reſpondere, ſequuti anteſignanum Bartolum *in leg. omnes populi num.* 25. ubi cæteri *ff. de iuſt. & iur. Canoniſtæ in cap. quamvis de pact. in ſexto*, Romanus *in conſil.* 12. *num.* 2. *in fine*, & ibi Mandoſ. *in addition.* plurimos concordantes cumulans, & crebriorem dicens; luculenter defendit Alex. videndus *in conſ.* 151. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 7. de magis commun. atteſtans Ancharan. *conſ.* 338. Cuman. *conſil.* 180. egregiè Hier. Gabr. *conſ.* 13. *nu.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. ubi hanc ait eſſe commun. opinion. ab eaque in judicando, & conſulendo non recedendum. Tobi. Noni. *conſ.* 108. *nu.* 13. Natt. *inter conſil. crim. diverſ. conſil.* 152. *num.* 9. *&* 15. *in fi. & conſ.* 174. *numer.* 2. *& conſil.* 155. *numer.* 8. pulcrè Soccin. jun. *in conſil.* 3. *à num.* 35. *volum.* 2. Gutt. poſt Caſtrenſ. alioſque à ſe relatos in *Auth. Sacramenta puberum à nu.* 35. *Cod. ſi adverſ. vend.* ubi de magis com. opin. de qua etiam plurimis noviſſimè atteſtatur Fenzon. olim Urbis Senator amicus meus venerandus *ad ſtat. Vrb. cap.* 147. *num.* 31. *& ſeqq.* dum hæc typis cuderentur impreſſus, & in puncto de hac ipſa *conſtit. Marchiæ* Farin. *conſil.* 42. *numer.* 24. *vol.* 1. Hæc tamen ſententia non niſi duobus concurrentibus procedit; quorum prius eſt, ut ſtatutum circa juramentum nihil expreſsè ſtatuat, ſed duntaxat circa actum temporalem, ſuper quo juramentum eſt interpoſitum, præſumendo contractum ſine certa ſolemnitate factum, per metum & dolum extortum: quo caſu juramentum ſuper illo interpoſitum non obligat: poſterius eſt ut ſtatuentes ex aliqua juſta cauſa moveantur, quam etiam exprimant, ut ſcilicet quia in regione ſolent minores vel mulieres decipi: ut latè, & diligenter per Roland. *conſil.* 99. *numer.* 16. *&* 20. *vol.* 3. quem ſequitur Marta *in tr. de Iuriſdict. part.* 4. *caſ.* 72. *numer.* 26. quaſi tunc fides adimatur inſtrumento, ita ut ab illo non probetur juramentum.

In caſu quidem noſtro non fuit opus ingredi hanc difficultatem; † tum quia *Conſtitutio Marchiæ* fuit à Papa confir- 5 mata, & conſequenter quamvis præſumat etiam juramentum per vim & metum extortum valida eſt, ut in puncto Boccacc. *ad eam dem conſtitut. March. gloſſ.* 2. *numer.* 16. Imò † 6 fuit ad omnes Eccleſiaſticæ dictionis provincias à Paulo Tertio extenſa, ut ex ejus Bulla patet, & obſervat Card. Seraph. *dec.* 343. *per tot.* Rota *deciſ.* 57. *num.* 5. impreſſa à Pico *ad ſtatut. verb.* plenius *in Recanatenſis ſucceſſionis* 6. *Iunii* 1618. *coram Buratto, & in Aſſiſien. repetitioni dotis in fine* 21. *Iunii* 1632. *coram D. Pirovano.* Tum etiam quia conſtitutio pro forma requirit utrunque, nempe ſolemnitatem & juramentum, unde altero requiſito deficiente, corruit contractus ut dicam infra *num.* 21. *& ſeqq.* nec ſuſtineri poteſt à juramento, † cum juxta Philoſophum Actus activorum non ſint niſi in 7 pariete bene depicto.

Præſertim † quoties contractus ob publicam utilitatem 8 per legem vel ſtatutum annullatur; tunc enim nihil operatur in illo interpoſitum juramentum Bartol. *in l. ſi quis pro eo nu.* 8. *ff. de fide iuſſ.* Bal. *in conſ.* 250. *nu.* 24. Bellug. *in Spec. Prin. rub.* 12. §. *quædam* quam quidem ſententiam veriſſimam & communem dicit Suar. *in leg.* 1. *tit. de las arras nu.* 24. *&* 25. Rot. poſt hæc ſcript. in *dec.* 200. *nu.* 6. *p.* 5. *rec.* Alios congeſſi ſupra *deciſ.* 25. *nu.* 21. plurimos etiam cumulat, & ſequitur Duran. *dec.* 18. *num.* 5.

Conſtitutionem † autem conditam ad fraudes evitandas 9 quibus minores obnoxii ſunt publicam reſpicere utilitatem habetur ex Baldo *in cap.* 1. §. *quis per triginta numer.* 10. *Si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* Vaſſal. Corn. *conſ.* 135. *num.* 4. *libr.* 1. Rot. *in locis mox citat.* alios citat Hodiern. *ad dec.* Surd. 108. *num.* 5. Duran. *dict. dec.* 18. *num.* 5. ubi quod propterea contractus non validatur juramento, & addit *num.* 8. *& ſeq. & num.* 15. quod cum lex reſiſtat contractui non oritur naturalis nec civilis obligatio, & vide Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 41. *cum pluribus ſeqq.*

Et † in terminis quod contractus minorum, in quibus 10 per ſtatutum inſinuatio vel alia certa deſideratur ſolemnitas fraudes vitandas, & ſic principaliter ob publicam utilitatem, non validentur juramento, tenent Bart. *in dicta leg. omnes populi num.* 25. *ff. de Iuſt. & iur.* Bald. *in authentica Sacramenta puberum num.* 5. *Cod. ſi adverſ. Vend.* & ibi Paul. de Caſtr.

num.

*num.*11. Salycet. & Jaſ. *num.* 84. qui de communi teſtantur Alex. *conſil.* 58. *ſub num.* 4. *&* 8. ubi Bar. opinionem communem dicit; & in judicando ſequendam Curt. Sen. *conſ.*49. *nu.* 35. Ruin. *conſ.*51. *num.*22. *& ſeqq. lib.*1. Seraph. alios adducens *de Priv. Iur. priv.*83. *num.*79. *& ſeqq.* Rot. *dd. ceſis.*1. *&* 200. *par.* 5. *rec.*

11 Quamvis † inſinuatio fuerit à jure communi principaliter privatorum favore, ſecundario favore publico inventa ut per Alex. *in conſ.*167. *numer.* 13. *lib.*7. Socc. *conſ.*77. *colum.* 8. *ver. non obſtat.*9. *vol.*1. Corn. *conſ.*60. *col.*5. *ver. non obſt. quintum libr.* 2. quos refert, & ſequitur Seraph. *de privil. iuram. priv.*73. *num.*64. Quod autem contractus ob privatam utilitatem ipſo jure nullus ſi eſt juratus ſaltem de Jur. Canon. ſuſtineatur e. g. ut mulier cum juramento contrahens non juvetur Vellejano firmat Paul. de Caſtr. *conſ.*8. *per tot. lib.*2. Alex. *conſil.*146. *per tot. lib.*7. Afflict. *dec.*321. *num.*4. Boer. *dec.*23. *num.*9. Theſaur. *dec.* 223. *num.*10. Guttier. *de Iuram. confirm. par.*1. *cap.*55. *ſub num.*6. Surd. *conſ.*367. *n.*13. Rot. *dec.*775. *nu.* 6. *par.*2. *recent.* ubi aliæ deciſiones referuntur accedente præſertim Iudicis decreto, & propinquorum conſenſu, ut per Rota, ibidem plurimos etiam cumulat Cened. *in collect.* 73. *num.*3. & Barb. *in collect. ad cap. ex reſcripto* 9. *de iur. iur.* & ita me proponente cenſuit *Signatura Iuſtitiæ in una Camerinen. Cenſus* 10. *Februarii* 1639.

12 Tertiò pro actore conſiderari poterat † minorem in eodem inſtrumento jurejurando renunciaſſe beneficio minoris ætatis, & promiſiſſe non contravenire ejuſdem minoritatis, vel alia quacumque ratione: unde non videbatur ad dict. beneficium cui cum juramento renunciaverat admittendus. Hac enim cautela tradunt frequentiori calculo *ſcribentes* ſalvari contractum, & juramento firmari ut pòſt alios quos refert notat, & de communi teſtatur Guttier. *in repet. Authent. Sacramenta puberum num.*32. *Cod. ſi adverſ. Vendit.* ubi inquit ſic eſſe intelligendum Soccinum jun. *in conſ.*32. *num.* 81. *lib.*3. aſſerentem poſt Caſtrenſem & Decium firmari contractus invalidos per juramentum, etiam ſi in illis plures adeſſent defectus, de quo iterum idem Soccin. jun. *in conſ.*89. *nu.* 35. *eod. volum.*3. *& conſ.*79. *num.* 19. *vol.*2. ubi hanc appellat communem Bar. aliorumque ſententiam.

13 Quanquam † enim præſumi ſoleat minor eadem facilitate ad jurandum, & renunciandum, qua ad contrahendum inductus *leg. doli* §. *diverſum ff. de doli exception.* Nevizant. *conſil.* 22. *numer.* 39. Cæphal. *conſil.* 25. *numer.* 28. *& ſeqq. & conſil.*62. *in fin. & conſil.*142. *numer.* 54. *volum.* 1. Hæc tamen præſumptio procedit in foro pœnitentiali; ſecus in contentioſo, in quo potius admittitur altera & quidem contraria præſumptio; ut nempe ob juramenti reverentiam major interceſſerit, & maturior deliberatio, ut per Antonium de Butr. & Imol. *in c. ſi diligenti de foro compet.* Alex. *in rub. de Verb. oblig. in fine & in conſ.*27. *nu.*3. *lib.*1. Socc. jun. *conſ.* 67. *nu.*34. *& ſeq. lib.*2. Ruin. *conſ.*135. *num.*4. *lib.*1. Rim. jun. *conſ.*483. *nu.*34. *& conſ.*533. *nu.*24. Cagnol. *in l.*2. *nu.*93. *C. de reſcind. vend.* latè Gramat. *dec.* 101. *nu.*79. *in fi.* cum aliis congeſtis per Seraph. ita diſtinguentem de *Privil. iuram. priv.* 64. *nu.*1. *& ſeqq.* & Mancin. *de Iuram. p.*4. *effect.*31. *nu.*5. & latius *effect.*137. *per totum*, quæ differentia reportanda eſt ad eruditum tractatum *Valerii de differentiis utriuſque fori.*

14 Sed & hæc facilè tollebantur, † reſpondendo ea non procedere in ſolemnitatibus ad obuiandum fraudibus à lege inductis; quibus nec quidem cum juramento, renunciari poteſt, ne ſtatutum reddatur eluſorium juxta plurimas Rotæ deciſiones quas reportat & ſequitur Farinacc. *in conſ.*42. *num.* 26. *lib.*1. quæ quidem eſt magna & notabilis limitatio ad regulam quæ habet inſinuationem non eſſe neceſſariam, ſtante illius renunciatione, & juramento ut plurimis congeſtis firmat, Greg. X V. *in dec.*391. *nu.*5. complures etiam cumulat, & ſequitur Rota *dec.*665. *nu.*7. *par.*1. *in recent.*

15 Nec † urgebat quod replicabatur juramentum ſupplere defectum ſolemnitatum à ſtatuto etiam ad fraudes vitandas requiſitarum ut per Abb. *in conſ.*108. *in princ. p.*2. Iaſ. *conſ.*51. *n.* 3. *lib.*1. ubi de com. teſtatur Socc. ſen. *conſ.*147. *nu.*10. *lib.*1. *& conſ.*131. *nu.*3. *&* 10. *& ſeq. lib.*4. Soccin. jun. *conſ.*79. *nu.* 19. *lib.*2. Pariſ. *conſ.*96. *nu.*101. *lib.*1. Franc. Mar. *dec.*606. *num.*1. Oſaſch. *dec.*76. *nu.*7. cum aliis congeſtis per Seraph. *de priv. iuram. priv.*229. *in prin.* & Manc. *de Iur. p.*4. *effect.* 2. *num.*1. Admiſſa namque hujuſmodi concluſione, quæ re vera non tranſit ſine difficultate cum plerique *ſcribentium* ſecus ſenſerint, quos recenſet Becc. *in conſ.*42. *ſub n.*41. *ver. ſed his non obſtantibus* ea in propoſito tres recipit reſtrictiones, & ſingulæ caſui noſtro conveniunt, quarum prima eſt ut non procedat in ſolemnitate, quæ pro forma requiritur, ut in puncto tradit Silv. *in conſil.*40. *ſub num.*23. *ante finem*; ejuſmodi autem eſſe inſinuationem à *Conſtitutione Marchiæ* requiſitam infra latè demonſtrabitur.

Alia eſt ut non ſibi locum vendicet, quoties conſtitutio utrumque juramentum ſcilicet, & inſinuationem requirit † 16
tunc enim unum per alterum ſuppleri, vel per æquipollens impleri nequaquam poteſt; ſed utrumque intervenire debet *l. cum ſi* §. *ſi prætor* & ibi Balb. *ff. de Tranſact.* Natt. *conſ.*167. *num.*7. *in fin.* latè Oſaſch. *dec. Pedemont.*164. *num.*5. & in terminis ejuſdem *Conſtitutionis Marchiæ* Farinac. *conſ.*42. *num.* 27. *lib.*1. & Rot. *dec.*671. *num.*2. *par.*1. *in rec. & dec.*385. *par.* 2. *in recent. in Peruſ. fideiuſſionis* 26. *Novembr.* 1611. *coram Card. Pamph. & in Aſſis. repetit. dotis* 21. *Iun.*1632. *coram D. Pirovano.*

Poſtrema denique ut ea non adaptetur quoties ſtatutum vel conſtitutio ulterius procedit, præſumendo contractum aliter factum doloſum, tunc enim juramentum interpoſitum nihil operatur, ne dolo dicatur patrocinari ex adductis *ſupra num.*14.

Quartò dicebatur exceptionem defectus inſinuationis, non eſſe in facto juſtificatam; † cum enim inſinuatio ſit ſolem- 17
nitas extrinſeca, & adhiberi ſolita poſt contractum, ut dixi in *dec.*83. *ſub nu.*24. utique ab excipiente probanda erat negativa, juxta latè per me ibidem deducta, quæ propterea videtur exceptio requirens altiorem indaginem, ad retardandam executionem cameralis obligationis admittenda, ut probavi in præcitata *dec.*83. *num.*23. *& ſeqq.*

Cæterum id procederet ſi debitor principaliter judicium nullitatis adverſus creditorem inſtituiſſet, tunc enim quia actoris vicibus fungeretur, utque inſinuationis defectum, utpotè ſuæ intentionis fundamentum probare teneretur; & iſti ſunt termini *d. meæ dec.*83. At cum in hac facti ſpecie debitor fuerit à creditore pullatus, ipſe verò exceperit de inſinuationis defectu, quæ tanquam quid facti non præſumitur, niſi probetur, meritò actor ipſe de inſtrumento in forma valida & exequibili, & ſic inſinuatione munito docere debet ad Rotam *in Senogall. Prædii* 10. *Iunii coram D. Pirovano.*

Adeò † ut nec quidem ex temporis diuturnitate hujuſmo- 18
di ſolemnitates præſumerentur, ſed ab allegante probandæ eſſent, ut ex Tiraqu. *de præſcript. gloſſ.*3. *qu.*39. & Vaſque *lib.* 2. *controv. cap.*64. *num.*8. *& ſeqq.* tradit Boccac. *in commen. ad conſtitut. March. gloſſ.*8. *num.*309. licet cogitandum relinquat, quia in terminis nihil deciſum vidit.

Obiiciebatur quinto † hujuſmodi inſtrumentum fuiſſe co- 19
ram Judice decretum interponente confectum, ejuſque præſentiam ſupplere inſinuationis defectum, & propter illam contractum ſatis dici inſinuatum ad Bald. *in l. generalem*, §. *fin. C. de reb. cred.* tradunt Corn. *conſ.* 36. *lib.*3. *num.*1. *circa med. lib.*2. & eſt commun. opin. de qua Clar. *in* §. *donat. q.*15. *ver. quæro etiam* ubi ſubdit ita ſervari Hypol. Riminal. *Inſtit. de donat.* §. 1. *num.*154. Greg. X V. *dec.*391. *in fine* Rota *Imolen. reſciſſionis contractus* 26. *Iun.*1615. *coram Manzanedo.*

Quod tamen eadem facilitate tollitur, cum non procedat quoties conſtitutio ultra inſinuationem, requirit etiam decretum auctorizativum pro forma, & ſic utrunque, tunc enim ſolum decretum non ſufficit, nec illud ſupplere poteſt defectum inſinuationis, & illius regiſtrationis apud acta, provt Conſtitutio requirit Bald. *in l. ſi tibi pecuniam in fin. ff. ſi cert. pet.* quem ita declarat, & intelligit Aret. *ibi in fin.* Bald. *in conſ.*375. *nu.*4. *&* 5. *lib.*3. Tiraqu. *de retract. par.*1. §. 36. *gloſſ.* 2. *num.*22. *& ſeq.* rationibus, & auctoritatibus comprobat Rim. jun. *in* §. 1. *nu.*155. *Inſtit. de donat.* & in terminis Conſtitutionis Marchiæ, Boccacc. *in comment. ad eam gloſſ. quinta*, *num.*12. Greg. X V. *dec.*260. *nu.*6. *&* 7. Rota *in S. Severini in bonorum* 18. *Maii* 1611. *coram Cardin. Pamphilio.*

Ultimò dicebatur reum dantem de defectu inſinuationis non petita prius abſolutione à juramento incidiſſe in periurium, ac à limine judicii eſſe repellendum ex deductis per me *in dec.*83. *nu.*27. 28. ſed ex reſponſione allata ad quartum argumentum ſup *num.*17. patet hujus obiecti reſolutionem; nam in *d. num. dec.*83. debitor per viam nullitatis principaliter agebat pro annullando actu non petita juramenti relaxatione, ac proinde uti periurus erat repellendus; in hoc verò judicio reus conventus excipiendo dat de nullitate † qui quidem tametſi periurius non eſt reppellendus ad tex. *in cap. dilecti filii de except. & in cap. intelleximus*, & utrobique Butr. *de Iudic.* Roland. *conſ.*81. *num.*28. *vol.*4. Carol. de Graſſ. *de except. in* 4. *except. num.*42. & nemine citato admittit Greg. *dec.*64. *num.*4. 20

Cum

Cum itaque nullum ex deductis in contrarium subsisteret,
21 deneganda erat instrumenti executio, † Et eo liberius, quo insinuatio à Constitutione Picena requiritur pro forma, vt
22 post alios tradit Rota *dec.671. num.2. p.1. in recent.* † & regulare est, ut illa solemnitas dicatur de forma, quæ actui non inest, sed de novo adiicitur juxta theoricam Imolæ *in l. eum qui sub fine ff. de acqu. hæred.* Calcan. *cons.24. col.6. post med.* Cæph. *cons.421. num.37. vol.3.* Vel quæ aliter quam de jure communi desideretur, aut cum aliis qualitatibus à Constitutione requiratur, ut post alios, quos refert tradit in materia insinuationis Becc. *cons.62. numer.43. & 44. lib.1.* Et †
23 consequenter actus absque insinuatione gestus redditur ipso jure nullus *c. cum dilecto ante fin. cum glos. in verb. initium extra de rescript.* & ibi Felyn. *num.6.* textus cum sua glos. *in c. venerabili de rest. spol.* & ibi Abb. *num.1. & 5. in fin. & in cap. pisanis* ubi glos. *fi. eodem titul.* Bald. *in l. ordo num.7. C. de execut. rei iud. & in cons.146. num.5. lib.2.* Jas. *in l. universa num.9. C. de precib. Imper. offer.* Dec. de communi attestans *in cons.532. num.3.* Osasch. *decis.165. numer.16.* Surd. *decis.144. num.17. & decis.468. num.8.* Rota *decis.72. num.10. p.2. divers.* cum aliis congestis per Picum *ad statut. Vrbis glos.11. num.4.* Borgnin. *decis.31. num.29. par.1.* vbi plurimis relatis inquit nullam propterea oriri civilem, vel naturalem obligationem.

24 Forma namque substantiam actus † importat, substantia verò sublata actus est nullus Roman. *consil.42. numer.3.* Dec. *cons.583.* Ruin. *cons.123. num.14. vol.2.* Bursatt. *cons 66. num. 5. volum.1.* Becc. *cons.12. num.53.* Cavalc. *in tract. de Usufr. mulier relict. n.89. & 127.* Rodriq. Suar. *in l. post rem iudicatam limit.10. de re iudic.*

25 Quod † quidem confirmatur ex illis eiusdem Constitutionis verbis fieri non valeant, quæ sunt negativè posita, actumque ipso jure annullant, ut per Tiraquel. cum per eum relatis *in l. si unquam in verb. revertantur num.235. C. de revocan. donat.* & rursus *ad leg. Connubial. glos.5.* per totam Boccac. in terminis *in comment. an constit. Piceni gloss.9. num.116. ad fi.*
26 ubi ad hoc ponderat etiam † alia dictæ Constitutionis verba, *Nec aliquatenus celebrari*, quæ potentiam auferunt aliter celebrandi contractum, ut per Tiraquel. *dict. ver. revereantur num.224.* Potestque rursus confirmari ex illis verbis. † Alias
27 nullam obtineant firmitatem, huiusmodi enim, vel similia verba sunt latæ sententiæ, nullitatemque ipso iure important, si enim de jure valerent, aliquam utique obtinerent firmitatem, ut in non absimilibus terminis tradunt Federic. de Sen. *in cons.137. col.1. post med.* Fel. *in c.* Rodulph. *num.31. de rescript.* Tiraqu. *in l. si unquam in verb. revertatur num.97. C. de revoc. donat.* Vant. de Nullit. *tit. quot. & quib. mod. nullit. prop. poss. num.49. & 50.* Soc. *cons.115. in princ. lib.4.* Gratian. plurimos referens, & ad multa inferens *discept. forens. c.591. num.2. & seqq. tom.4.* quibus addo Roland. *consil.72. numer. 55. lib.3.*

28 Et † quidem generale est, ut nullitas ipso jure inducatur ubicumque lex, vel statutum utitur verbis annullativis ut de clausula *Nullius sit momenti* apparet ex pluribus juribus ponderatis à Tiraqu. cum per eum congestis *d. num. 97. & seqq.* ubi adducit etiam quædam jura in contrarium, quibus satisfacit Roland. *cons.54. num.46. lib.3.* ubi etiam agit de clausu-
29 la, † *Nullius sit efficaciæ vel valoris, & consil. 52. num.46. & seqq. eod. lib.3.* Salas *de legib. quæst. 96. tract.14. disput.15. sect. 6. sub num.79.*

Instrumentum igitur informe, & nullum, quod nec per juramentum robur accepit, nullam merebatur executionem, & ita pronunciavi.

ARGUMENTUM.

Judex non restituens reum ab Ecclesia absque scientia, & mandato suo extractum, incidit in censuras latas contra extrahentes.

Declaratoria; an, & quando per appellationem suspendatur, & quando à cedulonorum affixione frivole appellans non sit vlterius citandus.

Sententia excommunicationis quando dicatur contra justitiam legalem, & quando contra justitiam commutativam.

SUMMARIUM.

1 *Formula citationis contra eum, qui declarandus est excommunicatus.*

2 *Excommunicatio nulla quomodo differat ab iniusta*, remissivè.

3 *Excommunicandus est personaliter citandus.*
Fallit si malitiosè latitat num.34.
Vel si citatio devenit ad eius notitiam num.37.

4 *Nec sufficit præsumpta scientia citationis.*

5 *Citatio legitima necessaria est etiam quando constitutio excommunicat ipso facto.*

6 *Per comparitionem extinguitur prima citatio, ita ut reus sit ad singulos alios actus citandus.*

7 *Excommunic. lata post appellationem, est ipso iure nulla.*
Nisi appellatio fuerit frivola, n.39.
Vel causa non expressa, num.40.
Vel à Iure lata, num.41.
Vel nisi feratur declaratoria num.42.
Vel nisi quando factum sit notorium n.43.
Vel nisi quis fuerit vetus contumax.

8 *Ab excommunicatione non datur appellatio suspensiva.*

9 *A sententia declaratoria datur appellatio ad utrunque effectum.*
Ricc. in dec.203. n.3. p.3. reprehenditur.

10 *Etiam in summariis testes examinandi sunt parte citata.*

11 *In probando notorio facti transeuntis, juris ordo servandus est.*

12 *Excommunicatio nulla nullum operatur effectum, sive quo ad Deum, sive quo ad Ecclesiam.*

13 *Excommunicatio quando dicatur lata contra iustitiam legalem, & quando contra commutativam.*

14 *Monitio trina, vel una pro tribus præcedere debet excommunicationem, vel saltem bina, alias est valida, sed injusta, & iudex punitur.*
Nisi agatur de periculo animarum num.51.
Vel censuræ ferantur pro defensione violatæ jurisdictionis n.12. & seq.
Et modo agatur de excommunicatione ab homine ferenda, secus si lata est à Canone n.54. & 57. monitio in quo differat à citatione.

15 *Excommunicatio non est præcipitanter ferenda, sed cum debito dierum intervallo.*
Nisi ubi facti qualitas aliter suadet nu.58. vel ubi est periculum in mora num.60.
Terminus prædictus est Judici arbitrarius n.59.

16 *Ignorantia excusat à contumacia, & excommunicatione.*

17 *In excommunicatione ab homine ferenda requiritur contumacia inexcusabilis.*

18 *Excommunicatio est cum magna circunspectione, & ob peccatum mortale ferenda.*

19 *Scire quis non dicitur, si scit actum, & illius qualitatem ignorat.*

20 *Scientia explicita, & individua omnium requiritur in præiudicialibus.*

21 *Præsertim si agitur de incursu pœna.*

22 *Scientia est probanda ab eo, qui se fundat in ea.*
Ignorantia de jure præsumitur.

23 *Excommunicatio non potest ferri ex indiciis indubitatis, multo minus ex præsumptione.*

24 *Pœna ordinaria non infertur ex indiciis indubitatis, sed extraordinaria.*

25 *Judex laicus retinere potest captum in loco immuni absque eius mandato.*
Contrarium est verius num.61.

26 *Excommunicatio lata ex falsa causa est iniusta: imò etiam nulla secundum* Theologos, *secus juxta* Canonistas.

27 *Curia secularis capit reum, quem Episcopus in casibus exceptis tenuit tradere.*
Dummodo super hoc præcesserit cognitio Episcopi, num.65.

28 *Dolo facit, & frustra qui petit quod statim restituturus est.*

29 *Frustratorium actum nemo facere tenetur.*

30 *Judex ex officio tollere debet actus inutiles.*

31 *Circuitus inanes abhorret lex.*
Nisi aliquid operentur, nec sint omninò inutiles 66.

32 *Extrahens reum ab Ecclesia an sit excommunicatus, vel excommunicandus.*

Sua-

Suarez de Relig. tom.1. tract.2. lib.5. capit.13. num.7.& Duard. in Bull.Cœnæ lib.2. cap.15. quæſt.16. num.21. *reiiciuntur.*

33 *Clauſula* ſublata *omnem extraneam interpretationem tollit.*

34 *Excommunicari poteſt malitioſè latitans, quamvis perſonaliter non citatus.*

35 *Nuntio teſtificanti de his, quæ ad eius officium pertinent, credendum eſt.*

36 *Citationis copiam acceptare recuſans, habetur pro citato.*

37 *Citatus ad domum poteſt excommunicari, ſi citatio ad eius notitiam pervenit.*
Citatio domi facta ſuſtinetur per comparitionem Procuratoris Adverſarii etiam in antiquo mandato.

38 *Procuratorem mittens ad reſpondendum, præſumitur habuiſſe notitiam citationis.*

44 *A Declaratione notorii datur appellatio licet non detur ab ipſo notorio.*
Cautela pro condemnato incidiſſe in aliquam pœnam.

45 *Notorium facti permanentis non eſt iuris ordine probandum.*

46 *Contumax verus non appellat.*

47 *Appellans iniuſtè cenſetur proteſtari, ſe nolle amplius comparere.*

48 *Appellans minus rectè ab interlocutoria, dicitur verus contumax.*

49 *Monitus ante ſententiam, ut deſiſtat à facto publico, vel notorio non appellat.*

50 *Appellans frivole non eſt vlterius citandus.*

51 *Quando agitur de periculo animarum procedi poteſt ex probationibus receptis lite non conteſtata.*

52 *Cenſuræ pro defenſione violatæ iurisdictionis ferri poſſunt non ſervatis ſervandis.*

53 *Et ſine Canonica monitione, dummodo præcedat citatio, vel præceptum.*

54 *In declaratoria cenſuræ à Canone latæ non requiritur trina monitio.*

55 *Citatio judicialis, in declaratoria abſque alia monitione ſufficit.*

56 *Differentia inter excommunicationem, ab homine ferendam, & declaratoriam.*

57 *Denunciatio non eſt noua cenſura.*

60 *Monitio canonica ubi periculum eſt in mora remittitur; non tamen præceptum conditionatum.*

61 *Iudex non reſtituens extractum abſque eius ordine, incidit in pœnis* Gregorianæ Conſtitutionis Suar. de ſtatu Relig. tom.1. lib.3. c.13. in fin. *reiicitur.*

62 *Reus per vim, ac metum exiens, vel aufugiens ab Eccleſia, etiam ſi extra eam capiatur, reſtituendus eſt.*

63 *Affectus etiam, non ſequuto effectu, ſi deventum fuit ad actum proximum, punitur in violatione immunitatis Eccleſiæ.*

64 *Confeſſio coram Judice incompetenti eſt nulla, ſi iuriſdictio non erat prorogabilis.*

65 *Extractus ab Eccleſia an & quando reſtituendus ſit, etiam ſi conſtet commiſiſſe crimen exceptum.*

67 *Spoliatus in primis, & ante omnia, eſt reſtituendus.*

68 *Extractus ſi novum delictum committat, prius eſt Eccleſiæ reſtituendus, poſtea puniendus. Contra* Gramma deciſion.52.

DECISIO XLVIII.

SAtellites D. Judicis laici, abſque tamen illius mandato, extraxerunt ab Eccleſia quendam iampridem uti aſſaſſinum in curia laicali inquiſitum, & in contumaciam condemnatum. Cumque idem Judex renueret illum loco ſacro reſtituere, ſub quibuſdam prætextibus, infra dicendis, & potius ſe jactaret velle in perſonam carcerati ſententiam
1 condemnatoriam exequi, fuit à curia Epiſcopali † citatus ad illum Eccleſiæ reſtituendum; aliàs ad comparendum legitimè infra terminum ſex horarum, & dicendum cauſam, quare non deberet declarari incidiſſe in excommunicationem latam in conſtitutione Gregorii XIV. ſuper Immunitate Eccleſiæ, aliiſque Summorum Pontificum, ac Sacr. Conciliorum conſtitutionibus contra violatores Eccleſiaſticæ immunitatis, & ad deducendum quidquid vult, & poteſt infra dictum terminum, quare declarari non debeat: quo termino elapſo, ſi nihil legitimè deduxerit, hora immediatè ſequenti compareat ad videndum ſe declarari excommunicatum, & pro excommunicato publicè denunciari, cedulonoſque decerni, & affigi per loca ſolita, & conſueta civitatis ipſo ulterius non monito, nec citato, niſi ſi & quatenus opus fuerit: juxta formulam traditam à Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcop. c.29. n.20.*

Cumque Nuntius curiæ Epiſcopalis ad eiuſdem Judicis laici conſpectum admiſſus non fuerit, ſed à famulis ejectus, citationem ipſam in ædibus ejuſdem dimiſit, quapropter ſtatim Judex ipſe ex perſona eiuſdem Procuratoris interpoſuit appellationem. Et quia nihilominus deventum fuit contra ipſum ad ſententiam declaratoriam; iterum appellavit. Unde dubitatum fuit in Curia Archiepiſcopali nunquid eadem ſententia declaratoria contra Judicem laicum detinentem reum abſque ſuo ordine extractum ab Eccleſia, eſſet ritè, & rectè lata.

Ex parte verò eiuſdem Iudicis dicebatur dictam ſententiam multifariè eſſe nullam, & iniuſtam, † quomodo autem ex- 2
communicatio nulla differat ab iniuſta vide per Menoch. *de arbitr. iudic. c.542. per totum.*

Nulla † autem dicebatur primo ex defectu legitimè cita- 3
tionis, quæ debet perſonaliter exequi, ut ad hunc effectum afficiat citatum, eumque reddat verum contumacem, prout requiritur, ut excommunicari quis poſſit. Innocentius communiter receptus in *cap. fi. de eo qui mittitur in poſſ.* Felin. *in cap. cum ſit Romana numer.13. de appell.* Covarr. *in cap. alma mater par.4. §.9. numer.4.* Leon. in Theſ. *for. Eccl. par.2. cap.17. numer.27.* Genuen. *in Prax. Archiepiſc. cap.29. numer.12.* Caſſador. *deciſ.2. num.4. tit. de penſion.* Bellamer. *deciſ.186. & 188.* Achil. de Graſſ. *de dolo & contum. deciſ.7. num.2.* Mohedan. *ut lit. pend. deciſ.7.* Rota *deciſ.2. de reſcript. & deciſ.1. num.4. de feriis in novis, & deciſ.202. lib.3. p.3. diverſ. & in* Alex. *penſionis 20. Februarii 1606. coram Marcomontio.* Guttier. *lib.2.* Canonic. *qq. cap.16. numer.15.* Menoch. *de arbitr. iudic. cent.6. caſ.541. n.4.*

Ita † ut nec quidem ſufficiat ſcientia præſumpta ipſius ci- 4
tationis, Caſſad. *deciſ.12. in fi. de reſcrip.* Acchil. *deciſ.5. de cit. & deciſ.7. de dolo, & contum.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 9. gl.2. n.4.* Rota *dec.90. n.1. p.1. rec.*

Adeò † ut legitima citatio neceſſaria ſit, etiam quando 5
lex vel conſtitutio excommunicat ipſo facto Dec. *in c. pervenit, il primo de appell.* Navar. in Manual. *cap.27. num.10. & libr.5. conſiliorum titul. de ſent. excomm. conſ.20. num.4.* plurimos refert, & ſequitur Covarr. *in c. Alma mater p.1. §.9. num.5. circa finem,* Auila *de cenſuris part.2. capit.5. diſput.1. dub.5. concluſ.2.*

Ruſus ex alio capite videbatur obſtare † defectus legiti- 6
mæ citationis, quia nimirum judex dici non poterat contumax, ex quo ſtatim miſerat procuratorem, per quam comparitionem extincta fuit prima citatio *leg. poſt edictum de Iud.* Suar. de Paz. *tom.2. par.1. cap.3. per totum,* & præcipuè *num.9.*

Et ſic circunducta prima citatione, iterum ad ſingulos actus ipſe citandus erat *leg. de unoquoque de Iudic.* & in terminis Gemin. videndus *in cap. fin. de dolo, & contumacia,* quod tamen nequaquam factum fuit, ut ex proceſſu apparet.

Secunda † nullitas dicebatur reſultare ex eo, quia ex- 7
communicationis ſententia lata fuit poſt primam appellationem occaſione citationis interpoſitam; excommunicatio enim lata poſt appellationem eſt ipſo jure nulla, Achill. de Graſſ. *deciſ.4. de ſent. excomm.* Genuen. *in Praxi Archiepiſc. 28. ſub num.2. ver. declara uum.60.* prout etiam ex ſecunda appellatione, interpoſita poſt ſententiam declaratoriam, dicebatur conſtare de nullitate affixionis cedulonorum. † 8
Quamvis enim ab ipſa ſententia excommunicationis jam lata non detur appellatio ſuſpenſiva, *c. Paſtor. §. verum* & ibi gloſs. & DD. de Appell. ubi in textu affertur ratio, quia huju ſmodi ſententia cenſuræ, ſecum trahit executionem Ioan. Andr. *in cap. is cui n.4. de ſen. excomm. in 6* cum aliis latè congeſtis per Anton. Gabr. *com. concl. lib.6. tit. de reg. Iuris concl. 3. n.59.* & per Farin. *q.101. lib.13. n.66. & 68.* & per Scacc. *in tract. de Appell. q.17. lim.22. n.1.* quibus addo Rotam *dec.3. n.1. p.2. in rec.* Suar. *de cenſur. diſp.3. ſect.16. n.5.*

A † ſententia tamen declaratoria datur appellatio ad 9
utrunque effectum, ita ut interim impediatur denuntiatio, ex quo involuit factum, ſuper quo Iudex decipi poteſt, *cap. peruenit il primo de Appell.* Franch. *in cap. Paſtor. §. verum quia numer.27. de Appell.* Felyn. *in capit. cum non ab homine numer.12. de Judic.* Capic. *deciſ.1. num.19.* Ricc. *dec.102. num.1.*

*nu.*1. & 2 *p.*3. Scacc. *de Appell. qu.*17. *lim.*22. *nu.*36. Rot. *diu. dec.*100. *ex novem nu.*3. & 31. *in fin. par.*1. *diversf. & d. dec.* 3. *sub num.*1. *par.*2. *recentior.* Acchill. *dec.*4. *de sent. excomm.* Puteus *decis.*271. *lib.*3. Suarez. *d. sect.* 16. *num.*6. Ugolin. *de censuris tab.*1. *cap.*20. §.2. *nu.*10. Avila *de cens. part.*2. *disp.*5. *dub.* 11. *conclus.*2.

Maximè in casu nostro, in quo gravamen prætendebatur evidens, ex brevitate temporis sex horarum contra text. *in cap. constitut. de sentent. excomm. in* 6. ut infra latius dicetur.

Ac proinde tali appellatione pendente dicebatur non potuisse appellantem denuntiari excommunicatum per cedulonorum affixionem, vel alio quovis modo. Franc. *in cap. Pastor.* 53. §. *verum quia numer.* 27. *de Appell.* Lancell. *de Attent. part.* 2. *capitul.* 12. *de attent.* & Inno. *appell. pend. limit.* 21. *numer.* 21. Scacc. *de Appell. quæst.* 17. *lim.* 22. *numer.* 4. qui dupliciter extendit hanc propositionem; & successive prætendebatur præceptum fieri D. Vicario Episcopali à curia metropolitana, ut cedulonos amoveret, & eidem Judici laico ingressum Ecclesiæ permitteret, ut in simili fuisse ordinatum cuidam Vicario refert Ricc. *dec.*102. *par.*3.

Tametsi appellatio non præcesserit, sed subsequuta fuerit declaratoria, quicquid secus senserit Ricc. *in dec.*203. *nu.* 3. *par.*3. qui loquitur contra communem DD. theoricam, & contra Felyn. ab eo citatum.

Tertia nullitas videbatur insurgere ex eo, quia testes pro informatione curiæ Ecclesiasticæ contra judicem fuerint examinati parte minimè citata, nec habiti fuerunt pro ritè, &
10 rectè examinatis, & sic nulliter, † quia in quocumque judicio, etiam summario in examine testium requiritur partis citatio. Clem. *sæpe de ver. signif.* ubi DD. & alibi passim.

Etiam si daretur, extractionem, de qua agitur, fuisse no-
11 toriam, † cum in probando notorio facti transeuntis ordo servandus sit, sic per testes juratos, & parte citata examinatos Jo. Andr. *ad spec. in tit. de Notor. crim.* §. *iam de notorio verb. testis quoque* Bald. *in cap.*1. §. *damna. de Pace. constant*, Imol. Gemin. & Franch. *in cap.*1. *de offic. deleg. in* 6. cum aliis, quos referunt, & sequuntur Vivius com. opin. in *verbo notorium quamvis vers. imo iudex* Mascard. *de Prob. concl.*1103. *n.* 12. Farin. *de delict. & pœnis qu.* 21. *num.*91. & *seqq.* ubi innumeros concordantes congerit.

12 Cum † igitur ex præmissis excommunicatio lata videatur nulla, nullum quoque dicebatur operari effectum, & nec quoad Deum, nec quo ad Ecclesiam, fusè Sayr. *de censuris lib.*1. *cap.*16. *num.*42. Avila *de cens. p.*2. *cap.*6. *disp.*1. *dub.*1. *ante fin.* Gutt. *lib.*2. *Canon. qq. cap.*4. *nu.*36. Salsedo *in addit. ad* Diaz. *in pract. crim. cap.*33. *verb. est etiam.*

13 Quo † vero ad caput injustitiæ (ut omittam distinctionem glosæ *in cap. Episcopus* §. *si ergo, & in capitul. non debet* §. *cum ergo* 11. *quæst.* 3. *& in capitul. sacro in ver. iusta fuerit extr. de senten. excomm.* dicentis tripliciter excommunicationem dici injustam nempe ex causa, ex animo, & ex ordine) sententia excommunicationis in hac facti specie videbatur esse tam contra justitiam, legalem quidem quia substantialis juris ordo servatus non fuit, commutativam verò, quia deficit causa justa, ut per Suarez. *de cens. dis.*4. *sect.*7. *n.*2.

14 Quod † autem sit injuste contra justam legalem, suadetur quia non fuit præmissa trina canonica monitio, vel una pro tribus, provt requiritur *cap. sacro extra de senten. excom. & cap. romana eodem tit. in* 6. & utrobique DD. est communis opinio, ut, pluribus relatis, testatur. Covar. *in cap. Alma mater* §.9. *num.*5. *de sent. excom.* innumeros etiam congerit, Sayrus *de censuris lib.*1. *cap.*12. *num.*32.

Adeò ut si Iudex sine monitione præsumserit excommunicationis sententiam ferre, quantumvis ex justa causa, sit per mensem ab Ecclesiæ ingressu interdictus, & arbitraria pœna plectendus tex. expressus in *cap. sac. in principio extr. de sent. excomm.* & ex præscripto *Concilii Tridentini* requiritur saltem bina monitio, ut expressis verbis cavetur in *cap.*3. *sess.* 25. *de reform.*

Ex hac enim omissione tametsi censura non sit nulla, est tamen injusta, ut probat tex. in *capitul. Romana Eccles. de sentent. excom. in* 6. ubi cavetur, ne Iudices ferant sententias excommunicationis sine competenti monitione; & si contra præsumserint injustas noverint illas esse: Et sic quamvis non dicat *nullas*, dicit tamen *iniustas*, ut ibi ponderat Gl. *in verbo iniustas*, quam ibi, & alibi Doctores communiter recipiunt. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num* 8. Covaruu. qui plurimos congerit, & de com. testatur in *dict. cap. Alma Mater.* §.9. *num.*7. Avila *de cens. par.*2. *cap.*5. *dub.*9. Menoch. *de arbit. iud. lib.*2. *cens.*6. *cas.*542. *nu.*18. & tradit Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. ubi ponit regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus & hic obiter advertere non pigebit, quod monitio valde differt à citatione, illa enim fit, ut quis satisfaciat, vel pareat, vel ab aliquo cæpto desistat, & se corrigat, citatio verò fit, ut quis ad causam veniat, ut signanter declarat Aret. *in cons.* 163. *sub numer.* 9. Socc. Sen. *in cap. perpendimus* 23. *num.*94. *de sent. excomm.* latè Imol. *in cap. final. de præbend.* Rot. *dec.*8. *de sent. excom in antiq. ex dec.* 8. *in antiquior. cum aliis per* Felin. *in cap. Rodulphus* 35. *num.* 41. *de rescript.* admonitio tamen vicem gerit citationis, ut post alios tradit Bonacc. *de censur. in genere disp.*1. *punct.*9. *sub nu.*4. *vers. Respondeo.*

Ejusmodi verò non erat monitio d. Iudicis missa, in qua † non fuit assignatus terminus competens, cum aliquo die- 15
rum intervallo, sed præcipitanter sententia lata intra angustias sex horarum, contra text. in *cap. constit. de sent. excom. in* 6. & ibi Doctores communiter Socci. sen. in *cap. perpendimus num.*112. *de sent. excommu.* Navar. *in Manual. cap.* 27. *numer.* 11. Covar. *in dicto cap. Alma mater* §. 9. *nu.*5. Sayrus cum per eum congestis *dicto capitul.* 12. *nu.* 33. & dixit Rota in terminis sex horarum in *Leodien. Abbatiæ conven.* 6. *Novembris* 1620. *coram bon. mem. Card. Sacrato in fine.* Hinc Divus Gregor. *lib.* 12. *epistolarum epist.* 26. redarguit Mauritium Episcopum, quod nimis festinus fuerit in quadam excommunicatione ferenda. Cujus Sancti Doctoris verba ita cantant. *Frequenter me admonuisse vos recolo, ut in proferenda sententia esse præcipites nullatenus debeatis, &c.* tametsi sustineri potuisset per assignationem termini monita dierum trium pro prima, pro secunda, & trium pro tertia monitione text. in *capitul. constitutionem* § *statuimus, & ibi* gloss. communiter recepta *de sent. excom.* Rota *decis.*48. *part.*4. *to. recent.*

Contra justitiam commutativam etiam videbatur sententia tanquam ex falsa causa lata, primo quidem, quia non constabat in processu dictum Iudicem habuisse notitiam extractionis ipsius Rei factæ ab Ecclesia, † ignorantia vero ex- 16
cusat ab excommunicatione, quia fertur tantum ob contumaciam *cap. nemo* 11. *quæst.* 3. cum aliis per me congestis in *decis.* 29. *nu....* quæ contumacia non cadit in ignorantem *l. qui ignarus ff. de locat. facit cap.*2. *de constit. in* 6. † licet hoc 17
maxime procedat in censuris ab homine ferendis, in quibus inexcusabilis contumacia requiritur *cap. sacro cap. contingit il* 2. *de sent. excom. cap. Romana ver. sed nec: eod. tit. in* 6. *cap. reprehensibilis*, & ibi Doctores *extr. de appell.* Socc. sen. *in c. perpendimus n.*67. & 91. *de sent. excom.* Covar. *in c. Alma mater* 1. *p.* §.9. *nu.*4. & tradunt omnes summistæ, quos recenset, & sequitur Sayr. *de cens. lib.*1. *cap.*12. *nu.*5. & *c.*9. *nu.*32.

Nec † sunt ferendæ nisi cum magna circumspectione, ut 18
cavetur in *Concilio Tride. sess.* 23. *cap.*3. *de reform.* & non nisi ex magna causa continente peccatum mortale, quod aliter corrigi nequeat, ut colligitur ex pluribus locis *Sancti Evangelii* relatis à Sayr. *de cens. lib.*1. *cap.*9. *n.*1. & 2. ubi plurimos Theologos & Canonistas congerit.

Nec videbatur sufficere scientia quam Iudex laicus habebat extractum illum in suis reperiri carceribus, quod negari non poterat, ex quo, illum jam constituerat; quia requirebatur explicita scientia illius qualitatis, de qua agitur, captum scilicet fuisse in Ecclesia, † scire enim quis non dicitur, si scit 19
actum, & ignorat qualitatem. gl. *in capitul. consultationi in verbo, sciverit de appell. in* 6. Borgn. *dec.*12. *num.*37. Mascard. *de prob. lib.*3. *concl.*1293. *nu.*13. Alex. *cons.*29. *nu.*9. *li.* 4. Marsil. *sing.*38. *emptio.* Tiraq. *de retract. lignag. glos.*2. *numer.* 30. & rursus *de legib. connub. glos.*8. *numer.* 183. *cum aliis* per Rot. *in Romana de Marescottis* 29. *Januar.* 1618. *cor. Cardinali Sacrato.*

Et † est regulare, ut in omni materia præjudiciali requi- 20
ratur scientia explicita, & individua omnium qualitatem *dict. cap. consultationi*, & ibi DD. cum aliis per Alexand. *in consil.* 154. *numer.*4. *volum.*1. & latius per Surdum *decis.* 565. *num.* 8. *cum seq.* Rota *in Bonon. fideicommissi de Pancratiis* 17. *Novembris & 15. Decembris* 1589. *coram Gypsio, & in Romana de Marescottis* 20. *Martii* 1605. *coram Cardin. Sacrato* Card. Cavalerius *in decis.* 489. *numer.* 2. & 3. in qua causa scripsit, & obtinui ego qui tunc Iunior advocationi in Alma urbe vacabam.

Maximè † verò quando agitur de incursu pœnæ, ut per 21
Rot. *inter impressas à Pacif. in calce eius tractatus de Salviani interd. decis.*17. *in fin.* ubi fuit dictum, quod quando non agitur de incursu pœnæ, licet agatur de alio præjudicio, ex

scien-

ſcientia partis reſultat præſumptio ſcientiæ totius quæ eſt pulcra limitatio ad præcedentem concluſionem.

Porrò cum d. Iudex haberet, præſumptione juris pro ſe,
22 † ex quo in dubio quis præſumitur, actum ignorare: fiſcus Epiſcopalis, qui in illius ſcientia ſe fundat, illam probare debebat, gloſſ. per illum text. *in leg. verius ff. de probation. & leg. ultima in fin. ff. pro ſuo* text. *in capit. præſumitur. extr. de regul. iur.* & tradunt plurimi relati à Maſcardo, qui latè materiam explicat in *tract. de prob. tom. 2. concluſ. 879. num. 1. & ſeqq.*

23 Quin etiam ſi adeſſet præſumptio ſcientiæ, ſufficeret, † quia cenſuræ infligi non poſſunt ex præſumptionibus, ut per Nauarrum in *tractat. de privilegiio miſerabilium perſonarum privileg. 4. num. 1.* Imò nec ex indiciis indubitatis dicit Riccius
24 *dec. 87. per totam part. 3.* ductus ex regula generali, † quod ex indiciis indubitatis nemo plecti poſſit pœna ordinaria, ſed tantum extraordinaria, ut poſt alios tradit Clarus *in §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen* Menoch. *de arbitrar. Iudicum caſ. 279.* Gram. *dec. 42.* Ioſ. Lodov. *conclu. 5.* Maſcard. *de prob. concl. 1223. nu. 10.*

Secundo contra juſtitiam commutativam, & ex falſa cau-
25 ſa dicebatur late ea ſententia, † quia ubi ab alio quis per vim vel deceptionem extractus fuit ab Eccleſia abſque ſcientia vel participatione Judicis, utique Judex poteſt illum capere, & retinere, nec tenetur reſtituere; cum extra locum ſacrum illum inveniat, & ibi incipiat exercere juriſdictionem ſuam; & ideo non violat immunitatem neque tenetur reſtituere: benè teneretur ipſe extractor, ſed ſi id non poteſt, eſt per accidens, & ſatisfacit reſtituendo expenſas & damna. Ita tradit Franch. Suar. *tom. 1. de ſtatu religionis libr. 3. capitul. 13. in fin.*

Cum igitur Iudex non teneatur reſtituere, utique excom-
26 municatio, lata dicitur ex falſa cauſa; † quando autem cauſa non eſt vera & realis, vel non ſufficienter probata communis ſchola Theologorum tenet excommunicationem eſſe nullam, & injuſtam, & quamvis quo ad nullitatem Canoniſtæ non videantur conſentire, ut poſt alios videri poteſt apud Suar. *de cenſur. diſputat. 4. ſect. 7. num. 4. 5. & 6.* tamen nullus etiam Canoniſta negat talem excommunicationem eſſe injuſtam, ut fusè per Sayr. cum per eum congeſtis *de cenſur. lib. 1. cap. 17. nu. 47. & infr.*

Tertio dicebatur contra juſtitiam commutativam, quia tam per ſententiam latam in contumacia, quam per propriam ejuſdem Rei capti confeſſionem conſtat illum eſſe aſſaſſinum, & ſic ſumus in crimine ab ipſa *conſtitutione Gregoriana* excepto: unde eſto captura à birruariis facta, nulla fuerit; in quo actu Iudex non participavit; retentio tamen videtur
27 juſta; & ſic quod male captus bene fuerit retentus; † ex nonnullorum ſententia qui opinati ſunt Curiam Eccleſiaſticam in ſimilibus caſibus, velit nolit, teneri eundem ad Eccleſiam confugientem tradere Iudici ſeculari petenti, alias ordinario eum tradere recuſante poſſe miniſtros laicos illum propria authoritate extrahere ponderando illa verba ejuſdem conſtitutionis *niſi, eo caſu*, ut advertunt Genuen. *in Praxi Archiepiſc. cap. 22. ſub nu. 5. verſic. & hoc hodie* Marius Ital. *in tract. de Immun. Eccl. libr. 1. cap. 6. §. 2. nu. 80. & ſeq.* Farin. *eod. tract. nu. 366.* (quod tamen eſt contra mentem Sac. Congregationis.)

28 Et † ſic perperam Eccleſia videtur petere eum, quem ſtatim reſtitutura eſt *l. dolo ff. de doli mali except. leg. 1. in princ. ff. quorum legatorum* Bar. *in leg. ſi ſocer. §. Lucius nu. 2. ſolut. matrimon.* Rota *deciſ. 770. ſub nu. 1. part. 2. recentior.* Et fruſtra expectamus id, cujus eventus nihil operatur *leg. aliquando §. fin. ff. ad* Vellejan. *l. cum hæres §. 1. ff. de acqui. hæred. l. apud Iulianum §. fi. & l. ille à quo in princ. ff. ad Trebell.* Crav. *conſil. 685. nu. 9.* Cæphal. *conſil. 372. nu. 109.* Beccius *conſ. 17. nu. 4.* Surd. *dec. 148. nu. 8.* Nevizant. *conſil. 51. nu. 18.* Magon. *dec. Lucen. 31. nu. 2. & dec. 17. ſub nu. 5.*

29 Et † nemo tenetur facere actum fruſtratorium *l. 2. in fin. ſi quis in ius voc. non ierit.* Bar. *in ſua q. 18.* Pupillos *in fine princ. ſub nu. 3. ver. 4. ſic.*

30 Imò Iudex ex officio tollere debet inutiles & fruſtratorios Roman. *conſ. 67. in fin.* ubi plenè Mandoſius *in add.*

31 Præſertim † quia lex abhorret inanes circuitus Clement. *auditor de reſcript.* Bald. *conſil. 100. circa fin. libr. 4.* Tiraqu. *de retr. convent. ad fin. tituli numero 61.* Dec. *conſil. 408.* Afflict. *deciſ. 8. numer. 4. ad fin.* Rota *deciſ. 770. ſub numer. 1. part. 2. recentiorum.*

His tamen minimè refragantibus dixi cedulonos ritè, & rectè affixos fuiſſe, & ſententiam declaratoriam à quocunque vitio nullitatis, & injuſtitiæ fuiſſe immunem ac propterea confirmandam eſſe, uti fundatam in *Bulla Gregoriana* aliiſque canonibus, & conſtitutionibus ſatis claris, & expreſſis.

Quamvis † enim ante tempora *Gregorii Decimiquarti*, 32
extractio, & omnis immunitatis Eccleſiaſticæ violatio interdicta eſſe ſub pœna excommunicationis ferendæ *cap. miror c. ſi quis contumax cap. quiſdam 17. quæſt. 4.* cum ſimilibus; per ejuſdem tamen Pontificis Conſtitutionem determinatur, ut violatores, & quomodocunque præter vel contra illius formam attentantes, ipſo facto omnes, excommunicationes, & cenſuras incurrant, quæ à jure contra violantes immunitatem, aut liberratem Eccleſiæ ſtatutæ ſunt, ut ibi legitur in §. *quod ſi quis* ibi, *declaramus cum ipſo facto cenſuras, & pœnas incurrere, quæ contra libertatis iuris, & Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, per Sacros Canones, Conciliorum Generalium, noſtrorumque Prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ*, quamobrem hodie extrahentes non ſunt excommunicandi, ſed veniunt duntaxat declarandi excommunicati; ut per Genuen. *in Praxi Archiep. cap. 22. nu. 1.* Mar. Ital. *tract. de Immun. Eccl. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 29. & ſeq.* Alex. Pereg. *eod. tra. cap. 15. n. 5.* Farin. *de Imm. Eccl. nu. 313.* ubi ait hoc eſſe verius, & ita ego in omnibus curiis Eccleſiaſticis practicari vidi. Dixi etiam in *dec. 105. nu. 4. par. 2.*

Quare ſalvandi ſunt ſecundum priora tempora Suar. *de relig. to. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. n. 7. circa fin.* & Duar. *in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 15. qu. 16. nu. 21.* dicentes probabile eſſe, ut dictæ cenſuræ non incurrantur niſi poſtquam extrahentes requiſiti, ut extractum reſtituant, id implere renuerint. Nam imò cum etiam attentantes aliquid præter, vel contra formam dictæ conſtitutionis, ipſo facto excommunicentur, certe hodie dicta opinio eſt improbabilis tanquam expreſſis verbis Conſtitutionis repugnans. Præſertim † ſtante clauſula, *ſub-* 33
lata, quæ omnem prorſus extraneam interpretationem excludit Dec. *conſ. 61. n. 2. l. 1.* Aymon. *conſ. 201. n. 43.* Put. *dec. 50. n. 63. lib. 1.* Farin. *conſ. 76. nu. 14.* & millies decidit Rota Romana, ut ex Marta in *d. tract. de Clauſul. in clau. ſublata*, & in terminis hujus Bullæ advertit Pereg. *de Imm. Eccleſiaſtic. cap. 10. nu. 44.* & hinc omnia fundamenta ſupra in contrarium adducta attenta d. Bulla corruunt. Sed quod magis eſt, etiam ſecundum tempora antique corruerent.

Non enim obſtat defectus citationis perſonalis, regulariter ad hunc effectum requiſitæ; id enim non eſt perpetuò verum † & ſignanter fallit ad rem noſtram, quoties excom- 34
municandus dolo latitat, vel ſubterfugit citationem perſonalem, vel alio modo abſentia eſt malitioſa, tunc enim ſufficit citatio ad domum, vel per edictum, ut eſt text. in *Clem. cauſa circa fin. de elect.* & poſt alios, quos tradit citat Gaill. *in pract. obſer. lib. 1. nu. 2.* ubi teſtatur de com. Scacc. *de Indic. lib. 1. cap. 45. ſub nu. 21.* Tiraq. *de retract. §. 9. gloſſ. 2. nu. 7.* & in terminis cenſurarum tradunt Genuen. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 29. n. 12.* Covarr. *in cap. Alma Mater part. 1. §. 9. nu. 4. verſ. 1. caſus*, Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 12. nu. 12. & 36.* Suarez *de cenſ. diſp. 3. ſect. 11. nu. 6.* Ugolinus *de cenſur. tab. 1. cap. 18. §. 1.* Bona. *etiam de cenſ. diſp. 1. q. 1. pun. 9. ſub nu. 9. ver. primus caſus*, ubi teſtantur de comm. opin. Alter. *de cenſur. diſp. 3. cap. 3. verſ. excipiuntur* Rot. *dec. 48. nu. 21. p. 4. tom. 2. rec.* & ratio eſt in promptu, quia doloſus non permittens ſe citari, non debet ex dolo commodum reportare, ſed habendus eſt perinde ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet *l. dies cautioni §. totius ff. de damn. infect.* & tradunt Gaill. & Scacc. *locis citatis.*

In caſu verò noſtro conſtat, Nuntium non fuiſſe admiſſum ad præſentiam ipſius Iudicis, imò rejectum, & ſic Iudicem latitaſſe ut ex relatione ipſius Nuntii, † cui credendum eſt, 35
tamquam teſtificante de his, quæ ad ſuum officium pertinent *l. 1. §. cura carnis*, ubi Bal. *ff. offic. præfect. urb.* latè Roman. *conſ. 497. n. 5.* Tiraq. cum per eum congeſtis *de retract. lignag. §. 8. gloſ. 9. nu. 10. & 11.* Franch. & Dec. *in cap. cum parati de appell.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 697. nu. 13.*

Sic † in ſimili diximus quod quando citatus noluit copiam 36
citationis acceptare, idem eſt, ac ſi ei tradita fuiſſet ad *l. iurecivili*, & ibi Socc. *de cond. & demonſt.* latè Tiraqu. *de retract. §. 1. gloſ. 1. num. 9.* & in terminis citationis Rot. *deciſ. 11. de dolo, & contum. in nov.* Lancell. *de Atten. par. 2. cap. 4. de atten. pend. nu. 106. & ſeq.* & citationem impediens habetur pro citato Rot. apud Marcheſan. *de commiſſion. par. 3. fol. 89. nu. 1.*

Provt † nec eadem concluſio procedit quoties citatio quo- 37
cunque modo devenit ad notitiam citati, quia notitia citatio-

tionis ad domum, æquiparatur citationi personali, Felin. *in cap. cum sit de Appell.* Tiraq. *de retract. §. 9. glos. 2. numer. 16.* Covar. *d. §. 9. num. 4. ver. tertius casus* Tiraqu. *de utroque retract. tit. 1. §. 9. gl. 2. num. 4.* Genuen. *dict. c. 29. num. 12.* Leo. Thesa. *for. Eccles. p. 2. cap. 17. num. 33.* Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 71. nu. 9.* Vgol. *de cens. tabula 1. cap. 18. §. 1. in fin.* Sair. *de censur. lib. 1. cap. 12. num. 14.* Suarez *eod. tract. disp. 3. sect. 11. num. 6.* & ita post Vasquez & alios tradit Bonacc. *de censuris disp. 1. quæst. 1. sub numer. 9. ver. tertius est.* Alter. *loco cit.* Cassad. *decis. 6. numer. 11. de caus. possess. & prop.* Rota *decis. 11. de dolo, & contum. in nou.* in Lunen. Sarzanen. coram Card. Seraph. relata *in decis. 90. numer. 2. par. 1. rec.* ubi dictum fuit citationem personalem, aut certam scientiam, & indubitatam notitiam esse necessariam; quibus addo eandem Rotam in *Bracar. Archidiaconatus* 10. *Maii* 1625. *coram Coccino*, & ratio est, quia certus certior fieri non potest *c. cum qui de reg. iur. in 6.* Citatio enim invalida cum notitia subsecuta legat non secus ab initio legitima Felin. *in c. gratum num. 4. de offic. deleg.* Rota *decis. 11. de dolo, & contumac. in nou.* Card. Seraph. *decis. 1296. & in puncto dict. decis. 48. num. 23. part. 4. tom. 2. rec.*

58 Quod † autem Judex habuerit certam, & indubitatam notitiam citationis, manifestè patet ex eo, quod misit Procuratorem ad appellandum ab eadem citatione, ut in puncto advertunt Felin. *in dict. c. cum sit Romana numer. 15. de Appell.* Egid. *decis. 538.* Rota *d. decis. 11. de dolo, & contum. in novis,* & fuit etiam consideratum in *d. decis. 90. num. 3. p. 1. rec.* Et in *d. dec. 48.* per quam comparationem etiam Procuratoris cum antiquo, & generali mandato sanari nullitatem citationis in fortioribus terminis dixi Rota in *Salamantina Fructuum coram Comitulo, quæ est decisio 75. impressa per Post. de manutenen.*

Non pariter subiacet nullitati d. sententia, quia lata post interpositam appellationem, id enim procederet in appellatione legitima, secus in frivola, quæ non annullat excommunicationem postea latam, ut post alios tradit Mar. Socc. *in cap. nulli num. 40. de sent. excommunicationis*, Vgolin. *de cens. tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 13.* plurimos refert, & sequitur Sayr. *de cens. lib. 2. c. 16. num. 27.*

Frivola verò fuit ejusdem Judicis appellatio, tum quia interposita à citatione legitima, transmissa à Iudice Ecclesiastico, ad quem solum spectat cognitio, an quis sit excommunicandus, vel veniat declarandus Concil. Trident. *sess. 25. c. 3. ver. nefas autem de ref.* Tum etiam quia fuit interposita vel ad denegandam, vel ad protrahendam obedientiam, quæ propterea veniebat reiicienda *c. cum appellationibus de appell. in 6.* Verall. *dec. 328. n. 2. p. 1.* Rota in *Verdun. Jurisdictionis 23. Iunii 1600. coram Penia.*

40 Tum † & tertio quia in ea nulla fuit expressa causa, provt in hac materia requiritur ad hoc, ut appellatio non sit frivola Mar. Soc. *in c. à nobis 28. num. 39. & in c. sacro 48. n. 166. de sent. excomm.*

41 Quinimò † etiam si appellatio non fuisset frivola, non tamen in casu nostro potuisset suspendere effectum sententiæ postea latæ, ex quo agimus de excommunicatione lata à Iure, seu per viam statuti, à qua minimè appellatur Anchar. in *c. quicunque n. 3. de sent. excomm. in 6. argu. l. si quæ pœna ff. de verb. signif.* sententia enim juris semper præsumitur justa *argu. cap. erit autem lex dist. 4.* & quod appellatio non impediat declarationem excommunicationis jam incursæ, & a lege inflictæ est text. in *cap. pastoralis §. verum*, & ibi Franch. *num. 3. de appell. in 6.* Roman. *cons. 482. sub num. 9. vers. tamen.* declaratio Lancell. *de attentat. c. 12. limitat. 21. n. 3.* Rota *decis. 59. de appell. in novis. & d. decis. 48. num. 44.* vbi datur etiam alia responsio, quæ in casu nostro æquè militat nimirum quando appellatio non coram Iudice, sed coram Notario fuit interposita, & sic nullus est momenti juxta *Clem. 1. de appell. & c. ut debitus honor. eod. tit.*

Prout nec etiam terret appellatio à declaratoria interposita; per quam dicebatur impediri affixionem cedulonorum, Tum

42 † quia hodie à declaratoria non datur amplius appellatio ad effectum suspensivum juxta novas ordinationes Eminentissimorum DD. Cardinalium Congregationis super controversiis Jurisdictionalibus.

43 Tum † etiam quia sumus in facto notorio, in quo procedi potest ad denunciationem, appellatione non obstante, Franch. *in c. Pastoralis §. verum quia n. 27. de appell.* post Jo. Andr. Lupum Imol. & Gemin. ab eo relatos Lancell. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 2. num. 30. tit. de attent. appell. pend.* & fatetur Ricc. exadverso citatus *decis. 102. nu. 6. p. 3.* & admittit Scacc. *de appell. 17. lim. 22. sub primo 37. vers. confirmatur* 4. Tametsi † à declaratione Notorii detur appellatio, ut per 44 eundem Scacc. *dict. qu. 17. lim. 4. num. 65.* ubi plurimos congerit. Unde cautela est ut condemnatus non dicat appello ab ista pœna; sed appello quia non sum culpabilis, vel quia non est probatum me incidisse in istam pœnam Bald. *in l. 1. C. ne ex delict. defunct. col. 6.* sequitur Felin. *in c. cum non ab homine sub num. 12. de Iudiciis.*

Nec agebatur duntaxat de notorio facti transeuntis, nempe de ipsa extractione, † sed de notorio facti permanentis, 45 nempe de retentione, quod notorium non est juris ordine probandum *cap. tua nos* & ibi Innoc. *numer. 2. ad fi. de cohab. clericor. & mulier. cap. 3. de testib. cogen. c. euidentia de accus.* gl. & Bart. *in l. 1. C. qui & adversus quos* Cæph. *cons. 82. numer. 52.* Capel. Theol. *decis. 590. nu. 1.* Socin. *iun. cons. 65. nu. 3. lib. 1.* Menoch. *de recup. poss. remed. 15. n. 264.* Farin. cum per eum congestis *in tit. de delict. & pen. q. 21. nu. 81 & 88.*

Tum † & tertio quia sumus in vero contumace, qui de 46 jure non appellat, *l. properandum §. sin autem C. de Iudic. l. 1. C. quando appellatio non recipiat.* Rota *decis. 16. alias 364. numer. 1. de dolo, & contumac.* Marant. *in suo spec. p. 6. membr. 2. num. 19. & actu 2. princ. in verb. & quandoque appellat. numer. 41. & num. 289.* Dec. *cons. 34. num. 1. & seqq.* Capic. *decis. 139. num. 2.* Scacc. cum per eum congestis *tract. de Appell. q. 17. lim. 3. num. 1. & seqq.* ubi rationem reddit, & latè materiam prosequitur, & est communis opin. quam sequuta fuit *Sacr. Congreg Eminentiss. Card. negociis Episc. ac Regul. præpositorum* in Decret. approbato a felicis record. Clem. VIII. impresso in terminis nostris à Genuen. in *Prax. Archiep. c. 88.* in addi. in *fi. num. 47.* cuius etiam meminit in *cap. 28.* in addit. *num. 9.* quam etiam (eo non cit.) rescripsit. Scacc. loco supra relato *num. 1.* & Bellet. *disqu. cler. tit. de favor. cler. canonis §. 5. n. 26.* Ricc. in *prax. for. Eccl. p. 1. tit. appell. resolut. 404. in fi.* ubi refert decretum *Sacr. Cong. Episc. sub die 16. Oct. 1600. Ciarlin.* me hic citato *contr. 164. n. 4. p. 2.*

Quod † autem dict. Judex fuerit verus contumax, ex 47 eo suadetur, quia à citatione, vel interlocutoria injustè appellauit, & sic censetur protestatus se nolle amplius coram illo Jud. comparere *cap. eum qui de dolo, & contr. in 6. clem. 1. eod. tit.*

Et † in individuo quod is, qui minus ritè ab interlocu- 48 toria appellavit dicatur verus contumax. Mathes. *in sing. 29.* & ibi adden. Lanc. *in tract. de attent. tit. de sent. in caus. attent. feren. p. 3. cap. 28. num. 52.* & est text. in *d. clem. 1. de dolo, & contum.*

Quarto † quia retentio eius, qui ab Ecclesia fuerat extra- 49 ctus erat notoria, & publica, & Judex laicus commonitus fuerat, ideo ei non licebat appellare textus est rotundus in *c. cum speciali 61. §. porro de appell.* ubi redditur optima ratio. Denique à declaratoria lata ob violatam Ecclesiæ immunitatem non datur appellatio, ut sæpius declaravit *Sacr. Congr. Immun.* & dixi supra *num. 42.*

Cessat etiam tertiam nullitas, quæ dicebatur resultare ex quo testes examinati fuerunt parte non citata. † Tum quia 50 frivole appellans non est alterius citandus, nisi appellationi renunciet. Put. *decis. 282.* & est textus omninò videndus in *c. eum qui de dolo, & contum. in 6. & in clem. 1. eod. tit.* Gem. *cons. 102. num. 2. & 3.* Vantius *de nullit. quibus mod. sent. null. repar. poss. n. 112.* Ant. Gabr. *in titul. de cit. concl. 1. num. 413.* Marant. *in Prax. p. 6. actu 2. numer. mihi 172.* Mathesil. in *sing. 29. num. 14.*

Tum † etiam quia quando agitur de periculo animarum 51 (ut in casu nostro) procedi potest ad declaratoriam contra contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis lite non contestata tex. notab. *in c. quoniam frequenter §. porro ut lit. non contest.* & ibi Marian. Socc. in *fall. 58. iuncta fall. 8. Præposit. in c. de accusationibus 3. q. 9.* & in terminis excommunicationis tradunt Genuen. *in Prax. Archiep. c. 29. num. 20.* Bellett. *disq. cleric. tit. de favor. cler. can. §. 5. num. 25.*

Tum † & tertio quia quando censuræ feruntur pro de- 52 fensione violatæ jurisdictionis, & ad resistendum executioni de facto, subsistunt etiamsi de facto relaxentur non servatis servandis; est text. in *c. reprehensibilis* ubi gloss. *in ver. proferatur* & Abb. *numer. 13. extr. de appell. gl. in cap. sacro verb. iusta de sent. excomm. & in cap. 1. ver. sine ordine* vbi etiam Abb. *num. 3. ext. de excess. præl.* plenè Sayr. *de censur. lib. 1. c. 12. n. 26.*

Et † potest Iudex Ecclesiasticus pro violata iurisdictio- 53 ne sine monitione ad excommunicationem procedere text. in *cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* & post Innoc. & Ioan. Andr.

Andr. tradit Lup. *alleg.*73. *n.*3. *verb. item quando*, vbi Add. *lit. I.* Mar. Soc. *in c. perpendimus num.*122. *de sent. excomm.* Genuen. cum per eum relat. *in Prax. Archiepisc. c.*18. *num.* 2. & *cap.*30. *sub num.*4. Ricc. *in Prax. fori Eccl. p.*3. *resol.*23. Sayr. *de cens. lib.*1. *cap.*12. *nu.*20. Farin. *in tract. de Iust. interdicti p.*4. *in* 3. *obiectione ver. hoc enim* Menoch. *de Arb. Iud. cent.* 6. *cas.*543. *n.*29.

Et quamvis Covarr. *in cap. Alma Mater par.*1. §.9. *sub numer.*6. *ver. hinc denique*, pluribus pro hac sententia citatis, illam non probet: & in effectu contrarium expresse senserit Abbas (licet soleat pro hac sententia citari) *in cap. venerabili nu.* 3. *de censib.* post Hostiensem; quem citat. Nihilominus cum hoc casu excommunicatio feratur duntaxat ad hoc ut ille desistat à violentia, vel à contradictione, ac resistentia; utique non versamur in terminis, in quibus jura requirunt monitionem, ac proinde illa non est necessaria; sed benè debet fieri præceptum sub aliquo brevi termino peremptorio, ut si intra illum non pareat, vel desistat, statim ipso facto censura incurratur, vt egregiè philosophatur Suarez de censuris *disput.*3. *sect.* 8. *num.*10. idemque tenuit Alter. de censuris *disp.* 3. *lib.*3. *cap.*1. *solut. vlt. vers. solent.* & subdit Suar. eo loci terminus illum tantum debere esse, quantum ad deliberandum, & humano modo agendum moraliter sufficiat, quod juxta causæ, & negotii qualitatem Prælati prudentiæ remittitur.

Et sic cessat etiam id, quod dicebatur sententiam, de qua agitur fuisse contra justitiam legalem, ex quo non præcessit canonica monitio; quæ, ut dicebam non est necessaria ubi censuræ feruntur prò iure suo tuendo.

54 Sicut † etiam cessat idem obiectum ubi, ut in casu nostro, excommunicatio lata est à Canone. Trina enim monitio præmittenda est, & requiritur in excommunicatione ab homine ferenda, non autem in lata à Canone, vel statuto legitimè promulgato. Ipsa namque lex, quæ ita maturè censuram hanc indixit, quotidie admonet subditos ne prohibitum crimen committant, vel rem lege vetitam agant; ideo alia specialis monitio necessaria non est, vt probatur in *cap. si quis suadente* 17. *q.*4. *ubi gl. & in c.*2. *de const. in* 6. tradunt Doctores *in c. sacro de sent. excomm. & in c.*1. *eodem tit. in* 6. Jo. Lupus *in c. per vestras* §.18. *n.*19. *de donat. inter virum, & uxorem.* Covarr. *in c. Alma Mater p.*1. §. 9. *sub num.*5. *ver. Trina vero.* Socc. *in c. perpendimus n.*262. *de sent. excom.* Menoch. *de arb. Iud. cas.*541. *n.*7. *& cas.*543. *nu* 26. & ex Theol. Vict. *in sum. in tr. de excom. n.*6. Soto *in* 4. *dist.*22. *q.*1. *art.*2. *concl.*3. Suar. *de cons. disp.* 3. *sect.*8. *n.*3. *& disp.*18. *sect.*3. *n.*28. & sequentibus, Alter. *de cens. disp.*3. *lib.*3. *c.*1. *circa prin.* & est tex. expressus in *c. reprehens. extr. de appell.* & ibi notat gloss. & Abb. *n.*6. & 7. Ciarlin. me hic citato *contr.*164. *n.*20. imò in hoc notorio delicto potuit ad declaratoriam etiam absque citatione deveniri, vt probat gloss. *in c. cum sit Rom.* §. *praterea ver. requiritur de appellat.* Felin. *in c.* Rodulphus *sub num.* 41. *vers. Intellige primo de rescrip.* post Roman. *cons.*482. Rota *dict. dec.*48. sed dumtaxat etiam circumscripta facti notorii ætatæ.

Et tamen in hac facti specie canonica monitio ex urbanitate præmissa fuit, quæ quamvis paucarum horarum spa-
55 tio fuerit coarctata, non tamen est reprehendenda, † quia in hoc casu, in quo agitur de censura jam à Canone lata declaranda. requirebatur unica citatio, non in vim monitionis, nec propter emendationem, vel novam contumaciam expectandam, sed propter judiciarium ordinem servandum, ut bene considerat. Suar. *de cens. disput.*3. *sect.*10. *sub numer.*17. *in fi.* & licet neminem alleget, tamen ante eum quod scilicet hoc casu non requiratur monitio, sed citatio in formando processu pro justificatione facti tradunt Covarr. & Soccin. quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. Jud. lib.*2. *cens.*6. *cas.*541. *num.*7. & rursus *casu* 543. *nu.*27. *& seq.* ubi plurimos congerit, & benè declarat Ciarlin. me hic citatio *contr.* 164. *num.*29.

Cujus tamen citationis omissio redderet declaratoriam nul-
56 lam, † unde obiter advertendum est hinc resultare notabilem differentiam inter excommunicationem ab homine ferendam, & declaratoriam censuræ à canone latæ; ut nempe in illa canonicæ monitionis omissio regulariter reddat sententiam injustam non autem nullam, in ista verò omissio citationis reddat sententiam nullam Imol. in *c. extirpandæ col.*6. *in prin. de præb.* egregiè Aret. *in cons.* 163. *sub n.*10. *& seq.* Felin. *in cap.* Rodulph. *num.*11. *ver. nihilominus de rescrip.* Covarr. *in cap. Alma Mater. p.*1. §. 9. *num.*5. *ver. etenim Gigas de Pension. q.*78. *num.*5. Menoch. *cons.* 9. *num.*10. *& in tract. de arb. Iud. cas.*542. *num.*19. *& seq.* ubi post Aretin. rationem discriminis reddit.

Ratio † autem cur in denunciatione non requiratur trina 57
monitio, ea esse potest, quia denuntiatio non est nova censura, neque amplius ligat ut dicitur in *cap. pastoralis* §. *verum de Appell.*

Vltra † quod etiam in sententia excommunicationis feren- 58
da, non semper in canonica monitione sunt necessaria aliquorum dierum competentia intervalla, quæ præcipiuntur in *c. constitutionem* §. *fi. de sententia excomm. in* 6. Nam ut ibi statim Summ. Pontifex subiungit; id observandum est *nisi facti necessitas aliter suaserit moderanda* quandoque enim res celeritatem desiderat, ut inquit ibi glos. *ex leg.*1. *ff. de damn. infect.* & tradunt ibi doctores communiter.

Hinc † firmant scribentes eundem terminum pro facti, & 59
rerum qualitate esse induci arbitrarium Hostiens. *in cap. reprehensibilis numer.*2. *de appell.* Bellet. *disqu. cler. titul. de favore cleric. can.* §. 4. *sub num.*39. Tiraqu. *in l. si unquam ver. suscepcrit liberos num.*256. *C. de revoc. donat.* Suar. *de cens. disp.*3. *sect.*9. *num.*4. Sayr. *de cens. c.*12. *nu.*36. Bonac. *de cens. disp.*1. *punct.* 9. *n.*7.

Unde cum in casu nostro esset periculum in mora nimirum ne Judex laicus, qui jam mentem suam propalaverat, suspendi faceret reum extractum, non modo excusabilis fuit monitio cum termino sex horarum ex urbanitate assignata ad respicendum; sed imò illa temporis brevitas fuit necessaria, & si Vicarius expectasset dierum curricula, malè feciset; & potuisset illud vulgatum contingere dum Romæ consulitur Saguntum expugnatur. Et signanter quod † ubi periculum est in mora, etiam in excommunicatione 60
ab homine ferenda, non modo tempus canonicæ monitionis angustiari possit, sed etiam omnino omitti, tradunt communiter DD. & notat glos. *in c. medicinalis verb. temerarius de sent. excom. in* 6. Felin. *in c. cum sit Romana n.*21. *de Appel. & in c. sacro n.*4. Navar. *in c. cum contingat in* 5. *caus. nullit. n.* 1. *de rescrip.* Bellet. *disq. cleric. tit. de favor. cleric. Can.* §. 4. *n.* 43. Suar. *de cens. disp.*4. *sect.*10. *num.*7. ubi advertit id intelligi de canonica monitione, non autem de ea; quæ in præcepto conditionato, includitur, sine quo nulla ferri potest excommunicatio, et ibi per eum post Nau. *loc. supracit.* & hoc est in effectu, quod voluit dicere Sayr. *de cens. lib.*1. *c.*12. *num.*18. dum inquit, quando quis est commissurus delictum, vel alias periculum est in mora, præmittendam esse saltem unicam monitionem, idemque tradit Bonac. *de cens. qu.*1. *punct.*9. *sub n.*5. *in fi.* ubi testatur de com. opin. & ibi *n.*7. post alios firmat dictum terminum posse esse minus uno die pro qualitate negotii & periculi. Alterius *de cens. disp.*3. *c.*4. *ver. secundus casus*, ubi post Nav. quem citat inquit tunc saltem præmitti debere præceptum sub comminatione si hoc fecerit, vel omiserit.

Nec pariter eadem sententia redargui potest, tamquam contra justitiam commutativam sub prætextu quod Judex Laicus ignoraverit Reum ab eo detentum fuisse ab Ecclesia Extractum, quia imò de scientia constat tum ex testibus in curia Episcopali examinatis, tum etiam ex notificatione sibi ab eadem Curiam facta, & sic sumus in scientia vera, & explicita, & consequenter cessant omnia in motivis adducta, Prout non poterat declaratoria dici contra justitiam commutativam ex alio capite, nempe quod ex mente Suarez Judex laicus non restituens extractum absque suo ordine non incurrat in dict. Bullam Gregorianam, † quia (pace tanti viri) 61
Suar. loquitur sine lege, & sine ratione, eiusque opinio est peregrina & reiicienda, & contra verba, & mentem Bullæ; contra verba quidem, quia Bulla est directa non solum contra ipsos extrahentes, sed contra alios quavis dignitate præfulgeant, & sic etiam contra detinentes. Rursus censuræ in ea latæ sunt contra Capientes, ac etiam contra Incarcerantes, & contra attentantes aliquid contra vel præter formam ipsius Bullæ, quæ verba sine dubio comprehendunt ipsos non restituentes. Contra mentem quidem, quia intentio Constitutionis est, vt Ecclesia spoliata libero homine, omninò sit restituenda, & ubi restitutio non fieret sub prætextu quod Judex non mandaverit extractionem, utique constitutio redderetur elusoria; multaque scandala orirentur, quæ omnes rationes, ac aliæ latius deducuntur ex Gen. *in Prax. Arch. c.*22. *n.*6. & 7. qui propterea in puncto tenet d. constitutio ligari etiam Judicem laicum renuentem restituere extractum absque eius scientia à satellitibus vel etiam à consanguineis occisi. Idemque tenuit Mar. Ital. in *tract. de immun. Eccles. lib.*1. *c.*6. §. 2. *num.*38. *& seqq.* Alex. Pereg.

de

de Imm. Eccl. cap. 14. num. 10. Bonac. *tom. de legibus disput. 3. quæst. 7. §. 6. numer. 8.* Dian. *par. 1. de immunit. tract. 1. resolut. 16. par. 4. tract. 1. resolut. 102.* & me citato Ciarlin. *part. 2. contr. 163. numer. 26.* vbi etiam citat Bonac. *de censur. in particulari disput. 2. quæst. 3. part. 16. §. 4. sub numer. 10.*

62 Prout † etiam quoties Ecclesia spoliata fuit libero nomine per vim compulsivam, vel etiam quando Reus per metum aufugit, timens in ea capi si postea extra eam capiatur restituendus est, ut post alios firmat Farinac. *de Immun. Eccl. sub n. 53.* quod nota, quia post hæc scripta habui de facto in civitate Genuæ, cum enim quidam Bannitus confugisset ad templum Divæ Mariæ de Vineis, ibique crumenam cuidam suffurari tentasset, deprehensus à populo omnibusque contra eum irruentibus, territus, è templo exivit & in satellites incidit, à quibus conjectus in vincula, ego illum eidem Ecclesiæ restitui mandavi per prædictas doctrinas, non obstantibus oppositionibus fisci Seren. Reip. materiam hanc egregiè enucleavit, etiam, hic me citato, Ciarlin. *d. contr. 163. per tot.* & signanter *nu. 22.*

63 Et † hæc omnia adeo vera sunt, vt stante verbo illo, attentare, de quo in Constitutione, DD. velint, ut in odium violantium Ecclesiasticam immunitatem contra regulas communes puniatur affectus, etiam non sequuto effectu, dummodo ad actum proximum deventum fuerit. Mar. Ital. *de Imm. Eccl. c. 6. §. 2. num. 60.* Alex. Peregr. *eodem tract. c. 16. n. 39.* Id quod etiam de jure civili statutum fuit à Leone Imperatore in *l. præsenti C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, ut observant Menoc. *in tract. de arbit. Iud. cas. 360. n. 68.* Farin. *q. 28. n. 4.* Mar. Ital. *loco sup. citato n. 55.* & ante eum Alexan. Ambr. *de Imm. Eccl. c. 15. n. 6.*

64 Denique † non obstat quod versemur in crimine excepto, & de eo constet etiam per confessionem extracti: quia ultra quod eiusmodi confessio nulla est, & inefficax, tamquam facta coram Judice incompetenti Oldrad. *cons. 157. in fin.* Feder. de Sen. *cons. 135. factum tale est quidam ex Bannitis.* Alex. *cons. 13. sub n. 10. lib. 1.* maxime in hac materia in qua iurisdictio Judicis laici non est prorogabilis, quo casu dicta regula est verissima juxta distinctionem Bolognini in add. *ad cons.* Jo. *de Anani. 12. n. 8. ver. & si diceretur.*

65 Etiam † si notoriè constet ipsum captum commisisse crimen exceptum, adhuc enim servanda est forma Bullæ, vt scilicet Episcopus super dicta qualitate cognoscat ut patet evidenter ex illis verbis Bullæ, *Nisi cognitio primum per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipse verè crimina superius expressa commiserint &* ita firmant Genuen. *in Prax. Arch. d. c. 22. sub n. 5.* Dec. *in tract. crim. lib. 6. c. 27. n. 34.* Remigius *de Imm. Eccl. q. fin.* Caball. *resol. crim. centur. 2. cas. 194. num. 12.* Guaz. *in tract. defens. reor. defens. 1. cap. 30. n. 3. & seqq.* Giurb. *cons. 20. sub n. 17.* cum per eum relatis Mastrill. *decis. 169. num. 12.* Ciarlin. me hic citato *contr. 154. n. 37.* Mar. Ital. *de Imm. Eccl. l. 1. c. 6. §. 2. n. 13. & seqq.* Ubi quod si Judex laicus aut fiscus petat terminum probandi delictum commissum esse de numero exceptorum, nihilominus ei negari debet, & ante omnia facienda est restitutio, etiam per confessionem ipsius extracti id appareat, ut latius per eum; ex quibus patet restitutionem non esse actum frustratorium nec circuitum inanem, sed ex ea conservari Ecclesiarum reverentiam, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ authoritatem: alias Judices seculares in hac materia sibi ius dicerent, & Immunitas Eccle-

66 siastica periret † & sic circuitus non potest dici inutilis, ac propterea non est vitandus Card. *in Clem. auditor q. 14. nu. 16. de rescript.* Dec. *in l. cum fundus §. servum tuum n. 5. ff. si cert. petat. & alii passim.*

67 Ultra † quod regula est satis trita, & universalis, spoliatum in primis, & ante omnia esse restituendum *c. conquerente & c. item quis de restit. spoliat. l. si quis ad se fundum C. ad l. iul. de vi public. cum vulg.*

Etiam à Judice nulliter procedente, ut in casu nostro, Bart. *& scribentes comm. in leg. juste possidet ff. de acquir. poss.* Aym. *in cons. 140. n. 2. & 3. & cons. 124. num. 4.* Verall. *decis. 112. p.*

68 2. Unde † cavendum est à Gama dum in *decis. 52.* ait delinquentem nulliter vel indebitè ab Ecclesia extractum, si interim aliquod delictum commiserit, puta quia in resistendo birruariis illos percussit, prius esse puniendum pro isto novo delicto, & postea Ecclesiæ restituendum, quia imò totum oppositum est verum, cum Ecclesia spoliata in primis, & ante omnia sit restituenda, ut nominatim eum reprobando ita firmat Mar. Ital. *de Immun. Eccl. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 42. & seqq. & ibi num. 45.* ostendit nullum fuisse delictum birruariis injustè capientibus resistere, quod impune fieri potest ut tradunt Doct. ab eo congesti, quibus addi possent innumeri, quos consultò ad prolixitatem vitandam prætereo.

ARGUMENTUM.

Curia laica non potest in domo Clerici Laicorum bona perquirere, & multo minus inde abstrahere.

Laici iniuriantes Clericos etiam in casibus in quibus in excommunicationem haud incurrunt, puniri possunt à Judice Ecclesiastico. Iudicis iurisdictionem turbantes, de illius foro efficiuntur.

SUMMARIUM.

1 *Clerici tam quo ad personas, quam quo ad bona exempti sunt à Laicorum iurisdictione.*
2 *Laici eorumve bona sub clypeo Clericorum non possunt à Principis iurisdictione eximi.*
3 *Laicus ad Sacerdotem confugiens potest à curia laica ex illo auelli.*
4 *Etiam si deferret extremam unctionem.*
5 *Secus si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferret.*
6 *Etiam si confugiens non tangeret Sacerdotem, nec Baldachinum.*
7 *Clericorum ædes non gaudent immunitate, nisi sint intra Ecclesiæ fines.*
8 *Cardinalium palatia an gaudeant immunitate.*
9 *Episcoporum Palatia gaudeant immunitate, etiam si distent ab Ecclesia, & careant oratorio.*
10 *Clerici, & Laici in concernentibus politicam temporalem eundem habent rectorem Principem temporalem.* Intellige tamen, ut n. 20. & seq.
11 *Bona in Ecclesiam à decocto, vel fure inuecta, possunt inde abstrahi, & reddi Domino.* Contrarium est verius n. 25. & an liceat authoritate ordinarii n. 26.
12 *Volenti non fit iniuria, nec violentia.*
13 *Delictum non consummatum ex parvitate materiæ nulla pœna etiam extraordinaria punitur.*
14 *Bona in domo existentia præsumuntur Domini domus.*
15 *Clerici res an talis sit, ex qua solvendum sit vectigal, ab ordinario diffiniendum est.*
16 *Idem si controvertitur a rei, quæ per Clericum extrahitur, vel introducitur sit propria, vel aliena.*
17 *Laici sunt Clericis infesti præsertim in materia iurisdictionali.*
18 *Ecclesiastici in foro laicorum sunt miserabiles personæ.*
19 *Perquisitiones in domibus alienis fieri nequeunt absque mandato Iudicis competentis.*
20 *Princeps in concernentibus politicam temporalem, Clericorum bona attingere non potest.*
21 *Princeps an in spectantibus ad politicam temporalem regat clericos quo ad vim directivam.*
22 *Clerici proclamata Principis contemnentes an, & contra quam legem peccent.*
23 Vinc. de Franch. *decis. 9. declaratur.*
24 *Clericus proclamatum contemptor ab ordinario duntaxat coerceri potest.*
25 *Iudex Laicus non potest fures vel decoctores spoliare bonis, cum quibus ad Ecclesiam confugere.*
26 *Bona propria vel aliena auctoritate ordinarii an possint à confugiente auferri.*
27 *Perquisitionem faciens in domo Clerici tenetur actione iniuriarum.*
28 *Laicus iniurians Clericum punitur etiam ab ordinario.*
29 *Turbans iurisdictionem Ecclesiasticam punitur ab Ecclesiastico Judice.*
30 *Etiam si Ecclesiasticus procedat uti delegatus.*
31 *Et efficitur de foro Ecclesiæ.*
Et quotannis excommunicatur in Bulla Cœnæ Domini, num. 33.
32 *Ratione offensæ iurisdictionis, Iudex incompetens efficitur competens.*
33 *Limita in Iudice laico, qui non est capax iurisdictionis in Clericos.*
34 *Iurisdictionem Ecclesiasticam turbans, incidit in* Bullam Cœnæ.
35 *Iurisdictio una alteram juvare debet.*
36 *Iudices Ecclesiastici, & Laici plus æquo sæpè invicem se perturbant.*

DECISIO XLIX.

IN vim ploclamatis Gubernatoris Parmenſis contra vendentes, & ementes vitulos abſque illius in ſcriptis licentia, ad favorem conductorum Macelli communis emanari. Quidam ſatellites, officio Gabellæ inſervientes, ſub prætextu, quod laicus in fraudem Gabellæ injeciſſet in domum cujuſdam Clerici binos vitulos ad effectum illos vendendi ad eandem domum ſe contulere, ac diligenti perquiſitione pro dictis vitulis inveniendis, & aſportandis facta; illis tandem minimè repertis abierunt inanes, quod ubi ad meas perveniſſet aures, eoſdem ſatellites capiendos, carceribuſque mancipandos curavi, utpote qui Eccleſiaſticam libertatem, juriſdictionemque turbaſſent.

Hinc orta eſt diſſenſio inter D. Gubernatorem, & me, eo ſcilicet aſſerente, jure Birruarios potuiſſe præfatam facere perquiſitionem, ſicque nec mihi integrum fuiſſe eos detinendos jubere. Et quidem quo ad priorem partem hujus aſſertionis, nomine ejuſdem D. Gubernatoris deducebatur.

1 Quod † quamvis Clerici ſint à laicorum juriſdictione, & poteſtate exempti, ne dum quo ad perſonas *cap.* 1. *qu.* 1. & tradunt unanimiter ſcribentes à Farinacc. congeſti, *in tit. de inquiſit. qu. 8. nu.* 3. & per Carol. de Graff. *in tract. de eff. Cleric. nu.* 1. *effect. nu.* 5. ubi pariter teſtatur de communi. Verum etiam quo ad eorum bona *cap. ſtatuimus* 55. *qu.* 5. *Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & Cler.* Rolan. à Vall. *conſ.* 13. *n.* 37. *vol.*

2 2. Vivi *dec.* 44. *num.* 3. † laicorum tamen bona à juriſdictione, & poteſtate Principis, clypeo Clericorum eximi nequaquam poſſunt, cum id jure cautum non reperiatur *l. nulla lege Cod. de Iure dot. l. cum prator. ff. de Iudic. cum vulg.* Unde nec perſona Clerici, nec ejus domus Laici bona à Principis juriſdictione eximere valuit. Quod autem Clerici perſona non ſuffragetur Laicis eorumve bonis ad immunitatem conſequendam, inter cætera ex eo deducitur, quia † laicus confugiens ad Sacerdotem, illumque amplexans, non gaudet Eccleſiaſtica immunitate, itavt Curia ſæcularis poſſit illum à Clerico avellere, † etiam ſi Sacerdos ille geſtaret Oleum Sanctum Ricc. *dec.* 88. *nu.* 5. *par.* 3. Diana poſt hæc ſcripta impreſſus *reſol. moral. p.* 1. *ſit de Immunit. Eccl. reſol.* 28. *in fine.*

5 Quamvis † ſecus eſſet ſi deferret Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, tunc enim non quidem virtute Sacerdotis, ſed Sacroſanctæ Euchariſtiæ gauderet immunitate, ut bene declarat Socc. ſen. *in tract. de citat. art.* 17. *nu.* 45. & poſt alios quos cumulat tradit Clar. *in* §. *fi. q.* 30. *n.* 24. latiſſimè proſequitur Farin. *de Inqu. q.* 27. *n.* 11. Amb. *de imm. Eccl. c.* 10 *n.* 9. Duar. in Bullam Cœnæ Domini *lib.* 2. *can.* 15. *q.* 16. *n.* 8.

6 Adeò † verò immunitas non clipeo ſacerdotis, ſed Sacramenti conceditur, ut ea extendatur etiam ad eum, qui Sacerdotem non tangit, nec haſtam Baldachini, ſed ſe immiſcet perſonis proſequentibus Sacroſan. Sacramentum, ex quo ille una cum Sacerdote redemptionis noſtræ venerabile pignus geſtante, conficiunt unam Eccleſiam *argumento l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt.* ibi, *quia, & ipſis pars corporis noſtris ſunt*, ut per Mar. Ital. *in tract. de Immunt. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. §. 10. *in fi.* Peregr. etiam *de Immunit. Eccl. cap.* 4. *num.* 79. *in fine* Diana *dicta reſol.* 28. Antonell. me hic citato, *de regim. Eccl. Epiſc. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 41. Et ſic perſona Clerici vel Religioſi non habet per ſe virtutem eximendi à Laicali juriſdictione perſonas, aut bona Laicorum, prout nec domum dicti clerici præfatos vitulos ab hujuſmodi juriſdictione dicebant eximere potuiſſe

7 quaſi † clericorum ædes ita demum immunitate gaudent, ſi ſitæ ſint intra Eccleſiæ fines, ut pluribus firmat Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.* 25. *num.* 15. & 16. Villagut. *in tract. de extenſ. Immu. Eccleſ. num.* 86. Ambr. *in tract. de Immu. c.* 10. *numer.* 8. ubi ampliat etiam ſi in dictis ædibus habitarent Laici Covarru. *lib.* 2. Variar. *reſol. capit.* 20. *numre.* 8. ubi idem dicit etiam ſi Parochus ibi iugiter non habitet, idem dicit Giur. cum per eum relatis *conſil.* 16. *numer.* 9 qui per totum conſilium firmat dictam immunitatem, ſi tamen Parochi domus ſit intra fines Eccleſiæ Leo. in Theſaur. *for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. Antonin. Variar. *reſolut. lib.* 1. *reſ.* 18. *num.* 4. Guazzin. *defenſ. reor. c.* 37. *num.* 24. Farin. *de Immu. Eccl. n.* 289.

8 Adeo † ut ne quidem palatiis Eminentiſſimorum Cardinalium Immunitas prædicta conceſſa dicatur, de jure quod ſi id olim habuerunt ex privilegio, illud tamen revocatum fuit, Farin. *in prax. qu.* 28. *num.* 58. & *in tract. de Immun. Eccleſ. c.* 17. *num.* 174. Guazzin. *d. defenſ.* 1. *c.* 27. *nu.* 26. Duard. in Bullam Cœnæ *lib.* 2. *can.* 15. *q.* 16. *num.* 12.

Et ratio eſt, quia hujuſmodi immunitas conceditur ratione loci Sacri non ratione perſonæ Ambroſ. *deciſ.* 10. *num.* 7. Guazzin. *dict. cap.* 27. *num.* 24. *& cæteri omnes*, quamquam præfatum privilegium non fuerit DD. Cardinalibus abſolutè ſublatum, ſed duntaxat in Urbe Roma, & conſequenter, dicti Privilegii virtute, eorum Palatia extra urbem, & ſaltem extra ſtatu Eccleſiaſticum gaudent beneficio immunitatis, ut firmat Card. Tuſch. *in com. concl. tom.* 3. *littera E. concluſ.* 9. *num.* 12. Mar. Ital. *de immunitate Eccleſiaſtica lib.* 1. *c.* 4. §. 9 *num.* 22. *& ſequent.* Farin. *loco citato num.* 274. Peregr. *de immunitate Eccleſiaſtica cap.* 4. *num.* 75. *in fin.* Diana *reſol. moral. titulo de immunitat. Eccl. reſolut.* 37. quod eo libentius ob dignitatis celſitudinem tenendum cenſeo, quod videmus

† Epiſcoporum palatia in propria Diœceſi hujuſmodi gaude- 9
re immunitate, etſi diſtent ab Eccleſia, & careant oratorio juxta veriorem, receptioremque ſententiam, de qua teſtatur Farin. *in tract. de immunit. Eccleſ. num.* 272. & quam tenet Anaſt. Germon. *de Sacr. templ. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 45. *& ſeq.* Franc. Leo. *in Theſ. fori Eccl. lib.* 1. *c.* 4. §. 9. *num.* 1. *& ſeqq.* Gambacur. *in eod. tract. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 7. Alex. Peregr. *in ſimil. tract. c.* 4. *num.* 69. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. *in* §. *fin. q.* 30. *n.* 10. Giurb. cum congeſtis *conſ. crim.* 1. *numer.* 13. Guazzin. *reor. defenſor.* 1. *cap.* 37. *num.* 22. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæſt.* 5. Suard. *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 2.

Cum itaque domus clerici non gaudeat Immunitate, nec illius perſona in hac facti ſpecie habenda ſit in conſideratione, prætendebatur curiam laicalem impunè in eadem domo perquirere potuiſſe dictos Vitulos, & quatenus in ea reperti fuiſſent, abducere. † Et eo magis, quod miſſi fuerant in exe- 10
cutione proclamatis editi ab officiali Sereniſſimi D. Ducis ad quem ſpectat concedere leges circa ea, quæ pertinent ad juſtam vivendi rationem ac Reipublicæ conſervationem; ad tradit. per Molin. de Juſt. & jur. *diſput.* 31. *concl.* 6. Ubi quod Clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem eundem habent rectorem Principem ſæcularem, cujus legibus gubernantur & ſubiiciuntur. Sequitur Ambroſ. *de Immunitat. Eccleſ. capit.* 21. *numer.* 6. Menoch. *conſil.* 800. *per totum.*

Addebatur hic tractari de fraude à laico contra Gabellam, & Principis proclamata commiſſa, † quo caſu licitum eſt 11
capere bona quocunque in loco, ut in fortioribus terminis ſecundum quoſdam dicitur de mercatore decocto, ſive de fure, bona in Eccleſia occultante ut ſcilicet hujuſmodi bona poſſint ex Eccleſia auferri, & reddi Domino, ne detur materia delinquendi & fraudandi, ad tradita per Farin. *de Immun. Eccleſ. cap.* 3. *num.* 65.

Si itaque dicti birruarii jure poterant prædictam perquiſitionem facere, proculdubio nec carcerari debebant, nec vllam merebantur pœnam; præſertim cum illam fecerint ipſo Clerico non contradicente; † non enim fit injuria, 12
nec violentia violenti *l.* 1. §. *vſque adeo ff. de Iniur.* Surd. *dec.* 594. *num.* 5. Maſtrill. *dec.* 170. *num.* 8.

Quin † etiam ſi Clericus reclamaſſet, & actus de ſe ali- 13
qualiter in delictum ſonaret, cum tamen non fuerit conſummatus, ex quo vituli non ſunt inde ablati, attenta facti levitate, nulla pœna ordinaria vel extraordinaria puniri poſſe videbantur Bertazz. *in conſ. crim.* 274. *num.* 7. Guazz. *defenſ. reor.* 33. *c.* 24. *num.* 8. *& ſeq.*

Quibus tamen minimè refragantibus, contrarium determinavi, ex multis, & præcipuè quia nullo modo conſtabat ad d. Clerici domum adductos fuiſſe prætenſos vitulos, ſed & quatenus etiam conſtaſſet, non tamen inde continuò ſequebatur illos eſſe ſub laicarum perſonarum dominio, dato enim, quod in dicta domo reperti fuiſſent, cur non po- 14
tius cenſendi forent ipſius Clerici? cum in dubio bona in domo reperta, domini domus eſſe præſumantur, ad tradita per Maſcard. *de prob. volum.* 1. *concluſ.* 213. quin etiam circunſcripta hac præſumptione, certè ejuſmodi cauſæ cognitio nullo pacto ad Judicem laicum, ſed omnino ad Eccleſiaſticum ſpectaret, ut in ſimili dicimus, quod † 15
quando res apud Clericum reperitur, & diſputatur, an eiuſmodi ſit, ex qua ſolui debuiſſet vectigal, id per Judicem Eccleſiaſticum eſt cognoſcendum, ut firmat Foller. *ſuper conſt. regni. in tit. de Sacroſ. Eccleſ. c. ſtatuimus numer.* 9. *circa med.* & dixi latius in *deciſ.* 12. *n.* 65.

Sic † pariter ſi quæſtio vertitur inter Clericum, & pu- 16
blicanum, an res, quam ipſe Clericus extrahit, vel invehit in civitatem ſit cauſa proprii uſus, vel in fraudem, aut ad negotiandum, vel an ſit alicuius laici, juxta terminos caſus

sus nostri, non posse causam cognosci per Procuratorem Cæsaris, sed ad Ordinarium spectare, firmat Bertach. *in tract. de Gabell. in 7. qu. princ. col. 5. ver. nec præterea*, sequitur Ferret. *etiam de Gabell. n. 433.* Rol. à Vall. *cons. 72. nu. 25. libr. 4.* dixi *d. dec. 12. nu. 65.*

Hæc autem à fortiori procedunt, quoties bona jam in domo Clerici reperiuntur; si enim fas esset seculari absque Iudicis Ecclesiastici authoritate ejusmodi facere perquisitiones, ac inde bona extrahere sub prætextu, quod ibi à laicis occultata fuissent, jam liceret satellitibus omnes Clericorum domos evertere, bonaque eorum propria sub isto colore diripere, & sic per indirectum trahere Clericos ad curiam secularem, ubi probare cogerentur bona esse propria, & consequenter universam Ecclesiasticam libertatem subuertere, quo
17 nil absurdius excogitari potest; † præsertim cum semper Laici sint Clericis infesti *cap. laicos 2. qu. 7. c. Clericus de Immun. Eccl. in 6.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. c. 34. nu. 2.* & frequenter contra Clericos insurgant ardentes in ipsorum odium *d. cap. laicos* Socc. Sen. *in cap. pervenit nu. 265. extra de sent. excomm.* Præcipuè quando agitur de libertate Ecclesiastica Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 4. extra de constit.*

18 Adeò † ut negari non possit quin personæ Ecclesiasticæ sint in foro, Laicorum miserabiles personæ, ut ajebat Duard. in *Bulla Cœnæ Domini lib. 2. can. 18. quæst. 5. numer. 10.* Marta *de iurisd. part. 4. cap. 49. num. 16. dixi supra decis. 8. nu. 16.*

19 Et † in terminis, quod in domibus particularium, hujusmodi perquisitiones fieri nequeant, etiam ubi prætenditur occultatio rei furtivæ, est text. *in §. conceptum ibi cum enim requisitio rei furtivæ, hodie secundum veterum observantiam non sit &c.* & ibi tenent Ioan. Fabr. Io. de Plate, & Aret. *Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. l. 1. §. hoc autem senatus* ubi glos. *in ver. prædia* & Bart. & Angel. *ff. de serv. fugit.* cum aliis, quos refert, & sequitur Boer. *dec. 174. nu. 1.*

Absurdum autem, quod dicebatur oriri si Laicorum bona clypeo Clericorum à Principis eximerentur jurisdictione, ex eo cessabat, quia nec constabat vitulos fuisse in d. domo occultatos, nec ubi occultati fuissent, potuisset Iudex secularis ibidem jus dicere; & declarare, an illi ad Clericum vel Laicum pertinerent, sed ad me recurrendum fuerat, qui non fuissem passus illius Clerici Clypeo fraudes committi.

Minus obstat id, quod dicendum est in concernentibus politicam temporalem, Laicos, & Clericos, eundem ha-
20 bere rectorem Principem sæcularem; † Tum quia regularitas demum procedit, si princeps nullatenus personas, vel bona Clericorum attingat, ut declarat Alex. Ambros. in loco ex adverso citato *de Immun. Eccles. cap. 21. numer. 25. & 26. & in decis. 39. numer. 22.* & contra Menoch. benè excutit Surd. *consil. 301. numer. 45. & seq. lib. 3.* latè Mexia *de Taxæ panis concl. 5.* Giurb. *consil. crimin. 90. num. 14.* & ego latissimè deduxi in *dec. 12.* in qua ex professo reprobavi *d. cons. Menoch. 800.*

21 Tum † etiam quia assumptum procedere quidem possunt non quo ad vim arctativam, seu coercitivam, sed duntaxat quoad vim directivam, ut communi calculo firmant Theologi, & Canonistæ, quos pleno calamo congessi & latè sequutus fui in *dec. 13.*

22 Unde † quamuis peccent Clerici non obedientes proclamantibus justis, jurique Canonico non impugnantibus ac publicam concernentibus utilitatem, non tamen peccant contra ipsa proclamata, quæ eos ob jurisdictionis defectum nullatenus afficiunt, sed contra jus divinum, vel naturale, vel Canonicum, cui ea sunt conformia, secundum tamen ea quæ dixi in *decis. 13.* & est ex communi declarat. Azor. *instit. Moral. lib. 5. cap. 12. ver. si quæras & ver. 40. quæritur to. 1.* & idem Ambros. *d. cap. 21. n. 27.* & Graff. *de effect. Cler. eff. 2. num. 174. in fine &* Molfet. *qu. 7. num. 46. & seqq.* Vigna *in tract. de Immmun. Eccl. disp. 2. concl. 5.* Filiuc. *tom. 2. tract. 35. cap. 4. nu. 84.* cum aliis novissimè adductis à Diana *resol. moral. par. 1. tract. 2. de Immun. Eccl. resol. 7.*

23 Et † ita intelligendus est Vinc. de Franch. in *dec. 9.* dum asserit Clericos non esse omnino exemptos à legibus secularibus, quatenus ad Reipublicæ tranquillitatem spectant, aliàs enim ejus doctrina salvari nullatenus posset, ut advertit Ant. *lib. 1. Variar. resol. 97. num. 8. &* Diana *loco citato.*

24 Tum † denique quia ipsi Nol. & Ambros. ex adverso citati plenissime firmant quod ubicumque ob dictorum proclamatum contraventionem esset adversus clericos procedendum, id non ad Iudicem sæcularem, sed ad Ecclesiasticum pertinet, & sic eorum doctrina retorquetur; & hoc idem docuere Salyc. & Dec. *in auth. cassa nu. 16. de Sacros. Eccles.* Lupus *in repet. cap. per vestras §. sed ex pulcra nu. 12. de donat. inter vir. & uxor.* Carpan. *ad statut. Mediolan. p. 2. c. 247. nu. 30.* cum per eum congestis Surd. *cons. 301. nu. 34. lib. 1.* qui testatur id omnes fateri, imò nec inficiatus est Menoch. adversus Ecclesiam scribens in *cons. 800. nu. 17. & 19. lib. 8.* ubi alios cumulat, quæ omnia sanè intelligenda sunt juxta per me dicta in *d. dec. 12.* omnino videnda.

Quorsum igitur petuntur Mol. & Ambros. ad comprobandam executionem seu perquisitionem authoritate Judicis laici factam in domo clerici, & de rebus, quæ controversum est an ad ipsum, vel ad laicos pertineant?

Minus refragatur illud simile, adductam de mercatore decocto, vel fure, cui bona, cum quibus confugit ad Ecclesiam auferri possunt ne causa detur fraudandi, quia, præterquam quod negabatur dictos vitulos fuisse in fraudem invectos, cum non constaret eos esse alicujus Laici † respondeo, 25
imò Judicem Laicum nullatenus posse decoctores, vel fures spoliare bonis, cum quibus ad Ecclesiam confugerunt text. est clarus in *c. diffinivit. 17. qu. 4.* & fatetur Boer. *dec. 109. n. 3.* Jo. de Visch. *in tr. de Immun. Eccl. nu. 1. & 56.* Remigius de Gonn. *etiam de Imm. Eccl. qu. 13. nu. 1. & 2.* & Suar. *de statu Relig. to. 1. tract. 2. lib. 4. c. 8. per tot.* Bellett. *disquis. Clerical. tit. de fav. cler. reali §. 4. nu. 21.*

Est † verum, quod ubi debitor vel fur, ad Ecclesiam con- 26
fugiens, ibidem res detineret alienas, posset de licentia Episcopi vel Vicarii illis expoliari, ad effectum, ut veris dominis redderentur, & ita in similibus casibus judicandum esse tradit Suar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 12. nu. 3.* Dec. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28.* Farinacc. *de carceribus & carcerat. qu. 28. nu. mihi 58.* & ita in effectu loquitur Covarr. (qui quandoque à Judicibus laicis mihi pro contraria parte citatus fuit) *Variar. resol. cap. 20. num. 15. ver. 28. & nu. 18. ver. 36.* novissimè Alex. Peregrin. *de Imm. Eccles. cap. 13. nu. 7.* si autem bona propria confugientis, & per ipsum asportata, sint extrahenda *Sac. Congr. super controversis iurisdictionalibus in una Neritonen. 17. Ianuarii 1628.* censuit posse per ordinarium extrahi; sed pro licentia ad eandem *S. Congreg.* recurrendum, & quamvis Peguer. *dec. 160. num. 5.* dicat furi auferri posse in Ecclesia à Curia laica bona furata, id tamen intelligitur, prævia Episcopi licentia, alias secus Peregr. *de Immun. Eccl. cap. 12. sub num. 8. vers. adverte* Guttier. cum per eum relatis *pract. qq. lib. 1. quæst. 1. num. 21.* Farinac. *de Immun. nu. 218.* imo non à Judice Laico etiam cum d. licentia, sed ab Ecclesiastico d. bona sunt extrahenda, ut dixi *dec. 127. num. 123. & seq. par. 2.*

Et sic † nihil, quod pondus habeat, adductum fuit ad sus- 27
tentandam perquisitionem, quam satellites publicanorum in domo clerici absque mandato Judicis competentis facere; qui propterea eundem clericum injuria affecerunt, & proinde actione injuriarum tenentur *l. iniuriarum §. fi. & leg. is qui domum ff. de iniur. l. 3. ff. de acquir. rer. dom.* Boer. *dec. 174. num. 5.* Unde ingrediendo posteriorem inspectionis partem, tametsi in nullam inciderint censuram, † poterant tamen 28
per Ecclesiasticum Judicem puniri *cap. olim. de iniur. capitul. cum desideres & c. Parochianos* ubi Abb. *numer. 5. de sent. excom.* Abb. *in cap. 2. nu. 1. de pœn.* Felyn. *in cap. cum sit nu. 18. de for. compet.* Rol. *cons. 24. nu. 11. volum. 2.* Thes. *dec. 24. nu. 2. & 3.* Decian. *in tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 26. nu. 1. & 22. cum aliis congestis* per Bellett. *disqu. Cler. tit. de favore clericorum reali §. 4. nu. 13.*

Quemadmodum, † & puniendi erant, quia jurisdictio- 29
nem Judicis Ecclesiastici turbaverant Innoc. *in cap. dilectus ver. nisi turbantes extra de pœnis DD. in cap. dilecto de sent. excom. in 6.* cum aliis allatis per Martam *de Jurisd. par. 3. cap. 1.* per totum.

Idque † sibi locum vendicat, etiam ubi Judex Ecclesiasti- 30
cus procederet uti delegatus Innoc. *in cap. 1. num. 10. de off. deleg.* & ibi Bellam. *nu. 1. vers. 2. opponitur.* Anton. de Butr. *n. 2. & n. 8. in 6. not.* Felyn. *n. 14.* Abb. *n. 4. in ultimo not. & n. 6.* Bero. *ante n. 1.* & post multos alios Farin. *q. 113. n. 67. & cons. nu. 5. lib. 2.* Surd. *cons. 42. nu. 19.*

Et ratio est in promptu, † quia turbans Ecclesiasticam Ju- 31
risdictionem efficitur de foro Ecclesiæ *c. olim. de Iunior.* & ibi gloss. Butr. *in 3. not ab.* Abbas *primo not ab.* Innoc. & Butr. *in c. cum dilectus extra de pœnis.* Plurimos congerit Bobadill. *in sua politic. lib. 2. c. 19. nu. 85.*

Et † est regulare ut ratione offensæ jurisdictionis, qui alias 32
non erat Judex efficiatur Iudex *l. addictos C. de Epis. audien.* Genuen. *in Praxi Arch. Neap. 11. cum relatis.*

33 Ubi † rectè advertit id non procedere in Judice laico à Clerico offenso; Is enim nullatenus offici potest Iudex illius competens, utpote omnino incapax Iurisdictionis in eum, ut post alios tradunt ex recentioribus Azor. *p.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 12. *qu.*1. *ver. sed dubitari* Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.*2. *can.* 15. *qu.*18. *num.*73.

34 Quinimo † laici turbantes Ecclesiasticam jurisdictionem non modo puniri possunt, sed insuper quotannis excommunicantur in *Bulla Cœnæ Domini*, ut advertunt etiam Covarr. *in cap. Alma Mater p.* 1. §. 9. *nu.*6. *de sent. excom. in* 6. & Marta *de Iurisd. p.*3. *cap.*1 *num.*4.

Cum itaque per solam perquisitionem & Clericus offensus, & jurisdictio violata fuerit, non est opus ingredi quæstionem an ex quo actus abstrahendi vitulos à d. Domo consummatus non fuerit, delictum sit punibile, quia, ut dixi, satis est punibilis ipsa perquisitio per se sumpta.

Et ex his prædictos satellites coerceri volui ac D. Gubernatori me in posterum paratum exhibui brachium Ecclesiasticum impertiri adversus occultantes bona in præjudicium ve-
35 ctigalis in Clericorum domibus: † & ita altera alteram jurisdictionem adiuvabit, uti consentaneum est *capit. quoniam* 10. *dist.*1. *ver. licuit* 17. *dist. capitul. cum ad verum* 96. *distin. cap. Princeps cap. administratores & c. res autem* 23. *quæst.* 5. *cap.* 1. & ibi Hostien. *num.* 7. *&* 8. Bald. *num.* 15. Abb. *nu.* 10. *& seqq. de off. ord. cap. dilecto de sent. excom. in* 6. Covarr. *pract. qq. c.*10. *nu.*1.

36 Sicque † evitabuntur scandala, quæ oriri consueverunt, ubi alter alterum turbat, cum nimis sæpe videamus tum Ecclesiasticos tum Laicos Iudices sui limitibus non contentos, plus, quam sat est, conari se ipsos turbare, & invicem excludere, ut ajebat Sessa in *tract. de Inhibitio. capit.* 8. §. 3. *numer.* 4.

ARGUMENTUM.

Iudex sæcularis Clericum vel Monacum absque sui Superioris licentia examinans an & quando incidat in excommunicationem; & an & quando hujusmodi dispositio teneat; & an & quando, & à quo Iudice Clericus cogi possit ad testimonium perhibendum. Ad ornatum *Can.* 15. *&* 19. *Bullæ Cœnæ Domini.*

SUMMARIUM.

1 *Clericus in foro Laico examinari non debet.*
2 *Clericus non cesset à Laico examinandus, absque licentia sui Superioris.*
3 *Licentia examinandi Clericum debet apud acta relinqui.*
4 *Clericus an debeat jurare in manibus Laici examinantis, vel in manibus Ecclesiasticæ personæ.*
5 *Clericus in causa criminali non est examinandus* & numer. seq.
6 *Episcopus non debet concedere licentiam Clerico deponendi coram Laico in causa sanguinis.*
7 *Episcopus non debet suis familiaribus Laicis licentiam impertire se examinandi in causa sanguinis.*
8 *Episcopus non debet licentiam concedere Clericis se examinandi in causa sanguinis, etiam si agatur de probando delictum in genere.*
9 *Episcopo concedendi Clerico licentiam deponendi in causa sanguinis non est obtemperandum.*
10 *Trahere Clericum ad Laicum tribunal quis dicatur, ad interpretationem* Canonis XV. Bullæ Cœnæ Domini.
11 *Judex Laicus examinans Clericum volentem, non incidit in excommunicationem, licet quandoque peccet,* limit. ut nu. seq.
12 *Iudex laicus examinans Clericum, ut principalem in se & testes in alias, incidit in* Bullam Cœnæ Domini.
13 *Iudex Laicus examinans Clericum sponte ad se purgandum comparentem, non incurrit excommunicationem, licet nulliter agat.*
14 *Clerici depositio sine ordinarii licentia in causa civili valet.*
Nisi opponatur de licentiæ defectu nu.18.
15 *Clerici testimonium an, & quando sit integrum si absque ordinarii licentia reddatur.*
16 *Testificari quis sponte tenetur, ubi proximus grave detrimentum patitur.*
17 *Clerici & aliæ personæ privilegiatæ testificari tenentur, etiam sponte in subsidium.*
18 *Naturæ, & charitatis lege quando quis teneatur læsæ parti favere.*
19 *Clerici depositio in criminalibus sine ordinarii licentia, an, & quatenus probet, &* nu.21.
20 *Testes contra juris dispositionem examinati indicium non faciunt.*
21 Guidop. decis. 65. in princ. & Natt. cons.394. nu.3. & 4. *conciliantur.*
22 *Clericus si deposuit in causa sanguinis, an, & quando efficiatur irregularis, & infamis,* & n. seq.
23 *Clericus deponens per vim, & metum excusatur à peccato, non ab irregularitate.*
24 *Clericus deponens coram Laico sine ordinarii licentia an, & quando puniatur.*
25 *Clerici, & Religiosi tanquam privilegiati non coguntur regulariter ad testamentum prohibendum.*
26 *Clerici in subsidium coguntur ad deponendum tam in civilibus, quam in criminalibus.* Intellige ut nu. seqq.
27 *Clericus ubi veritas aliter haberi potest, si non actus, saltem habitu; non cogitur deponere.*
28 *Clericus in causa sanguinis etiam in subsidium non cogitur deponere.*
29 *Clericus non cogitur in causa criminali criminaliter intenta deponere.*
30 *Monitoria non conceduntur in causa criminali.*
31 *In monitoriis de stylo curiæ, Romanæ, aliarumque Urbium apponitur clausula, quod non nisi pro civili causa fidem faciant.*
32 *Praxis consignandi revelationes, ut iis non liceat uti in criminalibus.*
33 *Laicus ad Clericatum aspirans an cogatur testimonium perhibere.*
34 *Iudex laicus cogit Clericos ad deponendum ubi de jure sunt cogendi.*
35 *Contrarium est verius, & Iudex cogens incidit in excommunicationem* & nu. seq. *non obstante consuetudine vel tollerantia* nu.37.
36 *Clerici ad deponendum in casibus permissis sunt ab ordinario cogendi.*
37 Bulla Cœnæ *improbat consuetudines, & tollerantias illi contrarias.*
38 *Episcopus vel Inquisitor non procedit contra officialem Sedis Apostolicæ.*

DECISIO L.

CUria sæcularis visitavit, examinavit Clericum repertum in platea magna vulneribus confossum & neci valde proximum: quo cognito, illius Uerbis Episcopus, citari fecit D. Gubernatorem, ad videndum declarari se incidisse in excommunicationem Summo Pontifici reservatam; prætendebat enim d. Gubernatorem una cum suis Ministris incurrisse excommunicationem *Bullæ Cœnæ Domini*, duplici de capite; & quod traxerit Clericum ad suum Tribunal contra *can.* 15. ejusdem *Bullæ* & quod usurpaverit jurisdictionem ad Iudices Ecclesiasticos spectantem contra *can.* 19. *dict. Bullæ* Quod autem jurisdictionem usurpaverit Ecclesiasticam clarè suaderi dicebat † *ex can. testam. ii qu.*1. ubi Divus Sylvester 1
Papa una cum Romana synodo inquit, *testimonium Clerici adversus Laicum nemo recipiat. Nemo enim quemlibet in publico examinare præsumat nisi in Ecclesia.*

Hæc autem pro materiæ enucleatione confirmari poterant ex eo, quod in fortioribus terminis tradunt nostrates, † nec 2
quidem in civili causa posse Clericum absque sui otdinarii licentia coram Laico examen subire *cap. super prudentia* §. *potest ver. iubente Episcopo*, & ibi glos. *in verb. potest.* 14. *qu.* 2. *cap. quamquam* §. *si autem eventu*, & ibi glos. *in figurat. casus eod. can. & qu. gl. in dict. cap. testim. & ibi* Archid. *num.* 3. *in fid. Præposit. num.*1. Innoc. *in cap. cum P. de Accus.* Abb. *in c. cum nuncius num.*3. *& ibi* Felyn. *nu.*3. *de testib.* Alex. *consil.* 65. *circa fin. volum.*2. Paris. *cons.*83. *nu.*35. *volum.*1. Natt. *cons.* 39. *nu.*1. *vol.*4. Cravet. *cons.*2. *nu.*1. *vol.*1. Genuen. *in Prax. Archiep. cap.*43. *nu.*4. & ita de consuetudine servari affirmat Franc. Marc. *dec.*777. *nu.* 4. *par.*2. ubi quod dictam licentiam concedere potest sequitur Diaz. *in pract. crim. can. c.*98. *alias* 101. *sub nu.*23. quidquid secus, & malè senserint Guidopap. *dec.*65. *nu.* 2. *& ibi* Pet. Matt. *ejus addit. &* Ceneda *ad decr. collect.*37. *nu.*10.

De

3 De † qua quidem licentia constare debet in actis Curt. *in tract. de testibus concluſ.49. in fin. ver. oportet ergo* Joan. de Ami. *conſ.77. numer.18.* Sylvan. *conſ.16. numer.17. ver. plus dico & numer.8.* quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. Cleric. tit. de Clerico teſte §.2. ſub numer.5.* ubi addit, † eo in ca-
4 ſu non poſſe Clericum in manibus Judicis ſæcularis jurare, ſed in manibus Vicarii, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, quod ante eum voluit additio magna ad Abb. *in cap. cum nuncius littera C. extr. de teſtib.* ubi ad hoc perperam citat *ſpecul. in titul. de teſte §.1. ver. item excipitur, qui eſt* Monachus & Bald. *in leg. quoniam in 1. notat. Codic. de teſtibus* id non dicentes. Imò hac in re contrarium, ut ſcilicet Clericus, petita licentia à ſuo ſuperiore deponendi coram Judice Laico, poſſit in manibus eius jurare, firmat idem Abb. *in capit.1. numer.20. in fin. & numer.21. extr. de Iuram. calum.* ubi rationem reddit; quia quamvis prohibitum ſit, ne Clericus juret ſine licentia ſui Prælati *dict. cap.1. circa fin. cum ſua gloſs. fin. cum concord.* non tamen dicitur, eum jurare debere in manibus Epiſcopi, vel alterius Clerici ejus mandato: hoc enim in caſu licentia haud eſſet neceſſaria. Eandem opinionem tenuit idem Abb. *in cap. cum nuncius ſub num.3. de teſtibus* ubi reſpondet ad *cap. teſtim. ii quæſt.1. & ad cap. nullus ex Eccleſiaſticis 22. quæſt.ult.* dicens quod attenta licentia ſui Prælati jam dicitur Clericus honorificè jurare, & deponere, idemque tenet; & ita obſervari teſtatur Franc. Mar. *deciſ.77. in fine part.2.* & re vera ferè ubique ita practicari vidi. Nam alioquin Judices ſæculares nolunt eos in teſtes recipere: Ubi tamen conſuetudo viget jurandi in manibus Eccleſiaſticæ perſonæ, ea omnino ſervanda eſt, quia valde laudabilis. Imò advertendum eſt, quod non attenta præfatorum ſcribentium ſcientia, aliquorumque locorum conſuetudine; curia Romana declaravit licentiam ordinariorum non ſufficere; ſed neceſſe eſſe illam à Sede Apoſt. impetrare, provt de facto ſæpe ordinarii illam à Sac. Cong. requirunt, & obtinent.

5 Sed † quicquid ſit de hoc dicebatur abſque licentia in criminali cauſa præſertim ad offenſam, & in delicto pro quo pœna ſanguinis irroganda venit, examinari nullatenus potuiſſe propter periculum irregularitatis. Abb. *in cap. cæterum num.* 1. ubi Felyn. *num.1. de teſt.* Boſſ. *in pract. crimin. tit. de oppoſ. contra teſt. numer.91.* Clar. atteſtans *de com. opin. in §. fin. qu.* 24. *num.8. ver. vlterius quæro & numer.9. ver. ſed quid* Natt. *conſ.394. num.1. & ſeqq. volum.2.* cum aliis congeſtis per Farin. *de teſtibus quæſt.61. num.66.* & ex Theologis idem ſenſere D. Thom. *2.2. q.7. art.1. cap.3.* Sotus *lib.5. de inſt. & jure quæſt.7. art.1. in fin.* Avila *in tract. de cenſ. par.7. diſput.5. dub.* 13. *& alii paſſim.*

6 Quod † adeo verum eſt ut nec quidem Epiſcopus, ubi pœna ſanguinis venit irrogandi licentiam deponendi coram laico clericos concedere debeat, ut per Treviſan. *deciſ.* 30. *lib.2.* Mart. *de Juriſd. lib.4. caſ.117. num.4.* Maiol. *in tract.*
7 *de Irreg. lib. 2. cap.6. num.11.* ubi plus dicit, † Epiſcopum non modo clericis; ſed nec etiam ſuis familiaribus laicis licentiam præfatam concedere debere, quia ex iſtis cooperatio-
8 nibus, ipſe Epiſcopus fieret irregularis. † Quæ quidem procedunt non modo ubi agitur de probando delicto in ſpecie, ſed etiam ſi ageretur de illo probando ingenere, ut contra Ferd. Garz. firmat Farin. *de teſtibus qu.61. n.59. & 91.* ſequitur Genuen. *dict. c.43. ſub num.3.* quin † etiam non modo
9 non debet, ſed nec etiam dictam licentiam ordinarius concedere poteſt, quam ſi de facto conceſſerit, non eſt illi obtemperandum, ut per Goffr. *in Sum. tit. de teſtibus cogend.* Innoc. *in c. dilect. eod. tit.* Diaz. *in pract. crim. cap. in dict. c.* 98. *aliter* 101. *n.26.* Avila *de cenſ. p.7. diſp.5. dub.13.*

Cum itaque dict. Gubernator propria auctoritate, præfato Clerico vulnerato juramentum detulerit, illumque in capitali cauſa examinaverit, utique & ad ſuum tribunal illum traxiſſe, & in eum ſibi juriſdictionem vindicaſſe videbatur, ac propterea duplici cenſura irretitum remaniſſe.

Cauſa ad me delata dixi, dictum Gubernatorem nequaquam hac de re moleſtandum fuiſſe, quamvis enim ſi dictum Clericum invitum examini ſuppoſuiſſet, incidiſſet proculdubio in excommunicationem à Bulla Cœnę inflictam, vt dicam infra *n.35. & 36.* Cum tamen Clericus ſponte ſua examen ſubiuerit, utique dici non poteſt, quod Gubernator illum ad ſuum tribunal traxerit, neque in illum juriſdictione
10 uſurpaverit: † Is enim trahere dicitur, qui aliquem ex prętenſa juriſdictione ad ſuum judicium quaſi nolentem adducit; trahere enim, actionem moraliter violentam, ſive aliquam coactionem importat, ut obſervat Suar. *de cenſ. diſput.21. ſect.2. numer.78.* & alii, quos tacitis nominibus ſequitur Bonac. *de cenſ. in partic. diſput.1. quæſt.16. ſect.1. punct.4. numer.3.* volenti autem nulla fit injuria neque fraus *iuribus vulgatis.*

Et † in terminis Judicem, laicum examinantem Clericum 11
abſque coactione ſive in civili, ſive in criminali cauſa ſine ſui Prælati licentia, non incidere in excommunicationem, tametſi contingere poſſit, ut malè faciat, & peccet, tradit Alterius *in tract. de cenſ. diſp.20. lib.5. cap.1. §. capiendo, ver. quæret quis.* idemque ut Judex examinans clericum ad rei veritatem indagandam, non incidat in dict. excommunicationem, † niſi examinaret illum, uti principalem in ſe & te- 12
ſtem in alios firmat Duar. *in Bulla Cœnæ Domini d. can.19. q. vlt. in fin.* & Bonac. *de cenſ. in partic. diſp.1. q.2. punct.2. n.10.* quorum uterque ad hoc citat Navar. *in conſ.33. de ſent. exco.* quod tamen *conſ.* in meo Cod. invenire non potui.

Quinimò † ſi Clericus de crimine imputatus, volens ſe 13
purgare, propria ſponte ſiſteret ſe coram ſæculari Iudice, Judex, tametſi nulliter eum examinaret, & malefaceret, non tamen incurreret in dictam excommunicationem, quia non diceretur d. clericum ad ſuum tribunal trahere, aut trahi facere, ut per Alterium *de cenſur. diſput.16. capit.1. colum.15. ver. poſtulavit aliquis* Duard. *in Bullam Cœnæ can.15. qu.10. numer.4.* Bonac. *de cenſ. in partic. diſp.1. q.16. ſect.1. punct.4. num.4.* quicquid ſecus opinatus fuerit Filliucius *tract.16. cap.* 10. *q.6. n.260.*

Contraria, quæ in ſe vera ſunt, non refragantur: licet enim clericus ſine Ordinarii licentia non debeat à laico examinari, & quandoque nec quidem cum licentia, non tamen continuo ſequitur, ut ſi de facto clericus examen ſubeat, Judex in excommunicationem incidat, ubi illum nullatenus coegit, ſed potius inde inferri poſſet fortaſſe, examen vel nullitati ſubiacere, vel in aliquo debilitari. Circa quod reſolutivè procedendo, ſciendum eſt † quod ſi clericus ſine or- 14
dinarii licentia in cauſa civili coram laico deponat, licèt male faciant, ejus tamen depoſitio valet, Specul. *in tit. de teſtibus §.1. num.36.* Abb. *in cap.1. num.17. de Iuram. calumn. & in capit. cum nuncius num.3.* vbi Felyn. *etiam n.3.* & Barbat. *de teſtibus* Aretin. *conſ.160. ver. venio ad octavum* latè Roland. *in conſ.24. à num.77.* vſque ad 82. *lib.1.* Farinacc. poſt innumeros, quos congerit in *tract. de teſtibus quæſt.81. numer.* 84. quod procedit etiam in Regularibus ſine Superioris, licentia deponentibus, ut poſt alios, quos refert, tradit Farinacc. *d. q.61. num.184.* cum aliis, quos adducit, & ſequitur Sanch. *in decal. lib.6. c.13. n.108.* Bellet. *diſq. Cler. tit. de cler. teſte §. 2. n.3. & §.3. num.5.* cum axiomatis rationes reddunt Abb. & Felyn. *in dict. cap. nuncius dict. num.3.* quia nempe, ut clericus non valeat abſque Superioribus licentia, coram laico deponere inductum fuit ex quadam concedentia, & honore ordinis clericalis, ne laicus videatur in eos auctorizare, unde tanquam levis ſolemnitas, omiſſa non vitiat actum *leg.1. ff. de ventr. inſpic. & facit gloſs. in cap. in ſumma* 60. *diſt.* Ultra quod quando clericus ſponte deponit, nullibi reperitur expreſe prohibitum, ſeu nullitati ſuppoſitum ejus examen, & licentia eſt quoddam accidentale, non autem de ſubſtantia teſtimonii, ut per Abb. in *dict. cap. nuncius ſub num.3. in fine.*

Dicunt † tamen DD. aliquid diminui de fide; ex quo 15
enim is eo modo examinari non potuiſſet, utique redditur ſuſpectus, tanquam ultronee ſe obtulerit, ſecundum Cravett. *in conſ.2. numer.5.* quem ſequitur Scarlatin. *inter conſil. crimin. diverſ. conſil.116. numer.20. lib.3.* Rimin. jun. *conſil.* 360. *num.15. lib.4.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.10. num.8.* Rota *deciſ.77. numer.12. part.2. diverſ.* quod quidem limitandum cenſeo ubicumque veritas ex natura rei, vel negotii aliter haberi non poſſit; † incivilibus enim, & pecu- 16
niariis cauſis quotieſcumque proximus grave damnum patitur, tenetur quis ultro ſe offerre ad teſtificandum, ut per D. Thom. *ſecunda, ſecundæ quæſt.70. quæſt.7. articul.1.* poſt Alexand. de Alex. *p.3. q.43. membr.1.* Sylveſt. *in ſum. verb. teſtis quæſt.8.* Sot. *lib.5. de Juſt. & iur. quæſt.7. art.1. & tract. de ſecret. tegend. membr.2. quæſt.3. poſt concl.3. dub.5.* Navar. *in cap. inter verba 11. quæſt.3. concluſ.9.* Corrolar. 64. *numer.713.* & in Manual. *cap.25. numer.44. & 46.* Salon. *2.2. quæſt.70. artic.1. controu. 2. concluſ.1.* Bann. ibidem *part.5. dub.1. concluſ.1.* Greg. *de Valentia tom.3. diſput.5. quæſt.14. punct.1. concluſ.1.* Roderiquez *in ordin. Judic. cap.* 7. *concluſ.6.*

Etiam † ſi ſit teſtis privilegiatus, ut per Navar. *dict. con-* 17

clus.6. n.812. Graff. *conf.1. num.1. de testib. cogen.* & alii apud Lazarium Canonic. *& pract. qq. de Monitor. sect.3. qu.11. nu.* 34. *& seqq.* ubi *numer.5.* rationem reddit, quia nempe naturæ, & charitatis lege tenetur quis parti læsæ fauere, a quocumque lædatur, quando læsus suo indiget auxilio: personæ verò prohibitæ, & privilegiatæ quo ad examen subeundum hoc habent ex solo jure positivo humano, quod quidem juri Naturæ, & Charitatis præcepto derogare non potest; & quamvis clerici coram Judice seculari sine sui Episcopi licentia id agere minimè debeant, vt patet ex jam dictis, & advertit Lazar. *lib. cit. numer.4.* & facientes malè agant; non tamen dici potest, eis diminui de fide tanquam ultronee se obtulerint; cum ad id in foro interno teneantur.

18 E † conversò si pars opposuit de dictæ licentiæ defectu, & adhuc clericus admissus fuit, non valere testimonium firmat Barthol. Socc. *in conf.17. num.16. vol.1.* sequitur Sanch. *in Decalog. lib.6. d.c.13. in fin.*

19 In † criminalibus, autem ad offensam idem, nempe non vitiari dispositionem sine tali licentia factam tenent Guidopap. *decis.65. in princ.* & Diaz. *in pract. crim. can. dict. cap.* 98. *num.25.* qui ad hoc reportat glois. Abb. & Doctores generaliter, & indistincte loquentes *in cap.1. de Jur. calumn.* idem in effectu tenere videtur Genuen. *in prax. Archiepisc. dict. cap.43. sub numer.4. in fin.* quatenus ipse quoque indistincte loquitur. Cujus tamen contrarium frequentiori calculo tradidere scribentes, nimirum clericum in criminali causa sine hujusmodi licentia examinatum nullum facere probationis genus, sed neque indicium, & signanter post Jo. de Isern. quem citat consuluit Natt. *conf.394. num.3. & 4. lib.* 2. Gram. *conf.3. numer.9. & seqq.* Foller. *in prax. crimin. infragm. numer.9. in fin.* Marsil. *in singular.123. numer.6. & sic in istis* ubi quod nec facit indicium ad interrogandum, Alex. de Nevo *inter conf. crimin. divers. conf.117. num.34. lib.1.* Caravit. *super rit.* Magn. *cur.144. num.5. ver. & illud* Farinac. *de testibus quæst.61. n.61.* Carol. de Graff. *effect. cleric.10. n.19.* Bellet. *disq. cleric. tit. de cler. teste §.2. numer.8.* Hujus autem sententiæ rationem reddit Natta & post eum nonnulli ex præfatis Doctor. *locis cit.* quia scilicet clerici in criminalibus repelluntur à limine depositionis *cap. testimonium 11. quæst.1.*

20 *cum concord.* † & ubi testes sic repelluntur tunc examinati contra juris prohibitionem, indicium non faciunt Bald. & Salycet. *in leg. servos Cod. de testib. & in l. matris in fine ff. de probat.* de quo tamen articulo ubi latè Farinac. *quæst.62. num.* 261. *cum multis seq.*

Cæterum si veritatem amamus, hic adest implicantia in terminis, dum enim ttactatur duntaxat de licentiæ defectu, jam supponuntur termini habiles, & sic quod cum licentia, examinari valeant; præterquam quod non semper clericus in criminalibus testificatur, prohibetur, imò quandoque

21 cogitur, ut infra dicetur; † Unde arbitror, has pugnantes Doctorum opiniones fœdere distinctionis conciliari posse; ut nempè prior vera sit in criminali causa civiliter mota, vel ad defensam, posterior verò in criminali criminaliter intentata, maximè si agitur de pœna sanguinis, per ea quæ dicam infra *nu.26.* & *seqq.* in quibus duobus casibus clericus non cogitur deponere, ut infra dicemus.

22 Si † autem clericus sine licentia in causa sanguinis deponit, vltra quod non probat, secuta morte, vel mutilatione delinquentis, efficitur irregularis *arg. cap. sententia extr.* Ne Cleric. vel Monac. *specul. in tit. de dispens. §. juxta veritatem litigiosus* Cravett. *conf.2. numer.1.* ubi quod etiam efficitur infamis Maiol. *in tract. de irregul. lib.2. cap.8. num.1. & seqq.*

23 ubi † hoc extendit etiam ad eum, qui per vim vel metum deposuit qui licet evadat peccatum mortale; non tamen euitat irregularitatem Diaz. *in pract. crim. can. cap.98. numer.21.* ubi ampliat etiam si clericus deposuerit præmissa protestatione de qua in *cap. postulasti de homic.* & citat gloss. & Fel. ibid.

24 Quod † si neque mors neque membri mutilatio ex tali dispositione sequuta fuerit, adhuc tamen ab Episcopo arbitrariè est puniendus, ut per Diaz. *dict. cap.98. sub numer.21.* ubi receptum vidisse testatur, quando causa de sui natura pœnam sanguinis exigebat, cumque sequitur Avila *de censur. part.7. disput.5. sect.2. dub.13.*

Ego arbitror, etiam si in levioribus causis sine licentia deposuerit, ab Episcopo coerceri posse, cum rem fecerit à sacris Canonibus sibi prohibitam: sed ad omnem hæsitationem amputandam, solent vigilantes Prælati eandem prohibitionem in Synodo innovare.

Dixi autem, quandoque Clericos non modo examinari

25 posse coram Judice laico, sed etiam cogendos esse, † quia licet clerici, & Religiosi sint ex personis privilegiatis, & regulariter cogi non possint ad testimonium, perhibendum *l. nec honorem C. de Epis. & Cleric. cap. fin.14. quæst.2.* in † subsidium tamen, & quando veritas aliter haberi non potest, 26
clericum, etiam in sacris constitutum, tam in civilibus, quam criminalibus cogi posse ad deponendum coram laico est textus in *cap. quamquam* in illis verbis *Vbi nullæ idoneæ seculares inveniuntur personæ, ne veritas occultetur 14. quæst.2.* tradunt Ant. de Butr. *in c. cum nuncius sub numer.5.* & ibi Abb. *num.3. extra de testibus* Aretin. *in cap. de cætero num.3. eodem tit.* Alex. *conf.65. num.7. ver. quod intelligitur volum.2.* Natta *conf.394. n.1. & 7.* Gram. *conf.3. num.8.* Genuen *in prax. Archiep. Neap. c.43. n.6.* Bellet. *disqu. cler. tit. cler. teste §.2. n.13.* Carol. de Graff. *effect. cler.10. n.28.*

Intelligendo † tamen, ubi veritas, nec actu, nec habitu 27
haberi potest juxta ea, quæ generaliter tradunt Doctores de teste inhabili, vel privilegiato, de quo Farinac. cum per eum congestis, *de testibus quæst.62. cum sequent.* innumeros coacervat Pacian. *de probat. lib.1. cap.9. num.30.* & ibi add. *littera D.* & ita in terminis nostris firmant Natta *dict. consil.* 394. *n.7.* Gram. *conf.3. nu.8. ver. est tamen advertendum* Caravit. *ritu.144. n.6.* Farin. *q.61. n.27.*

Rursus † intelligendo dummodo non agatur de pœna san- 28
guinis, tunc enim, ubi etiam aliter veritas haberi non potest, clericus non debet, nec cogitur examinari, propter periculum irregularitatis, quod nec quidem per contrariam protestationem, evitari potest, ita firmat Natta ubi supra *numer.1. & 2.* cum aliis quos cumulat Mascard. *de probat. lib.1. conclus.306. sub numer.6.* & uberius Farinac. *dict. q.* 61. *num.59.*

Quin † etiam secundum Mart. *in tractatu de Jurisd. p.4.* 29
cas.117. num.2. verior est opinio, ut etiamsi non agatur de pœna sanguinis, sed alia corporali mitiori nunquam clericus ad offensam testificari debent, quam opinionem dicit amplecti legistas *in l. prima §. gener. & in l. absentem & in leg. Capitalium ff. de pœnis.* Hinc dicebant. Gramat. *in conf.3. numer.8.* Foller. *in pract. crim. tit. de pragmat. num.9.* Caravit. *super ritu Magnæ Curiæ 134. numer.5.* Clericum neque etiam de sui Superioribus licentia admitti contra laicum in Judicio criminali coram Judice sæculari, & optimam rationem reddit idem Natta loca citato, ne scilicet clerici ex hujusmodi attestatione inimicitias contrahant, & à cultu divino subtrahantur, ut per Jac. de Amel. antiquum Doctorem *in tract. de testib.* quem sequuti sunt Joan. Andr. Calder. Butr. & Imol. *in cap. dilectorum extr. de testibus cogen. omnes in fine commenti*, quibus ego addo Felyn. *in cap. de cætero 14. sub num.1. in secunda fallen. extra de testibus* qui licet pro contraria parte à Bellet. & Graff. ubi supra inadvertenter allegetur, hanc tamen sententiam apertissimè tenuit, ut nempè quando veritas aliter haberi non potest, clericus cogi valeat ad testificandum in causa civili civiliter mota; in criminali vero, non possit nisi ad defensum, ut ibi *num.3.* quod evidenti ratione ni fallor confirmari potest; quia † nempe ordinarius, nec etiam testes 30
laicos cogit ad deponendum in causa criminali coram laico, & sic non concedit monitoriam criminalitatem concernentia, ut per Genuen. *in prax. Archiepis. cap. pr. sub numer.7.* Lazar. *de Monitor. sectione 1. q.10. num.9. & 15. & ibi numer.10.* advertit, † quod propterea ex stylo Curiæ Romanæ, & gene- 31
rali Diecæsarum usu in ipsis Monitoriis apponitur clausula *Nolumus autem quod ex revelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro civili interesse, & civiliter tantum agi possit aliter relevatio ipsa neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat*, prout etiam statuisse fæl. rec. *Pium Quintum, in Constitutione incip. Sanctiss.* notat Leo. *in Thes. foro Eccles. part.3. cap.38. num.21.* & Lazar. ut supra.

Quando † verò revelationes consignantur Curiæ seculari, 32
solet imponi pœna excommunicationis, latæ sententiæ parti, & Iudici, si illis utantur in criminalibus, ut per Genuen. loco citato, quam practicam probat Lazar. ubi supra *nu.11.* & re vera hæc opinio mihi semper placuit, & arbitror, quod etiam si ordinarii dictam licentiam jure proprio concedere possent, prout non posse supra dixi, utique in causis criminalibus, ad offensam nunquam illam concedere deberent; & rarò etiam ad defensam, quia experientia docet, hinc sæpè inimicitias, & dissidia oriri, & Doctores pro contraria opinione citati supra *n.26.* salvari possunt, in causis criminalibus civiliter intentatis.

Imò † Ioan. Andr. *in dicto c. dilectorum de testib. cogend.* 33
fuit in sententia; ut nec quidem laicus, qui ad clericatum aspirat, cogi possit ad subeundum examen in criminalibus

coram

coram Judice sæculari, quem sequitur *add. ad* Guid. Pap. in *dec. 66.* & Diaz. *in pract. crim. can. cap. 99. in fin.* ubi inquit id summa inniti æquitate, quod tamen praxis forensis non recipit Henriq. *in summ. cap. 12. nu. 9.* Avil. *de cens. par. 7. disp. 5. sect. 2. sub nu. 13.*

34 In † casibus autem, in quibus Clerici cogi possunt ad testimonium perhibendum coram Judice laico quamvis putaverit Guid. Pap. *in dec. 65. num. secundo*, si causa civilis est cogendos esse à Judice laico per quandam levem coercionem, si criminalis ab Episcopo; quam opinionem sequitur ibidem Petr. Matt. *ejus additionator*, & Cened. *ad decret. collectan. 37. numer. 10.* Rebell. *in tract. quando secul. cognosc. poss. de Eccles. num. vigesimo oct.* quin etiam Jac. Cuiac. *in Rubr. de testibus cogend. col. 1. lit. E*, tenuerit, quod si inopia probationum urgeat, & Clerici gratia, vel odio, vel metu partis adversæ à ferendo testimonio absterreantur, possint cum in civilibus, tum in criminalibus etiam de jure Canonico, per Judicem laicum ad testimonium ferendum cogi, ad quod inducit tria postrema capitula *extra de testibus cogend. eumque* sequuntur Ferrar. & Rolandus *additionatores* Guid. Pap. *dicta*
35 *decisione 65.* Hæ † tamen opiniones non modo non sunt probabiles, sed falsæ, & intollerabiles, neque ullatenus probantur in dictis juribus, quæ potius pro contraria parte induci possunt, cum illa testium coactione à Judicibus Ecclesiasticis fieri mandent, eaque coactio sit laicis ab omni jure prohibita, & per *Bullam Cœnæ in dicto can. 15.* prorsus interdicta; Cogere enim Clericum ad testimonium perhibendum est proculdubio illum trahere ad suum tribunal, ut supra diximus, rursus est etiam usurpare jurisdictionem Ecclesiasti-
36 cam contra *canon. 19. dictæ Bullæ*, † Ita ut ejusmodi coactio in casibus permissis à solo Episcopo; vel ordinario fieri possit, qui præceptum facit Clerico, ut coram Judice laico in tali causa deponat, ut per Abb. *in cap. dilectorum col. 3. post mod.* & ibi Imol. *col. 4. ad fin. ext. de testib.* & post alios quos omitto tradit Boss. *in tit. de oppos. contra testes sub num. 91.* ubi testatur hanc practicam, se quotidie servari vidisse Franc. Marc. *dec. 777. num. 1. par. 2.* Gaill. *observ. 100. post num. 16. libr. 1.* Caravit. *super ritu Magnæ Cur. 83. num. 3.* cum aliis quos refert, & sequitur Farinac. *de test. qu. 61. num. 97. & rursus qu. 78. num. 78.*

37 Neque posset Judex laicus excusari prætextu cujuscunque privilegii, vel tollerantiæ, vel consuetudinis; tum quia quotannis in fulminationis dictæ *Bullæ Cœnæ Domini*, hæc omnia improbantur; tum etiam ex aliis de quibus per Bonacc. cum per eum relatis *de cens. in par. disput. 1. qu. 15. punct. 4. §. 1. & tertio & qu. 16. sect. 1. punct. 6. in princ.*

Si itaque dictus Gubernator examinasset, vel examinari fecisset dictum clericum invitum; & reluctantem, præfatus Dominus Antistes jure, ac meritò prætendisset illum incidisse in *Bullam Cœnæ*, & potuisset illum declarare excommunica-
38 tum; cum non simus in terris Ecclesiæ: † in quibus cum Gubernatores sint Apostolicæ Sedis Officiales, utique non possunt Episcopi contra eos inconsulto Summo Pontifice procedere, ut disponitur in *Extravagante cum Matthæjus de hæretic. inter communiones* licet secus sit quo ad Potestates, qui à Civitatibus status Ecclesiastici eliguntur, ut per Nav. *in cons. 19. de sent. excom. lib. 5.* Cum autem dictus Gubernator examinari fecisset clericum volentem, & sponte sua deponentem, certè nullatenus illum ad suum tribunal traxit, neque jurisdictionem Ecclesiasticam occupavit, & idcirco in nullam incidit censuram. Imò arbitror ipsum nec etiam peccasse, quamvis enim Iudex scienter examinans clericum sine sui Prælati licentia regulariter peccet; quia illius peccato cooperatur; iste tamen inadvertenter bona fide, & zelo injustitiæ ductus, & neque cogitans de licentia, neque ubi cogitasset, illam ob temporis importunitatem, & angustiam obtinere sperans; illum examinari fecit.

ARGUMENTUM.

Judex sæcularis, an in Hospitali, vel alio loco immuni vulneratos, vel testes examinari queat saltem de licentia Ordinarii, & reiicitur Bart. *in l. nemo nu. 2. C. de Sacrof. Eccles.* & Geminian. *in cap. decet in §. ordinariis de Imm. Eccles. in sexto.* Et an, & quando cæteri actus forenses cum sæculares, tum Ecclesiastici, & citationes, & contractus in Ecclesia fieri possint. Ad interpretationem *cap. cum Ecclesia extra de Immunit. Eccles. & cap. decet eodem titul. in sexto.*

SUMMARIUM.

1 IUdex laicus in domibus Ecclesiæ potest jus dicere cum Prælati licentia, & n. 14. ubi ratio redditur, & nu. 24.
2 *Judex laicus potest in Ecclesia examinare testes.*
Contrarium est verius n. 15.
3 *Testis examinatio, & juramentum non est actus contentiosus.*
Contrarium est verius n. 15.
4 *Iudici laico cadaver exhumandi, & recognitionem faciendi ordinarius facultatem concedere potest.*
Dummodo recognitio fiat extra Ecclesiam nu. 16. & 18.
5 *Ordinario renuente concedere licentiam cadaveris exhumandi, & recognitionem faciendi appellari potest.*
Contrarium est verius n. 17. & 18.
6 *Iudex laicus non potest in Ecclesiis, vel cæmeteriis causas criminales agitare, vel processum conficere.*
7 *Causa civiles à Iudice laico in Ecclesia agitatæ, nullitati subjacent.*
Etiam accedente ordinarii licentia numero 10. 18.
8 *Iudex secularis agitans causas criminales, vel civiles in Ecclesia, vel cæmeterio peccat mortaliter, & est sacrilegus.*
9 *Episcopus non dispensat contra jura, quibus est datus executor.*
10 *Ordinarius, an in causa necessitatis, licentiam tribuit Iudici laico examinandi in loco sacro* nu. 18.
11 *Episcopus, an, & quando in lege Canonica dispenset.*
12 *Et, an in lege conciliari.*
13 *Et, an in casu necessitatis.*
15 Bart. in leg. nemo numer. 5. Cod. de sacrosanct. Eccles. & Gemin. in cap. 1. §. ordinariis in fin. de Imm. Eccl. in sexto *reiicitur.*
18 Congregationis super controversiis Iurisdictionalibus *resolutio.*
Cadavera mortuorum quando exhumari possint ibi.
19 *Hospitale, Episcopi auctoritate fundatum, potitur Ecclesiæ privilegiis.*
20 *Confraternitates laicorum, an possint in Ecclesia Conventus facere*, & nu. seq.
21 *Cajus consulatu Galliæ, & Scipio consulatu Corsicæ privati, quia Conventus in Ecclesia faciebant.*
22 *Contractus, an citra peccatum fiant in Ecclesia.*
23 *Iudex laicus non potest facere in Ecclesia actus contentiosæ Iurisdictionis etiam pios.*
25 *Et quid in actibus voluntariæ Iurisdictionis.*
Ludi Magister discipulum verberans in Ecclesia peccet.
26 *Citatio in Ecclesia à Nuncio exequi potest.*
27 *Ecclesia est de territorio Principis laici.*
28 *Episcopus punit suum subditum in loco exempto delinquentem.*
29 *Episcopus potest in Ecclesia exercere actus contentiosæ Iurisdictionis.*
30 *Doctoratos gradus, & disputationes in Ecclesia fieri possunt.*

DECISIO LI.

JUvenis quidam post ulnera à suis inimicis accepta, se recepit in Hispitali, Ordinarii auctoritate fundato, quem cum visitare, & examinare vellet Locumtenens D. Gubernatoris Ariminensis, instabat per me tunc ejusdem Urbis Vicarius sibi concedi licentiam, quam cum ego concedere tenuerim; nil aliud pro parte D. Gubernatoris allegabatur, nisi quod indistinctè hujusmodi licentiæ ab antecessoribus Vicarii concedi consuevere. Ego autem disputationis gratia pro hac parte considerabam dictum stylum jam introductum juridicum videri, ac servandum.

Quamvis † enim non modo in Ecclesiis, sed & in earum 1
domibus interdictum sit Iudicibus secularibus causa, seu processus agitare *cap. 1. extr. de Immun. Eccles.* nihilominus de licentia Episcopi utique in dictis domibus seculares jus dicere, testesque examinare possunt, ut per Abb. *ibidem sub num. 2. vers. & intelligo*, sequitur Decian. *tom. 2. tract. cr. libr. 6. cap. 24. nu. 10.* Sylvest. *summ. verb. Immunitas sub n. 3.* Azor. *par. 2. Inst. moral. lib. 9. cap. 9. qu. 7.*

Unde idem in aliis locis immunibus dicendum videtur. Et † magis in terminis, quod Iudex laicus, non modo in do- 2
mibus Ecclesiarum, sed & in ipsis Ecclesiis testibus juramentum dare, illorumque valeat examen recipere, firmat Bar. *in l.*

nemo nu.5. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. quem ſequitur Gem. *in cap.* 1. §. *ordinarii in fin. de Imm. Eccl. in ſexto*, quorum uterque rationem reddit, nimirum quia antequam teſtis recipiatur, præcedit aliqua cauſæ cognitio, an ille debeat recipi, vel non, ut in *Auth. ſi dicatur C. de teſtib.* & iſta cognitio fieri non debet in Eccleſia, quia pertinet ad actum contentioſum:

3 † recipere autem juramentum, vel teſtes examinare non eſt actus contentioſus; ſed magis eſt actus prius, eſt enim juramentum quædam religio erga Deum ut per eos; quod ultimum confirmat Gemin. ex eo quia teſti juramentum præſtari poteſt in quocunque loco, cum tamen actus judiciales fieri debeant in loco ſolito judiciorum, & Iudice pro tribunali ſedente *cap. offeratur* 3. *qu.*3. *ver. à Judice procedente*. Si ergo dicta excommunicatio per ſe non eſt prohibita, erit à fortiori cum ordinarii licentia permiſſa.

4 Denique facit, quod in ſimili † habetur, ordinarium facultatem poſſe concedere Iudici laico exhumandi cadaver occiſi, ad recognitionem faciendam; & ut dicitur viſum, & repertum & informationem capiendi, abſque metu irregularitatis, eo quod actus ſit remotiſſimus, & ſuaptè natura non directus ad mortem, vel membri mutilationem, & Epiſcopus nihil operetur, ſed dumtaxat exhumari, ac informationes capi permittat, ut per Genuenſ. *in prax. Archiep. Neap. cap.* 42. *num.* 10. quem ſecuti ſunt Ricc. *in prax. verum quotidian. deciſ.* 530. *in fin.* & Lanor. *in ſuis Lucubr. tit.*2. *cap.*7. *n.*31. *imò*

5 Genuenſ. *loc. cit.* concludit, † ordinarium non modo poſſe, ſed etiam debere dictam licentiam concedere, alioquin gravare, & poſſe ad Metropolitanum appellari ſequitur Lanor. *loc. cit.* Sic itaque pari ratione dicendum videtur, ordinarium poſſe, & debere licentiam concedere examinandi vulneratum ad effectum capiendi ſuper dictis vulneribus informationem, cum non poſſit major ratio conſiderari in uno, quam in altero caſu.

Contrarium tamen verius arbitratus ſum; ordinarium ſcilicet non poſſe, nec debere auctoritatem tribuere Iudici laico vulneratos, vel teſtes examinandi in loco ſacro, vel im-

6 muni, † laicis enim Iudicibus interdictum eſt in *cap. cum Eccleſia extra de Imm. Eccl.* quocunque modo in Eccleſiis, vel cæmeteriis cauſas criminales agitare, & hoc ſub pœna excommunicationis, non utique latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ut ibi per gloſam communiter receptam, *abſurdum eſt enim* (inquit ibi Lucius tertius S.P.) *& crudele ibi iudicium ſanguinis exercere, ubi eſt tutela refugii conſtituta*, & ibidem tradunt Doctores communiter, & poſt alios idem firmat Leo. *in Theſaur. fori eccleſ. libr.* 1. *capitul.* 13. *numer.* 9. Corroboravi, & alios adduxi in *deciſio* 104. *numer.* 55. ubi Bal. reprobavi.

7 Supervenit † poſtea alia conſtitutio *Gregorii Decimi* una cum Concil. Lugdunenſi regiſtrata in *cap. decet de Imm. Ecc. in* 6. in qua non modo acta cauſarum criminalium; ſed & civilium quoque laicis in Eccleſiis prohibentur in hæc verba. *Omnis in Eccleſiis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla mihi cauſa per laicos, criminalis maxime, agitetur, ſint loca eadem laicorum cognitionibus aliena*, quæ conſtitutio ulterius progreditur in §. *ordinarius*, ubi mandat locorum ordinariis, ut dictam prohibitionem obſervari faciant, (utique per cenſuras aliaſque pœnas arbitrarias, ſupplet ibi gloſ. & Jo. Mon. *num.* 5. & inſuper ipſo jure annullat quicquid ſecus in dictis locis actum fuerit, & nihilominus, inquit, *proceſſus iudicum ſecularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis, omni careant robore firmitatis*; quod etiam obſervat Gemin. ibi & Abb. *in c. cum eccl. extr. eod. tit. nu.*4. *& rurſ. num.* 8. *&* Leo. *in Theſ. in fori eccl. lib.* 1. *c.* 13. *ſub nu.* 9. & ita eſt communiter, & verior opinio, de qua teſtis eſt Correa *in relect. c. inter alia p.*2. *nu.*26. Boer. *dec.* 109. *nu.*6. Valaſch. *dec.*81. *nu.*1. & ex Theologis Sylveſter *in verb. Imm. il* 1. *nu.*3. Armill. *eod. verb. nu.*3.

8 Quæ † quidem conſtitutio cum ſit de materia gravi, & neceſſaria ad communem pacem, & ſpecialem eccleſiæ utilitatem, obligat ſub mortali ut per Gemin. *in dict.* §. *ordinarii in penul. not ab.* & Sylveſt. *in Sum. verb. Imm.* 1. *num.* 5 qui licet id ad cauſas criminales reſtringat, idem tamen etiam in cauſis civilibus verius defendit Suar. *in tra. de Relig. to.* 1. *libr.* 3. *capitul.* 4. *numer.* 12. ubi addit, dictam prohibitionem pertinere ad virtutem Religionis, & contrafacientes committere ſacrilegium, ut bene deducit ibidem *num.* 5. quod ultimum de ſacrilegio tradunt etiam *ſcribentes* communiter *in d. cap. decet.* §. *ceſſet*, exornat Decianus *tom.* 2. *tract. at. crimin. lib.*6. *cap.*24. *nu.* 10.

9 Porrò † ubi lex dat expreſſe Epiſcopos executores jurium, non poſſunt illi contra talia jura diſpenſare ad text. *in leg. cum hi, qui* §. *& ſi prætor ff. de tranſaction. leg.* 1. *ff. de off. cenſ. ceſſa cap. uno ext. de natis ex libr. ventre* cum aliis, quos retuli in *dec.* 111. *num.* 62. *par.* 2. † & ita in his terminis præciſis 10 firmant Guliel. & Clericus Piſanus in *dict. cap. decet* §. *ord.* quos ibi ſequitur Gemin. *in verſ. quæro ab Epiſcopo*, & notandum dicit. Et quamvis Gulielm. *ibidem*, quem ſequitur Jo. And. *num.* 5. & Gemin. id limitet; ubi urgens & euidens cauſa ſuperſtet, id tamen cum grato ſalis intelligendum eſt, nec judicanda eſt urgens cauſa ea; quæ quotidie ſolet adduci, quod ſcilicet delicta remanerent impunita contra bonum publicum; quia ſi id admittatur, intentio dictæ *decretalis* paſſim fruſtraretur. Unde magis placet ſententia Suarez. *de relig. leg.* 3. *car.* 4. *ſub num.* 9. dicentis, quod cum dicta prohibitio facta ſit Religionis necnon loci ſanctitatis intuitu, ut patet ex illis verbis in initio poſitis *Deuteronom.* 15. *domum Domini ſanctitudo decet, ut cujus in pace factus eſt locis, ejus cultus ſit cum debita veneratione pacificus*. Certe nullo modo, aut titulo permitti poteſt hic actus in Eccleſia, etiam ex conſenſu Clericorum, quia eſt abſoluta prohibitio, & ratio ejus generalis, & independens à voluntate, ſeu conceſſione Prælatorum, illa enim obſtante, ſemper talis actus eſt contra quietem, & pacem, quæ eo in loco poſtulatur.

Quod ex eo confirmatur, † quia tunc demum Epiſcopo 11 in lege canonica diſpenſare poteſt ex cauſa, quando expreſſe vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas *capitul. dilecti in princip. de temp. ord.* & ibi Cardin. *cap. cum inferior de maiorit. & obedient. Clem. ne Romani de elect.* Abb. *in cap. at ſi Clerico* §. *de adulter. num.*6. & ibi Decian. *etiam num.*6. *extr. de judic.* Silva *de benefic. par.*4. *quæſt.* 7. cum aliis per Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 57. §. 5. Mar. Alter. *de cenſ. to.* 2. *diſput.*8. *cap.*3. *verſ. ſed controverſia* Aug. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſc. p.*2. *alleg.*33. *num.*18. qua de re latè diſſerui in *d. deciſ.* 111. quæ videri poteſt. In caſu verò noſtro, nec quidem ulla tacita permiſſio continetur, immò indefinitè, & ſub pœna præcipitur obſervantia. Quod eo magis urget, quo dicta decretalis in *cap. decet* eſt conciliatus cum † in Concilio Lug- 12 dunenſi emanaverit; quo caſu etiam ſi abſolutè permitteret diſpenſationem, non tamen diſpenſatio ad Epiſcopum pertineret; is enim in conciliari conſtitutione diſpenſare nequit. Rebuff. *in tract. nominat. qu.*3. *num.*30. Guttier. *de Iurament. confirmat. par.*1. *cap.* 51. *nu.*24. *& Canonic. qq. leg.*1. *capit.*5. *nu.*10. Leo. *in Theſaur. for. Eccl. p.*2. *cap.*8. *num.* 44. Gratian. *diſcept. forenſ. nu.* 2. *cap.*397. *nu.*39. cum aliis relatis per Barboſ. *in dicta alleg.*33. *nu.*25. ubi *nu.*27. dat regulam ad cognoſcendum quando conſtitutio dicatur conciliaris.

Bene † verum eſt quod ex urgenti neceſſitatis cauſa ſi ad 13 Pontificem non patet aditus, poteſt Epiſcopus, etiam in lege conciliari, diſpenſare, ut poſt alios, quos congerunt tradunt Sanchez *de Matrim. lib.*2. *diſput.* 49. *num.* 2. *cum ſeqq. &* Barboſ. *loco cit. num.* 26. & iſto ſenſu ſalvari poſſet doctrina Io. And. Gulielm. & Gemin. Sed in hac materia præſertim ſi tantummodo agatur de intereſſe fiſci, & non de alterius exculpatione, ut dixi, vix dari poteſt caſus tantæ, & tam evidentis neceſſitatis, maximè cum in dicta *decretali* locorum ordinarii deputati ſint ad exequenda ibi contenta, non ad relaxanda, ut idem Guil. Jo. Andr. & Gemin. ibidem advertatur dixi in *dict. dec* 111.

Non obſtante contraria; ad primum enim facilis eſt reſpon- ſio; † Nam prohibitio de qua in *cap.* 1. *de Immun. Eccleſ.* eſt 14 alterius rationis, quam ea, de qua nunc agimus; ibi enim non conſideratur ſpecialis ſanctitas Eccleſiæ, & proprius finis ejus quatenus eſt domus orationis, & divini cultus; provt in *dict. cap. decet*, ſed conſideratur libertas Eccleſiæ in ſe, & in ſuis domibus, ratione cujus non poſſunt Laici ea ſibi ſubiicere; & ideo non adeſt ibi prohibitio ſimpliciter; ſed tantum, nec poſſint judices ſeculares, quaſi jure ſuo utentes ibi acta facere judicialia, Unde non mirum, ſi in dictis domibus ex Prælatorum licentia jus dicere valeant, ut benè advertit Suarez. *tom.* 1. *de relig. libr.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. *&* 8. & expreſſe deducitur ex illis verbis contextus *quaſi pro conſuetudine placitum vel hoſpitium vendicem*, & facit Abb. in *d. c.* 1. *n.* 2. *de Immun. Eccleſ.* At in *dict. capitul. decet* prohibitio facta eſt religionis, & ſanctitatis intuitu; Unde nulla ratione, nullove titulo permitti poteſt ut ſupra dixi ex Suarez. *loc. cit. num.* 9.

Minus † refragatur doctrina Bartoli in *leg. nemo num.* 5. 15 *Cod. de Sacroſan. Eccl.* & Gemin. *in cap.* 1. §. *ordinarii in fin. de Immu. Eccl. in ſext.* quos citavi ſupra *nu.* 2. quamvis enim neminem repererim eis contra dicentem; putarem tamen

cum

cum bona eorum venia rationem, qua moventur, non esse tutam.

Non enim concedendum est, examen vulnerati, vel alterius testis non esse actum contentiosum, quod redditur in invitum *leg. inter stipulantem* §. 1. *de verb. obligation.* sicut voluntarium est illud, quod inter volentes expeditur; ut glos. *in l. 2. ff. de off. procons.* & habetur per Calderin. *cons.* 2. *num.* 2. *vers. in contrarium de elect.* declarat Marant. *de Ord. Iudic. distinct.* 18. *per totam*, & Card. Tusch. *to.* 4. *pr. concl. verb. Iurisdict. conc.* 546.

Causa itaque criminalis proculdubio est contentiosum judicium, unde necesse est, testium examen, & depositionem, cui tota causa innititur, ejusdem esse qualitatis; implicat enim ut causa unius sit naturæ, & probationes illius sint alterius: quod si decretum de testibus recipiendis sit in palatio, non inde sequitur, quin per interrogationes etiam examen ipsum sit exercitium contentiosæ jurisdictionis, quod quidem in locis immunibus prohibitum est, & quamvis juramentum sit actus pius & religiosus, adhuc tamen cum in his terminis ad contentiosam pertineat Iurisdictionem, in loco sacro præstari nequit, ut dicam infra *num.* 18. ultra quod ipsius juramentum delatio, est actus jurisdictionalis, & una cum ipso examine proculdubio est pars substantialis processus, cum ex testibus totius criminis veritas eliciatur, & super eorum attestatione firmetur sententia, ut ad aliud propositum dixit Diaz. *in pract. can. crim. cap.* 98. *num.* 21. & eo non citato, idem per eadem præcisa verba dixit Majol. *in tract. de irreg. lib.* 2. *cap.* 8. *in princ.* cum itaque in *dict. cap. decet*, hujusmodi processus, & vetentur, & nullitatis vitio subiiciantur, concludendum est, testes in locis sacris, religiosis à Judicibus laicis nullo pacto examinari posse, & probatur *in d. c. decet de Immun. Eccles.* ex quo subuertitur d. sententia. Bart. de gemin. & quod sint nulli hujusmodi actus judiciales sæcularis Judicis probatur in *d. cap. decet* §. *ordinarii* Correa ubi supra *vers. pro complimento.*

Ultimum motivum de licentia exhumandi cadaver ad effectum faciendi recognitionem, potius retorquetur. Nam
16 † hujusmodi recognitio nullo modo in Ecclesiis vel Cæmeteriis est facienda, sed cadavera ipsa ad effectum prædictum alio exportantur, & hujusmodi inquisitiones, & omnia, quæ ad cædis cognitionem pertinent à sacris locis reiiciuntur, ut statuit Sanctissimus Præsul Carolus Borromeus in *concil. provinc. Mediolanen.* 5. *titul. de Eccles. & eorum cultu*; & tradit quoque *Genuen. in Prax. Archiepisc. Neap. cap.* 42. *sub num.* 10. & nuperrimè fuit in *Sacra Congr. Immun. Eccles.* ut mox dicemus Antonelli me citato, *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 67. unde pari ratione fatendum est, nec etiam examen vulnerati seu testis in locis sacris fieri posse: quia
17 † occasione non omitto, cautè legendum esse Genuen. loco mox citato, quatenus docet, Episcopum non modo posse dictas exhumationes concedere, sed & teneri, ut supra dixi *num.* 5. Nam immò totum suo est remissum arbitrio, cum ex ejus pastorali solicitudine multoties cognoscere possit id minime expedire. Unde dicta doctrina mihi nunquam placuit, & propterea tam super hoc, quam super principali articulo examinis ejusdem vulnerati (quoniam curia secularis non quiescebat, sed valde de me conquerebatur) consului *Sac. Congregationem super controversiis Jurisdictionalibus* quæ in utroque capite juxta præmissa resoluit, ut patet ex sequenti oraculo.

18 *Quæritur à Sacra Congregatione declarari, an Episcopus tanquam ordinarius possit concedere licentiam Judici Laico, ut examinet, præsertim cum Iuramento, & formaliter aliquem reum; vel testem in Ecclesia, vel alio loco immuni. Et an Episcopus teneatur etiam invitus licentiam concedere eidem curiæ exhumandi cadaver occisi ad recognitionem faciendam. Die* 2. *Maii* 1629. *Sacr. Congr. super controversiis Iurisdictionalibus, censuit, Episcopum, non posse hujusmodi licentiam concedere, etiam vigore litterarum Sacræ Congregationis super electione, sed petendam à Sede Apostolica. Nec quod cadavera exhumentur, ut fiat recognitio in Ecclesia, sed extra, & arbitrio ipsius Episcopi*, provt rescripsit etiam in *una Nullius* 2. *Maii* 1629. Et in una Florentina sub eodem die, ut videtur de mente Succ. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 83. *sub num.* 11. *circa medium*; ex alia verò causa, vel occasione cadavera mortuorum ad instantiam consanguineorum, vel alterius exhumari possunt de licentia Episcopi *l. ossa ff. de relig. & sumpt. funer.* & vide *Rituale Romanum.*

Remanet itaque firma conclusio, quod nec testes in Ecclesia examinari, nec aliud agi potest per Judicem Laicum etiam de ordinarii licentia, † & consequenter nec in hospitali Epi- 19
scopi authoritate fundato, ad quod omnia privilegia Ecclesiæ concessa extenduntur *leg. omnia privilegia*, & ibi Bald. *C. de Episc. & Cler.* §. *fi. authentic. de Eccles. tit. Clem. quia contingit*, & ibi gloss. & Jo. And. *de religion. dom.* Alex. *cons.* 9. *num.* 5. *volum.* 2. *& consil.* 120. *colum.* 2. *volum.* 1. Jason. *in consil.* 214. *in princ.* Dec. *consil.* 488. *nu.* 14. *& cons.* 504. Ruin. *consil.* 7. *num.* 17. *volum.* 3. Soccin. *in leg. rem. quæ nobis confiscare numer. prim. ff. acqui. possess.* Felynus *in capitulo de quarta columna* 2. *& sequentibus de præscript.* Lupus *in tract. de Hospital. in quæst.* 56. & 57. Novarius *in Prax. elect. for. quæst.* 41. *numer.* 5. ubi exornat, & in terminis nostris Sylvester *in Summ. Verb. Immun.* 1. *numer.* 2. Abb. *in dict. cap. penult. de Immun. Eccles.* Paul. de Castr. *consil.* 458. *lib.* 2. Decian. *lib.* 6. *cap.* 25. *numer.* 18. Mart. Ital. *de Imm. Eccl. lib.* 1. *cap.* 4. §. 8. Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *numer.* 4. Barbos. *de iur. eccl. l.* 2. *cap.* 3. *num.* 67. & 68. Ciarlin. *discep.* 116. *num.* 7. Navar. *c.* 25. *nu.* 17. & 18. *Summa in const. Pont. theorem.* 386. Farinac. *qu.* 28. *num.* 36. & 37. *& in append. de imm. eccl. c.* 4. *num.* 69. Suar. *de reli. to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *discept.* 18. *num.* 17. *& in Opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Raphael. *de la Torre tom.* 2. *in* 2. 2. *quæst.* 99. *art.* 3. *grad.* 8. Dian. me citato *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 6. Thom. *del Bene*, etiam me hic citato, *de iurisdict. cap.* 16. *dub.* 9. *sect.* 10. *num.* 3. Sanfelic. pariter me citato *in decis.* 330. *num.* 16. *to.* 3. Giurb. *cons.* 20. *num.* 20.

Hæc † autem adeo sunt veritati consona, ut nec quidem 20
laicorum societates vulgo confraternitates vocatæ possint in Ecclesiam vel oratorium convenire, ut sua consilia peragant, & negocia tractent, nisi sint merè spiritualia, & pia; quia expresse prohibentur *in dict. capitul. decet de immunit. eccles. in* 6. *verb. cessent*, ut per Io. Andr. *ibidem numer.* 6. Ubi † post Valerium Maximum refert Cajum con- 21
sulatu Galliæ, & Scipionem consulatu Corsicæ privatos fuisse, quia ad prophanos usus templo abutebantur. Idemque de confraternitatibus Laicorum firmant Abb. *in dict. capitul. cum Eccles. num.* 10. Sylvest. *verb. Immunitas sub num.* 3. Azor. *instit. moral. par.* 2. *leg.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 5. Suar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 16. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini can.* 15. *quæst.* 16. *nu.* 36.

Sed † neque contractus à Laicis in Ecclesia fieri possunt, 22
nisi ad opus pium, si tamen de facto fiant, valent, quia pœna nullitatis *in d. c. cum Eccl.* reperitur dumtaxat apposita quoad processus, & sententias, ideo tanquam odiosa ad contractus extendi non potest, sed tamen contrahentes mortaliter peccant, ut probatur in dicto *cap. decet de Eccl. Immun. in* 6. ibi *cessent in Eccles. negotiationes*, & ibi tradunt glos. & Joan. Monach. *num.* 6. & Bartol. *in leg.* 2. *sub numer.* 6. *C. de sacros. eccles.* Abb. *in dict. cap. cum ecclesia* Sylvest. *in verb. immunitas* 1. *sub num.* 3. *in fine* Suar. *d. c.* 4. *num.* 18. Azor. *d. cap.* 9. *qu.* 1.

Actus † autem contentiosæ Iurisdictionis, etiam si sint 23
pii à Iudice laico in loco sacro vel religioso tractari nequeunt, cum text. *in d. cap. decet* generaliter, & indistinctè loquatur, ut per Abb. *in d. cap. cum ecclesia num.* 8. *de Imm. eccl.* sequitur Azor. *p.* 2. *Instit. Moral. lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 3. Dec. qui plurimos cumulat in *cap. qua fronte n.* 4. *extr. de appell.*

Quin † etiam nec in domibus Ecclesiæ propria authori- 24
tate, nisi tamen eas conduxerit, vel à Prælato licentiam obtinuerit, ut text. *cum glos. in cap.* 1. *extr. de imm. eccles.* & ibi Abb. *sub num.* 2. *vers.* & DD. communiter cum aliis per me adductis *sup. n.* 1. *&* 14.

Quicquid † secus sit in actibus voluntariæ jurisdictionis 25
ad quos text. in *dict. cap. decret.* non extenditur; cum in eis cesset ratio finalis prohibitionis, ut advertit Bartol. *in leg. nemo nu.* 3. *C. de sacros. eccles. & in l. actus* 8. *C. de feriis* Abb. *in dict. cap.* 1. *num.... & in cap. cum eccles. num.* 6. Sylvest. *in Summ. verb. Immunitas* 1. *sub num.* 3. Suar. *in tract. de Religion. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. & 14. Azor. *par.* 2. *instit. moral. lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 3. Dicit tamen Panorm. *d. num.* 6. quòd licet dicti actus teneant; non tamen fieri debent in Ecclesia, nisi pietatem concernant, quem sequitur Dec. *tom.* 2. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 10.

Imò ludi Magister etiam leviter discipulum in Ecclesia castigans, qui videtur actus voluntariæ jurisdictionis peccat, secundum Archid. in *capitul. finali* 24. *distinct.* quem sequitur Luc. de Penn. *in l. fi. nu.* 13. *de exact. tribun. lib.* 10.

Quemadmodum † nec ad executionem verbalis citatio- 26
nis: quod quidem alias habui in facto dum Parmæ Vicarium agebam; cum enim regulares prætenderent, ut excommunica-

nicationis mucronem percuterem quendam nuncium, seu bajulum curiæ sæcularis, qui in eorum conventu cuidam laico citationem porrexerat, respondi id ab eo impunè fieri potuisse; quamvis enim citatio pertineat ad contentiosam jurisdictionem, illius tamen executio bene fieri potest à nuncio in loco sacro textus *in l. præsenti*, & ibi Bart. *n.* 3. *& scribentes C. de his, qui ad eccles. confug.* Baldus *in leg.* 2. *num.* 9. *C. de sacrosanct. eccles.* ubi rationem reddit, quia nempe citatio eatenus est de processu, quatenus concernit reum, vel Judicem, sed quatenus concernit nuncium, est quædam executio facti; idemque tenuit ipsemet Bald. *in l. iusiuran.* 34. §. *si de qualitate nu. unic. ff. de iur. iur.* ubi Adden. immerito contrarium asserunt ex communi tenuisse Alex. *in rubr. de in ius vocan.* nam idem Alex. *ibi n.* 4. hanc sententiam tenuit inquiens, quod exceptis Angel. Fulgos. & Ancharan, cæteri communiter cum hac opinione pertranseunt.

Unde propriè ille actus nuncii non est de processu judicii. Ex quo patet, quam sit dispar ratio inter examen testium, & citationis executionem, & hanc eandem opinionem tenuerunt etiam Gulielm. Bart. & Bald. *in leg. plerique ff. de in jus vocand.* Soccin. sen. *in tract. de citation. art.* 12. *num.* 46. prudenter tamen agunt nonnulli ordinarii, qui dictarum citationum executiones in constitutionibus synodalibus vetant sine ipsorum licentia fieri; ne nuncii divina turbent & Ecclesias vilipendeant; qua prohibitione stante non solet ejusmodi licentia concedi nisi pro reliquis locis immunibus extra Ecclesiæ corpus existentibus, & ita passim ego practicavi.

Nec obstat si dicatur citationem non posse per Nuncium
27 exequi in territorio alieno, quia, quamvis Ecclesia non sit de districtu Principis secularis, est tamen de territorio, in quo est situata, ut per Clarum *in* §. *fin. quæst.* 38. *numer.* 18. post Roland. *consil.* 24. *num.* 7. *&* 8. *volum.* 2. qui ex hoc
28 infert aliam conclusionem, ut nempe secularis punire † possit delinquentem in Ecclesia sicut etiam Episcopus punire, & excommunicare potest suum subditum delinquentem in loco exempto intra fines suæ diœcesis, & ibi edicto suo contravenientem, quia quamvis locus ille non sit sub Episcopi jurisdictione, est tamen in illius territorio *cap. cum Episcopus de offic. ordin. in* 6. ita late consuluit Federic. de sen. *in consil.* 2. *col.* 1. *vers. quod autem locus*, & latius *num.* 5. *vers. dicendum est*, & per totum, & rursus in *cons.* 182. sequitur Felyn. *in cap. grave col.* 2. *vers. considera bene de off. ordinib.* quod nota, quia post hæc scripta habui in facto Genuæ, ubi quidam Clericus fuit à curia repertus in loco sacro cum breviori pistola, & in carcere conjectus, ego autem licet illum Ecclesiæ restituendum mandaverim, postea tamen in contumacia pro delatione pistolę condigna pœna in constitutionibus synodalibus inflicta, eum condemnavi; tametsi pistolæ delatio non nisi in dicto loco exempto probaretur.

29 Provt † nec prohibitio *dict. cap decet.* porrigitur ad causas fori Ecclesiastici, etiam ad contentiosam jurisdictionem pertinens, illæ namque nullo jure prohibentur, fieri in Ecclesia, immò permittuntur (quidquid secus, & malè senserit Dec. *in cap. qua fronte num.* 1. *de Appellation.* ita enim probatur *in dict. cap. qua fronte & in cap. præceptum* 2. *quæstion.* 2. & firmant glos. & Panorm. *in dict. capitul. cum Ecclesiæ num.* 4. & ibi *Scribentes extr. de Immunitat. Eccl. & in capitul.* 1. *eodem tit.* Decian. *tom.* 2. *tract. crim. lib.* 6. *capitul.* 24. *sub nu.* 10. Sylvest. *verb. Immunitas* 1. *n.* 3. Suar. 1. *tom. de Relig. capitul.* 4. *numer.* 10. Azor. *par.* 2. *institut. moral. lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 1. *ver. iterum* Duard. *in Bulla Cœnæ can.* 15. *quæstion.* 16. *sub num.* 35. & est comm. opin. ut vel invitus fatetur Decius *in dict. capit. qua fronte vers.* 3. *extr. de Appellat.* licet contrarium sustineat in punctis juris, quo ad causas non spirituales in foro Ecclesiastico agitatas; sed in omnem eventum, ut ipse fatetur, processus, & sententias tenerent.

30 Sed † & multo magis possunt in Ecclesia fieri disputationes litterariæ, nec non dari gradus doctoratus; pietatem enim hujusmodi functiones respiciunt, & sunt Ecclesiasticæ, quod etiam dictat vetus consuetudo gravissimarum Academiarum Io. Andr. post Guill. *in dictis capitul. decet numer.* 7. & ibi Geminian. *col.* 3. *vers. sed quærit* Guil. *de immun. Eccles. in* 6. Abbat. *in cap. cum Eccles. nu.* 9. *extr. de imm. Eccles.* Sylvest. *in verb. immun. sub nu.* 3. Suar. *d. c.* 4. *à nu.* 15. Duard. *d. quæst.* 161. *num.* 36.

ARGUMENTUM.

Provisus à capitulo, & in possessionem immissus an, & quando sit legitimus contradictor adversus processum Apostolicum & quando iste sit immittendus non obstante clausula *dummodo à die datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum.*

SUMMARIUM.

1 *Manutentio conceditur possessori absque probatione coloris.*
2 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, est manutenibilis.*
3 *Capitulum an & quando habeat ius eligendi, seu conferendi* & n. 13.
4 *Capituli à maiore parte factum an & quando teneat.*
5 *Clausula* dummodo à die datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum *non suspendit gratiam.*
6 *Clausula* dummodo à die datæ &c. *quando reddat gratiam nullam.*
7 *Narrativa in gratiosis est iustificanda.*
8 *Executor procedere nequit, nisi iustificata narrativa.*
9 *Iuspatronatus narrativa iustificanda est.*
10 *Expressio qualibet falsa in gratiosis vitiat gratiam.*
11 *Possessor quem titulum ostendere debeat, ut executionem litterarum Apostolicarum impediat*
12 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*
13 *Capitulum collegiatæ an de iure conferat præbendas*, & numer. 3.
14 *Transumptum transumpti, an in antiquissimis probet.*
15 *Capituli electio facta non vocatis canonicis absentibus est nulla.*
16 *Citatio, seu vocatio absentium non præsumitur.*
17 *Clausula* dummodo a die datæ præsentium, *intelligitur de iure valido, canonizabilis, & exclusivo impetrantis.*
18 *Subiectum clausulæ* dummodo à die datæ præsertim, *est jus radicatum.*
19 *Clausula* dummodo à die datæ præsentium *quando suffragatur in possessorio.*
20 *Narrata per clausulam* ut asserit, *indiget iustificatione, secus per clausulam* ut asseritur.
21 *Verbum* asserit *refertur ad partem, secus in verba* asseritur.
22 *Inducta ad ampliationem, non debet restrictionem operari.*

DECISIO LII.

VAcante per obitum quondam Jo. Paralupi Archipresbyteratu Ecclesiæ Collegiatæ terræ Guastallæ nullius Diœcesis, Alexander Bernardellus provisus Apostolicus, instabat per me tunc Eminentissimus D. Cardin. Estensis Vicarium, cui tanquam ordinario viciniori litteræ Apostolicæ directæ fuerant, se in possessionem immitti, cui se opponens Jo. Casottus à majori parte capituli dictæ Collegiatæ in Archipresbyterum electus & in possessionem immissus, instabat pro manutentione, † quam sibi etiam absque probatione Co- 1
loris concedendam esse dicebat. Capic. *dec.* 189. *nu.* 7. Mohed. *dec.* 158. *n.* 9. *de cauf. poss. & prop.* Cassad. *dec.* 4. *n.* 8. *de restit. spol.* Marescot. *cum rela. Variar. res. c.* 1. *n.* 44. *lib.* 2.

Cum † ad hunc effectum satis fuisset probare possessio- 2
nem instrumentalem, alio non existente in possessione, ut multis relatis firmat Rota *dec.* 17. *num.* 7. *par.* 2. *diversion. & decision.* 171. *num.* 1. *decis.* 174. *numer.* 1. *decision.* 178. *&* 179. *num.* 1. *& decis.* 874. *in princ. & dec.* 890. *num.* 2. *part.* 4. *divers. & decis.* 685. *sub num.* 4. *p.* 1. *in recentior.* & apud Greg. XV. *decis.* 582. Marchesan. *de commiss. par.* 1. de commun. opinion. §. 2. *fol.* 929. *numer.* 47. *& seqq.* Postius *post hæc scripta impressus de Mandato de Manutenend. observ.* 21. *à numer.* 25. ubi latè de materia. Unde multo magis idem concludendum dicebatur in casu nostro, in quo supponebatur adesse realem possessionem, una cum titulo colorato, qui ad hunc effectum suffragatur Rota *divers. decision.* 1090. *numer.* 1. *par.* 3. *lib.* 3.

Titulus autem saltem coloratus ex eo resultabat, quia † ces- 3
santibus reservatione, jure patronatus, & consuetudine, ele-

electio dignitatum, canonicatuum, aliorumque beneficiorum in collegiatis Ecclesiis existentium ad earundem capitula de jure spectat Abbas & Doctores communiter in *cap. cum Ecclesia Volaterana extra de election.* Cassador. *decision. 22. de præbend.* Mohedanus *decision. 27. de confirmat. util. & inutil.* præsertim cum omnes redditus, cunctaque bona dictæ collegiatæ sint communia, ita ut unam tantum constituant mensam capitularem Bellamer. *decision. 69. de præbend.* Neque negocium facere videbatur quod non ab omnibus de capitulo fuerit Casottus electus, † quia quic-
4 quid sit quando canonici separatim consentiunt, quo casu majoris partis consensus non suffragatur, sed singuli in idem concurrere debent, Bartol. *in leg. omnes populi colum. 3. ff. de Iustit. & jur.* Baldus *in authentic. hoc jus porrectum column. 2. versicul. sed pone Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Purpurat. *cons. 549. num. 9. lib. 2.* quando tamen capitulariter sunt collecti, utique tametsi aliqui desint; consensus majoris partis capituli in rebus Collegii Ecclesiastici est attendendus *leg. quod major ff. de municip. gloss. in capit. 1. in verb. transactus de rebus Eccles. non alien. in 6. gloss. in cap. cum omnes* ubi Felyn. *numer. 17.* & late Canonistæ *extr. de constit.* Alex. *in l. juris gentium §. fin. ff. de pact.* Duen. *regul. 296.*

5 Ponderabatur † etiam ex parte Casotti clausula *dummodo à die datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum* in litteris Bernardelli apposita, quæ tametsi non inducat propriè conditionem nec sit suspensiva gratiæ Garzi. cum per eum adductis *de Benef. part. 10. capit. 1. sub numer. 74.* Marescott. *Variarum resol. lib 2. cap. 1. num. 128. & seqq.* Rota *decis. 610. in fin. part. 4. diversorum.*

6 Operatur † tamen ut si de eo tempore constet esse alteri jus quæsitum, gratia reddatur nulla *cap. examinata de cons. util. vel inut.* Gomes. *dict. reg. de Iure quæsit. non tollen. q. 1. nu. 41. vers. postremo* Mandos. *super reg. 17. p. 2. num. 4.* Achill. *decis. 18. n. 2. in fin. de probat.* & fuit sæpius in Rota *dec.* ut patet ex allegatis per Mart. *de Clausulis p. 1. Claus. 35. num. 4. & 9.* Marescott. *ubi supra.*

Addebatur rursus narratum fuisse Papæ hujusmodi Archipresbiteratum existere de jurepatronatus D. Principis Guastallæ, & proinde litteris oppositam clausulam *quatenus de*
7 *jurepatronatus existas*, † in gratiosis autem narrata esse justificanda vt gratia suffragetur, text. *in cap. 1.* vbi Jo. And. & cæteri *de lit. contest. in sexto* Felyn. *in cap. ad aures col. 5. vers. tertia concl. de rescription.* Dec. *consil. 142. num. 6.* Rota *decis. 20. de præbend. in nov.* Bellamer. *decis. 76. & 303.* Verall. *decision. 39. part. 2.* Marescott. *cum relat. Variar. resolution. lib. 2. capitul. 1. num. 1. & deinceps*, ubi latissimè de materia Angel. *in tract. de acquirend. possess. quæstion. 19. num. 5. cum pluribus sequentibus.* Et quidem tam in judicio ordinario, ubi agitur de canonizatione gratiæ, quam in executivo cum etiam in illo subintelligatur clausula *dummodo preces veritati nitantur* Abbat. *in capitulo ex parte num. 1. de rescription.* Mo-
8 hedan. *decis. 304.* † ita ut alias executor procedere nequeat, præsertim parte opponente, ut in casu nostro Cæs. de Grass. *decision. 38. numer. 4. de probation.* per text. in *capitul. super litteris cum ibi not. de rescription. & leg. precibus ff. si contra jus, vel uti publ.* Marescott. *dict. capitul. 1. num. 41.* ubi alias refert decisiones.

9 Et † signanter narrativam jurispatronatus esse justificandam, firmat Cassan. *in decision. 7. de Iurepatronat.* Rota *decision. 203. & 531. part. pr. diversion.* Marescott. ubi supra *numer. 7.*

Unde cum ex juribus productis non constet concludenter de jurepatronatus; merito litteræ non videbantur exe-
10 quendæ, † & eo minus, quo in gratiosis falsa quælibet expressio, vitiat in omnibus gratiam Thom. de Than. attestans ita sæpius Rotam judicasse, in *dec. 65.* Felyn. in *cap. ad audientiam il 2. sub num. 22. de rescript.* ubi de communi testatur Cæs. de Grass. *decis. 58. num. 3. de probat.* ubi pluries refert decisiones.

Hæc autem quamvis in se vera, & in hac tamen facti specie admodum levia visa sunt; & ideo ad litterarum Apostolicarum executionem processi; non quidem quod beneficium existeret de Jurepatronatus D. principis, id enim ad præscriptum Sacr. Conc. Trid. probatum non fuit: sed quod provisus a capitulo non esset legitimus contradictor. Posses-
11 sor † enim non potest immissionem provisi Apostolici impedire, nisi tamen adducat titulum, per quem in immissionis judicio valeat obtinere *leg. 1. ff. de appel.* Riccar. *in l. fin. num. 346. vers. secundo est advertendum C. de edict. diu. Ad. tollen.* Veral. *decis. 346. part. 2.* ubi addit possessorem allegantem titulum de per se non aptum ad immissionem obtinendam, non esse legitimum contradictorem. Et quod possidens cum titulo impari non sit legitimus contradictor docent Bartol. *in dict. leg. final. numer. 2.* & ibi Decian. *numer. 4.* & Riccard. *numer. 3. Cod. de edict.* D. Adrian. *ult.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. numer. 581.* Puteus *decis. 302. libro primo*, & pluries fuisse in Rotam decisum refert Angelus in *tractat. de legitim. contradict. quæstion. 15. articul. 5. numer. 96.*

Cum itaque Casottus non ostendisset titulum Canonizabilem, & sic non esset legitimus contradictor, utique literæ Apostolicæ erant exequendæ, † cum ob earum auctoritatem 12
paratam habeant executionem Mohedan. *in decis. 13. Vtilit. pend.* Cardinal. Seraph. *decis. 1484. numer. 4.* Rota in Portugallen. *dismembrationis 16. Iunii 1595. coram Cardin. Blanchetto*, & alias passim.

Quod autem titulus Casotti, non esset canonizabilis ex duplici capite visum fuit satis clarè apparere. Prius est, quia quicquid sit de illo articulo. An † capitulum Collegia- 13
tæ de jure communi conferre possit præbendas & dignitates, in quo tamen ob Doctorum, & Rotæ Varietatem ac multiplicia jura res ad obscuritatem ac magnam perplexitatem est redacta, ut ostendit Cassador. *in dec. 28. num. 3. titul. de præbend.* Admissa etiam affirmativa sententia, ea procederet duntaxat quando probaretur præbendas de bonis Ecclesiæ communionibus fuisse fundatas, alias secus, ut per Abb. *in cap. cum Ecclesia Volaterrana n. 8.* ubi tres refert sententias, & distinguit *extra de maiorit. & obedient.* quem sequitur Selva. *in tract. de benefic. par. 2. quæst. 22. num. 11.* & expresse notat Bellamer. *decis. 717. num. 4.* In casu vero nostro tantum abest ut probatum fuerit præbendas hujusmodi fuisse de mensa capitulari fundatas, ut potius ex instrumento in actis producto constet dictum Archipresbyteratum olim fuisse ruralem, & deinde ad Ecclesiam Sancti Petri Guastallæ translatum, superaddita Abbatia cum sex Canonicatibus, & duobus portionibus, seu mansionariis ex dotatione Dominorum de Gonzaghis.

Quod † instrumentum tametsi, ut pote transumptum 14
transumpti, non probet jurispatronatus obsistente Sac. Concil. Tridentino; benè tamen probat dictam traslationem cum simus in antiquissimis ut per Doctores *in auth. si quis in aliqua C. de edend.* & facit Afflict. *decis. 13. num. 23.* & Rota *in Perusina bonorum 20. Maii 1589. coram Gypsio*, præsertim quia illud convenit cum numero prębendarum & mansionariarum ad præsens de facto in dicta Ecclesia existentium; & idcirco redditur satis verisimile Verall. *decis. 234. p. 1.* Rota *decis. 468. p. 2. in rec.*

Posterius est quia ubi etiam collatio ad capitulum spectasset, adhuc tamen electio facta de persona Casotti nulla fuisset; quia eum non ab omnibus sed à maiori parte Canonicorum emanaverit, † nec appareat absentes fuisse vocatos, utique 15
electio euanescit textus in *capitul. quia propter juncta gloss. extrav. de election.* Calderin. *cons. 3. de constitut.* Dec. *in capitul. cum omnes numer. 52. versicul. & quia de constitut. & in consil. 859. numer. 12.* quæ † quidem vocatio non præsumi- 16
tur, nisi probetur, vt in terminis notat gloss. *in capitul. quod sicut de election.* cognita itaque nullitate electionis: profectu electus nec est legitimus contradictor adversus provisum Apostolicum, nec est manutenendus. Non obstante † 17
clausula *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum*, quæ quidem intelligitur de jure valido, & canonizabili, & exclusivo impetrantis Gomes. *in regul. de public. resign. quæstion. 17.* Marta *de Clausulis part. 1. claus. 35. numer. 11.* ubi citat etiam Rota *in Colon. Canonicatus 20. Maii 1602. coram Cardin. Pamphilio.* Et de jure pleno, quæsito, & radicato Puteus *decision. 257. num. 1. lib. 2.* Rota *decis. 759. num. 4. par. 1. divers. & decision. 174. sub numer. 8. part. 1. in rec.* Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæst. 51. numer. 18.* † Ubi inquit 18
subiectum hujus clausulæ; non esse qualecunque jus, sed jus radicatum: hujusmodi autem non esse prætensum jus Casotti, jam satis ostensum est, cum ille nitatur electione nulla, imò etiam si versaremur in dubio, † ita ut jus ipsius 19
non esset clarum & certum, non suffragaretur in possessorio ad effectum impediendi immissionem, ut ex Rota coram Aldobrand. & Seraph. advertit Marchesan. *de commiss. appel. ab exec. breu. n. 6. p. 1. fol. 404.*

Neque † narrativa jurispatronatus indigebat justificatio- 20
ne, quia facta non fuit per clausulam, ut asserit sed per clausulam vt asseritur, ut per Cassador. *decis 4. nu. 9. de prob.*

& de-

& deciſion.6. numer.2. & 6. de Iurepatronat. Gigas *conſil.* 48. *numer.40. & conſil.49.numer.23.* Rota *deciſion.412. numer.3. part.1. diverſ.* & in puncto *deciſion.605. num. 7. part. 2. recentior. & deciſion.461. ſub numer.9. part. 1. etiam in recentior.*

21 Et † ratio diſcriminis eſt, quia verbum *aſſerit* in gratia appoſitum, refertur parti, verbum autem *aſſeritur* cum ſit generale, & imperſonale, non dicitur ab impetrante prolatum, & conſequenter non adſtringit illum ad probandum, nec reddit gratiam ſubreptitiam, vt magiſtraliter docet Rota *in deciſ.60. alias 74. incip. nota quod & deciſ.77. aliàs 727. in cap. nota quod ſi ponatur de reſcript. in antiq.* quæ atteſtatur ita ſervari, & tradunt etiam Cardinal. *conſ.69. num.6.* Dec. *in capitul. juravit numer.1. de Probation.* Gigas *conſil.48. numer.* 40. Caſſador. *deciſ.4. n.1. de Probat.* quæ habetur duplicata in *tit. de Iurepatron. deciſ.8. num.2.* Cæſ. de Graſſ. *deciſion.2. numer.3. & 4. de probat.* Rota *deciſ.412. num.2. & deciſ.445. n. 2. p.2. diverſ.*

Clauſula verò *quatenus de Iurepatronatus exiſtat in literis de quibus agitur*, non reddit gratiam conditionalem, neque illam ſuſpendit, ſed eſt appoſita in derogatione, ut ſit ſenſus, *dummodo ſi de Iurepatronatus exiſtit, accedat conſenſus medietatis patronorum*; & ſic non ſtat reſtrictivè ſed ampliativè; itaut Papa voluerit Bernardellum de Archipresbyteratu providere, etiam ſi non liberæ collationis, ſed de jurepatronatus exiſteret, modo ſaltem conſenſus medietatis patronorum accederet, quatenus revera de jurepatronatus exiſteret.

22 Unde † inducta ad ampliationem non debet deſtrictionem operari textus in *leg. finalem Codic. de præpa. agen. in rebus lib.12. leg. ſi manupia ff. de fundat. inſtrum. cum ſimilibus*. Cum itaque in cæteris narratiua Bernardelli eſſet juſtificata, & ab examinatoribus fuiſſet idoneus repertus; immiſſionem eidem conceſſi amoto dicto Caſotto, ſaluis eiſdem juribus in jud. petitorio, & mea quidem ſententia tranſivit in judicatum, & lis per illam extincta remanſit.

ARGUMENTUM.

Præceptum ſine cauſæ cognitione tranſmiſſum, quid operetur.

Præceptum cum clauſula juſtificativa, & quando in vim ſimplicis citationis reſoluatur.

Et quid in novi operis nunciatione', & reprobatur Theſ. *deciſ.204. num.3.*

SUMMARIUM.

1 *Præcepta juxta communem praxim concedi ſolent cum clauſula juſtificativa.*

2 *Præcepta cum clauſula iuſtificativa quomodo' ſint exequenda.*

3 *Iudicia non ſunt à præceptis inchoanda.*
Fallit ſi in præcepto adſit clauſula juſtificativa numero 5. & 6.

4 *Præceptum abſque cauſæ cognitione quando ſperni poſſit.*

6 *Clauſula juſtificativa, quid operetur, & unde originem trahat.*

7 *Præceptum cum clauſula juſtificativa, reo non comparente remanet firmum.*

8 *Si tamen eius accuſetur contumacia.*

9 *Præceptum cum clauſula juſtificativa per ſimplicem comparitionem reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*

10 *Etiam in novi operis nunciatione.*
Quid ſi nuncians paratus eſt de ſuo jure docere numer.13.

11 *Præceptum novi operis nunciationis revocandum eſt ſi offeratur cautio de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ.*

12 *Præſertim quando nunciatus præparaverat cæmenta.*

13 *Limita ſi nuncians eſt paratus docere de jure ſuo, tunc enim cautio non debet admitti, niſi elapſo trimeſtri.* Et numer.14.& 15.
Etiam ſi agatur de Eccleſia ædificanda n.19.

14 Theſaurus in deciſion.204. *contra Canoniſtas loquens retunditur.*

15 *Communis opin. & praxis eſt contra* Theſ.

16 *Ratio prædictæ concluſionis affertur, & à* Theſauro *defenſatur.*

17 *Ratio à* Theſauro *adducta repudiatur.*

18 *Damnum intrinſecum, & damnum extrinſecum quando debeatur.*

20 *Cautio de demoliendo quando admittatur.*

DECISIO LIII.

CApitaneo Jacobo Carabellio extollere volente parietem, ſuas, ac ædes hæredum Julii Cæſaris de Jannis in oppido Sancti Arcangeli Ariminenſis Diœceſis dividentem, iidem hæredes aſſerentes inde ſibi luminibus offici, eorumque obſcurari domum, præceptum † de non altius ex- 1
tollendo cum clauſſula juſtificativa ſi qui autem cæter. in Epiſcopali curia obtinuere, juxta communem praxim, & formam traditam à Bartol. *in leg. de pupillo §. meminiſſe ſub num.1. ff. de oper. nou. nunc.* quam ſequitur ibi Jaſ. *num. 9.* † quod præceptum executum fuit ad præſcriptum *dict. leg.* 2
de pupillo §. in re enim præſenti ff. de oper. nou. nunc. ubi I. C. dicit exequendum eſſe, vel operariis in opere, vel domino in ædificio.

Cujus novi operis nunciationis occaſione, de duobus dubitatum fuit, primo nunquid dictum præceptum in vim ſimplicis citationis per comparitionem Carabetti reſolutum fuerit. Secundò an ſaltem poſt proceſſus compilationem, peritorum relationem, meumque ad locum differentiæ acceſſum, dictum præceptum eſse revocandum.

Et quo ad priorem difficultatem (reiecta poſteriori in ſequentem deciſionem) dicebatur ad favorem Carabetti pronunciandum. Eſt † enim regula clariſſima, & in praxi quo- 3
tidie decantata, judicia non eſse à præceptis inchoanda *leg.1. Codic. de execut. rei iudic.* ubi Imperator ait *Nimis propere Iudex pignora Marcellæ capi, & diſtrahi juſſit, & c. leg.1. leg. commat. & epiſtol. C. ne quicquam §. ubi decretum, ubi DD. omnes ff. de off. proconſ. & lega.*

Adeo † ut ſi præceptum contineat plenum præjudicium, ut 4
quod ſoluat, vel reſtituat & cæter. impunè ſperni poſſit abſque comparitione; ſi verò modicum præjudicium contineat debeat præceptatus comparere, & hoc ſufficiat juxta diſtinctionem Paul. de Caſtr. *in d. leg. de pupillo §. meminiſſe ff. de oper. nov. nunc.* quem refert, & ſequitur Natta *conſ.556. num.19. & ſeqq. vol.3.* & tradit etiam Alexand. *in d. §. meminiſſe ſub n.4. verſ. ſi vero.*

Et quamvis inter plurimas limitationes, ad dictam regulam congeſtas à Ripa *in l. d. de pupillo §. meminiſſe n.26. ff. de nou. oper. nunc.* & latius à Carocc. *in deciſ.19. per totam*. Ea ſit præcipua ſcilicet ſi præceptum contineat clauſulam juſtifi- 5
cativam *ſi quis autem ſenſerit ſe gravatum, compareat in tali termino, juſtitiæ complementum ſuſcepturus* ut per eundem Carocc. *d. deciſ.19. n.13.* † de qua clauſula eſt gloſs. *in d. §. me-* 6
miniſſe, ubi Bart. & communiter ſcribentes, & melior gloſ. *in c. ex parte il 1. §. fi. in gl. fin. de verb. ſign.* Et quæ inventa fuit à Curia Romana ſecundum Ang. *in d. c. meminiſſe*, & poſt eum Alex. ibi *num.3.* & Joan. *de Amic. in conſ.153. column.2.* & qua utuntur boni Iudices, maxime Eccleſiaſtici dicit Jaſ. *in d. l. nec quicquam §. ubi decr. num.5. ff. de off. proconſ. & legat.* ubi ait com. eſse opin. præceptum cum dicta clauſula valere, illique eſse obtemperandum, id quod tradit etiam Gaill. *pract. obſeru. lib.1. obſer.19. n.3. & 4. & de comm.* Choler. *de proceſſ. execut. p.1. c.2. n.232. 234. & ſeqq.*

Non † tamen eſt minus vera alia concluſio, & quemadmo- 7
dum reo in termino ſibi aſſignato non comparente dictum præceptum remanet firmum, & executioni demandatur, ut poſt alios tradunt Ioan. *de Amic. in conſ.153. col.2.* Plot. *in l. ſi quando §.3. num.33. C. de in lit. Iuran. ubi teſtatur* de comm. opin. Gravat. *in pract. lib.7. cap.1. ſub nu.21.* Dummodo contumacia fuerit à parte accuſata Afflict. *deciſ.167. num.3.* & ibi Urſil. in addit. *n.6.* Carocc. *d. deciſ.59. n.26.* Maran. *in prax. p.2. ſexta p. princ. num.23.* Cornazzan *deciſ.* Lucenſ. *43. num.* 2. Greuius ad Gail. *obſeru.19. conſider.1. numer.4.* benè Gambar. *de off. & poteſt. legat. lib.8. tit. de Proteſt. leg. in Iudicialibus num.44.*

Sic † è contra per ipſius rei comparitionem, præceptum re- 9
ſoluitur in vim ſimplicis citationis Bar. *in l.1. C. de execut. rei iud.* Bal. *in l.2. C. de Epiſc.* Audien. DD. commun. *in d. l. de pupillo §. meminiſſe*, ubi in ſpecie Alex. *n.5. & ſeq.* & Iaſ. *n.8. ff. de oper. nou. nunc idem* Iaſ. *in d. l. nec quicquam §. ubi decretum n.6. de off. proconſ. & lega.* vbi teſtatur de mag. com. opin. Plot. *in d. §.3. n.34.* cum aliis congeſtis per Gabr. *tit. de citat. concl.1. n.375.* & latius per Carocc. *d. dec.19. n.14. & ſeq.* & per Choler. *de proceſ. execut. p.1. c.2. n.237. & ſeq.*

Quod

10 Quod † quidem etiam in terminis nostris nempè in præcepto novi operis nunciationis sibi locum vendicare credebatur, nam & illam resolui in vim simplicis citationis latè defendit Grammaticus in *consilio titulo* 73. Quam opinionem tenet, & juxta illam pluries judicasse dicit quamvis contrarium fateatur communem Vivi. *opin.* 229. *par.* 1. eandem etiam firmat, & magis æquam dicit Borgn. *decis.* 23. *num.* 9. *par.* 2. ubi alios adducit, veriorem & æquiorem profitetur Carocc. *d. decis.* 19. *num.* 22. Alexand. Raudens. in *tract. de Analogis c.* 7. *num.* 13. Vuersembec. *cons.* 34. *nu* 61. Grevius ad Gaill. *d. obseru.* 19. *considerat.* 2. *num* 5. *lib.* 1. & hanc etiam opinionem in effectu tenet, & putat veriorem Alexand. in *dict.* §. *meminisse n.* 7. *&* 8.

11 Et † in omnem casum, saltem cautio per Carabettum oblata de demoliendo in casu succumbentiæ, videbatur ponere rem in tuto, ut præceptum esset revocandum, & dictus Carabettus in opere perseverare posset *l. prater.* §. *deinde, & l. de pupillo* §. *is cui d. ff. de oper. nov. nunc.*

12 Præsertim † quia jam ipse præparaverat cæmenta, & sic mora afferebat ei prejudicium juxta *dec. Thes.* 24.

13 In † contrariam tamen ivi sententiam, nempè dictum præceptum per comparitionem minimè fuisse in simplicem citationem resolutum; sed nec quidem revocari debuisse etiam oblata fideiussione de demoliendo in casu succumbentiæ; ex quo prædicti hæredes erant parati docere de eorum interesse textus est clarissimus in *l.* 1. *C. de nov. oper. nunc.* ubi *Iustinianus Imperator* limitans; vel corrigens jus, *Pandectarum*; statuit ut si nunciator paratus sit de jure suo docere, audiri debeat; & de causa cognosci, & intra tres menses terminari; quod si infra dictum tempus expediri nequeat, eo elapso admittatur

14 ædificator ad dictam fideiussionem demoliendo, quæ † lex canonizata fuit in *c. fi. ext. eod. tit. de oper. nov. nunc.* quod cum sit Canon. Gregorii IX. S. Pont. idemque contineat, quod d. lex. *Iustiniani*; sanè immodestè Thes. in *dec.* 204. *num.* 3. ausus fuit dicere Canonistas juxta solitos errores ita statuisse.

15 Et † quod sit expectandum per d.d. tres menses etiam oblata pernunciatum fideiussione, quando nuncians est paratus docere de suo interesse tradunt post Guid. de Suza & antiquiores Bart. *in leg. prætor ait* §. *si quis paratus ante nu.* 1. *ff. de oper. nov. nunc.* & ibi Imol. *ad finem nu.* 14. Jas. *in leg.* 1. *sub nu.* 19. ubi testatur de commun. opinion. & ibi latè Ruin. *num.* 54. *& seqq.* & Hermanot. Dec. *num.* 23. *& seq.* & Plotus *de commun. attestans in leg. si quando numer.* 119. *ad med. Cod. unde vi Pract. Pap. in form. libel. nov. oper. nunc.* §. *antea quam ad fi. sub num.* 3. Salyc. *in l.* 1. *ad fi. vers. aut ille satisdationem num.* 3. & ibi Aloy. de Leo. *sub num.* 6. *Cod. de oper. nov. nunc.* Azo. *in Sum. Cod. de ædif. priva. in fi. sub num.* 8. gloss. *in dict. cap. ult. in ver. non obstante in fi.* & ibi Joan. Andr. in *princip.* Hostien. *ad med.* Card. *ad fi.* Butr. *ante med. ver. sed contrarium* Abbat. in *fi. extr. de oper. nov. nunc.* Anch. in *cap. significantibus nu.* 5. *notab.* 5. *eod. tit.*

Et ita practicari, & observari testatur magnus practicus Paul. Castrens. in *dict. leg. pupillo* §. *si quis riuus ad fi. n.* 5. *de oper. nou. nunc.* Papien. *dict. nu.* 3. *vers. circa præmissa* Gail. *observ.* 16. *nu.* 17. *lib.* 1. Rimin. jun. *cons.* 70. *nu.* 15. *lib.* 1. Jaffred. *decis.* 496. Gratian. videndus latè, & pulchrè *tom.* 2. *discept. for. cap.* 384. *per totum*, & ita fuisse judicatum testantur Gail. ubi supr. Rebuff. in *tract. de mater. possessor. tom.* 3. *art.* 3. *glos.* 2. *num.* 21. *quem refert* Thes. *filius in addition. ad d. dec.* 264. *sui patris*. Puteus *decis.* 129. *lib.* 2. Crescent. *dec.* 1. *de operat. nou. nunc.* & Rota in *Bornien. Molendini* 23. *Ianuarii* 1618. *coram Eminentissimo Cardinali Verospio*.

16 Ratio † autem hujusmodi axiomatis (ultra allata à Gratian. *dict. cap.* 384. *num.* 9.) colligitur ex verbis Imperatoris in *dicta leg.* 1. *Cod. de operat. nov. nunc.* ubi inquit *sic enim, & opera non per inanes denunciationes prohibentur, & recte denunciantibus consuletur*. Hac igitur ratione utrique parti melius consultum arbitratur *Imperator*, quam si statim oblata fidejussione posset denunciatus continuare opus, quin etiam ipsi denunciato magis expedit expectare per tam breve tempus, quam periculo, & sumptibus demolitionis subiacere, ut consideravit Ioan. Andr. in *dicto cap. fi. in princip.* & ibi Butr.

Et quamvis hæc ratio, seu æquitas insulsa visa fuerit Thes. *d. dec.* 204. *sub num.* 3. eo quia à *Canonistis* afferatur, ea tamen optima est, cum Iudex prospicere debeat ne partes inanibus sumptibus se se vexent.

Ultra quod continuatio operis antequam de juribus partium cognoscatur, posset illas facilè ad rixas, & arma concitare, sæpè etiam nuncians opus novum pati posset damnũ, aut saltem magnum incommodum, puta si paries communis non valens pondus sufferre corrueret, vel debilitaretur, esto enim sumptibus ædificantis reaptanda esset, irreparabilis tamen esset interim incommoditas, sed & alia considerari possunt, quæ experientia rerum magistra induxi *Iustinianum*, *& Summ. Pont.* ad recedendum è jure, *digestorum*.

E † conversio ratio, pro contraria parte à Thes. *d. dec.* 204. 17
n. 5. allata nempè damnum nunciato ex trium mensium dilatione resultans, præsertim si cæmenta conduxerat, parum urget. Nam præterquam quod istud est longè minus damnum, quam demolitio, & cætera superius considerata non potest nunciatus conqueri, quia & in hoc sibi consultum est, ut nuncians in casu succumbentiæ teneatur ad damna, & interesse etiam per actionem de dolo, ut post Jacob. de Aren. *docet* Bart. *in l.* 2. *in princ. nu.* 26. *ff. de oper. nov. nunc.*

Quo † stante dicendum est istud esse damnum intrinse- 18
cum, ex quo decurrit ob retardatum processum, & sic si fuerit protestatum, & petitum, refici debet cum expensis litis, quamvis damna extrinseca non debeantur juxta distinctionem, quam magistraliter ponit cum suis exemplis Thesaur. *in dec.* 67. *per totam*, & signanter *sub nu.* 4. *in verb. ex quibus, & sub nu.* 5. *ver. contrarium ibi nec retardat processum*.

Hæc † autem adeo sunt inconcussa, ut etiam in opere pio, 19
& sic in Ecclesia ædificanda procedant: nam, & isto casu facta novi operis nunciatione; expectandum est; per tres menses; non enim in præjudicium alterius Ecclesia construi potest *c.* 1. *extr. de oper. nov. nunc.* & ita decisum fuisse tradit Crescen. *in dec.* 1. *eod. tit.* ubi notabiliter subdit, hoc in casu transactis tribus mensibus ultra cautionem de demoliendo ab ædificante dandam, licentiam ædificandi esse concedendam cum decreto, ut lite durante, non censeatur Ecclesia, ideò pro tali non habeatur, cum rei sacræ demolitio permittenda non videatur.

Transactis † autem tribus mensibus in quocunque sive 20
sacro, sive prophano ædificio non impeditur ædificans dictam cautionem præbens, etiam si nuncians se offerat incontinenti docere de non jure ipsius ædificantis. Azor. *in Summ. C. de ædif. priu. in fi. sub num.* 9. Gaill. *observ.* 16. *num.* 17. *lib.* 1. Socc. jun. *in l.* . *num.* 248. *ff. de oper. nov. nunc.* Lancellot. *de attent. post inhib. cap* 20. *limit.* 2. *num.* 14. Gratian. *d. cap.* 384. *n.* 14. Carocc. *d. dec.* 19. *nu.* 24. Crescent. *decis. unica de oper. nou. nunc.* ubi dicit ita in una *Arminensi* fuisse decisum. *Die* 18. *Septembris* 1653. *Sac. Concil. Neapol. in causa Monialium S. Claræ hanc meam dec. approbavit.* & secundum illam judicavit, ut eadem die retulit mihi tunc Nuncio Apostolicus D. Consiliarius, & Dux Carolus Brancatius.

ARGUMENTUM.

Paries quando dicatur inter vicinos communis, & quando proprius unius, & quando divisorius, vel ad fabricandum destinatus.

Vicinus, an, & quando elevare possit communem priorem officiendo luminibus vicini.

Peritorum relationi, an, & quando sit standum, & plurima de tertii periti electione in casu discordiæ.

SUMMARIUM.

1 *Trabes penetrantes ultra dimidium muri inducunt illum esse communem.*

2 *Paries in una parte communis, in alia quoque parte dicitur communis. Contra.*
Grammaticum in cons. 164. n. 9.

3 *Paries, an sit communis peritorum relatione defertur.*

4 *Peritis in arte standum est.*

5 *Etiam de credulitate deponentibus.*

6 *Paries inferior si est communis, idem iudicandum de superiori.*

7 *Paries in dubio præsumitur communis.*

8 *Sed pro diviso.*

9 *Paries, an, & quando dicatur communis, & an pro diviso, vel indiviso,* remissivè.

10 *Diligentia à Iudice adhibenda antequam ad locum differentiæ accedat.*

11 *Re communi potest quis ad usum destinatum uti iure communi, etiam invito socio.*

12 *Et etiam sine mercede si usus sit individuus.*

13 *Etiam si socii luminibus officiat.*
Contrarium est verius, licet utraque sententia sit communis

munis nu.18.*Concilia* nu.28.*Præsertim* si damnum vicini esset grave n.24.

14 *Ædificare, an, & quando in alieno quis valeat quando sibi multum prodest, & prohibenti parum obest.*

15 *Peritis discordantibus deveniendum est ad tertii electionem.*
Intellige si Judex velit, nam est arbitrarium numer. 39.

16 *Tertius periti relationi standum est etiam si ab ambobus aliis discordet.*
Contrarium verius nam tunc nulli statur n. 38.

17 *Peritorum rationes transeunt in judicatum.*
Contrarium verius num. 40.
Item si à partibus communiter fuerint electi numero 41.

18 *Prohibentis conditio quando sit potior*, & num. 20. & 24. & 31.

19 *Ubi concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum juris habet una ad resistendum, quantum altera ad obtinendum.*

20 *Altare unum non est discooperiendum, ut cooperiatur alterum.*

21 *Lucrari dicitur suam explens voluntatem, contra; qui aliquid facere cogitur dicitur damnum pati.*

22 *In dubio juris potior est conditio prohibentis.*

23 *Idem in dubio facti.*

24 *Vicinus cum grave damno vicini, re communi uti non potest.*

25 *Damnum vicini ex alterius vicini ædificio quando sit grave, remittitur Iudicis arbitrio.*

26 *Vicinus, vel socius non potest mutare statum rei invito socio.*

27 *Etiam si ad meliorem statum illam reduceret.*

28 *Paries communis ubi antiquitus fuit elevatus, potest vicinus extollere domum depressam usque ad ejusdem parietis culmen.*

29 *Socius, vel vicinus non potest invito socio uti re ad usum non destinatum.*

30 *Paries destinatus pro clausura non dicitur destinatus ad fabricandum, nec ad talem usum potest converti.*

31 *Paries in dubio non præsumitur ad fabricandum destinatus.*

32 *Peritorum relationi standum si à Iudice sit confirmata, alias secus.*

33 *Et modo fuerint à partibus sponte electi, secus si ex necessitate.*

34 *Electio periti sponte facta, dicitur quoddam compromissum in arbitratorem factum, & quædam transactio.*

35 *Peritorum relationi standum est si à partibus ea fuit approbata.*

36 *Vel si partes promiserunt eorum stare relationi.*

37 *Fallit si pars à parte decepta fuit, vel si retulerunt contra minores.*

38 *Tertio perito, cum ambolus discordantibus quid agendum.*

39 *Iudici arbitrarium est, an quarti periti electio facienda veniat.*

40 *Peritorum relatio non transit in iudicatum.*

41 *Peritorum relatio, etiam à partibus electorum, usque ad triginta annos revideri potest.*

42 *Sententia ad peritorum relationem lata, an transitum faciat in rem judicatam.*

43 *Tertius peritus eligi debet à partibus Iudice interveniente tanquam compulsore, non tanquam electore.*

44 *Tertius quando, & à quibus eligi debeat duobus arbitris discordantibus, & quid de arbitratoribus, & quid de peritis: & refellitur* Carocc. decis. 50.

45 *Periti debent pro forma iurare de fideliter, & legaliter æstimando.*

46 *Nec in relatione requiritur aliud iuramentum.*

47 *Relatio periti facta absque partis citatione est nulla.*

48 *Peritus debet referre de eo, quod est facti, non autem de eo, quod est juris.*

49 *Relatio periti facta ex falsa causa dicitur erronea, & retractanda.*

DECISIO LIV.

IN eadem causa structo processu, & facta relatione à duobus peritis hinc inde electis ipsisque discordantibus: habita etiam relatione tertii periti à Vicario antecessore electi, ac deinde per me visitato loco differentiæ. Dubitavi, an præceptum ad instantiam hæredum Iulii Cęsaris de Iannis adversus D. Capitaneum Iacobum Carabettum emanatum de non elevando parietem, de quo in præcedenti decisione, esset confirmandum, vel revocandum. Et ante omnia pro terminorum intelligentia, advertendum duxi eundem parietem non esse proprium dd. hæredum (ut ipsi prætendebant) sed communem inter ipsos, & Carabettum.

Tum † quia ab utraque parte apparent immissæ trabes ultra dimidium muri penetrantes, quod indicat parietem esse communem, & quidem pro indiviso *l. in communis parietis. De damno infect. cum similibus gl. in l. si ædes communes circa fi. com. divid.* Bar. *in leg. inter quis ff. de damn. infec.* Cæpoll. *in tract. de serv. urb. præd. cap.* 40. *num.* 11. *&* 13. Paris. *cons.* 116. *num.* 9. *volum.* 4. Boer. *cons.* 5. *num.* 7. Surd. *consil.* 126. *num.* 9. *volum.* 1. Paul. de Castr. *in cons.* 334. *sub num.* 32. *par.* 2. Tametsi ex latere Carabetti unica duntaxat cernatur trabis à parte domus interna, non verò in alia versus plateam, in qua modo ædificare prætendebat † quicquid in his terminis secus senserit Gramat. *in cons. civil.* 164. *num.* 9. asserens non esse inductam communionem in toto pariete; sed duntaxat ea in parte, in qua adsunt signa, cujus opinio à Scribentibus non recipitur; concludentibus, quod si paries in una parte est communis, in alia quoque parte sit talis, quia unus, & idem murus est, & propterea non debet diverso jure censeri Cæpol. *de serv. urb. præd. dict. cap.* 40. *sub num.* 19. *vers. sed ubi judicaretur* Soccinus *consil.* 44. *num.* 2. *circa fi. volum.* 4. Ruin. *consil.* 55. *num.* 1. *vol.* 4. Hier. Gabr. *cons.* 149. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *consil.* 124. *num.* 12. *& num.* 31. *lib.* 1. ubi ait, opinionem Grammatici esse erroneam, & solitariam, & Cæpollam ab eo citatum non dicere id, ad quod allegatur, & hanc etiam sententiam amplectitur Gratian. *discep. forens. cap.* 263. *nu.* 3. 1

Tum † etiam experitorum relatione quos ad cognoscendum, an murus sit communis adhibendos esse docent, Bald. *in cons.* 233. *vol.* 1. Cæpol. *de ser. urb. præd. c.* 40. *nu.* 14. Bero. *cons.* 132. *nu.* 2. *vol.* 3. Boer. *cons.* 5. *nu.* 7. Gram. *cens.* 164. *sub n.* 4. *in fi.* Bursatt. *cons.* 57. *nu.* 22. *vol.* 1. 3

Quibus † periti in hoc credendum est, cum d. artis suæ scientia deponant *l. sept. mense ff. de stat. hom. l.* 1. *ff. de ventr. inspic. l. Cicero ff. de pen. c. fraternitatis de frig. & malef.* Bal. & Barbat. *in c. super literis in princip. de rescript. post.* Imol. *consil.* 16. *in fi.* Rota *dec.* 353. *num.* 2 *p.* 2. *in recent.* Surd. *decis.* 83. *num.* 10. Dec. *cons.* 244. *num.* 5. Boer. *decis.* 227 *nu.* 21. Greg. XV. *dec.* 125. *num.* 9. *Et in terminis nostris idem* Surd. *consil.* 125. *num.* 16. *volum.* 1. Bursatt. *dict. consil.* 57. *numer.* 22. Eugen. *cons.* 47. *num.* 27. 4

Etiam † si deponant per verbum credit *l.* 1. *ff. de Ventr. inspicien. l. hac edictali* §. *illud de secun. nupt.* 5

Tum, & tertio, quia cum pro parte dd. hæredum non negetur murum inferiorem versus terram, qui est vetustior esse communem: idem dicendum est etiam de muro recentiori, & superiori, † quando enim antiquus murus communis est, etiam superædificatus effectus fuit communis Bar. & Ang. *in l. quidam hyberus ff. de serv urb. præd.* Cæp. *in tract. de ser. urb. præd. c.* 40. *num.* 18. *ver. aut. murus, & num.* 20. *& 29. & in cons. civil.* 35. *num.* 7. *& seq.* Hond. *cons.* 80. *nu.* 24. *vol.* 1. Surd. *cons.* 126. *num.* 24. *lib.* 1. *& in dec.* 168. *nu.* 4. *late* Veg. *cons.* 53. *nu.* 36. *& seqq.* 6

Quin † etiam ubi hæc omnia deficerent, adhuc in dubio iste paries inter utranque domum existens de jure præsumeretur communis non docto de contrario *l. arbor. ff. com. divid.* Soccin. sen. *cons.* 44. *num.* 2. *ver. postrema lib.* 4. Corn. *cons.* 213. *col.* 1. *ver. prout lib.* 4. Rim. sen. *cons.* 397. *nu.* 12. *lib.* 2. Honded. *cons.* 80. *num.* 19. *lib.* 1. benè Surd. *cons.* 125. *num.* 6. ubi quod talis paries dicitur communis ratione naturali, ut inquit tex. *in l. parietem ff. de serv. urb. præd.* In hoc tamen non facio fundamentum: † quia in dubio præsumitur quidem communis; sed pro diviso, ut per Corn. in *cons.* 90. *vol.* 2. & admittit Hier. Gabr. *cons.* 149 *num.* 3. *volum.* 1. † Et generaliter quando paries dicatur communis, & quando pro diviso, vel indiviso recurre ad Capoll. *d. cap.* 40. Gabri. Honded. & Surd. ubi sup. Thesaur. *decision.* 23. & Mascard. *de prob.* 10. *concl.* 1134. *libr.* 3. & de eodem articulo tractant *scriben-* 7 8 9

bentes in l. Sabinus ff. commun. divid. in leg. in communis parietis, & in leg. damni §. cum parietem, & in leg. qui conclave ff. de
10 *damn. infect.* † Et consulo tibi juste, & diligens Judex, ut illos videas, antequam in similibus casibus ad locum differentiæ accedas, ut perspicias jura partium discernere, peritos interrogare, tuamque sententiam formare valeas.

Hoc igitur supposito, & attento etiam quod murus prædictus non sit simpliciter divisorius; sed ad usum fabricæ ordinatus, ut apparet ex tectunculo dd. hæredum; & ex tecto, quod erat illi appodiatum etiam à latere Carabetti, quod ad præsens occasione fabricæ demolitum fuit, dicendum videbatur Carabetto licere illum elevare, & tectum quod prius erat depressum erigere.

11 Quia † regula *l. Sabinus* 28. *ff. com. divid. cum concordantibus*, quæ habet non licere socio ædificare in re communi, procedit quoties quis intendit uti re communi ad usum non destinatum; at ubi vult uti ad usum destinatum, & facit jure communionis, & prætendit super ædificatum effici commune; utique licitum illi est ædificare invito socio *leg. si ædes ff. com. divid. leg. cum duobus §. item mala ff. pro socio leg. hoc quod dictum §. si ex tribus ff. de serv. urb. præd.* glos. & DD. *in d. l. Sabinus* Glos. & Dyn. *in cap. in re commu. de reg. iur. in sexto*, Felyn. *in cap. cum omnes num.* 17. & ibi Dec. *extra de constitut.* Jas. *in leg. iuris gentium §. fin. num. 6. ff. de pact.* & latius *in consil.* 98. *num.* 1. 2. & 3. *& per totum vol.* 1. Thesaur. *decis.* 41. *num.* 1. ubi quod ita vidit sæpissimè in Senatu practicari Berous *quæstion.* 26. Veg. *cons.* 53. *num.* 28. & 32. Cæpol. *in tract. de serv. urb. præd. capit.* 40. *sub num.* 19. & 20. Marsil. *sing.* 153. cum aliis allegatis per Rim. *cons.* 401. & 402. *lib.* 3. Burs. *cons.* 57. *num.* 2. & *cons.* 58. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *cons.* 233. *num.* 1. *lib.* 1. Honded. *cons.* 80. *lib.* 1. Felic. *in tract. de Setio. cap.* 28. *num.* 21. Hieron. Gabr. *cons.* 149. *num.* 4. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 87. *numer.* 73. Ripa *consil.* 90. *num.* 6. Surd. *cons.* 41. *num.* 15. & *ibi num.* 17. & *seq.* infert ad sylvam cæduam, & ad agrum seminari solitum, & iterum *cons.* 126. *num.* 22. *vol.* 1. Veg. *cons.* 53. *num.* 29. qui pariter infert ad sylvam cæduam, Corn. *cons.*
12 186. *num.* 10. & *seqq. lib.* 1. † ubi etiam ait socium invito socio posse uti re communi ad usum destinatum etiam sine mercede, cum sit usus individui Dec. *in cap. cum omnes in* 1. *lectur. sub nu.* 5. *ver. ista regula de Constit.* & dicam latè infra *dec.* 54. *nu.* 20. & *seqq.*

13 Etiam † si vicini fenestræ claudantur, vel obscurentur, ut in casu nostro Dyn. *in reg. in re commu. nu.* 3. *de Reg. iur. in* 6. Jas. *in l. servi electione §. labeo num.* 16. *cum seq. de leg. primo*, & latius *in cons.* 98. *numer.* 3. & *per totum lib.* 1. Marsil. *sing.* 369. *mille hominum* Cæpoll. *tract. de serv. urb. præd. capitul.* 62. *tit. de fenestra sub num.* 5. Paris. *consil.* 62. *lib.* 1. Rimin. *cons.* 402. *num.* 2. *lib.* 3. Nevizan. *consil.* 66. *in fine* Bero. *quæst.* 26. *num.* 3. Burs. *cons.* 111. *numer.* 1. *lib.* 1. Thes. qui alios cumulat *decis.* 23. *numer.* 5. & *decis.* 41. *numer.* 2. & *dec.* 65. Felic. *in tract. de Societat. cap.* 28. *num.* 22. & 24. Dec. *in dict. cap. cum omnes in prima lectu. sub num.* 5. *vers. ista reg. de Constitut.* ubi quod quando quis utitur re communi ad usum destinatum non inspicitur, quod evenire potest. Veg. *cons.* 53. *nu.* 30. & *seqq.*

Quod quidem eo magis procedere videbatur, quo ut ajebat tertius peritus dictum ædificium valde prodest Carabet-
14 to, parum dd. hæredibus obest, † quando enim ædificium facienti prodest, & alteri nihil obest, etiam cum ejus modica incommoditate non solum in re communi, sed & in alieno licet ædificare *leg. secunda*, §. *item Varus. ubi Doctores ff. de aqua pluviæ arcen.* Decius ad multa inferens *in cons.* 244. *sub num.* 4. *vers.* 3. *in principio* Maccabrun. *cons.* 49. *nu.* 59. Surd. scribens in terminis nostris, nempè in muto qui videbat curticellam prohibentium ædificium in ejus *dec.* 168. *nu.* 8. Grat. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 541. *nu.* 8. & 9. quod tamen intellige, ut dixi infra *dec.* 57. *in fi.*

15 Accedebat relatio tertii periti † cum electio prioribus discordantibus semper fieri debet *l. item si unus penul. §. ff. de recep. arb. cap. innotuit. eod. tit. & utroque* DD. & hæc est firma, & observata conclusio inquit Rota *in decis.* 612. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* referentis licere Carabetto extollere di-
16 ctum parietem communem, † cujus relationi standum esse etiam si ab aliis duobus electis discordet tradunt glos. *in l. item si unus §. principalem in verbo auctoritati in fi.* & ibi Bald. *in prine. ff. de Arbi. specul. in tit. de Arbi. §. sequitur num.* 19. *ver. sed nunquid stabitur* Socc. *cons.* 54. *col.* 2. *vers. tertius & ultimus lib.* 1. Joan. Garz. *in tract. de expens. & meliorat. cap.* 24. *in princ.* Rota *in Romana Salviani interdicti* 10. Ian. 1611. *coram Vbaldo impress. in calce tract. Statil.* Pacif. de Salu. *interd. decis.* 25. *num.* 3. & *rursus decis.* 544. *num.* 1. Seraph. *decis.* 1494. *num.* 1.

Quin † etiam ex lapsu plurimorum mensium prætende- 17
batur relationem dicti tertii periti transisse in judicatum ne semper rerum eventus incertus remaneat ad tradita per Pinell. *de rescin. vend. par.* 3. *cap. ult. n.* 6. *vers. sed ego*, & Thes. *dec.* 25. *nu.* 33.

His tamen minimè attentis ad favorem dd. hæredum cedulam subscripsi nempe Carabetto non licere altius elevare præfatum parietem, sibi cum illis communem quorum luminibus nova fabrica officiebat, præceptumque confirmandum esse censui. Et movebar primo, quia verior crebriorque est sententia Socium ita demum, invito Socio re communi uti posse si illi non noceat, † nam si opus uni prodest, 18
alteri obest: proculdubio potior est conditio prohibentis tex. ad literam in *d. l. Sabinus ff. de damn. infect. l. qui luminibus ff. de serv. urb. præd.* & benè facit *l. sed si inter §. sed in area, eod. tit. cum similibus* tradunt DD. *in l. in re communi eod. tit.* ubi Castren. *num.* 3. & 5. ait non posse socium super communi pariete ædificare quando toti societati non expedit, quem refert, & sequitur Berous *consil.* 131. *num.* 11. *vol.* 3. Angel. *in leg. quidam Iberus col.* 2. *vers. similiter ff. de serv. urb. præd.* ubi ait posse socium invito socio immittere nova tigna in communi pariete, duobus tamen concurrentibus, alterum ut sit aptus, & destinatus ferendo oneri. Alterum verò, ut per dictam immissionem non officiatur vicino, idem tradit ibi Florian. quos refert, & sequitur Cæpolla *in tract. serv. urb. præd. capitul.* 40 *num.* 20. ubi ait, hanc esse veritatem, & ita servari in practica Rim. sen. *consil.* 71. *sub numer.* 10. *vers. his tamen vol.* 1. Corn. *consil.* 78. *lib.* 4. Boer. *consil.* 5. *numer.* 26. ubi quod ista est veritas Bero. sibi contrarius *consil.* 132. *sub numer.* 8. *volum.* 3. ubi ad hoc citat Bart. & Imol. *in d. l. quidam* Iberus Burs. alios referens *consil.* 57. *numer.* 13. & *consil.* 58. *numer.* 26. *volum.* 1. Surdus *consil.* 126. *numer.* 20. *vol.* 1. ubi quod ista est veritas, latius, & melius in *cons.* 223. *lib.* 2. *per totum*, ubi omnia fundamenta per Jasonem ex adverso adducta refellit. Magon. *decis. Florent.* 46. *sub num.* 9. Nec jura pro contraria sententia adducta ullatenus probant socium uti posse re communi ad usum destinatum cum damno socii. Imo re vera in hac materia jura loquuntur negativè, ut patet ex mox adductis, & fatetur Veg. *dict. consil.* 53. *sub numer.* 19. *vers. & verè loquendo.*

Suadetur etiam ratione, † quia potius concurrunt duæ 19
virtutes paris potentiæ, tantum juris habet una ad resistendum, quantum altera ad obtinendum, ut *not.* Bald. *in d. l. Sabinus in summ. ff. com. divid.*

Facit † trita regula. Non esse discooperiendum unum al- 20
tare, & cooperiatur alterum.

Nec prætermittendum est Carabettum ædificare intendentem tractare de lucro captando, nempè de augendo domo, illiusque valore, & commoditate; prædictos verò hæredes, prohibentes tractare de damno vitando, & sic ne illorum domus obscuretur, quòd rursus ex alio capite perspicuum redditur, quia, quemadmodum † suam explet voluntatem di- 21
citur lucrari glos. in *leg. fi. ff. de usuf. gl. in l. pen. ff. de cond. caus. dat.* Tiraq. *de utroq. retract. in præf. num.* 28. Covar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 1. *nu.* 1. Becc. *cons.* 20. *nu.* 17. Neviz. *cons.* 74. Surd. *cons.* 440. *num.* 3. *lib.* 3. Ita damnum pati dicitur, qui invitus aliquid facere, vel pati cogitur Surdus *cons.* 387. *num.* 12. *volum.* 3. & *dec.* 260. *nu.* 3. Gram. *cons.* 22. *nu.* 6. Felicius in *tract. de societ. cap.* 27. *nu.* 28. & *c.* 28. *nu.* 55.

Ulterius † cum utraque opinio sit communis & sic res in 22
jure dubia videatur, ea utique tenenda est, quæ favet hæredibus prohibentibus, ut probat text. expressus *in d. l. Sabin. ff. pro socio* in illis verbis. *In re communi potiorem esse causam prohibentis constat, & in cap. in re commu. de reg. iur. in* 6. † Et qui- 23
dem non modo in dubio juris, sed etiam in dubio facti, & sic si dubitaretur, an opus damnum affert vicino, adhuc prohiberi per dictam regulam in pari causa potiorem esse conditionem prohibentis tradit Gabr. *in cons.* 150. *nu.* 3. *vol.* 1. citat *d. l. Sabinus, & l. fistulam*, & ibi Florian. *ff. de serv. urb. præd.*

Sed † & ubi damnum, quod vicino infertur est grave etiam 24
contrariæ sententiæ assentiuntur Thesaur. in *dec.* 41. *sub num.* 2. *in fi.* fatetur quem ab opere prohiberi posse, qui ad hoc citat Bart. Ang. Fler. & alios & ita loqui Bero. *d. q.* 26. *nu.* 3. & 6.

Quando † autem dicatur damnum grave, Judicis arbitrio 25
remittitur ut per Franc. Marc. in *puncto decis.* 498. *nu.* 29.

Porro damnum, quod ex hac ædificatione resultasset dd. hæredibus, mihi grave fuit visum; quia inde offuscabatur coqui-

coquina, & alia cellula ſupra ſcalas, & in inferiori parte cella vinaria; unde cum domuncula ſit ſatis parua non ſine gravi incommodo potuiſſet habitari: vice verſa Capitaneus Carabettus non indigebat pro uſu proprio manſione, quam augere prætendebat: tum quia ejus Domus, de qua agitur eſt mediocriter ampla; tum etiam quia illam non inhabitat, ſed locat, ex quibus ſine dubio boni Judicis arbitrium ad dd. hæredum favorem inclinare debebat.

26 Secundò, † movebar quia etiam ſi admitteremus ſocium poſſe re communi cum damno ſocii ad uſum deſtinatum uti, id tamen ita demum procederet, ſi formam ſtatumque, non alteraret; quoniam ſtatum omnino ſervare debet tex. eſt clariſſimus, & inevitabilis in *l. qui luminibus* 10. *ff. de ſerv. urb. præd. qui luminibus vicinorum, aliudve quid facere contra commodum eorum volet, ſciat ſe formam, & ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere*. Et tradit Paul.de Caſtr. in *conſil.*334.*ſub num.*2.*circa fi.par.ſecunda*, ubi ait, ſocium non poſſe elevare parietem communem, quoniam ad hoc non fuit invectus cum tanto tempore ſteterit in eo ſtatu, in quo propterea dimitti debet, & citat *d.l.ſi luminibus*, & *l. ſi manifeſto in fi. idem tenet* Alberic.in *l.altius C. de ſerv.& aqua* Bald.*conſ.*233.*lib.*1. Cæpolla in *tract.de ſerv.urb.præd. cap.*36. *nu.*10.*& c.*39.*ſub nu.*7.*in* 7.*fallent.*ubi ſubdit eſſe valde notandum Duen. in *regul.*33.*lib.*5.Berous *conſ.*155.*nu.*5.*lib.*3.Surd. *conſ.*57.*n.*8.*& conſ.*38.*n.*26. *vol.*1. noviſſimè Cyriac. *controv. forenſ.*28.*n.*17.*& admittunt* etiam Theſ.*dec.*41.*nu.*9.Felyn. *de ſociet.c.*27.*n.*24.*& ſeq. & Reg. d.conſ.*53.*n.*34.

Et ad hoc probandum quidam citant, etiam *l.*1. *C. de ædific.privat.*& gloſſ. communiter à Canoniſtis receptam in *cap. dilectiſſimis* 12. *quæſt.* 1. ſed quia tam *d. lex.* quam d. gloſ. loquuntur de ædificiis non ædificandis ultra modum uſitatum, ideſt ultra altitudinem conſueram; ideo fundo meam opinionem in *d. l. qui luminibus*, & in ſententia tot tantorumque patrum. Et quamvis Theſ. ſibi contrarius in *dec.*14.*ſub n.*4. *ver. ad ſecundum* dicat Doctores nihil validi allegare ad probandum non eſſe immutandum ſtatum, quando quis utitur re communi ad uſum deſtinatum, & *l. qui luminibus ff. de ſer.urb.præd.* non militare in caſu, quo paries erat ad elevandum diſtinctus,ſed locum habere in ſervitute patientia adverſarii præſcripta,ut ſentit ibi gloſ.ac propterea verſa vice intrare text.in *l.altius C. de ſervitut.* ut quilibet poſſit extollere domum ſuam etiam ſi per mille annos nunquam eam elevaſſet.

Reſponderi tamen poteſt tex. in *d.l.qui immunibus* generaliter loqui, & magis communiter à DD. ita interpretari, ut ſupra oſtenſum eſt; & imò ipſum Theſ. nihil validi allegare pro contraria opinione quia tex. in *l. altius* non loquitur de re communi, ſed de propria domo, & pariete; nec eſt dubium quin in terminis noſtris jura conſtituant differentiam inter parietem proprium, & parietem communem,ut patet ex *l.ſabinus ff.pro ſocio cum ſimilibus*; unde non mirum ſi ipſe Theſ. ut dicebam mutavit ſententiam in *dec.* 41. *n.* 9. ubi *in fi.* addit hujus controverſiæ deciſionem Judicis arbitrio relinqui *l. an in totum. C.de ædif.privat.*

27 Quinimo adeo vera eſt hujuſmodi communis opinio, ut nec quidem ad meliorem formam reducendo poſſit quis mutare veterem ſtatum ædificii communis invito ſocio *leg. parietem*, ubi hoc notant Mart. de Fan. Bald. & Angel. *ff. de ſerv. urb. præd.* Jaſ. in *leg. quominus nu.* 109.*ff. de fluminibus* Natt.*conſ.*215.*nu.*7. *vol.*1. Surd. *conſ.*387. *num.*11. *vol.*3. Qui enim veterem ædificii formam mutat, licet videatur meliorare: tamen dicitur deteriorare cum invito ſocio faciat *l.Uſufructuarius novum tectorium ff.de Uſufr.* §. *præterea Inſt. de act.*Natt.& Sur.loc.cit.& Felic.in *tract.de Societ.c.* 27. *nu.* 27.*& c.*28. *num.*55.

Quod ſi utramque ſententiam conciliare libet; potes priorem & contrariam ſalvare ubi jam ab antiquo murus eſſet elevatus: tunc enim utique poteſt vicinus elevare domum ſuam depreſſam, & ponere culmen ejuſdem Domus ſuę æqualiter cum culmine domus vicini, vel etiam ſupra ſi idem paries jam elevatus excedit, ex quo aliter non poſſet uti pariete communi, & ille ſibi inutilis eſſet, ut docet Cæpoll. in *tr. de ſerv.urb.præd.c.*62.*nu.*5.ſequitur Surd. *conſ.* 223. *n.* 15. *vol.* 2. Unde non poteſt hodie Carabettus in præjudicium dd.hæredum mutare d.formam, & eorum feneſtras offuſcare, elevando parietem ipſum ſupra culmen antiquum.

Tertiò movebar, quia re vera paries controverſus videtur potius diviſorius quam ad ſuſtinendum culmen iſtarum aliarum domorum deſtinatus; quia dividit cortile dd. hæredum à quadam manſione depreſſa Carabetti, quæ erat apotheca,& utraque pars habet culmen domus ab alia parte, qui multum excedit d. murum. Et quamvis à latere Carabetti in d. pariete immiſſum fuerit tectum dictæ apothecæ, & à latere dd. hæredum tectunculum ad regendas ſcalas ab aqua pluuiali; non tamen hinc dici poteſt d. parietem eſſe deſtinatum ad ſuſtinendum culmen, imò totum contrarium, nempe ad reparandam duntaxat apothecam depreſſam, & ſchalas prædictas: † unde dum Carabettus intendit illum ele- 29
vare, & illi apodiare culmen domus, dicitur velle uti ad uſum non deſtinatum quod nequaquam poteſt *d. leg.Sabinus* cum ſua gloſſa *ff. com. divid.* Bart. in *l. fiſtulam ff. de ſerv.urb. præd.*Felyn.in *cap. cum omnes*, *nu.* 22. *de conſtitut.* Jaſ. *d. conſ.* 98.Corn.78.*nu.*1.Burſatt.*conſ.*112.*n.*11.*& conſ* 58.*n.* 26. *lib.*1. Caballin.*de diuid.& individ.p.*3.*n.*306.Theſaur. *dec.*41. *num.* 13.Surd.*conſ.*126. *nu.*4. *volum.*1. latè Veg. *conſ.*53. *nu.* 25. *& ſeqq.*& fatentur communiter DD.

Paries † enim pro Clauſura deſtinatus non dicitur deſti- 30
natus ad fabricandum; & ideò prohiberi poteſt à conſocio, ne alter ſocius fabricet *l.ſi ædes ff. comm. divid.* ut per Burſatt. *conſ.*57.per totum, *& conſ.*58.*nu.*2.*vol.*1. Petr.de Ubald.in *tr. de duobus fratr.p.*8.*n.*46.Boer.*conſ.*5.Bero.*conſ.*133.*nu.*8.*lib.*3. Neviz.*conſ.*65.Port.Imol.*conſ.*17.*n.*14.Felicius de Societ. *cap.* 26.*n.*27.Franc.Marc. *dec.*498. *n.*17. Magon. *dec.Flor.*46. *n.*6.

Et ſufficit non clarè conſtare per evidentiam facti, nec per 31
relationem peritorum murum hujuſmodi fuiſſe ad fabricandum deſtinatum, nam in dubio id non præſumitur, ſed ſervanda eſt facies, & conſiſtentia antiqua *leg. cum in totum Cod. de ædi. privat.* Bald. *conſ.* 233. *lib.* 1. Burſatt.*conſ.*57. *nu.* 7.*lib.*1.& fatetur Theſaur. *d. dec.*41. *nu.* 74. & onus probandi d. murum fuiſſe deſtinatum ad fabricandum ſpectabat ad Carabettum ædificare volentem, quia ipſe in hoc eſt actor, & in pari cauſa melior eſt conditio prohibentis *d. leg. Sabinus ff. com. divid. dict. cap. in re communi de regul. in* 6. & in his terminis tenent Bald. *d. conſ.* 233. *& conſ.* 165. *lib.*1. Roman. *conſ.*52.Caſtr.in *l.in re communi ff.de ſerv.urb.præd.*Burſatt.*d. conſ.*57. *nu.*4. cum aliis quos refert, & ſequitur Theſ. *d.deciſ.* 41.*in fi.*

Hic autem in tantum id non fuit probatum, ut imò tertius in cujus relatione ſe fundat Carabettus, dicat parietem diviſorium ibi *Il ſudetto Signor Iacomo puole alzare per eſſere quella muraglia diviſoria* (ratio inepta, ut dicam *infra ſub num.*48.)

Et ex his ceſſant omnino ea, quæ ſuperius ad Carabetti favorem deduxi præter ultimum, cui ſtatim ſatisfaciam.

Non refragatur igitur relatio tertii periti, quam dicebant 32
ſequendam eſſe, quia reſpondeo, id † ita demum procedere, ſi fuit à Judice confirmata, & ita expreſsè declarat Garzias loco citato *ſup. num.* 16. & etiam Rota in *Romana Salviani* ibidem à me allata, ubi dicitur relationem peritorum, de qua ibi agebatur fuiſſe à Rota approbatam coram Manzanedo, unde non mirum ſi erat exequenda,& ita etiam intelligitur textus in *l.* 62. *cui libertas*, ubi Paul. de Caſtr. *nu.*3.*ff.de cond.& demonſtr.*Bart.in *l.inſtar.nu.*11.*C. de iure fiſci*, *nu.*10.Nevizz.*conſ.*94.*num.*18.Gregor.XV.*dec.*536. *nu.*1. ſecus tamen eſt ſi à Judice non approbetur, ut eſt textus egregius, & (ut inquit Garz. loco cit.) in foro quotidianus, quem ignorare nemini licet in *l.inſtar.Cod.de iure fiſci l.*10.qui quidem Iudex non tenetur omnino ſequi relationem tertii periti, ſed poteſt illius periti relationi adhærere quam magis juridicam arbitratur, & quę melioribus eſt fulcita rationibus, ut per Barzium in *deciſ. Bonon.* 22. *nu.* 31. *&* 39. & quamvis Bart.Burſatt.& Menoch.quos citat id non dicant,puto tamen ipſum dixiſse meram veritatem, pro qua citat etiam Socc. Sen.*in cap.calumniam ſub nu.* 81. *verſ.* 2. *caſu extra de pœnit.* & poterat citare Pinell.*in l.*2.*par.*3.*cap.*4.*ſub nu.*4.*in fi. de reſcind.vend.* hoc idem tradit Ang. *l. ſi plures ff. de accuſ. & gl. notab.in l.quid ff.ſi cert.petat.*

Vel † ſi ille fuerat ſponte à partibus communiter electus ita 33
expreſsè loquitur Rota *in dicta Romana Salviani*, & rurſus *in deciſ.*354.*nu.* 1.*par.*1.*rec.*ubi *concordantes* congerit,& in reliquis deciſionibus allatis *ſupra n.*16.ſecus ſi vel ex neceſſitate ſtatuti periti electi fuerunt à partibus, vel (ut in caſu noſtro) deputati à Iudice ad Iaſ. *in repet.l.admonendi n.*43. *ff. de Iureiuran.*Rimin.jun.plurimos cumulans in *conſ.*212.*num.*19. *& ſeqq.*ubi idem concludit etiam ſi à partibus electi fuerint,quoniam ipſis imputari non poteſt cur peritiores non elegerint.

† Diſcriminis autem ratio ea reddi poteſt, quia electio periti 34
de conſenſu facta dicitur eſſe quoddam compromiſſum, factum in arbitratorem,& quędam tranſactio, ut per Alex. in *conſ.*21.*n.*8.*&* 12.*lib.*7.*tex.in l.hac edictali* §. *his illud* ubi Bald. *C.de ſecund.Nupt.idem* Alex.*conſ.*22.*nu.*3. *lib.*1.

Poteſt

35 Potest † quoque procedere d. Regula quando partes approbaverunt relationem peritorum : stante enim hujusmodi approbatione, relatio periti in vim pacti est attendenda *l.* 2. & ibi glos. ult. & DD. *C. commu. utriusque iud.* Corn. *cons.* 125. *per totum, & cons.* 140. *n.* 7. *lib.* 2. Felyn. *in* 6. *proposuisti n.* 7. *vers. fallit.* 2. *de prob.* Rot. *dec.* 577. *n.* 8. *p.* 1. *rec.*

36 Vel † quando partes in instrumento promiserunt eorum stare relationi; tunc enim dicitur renunciatum revisioni per peritiores faciendæ; ita ut facta d. relatione illi sit parendum, ut post glos. tradit Bald. in *l. tale pactum* §. *qui provocavit col.* 6. *vers. quærit* glos. *ff. de pact.* & ibi Angel. *nu.* 12. Castrens. *nu.* 6. Jas. *nu.* 7. Ruin. *cons.* 135. *nu.* 10. *volum.* 5. Dec. *in c. ad hæc secundo in fi. de Appell.* Alex. *in l. si convenerit in fi. de re iud.* benè Rim. jun. *cons.* 71. *n.* 34. *lib.* 1.

37 Nisi † tamen iidem vel à parte fuerint decepti, vel relationem fecerint contra minores, qui revisioni renunciare non potuerunt, ut admittit Rimin. jun. *d. nu.* 34. ubi sic intelligit *cons.* 45. *& cons.* 89. *vol.* 1. Parisii.

38 Vel † demum (ut hoc extra casum nostrum addam) si ejusdem tertii periti relatio concordat cum uno ex prioribus peritis; quia alterius opinionem approbare debet; at si ab ambobus discordat, & ejus opinio est singularis, nulli statur, sed deveniendum est ad aliorum electionem. Salycet. *in l. hac edictali* §. *his illud num.* 19. *vers. concludo igitur Cod. de secund. nupt.* ubi quod oportet esse duos omnimodo concordes. Gabr. *consil.* 168. *num.* 106. *lib.* 1. Riminald. jun. *consil.* 535. *num.* 11. *ver. hæc sunt lib.* 3. Rota *decis.* 554. *nu.* 3. *par.* 2. *rec.*

39 Quod † autem dicebam deveniendum esse ad aliorum electionem si tertius cum ambobus discordat, intellige si Judex velit; nam est in ejus potestate, Menoch. *de adipiscen. poss. remed.* 5. *nu.* 168. Barzi. *dec.* 22. *nu.* 10.

Cum itaque in nullo ex dictis casibus versaremur, utique ejusdem tertii periti relatio sequenda non erat. Non obstan-

40 te lapsu tot mensium † cum imò hujusmodi relatio nunquam transeat in Judicatum Joan. Andr. in *addit. ad spec. in titul. de homic.* Parpal. in *rep. l.* 2. *num.* 142. *Cod. de rescind. vend.* Hier. *de monte in tract. finium. regund. cap.* 30. 32. *& sequ.* quos refert, & sequitur Bursatt in *consil.* 260. *num.* 40. *&* 53. *volum.* 3.

41 Quin † etiam quando à partibus fuerunt electi, & sic funguntur vice arbitratoris, eorum relatio usque ad triginta annos revideri, ac ab ea reclamari potest, ut per Butr. in *cap. quinta vallis num. ..... de iureiur.* & ibi Abb. pro utraque parte arguens in *octava differentia* Bar. in *leg. si societatem* §. *arbitrorum ff. pro socio.* Alexand. de communi in *consil.* 95. *num.* 15. *lib.* 2. Joan. Bapt. à S. Blasio in *tract. de arbitr. part.* 2. *nu.* 44. Dec. *cons.* 39. *col. penult.* ubi plurimos refert, & de commun. testatur *& cons.* 597. *num.* 11. Maranta *de ord. iudic. par.* 3. 6. *par. princ. actu* 2. *de appell. num.* 124. *& seqq.* Afflict. *decis.* 132. *&* 161. Ursill. in *addit. num.* 1. Bursatt. *de comm. dict. cons.* 260. *num.* 53.

42 Nec † contrariunt dicunt Pinell. & Thes. in motivis allati supra *num.* 17. sed quærunt duntaxat, an sententia à Judice de peritorum relatione lata faciat transitum in Iudicatum, & Pinell. quidem rejecto Cremen. negativam tenente, concludit pro parte affirmativa Thesaurus etiam in *d. decis.* 25. relatis plurimis DD. pro utraque parte, inclinat in affirmativam, sed contrariam opinionem fatetur communem, quam ultra alios per eum congestos, tenuerunt etiam Menoc. *de adipisc. remed.* 5. *n.* 166. *ver. illud quoque, & de præsumpt. l.* 1. *præs.* 95. *nu.* 10. Dec. de comm. *respons.* 47. *nu.* 13. *vol.* 1. Bart. etiam de com. *dec.* 2. *n.* 4. & hoc esse regulariter verum dixit Rot. apud Card. Seraph. *dec.* 513. *nu.* 3.

Quæ tamen inter se pugnantes sententiæ fœdere distinctionis ad concordiam rediguntur, ut hæc communis negativa procedat quando periti sunt electi à Iudice, ut in casu nostro affirmativa vero opinio procedat, ubi partes in illis concordarunt, ut post Ias. in *l. admonendi n.* 43. *ff. de Iureiur.* Marant. *de ord. Iudic.* 3. *par.* 6. *par. princ. actu.* 1. *de sententia n.* 131. Rim. jun. *cons.* 71. *nu.* 30. *& seq. & cons.* 212. *nu.* 19. qui alios adducit Barz. *d. decis.* 22. *num.* 4. Pasett. *cons.* 53. *num.* 7. ubi alios refert, aliasque tradit limitationes, non insisto, quia ista non est materia nostra, cum nulla adsit sententia, dictæ relationis confirmatoria.

43 Præterea † eadem tertii periti relatio corruebat ex capite nullitatis, quia iste tertius, electus fuit à D. Vicario illius temporis; cum tamen eligi debuisset à partibus Iudice interveniente duntaxat tanquam compulsore, non tanquam electore Bald. in *l. hac edictali* §. *his illud sub num.* 2. *Cod. de secun. Nupt.* Cagn. *in l.* 2. *sub num.* 259. *in fin. C. de rescindit. vendit.* Plot. *in cons.* 13. *nu.* 4. Carocc. *in decis.* 50. *nu.* 3. Barz. *in dec.* 22. *num.* 9. Nisi vel partes in eligendo discordent, vel Judex ob trium discordiam, quartum eligere velit, ut per Barz. cum relat. ubi supra *nu.* 10.

Hic † autem incidenter admoneo lectorem, ut caveat à 44
distinctione quam affert Caroc. *d. decis.* 50. ne decipiatur, ibi enim ponit tres casus, primum de arbitris, secundum de arbitratoribus, tertium de æstimatoribus, seu peritis, & in primo quidem casu; quatenus inquit ipsos arbitros inter se discordantes cogi ad tertium eligendum, verum quidem dicit, & ultra allata per eum adde textum *in c. cum speciali iunct. gl. in ver. tertium*, & ibi DD. & Dec. *nu.* 26. *de appell.* Abb. *in c. quinta vallis n.* 46. *de Jureiurando.*

In secundo vero casu nempe in arbitratoribus, quibus discordantibus dicit cogendas esse partes ad eligendum tertium; citans Bald. *in l. hac edictali* §. *illud Cod. de secundis Nupt.* loquentem in casu tertio, & sic in æstimatoribus citat etiam Dec. *in cap. quoniam contra colum.* 17. *de probat.* qui ad rem non loquitur; citat denique eundem Decian. *in cap. cum speciali num.* 26. *de Appellat.* & inquit ibi Decium testari hanc esse com. opin. sed ipse non benè advertit ad verba hujus Doctoris, qui imò dicit, quod quamvis in discordia arbitrorum eligi debeat tertius, secus tamen est in arbitratoribus; quia ipsis discordantibus, neque arbitratores, neque partes coguntur ad eligendum tertium, & hanc Decius dicit esse communem & fuit opinio Bald. *in c.* 1. *de invest. in manu. facti.* ubi ait ita fuisse per quosdam sapientes responsum, & quia arbitratores sunt ad similitudinem proxenetarum *l. si de meis* §. *recepisse ff. de arbitr.* in proxenetis autem certum est non esse tractandum de electione tertii, quæ verba refert, & sequitur Abb. *in cap. quinta vallis num.* 46. *de Iureiur.* & tenuerunt plurimi, relati à Decio ubi supra, quibus addo Franc. Aretin. *in cons.* 100. *sub nu.* 4. *ver. & quia.*

In tertio item casu dicit Carocc. quod judex eligit tertium, & supplet discordiam duorum piorum æstimatorum, & ad hoc citat Bald. *in l.* 2. *sub num.* 25. *ver. ex hac probatione facta Cod. de rescind. vendit.* qui tamen loquitur in casu longè diverso, nempe quando partes non concordant in eligendo, tunc enim Judex eligit, citat etiam Felynum *in cap. suspicionis de offic. de l.* qui *num.* 1. pariter allucinatus videtur, dum concordando binas Bald. auctoritates, alteram quidem in *l. hac. edictali* §. *his illud C. de secundis nupt.* alteram in *l.* 2. *colum.* 1. *de rescindend. vend.* putat illum sensisse, quod in discordia arbitratorum tertius eligatur à partibus, in discordia verò æstimatorum tertius eligatur à Judice; quod falsissimum est ut supra dixi; unde vera solutio erat, quod Bald. *in dict.* §. *his illud* loquitur de peritis ac in casu quo partes discordant in electione illorum, quos vocant arbitratores : *at in dict. leg.* 2. loquitur pariter de peritis quando ipsimet inter se discordant, & sic omnia remanent plana; & hinc clarè dignosci potest, quam necessarius labor sit videre auctoritates in fonte &c.

Sed † revertendo ad rem, à qua non inutiliter digressi 45
sumus, erat secundo loco nulla ejusdem petiti electio; quia ipse non juraverat de fideliter, & legaliter æstimando; provt requiritur pro forma text. *in dict. l. hac edictali* §. *his illud* & ibi Bald. *num.* 3. & Salycet. *Cod. de secun. nupt.* Bart. *in leg. Theopompus num.* 5. *ff. de dote prælegat.* Ias. *in* §. *quædam num.* 78. *Inst. de act.* cum aliis plenè congestis per Covarru. *lib.* 2. Variar. *resolut. cap.* 13. *num.* 4. & Pinel. *in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. *C. de rescind. vend.* Menoch. *de Adipis. possess. remed.* 5. *num.* 168. Barz. *d. decis.* 22. *nu.* 11. quibus addo eundem Menoch. *in tract. de Arbiti. Iud. lib.* 1. *quæst.* 58. & Rota *decis.* 630. *num.* 4. *par.* 2. *rec.* Pantaleon. Crem. *in repet. l.* 2. *sub nu.* 196. *ver. debent*, & ibi Cagnol. *nu.* 258. *circa medium C. de rescind. vendit.* Surd. *cons.* 452. *nu.* 42. *l.* 3. Et ita pronunciavi Romæ in una Albanen. dum hęc cuderentur.

Licet † secus sit in relatione in qua non requiritur aliud 46
juramentum Bart. in *leg. Theopompus num.* 11. & ibi *addit. in ver. resp. de dot. præleg.* Alexand. *in leg.* 1. §. *ultimo num.* 7. *ff. de feriis* Ant. Gabr. *tit. de Citat. conclus.* 1. *num.* 404. *&* 318. Berous *cons.* 89. *num.* 30. *&* 31. *lib.* 1. cum aliis quos refert, & sequitur Maresc ott. *lib.* 2. *variar. resolut. capit.* 70. *num.* 4. *&* 5.

Tertiò † erat nulla d. relatio, quia (ut patet ex proces- 47
su) non fuit facta d. d. hæredibus citatis, nec partes invenerunt cum eodem tertio in examinatione negocii, super quo proferre debebat; provt intervenire debuerant, & ad hunc effectum citandi erant d. d. hæredes, ut intervenire

possent Crescen.*decis.*2.*nu.*2.*de arb.* Hier. Gabr.*cons.* 168.*num.* 102.*lib.*2. Surd.*cons.*452.*nu.*34. Gregor. XV. *decis.* 545. *num.*9. Rota *decis.* 515.*n.*14. *& seq. p.* 1. *in recen.* provt etiam citanda est pars ad interessendum mensurationi, seu extimationi pro die, & hora certis. Bart. *in l. Theopompus nu.*11. *ff. de dot. præleg.* Cagnol. *in d. l.* 2. *nu.*261. *circa medium* Rot. penes Duran. *dec.* 142. *nu.* 5.

48 Quartò † non erat attendenda d. relatio, quia ipse peritus retulit de eo, quod est juris, dicens *dichiaro, che il sudetto Sig. Giacomo puol alzare*, & alia de quibus in laudo: declaratio autem peritorum versatur circa factum, non autem circa jus, nec ipsi possunt judicare an aliquid sit, vel non sit faciendum, hoc enim ad judicem spectat ut per Cæpal.*cons.*104. *nu.* 26. Rimin. jun.*cons.*810.*num.*31. Coccin. *decis.* 422. *num.*7. & 8. Unde dicebat Bald. loquens de medico in *cons.* 237. *ante nu.* 2. *volum.* 2. peritum non posse referre de eo, quod est juris; quia ubi lex interpretatur, non requirimus alium interpretem.

Quę magis in casu nostro recipienda sunt, quia idem peritus ad sic judicandum motus fuit ex falsis causis; dicens inter cętera licere D. Jacobo Carabetto ędificare, quia paries est divisorius, & tamen hoc est contra communes DD. traditiones, nempe ob hoc ipsum solum, quod est divisorius, non licere super ędificare, ut ostendi supra.*nu.*30. & rursus addit vicinum, impediri non posse, quin in muro communi fabricet quod quidem est contra *leg. Sabinus cum sua materia ff. pro Socio & contra ea, quæ posui supra nu.*18.

Cum itaque relatio prędicta facta fuerit ex falsa causa dicitur erronea, & retractanda, ex doctrina Bart. *in leg.* 2. *num.*7. 10. *Cod. de iure fisci lib.* 10. Rota *decis.* 554. *p.* 2. *in recent.*

ARGUMENTUM.

Vicinus, quibus in casibus possit in solo proprio ędificare, vel aliud opus cum alterius vicini se opponentis detrimento facere.

SUMMARIUM.

1 *ÆDificare in solo proprio, & altius extollere usque ad Cœlum quilibet potest.*
2 *Ædificiorum constructio est de Iure gentium.*
3 *Servitus in prædio non præsumitur.*
4 *Ædificare, & altius quis tollere potest, etiam officiendo luminibus vicini.*
5 *Vicinus non dicitur damnum pati, sed lucrum perdere vicino ædificante.*
6 *Damnũ dare, vel dolo facere non dicitur, qui suo jure utitur.*
7 *Vicinus an altius tollendo possit in totum obscurare domum vicini,* & num. seq.
8 *Servitutem luminum debens an & quando altius tollere valeat.*
9 *Vicinus construere potest novum murum juxta alium parietem communem, legitimo spatio dimisso.*
Spatium legitimum quodnam sit nu. 69.
10 *Ædificare quis potest in horto suo, legitimo spatio intermisso, etiam vicini luminibus efficiat.*
11 *Fontem vicini an possit quis avertere fodiendo in proprio solo.*
12 *Venas aquæ incidere quis potest in proprio fundo, etiam si ex hoc desinat fluere in fundum alterius.*
13 *Molendinum fullonum, & alia exercitia strepitosa potest quis in domo propria exercere iuncto vicino.*
14 *Nisi vicinus sit persona privilegiata.*
15 *Ædificare quis potest officiendo luminibus vicini, etiam si ipse vicinus steterit per mille annos in quasi possessione liberi aeris.*
16 *Præscriptio facultatis ædificandi non incipit currere nisi à die prohibitionis.*
17 *Pupillus, vel minor non potest impedire vicinum, ne in suo ædificet.*
18 *Vicinus potest in proprio muro facere novam fenestram, etiam si vicinos prospiciat.*
19 *Ædificare, vel altius elevare non potest vicinus, si vicino servitium debet.*
20 *Pactus, ne emptor, vel conductor exerceat aliquam artem in Domo, servandum est.*
21 *Ædificium factum ab eo, qui servitutem debet, demoliendum est.*
22 *Ædificare ad æmulationem, non potest quis in suo solo.*
23 *Frater non potest communis Castri partem Principi ad fratris æmulationem donare.*
24 *Molendinum construere in inferiori fluminis parte an, & quando quis possit in præjudicium habentis aliud in parte superiore.*
25 *Molendini superioris Dominus retinere potest aquam pro suo molendino tempore pluviæ in præjudicium inferioris molendini, nisi faciat ad æmulationem.*
26 *Ædificans mixta consideratione, ut sibimet prosit, & vicinis obsit, impediri non potest.*
27 *Æmulationis animus in dubio non præsumitur.*
28 *Æmulationem alleganti incumbit onus probandi.*
29 *Pro ædificiis, ne destruantur in dubio Iudices iudicare tenentur.*
30 *Æmulatio probatur ex conjecturis, vel circumstantiis.*
31 *Æmulatio præsumitur, si quid facienti non prosit, & alteri obsit.*
Idem si sibi parum prosit, & alteri multum obsit numer. 17.
Etiam lucrum auferendo nu. 58.
32 *Æmulatio præsumitur, quando alia via facienti consultum esset absque alterius læsione.*
33 *Æmulatio præsumitur, si impensæ ædificii excedunt commodum inde percipiendum.*
34 *Æmulatio præsumitur, si quis prius minatus fuerat se velle obscurare vicini lumina.*
35 *Æmulationis conjecturæ, quæ sint ultra præmissa remissivè.*
36 *Æmulatio an adsit, remittitur arbitrio judicis. Et quomodo illud sit regulandum.*
37 *Opus quod ædificanti parum prodest, & vicino valde obest prohibendum.*
38 *Lucrum auferens vicino cum modica sua utilitate prohiberi potest ne ædificet.*
39 *Æmulatio præsumitur si quis ædificat, ut puellas in domo vicini, seu religiosos, vel Religiosas in Claustro videat.*
40 *Limita (quoad puellas, & Religiosos masculos) si ædificans principaliter propriam utilitatem intendat.*
41 *Secus tamen quo ad Religiosas.*
42 *Ædificare, & altius extollere nemo potest si adsit in contrarium statutum, vel consuetudo.*
43 *In muro noviter constructo non potest quis facere fenestras.*
44 *Contrarium contra* Beroum *tenet Auctor.*
45 *Altius tollere nemo potest, si inde impeditur ventus areæ, in qua segetes terantur.*
46 *Nec in præjudicium prædii rustici auferendo illi solem.*
47 *Ædificare juxta scalas vicini, auferendo illis lumen nemo potest.*
48 *Ædificare in publico nemo potest nocendo luminibus vicini habentis lumen ex publico.*
49 *Ædificare non potest hæres officiendo luminibus domus contiguæ, cujus usumfructum testator alteri reliquit.*
50 *Ædificare non potest locator cum detrimento alterius domus locatæ.*
51 *Ædificare nemo potest in suo ita ut immittat in alieno.*
52 *Protectum, vel stillicidium facere quis non potest, si protendat super vicini solum.*
53 *Solum debet esse liberum usque ad Cœlum.*
54 *Caminum, seu furnellum an possit quis facere, unde procedat fumus vicino nocivus,* & nu. seq.
55 *Quilibet potest in domo sua propriam artem exercere, etiam si vicino noceat.*
56 *Doctorum opiniones conciliantur.*
57 *Artem in domo propria exerceri nequit, qui in alienam immittit.*
58 *Nec ubi per pactum contraria servitus constituta fuerit.*
59 *Nec si ex tali arte malus odor seu fætor fiat vicino.*
60 *Vicinus non potest in solo proprio quicquam facere, per quod paries communis corrumpatur.*
61 *Si tamen inhæret parieti communi, aliàs secus.*
62 *Fodiens in suo tam alte, ut paries vicini damnum pati possit, cavere debet de damno infecto, & dimittere spacium saltem unius pedis.*
63 *Vicinus non potest auferre è solo proprio id, quod onera sustinet vicini.*
64 *Vicinus loco publico officere nequit, & an seminarium gaudeat hoc privilegio.*

65 *Vi-*

65 *Vicinus an fabricando excludere poſſit ab ædibus vicinis ventos auſtrales.*

DECISIO LV.

VIcinorum inter ſe altercantium controverſiæ nimis ſæpè tribunalia terunt, & ob diverſa jura, quæ primo aſpectu, vel invicem pugnare, vel diverſa ſtatuere perhibentur, nonnunquam Judices alioqui doctiſſimi, diſertiſſimique Advocati terminos confundunt; quamobrem cum plurimas ego quæſtiones in facti contingentia determinaverim; ac proinde materiam hanc digeſtam habeam; decrevi ſingulos caſus in tres claudere deciſiones, & quamvis id ex parte præſtiterit Theſaur. *in dec.* 41. nos Deo dante, uberiori ſtylo explicabimus.

Tres igitur ſunt termini, de quibus ſeparatim eſt videndum: primus quid facere valeat vicinus in re propria vicino invito: de quo in hac deciſione; ſecundus quid in re communi: de quo in ſequenti *deciſione* tertius quid in re vicini de quo in *deciſion.* 57. Revertendo igitur ad primum.

1 Regula † ſit, quod quilibet poteſt in ſuo ſolo ædificare, ædificatumque reſtaurare & altius uſque ad Cœlum extollere, & in his terminis loquuntur text. *in l. altius*, & ibi gloſ. *C. de ſerv. & aqua*, *& in l. ſi in ædibus C. eod. tit. & utrobique* DD. tex. *in l. fi.* & ibi gloſſ. *ff. de ſerv.* text. *in l. fi. §. fi. ff. quod vi aut clam.* Et hanc regulam præter DD. in *dd. locis* tradunt etiam Alexand. *in conſ.* 174. *nu.* 1. *vol.* 2. Socc. ſen. *conſ.* 141. *nu.* 1. *vol.* 1. Cæpoll. *de ſerv. urb. præd. cap.* 39. *nu.* 1. Marſil. *ſingul.* 154. Gail. *obſerv.* 69. *nu.* 1. *lib.* 2. Dec. *in l. domum in fin. ff. de Reg. iur.* Curt. Jun. *conſ.* 80. *in fi. & conſ.* 118. *num.* 15. *& conſ.* 140. *num.* 4. Scapp. *de iure non ſcripto lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 2. Pariſ. *conſ.* 16. *nu.* 14. *lib.* 4. Menoch. *de arb. Iud. caſ.* 156. *nu.* 1. *& in tract. de Præſumption. lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 10. Vivius *dec.* 306. *nu.* 1. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 80. *num.* 14. *volum.* 1. Surdus *conſ.* 17. *num.* 1. *& conſ.* 27. *num.* 1. *& conſ.* 127. *num.* 18. *volum.* 1. Veg. *conſ.* 53. *num.* 1. Portius *conſ.* 17. *num.* 1. Rimin. jun. *conſ.* 443. *num.* 10. *latè* Ciriac. *controv.* 28. *nu.* 9. *& multis ſeqq. lib.* 1. Ciarlin. *controv.* 182. *nu.* 1. *lib.* 2.

2 Ædificiorum enim conſtructo eſt de jure gentium Jaſ. per illum text. *in l. ex hoc iure nu.* 6. *ff. de iuſt. & iur.* Ant. Scapp. in *tract. de iure non ſcripto lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 1.

3 Et † quælibet res, ſive quodlibet prævium tam ruſticum quam urbanum ab omni ſervitute liberum eſſe præſumitur *d. l. cum eo ff. de ſerv. urb. præd. & d. l. altius* ubi gloſ. *in ver. prohibetur l. domum ff. de reg. iur.* Gaill. qui rationem reddit *d. obſerv.* 69. *nu.* 2. *& 3. lib.* 2.

4 Primò. † Amplia regulam procedere etiam ſi quis in ædificando, & altius tollendo luminibus vicini officiat, vel ille aliàs damno afficiatur, text. eſt notabilis in *leg. proculus ff. de damn. infect. in l. fluminum §. final. eodem tit. l. ſi in ædibus l. cum eo ff. de ſerv. urb. præd.* DD. omnes in *dict. leg. altius* Bertrand. *conſ.* 29. *nu.* 2. *& conſ.* 223. *num.* 1. *volum.* 2. Dec. *in leg. nullus videtur num.* 1. & ibi Cagnol. *num.* 4. *de Reg. iur.* Duenn. *in regula* 33. *ampliat.* 2. Corn. *conſil.* 282. *colum.* 2. *in fi. lib.* 4. Bero. *conſil.* 137. *num.* 26. *& conſil.* 135. *num.* 4. *lib.* 3. Roland. *conſil.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. Honded. *d. conſil.* 81. *num.* 17. *lib.* 2. Jaſ. *conſil.* 98. *num.* 4. *lib.* 1. Marſil. *ſing.* 154. Portius *conſ.* 18. *num.* 2. *& ſeq.* Alex. *conſ.* 174. *num.* 2. *volum.* 2. Decius *conſ.* 489. *colum.* 3. Cæphal. *conſil.* 130. *nu.* 2. Rimin. jun. *conſ.* 443. *num.* 9. *cum aliis ſeqq. vol.* 4. Eug. *conſ.* 32. *num.* 1. *& 37. lib.* 1. Surd. *conſ.* 27. *nu.* 1. *& conſ.* 127. *num.* 18. Vivius *dec.* 306. *num.* 4. *lib.* 2. Rot. *in Rom. Tramont.* 7. *Iunii* 1623. *coram Pirovano.*

5 Et † ratio redditur à I. C. *in d. leg. proculus de damn. infect.* nempè, quia vicinus non dicitur damnum pati, ex quo privatur lucro, quo utebatur, prius quam alter vicinus in ſolo proprio fabricaret.

6 Altera † ratio redditur in *d. §. fi. l. fluminum eodem tit.* nempe non dici damnum dare, vel dolo facere, qui jure ſuo utitur concordat text. *in leg. nullus videtur ff. de regul. iur.* ubi Dec. *nu.* 1. & Cagn. *nu.* 3. Socc. ſen. *conſ.* 141. *l.* 1. Gaill. *d. obſerv.* 69. *nu.* 11. *l.* 2. Scipio Ianuar. *reg.* 77. *ampl.* 2. *inter. Regulas diverſor.* Alex. *conſ.* 174 *ſub nu.* 7. *lib.* 2.

7 Subamplia † etiam ſi non modo pro parte; ſed & in totum vicini domus obſcuretur, dummodo ædificans id non intendat per *d. l. proculus*, & per eaſdem rationes, *& dict. leg. cum eo*, ubi hoc docet, Bald. & Angel. *nu.* 1. *ff. de ſerv. urb. prædiis* Caſtr. *in l. binas ædes nu.* 2. *in lect. Avenio. ff. de ſerv. urb. prad.* Cæpol. *in tract. ſerv. urb. præd. cap.* 39. *n.* 1. *in fi.* Duen. *Reg.* 33. *in* 3. *ampliatione* Gaill. *dict. obſervat.* 69. *num.* 10. *lib.* 2. Veg. *conſ.* 53. *num.* 4. latè Jaſ. *dict. conſ.* 98. *nu.* 4. 9. *& per totum lib.* 1. Dec. *in dict. leg. nullus videtur nu.* 1. *de reg. iur.* Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 14. *lib.* 1. Mandell. *conſ.* 20 *nu.* 19. Dec. *conſ.* 201. *in princ.* dicens id in jure nullam habere difficultatem Rimin. jun. *cum relat. conſ.* 367. *nu.* 15. *lib.* 4. Botta *conſ.* 77. *nu.* 1. Hond *dict. conſ.* 80. *nu.* 16. *lib.* 1.

Contrarium tenuit Soccin. *in regul.* 177. *Fallent.* 4. ubi ait non poſſe quempiam eatenus domum ſuam elevare, ut obſcurentur in totum lumina vicini, & citat *l. propria ad fi. ff. de ſer. urb. præd.* quæ lex non reperitur in jure, unde meritò reprehenditur à Duenn. ubi ſup.

Sed † fortaſſe Socc. citare voluit, text. in *l. luminum eod.* 8 *tit. de ſerv. urb. præd.* quæ cum ſua gloſ. probat quod, qui promiſit ſervitutem luminum vicino, poteſt extollere domum, obſcurando lumina feneſtræ illius; dummodo remaneat tantum lumen, quod aliqualiter ſerviat, etiam ſi illud fieret per foramen, & ibi hoc notant gloſſ. Bart. Fulgoſ. & alii ſequitur Cæpoll. in *dict. tract. de ſerv. urb. præd. cap.* 35. *numer.* 1. *& ſeqq.* Paſett. *in conſil.* 130. *numer.* 11. Rimin. jun. *conſil.* 421. *num.* 51. *tomo* 4. Verum iſte non eſt caſus noſter, quia ſupponimus nullam adeſſe ſervitutem, & ſic firma remanet dicta ſubampliatio, imò ad illam magis reprobandam retorqueo tex. in *d. l. luminum cum ſua gloſ.* Si enim ubi promiſſa fuit ſervitus luminum, ſufficit relinquere aliquale lumen, etiam per foramen, ergo ubi ſervitus non fuit promiſſa, non tenetur quis modicum etiam lumen relinquere.

Hinc † infertur licitum eſſe vicino parietem recentem 9 conſtruere juxta alium murum communem, legitimo ſpatio intermiſſo, etiam ſi per dictum novum murum ſequatur clauſura feneſtrarum, ſeu obſcurentur in totum lumina alterius vicini. Alex. *conſ.* 174. *opportune conſideratis per totum l.* 2. ſequitur Jaſ. *d. conſ.* 98. *nu.* 8. Veg. *conſ.* 53. *nu.* 4.

Infertur † etiam, quod ſi quis domum habeat cum mul- 10 tis feneſtris juxta alterius pomarium, quamvis per multos annos ita ſteterint, poterit viridarii Dominus, legitimo ſpatio intermiſſo ædificare in eodem horto, & obſcurare lumina dictæ domus etiam in totum Alexand. *dict. conſil.* 174. Veg. *dict. conſil.* 53. *numer.* 5. Maſcard. *concluſ.* 621. Menoc. *de arbitrar. conſil.* 156. Gomeſ. *ad leg. Tauri* 46. *ſub numer.* 4. & 5. Carpan. *ad Stat. Mediolan. tom.* 2. *cap.* 333. *&* 335. *num.* 17. *& cap.* 336. *num.* 10. Cæphal. *conſ.* 1 *num.* 20. *lib.* 1. Muta *conſuet.* 29. *à num.* 20. Ben. *conſ.* 133 *cum duobus ſeqq.* Burſatt. *conſ.* 37. Intrigliolus *conſ.* 345. *lib.* 2. Hieron. de Leo. *deciſion* 178. *numer.* 8. *& 9. lib.* 2. Theſaur. *deciſ.* 47. Eugen. *conſil.* 32. & 49. Giurb. *obſervat.* 47. Baron. me citato *de effect. inimic.* 60. *num.* 18.

Quod autem legitimum ſpatium vide infra *nu.* 69.

Infertur † iterum, ut is, qui in agro ſuo fodiens, vici- 11 ni fontem avertit, de dolo non teneatur, ſi non animo nocendi vicino: ſed agrum proprium meliorem reddendi id egit, textus ad litteram in *l.* 1. *§. denique ff. de aqu. pluu. arc.* & eſt conſimilis textus in *l. ſi meo fundo ff. eodem* † ubi dicitur, 12 quod is vim non facit, qui venas quæ in ſuo fundo incidit; ita ut ob id aqua deſinat pervenire in alium fundum ubi erupit, dummodo ſervitus nulla conſtituta fuerit ei, in cujus fundo aqua erupit, ad quod facit etiam tex. in *d. leg. proculus de ſerv. urb. præd.* quæ jura in terminis noſtris reportavit quoque Gail. *dict. obſerv.* 69. *num.* 12. *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 174. *ante num.* 5. *volum.* 2. ita etiam Maſcard. *de probat. concluſ.* 123. *num.* 12. *&* 15. Vivi. *dec.* 411. *num.* 8. Cancer. Variar. *reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 240. etiam ſi principaliter fieret ad æmulationem ſi tamen in conſequentiam ſibi profit juxta notab. doctrinam Bald. *in cap. cum Eccleſia Volaterrana nu.* 5. *de elect. quam extollit.* Jaſ. *in leg. quominus num.* 34. *ff. de fluminib.* Surd. *conſ.* 300. *nu.* 21. *&* 22.

Infertur † rurſus, quemlibet in domo propria exercere 13 poſſe molendinum fullonum, & alia ædificia ſtrepitoſa fabricare, etiam quod vicini inde turbentur Ang. Aretin. *conſ.* 94. *in princ. & nu.* 2. *verſic. hæc videtur poſſe* Maſcar. *de probat. concluſ.* 21. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. caſ.* 156. *nu.... & de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 19. A Ponte *de poteſt. pro reg. tit. de Mercat. ſeu nund. à num.* 6. Surd. *conſ.* 17. *num.* 27. *& conſ.* 154. *num.* 30. Cæpoll. *de ſerv. urb. præd. cap.* 50. Cæphal. *conſ.* 328. *num.* 23. *lib.* 3. Caſtill. *dec.* 5. 91. Caſanat. *conſ.* 39. Giur. *obſerv.* 47. *num.* 4. Roſental. *de feud. cap.* 5. *num.* 29. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 18. *numer.* 25. Capic. Latr. *deciſ.* 50. *num.* 1. *& ſeq.* Burſatt. *deciſ.* 631. Baron. me hic citato *de effect. inimic.* 60. *numer.* 15. & eſt *deciſ. Franch.* 625. ubi deciſum fuit non poſſe quempiam prohibere vicinum artificem ſericum, ne teneat filatorium, quamvis illius ſtrepitu ſomnus

ejus impediatur. Nemo enim prohiberi potest uti arte sua *l. quæro ff. de Iurepatr. l. fi. de observ. & lib. passo præst.* de quo vide latius *infra nu....*

14 Quæ † tamen illatio limitatur quando vicinus prohibens esset persona privilegiata, ut Doctor, vel scholaris in casu, quo is potest expellere fabrum, & alium artificem strepitum facientem juxta tradita per DD. in *leg. 1. ff. sol. matrim.* ubi Ripa *num. 128. 135. & seq.* latissimè Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. cas. 227. per totum*, & hanc limitationem in puncto tangit idem Menoch. *ibidem num. 32. &* Franc. *d. dec. 625. nu. 10.* & de doctore adest *cons. Honded. 81.* ubi limitat in Doctore, qui non est Advocatus, sed Procurator. Hoc autem in Urbe Roma nec practicatur, nec practicari potest, nisi quum in pertinentiis domus jam Prælato, vel Advocato locatæ, Malleator vel fullo, vel hujusmodi generis artifex mansionem ad suum exercitium exercendum conduceret.

15 Secundò. † Amplia regulam etiam si quis steterit per mille annos in possessione, vel quasi libertatis prospectus, & luminum & quod vicinus nunquam ædificaverit, quia non per hoc præscripsit libertatem, nec potest ædificium impedire gl. *in l. qui luminibus in ver. formam in fi. de servit. urb. præd. gl. in c. Abbatem in ver. Alciatensem monacum de verb. signif.* Jas. *in l. æque si agat nu. 41. Inst. de Act. & in dict. cons. 98. nu. 4. vol. 1.* Duen. *d. reg. 33. in 1. ampl.* Alex. *cons. 174. n. 2. in fi. & nu. 3. lib. 1.* benè Gaill. *observ. 69. nu. 34. & seq. lib. 2.* Surd. *cons. 117. nu. 22. lib. 1.*

16 Non † enim censetur Dominus amisisse facultatem fabricandi ob non usum, nec cæpit currere præscriptio hujus facultatis, nisi quando voluisset ædificare, & fuisset prohibitus, & propter hoc destitisset per *l. hæc autem iura cum ibi not. ff. de serv. urb. præd.* Cæpol. *eodem tract. c. 62. n. 1.* Alex. *cons. 174. n. 3. lib. 2.* ubi quod si talis prohibens est in bona fide, præscribit per decennium Jas. *d. cons. 98. nu. 5. lib. 1.* benè Gaill. *observ. 69. n. 14. & seq. l. 2.* Surd. *cons. 117. n. 22. l. 1.*

17 Tertiò † Amplia, etiam si vicinus cujus fenestræ obscurantur, vel claudantur sit minor, vel pupillus, *leg. altius iunct. a gloss. ff. si servit. vendic.* Duen. *d. reg. 33. ampl. 2.* Scip. Jan. *reg. 77. ampl. 3.*

18 Quartò † Amplia ut possit quis in suo muro recentem aperire fenestram, etiam si prospiciat vicinos, modò id principaliter non intendat, etiam si paries per centum annos nunquam fuerit perforatus Cæpol. rationem reddens in *tract. de serv. urb. præd. c. 62. n. 1.* text. in *dict. leg. altius cum leg. seq.* & ibi Bald. & alii *C. de servitut. & aqua.* Bero. *in cons. 134. nu. 35. vol. 3.* ubi quod contrarium disponitur per Statutum Bonon. Thesaur. *dec. 41. nu. 15.*

19 Limita † primo regulam sic ampliatam non procedere si ædificans deberet vicino servitutem non elevandi, vel non faciendi fenestram, tunc enim in illius præjudicium ædificare non potest *leg. fin. §. fin. Cod. de serv. urb. præd.* & est casus etiam in *dict. leg. altius secundum unam lecturam Cod. de serv.* & ibi notat Bald. qui dicit hoc vidisse de facto in Civitate Perusii Cæpoll. *de serv. urb. præd. capitul. 62. num. 2.* qui inquit hunc casum quotidie contingere posse inter fratres dividentes domos, Jas. *dict. cons. 98. num. 4. volum. 1.* Corasius *in l. 1. num. 27. & seq. ff. de servit.* Duen. *reg. 33. lib. 1.* Gaill. *observat. 69. numer. 13. & seqq. lib. 2.* ubi adducit alia jura, & dicit hanc servitutem acquiri spatio decem annorum cum habeat causam continuam Vivius *dec. 406. num. 7. lib. 2.* Mars. *sing. 153.*

20 Hinc † infertur quod si vendita vel locata fuit alicui domus cum pacto, quod ibi non possit exercere aliquam artem, pactum tenet, & est servandum Bart. per illum textum in *l. venditor. in princ. C. com. de legat.* Cæpol. *dict. cap. 62. sub nu. 2.*

21 Amplia † hanc limitationem ut si ædificatum fuerit in præjudicium ejus, cui servitus debetur; ipso instante fieri debet demolitio ædificari, *l. si eo loco ff. si serv. vend. l. fi. §. fi. ff. de serv. urb. præd.*

22 Secundò † limita ut nemini liceat ædificare in suo solo, vel fenestram facere si id agat non ad suum commodum principaliter, sed ad æmulationem, vel in damnum vicini tex. *in l. opus novum ff. de operibus publicis, & in cap. pisanis in fine de restit. spol.* Cæpoll. *dicto cap. 62. sub num. 2.* Romanus *cons. 54. num. 4.* ubi Mandos. *in addit.* alios citat, & de comm. testatur, Cæphal. *cons. 130. num. 12. lib. 1.* egregiè, & latè Gail. *obser. 69. num. 17. & seqq. lib. 2.* Duen. *reg. 34. lim. 7.* Marsil. *sing. 154.* Veg. *cons. 53. sub num. 9.* Bero. *cons 135. sub num. 4. & seqq. lib. 3.* Alex. *cons. 6. lib. 6. & cons. 174. lib. 2.* Socc. *cons. 105. lib. 1.* Jas. *in leg. ex hoc iure numer. 6. & seqq. ff. de Iust. & iur.* Eugen. *cons. 32. num. 38. & 52. lib. 1.* Bursatt. de commun. *consil. 57. num. 14. lib. 1.* Viv. *dec. 306. nu. 9. & decis. 493. ubi num. 6. &* 12. alios adducens testatur ita bis judicatum, Sicard. *consil. feud. 9. num. 15.* Thesaur. *decis. 16. sub num. 10.* Menoch. *de arbitr. Iud. cas. 156. n. 3. & in tract. de præsumption. lib. 6. præs. 29. nu. 28.* Mascard. qui benè exornat *de probat. conclus. 630. nu. 15. vol. 2.*

Hinc † infertur, quod si duo fratres habeant Castrum commune, eorum alter non valeat ad alterius æmulationem donare partem suam alicui magno Principi, ut per Jas. in *l. ex hoc iure nu. 9. & seqq. ff. de Iust. & iure post* Bartol. Paulum de Castr. Fulgos. & Alexand. *in l. cum allegas. C. ne fisc. vel res pub.* & Bald. in *l. 1. qu. penult. C. qui test. fac. poss.* sequitur Vegius *cons. 57. nu. 11.* 23

Infertur † etiam, quod si quis in inferiore parte fluminis Molendinum habet non potest alter in superiore parte aliud Molendinum extruere, id enim tenderet ad æmulationem alterius, nisi tamen sui commodi, & utilitatis gratia hoc faceret, quia tunc prohiberi nequit tex. in *l. 1. §. denique ff. de aqua pluv. arc. & in l. fluminum §. fi. ff. de damn. infect. facit d. l. proculus, & l. si in meo defer. urb. præd.* & ita distinguit Bart. quem omnes *communiter* sequuntur in *l. quominus num. secundo ff. de damn. infect.* & ibi latè Jas. *nu. 2* 1. ubi de communi testatur cum aliis quos refert, & sequitur Gaill. *observatione 69. nu. 27. & seq. lib. 2.* qui pariter de communi testatur Jas. in *l. ex hoc iure num. 8. de Iustit. & iur.* Alexand. *cons. 174. num. sexto lib. 2.* Ruin. scribens pro Civitate Regii in *cons. 98. num. 12. volumine quarto*, ubi quod Dominus inferioris molendini non dicitur ex hoc pati damnum, sed lucrum perdere, Decius *eidem consilio* Ruini subscribens in *cons. 373. num. 3. lib. 2.* ubi plurimos cumulat. 24

Infertur † rursus, quod existentibus in quodam flumicello vel torrente duobus molendinis, quæ non nisi pluviali tempore sunt ad molendum apta, potest Dominus superioris molendini tempore pluviæ, retinere aquam superius in suo molendino, & impedire inferius molendinum; modo id agat ad ejus utilitatem; non ad æmulationem. Bald. in *rubrica ff. de rerum divis. col. tertia*, sequitur Alexand. in *d. cons. 174. num. septimo lib. 2.* ubi reddit rationem, quia utitur jure suo argum. *l. iniuriarum §. finalis ff. de Iniur.* quod nota quia est quotidianum, & ego habui de facto in Civitate Arimini, & ad materiam poteris etiam videre Vivi. cum per eum relatis *dec. 411. lib. 3.* & est adagium tritum, quod quilibet quærit trahere aquam ad suum Molendinum. 25

Sublimita † dictam limitationem, ut si quis mixta consideratione ædificaret, nempe, ut vicino obsit, sibi prosit, adhuc impediri non possit, quia vincitur animus à juris licentia, ut notat Bald. *in capitulo cum Ecclesia col. finali in prin. ver. sed quid si mixta de electione.* Decius *in cons. 373. sub num. 3. ver. & si mixta*, & hoc habui de facto; in quadam causa, in qua ex processu apparebat, & de ædificantis utilitate intenta; & de æmulatione. 26

Sublimita † rursus ut æmulationis animus in dubio non præsumatur, sed potius ex propria utilitate moveri, quis credatur, glos. *in dicta l. fluminum §. finali* Cæpoll. *tract. de serv. urb. præd. cap. 62. sub num. 2. ver. in duo tamen* Jas. *cons. 32. num. 3.* Menoch. *de arb. Iud. cas. 156. num. 9.* Cagn. *in leg. nullus videtur num. 1. ff. de reg. iur.* Dec. *cons. 373. num. 3.* ubi plurimos congerit Joan. de Amic. *cons. 104. num. 3.* Ciofius *cons. sub nu. 20. & cons. 7. & cons. 44. nu. 2. volum. 2.* Rimin. jun. *cons. 498. num. 14. vol. 5.* Vivius *decis. 306. nu. 5.* Veg. *cons. 53. sub num. 11.* Honded. *cons. 80. nu. 34. volum. 1.* Mascardus cum per eum relatis *concl. 620. num. 1.* Anton. de Padilla *cum per eum conjest. in d. l. alius num. 22. ver. sed in dubio* Vincen. de Franch. *dec. 625. nu. 3.* Rota *in Romana altius non tollendi 30. Maii 1622. coram Buratto, & in eadem Romana Tramontana 7. Iunii 1623. cor. Pirovano.* De Gaill. *observ. 69. lib. 2.* & ibi Greven. *in addit.* Surd. *cons. 127. nu. 18. & 19. & cons. 154. & cons. 300. n. 22.* Ondedeus *cons. 80. n. 34. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsump. 29. num. 3.* Mastrill. *dec. 280. num. 101.* Capic. Latr. *decis. 50. sub num. 3.* Baron. me hic citato, *de effect. inimic. effect. 60. num. 3.* 27

Unde † æmulationem alleganti, incumbit onus probandi: quia ædificans habet regulam per se, nempe cuicunque licere in suo solo ædificare, & sic juris præsumptione intentionem suam fundatam habet, quæ juris præsumptio transfert onus probandi contrarium in adversarium, ut per Gaill. *d. obser. 69. num. 31. lib. 2.* & ibi Grevius *num. 7.* Mascard. *dicta conclus. 620. nu. 2.* Capic. Latro. *d. decis. 50. num. 6.* Baron. iterum me citato *d. effect. 60. nu. 4.* 28

Am-

29 Amplia † dictam sublimitationem, ut in dubio Judices teneantur pronunciare pro ædificiis, ne scilicet illa destruantur, *l. senatus ff. de contr. empt.* Ciof. *cons.* 44. *nu.* 4. *vol.* 2. Vivi. *dec.* 306. *num.* 6. *lib.* 2.

30 Restringe † dictam sublimitationem si ex circunstantiis appareat de æmulatione, ex conjecturis enim probatur dolus, *l. dolum C. de dolo c. 1. de præsumpt.* in terminis Alexand. *consil.* 174. *num.* 5. *lib.* 2.

31 Prima † coniectura est, si ædificium vel incisio venæ, aut aliud opus non profit ædificanti, & vicino noceat, tunc enim præsumitur facere ad æmulationem; & ideo malitiis istis non est indulgendum, sed consilio peritorum cum causæ cognitione talia ædificia prohibenda sunt *l.* 1. §. *denique* ibi *si non animo nocendi ff. de aqua plu. arc. l. opus novum ff. de operibus publ. capit. pisanus de restitut. spol.* 8. post alios tradit Gaill. *dict. observ.* 69. *num.* 28. Paul. de Castr. in *leg. altius Cod. de servit. & aqua* Cępol. *tract. serv. urb. præd. cap.* 62. *sub num.* 2. Berous *cons.* 135. *num.* 7. *volum.* 3. Jas. in *leg. ex hoc iure num.* 11. *de iust. & iur.* Alexand. *cons.* 174. *sub num.* 5. *lib.* 2. pluribus comprobat Cravett. *de Antiqu. temp. ult. par.* 4. *qu. princ. num.* 33. Ad hanc: & sequentes conjecturas vide Mascard. *de prob. conclus.* 621. Menoch. *de arbitr. cas.* 156. *& de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 29. *num.* 23. Honded. *dict. conf.* 80. *num.* 16. *lib.* 1. Cancer. *resol. tit. de iur.* Castr. *cap.* 15. *à num.* 5. Baron. *de effect.* 60. *nu.* 5. ubi se ad me remittit.

32 Secunda † conjectura, & illativè ad præcedentem est quando faciens fenestras aliunde potest sine læsione sua habere lumen, quia tunc dicitur facere ad æmulationem argum. tex. in *l. opus*, cum ibi not. per Bart. *ff. de oper. publ.* Bero. *cons.* 135. *sub num.* 7. *volum.* 3.

33 Tertia † conjectura est, si impensæ ædificii excedunt commodum inde percipiendum, ut in constructione molendini consideravit. Sixtin. *de Regalibus lib.* 2. *c.* 3. *n.* 83. *& seq.* Grevius ad Gaill. *observ.* 69. *n.* 9. *lib.* 2. Hac tamen in re cautè, & cum grano salis arbitror procedendum pretiumque affectionis magis quam commodum spectandum esse.

34 Quarta † conjectura est, si quis prius minatus fuit se velle obscurare vicini lumina, ut illi noceret ex argum. *leg. Fulcinius* §. *quid si latitare, ex quibus caus. in poss. eat.* Alex. *cons.* 174. *sub n.* 5. *lib.* 2.

35 Alias plures conjecturas, & præsumptiones æmulationis vide apud Mascard. *d. conclus.* 620. Menoch. *d. præsump.* 29. *l.* 6. Honded. *d. cons.* 80.

36 In † dubio autem remittitur arbitrio Judicis, qui considerata qualitate ipsius ædificantis, ędificii, & vicini pensatisque circunstantiis arbitrari poterit an ad æmulationem fiat ut per Cæpol. *de servit. urb. præd. dict. cap.* 62. *sub numer.* 2. *vers. puto tamen* Mascard. ubi supra Menoch. *dict. casu* 156.

Ut autem Judex arbitrium rectè valeat regulare binos peritos vel architectos eligere debet, qui considerent qualitatem ædificii, & utilitatem inde provenientem ædificanti, & reliqua pro cognitione veritatis *ad* §. *quod autem in auth. de non alien.* Gail. *d. observ.* 69. *nu.* 28. Veggius *cons.* 53. *n.* 12. Alex. *cons.* 174. *sub num.* 7. *lib.* 2.

37 Tertiò. † Limita principalem regulam si ædificium ædificanti parum prodesset, & vicino multum obesset; tunc enim prohiberi debet, ut latè consuluit Port. Imol. *cons.* 17. *num.* 15. *& 16. & num.* 27.

Sed hanc limitationem puto comprehendi sub præcedenti, & ideo plurimum in ea versari Judicis arbitrium una cum judicio peritorum, ut supra dixi.

38 Sub † amplia, ut non debeat quis facere in suo, quod sibi non prodest, & alteri nocet, etiam lucrum auferendo, *l.* 1. §. *iidem aiunt aquam pluuiam ff. de aqua pluuia arcen.* Paul. de Castr. in *l.* 2. §. *item verus nu.* 4. *eod. tit.*

39 Quartò † limita, ut elevans domum suam non ad ejus utilitatem, sed ut in domo vicini videat uxorem, vel ejus filias; aut ut videat moniales vel religiosos (cum etiam isto casu dicatur facere ad æmulationem) possit prohiberi. Cyn. Ruin. & Salyc. in *leg. altius Cod. de servit. & aqua* sequitur Jas. in *l. ex hoc iure num.* 8. *de Iust. & iur.* ubi etiam ad hoc citat Paul. de Castr. Angel. & Joan. de Imol. idemque tenuit Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap.* 602. *sub num.* 2. Alexand. *consil.* 174. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. Anton. Scapp. *de Iure non scripto l.* 2. *c.* 34. *num.* 4.

40 Sublimita † dictam limitationem si quis ædificium, vel fenestras faceret principaliter pro sua utilitate; tunc enim licet incidenter prospicere possit puellas vicinas vel Religiosos, aut Religiosas, cum videre Religiosos non sit de genere prohibitorum, non potest impediri, ut post Petr. Cyn. & Bald. in *d. l. altius* tradunt Cæpol. & Jas. & Alex. loc citatis.

Cæterum, † quod attinet Religiosos, contrarium est verius, ut dixi in *dec.* 58. ad quam recurre. 41

Quintò † limita regulam non procedere, quando à consuetudine, vel statuto prohiberetur quis altius tollere, quia tunc dicitur imposita servitus altius non tollendi *l.* 1. *C. de ædificatione privat.* ubi gloss. ponit exemplum de statuto Florentiæ, quo cavetur, ne quis ædificare valeat ultra certam mensuram, gloss. & Doctores in *l. qui luminibus ff. de serv. urb. præd. c.* 39. *col.* 1. *vers. sed prædicta* Surd. *cons.* 17. *nu.* 18. Vivius *dec.* 306. *nu.* 10. *l.* 2. ubi idem dicitur de pacto. 42

Sextò † limita, ut licet quis possit elevare domum suam quousque velit; non tamen liceat in muro recenter facere fenestras in præjudicium vicini; ita ut possit quidem in muro vereri, non autem in noviter constructo secundum Bero. in *cons.* 135. *nu.* 6. *volum.* 3. ubi ad hoc inducit in argumentum *l. Imperatores, & l. cuius ff. de servit. urb. præd.* & à contrario *d. l. altius.* 43

Sed † re vera dicta jura nullatenus probant intentionem Beroi, & ideò ista limitatio non est tenenda; nec considerari potest diversitas rationis inter fenestram factam in antiquo pariete, & inter factam in nova, & doctrinæ à me allatæ supra *n.* 18. generaliter loquuntur, nec pati possunt hujusmodi restrictionem. 44

Septimò † limita quando area, in qua segetes triturantur, & fructus à paleis discernuntur non potest habere ventum, nisi ab una parte: quia tunc favore publicæ utilitatis, ipso jure prædio vicini servitus imposita esse videtur, ne possit altius tollere, & ventum impedire textus juncta glos. in *leg. fin.* §. 1. Salyc. Butrig. & DD. *C. de servit. & aqu.* tex. & ibi gl. 1. & Angel. in *leg. Imperatores ff. de servit. urb. præd.* Joan. de Imol. *in leg. si prius num.* 9 *ff. de operat. nov. nunc.* Jas. in *l. ex hoc iure n.* 14. *ff. de Iustit. & iur.* Coras. *lib.* 3. Missellan. *capit.* 24. *nu.* 4. Duenn. *reg.* 33. *fallen.* 6. Pasetius in *consil.* 130. *sub num.* 13. *versicul. ad quartum* Port. Imol. *consil.* 17. *num.* 22. quid autem si quis ab ædificiis Urbanis excluderet ventos salubres vide infra *nu.* 605. 45

Octavò † limita (& hæc limitatio parum à præcedenti distat) in prædiis rusticis; nam si quis habet agrum in quo frumentum seminari, vel alterius generis fructus colligi solent, & ab una tantum parte habet solem, non potest vicinus ab illa parte ædificare, & solem fructibus necessarium impedire, & hoc est speciale favore agriculturæ, & publicæ utilitatis, textum cum gloss. secundum unum intellectum, in *l. fi. §. fi. ff. de servit. leg.* 2. *ff. de servit. rust. præd. not. l. fi. C. de servit. & aqua* Socin. in *reg.* 177. *fall.* 1. Scip. Januar. *reg.* 77. *fall.* 5. (& quamvis de eo mentionem nemo faciat) ante eos hoc dixit Cæpoll. in *tract. serv. urb. præd. c.* 39. *sub num.* 4. *vers.* 10. *fallit.* 46

Nonò † limita, ut non possit quis ædificare juxta scalas vicini, ita quod luminibus earum officiat, ut per Cæpoll. *d. cap.* 39. *sub num.* 4. *vers.* 10. ubi ait, quod ita tenuit Anton. Butrig. in *l. fi. §. fi. de servit.* & quod ad hoc faciunt notata in *leg.* 1. *ff. solut. matrim.* 47

Et quamvis Pasett. in *conf.* 130. *sub num.* 13. *vers. ad quartum* dicat Cępollę textum legi corruptè, & quod debet legi juxta scholas non juxtas scholas; Nihilominus respondet Rim. jun. qui scripsit in eadem causa in *conf.* 421. *num.* 7. *vol.* 4. ita communiter reperiri codices impressos, & satisfacit obiectis Pasetti; & ego addo, quod idem de scalis tenuit etiam Duen. *regula* 33. *in fine* Scipion. Januar. *regula* 77. *fallen. penultim.* & Port. Imolen *conf.* 17. *nu.* 21.

Decimò † fallit quando ædes vicini haberent lumen ex publico, quoniam alter vicinus non potest ædificare in publico nocendo luminibus vicini: quia non licet vicino aliquid in publico facere, quin liceat alteri prohibere *ff. ne quid in loco publico per totum* Cæpoll. *d. c.* 39. *sub num.* 2. *ver. quarto fallit.* ubi post Albericus declarat procedere, ut dixi quando quis vult ędificare in publico; secus si in suo, tunc enim potest ędificare nocendo vicino, etiam habenti lumen ex publico per *l. altius C. de serv. & aqua.* sequitur Duen. *reg.* 32. *Fall.* 2. Scip. Ianuar. *reg.* 78. *fall.* 2. quid autem si noceat publico, *vide infr. n.* 64. 48

Decimoprimò † fallit in hęrede, qui ædificando obscuraret fenestras domus vicinę, cujus usufructu à testatore fuit alteri relictus: hęres enim non potest obscurare domum usufructuariam in totum: sed debet modicum lumen quod habitantibus sufficiat reliquere, *leg. is, qui binas ff. de usufr & leg. binas ædes, & ibi glos. ff. de seru. urb. præd.* Ias. in *leg. ex* 49

hoc jure num. 15. *ff. de iust. & Iur.* Marsil. *sing.* 154. Cæras *lib.* 3. Miscell. *c.* 24. *nu.* 6. Duen. *reg.* 33. *fall.* 3. Cæpoll. *de serv. urb. præ. c.* 39. *sub n.* 2. *vers.* 3. *fallit.*

50 Decimosecundò † fallit in locatore, qui si locavit domum, vel illius usumfructum concessit, non potest ædificando in sua domo contigua obscurare lumina domus locatę, vel concessæ ad usum, vel usumfructum; tunc enim locator tenebitur conductori, ad tex. in *leg. si merces* §. *fi. ff. locat.* Bar. & Angel. in *l. is, qui binas ff. de usufr.* Scip. Janua. in *regul.* 77. *fall. ultima* Vivius *decis.* 306. *nu.* 8. *lib.* 2. Marsil. *sing.* 174.

51 Decimotertiò † limita si ædificans in suo, immitteret in alienum; ita enim quis potest in suo ædificare, ut de alieno non attingat mediatè, vel immediatè, & in alienum aliquid non immittat, aut de alieno aliquid non detrahat etiam mediatè, ad hoc probandum allegantur à DD. plures textus; sed mihi nullus illorum id probat, præter tex. in *leg. sicuti* §. *aristo ff. si servit. vendic.* & ita tenent Ang. in *leg.* 1. *ff. de serv. urb præd.* Paul. de Cast. in *l. cum eo ff. de serv. urb. præd. & in l. flumin.* §. *fi. num.* 3. *ff. de damn. infect.* Socc. *cons.* 240. *num.* 11. *vers. præterea vol.* 1. Bero. *cons.* 131. *nu.* 14. & 17. Cagnol. alios referens in *l. nullus videtur sub nu.* 3. *de reg. iur.* Sur. *cons.* 233. *nu.* 11. & *nu.* 12. Vivius *decis.* 302. *nu.* 11. Port. Imol. *cons.* 17. *nu.* 10.

52 Infertur † ex hac limitatione non posse quem facere protectum vel stillicidium amplum, etiam residens totaliter in ædificio ipsius; quod procumbat, seu protendat super solum vicini text. in *leg.* 1. *in fi.* ibi, *protegendive ff. de serv. urb. præd.* ubi hoc notant Ang. & Paul. de Castr. idemque firmat Cæpoll. in *tract. serv. urb. præd. cap.* 32. *nu.* 2. Surd. *d. consil.* 233. *nu.* 11.

53 Et † ratio est, quia solum debet esse liberum usque ad Cœlum ut est tex. in *leg. si. ff de serv. tit. gener.* & reportat in his terminis Cæpoll. *loc. cit. dixi infra in decis. seq. n.* ..... & in *dec.* 57.

54 Infertur † iterum nemini licere in domo propria caminum, seu fornellum ædificare, unde procedere possit fumus vicino nocivus tex. est in *l. sicuti* §. *aristo. ff. si servit. vendic.* Apostil. ad Decium in *l. nullus videtur*, & ibi Cagnol. *nu.* 4. *de Regul. iur.* Surd. *d. cons.* 233. *sub nu.* 12.

55 Contrarium, † quod immò unicuique in domo sua licitum sit artem suam exercere, ignemque in ea facere, etiam quod vicino fumus noceat, eumque offendat tenent Jo. de Amic. in *cons.* 104. *nu.* 2. *cum aliis seqq.* & Vivi. in *decis.* 306. *num.* 2. qui dicit ad hoc esse textum in *l. si servus servum* §. *si fumum ff. ad leg. aquil.* qui tamen textus (pace sua) hoc non probat, sed ibi habetur, quod si quis damnum exustionis passus est ex furno vicini, agit in factum, si verò damnum timetur, debet Dominus furni cavere de damno infecto: sed benè poterat Vivi. adhoc inducere text. in *d. leg. sicuti* §. *fi. ff. si ser. vendic. ibi furnum non gravem* à contrario sensu, & ad hoc idem probandum Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap.* 31. *sub num.* 4. adducit textum in *leg. quoties la prima in princ. ibi ne per fundum tuum eas, aut ibi consistas de serv. titul. general. iuncta leg. venditor ff. comm. prædior. & dixi sup. num.* .....

56 Cæterum † fædere distinctionis hæ pugnantes opiniones conciliari possunt: ut (circumscripta servitute) possit quis facere in suo ignem solitum pro usu sui, & familiæ, & sic procedit ista secunda opinio, & ita debet intelligi *dict.* §. *Aristo.* secundum unam lecturam. Non autem facere posset ignem insolitum, & nimis gravem, & sic procedit *dict.* §. *fi.* à contrario sensu, & ita distinguit Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap.* 31. *sub nu.* 3. & rursus *cap.* 54. *num.* 1. ubi ait valdè notandum quia sæpè contingit in facto Paul. de Castr. loquens de proiiciente aquam in *leg. fluminum cap. fi. sub num.* 3. *ff. de damn. infect.*

Et sic vides, posteriorem sententiam procedere duntaxat quando agitur de camino, vel furnello antiquo, & in eo fit ignis solitus.

Unde in constructione novi camini, quia non potest dici in eo fieri consuetus ignis, non recedas à priori opinione.

57 Declara † etiam dictam regulam, quæ habet unumquemque posse in domo sua propriam exercere artem, procedere, dummodo non immittat in alienum ut est casus in terminis in *dict. leg. sicuti* §. *aristo ff. si serv. vendic.* quem sic intelligendum esse ait Cæpoll. *de seru. urb. præd. cap.* 31. *sub num.* 4.

58 Declara † rursus dummodo non sit servitus constituta per pactum; tunc enim non potest, Bar. per illum text. in *leg. venditor ff. com. præd.* quod tamen intelligitur si prohibens vigore pacti aliquam ex inde sentit utilitatem, aliàs secus dicit Paul. de Castr. in *leg. quoties la prima ff. de servit. tit. gener.*

Infertur † rursus non posse quempiam in domo sua privata exercere artem, per quam malus odor seu fætor fiat vicinis; ita firmat Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap.* 48. *nu.* 3. per tex. in *l.* 2. §. *idem ait si in publico cum* glos. *ff. ne quid in loc. publ.* per quem textum ita inquit se judicasse, & subdit quod propterea neque poterit quis aperire de die cloacam, seu necessarium propter fætorem, sed tantum de nocte, quod idem repetit in *cap.* 65. *nu.* 8. 59

Mihi revera tex. ille hoc non probat; & ideo puto Cæpollam voluisse citare tex. in *d. l.* §. *idem ait si odore*, qui cum sua glos. benè hoc probat, hoc idem admittit Cagn. in *leg. nullus videtur nu.* 4. *de Reg. iur.* & nemine citato firmat etiam Nata in *cons.* 23. *nu.* 6. *vol.* 1.

Decimoquarto. † Limita regulam principalem, quia non possit vicinus quicquam in solo proprio facere juxta parietem communem, per quod res, seu paries corrumpatur, seu ejus refectio impediatur, *l. fistul.* & ibi Paul. de Castr. *ff. de ser. urb. præd.* Berous *cons.* 131. *nu* 9. *vol.* 3. 60

Quod † tamen intellige si id, quod facit ædificans incumbit seu inhæret parieti communi, secus si est juxta illum, & non fodit in terram ita ut communem parietem debilitet, ut per Cæpoll. in *tract. de ser. urb. præd. c.* 64. *nu.* 9. & hoc in effectu voluit etiam Thes. *dec.* 41. *n.* 16. 61

Et † quod fodiens in suo tam altè, ut paries vicini damnum pati possit, cavere debeat de damno infecto est textus in *l. fluminum* §. *fi. in fi. ff. de damn. infecto.* quem text. licèt glos. intelligat tantum quando facit animo nocendi, dicens alias non cogi ad cavendum; contrarium tamen est verius ut ibi per Castrens. *sub nu.* 3. *in fi.* & quod debeat dimittere spatium saltem unius pedis. Cæpoll. *de seru. urb. præd. c.* 54. *n.* 15. *dixi in dec. seq.* 62

Decimoquintò. † Limita, ut non possit quis auferre, è loco movere in solo suo id, quod onera sustinet vicini, puta columnam sustinentem parietem ipsius vicini, ut per Beroum in *cons.* 131. *num.* 13. qui citat, tex. in *l. cum debere cum ibi nota ff. de seru. urb. præd.* qui tex. quamvis loquatur de eo qui habet servitutem, benè tamen videtur probare hanc limitationem, etiam circumscripta servitute, verum ubi servitus adest, non solum non potest quis removere columnam tunc existentem, sed insuper casu, quo illa corrumpatur, aliam sufficere tenetur, ut in *d. l. cum debere*; secus autem est ubi servitus non debetur. 63

Decimosexto. † Limita *d. l. altius* & similes non procedere in præjudicium loci publici; adeò ut inter dictum ne quid fiat in loco publico, procedat etiam si quid fiat in privato, quod noceat publico, *l.* 2. §. *idem labeo & idem ait* ubi Bartol. & §. *si quis in suo*, ubi etiam Bar. *ff. ne quid in loco publ.* & propterea censetur ipso jure inducta servitus altius non tollendi, ut fuit latè dictum in Rom. *altius non tollendi, sive tramontanæ* 3. *Decembris* 1618. & 30. *Maii* 1622. *coram Buratto* in quarum priori firmarunt Domini seminarium gaudere hoc loci publici privilegio, à quo tamen in posteriori recesserunt. 64

Limita † decimoseptimo quando novum ædificium prorsus ab ædibus vicinis excluderet ventos aquilonares; & illas propterea redderet insalubres, de quo articulo vide plenissimè per Rotam in *d. Romana altius non tollendi* 30. *Maii* 1622. *coram Buratto*, ubi etiam habetur quomodo hujusmodi damnum sit probandum; quam cum aliis in eadem causa factis & cum consultationibus medicorum impressit Theod. Rubeus in *Singul. Rotæ Rom. p.* 1. *decis. R. P. D. Pirouani fol. mihi* 515. 65

ARGUMENTUM.

Socius vel vicinus quibus in casibus re communi, socio, vel vicino invito uti possit.

SUMMARIUM.

1 *Socius, vel vicinus nil facere potest in re communi, invito socio.*

2 *Socius non potest uti re communi ad usum non destinatum.*

3 *Socius utens re communi ad usum non destinatum committit furtum.*

4 *Vicinus non potest proiicere fimum in communi.*

5 *Com-*

5 *Communis res quando dicitur mea, & non mea.*
6 *Socius non potest in turri communi fœnum imponere, invito socio.*
7 *Vicinus in communi pariete fenestram facere an, & quando possit.*
8 *Vicinus fenestram faciens in communi pariete, etiam altero vicino sciente, adhuc cogitur ad eam obstruendam.*
9 *Vicinus, cui permittitur à vicino unam fenestram in communi pariete facere, plures facere nequit.*
10 *Vicinus, qui fenestram in communi pariete fecit, non potest vicinum prohibere, ne altius tollat,* & n. 42.
11 *Vicinus nil potest in re communi facere ad æmulationem.*
12 *Vicinus an possit protendere ædificium supra iter, vel curiam communem.*
13 *Vicinus non potest in re communi facere aliquid, quod protendat, vel inclinet in partem vicini.*
14 *Vicinus non potest protectum facere supra solum commune.*
15 *Vicino an, & quando in communi pariete ædificare liceat.*
16 *Vicinus infra quod spatium parieti communi adiungere possit id, quod illum debilitat.*
17 *Socio uno dissentiente, etiam aliis consentientibus, non potest socius re communi uti ad usum non destinatum.*
18 *Vicinus, qui ædificavit in re communi cum alterius vicini damno, an & quando cogatur ad demoliendum, vel ad interesse, aut ad cavendum de damno infecto.*
19 *Vicinus an propria authoritate demolire possit ædificium in re communi à vicino factum.*
20 *Socius utens re communi ad usum destinatum prohiberi non potest.*
21 *Sepulcro in communi potest socius inferre mortuum, aliis sociis invitis.*
22 *Silvam cæduam, quando possit socius cædere, aliis sociis invitis.*
23 *Socius quando communem domum inhabitare possit, & quando illam, alio invito, locare valeat.*
24 *Vicinus an, & quando nova tigna, altero vicino reluctante, immittere possit.*
25 *Socius fundum communem, invito socio, colere potest, & an ei aliquid ex cultura respondere teneatur.*
26 *Socius utitur re communi ad usum destinatum, non attento, quid evenire possit.*
27 *Socius dicitur habere tacitum mandatum à consocio ad utendum re communi ad usum destinatum.*
28 *Socius frangere, & amovere potest impedimenta, quibus impeditur uti re communi ad usum destinatum.*
29 *Socius an re communi uti possit ad usum destinatum, si socio officiat.*
30 *Socius an reparare possit rem communem, invito socio.*
31 *Socius an teneatur ad expensas, eo invito, à consocio factas in rei communis reparatione.*
32 *Socius rem communem reficere recusans, an illius commodo privari possit.*
33 *Socius non potest rem communem reparare invito socio, nisi quando reparatione indiget.*
34 *Molendino communi non potest socius apponere molas, invito consocio si veteres molæ adhuc sufficiunt.*
35 *Socius potest in re communi facere quod omnibus expedit, etiam invitis consociis.*
36 *Socius uti potest re communi si ita se habet consuetudo.*
37 *Socius prohibere non potest consocium ne re communi utatur, si prohibentis non interest.*
38 *Vicinus an muro communi canalem immittere possit, ad aquam pluvialem colligendam.*
39 *Vicinus, vel socius an re communi cum modico detrimento consocii uti valeat.*
40 *Vicinus parieti communi à latere tigna immittere potest, etiam altero vicino contradicente.*
41 *Socius re communi uti potest cum damno socii, si aliàs sibi inutilis remaneret.*
42 *Vicinus elevare potest parietem communem etiam si inde vicini fenestræ in eodem pariete factæ claudantur.*
43 *Vicinus possidens murum cum vicino pro diviso an, & quando possit suam partem altius tollere, & onerare.*
44 *Vicinus an, & quando murum communem excavare possit.*
45 *Paries quando dicatur communis pro indiviso, & quando pro diviso, remissivè.*
46 *Vicinus, qui semel super communi muro ædificavit, an, & quando iterum super ædificare valeat.*
47 *Vicino super ædificante, alter vicinus an eo invito altius superædificare, & an aliquid solvere teneatur.*
48 *Socius re communi uti non potest etiam ad usum destinatum si rei formam, & statum mutaret.*
49 *Vicinus vel socius re communi uti nequit, si pacto etiam tacito, vel præscriptione est inducta servitus negativa.*
50 *Socius licet uti possit re communi jure communionis, non tamen potest jure servitutis.*
51 *Vicinus vel socius non potest re communi, si illa lædatur, vel partes debilitetur.*
52 *Vicinus non potest in communi pariete fistulas habere.*
53 *Vicinus in pariete communi caminum construere non potest.*
54 *Vicinæ schalæ an, & quando parieti communi inniti valeant.*
55 *Socius uti potest re communi ad usum destinatum, etiam si inde res ipsa naturaliter deterior fiat.*
56 *Vicinus, an, & quomodo uti possit pariete ad usum destinatum, si ille non est aptus, vel nimis debilis.*
57 *Vicinus an possit pariete communi uti, quando dubium est, ne sit aptus oneri sustinendo, & quam cautionem præstare debeat.*

DECISIO LVI.

CUm in superiore decisione pro viribus ingenii mei, de his quæ vicinus altero vicino invito in re propria facere potest vel nequit verba fecerim, ordo postulat, ut videamus in præsenti ea, quæ in re communi vicinus, vel socius, invito socio, facere valeat: & omissis disputationibus ad prolixitatem vitandam, constituenda est regula negativa ut nempè † in re communi nequeat socius quicquam face- 1
re, invito socio: quia in re communi potior est conditio prohibentis text. ad litteram *in l. Sabinus ff. communi divid.* & ibi glos. & DD. tex. *in l. quidam hyberus in l. si inter.* §. *si in area* ubi Florian. *ff. de serv. urb. præd. l. an unus ff. si servit. vindic. l. in re communi* ubi DD. *ff. de reg. iur.* Cyn. *in l. si ut proponis C. de ædif. priv.* Bartol. *in l. fistulam ff. de serv. urb. præd.* Jas. *in cons. 98. per totum lib. 1.* Felyn. *in cap. cum omnes num. 22. extr. de constit.* Cæpoll. *in tract. de serv. urb. præd. cap. 40. num. 20.* Vegius *cons. 53. num. 12. & sub num. 19. vers. & verè loquendo* Bursatt. *cum relat. cons. 57. num. 1.* Felic. *in tract. de societ. cap. 28. num. 7.* Surd. *cons. 447. num. 17. lib. 3.* Thesaur. *cum relat. decis. 41. nu. 13.* Magon. *dec. 46.* per totam Cyriac. *consult. 28. nu. 18. lib. 1.*

Potissimum † autem ad usum non destinatum; tunc enim 2
socius sine dubio uti re communi minimè potest, ut probatur in supra relatis juribus, & tradunt *præd.* DD. omnes in primis autem Thes. *cum rel. d. decis. 41. n. 13.*

Quinimo † regulariter utens re communi ad usum non 3
destinatum, ita ut auferatur socio commoditas partis suæ, dicitur furtum committere Bart. *in l. si socius ff. de furt.* Aret. *in* §. *furtum est n. 5. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascun.* Cabal. *tom. 1. resol. crimin. cas. 136. nu. 3.* quem vide per totam resolutionem benè declarantem materiam.

Hinc infertur, † non posse socium proiicere fimum in 4
cortili seu curia communi ex quo ad hoc illa non est destinata, ut per Natt. *in cons. 23. nu. 6. lib. 1.* ubi id pulchro medio probat nempe quia non licet proiicere fimum in alienum *l. si quando* §. *fi. ff. si serv. vindic.* & facit tex. *in l. sicuti* §. *aristo ff. eod. tit.* † Res autem communis non dicitur mea, sed alie- 5
na, ubi ad usum non destinatum ea uti volo, *d. l. sabinus*, & ponunt Bar. *& omnes in l. servi electione* §. *labeo ff. de legat. 1.* consequenter, &c.

Sicut è converso ubi quis uti vult re communi ad usum destinatum, intrat contraria regula, quod commune est pro eo jure, quod ad me spectat, meum est *l. pupillus* §. *fin. ff. de verb. sign.* Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 62. sub nu. 5.* & ita conciliantur hæ duæ regulæ, quæ prima facie inter se pugnare videntur, ut scilicet prior procedat, ubi quis uti vult ad usum non destinatum, posterior ubi vult ea uti ad destinatum usum.

Idem † dicitur etiam de communi turri, ut non liceat 6
uni, invito altero socio, in eadem turri fœnum ingerere, quia ad hoc non est destinata glos. *in leg. fistulam* §. *final.* & ibi Angel. & alii *ff. de serv. urb. præd.* Jas. in *cons. 98. num. 6. lib. 1.*

Amplia † primò regulam, ut multò minus quis possit 7
in communi pariete facere fenestram, vel foramen text. *in leg. eos ff. de servit. urb. præd.* & probatur in *dict. l. quidam*

hyberus eod.tit. ubi hoc notant Ang. & DD. idem Ang. in *l. inter quos ff. de damn. infect.* & rationem reddit, quia scilicet per eã mutatur facies parietis qui etiam debilitatur & per consequens nocet socio Petr. de Ubal. *de duob. fratrib. p. 6. n. 6.* Paris. *cons. 63. nu. 3. lib. 1.* Iol. Ludou. *decis. Lucen. 58.* Thes. *decis. 41. nu. 15.* Vegius *cons. 53. nu. 14.* Bero. *cons. 132. nu. 1. lib. 3. & in consil. 233. nu. 4. in fi. & nu. 6. eod. lib.* Surd. *in consil. 233. nu. 15. volum. 2.* latè Bursatt. *cons. 111. per tot.* & maximè *nu. 2. & seq. & nu. 13. volum. 1.* Cæpoll. *de servit. urb. præd. cap. 62. num. 3.* ubi hoc dicit procedere, si verè in aliquo præjudicatur communioni, vel socio in præsenti, vel in futuro, vel possibile est, ut ei noceat fenestra, vel etiam si est dubium: secus autem si certum esset nullatenus ei nociturum. Tunc enim dicit, æquum esse tenere, ut dictam fenestram facere valeat per *dict. leg. quidam hyberus §. fin. & l. fistulam §. pen. de serv. urb. præd.*

8 Subamplia, † ut si quis fenestras fecerit in communi pariete, sciente, & non contradicente socio; adhuc possint fenestræ illæ obstrui. Nam ad hunc effectum sciens, & tacens dicitur invitus *l. invitum*, & ibi Bar. Ang. & Castr. *ff. de seru. urb. præd.* & in terminis nostris, Paris. *cons. 63. n. 8. vol. 1.* Bursatt. *cons. 111. nu. 4. lib. 1.* Felic. *in tract. de societ. c. 28. num. 24.*

9 Subamplia † iterum, ut is qui expressè à socio permissus fuit facere fenestram in communi pariete, non possit propterea, illo reluctante; in eodem pariete aliam facere fenestram; quia consensus circa unum actum adhibitus, non nocet quoad alium *l. 1. §. Iulianus ff. de insin. actus privat. l. iubemus C. ad Velleian.* Bar. *in l. si fundum per fideicomm. ff. de legat. 1.* Abb. in *cap. quoniam contra col. fi. de probat.* Decian. *cons. 379. nu. 6.* Cæphal. *cons. 148. nu. 24.* Menoch. *cons. 75. nu. 74. lib. 1.* & in terminis nostris egregiè Surd. cum per eum relatis in *cons. 387. n. 6. & seqq. lib. 3.* ubi ad hoc citat *l. si cum meus in prin. ff. si serv. vend.*

10 Subamplia † rursus, ut quoquomodo quis in pariete communi fenestras fecerit, non possit postea prohibere socium volentem altius tollere parietem ipsum, & illo uti, etiam si sequatur obscuratio earundem fenestrarum; ne murus ad usum destinatum illi remaneat inutilis, nec conqueri potest qui dd. fenestras in dicto pariete fecit, nec vicinus, consentiendo, voluit se privare facultate superædificandi sibi competente; ita tradunt Cæpoll. benè distinguens in *tract. de servit. urb. præd. c. 62. n. 5.* Iason *cons. 98. sub n. 8. vol. 1.* Surd. 233. *nu. 15. vol. 2.* & dixit infra *n. 41. & seq.*

11 Secundò † amplia d. regulam, ut multo minus vicinus possit in re communi quicquam facere ad æmulationem, & ut socio noceat *l. 1. §. denique ff. de aqua pluu. arc. l. opus novum de operibus publ.* Rom. *cons. 12. num 4.* Alexan. *consil. 174. nu. 2.* Marsil. *sing. 154.* Gail. *obser. 69. nu. 17. & seq. lib. 2.* Thesa. cum relat. *dec. 16. num. 10. & dec 41. nu. 10.* Bursat. attestans de com. *cons. 57. nu. 14. & nu. 16.*

12 Tertiò, † amplia ut si duo habeant cortile, vel curiam communem, vel commune iter, & alter eorum velit protendere ædificium supra curiam, vel supra iter, possit ab alio prohiberi, si ipsi detrimentosus existat ad *l. qui luminibus ff. de serv. urb. præd.* Alberic. de Rosat. in *l. altius C. de servit. urb. præd.* qui ait se habuisse in facto referre, & pro valde notabili sequitur Cæpoll. in *tract. de serv. urb. præd. cap. 36. nu. 10.* idem Alberic. in *d. l. qui luminibus* Jason. in *cons. 98. sub num. 9. vers. & ex istis*, ubi ait ideo hoc verum esse; quia vicinus tenetur servare formam antiquam; de quo infra suo loco dicam.

13 Quartò † amplia, ut nec possit socius in re communi facere aliquid, quod protendat, vel inclinet in solum socii, vel vicini *l. si cum meus §. si paries, ff. si serv. vindicat.* & ibi Castr. in *Summar. l. quidam hyberus ff. de ser. urb præd.* Surd. *cons. 223. sub nu. 11. vol. 2.*

14 Subamplia, † ut nec quidem liceat protectum facere supra solum commune *l. si duo §. labeo ff. uti possid.* & ibi hoc notat Bart. idem firmat Cæpoll. *de serv. urb. præd. 32. nu. 1.*

15 Quintò † amplia, ut non possit socius ædificare in communi pariete, si per hujusmodi ædificium officeretur luminibus socii Bero. *cons. 13. num. 12. & cons. 133. lib. 3.* Surd. *cons. 233. lib. 2.*

Contrarium latè defendit Ias. in *cons. 98. lib. 1.* & Felic. in *tr. de societ. c. 28. nu. 23.*

Tu tamen regulariter non recedas à d. ampliatione, quam latè defendi supra in *dec. 54. à nu. 18. cum multis seqq.* ad quam in facti contingentia recurre, limitando tamen dictam ampliationem, si non fabrica officiat uni ex fenestris, aliis remanentibus, unde lumen recipi possit *leg. luminum*, & ibi glos. & Bar. *ff. de serv. urb. præd.* Cæpol. in *tract. de serv. urb. c. 35. nu. 4.* Rota *post hæc scripta impressa in dec. 744. nu. 4. p. 3.* in recentior.

Sextò † amplia, ut nec quidem parieti communi fas sit per duos pedes, vel saltem per unum adjungi, & apponi id, per quod murus corrumpi, vel debilitari posset. glos. per illum tex. in *l. quidam hyberus ff. de ser. urb. præd.* & sequitur ibi Bar. & Bero. *cons. 132. n. 11. vol. 3.* 16

Septimò † amplia, ut etiam si ex pluribus sociis unus dumtaxat dissentiat, non possit alter ex sociis re communi uti ad usum non destinatum Felyn. in *c. cum omnes nu. 22. 23. extr. de constit.* & Dec. ibi in *1. lect. n. 5. & 2. lectur. n. 3.* Thes. *dec. 41. nu. 20.* 17

Imò etiam si essent mille socii, factum illorum non noceret unico socio, dicit Felyn. ubi sup. quia quod singulos tangit, ab omnibus approbari debet Oldrad. 34. *arg. l. hæredes §. incerto ff. fam. hercisc.* Thes. *d. nu. 20.*

Octavò † amplia ut si vicinus jam ædificaverit in re communi cum damno alterius socii, idem competat actio ad demoliendum *l. sed & si inter in princ. & in l. fistul in princ. ff. de ser. urb. præd. & in l. iubemus in fi. ff. commu. divid.* Ubi tamen gloss. & DD. distinguunt quatuor casus, & primus est, quando socius contradixit, secundus quando ignoravit, vel absens fuit, & his duobus casibus dicunt, dari actionem ad demoliendum. Tertius est quando expressè consensit, & tunc affirmant, eum sibi omninò præjudicasse. Quartus denique est, quando sciens tacuit, quo casu non quidem datur actio ad demoliendum, sed ad interesse, vel ad cautionem damni infecti, ita in specie post glosam tradunt ibi Bart. & Bald. idem Bart. in *l. qui bona §. si quis juxta ff. de damn. infect.* & ibi Imol. & Alexand. Boer. *consil. 5. num. 28.* Surd. *consil. 23. num. 21. volum. 2.* quibus addo Paul. de Castr. in *leg. in re communi num. 4. ff. de serv. urb. præd.* Et quamvis etiam in quarto casu, nempe quando quis sciens tacuit, aliqui teneant, illi competere actionem ad demoliendum per *l. invitum ff. de serv. urb. præd.* ubi invitus dicitur, quisquis expressè non consentit etiamsi sciens tacuerit, & ibi hoc notant Bar. Ang. & Castr. non tamen recedendum est à priori sententia, quam etiam tenuit Franc. Marc. *decis. 428. num. 17. par. 1.* & videtur fateri Surd. in *consil. 387. num. 5. volum. 3.* ubi ait secundam opinionem pati difficultatem, intelligendo tamen cum temperamento, de quo *supra num. 8.* & ita post hæc scripta in facti contingentia judicavi in Civitate Genuæ. 18

Sub † amplia hanc ampliationem, ut si quis absque consensu socii in re communi ædificet, aliudve faciat, possit socius propria auctoritate illud demoliri, ut videtur tenere Roma. *consil. 51.* referens se ad Bar. *in l. 1. §. Melioratio ff. de nou. oper. nunc.* & expressè tenent Franc. Marc. *decis. 498. sub num. 16.* ubi ad hoc citat *l. si vitem §. si ad januam ff. quod vi, aut clam. & l. sed & si inter* ubi glos. Bartol. & Flori *ff. de serv. urb. præd.* & ibi *num. 18.* limitat in protecto, quod pendet in aere, ut non liceat tollere propria auctoritate: tutius tamen, & melius est officium Iudicis nobile implorare, ut advertit Thes. *dec. 41. n. 17.* & ego ita semper consulerem ad evitanda scandala; quamvis ut plurimum DD. Advocati consultant, ut clam propria auctoritate socius demoliatur, & postea præsentari faciat parti inhibitionem, vel præceptum, quod sine dubio expedit ad faciliorem litis exitum, sed est plenum periculis, & sæpe vidi ex similibus consiliis oriri rixas, & inimicitias, & quod isto casu socius nequeat propria auctoritate demoliri defendit Dec. *in cons. 221. nu. 2. in fi. & nu. 3. lib. 1.* per textum in *dict. leg. Sabinus* ubi habetur in re communi potiorem esse conditionem prohibentis, & ideo cum ædificium constructum reperiatur in re communiter possessa, melior est conditio prohibentis demolitionem, idemque tradunt Bart. & alii in *l. 1. §. nunciatio ff. de oper. nov. nunc.* & vide quæ latiùs dicam in sequenti decisione *num. 17. & seq.* 19

Limita † primo, regulam sic ampliatam non procedere, quando socius uti vult muro, vel alia re communi ad usum destinatum; tunc enim à socio prohiberi non potest text. *in l. si ædes ff. commu. divid. & in leg. cum duobus alias leg. si fratres §. item Mela. ff. pro socio gloss. in dict. leg. Sabinus* Bartol. Angel. & Floria. in *l. quidam hyberus ff. de serv. urb. præd.* Cæpoll. in *eod. tract. cap. 40. sub num. 19. & 20.* Ias. in *cons. 98. nu. 1. & seqq. & ferè per totum lib. 1.* egregiè Thesa. *viden.* cum per eum relatis in *decis. 41. num. 1.* Bero. *cons. 132. sub num. 8. lib. 3.* Vegius *consil. 53. num. 28. & 32.* Marsil. *sing. 134.* Bursattus 20

ſattus *conſil.57. n.2. & conſ.58. num.1. lib.1.* Surd. *conſ.233. n. 1. lib.2.* Honded. *conſil.80. lib.1.* Felic. *de Societat. c.28. n.21.* Dyn. *in c. in re communi n.2. de reg. jur.* Hier. Gabr. *conſ.149. n.4. lib.1.* cum aliis per me latè congeſtis ſupra *in deciſ.54. nu. 11. & ſeq.*

21 Hinc † infertur, ut in commune ſepulcrum ſocius mittere valeat mortuum, etiam invitis aliis ſociis; quia ad hoc deſtinatum fuit text. eſt *in leg. in tantum §. in commune ff. de rer. diuiſ. & in §. in commune Inſt. eod.* & hoc non ſemel habui in facto.

22 Infertur † etiam, unum ex ſociis cædere poſſe ſylvam cæduam; ita ut à conſocio nec prohiberi, nec accuſari poſſit, quia ad hoc illa eſt deſtinata Bald. in *conſ. 37. nu.4. lib.5.* Socc. *conſ.58. ſub n.2. lib.4.* Vegius *in conſ.57. n.29.*

23 Infertur † etiam, ut ſi tota domus inhabitata fuerit ab uno ex ſociis, non teneatur ſoluere penſionem alteri ſocio, qui non habitavit; uſus eſt enim ea ad deſtinatum uſum, & ſic cenſetur ipſum fuiſſe vſum jure ſuo *leg. merito ff. pro ſocio gloſſ. in leg.* Sabinus, & ibi Floria *ff. com. divid.* Caſtr. *in leg. 1.* & ibi Jaſ. *n.10. C. qui teſt. fac. poſſ.* Soccin. *in leg. ſi ſocius ff. ſi cert. petat. & in conſil.58. ſub num.4. in fin.* ubi de comm. Menoch. etiam atteſtans de comm. *in conſil.121. ſub numer. 103. lib.2.* plurimos congerit & de comm. teſtatur Felic. *in tract. de ſocietat. cap.28. num.63.* qui *numero ſequentib.* determinat, quid ſi domus erat ſolita locari? & quid ſi unus locare velit, & alter inhabitare; ibi *n.50.* ſubtexens etiam alias quæſtiones circa domorum communium locationem & inhabitationem *numer. 36. & ſeqq.* & vide etiam Gomeſ. magiſtraliter loquentem *tom.2. var. reſolutionum, cap.3. nu.24. & ſeqq.*

24 Infertur † pariter, poſſe ſocium immittere nova tigna communi parieti, ſi ad id ſit deſtinatus, & aptus dictis oneribus ferendis, etiam ſocio reluctante Angel. *in leg. quidam hyberus col.2. verſ. ſimiliter reſt. ff. de ſerv. urb. præd.* Cæpoll. *in eod. tract. c.30. n.4.* quem in facti contingentia omnino videas Surd. *conſ.233. n.9 vol.2.*

25 Infertur † rurſus notabiliter, quod duobus fundum communiter poſſidentibus ſi alter velit eo uti ad culturam, & ſationem, alter verò ceruicoſus renuat partem ſuam ſeri, ac ad deſtinatum uſum inſervire, ſocius prudentior, non modo totum fundum ſeminare, & colere poſſit, ſed nec teneatur ſocio reſpondere de parte dominicali ratione ſuæ ratę, ut tradit Salyc. in *leg. iubemus la 2.* per gloſſ. ibi *in verbo diuiditur C. de Sacroſ. Eccleſ.* Alex. *in leg.1.* & ibi Iaſ. *num.26. C. qui teſt. fac. poſſ.* idem Iaſon. *in leg. quominus numer.162.* ubi hoc inquit ſingulare, & ſe alibi non legiſſe *ff. de flumin.* Marſil. *ſingul. 369.* Natta *conſil. 31. numero 10. lib.1.* Surdus *conſil.43. numer.18. lib.1.* Felic. *tract. de Societat. dict. cap.28. num.19. & ſeq.*

26 Amplia † eandem primam limitationem, ut ſocius cenſeatur habere tacitum mandatum à conſocio ad utendum, & negotiandum re communi ad uſum deſtinatum, ut per Rimin. jun. *conſ.131. num.11. lib.3.* Decian. *conſ.30. num.4. lib.1.* Rota Genuen. *deciſ.14. ſub numer.67. & ſeqq.* Felic. *de ſocietat. cap.28. num.7.*

28 Amplia † tertio dictam primam limitationem, ut ſi unus ex ſociis impediatur vti re communi ad uſum deſtinatum, poſſit propria auctoritate frangere clauſuram, & removere impedimentum nec tenebitur de ſpolio, aut violentia ad text. *in leg. ſi vitem §. qui ad ianuam ff. quod vi, aut clam.* per quem text. determinavit Paul. de Caſtr. *in conſ.393.* in cauſa, quæ vertitur *num.2. lib.2.* quod ſi unus ex cohæredibus, vel ex ſociis clauſerit domum communem, ne alter ſocius ingrediatur poſſit is nolens habere ſe pro ſpoliato, propria auctoritate ſeras januæ frangere, & ingredi in domum idemque tenuit per eandem rationem Cravett. *in conſil. 4. num.10. & ſeqq.* ubi etiam dicit, quod ſi habens jus paſcendi in prato impediatur per clauſuram cancelli, vel portæ illam propria auctoritate frangere poteſt, ſequitur in omnibus Granut. Theor.2. *numer.4.* Felic. *in tract. de ſociet. cap. 28. num.30.*

29 Quartò, † ampliant quidam dictam primam limitationem, ut ſocius uti re communi poſſit ad uſum deſtinatum etiamſi officiat conſocio, Jaſ. *dict. conſ.98. numer.4.* Dyn. *in reg. in re communi num.3.* Theſ. *dec.23. num.5. dec.41. n.2. & deciſ.65.* Vegius *conſ.53. num.30. & ſeqq. cum ſimilibus* Felic. *de ſociet. d. cap.28. n.21. & ſeqq.*

Contrarium tamen videtur probari *in leg.* Sabin. *ff. comm. dividun.* tradunt Cæpol. *in tract. ſeru. urb. præd. c.40. ſub nu. 20.* Rim. ſen. *conſ.61. ſub n.10. ver. his tamen vol.1.* Burſ. *conſ. 57. n.13. vol.1. & conſ.58. n.26. eod. lib.* benè Surd. *conſ.223. lib.2.* Magon. *deciſ.* Flor.46.& hanc opinionem poſt plurimos per me congeſtos ſubſtinui ſupra *in deciſ. præced.* ad quam me remitto.

Secundò † limitatur regula principalis, ut quando res com- 30
munis indiget reparatione, vel refectione ad uſum, ad quem res eſt deſtinata, poſſit alter ex ſocii reficere, vel reparare invito ſocio, imò contra illum agere ad refectionem textus *in l. ſi ædes ff. communi divid. l. ſi communes ædes ff. de negoc. geſt. l. ſi partes cum leg. ſeqq. ff. de damn. infect.* Cæpoll. videndus latè, & doctè diſtinguens *in tract. de ſeru. urb. præced. c. 59. n.5. & 6.* Felic. *in tract. de Societ. c.67. num.21.* Ber. *conſ. 13. num.8. volum.3.* Franc. Marc. *dec.499. num.2. p.1.* Surdus *conſ.23. n.9. vol.2.*

Amplia † hanc limitationem, ut ſocius cogatur invitus 31
contribuere in expenſis refectionis, & reparationis Cyn. in *l. ſi ut proponis* per illum textus *C. de ædific. priu. & per leg. his conſequenter §. celſus ff. famil. herciſc. textus in l. ſi ædibus ff. de damn. infect.* Theſaur. *deciſ.41. numer.3.* adde Cæpol. *de ſeruit. urb. præd. c.40. num.27.* ſi autem refectio non erat neceſſaria, dic ut infra *n.33.*

Amplia † iterum, ut ſocius renuens rem communem refi- 32
cere, priuari poſſit commodo rei, aut agi contra eum pro expenſis, & intereſſe *d. leg. ſi ut proponis, & l. cum duobus §. idem reſpondit. ff. pro ſocio* Jaſ. *in l. quominus n.109. ff. de fluminibus. Cremenſis ſing.97.* & Cæpol. *caut.85.* cum aliis per Theſaur. *viden. d. deciſ.41. numer.3* & vide etiam Cæpoll. *de ſeru. urb. præd. d. cap.59.* & Marſil. *ſing.369.*

Sublimita, † dictam limitationem ſic ampliatam non pro- 33
cedere in reparatione non neceſſaria, nempe ſi res communis ea non indiget *leg. parietem ff. de ſeru. urb. præd.* Cæpoll. Felic. & Bero *locis cit.* Theſaur. omninò videndus *dict. deciſ.41. num.14.*

Hinc † infertur ad quæſtionem de Molendino communi 34
inter plures; Nam ſi molæ præſentes ſufficiant, non poteſt unus ex ſociis, aliis invitis, ponere in eo meliores molas jux. opin. Mart. *in dicta leg. parietem*, quem ibi ſequuntur Bald. & Ang. idemque tenet Petr. de Ubald. *in tract. de duobus fratribus part.6. num.5.* Cæpoll. *dicto cap.59. num.6.* Mart. Lauden. *in l. ins autem ciuile ff. de Iuſt. & iur.* Felic. *dicto cap. 27. num.23.*

Tertiò † limitatur regula, ut non procedat, quando ſocius 35
jure communionis vult facere aliquid in re communi, quod non ſibi ſoli, ſed etiam toti civitati expedit, ut ſi velit incruſtare, vel depingere parietem communem; tunc enim poteſt *l. quidam hyber. §. 1. & l. fiſtula §. 1. de ſeruit. urb. præd.* Ang. *in l. quos in prin. ff. de damn. infect.* Imola *in l. damni §. cum parietem col. fin. ff. de damn. infect.* Paul. de Caſtr. *in leg. in re communi ff. de ſeru. præd.* Bero. *conſ.131. n.11. vol.3.* Vegius *conſ.53. ſub num.10. verſ. ſubdit.*

Quartò † limita, ſi adeſt conſuetudo in contrarium, ut 36
ſcilicet ſocius uti poſſit re communi invito ſocio, ut per Theſ. *deciſ.41. n.22. & ſeqq.* cujus opinionem veram arbitror (poſito tamen quod de conſuetudine bene conſtet) quamvis Cæpoll. & Franc. Mar. quos ad hoc citat, loquantur in diverſis terminis.

Quintò † limita ſi ſocio prohibenti non intereſt; tunc 37
enim ejus prohibitione non attenta, alter ſocius etiam ad uſum non deſtinatum re communi uti poteſt, animo tamen ut efficiatur commune, id quod rei communi additur, ut probatur *in l. quidam hyberus §. parietem, & in leg. fiſtulas in princip. & §.1. & 2. ff. de ſeru. urb. præd.* quæ leges ita intelligi debent, ut per gloſs. in *d. l.* Sabinus *ff. com. divid. & in d. cap. in re communi* vbi Dynus *num.1. de reg. iur. in 6.* Cyn. & Alber. *in l. ſi ut proponis C. de ædif. privat.* Cæpoll. *in tract. de ſer. urb. præd. c.40. n.20. & in conſ. ciu.35. n.10.* Corn. *in conſ. 74. n.1. lib....* ubi ait, id omnes communiter tenere Fran. Mar. *deciſ.497. n.15. & 19. deciſ.499. in fin. par.1.* Theſau. *deciſ.41. ſub n.19.* ubi inquit incivile eſſe, & contra jus bonæ ſocietatis prohibere, quod prohibenti non nocet Vegius *conſ.85. num. 15.* Berous *conſ.132. ſub num.8. vol.3.* Surdus *conſ.233. num.2. vol.2.*

Hinc † infertur quod ſi ſocius ad communem parietem ap- 38
ponere velit canalem, ſeu fiſtulam, ad colligendam aquam pluvialem, non offendens ſocium; permittatur, ut per Ang. *in l.1. C. qui teſt. fac. poſſ.* Franc. Marc. *d. deciſ.498. n.13. p.1.* quod tamen intellige, modo paries inde nullum patiatur detrimentum, juxta ea, quæ dicam infra *n.52.*

Amplia, † hanc quintam limitationem procedere, etiam 39
ſi prohibenti modicum noceret, quia de modico non curat

prætor

prætor *l. ſcio ff. de in int. reſt. l. ſi oleum in fin. cum leg. ſeqq. ff. de donat.* & tenere videtur Florian. *in dict. l. Sabinus in fi.* & expreſsè tenet Franc. Maſc. *dict. deciſ.498. ſub num.15. & 16.* ubi etiam citat Alber. *in leg. reſcripta in fin. Codic. de precibus imper. offer.* dicentem poſt gloſſ. & Jofredum paria eſſe non lædere, & modicum lædere, benè confert, quod dixi ſupra *deciſ.... num....*

In propoſito autem non poteſt dici modicum, ſed imò damnum conſiderabile, quando vicini proſpectus redditur deterior, ut per Cæpoll. *in tract. de ſer. urb. præd. cap.60. ſub num.6. ver. item quæro.* noviſſimè Cyriac. *controu. for.28. nu. 12. lib.1.*

Si autem dubium ſit, an ſocio poſſit afferre nocumentum dic ut infra *n.44. 56. 57.*

40 Sexto † limita, regulam in materia parietis communis procedere quando agitur de illo altius tollendo, ſecus autem ſi agatur de tignis à latere in ipſum immittendis; id enim præſtare poteſt Vicinus, etiam altero ſocio reluctante, ut declarat Corn. *in conſil.90. num.14. & ſeqq. & ver. & tenendo lib.2.* ſequitur Honded. *conſ.80. ſub n.33. vol.1.*

41 Septimò † limita, Regulam non procedere quando ſi ſocius non uteretur re communi cum damno ſocii, res communis remaneret ſibi inutilis, tunc enim poteſt; alias jus, quod habet in re communi inſerviret ſibi de vento *arg. l. cum eo ff. de ſer. urb. præd. & tradunt* Cæpoll. *eodem tract. c. 62. n.5.* Jaſ. *conſ.98. n.8. vol.1. ver. 5. principaliter* Surd. *conſ.*
42 233. *nu.15. lib.2.* qui † ponunt exemplum de volente elevare parietem communem, in quo prius alter ſocius feneſtras conſtruxerat; poteſt enim illas elevare etiam ſi dictę feneſtrę claudantur, quia aliàs paries remaneret ſibi inutilis, ut per præfatos Doctores, & dixi ſupra *n.10.* quod tamen Cæpol. *loc. cit.* intelligit verum eſſe de pariete ad ædificandum deſtinato, ſecus ſi pro clauſura duntaxat conſtructus fuit.

43 Octavò † limita, regulam procedere, quando paries eſt communis pro indiviſo ſecus ſi pro diviſo; tunc enim quatenus ſe protendit illa dimidia verſus unum, illæ poterit altius tollere ædificia ſuper imponere, tigna immittere textus in *l. hoc quod dictum §. ex tribus* ſecundum unum intellectum & gloſs. ibi *in ver. paries in prin. ff. de ſeru. urb. præd.* & ratio eſt, quia tunc non dicitur quis elevare murum communem, ſed proprium, quod nemini regulariter eſt prohibitum *leg. altius, & leg. in ædibus Codic. de ſeru.* cum aliis per me latè deductis *in deciſ. præced. num.1. & ſeqq.* & ita in caſu noſtro firmat Angel. *in dict. §. ex tribus* dicens, hoc eſſe valde quotidianum, & ibidem Alber. Cæpol. *de ſeru. urb. præd. capit.40. num.19.* Theſaur. *deciſ.41. num.21.* qui ad hoc citat Cornel. *conſil.184. lib.1. conſ.90. lib.2. & conſ.78. lib.4.* Alexand. *conſ.* 174. *lib.2.* Dec. *conſ.388.* Soccin. *conſil.44. colum.1. lib.4.* citat etiam Bero. & Burſat. qui in propoſito non merebantur allegari, adde tu Vegium *in conſ.53. ſub num.19. ver. prædicta*, & ſub *num.46. ver. & his.*

Intelligendo tamen, datis terminis habilibus, & ſic quod paries ſit adeo latus, ut id fieri poſſit abſque eo, quod ſocii pars tangatur, ut per Ang. Dec. Corn. & Theſ. ubi ſupra *& deciſ.23. num.2.* aliter enim non videretur dari poſſe communionem pro diviſo, de qua *in d. §. tribus* dicit ibi Ang. & ſequitur Cæpol. ubi ſupra.

44 Amplia † dictam limitationem, ut ſocius poſſit excavare murum communem prodiviſo ſatis latum, quando vicino exinde aliquid detrimenti contingere non poteſt, licet ſecus ſit, cum eſt tenuis, & dubitari poteſt de debilitatione illius ac damno vicini ut per Bar. Ang. *& omnes in l. quidam hyber. ff. de ſer. urb. præd.* & conſuluit Hier. Gabr. *conſ.149. num.6. & ſeq. lib.1.* quod nota, quia alias habui in facto, & Advocati, qui me informabant in cauſa confundebant terminos.

45 Quando † autem paries dicatur communis pro diviſo, & quando pro indiviſo dixi ſup. *in dec.54. n.7. & ſeqq.*

46 Nonò limita regulam non procedere, quando alter ex ſociis ſemel ædificavit ſuper muro communi; tunc enim ſuper eodem iterum ædificare poterit, illumque elevare per textus *in l. cuius ædific. ff. de ſer. urb. præd.* Corn. *conſ.90. n.31. lib.2.* Theſ. *d. deciſ.41. num.5.*

Tempera limitationem procedere, modo ſervitus gravior non imponatur, ut advertit Theſ. *l. c.* ad quod reporta, quod dixi ſupra *n.9.* & quæ dicam infra *n.48.*

47 Sic † è converſo, ſi vicinus in muro communi ſuperædificavit, poteſt alter ſocius, eo invito, altius adhuc ſuperæficare; nec tenetur de jure aliquid ſoluere primo ædificanti pro appodio, licet de conſuetudine contrarium ſoleat, ut per Cæpoll. *de ſeru. urb. præd. cap.40. numer.27. & ſequentib.* ad quem ſe remittit Eugen *conſil.47. numer.39. volum.1.* ubi ait, ita diſpoſitum eſſe per ſtatutum Peruſinum. Si tamen ſuperędificatum fuit pro refectione neceſſarium ſtatim compelli poterit conſocius ad ſolvendam expenſarum partem, ut dixi ſupra *n.31.* Unde ſi illas jam non ſoluit ſine dubio contribuere tenebitur quando ipſe ſuperædificare intendit.

Sublimita † modo omnes prædictas limitationes, ut ita 48
demum in præfatis caſibus liceat ſocio uti re communi, ſi non alteret formam, & ſtatum rei, ſecus ſi ſtatum antiquum ſervare velit; quia tunc invito ſocio, re communi, etiam ad uſum deſtinatum uti minimè poteſt text. *in leg. qui luminibus ff. de ſeru. urb. præd.* Bald. *conſ.233. lib.1.* Alberic. *in l. altius C. de ſeru. & aqua* Cæpoll. *in tract. de ſeru. urbis cap. 36. num. 10. & cap. 39. ſub num.3.* Duen. *reg.33. lim.5.* Berous *conſ.135. n.5. & 6. lib.3.* Burſatt. *conſ.57. n.8. conſ.58. num.26. vol.1.* Natt. *conſ.215. ſub n.7. vol.1.* Surd. *conſ.233. ſub num.10. vol. 2. & conſ.387. num.11. vol.3.* Franc. Marc. *deciſ.470. num.2. part.2.* cum aliis per me cumulatis in *deciſion.54. numer.26. & 27.*

Secundò † ſublimita, limitationes non procedere ubi pa- 49
cto tacito, vel expreſſo, aut legitima præſcriptione inducta ſit negativa ſervitus altius non ædificandi, vel re communi non vendi in aliquo caſu text. *in l. cum eo l. imperatores, leg. inter ſeruitutes, & leg. ſeq. ff. de ſeru. urb. præd.* Rolan. *conſ. 22. num.31. vol.2.* Surd. *conſ.17. n.18. volum.1.* Eugen. *conſ.32. num.43. vol.1.* noviſſimè Cyriac. *controu. forenſ.28. num.19. & ſeq. & n.29. lib.1.*

Tertiò † ſublimita, eaſdem limitationes procedere, ſi ſo- 50
cius velit uti re communi jure communionis, ſecus verò, ſi jure ſervitutis; tunc enim non conſtito de ipſa ſervitute, prohiberi poterit, *l. parietem* ſcundum vnum intellectum *ff. de ſeru. urb. præd.* Franc. Marc. *dec.498. ſub n.14. in fin. p.1.* Theſa. *dec.41. n.11.* & ita loquuntur omnes per me relati in prima limitatione & Eugen. *conſ.47. n.38.*

Quartò † ſublimita, ut ſocius uti poſſit re communi invito 51
ſocio, dummodo res ipſa non lædatur, nec fiat deterior nec paries debilitetur *ad leg. quidam hyberus & l. fiſtulam* & ibi Bart. & Alber. *ff. de ſeru. urb. præd.* Vegius *conſ.53. num.16. & ſeq.* Hier. Gabr. *conſ.149. num.7. lib.1.* quibus adde Bart. *in d. l. quidam hyberus* Bero. *conſ.132. n.11. vol.3.* Cæpoll. *de ſeruit. urb. præd. cap.54. n.1.*

Hinc † infertur, non licere vicino habere fiſtulas in pa- 52
riete communi, per quas aqua ducatur, quia paries communis corrumpitur, & deterior euadit text. eſt *in l. fiſtulam ff. de ſeru. urb. præd.* & ibi Bart. Vegius *conſ.53. ſub num.16.* & tradit etiam Cæpoll. *in tract. ſeru. urb. præd. cap.67. in fin.* Franc. Marc. *dec.498. n.13. par.1.*

Infertur † pariter ſocium non poſſe excavare parietem 53
communem, & ibi conſtruere caminum invito ſocio: quia exinde res communis debilitatur, & torretur, ut conſuluit Hier. Gabr. *conſ.150. per totum lib.1.* quamvis contrarium regulariter velit Cæpoll. omnino videndus *in tract. de ſeru. urb. præd. cap.64. de camino*; ſed poſſunt ad concordiam reduci, quia fatetur Cæpoll. quod ſi paries eſſet debilis non liceret ſocio in eo caminum conſtruere Gabr. autem concludit, quod cum à communiter contingentibus non ſoleat fieri caminus in pariete abſque illius debilitatione, ædificanti incumbit onus probandi contrarium, nempe fieri poſſe, abſque damno parietis, & vicini, & puto eum benè dicere per ſupradicta.

Infertur † etiam, quod licèt ſocius facere poſſit ſchalas, 54
illaſque parieti communi appodiare, ſeu adſtruere; id tamen illi non permittitur, quando parieti nocet, illumque deteriorem reddit textus *in dict. leg. fiſtulam §. fi.* & ibi declarat Ang. Paul. de Caſtr. *in leg. eos ff. de ſeru. urb. præd.* & Vegius *dict. num.16. in fin.* Cæpoll. *de ſeru. urb. præd. cap.54. nu. 1.* ubi etiam declarat, quando ſcalæ dicantur damnum vel læſionem inferre muro communi, & quando non Franc. Marc. *deciſion.498. num.14. part.1.* quid autem juris, ſi appodiare velit parieti, vel ſolo vicini, dixi in ſequenti *deciſ. num.13.*

Reſtringe, dict. ſublimitationem non procedere, quando 55
quis uti vult re communi ad uſum deſtinatum, licet enim ratione dicti uſus naturaliter res deterioretur, non poteſt ſocius prohiberi *ad l. arboribus §. navis de uſufr.* Theſaur. *deciſ.41. ſub num.2. in fin.* quod multò magis dicendum eſt de rebus, quæ uſu conſumuntur, tunc enim ſi quis impediatur illis uti ad uſum deſtinatum, ſub prætextu vitandæ deteriorationis; utique impediretur uti jure ſuo, & ſic nihil ei prodeſſet habere illam rem communem, quod

abſur-

absurdum esset, unde prohiberi non potest, juxta ea, quę dixi supra in prima limitatione.

56 Tempera † hanc restrictionem (& hæc erit quinta sublimitatio) quando paries adeo esset imbecillus, ut tanto oneri ferendo non judicaretur aptus, vel ruinam minaretur cum damno vicini; tunc quidem nec in muro proprio, etiam ad superædificandum destinato, ædificare posset ad *leg. eum debere* cum ibi notatis *ff. de serv. urb. præd. l. cuius ædificium in fi. eod. tit.* Florian. *in l. paries eod. tit.* Neviz. *consil. 65. nu. 22.* Bero. *cons. 131. per tot.* & maximè, *nu. 9. & cons. 132.* etiam *nu. 9. vol. 3.* Bursattus *cons. 57. per tot.* præsertim *nu. 9. & cons. 58. per tot.* & maximè *nu. 4. & 10. vol. 1.* Surd. *cons. 233. n. 8. vol. 2.* Felic. *in tract. de societ. cap. 28. nu. 26.* Hier. Gabr. *cons. 249. nu. 5. & seqq. lib. 1.*

57 Si † autem dubium esset, an quis justè, vel injustè ædificaret, & sic an communis paries efficiatur deterior, vel an ædificium sit futurum periculosum, vel ruinosum; tunc non impeditur quis in re communi ad hoc destinata inædificare; sed socio prohibenti succursum est per remedium cautionis de damno infecto, quam ædificans præstare tenetur, ut declarat Bar. *in l. damni §. cum parietem ff. de damno infecto*, quem ibi sequuntur Castren. Ang. & cæteri communiter, & Bero. *in cons. 132. sub num. 8. ver. si verò dubitetur*, & in his terminis restringendus, & intelligendus est Thesaur. *dec. 41. sub num. 2. in fi.* qui ad hoc gratis citat gl. *in l. fistul. ff. de serv. verb. præd.* & Bursatt. *dict. consil. 57. nu. 9.* nihil tale cogitantes.

Et quod generaliter vicinus, etiam lite pendente, prohiberi non possit in ædificando, data cautione de demoliendo, vide *leg. un. Cod. de oper. nov. nunc. c. fi. eod. tit.* Bar. *in l. prætor ait §. si quis paratus ff. eod. Pract. Papien. in form. libel. in act. oper. nov. nunc. in tit. ante aliquam nu. 3.* Rot. *dec. 744. in fin. p. 3. in recentioribus.*

Provt etiam cavere posset ædificans; de reddendo parietem fortiorem suis sumptibus judicio peritorum, ut in casu suo facere offerebat Eugen. in *consil. 47. nu. 60. ver. nec etiam*. Ad ornatum hujus Decisionis vide omnino Altograd. *nuper impress. in cons. 100.*

ARGUMENTUM.

Vicinus an & quando aliquid facere, vel protendere valeat in solo vicini; & an & quando ejusmodi ædificium; vel protectum solo cedat, liceatve Domino soli propria authoritate illud demoliri, vel amovere.

SUMMARIUM.

1 *Vicinus nihil facere potest in pariete, vel in solo alieno invito Domino.*
2 *Vicinus è domo sua in solum vicini aliquid immittere, vel proiicere non potest.*
3 *Vicinus non potest fumum in alienum fundum immittere.*
4 *Aquam in fundum alienum proiicere an quis possit.*
5 *Dominus domus tenetur de damno illato ab ancilla proiiciente immunditias in viam publicam.*
6 *Dominus tenetur de damno vel delicto famuli in ministerio, cui illum præposuit.*
7 *Vicini prohibere possunt vicinum proiicientem res fętidas in viam publicam.*
8 *Vicinus habens servitutem proiiciendi in fundum vicini, non potest in illum res fœtidas proiicere.*
9 *Sullicidium an possit quis habere, si illud cadat in solum alienum*, remissivè.
10 *Vicinus in solo vicini nihil protendere potest.*
11 *Vicini vel Reipublicæ solum debet esse liberum usque ad Cœlum.*
12 *Vicinus an possit fenestris ferreos cancellos affigere in vicini solum prominentes.*
13 *Vicinus non potest pontem, vel scalas, vel quid aliud appodiare parieti, vel solo vicini.*
14 *Vicinus non potest effodere per unum pedem juxta murum vicini.*
15 *Vicinus propria auctoritate destruere potest quidquid in suo solo fuit à vicino ædificatum*, & numer. 21. remissivè.
16 *Vicinus an postquam adiit Judicem possit propria authoritate ædificatum in suo solo destruere.*
17 *Vicinus an ex intervallo possit opus in suo solo ab alio factum demoliri.*
18 *Vicinus an possit propria authoritate demoliri quod fit in fundo alieno, sed sibi præjudicat.*
19 *Arboris ramos in meo solo sese extendentes quando possim præcidere.*
20 *Ecclesiam, in meo solo ædificatam destruere non possum, nec corpora in meo fundo humata effodere.*
22 *Ædificium cedit solo, sicut & arbor immissis radicibus, nec expensæ restituuntur*, & n. 24. remissivè.
23 *Ecclesiæ ædificium, vel ex pecuniis Ecclesiæ constructum an cedat solo seu potius illi solum cedat.*
25 *Ædificium an cedat solo, etiam quo ad possessionem.*
26 *Nuncians novum opus non potest postea authoritate propria illud demolire.*
27 *Expulsus à sua possessione potest incontinenti expulsorem expellere.*
28 *Ædificium in alieno solo factum destrui nequit, si adest statutum, vel consuetudo in contrarium.*
29 *Ædificium in meo solo factum, si mihi parum nocet, & alteri plurimum prodest an & quando pati cogar.*
30 *Vicinus quando patientiam præstare debeat, ut Dominus fundi inferioris reparet aggeres, ne aqua descendat.*

DECISIO LVII.

PRo complemento materiæ in duabus præcedentibus decisionibus digestæ, ordo postulat, ut videamus quid facere, quidue non facere possit vicinus in alieno. In quo articulo constituendo est regula negativa. Non † posse vicinum 1
quicquam facere in solo, vel pariete alieno, invito Domino text. in *l. hoc quod dictum in prin. ff. de serv. urb. præd. l. sed si inter in prin. eod. tit. l. quemadmodum §. si proiectum ff. ad l. aquil.* & ibi plenè notant gl. & Bar. in *l. si vitem §. ad ianuam ff. quod vi aut clam.*

Quæ cautè legenda est Rota post hæc scripta, impressa in *decis. 744. num. 1. par. 3. in recent.* ubi videtur constituere regulam negativam, non modo ex *Bulla iuris congrui fel. record.* Gregor. XV. sed etiam de jure communi citans ad hoc *l. si ædes cum gl. ff. com. dividun.* & Veronen. *in tract. de serv. urb. præd. cap. 30. sub num. 4.* Tu vide dictas doctrinas, quas ego quoque suo loco retuli, & secundum illas intellige dictam decisionem, quæ huic negativæ regulæ minimè refragatur.

Amplia; † ut nec liceat aliquid è domo sua in solum vi- 2
cini imminuere, vel proiicere text. in *leg. 1. ver. proiicienda*, & ibi hoc notat Angel. *de servit. urb. præd. leg. sicuti §. aristo ff. si servit. vindic.* ubi generaliter dicitur, in suo enim eatenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.

Hinc † infertur, non licere cuiquam fumum in alienum 3
fundum immittere *d. §. aristo*, quod tamen intellige juxta ea, quæ dixi supra in *dec. 55. nu. 51. & seq.* & vide etiam Cæpoll. *de serv. urb. præd. c. 53. nu. 1.*

Infertur, † etiam, ut nemo possit ex domo sua pro- 4
iicere aquam in fundum alienum, ut est casus in eodem *§. aristo*.

Quod intellige, si non indiget pro usu, & commoditate sua, vel si proficit aquam insolitam ut per Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 31. num. 3.* ad quem recurre, qui rursus de hoc tractat in *cap. 67.*

Extende † hanc illationem, ut quamvis quilibet è domo 5
sua proiicere possit aquam, vel immunditias in viam publicam; si tamen pedissequa, vel famulus proiiciens per fenestras levatoriam, aliudve putridum in locum, per quod vulgo iter fieri solet, proiiciendo detur per prætereuntium vestes, Dominus domus in duplum damni tenebitur text. in *leg. 1. in prin.* & ibi hoc notat Floria. *ff. de his qui deie. vel effu.* Cæpoll. *de serv. urb. præd. capitul. 68. num. 3.* ubi ait hoc esse notandum. quia sæpe accidit in facto, & limitat in loco, quo vulgo iter fieti non consuevit Fran. Mar. *decis. 398. numer. 8. part. prim.* & ego quoque habui in facto multis ab hinc annis.

Et † est regulare, ut Dominus teneatur de delicto, vel 6
facto familiæ delinquentis in ministerio, in quo ab eo est proposita, quia mala electio est in culpa, & electori imputatur Boer. & Panorm. *in cap. licet de rest. spol.* Bart. in *l. non quid ff. de inund. ruin. & naufr.*

Extende † rursus, ut contra proiicientes res fætidas in 7
viam publicam jus prohibendi competat non solum Ædilibus à civitate deputatis, sed etiam privatis in ea vicinia habitantibus

tibus ut probatur in *l.* 3. §. *pen.* ubi gl. *ne quid in loco publ.* Cæpoll. *de ſerv. urb. præd. cap.* 48. *num.* 10. Franc. Mar. *dec.* 498. *ſub nu.* 12. *in fin. p.* 1.

8 Extende † iterum, ut quamvis quiſpiam habeat ſervitutem proiiciendi in fundum vicini; non propterea poſſit in illum urinam fætidam, vel ſtercus, vel alia ſimilia proiicere per text. cum gl. in *leg. pen.* §. *quod vi aut clam.* & *in leg. prætor.* §. *idem ait ſi odore*, & ibi gl. *ff. ne quid in loco pub.* facit *l.* 1. §. 2. *ff. de cloacis*, & *tradit* Cæpoll. *de ſerv. urb. præd. cap.* 31. *num.* 5. ubi ait notandum, quia quotidianum.

9 Quid † autem dicendum ſit de ſtillicidio cadente in ſolo alieno vel publico, reiicio lectorem ad Cæpoll. *dict. tract. de ſerv. urb. præd. cap.* 28. & 29. & ad Franc. Marc. *deciſ.* 500. *part.* 1.

10 Secundò † amplia regulam principalem, ut nemo poſſit protendere aliquid in ſolo vicini *leg. ſi duo* §. *labeo*, ubi hoc notat Bar. *ff. uti poſſid.* Cæpol. *de ſerv. urb. præd. cap.* 32. *num.* 3. *adde* text. in *l. fin.* §. *de ſerv. urb. præd.* ibi, *neque ſtillicidium in domo vicini cadat.* per quem text. ita firmat Franc. Marc. *deciſ.* 499. *num.* 2. *par.* 1. eſt etiam text. in *l. in fin.* ibi *protegendum eod. tit. de ſerv. urb. præd.* & ibi Ang. & Paul. de Caſtr. Surd. *conſil.* 233. *num.* 11. *vol.* 2.

11 Et † ratio eſt, quia ſolum vicini debet eſſe liberum uſque ad Cælum *l. fin. ff. de ſerv.* & in propoſito notat Franc. Marc. *dict. dec.* 499. *num.* 3. *qui num.* 4. ob eadem rationem id extendit etiam ad ſolum publicum, quæ quidem ratio ad aliud propoſitum allata fuit à Salyceto in *d. l. altius* & ibi Caſtren. & communiter Doctores & Eugen. *conſil.* 47. *nu.* 57. *leg.* 1. ad quod adde quæ de projectu in ſolum commune dixi in precedenti *dec. nu.* 12. 13. & 14.

12 Hinc infertur, † ut non poſſit quis regulariter feneſtris ſuis ferratis apponere ſupra vicini ſolum prominentes, de quo vide Cæpoll. *de ſerv. urb. præd. cap.* 55. *de ferratis*, & de hoc habui caſum Parmæ; ſed non expedivi cauſam, quia illa pendente ad alium Vicarium evocatus fui.

13 Tertiò † amplia ut non ſit licitum pontem, vel parietem, vel quid aliud appodiare muro, vel ſolo vicini *leg. quemadmodum* §. *ſi projectum ff. ad leg. aquil. leg. qui vitem* §. *ſi ad januam ff. quod vi aut. clam.* & ita in facti contingentia deciſum fuit apud Franc. Marc. *deciſ.* 120. *part.* 1. Cæpoll. loquens de ſcalis in *tractat. de ſerv. urb. præd. cap.* 54. *num.* 5. ubi latè, quem ſequitur Eugen. in *conſil.* 47. *num.* 34. de immittente autem pontem vel ſcalas parieti communi dixi in *præc. dec. nu.* 54.

14 Subamplia, † ut nec fodere quis poſſit juxta murum vicini ad effectum immittendi ſcalas, vel parietem, niſi ſtent remotæ per unum pedem, ut per Cæpoll. ubi ſupra, quid autem de excavante parietem communem, dixi in *præc. deciſ. num.* 44.

15 Quartò † amplia, ut id quod in meo ſolo immiſſum, vel ædificatum à vicino fuit poſſim propria authoritate deſtruere, & avellere text. *in l. quemadmodum* §. *ſi projectum ff. ad leg. aquil. l.* 1. *Cod. ut nem. lic. ſine jud. aut leg. fin.* §. *ſi ad januam ff. quod ut, aut clam.* Alber. *in leg. fin. num.* 2. *Cod. ut nem. priv. tit. præd. ſu. aſſig.* Franc Mar. *dec.* 120. *part.* 1. Dyn. Iac. de Aret. Bartol. & aliis in *l.* 1. §. *nunciatio ff. de oper. nov. nunciat.* Dec. *conſil.* 211. *ſub num.* 2. Cæpol. *de ſerv. urb. præd. cap.* 30. *num.* 8. Gratian. *tom.* 3. *diſcept. for. c.* 541. *nu.* 6. Innoc. *in c.* 1. *circa fin. de Immun.*

Cujus ampliationis duplex à Doctoribus redditur ratio, prior quidem, quia ubi aliquid fit in meo, ego dico poſſeſſionem meam continuare, & conſervare reſiſtendo de facto ita Innoc. in *cap.* 1. *ver. item credimus de Imm. Eccl. add. ad dec. Theſ.* 41. *lit. B.*

Poſterior eſt, quia factum in mea domo, meum dicitur, cum ædificium ſolo cedat, ut dictum eſt in præcedenti ampliatione; unde rem meam ad libitum deſtruere poſſum; ita Add. *ad dict. deciſ. Theſaur.* 41. Dec. *dict. conſil.* 221. *ante num.* 3. *l.* 1.

16 Subamplia, † ut propria authoritate deſtruere poſſit is, qui Iudicem adivit præmiſſa proteſtatione, ut ſibi ſalva ſit via facti; is enim non dicitur perdere poſſeſſionem, nec facultatem de facto procedendi ſibi conceſſam, ut per Alex. in *conſ.* 130. *in cauſa Strazalorum col. pen. li.* 4. Ripa in *leg. de pupillo* §. *meminiſſe nu.* 14. *ff. de oper. nov. nunc.* Theſa. junior. *in addit. ad dec. patris* 41.

17 Limita, † dummodo id fiat in continenti, ſecus ſi ex intervallo Theſ. jun. in *dictis addit.*

Contrarium ſubtiliter tenuit Ruin. in *conſ.* 55. *ſub nu.* 4. *vol.* 4. quod nempe turbatus poſſit propria authoritate etiam ex intervallo demoliri opus, quia per ædificationem factam in ſuo dicitur ille ſemper turbari, & ſic donec ædificium eſt in actu turbandi, dicitur ſemper demolitio fieri incontinenti citat Bar. in *l.* 1. §. *interdictum ff. uti poſſid.* & *moder. in l. clam. poſſidere* §. *qui ad nundinas ff. de acqui poſſ.* eumque ſequitur Burſ. *conſ.* 111. *nu.* 9. *volum.* 1.

Limita, † dictam ampliationem procedere, quando quid fit in meo; ſecus verò ſi in proprio ædificantis, vel alieno; ſed mihi præjudicat, vel protendit in meo; tunc enim non poſſum propria authoritate demoliri, quia mihi jus dicerem text. ad literam in *dict. l. quemadmodum* §. *ſi protectum* & ibi Florian. in *fine ff. ad leg. aquil.* Bar. in *leg.* 1. *numer.* 3. *Codic. ut nem. ſine jud. auctorit.* Dec. *in conſil.* 221. *numer.* 3. *ver.* & *ulterius* Innocen. in *cap.* 1. *ver. item credimus de Imm. Eccleſ.* 18

Sublimita † in ramis arboris tuæ pendentibus ſupra ſolum meum; quia ſi denuntiavi tibi, ut eas tollas, & non facis: poſſum propria authoritate illos præcidere, niſi reſiſtas text. eſt notabilis, quem ita ibi intelligit, & declarat Bar. in *l.* 1. *in prin. ff. de arbor. ceden.* & tradit Alex. in *l.* 1. §. *nunciatio n.* 8. *ff. de oper. nov. nunc.* 19

Secundò † limita notabiliter in Eccleſia, quæ ſi ædificaretur in ſolo meo, non poſſum eam propria authoritate deſtruere & hoc tum favore Religionis *ad l. oſſa in prin. ff. de reliz.* & *ſumpt. fun.* ubi habetur, neminem poſſe propria authoritate corpora humana in ſuo fundo projectam auferre; tunc etiam quia ſpeciale eſt in Eccleſia, ut ædificium non cedat ſolo; ſed ipſum ſolum prophanum cedat ædificio Eccleſiæ gloſ. in *capitul. Apoſtolicos* 12. *quæſt.* 2. & dixi infra *numer.* 23. ita Alexand. in *leg.* 1. §. *nunciatio numer.* 4. & 5. *ff. de oper. nov. nunc.* & ibi Iaſ. *numer.* 2. ubi confirmat alia ratione. 20

Alias † ſubampliationes, & limitationes ad dictam quartam ampliationem vide per Bar. Alex. Iaſ. & alios in *dict. l.* 1. §. *nunciatio* & per Rip. in *leg. de pupillo* §. *meminiſſe de oper. nou. nunc.* per Dec. *dict. conſil.* 22. *a nu.* 2. *uſque ad* 6. per Ruin. *conſil.* 55. *num.* 4. *vol.* 4. 21

Quintò † amplia regulam principalem ut ſuperficies, & ædificium, ſeu arbor plantata, ſi radices egit, cedat ſolo, & ſic evadat ejus cujus eſt ſolum, nec ſumptus repetantur *l.* 2. *cum ſua* gloſ. *Cod. de rei uend. leg. adeo* §. *cum in ſuo* & §. *ex diverſo ff. de rei vend. leg. obligationem fere* §. *placet ff. de act.* & *oblig. l. ſi ſupra tum ff. de acqui. rer. dom.* §. *ex diverſo. Inſtit. de rer. diverſ.* Salyc. *in leg. aquam num.* 3. *Cod. de ſerv.* & *aqua Roma in ſing.* 383. ubi ampliat Cor. *conſil.* 227. *num.* 1. *col.* 2. Redoan. in *tr. de reb. Eccl. non alien. qu.* 17. *num.* 1. & *ſeq.* Decius *conſil.* 16. *num.* 6. Natt. *conſil.* 636. *num.* 120. *vol.* 3. Soc. *reg.* 88. *ædific.* Bald. *conſil.* 309. *num.* 4. *lib.* 3. & in terminis noſtris tradunt Cæpol. in *tract. de ſerv. urb. præd. capitul.* 40. *num.* 10. & 29. Port. Imol. *conſil.* 18. *num.* 10. *in fi.* Dec. *conſ.* 221. *ante num.* 3. *lib.* 1. Veg. *conſil.* 53. *num.* 36. & *ſeqq.* ubi ad plura infert. Bero. *conſ.* 131. *nu.* 1. *volum.* 3. Vivi. *dec.* 306. *nu.* 12. *lib.* 2. & ædificatum in muro alieno cedit muro per eadem jura & ſignanter *d. l.* 2. *Cod. de rei vendit.* ubi Cyn. & DD. Veg. ubi ſupra Eugen. cum rela. *conſ.* 47. *num.* 36. & *ſeq. vol.* 1. Vivi. *d. dec.* 306. *nu.* 12. 22

Et ratio eſt, quia quod per ſe ſtare non poteſt, neceſſe eſt ut ſit acceſſorium, & cedat ſolo, ſine quo ſtare non debet. Bald. *conſ.* 124. *quidam emit. in prin. lib.* 5. & adde quæ dixi in præcedenti *dec. nu.* 19.

Fallit † ſi ædificetur Eccleſia, ſeu de pecuniis Eccleſiæ, tunc enim eſt ſpeciale, ut ædificium non cedat ſolo, ſed è contra ſolum ædificio glo. in *cap. Apoſtolicæ* 12. *qu.* 2. quam reputat ſingularem Roma in *l.* 1. §. *nunc videndum ff. de ope. nov. nunc.* eamque ſequitur Bald. in *l. in tantum ff. de rer. diu.* cum aliis adductis per Soccin. in *regul.* 88. *ædificium in* 3. Fallen. quibus adde Alex. in *l.* 1. §. *nunciatio num.* 5. & Iaſ. *num.* 2. *ff. de nov. oper. nunc.* & Calder. *conſ.* 421. *alias* 5. *de relig. dom.* Niſi tamen ædificaretur in ſolo alterius Eccleſiæ Bald. *conſ.* 309. *num.* 4. *lib.* 2. Nam iſta Eccleſia eſt æqualiter privilegiata & tractat de damno vitando. 23

Plurimas † alias reſtrictiones ad dictam quintam ampliationem vide per Soccin. in *reg.* 88. *ædificium*, & latius per Cardin. Tuſch. *to.* 1. *ver. ædificare concl.* 34. quibus adde aliam valde notabilem, † ut nempe ſuperædificatum cedat ſolo, quoad dominium, ſecus quoad poſſeſſionem, quæ retinetur per ædificantem gl. in *d. l.* 2. *in ver. ambigitur C. de rei vend.* ſequitur Ruin. in *conſil.* 55. *num.* 2. *vol.* 4. et quod per occupationem, quæ fit ædificando, dominus amittat poſſeſſionem, tradunt etiam Salyc. et Alex. in *l.* 3. §. *labeo num.* 5. *ff. de acqui.* 24 25

qui. poss. idem Ruin. *in l.1. §. nunciatus num.7. ff. de oper. nou. nunc.* & Surd. *cons.74. num.12. vol.1.* & Cyn. *in leg. fin. C. de rei vend.* Hæc tamen declaratio aliquo difficultatis nexu impedita videtur; ea enim admissa, sequitur numquam dominum posse destruere opus in suo solo ædificatum, contra regulam traditam in præcedenti ampliatione, ubi enim alius possidet, nemo potest propria authoritate opus à se non pos-
26 sessum demoliri, † adeo ut non alia de causa is, qui nouum opus nunciavit verbo, nequeat postea propria authoritate demoliri nisi quia per hujusmodi nunciationem facit adversarium possessorem *l.1. in operis ff. de oper. nou. nunc.* & ita tradit Bar. *in eadem l.1. §. nunciatio*, quem ibi sequuntur omnes, & de comm. testat. Jason. *sub num.2.* Nec urget *l.1. in prin. de acqui. poss.* allegata à *dict. gl.* & à Ruin. ut ex lectura ipsius textus apparet; nisi defendendo dictam sententiam, dicas, sequelam non esse veram; ubi dominus habet se pro spoliato, sed præparat se incontinenti ad recuperandam possessionem; Cum enim potest cum effectu demoliri opus,
27 & recuperare possessionem, dicimus † de eo qui expulsus fuit à possessione, qui potest incontinenti expellere expulsorem suum gloss. & DD. *in l.3. §. igitur ff. de vi, & vi arma.* & notat Alex. *in dict. leg.3. §. labeo. numer.4. ff. de acqui. poss.*

28 Limita † modo principalem regulam sic ampliatam non procedere stante statuto, vel consuetudine; quod soluta parte pretii, liceat vicino ædificare in fundo vicini; quia hujusmodi consuetudo valida est, & servanda, ut latè per Surd. *in dec.168. num.2. & seq.* sequitur Gratian. *discep. for. tom.3. c.541. n.7.*

29 Secundò † limita regulam non procedere, quando ædificanti multum prodest, & domino nihil, aut parum obest, ipse namque tali casu ex æquitate, etiam cum aliquali ejus incommoditate, debet pati fieri edificium per textus *in leg.2. §. item varus ff. de acqua plu. arc. & leg. 1. §. denique eodem titul.* Dec. *in cons.244. sub numer.4. ver. 3. principaliter. & num. seq.* Maccabru. *cons.49. numer.59.* Surd. *decis.168. num.8.* Gratian. *tom.3. discept. for. d. c.541. n.8. & 9.* qui tres posteriores Doctores, ampliant etiam si fiat in solo publico.

Cæterum prædicti DD. nimis generaliter loquuntur; unde, ne decipiatis, sublimita dictam limitationem procedere in eo, qui vult reficere destructum opus, quod erat in meo, & ex quo ipse sentiebat utilitatem, & ita loquuntur textus allati; secus si vult pro sua utilitate aliquid de novo in meo facere: tunc enim etiam si inde damnum non sentiam, eidem non licet: ita benè declarat Paul. de Castr. *in d. §. item varus numero secundo*, & ante eum dixit Bart. *in l.2. in prin. sub n. 13. ver. 2. casu ff. solut. matr.*

Sed neque hoc est perpetuò verum. Nam tunc domum tenetur vicinis pati refici in suo id quod prius aderat, & alteri vicino utilitatem afferebat: si illud erat naturale vel quasi, aut saltem manufactum jure servitutis: & tunc contra strictum jus, & ex mera æquitate: & ita Paul. de Castr. videtur, distinguendo conciliare opiniones Vari, & Labeonis in *dicto §. item labeo*, secus si fuerat factum sed non jure servitutis, quia tunc si destructum est, non potest cogi vicinus ad præstandam patientiam, ut reficiatur ut in *§. idem labeo il primo immediate sequenti*, & ita notabiliter declarat Paul. de Castr. *in dict. §. item varus nu.2.* & ita etiam loquitur *dictum*
30 *§. denique l.1. eodem tit.* ubi in his terminis, dominus † fundi superioris tenetur pati, ut dominus fundi inferioris reparet aggeres, vel foveas ibi existentes, ne aqua descendat in fundum inferiorem, id enim procedit, si aggeres, vel fossæ erant in fundo superiori jure servitutis, ut ibi explicat idem Castrens. & alii, & ego habui in facto in Diœcesi Regien.

ARGUMENTUM.

Vicinus an, & quando cogi possit ad abstruendas fenestras, è quibus prospicere potest Moniales.

Et, an, & quando cogatur ad vendendam domum pro construenda, amplianda, vel restauranda Ecclesia, Monasterio, vel habitatione Ecclesiasticarum personarum. Et an ad illam locanda; & reprobatur Riccius *decision. 10. part.1.*

SUMMARIUM.

1 *Ædificans ut in domo vicini, vel in Monasterio prospiciat, dicitur facere ad æmulationem, & cogitur claudere fenestras.*
2 *Ædificans pro sua utilitate non dicitur facere ad æmulationem neque tenetur auertere prospectum.*
Fallit quando incidenter prospicit Moniales n.6.
3 *Ædificare ad æmulationem in dubio nemo præsumitur.*
4 *Moniales tenentur claudere fenestras è quibus à vicinis prospiciuntur.*
Contrarium est verius num.8.
5 *Vicinus non tenetur claudere prospectum, si via est intermedia inter ipsum & Moniales.*
Contrarium est verius n.9.
6 *Fenestras elevare, etiam pro utilitate propria nemo potest, si incidenter prospicit Moniales, & n. 7.*
8 *Moniales non debent habere fenestras in pariete clausura præter necessarias ad lumen recipiendum.*
Amendula in addit. ad decis. Vinc. de Franch. 223. *reprehenditur.*
10 *Moniales cogantur ad emendam à vicino securitatem non prospiciendi*
Procedit in fenestris veteribus, non in noviter constructis num.12.
11 Molina de Iustit. & Jur. disputation.709. num.6. *declaratur.*
12 *Vicinus tenetur vendere Monialibus servitutem non prospiciendi per veteres fenestras.*
13 *Ecclesia cogit vicinum ad vendendam domum pro Monasteriis, Ecclesiæ, vel Sepulchri ampliatione.*
14 *Ecclesia quibus conditionibus cogat vicinum ad vendendum domum remissivè.*
15 *Materia* l. si quis Sepulchrum ff. de relig. & sumpt. fun. *est arbitraria.*
Intellige ad arbitrium Judicis Ecclesiastici, non autem Iudicis secularis n.18.
16 *Vicinus tenetur vendere Monialibus servitutem non prospiciendi, etiam si eius palatium sit insigne.*
17 *In dubiis optima est ratio, quæ pro religione facit.*
19 *Ecclesia cogit vicinum ad vendendam domum, etiam pro templi vel Monasterii reædificatione.*
20 *Et pro viridario ejusque ampliatione.*
21 *Et pro annexis ipsi Monasterio.*
22 *Et pro seminario puerorum.*
23 *Et pro Parochi domo.*
24 L. si quis sepulchrum de relig. & sumpt. funer. *non procedit in locatione ad modicum tempus secundum* Ricc.
25 *Contrarium est verius, & sub* num.18.
26 *Extensio de casu ad casum fit favore piæ causæ.*
27 *Etiam in exorbitantibus.*
28 *Etiam in pœnalibus.*

DECISIO LVIII.

CUm ex visitatione Monasterii Monialium Sancti Pauli Civitatis Parmæ comperissem D. Smeraldum de Smeraldis in cacumine domus suæ ædificasse quoddam solarium vulgo *loggia*, per quod interiora clausuræ prospiciebantur, visitassemque idem solarium, præcepi eidem Smeraldo, ut in ea parte illud obstrueret qua intra Monasterii septa prospectus habebatur, quia verò Gubernator Civitatis me in alienam messem falcem misisse aiebat, ideò orta fuit occasio dubitandi, an jure id Smeraldo laico præcepissem. Et pro negativa sententia adducebantur tria media. Primum quidem desumebatur ex illa doctorum distinctione, quæ habet † tunc 1
demum vicinum posse prohiberi, ne domum suam elevet, si id facit non ad propriam utilitatem, sed ut in domo vicini videat uxorem, vel filias, vel ut aspiciat Moniales, aut Religiosos; tunc enim facere dicitur ad æmulationem argumento *l. fundo ff. de rei vend. & l. opus ff. de oper. publ.* † Secus ta- 2
men si principaliter id faceret pro sua utilitate; tunc enim tametsi incidenter prospicere posset puellas vicinas, vel Religiosos (cum videre Religiosos non sit de genere prohibitorum) non potest impediri per *l. altius C. de seru. & aqua, & l. fluminum §. fi. ff. de damn. infect. cum similibus* ita post Pet. Cyn. & Bald. *in d. l. altius* per illum text. tradit Cæpoll. *in tract. de seru. urb. præd. c.62. sub n.2.* Alex. *cons.174. n.4. lib.2.* Jas. *in l. ex hoc*

ex hoc jure num.8. ff. de Iust. & jur. Et quo ad primum membrum distinctionis idem quoque tenuit Ant. Scapp. *de Iure non scripto lib.2. c.34. n.4.*

Cum igitur Smeraldus sit senectuti proximus, & bonæ opinionis, & famæ, non est ambigendum, quin ipse animum habuerit ædificandi dictum solarium ad propriam utilitatem, quę etiam ex facie loci apparet manifesta, & non ad effectum prospiciendi Moniales, & sic non ad æmulatio-
3 nem † quæ nusquam in dubio præsumitur glos. *in l. fluminum §. fi. de damn. infect.* Cæpol. *dict. cap.62. sub numer.2. ver. in dubio tamen* Jason. *cons.32. numer.3.* Dec. *cons.327. numer.3.* cum aliis per eum congestis Joan. de Amic. *cons.104. num.3.* Cagn. *in leg. nullus videtur num.1. de regul. iur.* Rimin. jun. *cons.498. num.14. vol.5.* Vivi. *decis.306. num.5.* Honded. *cons. 80. num.34. vol.1.* Mascard. *de prob. conclus.620. n.1.* cum aliis per me adductis in *decis.55. n.27.* quo loci plurima circa hanc præsumptionem deduxi. Baro. *de effect. inimic. effect.60. n.5.* ubi me; & alios citat.

4 Secundo dicebatur, non ipsum Smeraldum, seu alios vicinos, quinimo Moniales ipsas esse cogendas ad fenestras claudendas, è quibus prospici possunt: ad quod adduci poterat authoritas Flavii Amendula in addit. *ad decis.* Vinc. de Franch.223. qui in quadam causa vertente inter Moniales Sancti Ligorii Civitatis Neapolis ex una, & Doctorem Arezzum ex altera, in qua Moniales prætendebant claudi fenestras ejusdem, quæ erant è regione fenestrarum Chori Monasterii; ipse Amendula inclinavit contra Moniales, dicens, ex Bulla Pontificis relata à Stephano Quarant. *in Sum. Bull. in tit. de Monast. & Monial.* prohibitum esse Monialibus fenestras habere correspondentes ad vicinorum fenestras.

5 Tertiò † denique dicebatur domum Smeraldi longè distare à dicto Monasterio, & adesse viam, pluresque domos intermedias, & sic nimis esse onerosum constituere eidem servitutem negativam ob utilitatem Monialium tam longè distantium, contra tritas regulas, quod nempe quilibet est rei suæ moderator, & arbiter *l. in re mandata C. Mandat.* & cuilibet licet domum suam etiam usque ad sydera sustollere *d. l. altius cum similibus.*

His tamen non attentis, prout attendi minimè debebant, præceptum præfatum confirmavi.

6 Non † enim fas est cuiquam elevare fenestras etiam ad propriam utilitatem, per quas laici, quantumvis occasionaliter, Moniales prospicere possint, cum imò id sit de genere prohibitorum, ut patet *ex c.1. prin. de stat. Reg. in 6.* ibi *ut sic à publicis, & mundanis aspectibus separatæ omnino servire Deo valeant liberius, & lasciviendi opportunitate sublata eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire*, per quem textum, ac etiam quia id esset contra honestatem, & verecundiam Monialium ita in puncto firmat Bero. *in cons.135. n.6. & 10. & per totum*; *volum.3.* idemque sentit Covar. *lib.3. var. res. c.14. sub num.8. ver. septimo ead. opin.* Padil. *in d. l. altius n.9.* attestans de communi cum relatis per Mar. Mut. *decis. Siciliæ 8. n.6.* ubi id satis clarum, ac verissimum asserit, & in Consuetud. Panor. *cap.29. num.31. & 32.* Rota in Romana altius non tollendi 30. *Maii 1622. coram Burat.* quæ ejus *dec.... & in ead. seu Rom. Tramontana 7. Jun. 1623. coram Pirovano*; in quibus differitur an idem privilegium suffragetur etiam seminario puerorum: pro qua quidem sententia stant etiam scribentes per me allati in responsione ad tertium obiectum *infr. n.9.* qui loquuntur in fortioribus terminis, & sic habemus decisionem in terminis, quæ etiam ex responsione ad contraria dilucidior apparebit.

7 Non obstant modo in contrarium adducta, † & quo ad primum, de quo supra *num.2.* (ut bene advertit Ber. *loco mox citato*) Petr. Cynus & Bald. non dicitur contrarium, quo ad moniales, sed simpliciter & caute loquuntur de Religiosis masculis, in quibus, neque par ratio, neque canonum prohibitio adest, sicut in monialibus, & ita etiam evitatur doctrina Alexandri ibidem allati. Iason. autem intelligendus est secundum præfatos Doctores, quos citat Cæpoll. pariter, si diligenter legatur, non adversatur nobis; sed loquitur duntaxat in primo distinctionis membro; & sic primum fundamentum remanet omni authoritate destitutum.

Secundum fundamentum nec est simpliciter, & absolutè verum, nec applicatur casui nostro. Nulla enim adest con-
8 stitutio Pontificis penes Quarant. ut inconsideratè dixit Amed. † sed benè adsunt ordinationes Sac. Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum registrat. ab eodem Quarant. *in Summ. Bullarum in ver. Monasteria Monialium in vigesima tertia ordinatione*, qua cavetur, ne Moniales habeant fenestras in pariete clausuræ, è quibus foris aspici possint, nisi eæ necessariæ sint ad lumen recipiendum, quam ordinationem si rectè aspexisset Amed. potius inclinasset in favorem illarum Monialium, cum fenestræ Chori, de quibus ibi agebatur, sint ad lumen excipiendum necessariæ, & ideo hoc casu non Moniales, sed vicini cogendi sunt ad fenestras obstruendas, quod etiam pluries practicavi. Verum tamen est, in hujusmodi casibus, ne graventur vicini, consueuisse ordinarios turbas ligneas (ut vocant) adstruendas curare fenestris in pariete clausuræ existentibus, ut per illas impediatur aspectus; sed ubi hoc non sufficit, vel inde sequitur omnimoda obscuratio mansionum Monialium, coguntur vicini prorsus prospectum tollere ex supra deductis.

Tertium † objectum nullo jure probatur, & contrarium 9
expresè, nempe quod, etiamsi via sit intermedia, cogatur quis ad claudendum fenestras habentes prospectum intra Monasteria Monialium, tenuit Vincen. de Franch. *in decision.225.* & hoc favore honestatis, ac Religionis argum. *l. sunt personæ de Relig. & sumpt. funer.* sequitur Capiblancus *in pragm.1. num.176.* Tapia *in pragm.3. de Monial. num.1.* & Battagl. ad Cynum *in l.1. C. de Epis. audien. ver. patet ex præmissis.* Nec re vera considerari potest diversa ratio inter hunc casum, & alium, & sic an via, sit, vel non sit intetmedia, si Moniales inspici possunt, & eorum secreta videri, & ita millies practicavi. Ex quibus præceptum Smeraldo à me transmissum omninò justificabitur, & propterea ille libens obtemperavit.

Cum autem post hæc scripta idem casus mihi Genuæ contigisset, prætendebatur non esse cogendum vicinum ad clau-
dendas fenestras, † sed potius ipsas Moniales ad servitutem 10
non prospiciendi, ab ipso vicino emendam, ut per Molin. *de Iust. & jur. titul. de delict. disput.709. numer.6.* non tamen à dicta sententia recedendum esse sum † arbitratus, 11
quia in terminis istis, Molinæ doctrina non est tuta, sed ejus rationes, & jura per eum allata potius applicari possunt ad casum satis extraneum, quando scilicet agitur de claudendis fenestris veteribus vicini, est enim magnum discrimen inter veterem fenestram in cujus possessione jamdiu vicinus existit, & eam; quam noviter aperire, & acquirere in Monialium præjudicium tentat argumento, *leg. Imperatores, & leg. cuius ff. de seru. urb. præd.* & eorum quę dicit Berous *dict. consil.135. numer.6.* & ita in terminis, quod 12
nempè vicinus cogi possit ad veteres fenestras claudendas, soluto competenti pretio, itaut vendere teneatur Monialibus servitutem non prospiciendi, etiam via existente intermedia, & hoc favore honestatis, & Religionis tradit Anton. de Padill. *in leg. altius numer.19. & sequentib. Cod. de servit. & aqua* post Anton. Gomes. quem citat in *l.46.* Tauri *num.9.* sequitur Vinc. de Franc. *dict. decis.223. numer.4. & seqq.* Giurb. *decis.86. ante num.9.* Ball. *ad pragm. primam cit. 71. de Privil. ædif. Palat. num.10.*

Qui omnes ea moventur ratione, quia † videmus in si- 13
mili Monasterium pro ejus constructione, vel ampliatione posse cogere vicinum ad proprias domos vendendas *leg. si quis sepulchrum ff. de Relig. & sumpt. funer.* qui textus quamvis loquatur de via ad sepulchrum per agrum vicini, ex rationis tamen identitate à Doctoribus interpretatus fuit, procedere etiam quo ad construendam, vel ampliandam Ecclesiam, vel Monasterium Bald. & Ang. *in l.1. in fin. ff. solut. matrim.* ubi ait, sic fuisse judicatum, Jo. de Anan. *in c. Apostolicæ in princ. de donat.* Cæpol. *in tract. de seru. urb. præd. c.82. num.5.* Fabian. de Monte *in tract. de emp. & vend. q.3. n.38.* Flor. *in d. l. si quis sepulchrum* Ias. *in l.2. n.4. ff. sol. mat.* Gram. *dec.75. n.1. & 2.* ubi ait, ita judicatum fuisse ad favorem quarundam Monialium Morla *in empo. jur. tit.9. de contrahen. empt. q.1. n.7.* Molina *de iust. disp.341. n.2.* Thesaur. *q. for. lib.1. q.64. nu.6.* Valasch. *decis.22.* Caroc. *decis 26.* Carpan. *ad stat.* Mediolan. *c.433. n.70.* cum aliis quos pleno calamo congerit. Giurba *dec.88. n.3. & 7. & 8.* † ubi multipliciter ampliat, & exor- 14
nat, & post alios declarat quibus conditionibus dicta coactio, & venditio fieri debeat; & in facti contingentia recurre ad eum, & ad alios quos refert, quibus addo Surdus in *consil.62. numer.7. & 8. volum.1.* † Quamvis autem materia 15
dictæ legis si quis sepulchrum dicatur arbitraria, ut Judex,

pensa-

pensatis circumstantiis, possit justa de causa ab ea recedere, ut post Covar. tradit Rot. Romana in *dec.* 372. *part.* 1. *recent.* quæ propterea arbitrata fuit, tribus concurrentibus, nempe eximia nobilitate familiæ, facilitate Monialium emendi ex alio latere Monasterii, ac maxima vetustate alicujus palatii, non posse illius dominum cogi ad illud vendendum pro ampliatione Monasterii; quia ex his simul junctis esset cum
16 nimis magno illius detrimento. Non † tamen hæc doctrina applicari posset ubi ageretur de claudendis fenestris habentibus prospectum intra Monasterium, & de imponenda dicta servitute negativa, quia hoc casu cessat illud magnum damnum, quod consideravit Rota, casu quo ageretur de vendendo palatio quod confert ad honorem familiarum, ac ad earum nobilitatem conservandam: ut de se patet, ideo à regula supra firmata in tali casu recedendum non esset, quia nil urget in contrarium, & quando etiam id foret dubium,
17 ita esset pronunciandum: † quia in dubiis optima est ratio, quæ pro Religione facit *leg. sunt personæ ff. de reli. & sumpt. funer. capitul. fin. de re judic. & capitul. ex his de probat. cum simil.*

18 Quod † autem mox dicebamus materiam *d. l. si quis sepulchrum* esse arbitrariam, ita ut Judex pensatis circumstantiis, arbitrari possit, an quis cogatur nec ne ad vendendum domum pro constructione, vel ampliatione, vel reparatione Ecclesiæ, vel Monasterii, procedit quo ad Judicem Ecclesiasticum, secus tamen quo ad Judicem laicum, qui juxta d. communem opinionem absque alia sui arbitrii interpositione judicare debet; nec potest dictæ communi opinioni ad favorem Religionis inductæ derogare ad text. *in c. Eccl. Sanctæ Mariæ de const.* cum sua materia, ut in puncto probat Marta in *tract. de Iurisdict. part.* 3. *cas.* 171. *nu.* 9.

Quin imò ipse Iudex Ecclesiasticus, non nisi ex maxima causa, & cum magna circumspectione recedere debet à dicta commun. opin. ut videmus Rotam Romanam nempè Tribunal supremum in dicta *dec.* 372. *nu.* 1. *recen.* cum grano salis processisse.

19 Pro coronide obiter est advertendum, materiam † dictæ legis *si quis sepulchrum de Relig. dom.* esse favorabilem & à Doctoribus multipliciter ampliari, nempe non solum ad constructionem, vel ampliationem Ecclesiæ, & Monasterii, ut supra dicebamus, sed etiam pro jam destructæ reædificatione Franc. Mar. *decis.* 534. *numer.* 5. *part.* 1. Costa *subsid. rem.* 76. *numer.* 8. Giurb. *dict. decis.* 86. *sub numer.* 8. & pro claustro, vel scholis fabricandis Franc. Marc. *dict. numer.* 5. Scottus *consil.* 3. *num.* 19. Molin. *de Iust. disput.* 341. *num.* 2. Giurb. ubi supra, & pro dormitorio extendendo Soccin. *reg.* 435. *Fallen.* 8. Gram. *dict. dec.* 75. Scot. *d. cons.* 3. *nu.* 17. cum aliis per Giurb. ubi sup.

20 Nec † non & pro Monasterii viridario, ejusdemque viridarii ampliatione Costa *d. remed.* 76. *num.* 9. Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 29. Giurb. cum relat. *loco citato*, ubi idem pro ipsius viridarii clausura, ne intus inspici
21 possint, † & pro omni eo, quod connexum esset Monasterio Antonin. *d. cas.* 29. Giurb. ubi sup.

22 Similiter † & pro seminario puerorum ut per Carocc. *dec.* 26. *per tot.*

23 Denique † & pro construenda domo pro habitatione Parochi propè Ecclesiam Paul. de Citta. *de Iurep. in* 5. *prin. art. qu.* 3. *nu.* 174. Surd. *cons.* 62. *nu.* 8. *vol.* 2.

24 Ex † quibus arbitror, non bene sensisse Riccium in *dec.* 10. *par.* 1. firmantem; dictam regulam non procedere in locatione ad modicum tempus, itaut Religiosi non possint cogere vicinum ad locandam suam domum pro eorum necessaria habitatione, quousque perficiatur Monasterium, ea ductus ratione, quia locatio ad modicum tempus non dicitur alienatio, & ideo privilegium concessum Ecclesiis, ut possint cogere vicinos ad alienandum, non sit extendendum ad d. locationem.

25 Nam † imò istud non est privilegium, sed beneficium à jure civili concessum loco Religioso, & sit sepulchro, ut vicinus cogi possit ad vendendum agrum per quod quis ad proprium sepulchrum accedere possit *dict. l. si quis sepulchrum* & tanquam concessum favore Religionis fuit à Doctoribus ampliatum, & extensum ad multos alios casus, etiam magis dubitabiles, ut supra ostendimus: unde multò magis extendi debet ad locationem ad modicum tempus; in qua versatur minus damnum vicini, & eadem ratio, nempè favore Re-
26 ligionis, † ex qua rationis identitate favore Ecclesiæ & piæ causæ fit extensio de casu ad casum *cap.* 1. §. *fin. extr. de postul. prælat.* & ibi gl. *in ver. privare* gl. *in cap. sciant cuncti in ver. alios de elect. in* 6. & ibi Gem. *in fi.* Franch. *col.* 2. *ver. eodem* glos. cum aliis relatis per Ever. *in loco à ratione legis larga & c. nu.* 50. & per Villag. in *tr. de extens. leg. Rub. de extens. leg. pœnal. respectu meræ pœnæ nu.* 42.

Etiam † in exorbitantibus, ut per Cravett. *de antiq. temp.* 27
part. 4. *in princ. num.* 79. Villagut. *dict. tract. in rub. de extens. legum limitativarum nu.* 9. *& seqq.* Farinac. *in fragment. vers. extensio num.* 308.

Imò † etiam in pœnalibus Dec. in *leg. factum* §. *penalibus* 28
numer. 14. *ff. de regul. jur.* Ias. & aliis, quos refert, & sequitur Cravett. *dict. part.* 4. §. *videamus modo num.* 17. dum aliis per Eucea. *dicto loco à ratione legis larga num.* 68. Farin. *loco citato nu.* 110.

Sed re vera ista, de qua agimus, non est extensio, nec ampliatio; sed citatio absurditatis; cui enim licet, quod est plus, absurdum esset, non licere quod est minus, maximè stante rationis identitate. Si igitur Ecclesia, vel Monasterium cogit vicinum ad vendendam suam domum, quod est plus, & majoris incommodi ejusdem vicini, profectò absurdum esset dicere, ut ei non liceret, cogere eundem vicinum ad locandum ad modicum tempus eandem domum, quod est minus, & minoris incommoditatis.

ARGUMENTUM.

Immunitatis Ecclesiæ an quis possit renunciare.
Debilitans alicui membrum in Ecclesia, an illius gaudent immunitate, & an irregularitatem incurrat, & quid in mutilante manum aridam, vel in pura rixa.

SUMMARIUM.

1 *IMmunitatis privilegio confugiens ad Ecclesiam renunciare non potest, & quare.*
2 *Immunitatis ab Ecclesia sponte egressus, renunciare valet.*
3 *Mutilare, & debilitare membrum æquipollent.*
Contrarium est verius nu. 29.
4 *Statutum excludens à feudo mancum, procedit etiam in debilitato.*
5 *Ratio eadem ubi militat, idem jus statuendum, etiam in materia odiosa, & pœnali.*
6 *Delicta puniri expedit Reipublicæ.*
7 *Debilitans in Ecclesia membrum, immunitate privatur.*
Contrarium est verius n. 11.
8 *Ecclesiæ particulari injuriam inferens, omnium Ecclesiarum immunitate privatur.*
9 *Percutiens graviter aliquem in Ecclesia itavt illa polluatur vel aliud committens in ea delictum, præter homicidium. & mutilatio, extrahitur, & punitur ab Episcopo.*
Contrarium est verius nu. 11. & 34.
10 *Ordinarius non puniens delinquentes in Ecclesia, injustus est & delinquit.*
Intellige ut n. seq. & 34.
11 *Debilitans membrum in Ecclesia, furtum faciens: arma prohibita gestans, sacrilegium vel aliud delictum, extra duos exceptos in ea committens, immunitate gaudet.*
12 *Forma à lege præscripta, ad unguem est servanda.*
13 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
14 *Dictio* tantum, *extensionem ad non expressa impedit.*
15 *Verborum à clara dispositione, an & quando sit recedendum.*
16 *Verba clara quæstionem voluntatis non admittunt.*
17 *Dictio si, conditionem importat, & omnem impedit extensionem.*
18 *Dictio* eorum, *ad relata restringitur, exclusis cæteris, non attenta rationis identitate.*
19 *Dictio* prædicta, *dispositionem ad præcedentia coarctat.*
20 *Dictio* verè, *item dictio* propriè, *item dictio* realiter *in expressis duntaxat verificari potest.*
21 *Dictio tunc dispositionem ad expressa, cæteris similibus exclusis coarctat.*
22 *Vulgare in substitutione an, & quando fiat extensio de casu voluntatis ad casum impotentiæ, & è contra.*
23 *Clausula* sublata *omnem extraneam interpretationem, & extensionem excludit.*
24 *Clausula* sublata, *claudit os Iudici ita ut aliter judicare, vel interpretari nequeat.*
25 *Decretum* irritans, *ipso jure, actum secus gestum annullat.*

26 *Im-*

26 *Immunitas in materia constitutiones Apostolicæ exactæ observandæ.*
Decian. in tractat. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. sub nu. 5. *notatur.*

27 *Irregularitas per digiti abscissionem non incurritur, sed per mutilationem membri distinctum officium habentis.*

28 *Judex Ecclesiasticus mandans debilitari, vel mutiliari reum an sit irregularis.*

29 *Mutilare majus delictum est, quam debilitare.*

30 *Extensio in odiosis & pœnalibus simul fieri non potest.*

31 *Volenti non fit injuria.*

32 *Immunitatis in materia jus civile, juri canonico famulatur.*

33 *Leges civiles sub* tit. de Sacros. Eccles. & de Episc. & Cler. *sunt nullæ.*

34 *Debilitantes membrum, cæteraque minora delicta in Ecclesia committenses, non extrahuntur nec puniuntur ab ordinario.*

35 *Clerici an à suis Prælatis ab Ecclesia extrahantur.*

36 *Homicidium vel mutilationem committens in Ecclesiæ in pura rixa, an gaudeat immunitate.*

37 *Mutilans in Ecclesia alterius manum, à se olim debilitatam gaudet immunitate.*

DECISIO LIX.

IN rixa inter Antonium Mariam Furnum, & Iulium Cæsarem Scarabellium in Oratorio Sanctissimi Sacramenti Mirandulæ sequuta, cum iste sinistra manu debilitatus, ab Ecclesia sponte egressus permiserit se ad sæculares duci carceres, ille autem in capite vulneratus in collegiatam se receperit Ecclesiam; altercatio coram me tunc Vicario Regiensi orta fuit inter Ducalem fiscum, prætendentem neutrum eorum immunitate potiri; & Procuratotem mensæ Episcopalis, contendentem utrumque ab Ecclesia debere defendi. Et quidem quo ad Scarabellium absque ulla hæsitatione pronunciavi eum ab immunitate Ecclesiastica remanere exclusum.

1 Quamvis enim † confugiens ad Ecclesiam dum in ea reperitur, immunitatis privilegio renunciare haud valeat, eo quod illud sit mixtum, Intelligendo tamen ut dicam in *decis.* 104. *sub nu.* 79. *par.* 2. Ecclesiæ scilicet ac personæ confugenti concessum, ut per Deciani in *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 12. Mart. Ital. *in tract. de Immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *nu.* 84. & *infra* latissimè Mastrill. *dec.* 169. *num.* 2. & *seqq.* ubi secus sentientes reprobat, ac ad contraria respondet, ac etiam in crimine excepto ampliat Petr. Pecc. in *tract. de Arrest.* & *de jure sisten. cap.* 9. *nu.* 3. *in ver. ego vero* ubi sententiam hanc verissimam appellat Bobadill. in *politic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 79. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 12. Marsill. *decis.* 169.

2 *num.* 6. Ciarlin. me hic citato *contr.* 163. *num.* 2. † Secus tamen in terminis nostris dicendum est, cum Scarabellius non in Ecclesia existens, sed ab illa jam sponte egressus in manibus curiæ se tradiderit, & ab immunitate; quia in illa frui poterat, se ipsum excluserit, quod utique facere potui, ut ex latè deductis per Marc. Ital. *loco citato*, colligit Farinacc. in *append. de Immun. Eccles. cap.* 10. *num.* 304. Et quod tamen intellige juxta ea, quæ dixi in *dec.* 104. *nu.* 76. *par.* 2. Et cum hac distinctione intelligendi sunt scribentes, asserentes simpliciter huic immunitati renunciari haud posse.

Quod autem ad Furnum attinet, triplex sese offerebat sententia. Prima erat, ut ex quo ipse manum adversarii in Oratorio debilitaverat, immunitate gaudere non deberet. Tum

3 quia † mutilare membrum & debilitare, videntur æquipollentia, alterumque pro altero usurpari docet glos. *fin. in cap. accusasti de accus.* quam sequi videtur Ias. in *cons.* 44. *num.* 25. *vol.* 3. inquiens paria esse membrum habere mutilatum, quibus suffragetur Accursius in *l. de quibus ff. de legibus* dum te-

4 net † statutum excludens à feudo filium mancum, locum sibi vindicare etiam in debilitato, consonat regula quæ habet paria esse rem non extare, vel inutilem esse *leg. eleganter* §. *quod reprobos de pign. act. gl. fi. in l.* 1. *ff. de cond. ob turp. caus.* & *in l. fin. Cod. ad legem frau. de plag.* Ias. in *l. mandatum nu.* 3. *ff. de offic. eius* & *in l. de quibus in* 9. *col. ff. de legib.* & *dicto cons.* 44. *num.* 25. Tum etiam quia ratio à S. P. in *cap. fin. de Immun. Eccl.* allata, unde constitutionis Gregorii XIV. verba extracta fuere, est ut in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, frustraque legis auxilium imploret peccans in legem; quæ quidem ratio non minus in membri debilitatione

5 in Ecclesia facta, quam in mutilatione militat, † ita ut idem juris in utroque statuendum sit, *l. illud ff. ad l. aquil. l. à titio de ver. obl. cum vulg.* Roland. cum per eum relatis *cons.* 27. *nu.* 7. & *seqq. lib.* 1. etiam in materia odiosa, & pœnali *cap.* 1. §. *porro ver. sed quia* ubi Bald. *in* 3. *col. quæ fuit prima caus. benef. amit.* & *in l. si quod per* glos. *ibidem de Iurisd. omn. Jud.* Salyc. in *l.* 2. *colum.* 10. *Cod. de novat.* cum aliis relatis per Everar. *in loco à ratione legis larga* Cravett. *de antiq. temp. par.* 4. *in prin. num.* 148. & *seqq.* Dec. *consil.* 555. *num.* 8. Cæphal. *cons.* 310. *num.* 15. Becc. *consil.* 35. *num.* 39. *lib.* 1. Villagut. *de extens. leg. pœnal. resp. mer. pœn. num.* 15. præsertim, cum agatur de favore Reipublicæ, † cujus interest delicta puniri *leg.* 14. *de pœn. leg.* 6 *qui cum* §. *quod si fecerint Cod. de hæred. l. ita vulneratus* §. *fin. ff. ad l. aquil.* Bart. *in leg. quemadmodum Cod. de agricol.* Roman. *cons.* 105. *in* 2. *dub.* Dec. *in l. factum* §. *in pœnalibus* 4. *fallen. de reg. iur.* Gratian. *cum relat. discept. forens. cap.* 691. *n.* 8. & *cap.* 786. *num.* 4. & 13. Honded. *cons.* 95. *nu.* 13. *l.* 1. Gabal. *resol. crim. cas.* 115. denique pro hac sententia est textus in §. *quia vero ita in Auth. ut liceat matri, & aviæ.* ubi I. C. loquens de committentibus in Ecclesia adulterium, optimam reddit rationem; quod scilicet præsumant ibi de peccatis tractare; ubi consueverunt Deum timentis peccatorum veniam postulare. Unde ex his, aliisque similibus † ita in terminis 7 nostris post Canonistas in *cap. feci de Immun. Eccl.* ac plerosque ex antiquis, hanc sententiam, ut scilicet debilitans in Ecclesia membrum, immunitate careat, defendunt Gomes. *Variar. resol. tom.* 3. *cap.* 10. *rub. quando reus gaud. Immun. Eccles.* Covar. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 20. *n.* 15. Remig. de Gonnis attestans de communi in *tract. de Immun. Eccles. in tertia fallen. num.* 5. & *in* §. *fin. qu.* 50. *num.* 24. Menoch. *de præsumpt.* 10. *nu.* 9. Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.* 28. *num.* 5. Bonacoss. *com. opin. par.* 7. *in Verb. Ecclesia habet immunitatem* latè Villagut. *de extens. l. cap. fin. num.* 9. & *per totum* Far. *de carcerib.* & *carcer. qu.* 28. *num.* 52. & *seqq.* ubi plurimos congerit, quamvis tandem ob Gregorianam constitutionem cogitandum relinquat. Quæ sententia si vera esset procederet non modo quo ad Ecclesiam ostensam, & pollutam: verum etiam respectu alterius ad quam Furnus confugit, cum enim una sit per totum orbem universalis Ecclesiæ *cap. loquitur* 24. *qu.* 1. utique † injuriam uni particulari Ecclesiæ inferens, singulas 8 læsisse censetur, ac proinde omnium immunitate frustrari debet, ut post alios probat Henr. Boich *in cap. Ecclesiæ colum.* 3. *de Immun. Eccles.* Covarr. *dict. cap.* 20. *num.* 15 Remig. de comm *in tract. de Imm. Eccl. fallen.* 11. *num.* 1. de qua etiam Clar. *in* §. *fin. qu.* 30. *ver. sed quid si aliquis* & Bonac. *in comm. opin. crim. par.* 1 *in ver. Ecclesia habet immunitatem in fin.* Decian. *d. cap.* 18. *n.* 8. & 10. & Farinac. *dict. qu.* 28. *nu.* 59. quorum uterque reprobat Silvest. secus sentientem. Io. de Visch. *de Immun. Eccles. sub nu.* 64. Villagut. *de extens. leg. tit. de Immun. Eccl. num.* 60. Ambrosin. *de immu. cap.* 5 *nu.* 3. intelligendo tamen ad præscriptum *Constitutionis Gregorianæ super Ecclesiarum immunitate.*

Secunda fuit sententia media, docens reum † in his ter- 9 minis neque à curia sæculari posse puniri, neque immunitate gaudere; sed ab ordinatio extrahendum esse, ac puniendum; ita tradit Mar. Ital. *de imm. cap.* 5. §. 3. ubi quamvis *n.* 15. visus fuerit pro omnimoda immunitate inclinare; se tamen remittit ad ibidem dicta per eum *num.* 18. *ver. considerandum.* Ubi inquit non esse adeo verbis inhærendum tametsi in odiosis versemur, ut legislatoris omittatur intentio, quæ est ut cum ex percussione seu vulnere Ecclesia polluitur percutiens a beneficio excludatur immunitatis. Unde & concludit ex levi percussione in Ecclesia inflicta, quem non fieri ab immunitate extorrem, ex gravi, utique fieri, quod deducit ex *cap. Episcopos* 17. *qu.* 4. ubi Ecclesiæ violatores, ab illius arcentur ingressus est interdictus, consequens est, secundum eum, ut etiam accessorio priventur, scilicet ipsius Ecclesiæ immunitate. Subdit tamen *ibidem num.* 53. in his terminis reos non esse curiæ sæculari tradendos, sed ab Ecclesiastico Iudice plectendos quod etiam in cæteris delictis non levibus in Ecclesia commissis opinatur procedere, & cum eo transit etiam Farinac. *de imm. eccles. num.* 209. & *est* text. in *cap. inter alia, de Imm. Eccles.* ibi *qui ad ecclesiam confugit, legitimè puniendus sit de eo, quod inique fecit*, & notat ibi communiter *scribentes* & Rosella in *verb. immunitas* 2. *nu.* 8. Quæ sententia adeo veritati consona videbatur, ut si † ordinarius ejusmodi de- 10 linquentes non puniret, injustitiam facere, & delinquere diceretur ut per Goffred. in *Sum. rub. de immun. eccl. num.* 8. *in fin.* Hostien. *etiam in Summ. num.* 8. *ante fin.* Abb. *in cap. inter alia sub num.* 3. *ad fin. ver.* & *ex his omnibus extr. de imm. eccl. ubi etiam* Zabar. *num.* 3. *ante fin.* & *alii* D. Antonin. *in Summ.*

Summ. par. 3. *titul.* 12. *cap.* 3. §. 1. *ver. ſuper eo* Sylv. in *Summ. in verb. immunitas* 3. *num.* 4. cum aliis per Farinac. *relatis de immun. eccl. cap.* 21. *in prin.* Dummodo tamen reus in pœnam corporalem non puniatur per text. in *dict. cap. inter alia, junc.* gloſſ. in *verb. puniendus & ibi* Hoſtien. *ſub num.* 1. Anch. *num.* 2. Anton. de Butr. *num.* 5. *ad fin.* Oldrad. *conſil.* 54. *nu.* 2. *ver. ubi autem* Villagut. *de extenſ. leg. cap. fi. nu.* 5. & 8. *ſeqq. uſque ad* 14. & *n.* 66. Leo. in *Theſ. fori Eccleſ. part.* 1. *capit.* 13. *rub. de immu. eccl. num.* 13. *ver. reos criminis* Mart. Ital. *de immu. eccl. lib.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 1. & *ſeqq.* Suarez *de ſtat. relig. lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 1. & 6.

11 Tertia demum eſt ſententia ut imò † debilitans alterius membrum in Eccleſia, illius omnimoda gaudeat immunitate, cum enim tantum textus in *dict. cap. fi. de immu. eccleſ.* quam *Conſtit. Gregoriana* delinquentibus in Eccleſia immunitatem concedat, duobus exceptis caſibus, homicidii ac mutilationis membri: utique in reliquis contrarium ſtatuere dicuntur ut advertunt Zabarell. in *d. cap. fin. col.* 1. *in fine* Ambroſin. loquens de ferente arma prohibita intra Eccleſiam, nec non de ſacrilegio in *tract. de imm. eccl. cap.* 5. *ſub num.* 5. & 6. & quod deferens arma prohibita in Eccleſia, ad quam confugit, gaudeat immunitate, tradunt etiam Peregrin. *de Immu. c.* 13. *nu.* 11. Guazz. *in defenſ.* 1. *cap.* 29. *nu.* 7. Dian. me citato, *par.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 8. ubi teſtatur ſic fuiſſe per *Sacr. Congr. Epiſc.* reſolutum in *una Salamantina* 30. *Septemb.* 1616. Thom. del Ben. pariter me citato *de iuriſd. cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 3. *nu.* 5. Cartar. *deciſ. crim.* 48. *nu.* 15. & *dec.* 74. *nu.* 8. Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 7. & *ſeqq.* loquens de aſportante rem furatam ad Eccleſiam, ibique ea utente, Alex. Peregrin. *de imm. eccl. cap.* 12. *num.* 9. loquens de furante in ipſa eccleſia & *cap.* 6. *nu.* 37. latè Giurba alios referens in *conſ. crim.* 40. *à num.* 10. *uſque ad fi. nu.* 23. loquens de abſcindente digitum, & ſic in puncto de manum debilitante, in quibus terminis loquitur etiam Gambacurt. *de Imm. Eccl. lib.* 5. *c.* 17. *n.* 4. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini lib.* 2. *cau.* 15. *qu.* 16. *n.* 26. Et hæc quidem ſententia, quam nos quoque ſequimur, tametſi in terminis juris communis plurimos habuerit contradictores: attenta tamen *Conſtitutione Gregoriana*, nullam videtur admittere difficultatem, ſi verba illius rectè ponderentur.

Primo namque Gregorius in *dict. Conſt.* revocans conceſſiones quaſcunque extenſioneſque etiam ex rationis majoritate olim in hujuſmodi materia factas, illaſque ad unam duntaxat redigens formam; caſus tradit præciſos, in quibus vult delinquentes Eccleſiaſtica non potiri immunitate, unde cum
12 profiteatur normam, legemque formalem præſcribere in hac materia ſervandam, utique non ſunt ejus verba ad caſus ſimiles, & multo minus ad minora delicta trahenda: ſed huic formæ nihil addi, vel demi poteſt, imò ad unguem eſt ſervanda, Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 188. *lib.* 2. & *conſil.* 61. *n.* 15. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 30. *num.* 3. & *conſil.* 72. *num.* 68. & *ſeqq. lib.* 3. & in terminis ejuſdem *Conſtitutionis*, licet ad aliud propoſitum tradit Farinac. *conſil.* 76. *nu.* 14. *volum.* 1. & hujuſmodi formam eſſe ad litteram ſervandam, tradit Alex. *conſil.* 137. *col.* 4. *volum.* 2. Marſ. *conſil.* 117. *nu.* 25. Roland. *dict. conſ.* 72. *nu.* 6. & ad unguem Bald. in *leg. ceſſante in fi. Cod. quomodo, & quando iud.* Jaſ. in *l.* 3. *colum.* 6. *de legatis* 1. Dec. *conſil.* 612. *colum.*
13 2. Rim. *conſil.* 180. *num.* 4. & *conſil.* 327. † Cumque *S. Pont.* cunctas voluerit abrogare extenſiones ac interpretationes, caſuſque recenſeat peculiares, in quibus immunitas delinquenti in Eccleſia non ſuffragatur, profectò eorundem caſum exceptio regulam firmat contrariam in caſibus non exceptis *l. nam quod liquide* §. *fi. in* 1. *reſponſ. ff. de pœna legat. cap. domui* 32. *q.* 7. & in terminis noſtris Farin. *conſ.* 76. *ſub nu.* 13. quo loci eo magis id affirmandum concludit, quo in Conſtitutione præfati
14 duo caſus excipiuntur cum dictione taxativa tantum † cujus natura eſt extenſionem ad non expreſſa impedire *l. properandum* §. 1. *ff. de Jud. l. ſi eum exceptio.* §. *quod ſi homo ff. quod met. cauſ.* §. 1. *in fi. inſt. de ſtipul. ſerv.* Dec. *conſil.* 54. *nu.* 7. *in*
15 *fi. lib.* 1. facit quia † ubi habemus claram verborum diſpoſitionem, non eſt ab ea recedendum; niſi certis argumentis de contraria mente, vel de errore conſtet vulg. *l. non aliter de leg.* 3. *l. ille aut ille* §. *cum in verbis eod. tit.* Cardin. Seraph. *dec.* 689. *nu.* 2. *par.* 1.

16 Uerba † namque clara, quæſtionem voluntatis non admittunt *dict.* §. *cum in verbis*. Bar. *in leg. ſi arrogator nu.* 27. *de adopt.* Rom. *conſ.* 71. *nu.* 6. Angel. *conſ.* 495. *nu.* 3. cum aliis quos refert, & ſequitur Card. Mant. *de conject. ult. vol. libr.* 3. *tit.* 4. *nu.* 4. & 5. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 757. *nu.* 2. *tom.* 4. Etiam ſi verba ex parte convenirent, cum in totum congruere debeant Tir. cum congeſtis *in l. ſi unquam in verb. libertis nu.*

2. *Cod. de revoc. donat.* Grat. *conſ.* 61. *n.* 16. & 17. *lib.* 1. & ante eos Salyc. & Fulgoſ. in *l. ſi mancipia C. de ſerv. fugitiv.* Dec. *in l.* 1. *col.* 4. *C. de eden.*

Secundò *S. Pont.* excipiens eoſdem binos caſus loquitur per verba *Si fuerint &c.* † dictio autem, ſi, conditionem 17
importat *l. ſi Titio ff: quando dies legat. cæd.* Bart. in *l. centeſimus* §. *fi. & in leg. ſi ita quis & in leg. decem cum petiero de verb. oblig. & in leg.* 1. *colum.* 2. *de cond. & demonſtr.* Bald. in *l.* 2. *colum. penult. Cod. de probat.* Pariſ. *conſ.* 18. *nu.* 1. & 2. efficitque ut caſus ad caſum non trahatur, ſed in eo debeat adimpleri, in quo expreſsè appoſita fuit, itavt omnem impediat extenſionem *l. Mævius l. pro hærede de cond. & demonſt.* Ruin. *conſ.* 110. *n* 10. *li.* 3. & *conſ.* 76. *n.* 17. *ver. & ſi forte dicatur lib.* 5. Jaſ. *in l. gallus* § *quid ſi tantum de lib. & poſth.* Cæph. *conſ.* 429. *nu.* 33. Surd. *conſ.* 186. *nu.* 19. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 603. *nu.* 19. & *c.* 736. *n.* 14. Rota *dec.* 480. *nu.* 7. *p.* 2. *in rec.* Gregor. *dec.* 492. *nu.* 8. *de Amat. dec. Ferrar.* 55. *nu.* 12.

Tertiò accedit † dictio *eorum*, ad crimina in Bulla expreſ- 18
ſa relata; quæ ejus eſt naturæ ut diſpoſitionem ad enunciata, crimina reſtringat iis etiam excluſis, quæ ex rationis identitate includerentur. Par. *conſ.* 86. *num.* 58. *lib.* 2. & *conſil.* 103. *numer.* 14. *lib.* 1. Cæphal. *conſil.* 551. *nu.* 181. Ruin. *conſil.* 99. *num.* 16. & *conſil.* 101. *nu.* 9. *lib.* 2. Soc. in *leg. gall.* §. *inſtituens nu.* 5. *ver. ſed ne de liber. & poſth.* Roland. *conſ.* 95. *nu.* 20. *lib.* 4. Mazzol. *conſ.* 31. *n.* 13. Menoch. *conſ.* 82. *n.* 158. *lib.* 1. Amat. *dec. ferrar.* 58. *nu.* 22.

Quartò adeſt † dictio *Prædicta & ſupra dicta* ſæpius in 19
Conſt. repetita ac ad ibi expreſſa delicta relata, quæ pariter diſpoſitionem ad præcedentia coarctat *leg.* 1. §. *deinde verſic. cum quod* & ibi gloſ. *in verb. ex ſuperioribus*, & Bart. *ff. de poſtul.* pulchrè Alex. *conſ.* 140. *per totum lib.* 6. & *conſil.* 59. *in fin. ver. non obſtat. lib.* 3. Dec. *conſil.* 423. *nu.* 5. Ruin. *conſ.* 266. *nu.* 5. *lib.* 2. Cæphal. *conſ.* 351. *nu.* 2. Cravett. *conſ.* 98. *num.* 8. Pariſ. *conſ.* 59. *nu.* 2. *lib.* 3. Curt. jun. *conſ.* 52. *colum.* 1. Rot. *dec.* 714. *n.* 3. *p.* 1. & *dec.* 644. *nu.* 1. *par.* 2. *in recentior.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 773. *nu.* 11.

Quintò adeſt dictio *verè* cum illis conjuncta verbis *crimina ſuperius expreſſa commiſerint*, quæ apertè demonſtrant Pontificis mentem fuiſſe coarctare ad crimina expreſſa diſpoſitionem: dictio enim *verè* idem quod *propriè*, & *realiter* importat, adeovt in expreſſis duntaxat verificari poſſit gl. in *l. ſingularia in verb. non acceperis & ibi* Curt. jun. *num.* 23. *ff. ſi cert. petat.* & in terminis hujus Conſtitutionis Farin. *conſil.* 76. *num.* 8. *ad* 1. Sexto magis etiam declarant Pontificis conſilium verba illa immediata ſubſequentia *Tuncque demum*, † dic- 21
tio enim tunc diſpoſitionem ad caſus expreſſos, ac ad ibi relata delicta limitat & reſtringit *l.* 4. §. 1. *ff. de cond. & demonſtr. leg. in ſubſtitutione de Vulg. & pupil.* Dec. *conſil.* 63. *num.* 2. Roland. *conſil.* 56. *num.* 20. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 209. *numer.* 9. *lib.* 2. & *conſil.* 31. *num.* 10. *lib.* 3. Caſumque omiſſum, qui aliàs ad expreſſum virtualiter traheretur excludit; ut † in 22
vulgari ſubſtitutione de caſu voluntatis, & caſu impotentiæ, quorum alter ad alterum extenditur, niſi eadem dictio *tunc* in diſpoſitione extet, tradunt ſcribentes in *l.* 1. *de vulg. & pupill.* Bald. *conſil.* 57. *col.* 2. *libr.* 2. Jo. de Anan. *conſil.* 66. *col.* 3. Soc. *conſil.* 5. *col.* 2. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 289. *nu.* 3. & *conſ.* 227. *nu.* 1. & *conſ.* 314. *col.* 2. Curt. jun. *conſ.* 75. Cæphal. *conſil.* 517. *nu.* 46. & *ſeq.* & *conſ.* 329. *num.* 32. Barboſ. *de diction. & clauſ. dict.* 354. *nu.* 1. & 4. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 67. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 773. *nu.* 6. Præſertim conjuncta cum alia dictione *demum*, vel, *eo caſu* Bald. *conſil.* 208. *nu.* 2. *libr.* 5. Rota *dec.* 144. *num* 9. *p.* 2. *in recent.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 10. Rubeus Alexand. *conſ.* 31. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 152. *nu.* 41. *volum.* 2. Marzar. in *epit. de fideic. p.* 2. *qu.* 14. Pariſ. *conſ.* 92 *num.* 60. *in fi. & ſeq. vol.* 2. Socc. jun. *conſ.* 181. *nu.* 54. *vol.* 2. Cravet. *conſ.* 98. *n.* 18. & *conſ.* 110. *n.* 33. *vol.* 1. Bero. *conſ.* 99. *nu.* 9. *vol.* 2.

Subſequitur 6. in eadem Conſtit. † Clauſula *ſublata* quæ 23
omnem prorſus extraneam interpretationem extenſionemve excludit Felyn. in *c. nonnulli n.* 22. *de reſcript.* Anchar. *conſ.* 221. *nu.* 2. Dec. *conſ.* 61. *nu.* 2. *lib.* 1. Cravett. *conſ.* 201. *n.* 43. latè Gonzal. *ad Regul. Cancell.* 8. *gloſſ.* 66. *à num.* 12. *uſque ad* 21. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 791. *nu.* 12. Puteus *dec.* 50. *nu.* 5. *lib.* 1. & in terminis ejuſdem *conſtitutionis* Farinac. *conſ.* 76. *n.* 14. Ambroſin. in puncto in *tract. de Imm. Eccl. c.* 5. *ſub n.* 4. †. Ac per 24
illam claudituros Judici, adeovt aliter judicare, vel interpretari nequeat, quo uſque à S. Pontifice os illi aperiatur Zabarell. in *c. qua deligen. num.* 5. *de q.* Pariſ. *conſ.* 5. *nu.* 133. & *conſ.* 38. *nu.* 7. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 21. *nu.* 5. *vol.* 1. Put. *dec.* 50. *nu.* 5. *p.* 1. Verall. *dec.* 34. *nu.* 4. *p.* 3.

25 Accedente potiſſimum † decreto irritanti, quod ipſo jure actum ſecus geſtum annullat *cap. ſi eo tempore de Elect. in 7.* Felyn. in *cap. cæterum nu.19. de reſcript. & in conſ.31. num.21. ver.2. via* Dec. *conſ.275. nu.9.* Grot. *conſ.220. colum. 2. & ſeq. vol. 2.* Ferrett. *conſ.314. nu.10. lib.2.* Burſatt. *conſ.22. num. 21. vol.1.* Caſſador. *dec.1. nu.7. de reſtit. ſpol.* Gratian. *diſcep. for. c.791. n. 13.* Gonzal. in *regul.8.gl.67. à nu.12. uſque ad 21.* Menoc. *conſ.83. vol.1.* Gom. *in tract. de Gratiis expect. n.18. & ſeq.*

26 Quibus omnibus 7. loco accidit † *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. c. 20. de refor.* jubens Apoſtolicas conſtitutiones in materia immunitaris ab omnibus exactè obſervari debere quæ verba ſignificant eas eſſe intelligendas provt loquuntur, nec inferiorum admittere interpretationem. Unde apparet decipi Decian. in *tract. crim. tom.2. lib.6. c.28. ſub nu. 5. verb. neque obſtat*, dum inquit homicidium ac mutilationem in *d. c. fin. de Immun. Eccl.* ſtare exemplificativè; cum imò illius diſpoſitio, provt loquitur ſit intelligenda. Et in omnem caſum arbitror illum contrariam amplexarum fuiſſe ſententiam, ſi poſt dictam Gregorii *Conſtitutionem* ſcripſiſſet.

Denique eadem ſententia confirmatur ex eo quod abſcindens alterius digitum, & ſic manum debilitans, non efficitur irregularis, † ad quam cenſuram incurrendam requiritur abſciſſio membri per ſe diſtinctum officium habentis, ut manus pedi ſuo arg. *cap. ſingula 89. diſt.* Navarr. *in Manual. cap.27. nu.206. verſ.2. dico.* ubi de comm. teſtatur Covar. in *Clem. ſi furioſus p.3. in prin. n.8. de homicid.* Rubeus *conſil.* 83. cum aliis quos refert, & ſequitur etiam de comm. atteſtans Lopez. ad Diaz. in *Prax. crim. Canon. cap.102. litera C.* ubi ad hoc ponderat text. in *l. idem l. filius ff. de ædil. edict. & in leg. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homin.* Giurb. *conſ.40. nu.26.* Alterius *de cenſur. lib.5. cap.4. diſp.10. ver. reliquam eſt* Alex. Peregr. *de Imm. cap.6. num.37.* Farinacc. *in fragment. par.2. ver. irregularitas n.587. & ſeq.* & ex Theologis eandem ſententiam firmant Majol. *de irregularit. lib.5. cap.50. num.2.* Sycus *de cenſur. lib.6. cap.15. num.13. & 14.* Philiarc. *par.1. libr.4. capit. 11.* Avila *de cenſur. p.7. diſp.7. diſp.5. ſect.1. dub. 1.* Tolet. de comm. *in Sum. lib.1. cap.7. num.3.* Graff. *lib.2. dec. cap.62. nu. 4.* & eſt irrefragabilis opinio, quicquid ſecus ſenſerit, Cajet. 2. 2. *qu. 65. par. 1.* quem ſequutus fuit Sotus *de Iuſt. & Iur. lib.*

28 *2. quæſt. 1. art. 1.* & quod † Judex Eccleſiaſticus, qui mulctans reum in pœnam mutilationis irregularitatem incurrit, non fiat irregularis ſi debilitari membrum præcipiat tenuit gloſſa & Abbat. in *cap. accuſaſti de Accuſation.* Zabarell. *in Clem. ſi furioſus qu. 31. de homicid. & ibi* Covar. *par.3. princ. numer. 8. ver. deinde* Navarr. *dict. cap.27. num. 207.* Aufrer. ad Capel. Tholoſ. *deciſ. 207.* Farinac. *in fragment. verb. Clericus num.377. & in 2. par. verb. irregularitas numer. 581. & 594.* Villagut. *de Irregularit. rubr. de percuſſione colum. 1.* & ex Theologis D. Anton. in *Summ. part. 3. tit. 29. cap. 2. in princ.* Sayr. *de cenſur. d. cap. 15. num. 3. & 6.* Avil. *dicta ſect. 1. dub. 2.* Suarez. *de Cenſur. diſp. 44. ſect. 2. n.5.* & eſt regulare ut ſtatutum de mutilatione loquens in debilitante ſibi locum minimè vendicet Bero. *conſ. 202. vol. 1.* Maſtrill. *dec.168. num. 9.* Alterius *de cenſur. lib.5. cap.4. diſp.10.* Giurba *d.conſ.40.n.23.*

Et ex his cuncta pro prima ſententia ſuperius adducta remanent eliſa, quibus tamen particulariter reſpondere non gravabor.

29 Non † enim veritati congruit idem eſſe mutilare atque debilitare; vel ſaltem æquipollere, quia in priori caſu omnimoda ſequitur membri præciſio, humanique corporis fædatio, cum tamen in debilitatione illius dumtaxat officium impediatur: mutilus enim is dicitur, cui manus, aliudve membrum abſciſſum fuit. Felyn. in *cap. 2. de probat.* Toletus ex com. *loco citato* debilitatus autem is qui membri officio impeditur: Bald. in *leg. ſi fugitivi numer. 9. Cod. de ſerv. fugitiv.* quo fit ut majus delictum proculdubio ſit mutilare, quam debilitare provt etiam communiter notant Abb. & DD. in *dict. cap. accuſaſti de Accuſ. & in cap. 1.* ubi etiam additionator *qui Cleric. vel Monac. & in cap. Clericis. Ne Cler. vel Monac.* Tolet. de communi atteſtans in *Summ. lib.1. c.76. nu.2.* Sair. *de Cenſur. lib.6. aap.6.*

Et hinc fit etiam non eſſe inter unum, & alterum caſum eandem rationem, quæ etiam ſi adeſſet, adhuc tamen ex ea recta non deduceretur argumentatio, cum expreſsè à *Conſtit. Gregoriana* omnis auferatur extenſio, ut jam deduxi-

30 mus, † quæ tandem & ſi in *Bulla* ablata non fuiſſet: adhuc tamen facienda non eſſet, cum verſemur in odioſis; & pœnalibus ſimul, in quibus caſus ad caſum non extenditur *leg. his ſolis & ibi not. Cod. de revoc. donat. leg. factum §. in pœnalib.* ubi Dec. *num.6. 9. & 26. de reg. iur. cap. odium de regul. iur. in 6.* Aym. *de antiq. temp. par.4. in prin. nu.247. in fin. ver. contrarium* Beccius atteſtans de veriori *conſ.35. n.7.* Everard. plurimos congerens in *loco à ratione legis larga num.63.* Cæphal. *conſ.401. nu.4. & conſ. 561. nu.4.* Afflict. *deciſ. 21. nu. 5. & deciſ. ult. nu. 27.* Roland. *conſ. 74. num.18. volum.2.* Vivius *opin. 271.* ubi de com. opin. Mandoſ. in *addit. ad* Roman. *conſ.234. in fin. ver. niſi dicas.* ubi de magis comm. teſtatur: præſertim cum delictum non remaneat impunitum in quibus terminis loquuntur DD. in contrarium adducti *ſup. nu.7.* ſed reus poſſit in contumacia condemnari.

Neque verum eſt Eccleſiam non minus ex debilitatione, quam ex mutilatione remanere læſam; tum ex jam dictis, tum etiam quia cum ipſa Eccleſia, illiuſque univerſalis Paſtor determinaverit in duobus duntaxat caſibus delinquentes in ea, illius privari immunitate, utique non eſt ulterius inveſtigandum, nec ullus adeo cenſetur offendere Eccleſiam in caſibus non exceptis, ut immunitate ſit privandus, ex quo enim ipſa Eccleſia immunitatem permittit, non cenſetur ſibi injuriam imputare, & ſi imputet, non tantam, ut immunitatis beneficium deneget: † volenti enim non fit injuria Ne- 31
viz. cum relatis *conſ.22. n.21. ver. ſed replicari* Dec. in *l. nemo fraudare de Regul. iur.* Boſſ. *in tit. de iniur. n.19.* Farin. *q. 105. n.163.* Non tandem refragatur §. *quia vero in Auth. ut lice. matr. & aviæ* † quia in materia Eccleſiaſticæ immunitatis, jus 32
civile juri Canonico famulatur, quod ſolum eſt attendendum, cum agatur de honore & reverentia locis exhibenda ſacris, juxta commun. & tenendam opinionem de qua teſtatur Covarr. *libr. 2. Variar. reſol. c.20. nu.3. ver. primum* ubi concordantes adducit Germonius alios etiam referens *de Sacror. Immun. lib.3. c.16. nu.21.* Peguer. *in pract. crim. c.26. nu. 6.* Ambroſ. *de Immun. cap 1. nu.4.* Farinac. *etiam de Imm. nu.15. cum ſeqq.* ubi inquit hanc indiſtinctè cum in Eccleſia, tum in terris Imperii eſſe tenendam, & plurimos cumulat. Quo fit ut † 33
omnes leges juris Cæſarei ſub titulis *de Sacroſ. Eccl. & de Epiſcopis, & clericis*, hodie nullæ ſint ex juriſdictionis defectu ut per Abb. in *cap. Eccl. S. Mariæ nu.10. de conſtit. & ibi* Felyn. *nu.4.* & Dec. *nu.88.* Clar. de comm. in §. *Emphyteuſis q.28. n. 7. ver. nec dicatur*, dixi latius in *dec.10. nu.33. & dec.41. n....* Dian. me hic citato *d. par.6. tract.1. reſol.23.*

Quemadmodum † & ſecunda ſententia affirmans debili- 34
tantes membrum, cæterave delicta in Eccleſiis committentes, poſſe à Judice Eccleſiaſtico extrahi, & puniri, non eſt ullatenus attendenda; illa enim dependet ab alia quæſtione † 35
an Clerici delinquentes poſſint à ſuis Prælatis ab Eccleſia extrahi, & ſic an immunitas liget duntaxat manus Judicum ſecularium, vel etiam Eccleſiaſticorum quo ad ſuos ſubditos; quæ quidem originaliter excitata fuit à Panor. in *c. inter alia nu.13. de Imm. Eccl.* ubi pluribus contendit Clericos poſſe ab ordinariis extrahi, & puniri etiam in caſibus non exceptis, aſſerens hanc ſententiam veriſſimam eſſe; conſuetudinem tamen fore attendendam; quem ſequitur ibi Jo. de Anan. *n. 9.* Boer. cum relatis *dec.109. nu 3.* qui de comm. teſtatur Remig. de Gonn. in *tract. de Imm. Ecc. fallen. 21. nu.1.* Diaz. in *Prax. c.115.* atteſtans de communi conſuetudine & Lopez ad eum *c.26.* Guttier. ad partes diſputans *pract. qq. p. 2. lib. 3. q.3. n.3.* ubi de communi praxi, & conſuetudine pariter teſtatur, ſeque nunquam contrarium ſervari vidiſſe. Genuenſ. in *Prax. Archiepiſc. Neap. c.22. nu.11.* auſus fuit dicere hodie ſententiam Abbatis *à Gregoriana conſtitutione* clarè approbatam videri Cævall. in *ſpecul. comm. contra com. q.689. ver. ſed iis non obſtantibus* ubi de magis com. opin. teſtatur ſubdens durum eſſe ab iſta opinione recedere, licet de jure contraria fortaſſe ſit verior Ricc. *dec.89. nu.4. p.2. & dec.182. p.3.* ubi ait hoc eſſe expeditum, & ideo, poſſe Judices Eccleſiaſticos capere ſuos Clericos in eccleſiis Villagut. *de extenſ. l. tit. ultim. n.64.* plurimos refert, ſed non ſequitur Giurb. *conſ.40. n.2.* alios cumulat, & ſequitur Carol. de Graff. *de effect. cleric. eff.38. per totum* Bellett. *diſquiſit. cler. titul. de favore clericorum perſonali §. 15.* per totum Peregrin. de *Imm. Eccl. cap.12. nu.3.* & ex Cauſtis ita firmat Silveſtr. in *Summ. verbo Immunitas il 3. n.2.* Angel. de Clava. in *ver. Immunitas q.14.* Navar. *in Manual. cap.25. nu.22.* Suarez de *Statu Relig. to.1. lib.3. tr.2. cap. 10. n.4. & ſeq.* Azor. *par.2. lib 9. c.9. q.9.* Bonacc. *to. de legib. diſp.3. qu.7. nu.7.* cum per eum relatis.

Contrariam tamen ſententiam acerrimè defendit Roman. in *conſil. 126.* ſubdens ſe in ſua conſcientia Clericum ſic captum relaxaturum, & rurſus in *conſil. 234.* ubi quod imò major eſt in Clerico ratio, quam in laico; quam veriorem

& ſe-

& sequendam affirmat Zabarell. *in Clem.* 1. *n.* 9. *in* 6. *quæst. de pœnit. & remiss.* Joan. de Visc. *in tract. de Immun. Eccl. concl.* 2. August. ad Angel. *de Malef. in verb. fama publica num.* 59. litera A. Diaz. *in pract. crimin. can. c.* 115. Monticell. *in pract. crimin. reg.* 2. *num.* 18. veriorem de jure appellat Clar. *in* §. *fin. quæst.* 30. *ver. ulterius* Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 16. latissimè Dec. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *nu.* 1. ubi de veriori attestatur, & inquit se in facti contingentia contra Abbatem judicaturum Ambr. *de Immun. c.* 12. *n.* 3. Guazzin. *in reor. defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 48. *& cap.* 98. *n.* 18. ubi ita se habere magis comm. opin. hancque crebriorem agnovit etiam Cæval. *d. qu.* 689. & Farinac. *q.* 28. *n.* 7. & rursus *in append. de Imm. Eccles. sub num.* 36. *in fine* cum alii per Giurb. *d. cons.* 40. *num.* 1. Villagut. *de Immun. Eccles. lib.* 4. *c.* 11. *nu.* 5. *& seqq.* Duar. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 16. *n.* 13. & quamvis plerique ex istis limitandum putaverint ubi contraria viget consuetudo, nihilominus cum articulo mature discusso *Sacr. Cong. Immun.* hanc Romani senten. fuerit amplexata, nec ulterius hæsitandum est, nec valet consuetudo contraria, & valde lapsus fuit Genuen. dum *loc. cit.* dicit contrarium ex Bulla Gregorii deduci. Et consequenter ad rem nostram cum eadem *Const.* Judices etiam Ecclesiasticos liget, utique neque à me fuerat exttahendus Furnus, qui Scarabellum in dicto Oratorio in manu debilitaverat.

36 Cæterum hæc omnia sibi locum vendicant etiamsi ageretur de delicto appensatè, & ex proposito commisso; & cum agamus de pura rixa, in qua suspicio oriri non potest, delictum spe consequendæ immunitatis commissum fuisse, non fuerat opus ingredi hujusmodi difficultatem; quia in his terminis etiam si mutilatio, vel homicidium sequutum fuisset, ac etiam circunscripta Constitutione Gregoriana; Furnus immunitate Ecclesiastica potiretur, ut probari videtur *in dict. c. fin. de Immun. Eccl.* per argumentum à contrario sensu in illis verbis. *Nonnullis impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes*, & rursus *quam nisi Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi nullatenus fuerant commissuri*, idque ibi notavit Hostiens. *num.* 2. Joan. Andr. *num.* 2. *& sub num.* 5. Anch. *sub num.* 3. *& seqq.* Anton. de Butr. *num.* 1. *& l. in fin.* communem, & æquam fatetur, quamvis non sequatur ibidem Abb. *num.* 1. *&* 8. eamque tenent Alex. *cons.* 145. *sub num.* 3. *lib.* 7. Bellamer. *cons.* 13. *num.* 1. Guttier. plurimos hinc inde referens, & hanc pluribus defendens *pract. qq. lib.* 3. *qu.* 1. *num.* 4. *vers. & quamvis & à num.* 6. *usque ad* 13. latè Azeved. *in const. Hispan. lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 3. *num.* 28. *& seqq.* ubi testatur ita sæpè fuisse in Praxi receptum contrariisque satisfacit latè juribus & auctoritatibus exornat Villagut. *de extens. l. c. fin.* & ad nauseam usque Mar. Ital. *de Immun. Eccl. lib.* 1. *c.* 5. §. 3. *num.* 5. Remig. de Gonn. *in tract. de Immunit. in* 3. *fallen. num.* 3. eamque firmat Sessa *in dec.* Aragon. 141 *num.* 8. *& seq.* ubi alios congerit, & de comm. testatur, quam licet apertè falsam appellaverit Farinac. *in tit. de carcerib. & carcerat. qu.* 28. *n.* 54. ipse tamen palinodiam cecinit *in append. de Immun. Eccl. n.* 240. ubi hanc sententiam crebriorem, ac sequendam profitetur & ex Theologis Tabien. in *Summ. in verb. Immunitas num.* 10. *ad fi. ver. sed quid si commisit*, Armill. *in verb. Immun. num.* 12. *ver. sed si commisit.* Rosell. *in ver. immunitas il* 2. *num.* 2. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *sub num.* 9. sequitur noviss imè, me hic citato, Vermigliol. *in cons.* 53. *sub num.* 4.

37 Imò † dari potest casus mirabilis, ut quis etiam extra rixam in Ecclesia, alterius mutilet membrum, & tamen immunitate gaudeat; scilicet si ad id per binas separatas percussiones perveniat; nam si in priori manum debilitaverit non excluditur ab Ecclesiæ immunitate per supra dicta, si verò in posteriori & separata aggressione manum eandem olim per eum debilitatam mutilaverit, adhuc immunitate gaudet, quoniam cum manus illa jam sit inutilis, suamque non habeat operationem; sed ad ornatum duntaxat deserviat, non dicitur propriè membrum, ad cujus essentiam distincta requiritur operatio, ut dixi supra *num.* 27. unde nec membri mutilator ille dici potest; præsertim cum in odiosis stricta facienda sit interpretatio ita tradit Alex. Peregr. *in tract. de Immun. Eccles. c.* 6. *in fin.* cum de mense Junii 1639. D. Bonifilius Nobilis Bononiensis in Basilica Lateranensi calore iracundiæ quendam pugione percussisset, & à curia Emin. Vicarii extractus fuisset D. Vemigliolus de Vermigliolis Advocatus nil aliud pro Reo, quam hanc meam decisionem adduxit, & re maturè discussa secundum eam judicari obtinuit.

ARGUMENTUM.

Occidens, vel mutilans, in schalis, porticu, vel ostio Ecclesiæ; etiam sub spe Immunitatis, gaudet illius beneficio.

SUMMARIUM.

1 *IMmunitate quis privatur ob locum sacrum violatum duobus concurrentibus.*
2 *Prohibitum certo loco, in alio censetur permissum, & è contra.*
3 *Verba in odiosis & pœnalibus sunt propriè intelligenda.*
4 *Constitutionis verba sunt propriè intelligenda.*
5 *Ecclesia quid sit.*
5 *Ecclesiæ appellatione in materia pœnali non comprehenditur paries.*
7 *In flumine factum non dicitur quod fit in ripa.*
8 *Schalæ exteriores an & quando veniant Ecclesiæ, vel domus appellatione.*
9 *Dictio* in *an & quando ponatur pro* intra.
10 *Promissio de non offendendo an & quando ex iniuriis verbalibus, vel ex factis personam non tangentibus dicatur fracta.*
11 *Dictio* ipsis *personalissima est, cætorosque excludit.*
12 *Clausula* sublata *omnem extraneam interprtationem excludit.*
13 *Immunitati Ecclesiæ in dubio favendum.*
14 *Immunitate gaudet occidens in schalis vel porticu exteriori Ecclesiæ.*
15 *Delinquens propè Ecclesiam, statimque se recipiens in ea, præsumitur spe immunitatis deliquisse.*
16 *Immunitatis spe delinquens, illius beneficio frustratur.* Contrarium est verius num. 18.
17 *Eleemosyna redimit præterita peccata, non fiduciam tribuit nova committendi.*
18 *Ex verbis narrativis facti non sumitur dispositio, nec inducitur juris mysterium.*
19 *Peccans spe absolutionis, obsolui potest.*
20 *Cogitationis pœnam in foro fori nemo meretur.*
21 *Puniri quis debet in eo, in quo delinquit.* Intellige ut num. 25.
22 *In Ecclesia fieri prohibitum, censetur etiam in atrio, porticu, schalis vetitum.* Intellige ut num. 27.
23 *Immunitatis spe delinquens peccat in Ecclesiam, illiusque abutitur privilegio.*
24 *Connexorum idem est iudicium.* Intellige ut num. 27. & 28.
25 *In loco, in quo quis delinquit plectendus est.*
26 Riccius in Prax. var. resol. in resol. 4. *reiicitur.*
27 *Ecclesia appellatione veniunt accessoria in favorabilibus, non in odiosis.*
28 *Accessoriis pollutis, non polluitur Ecclesia, licet illis immunitas concedatur.*
29 *Legis auxilium frustra implorat committens in legem.*
30 *Contra Ecclesiæ reverentiam peccat, ante illius fores occidens.* Non tamen contra legem Immunitatis num. 33.
31 *Extensio fit in odiosis & pœnalibus ob publicum favorem.* Declara ut num. 33.
32 *Lex pœnalis extenditur ad casum à jure æquiparatum.*
33 *Delinquens extra corpus Ecclesiæ non lædit immunitatem.* Genuen. in Practicabil. Eccles. q. 479. *reiicitur.*
34 *Cæmeterium etiam ab Ecclesia remotissimum gaudet immunitate.*
35 *Domus appellatione ostia, & affixa domi continentur.* Intellige ut num. 37.
36 *Statutum puniens aggressorem in domo, comprehendit aggredientem ante ostium vel in porticu.*
37 *Schalæ & ostia veniunt domus appellatione in favorabilibus, non in odiosis.*
38 Albericus 2. par. statutorum num. 208. *reiicitur.*
39 *Domus Dei reos defendens an & quando dicatur fieri spelunca latronum.* Farinacc. q. 28. num. 56. *reiicitur.*
40 *Constitutio declarans, legis declaratæ interpretationes recipit.* Intellige ut num. 46. 47.

41 Cap. fin. de Immun. Eccleſ. *procedit etiam in delinquente propè Eccleſiam*,
Contrarium eſt verius ut infra.
42 Conſtitutio Gregoriana *ſuper eccleſiarum immunitate cur condita*.
43 *Dictio* tantum *extenſionem ad non expreſſa impedit*.
44 *Specificatio per modum formæ facta ad unguem ſervanda*.
45 Gambacurta de immun. Eccleſ. lib. 5. c. 9. *reiicitur*.
46 *Conſtitutio per modum univerſalis ſtatuti procedens: tollit jus commune*.
47 *Regula providet generaliter, non ſpecialiter*.
48 *Clementis VIII. reſolutio an excludat ab immunitate occidentem prope Eccleſiam*.
Farinac. q. 38. ſub n. 56. & Ambroſin. de Immun. cap. 5. ante num. 5. *reprobantur*.
49 *Porticus, atrium, exhædræ, quibus privilegiis Eccleſiæ gaudeant*.
50 *Sepeliri in Eccleſia cadavera non debent*.
51 Riccius reſolut. 4. in Prax. variar. reſol. *ſibi contrarius redarguitur*.
52 *Occidens in ianua Eccleſiæ, modò non intra limen, gaudet immunitate*.
53 *Mixtus caſus in odioſis, & pœnalibus non comprehenditur ſub ſimplicibus*.
54 *Oſtium eſt de Eccleſia, non in Eccleſia, in qua non exiſtit qui eſt in janua*.
55 *Delictum in janua citra limen, dicitur extra Eccleſiam committi*.
56 *Eccleſia non polluitur per ſanguinis vel ſeminis effuſionem factam in porta citra limen*.

DECISIO LX.

IN ſecutus adoleſcens ab inimico, ac in ſchalis Oratorii publici Deiparæ apprehenſus pugione fuit iteratis ictibus confoſſus, ex quibus die ſequenti occubuit, ipſe verò ſicarius idem Oratorium ſe recepit. Orta inde altercatione an Eccleſiaſtica immunitate gaudere deberet ad præſcriptum *cap. fin. de Immun. Eccleſ. ac Conſtitutiones* 18. *piæ recordationis Gregorii Decimiquarti*, pro immunitate pronunciavi: motus ex plurimis.

1 Primò † quidem quia tam text. *in d. cap. fin.* quam eadem Conſtitutio duo copulativè requirit ad effectum ut ob violatum locum religioſum, quis immunitate fruſtretur: quorum prius eſt ut homicidium, vel membri mutilationem committat, poſterius ut id in ipſis Eccleſiiis, earumve cæmeteriis agat; unde cum neque in Oratorio, neque in cæmeterio homicidium hoc fuerit admiſſum, ſed in ſcalis, utique verſabamur in caſu virtualiter à dd. juribus excluſum, ut benè conſiderat Suar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. numer. 9.* & Caſtill. *in deciſ. 116. ſub numer. 29.* ſequitur Ciarlin. me citato, *in 2. p. controu. c. 154. num. 11.*

2 Certo † namque loco prohibitum, alio in loco permiſſum cenſetur, & è converſo *l. cum lex. ff. de legib. leg. cum Prætor. ff. de Indic. cum ſimilibus*, & in propoſito tradunt Farin. *conſ. 76. num. 14.* Ambroſin. *de Immun. c. 5. ſub num. 4. verſ. nec ſubſiſtunt in fin.* Caſtill. *deciſ. 156. ſub num. 30.*

3 Secundò † quia eum verſemur in odioſis, & pœnalibus ſimul, verba verè & propriè, non impropriè ſunt intelligenda *c. odia, & c. in pœnis de reg. jur. in 6. l. cum quidam ff. de lib. & poſth. cum ſimilib.* & in præciſis terminis conſiderant Maſtrill. *dec. 22. n. 6. & ſeq.* Mar. Ital. *de Immun. Eccl. c. 5. §. 3. n. 4.* Pereg. pariter *de Imm. c. 6. n. 33. in fin.* Farin. *conſ. 76. ſub num. 8.*

4 † ubi regulam ponit generalem conſtitutionis verba propriè non autem impropriè eſſe intelligenda *leg. 1. §. ſi is qui navem ver. in re igitur ff. de exerc. act. l. non aliter ff. de legat. 3. cum ſimilibus*.

Ex proprietate autem ſermonis, dubio procul Eccleſiæ appellatione, non veniunt ſcalæ exteriores, neque porticus.

5 Eccleſia † quippe dicitur locus ſacer, murorum ambitu circundatus, ut tradit Bald. *in rubr. C. de Sacroſ. Eccl.* & fatetur Genuenſ. *in pract. Eccl. q. 479. ante n. 3.* & originaliter docuit *gloſ. fin. in c. fin extra Ne Prælat. vic. ſuas* & ibi Jo. de Anani. & Berous *in conſ. 177. n. 17. vol. 3.* † Adeo ut nec parietes,

6 quibus circundatur, in materia pœnali comprehendantur, ut per Bero. & Genuen. *loc. cit.* & probatur in *l. 1. §. public. iuncto*

7 §. Ripa *ff. de fluminibus*, ubi † habetur flumen dici locum, per quem aqua decurrit, qui ripis continetur; nec tamen in flumine factum dici quod fit in ripis, ſed id duntaxat quod in ipſa aqua vel in fluminis alueo fit, ut in ſimili conſiderabat Vinc. de Franc. *deciſ. 402. ſub num. 7.*

Et † in puncto eccleſiæ vel domus appellatione minimè 8
comprehendi ſcalas extra oſtium; exiſtentes; ac ſubinde delictum in illis commiſſum non dici in Eccleſia vel domo perpetratum firmat Baldus *in leg. fiſtulas* 18. *§. ſcalæ de ſeru. urb. præd.* & ibi Florian. *in fine* ſequitur Cæpoll. *in tract. de ſeru. urb. præd. cap. 54. nu. 8.* Remig. de Gonn. *in tract. de Immun. Eccleſiæ ampliat. 9. num. 2. in 3. tom. tract. diverſ. part. 1. folio mihi 93. à tergo*.

Tertiò conſiderabam particulam tam in *dict. cap. fi.* quam 9
in Conſtitutione appoſitam; † quæ dictio juncta ablativo locum denotante, in Eccleſia, in domo, ſtat pro, intra; locumque interiorem, non autem exteriorem, comprehendit, text. *in l. 1. §. in flumin.* & ibi Bart. *ff. de flumin.* idem Bart. cæterique communiter *in l. gallus §. ille caſus ff. de lib. & poſth.* Grat. *conſ. 52. num. 29. lib. 2.* Tiraq. *de retr. lign. §. 1. gloſs. 11. num. 66.* latè & pulchrè Vulpell. *in tract. de dictionibus, dict.* In Bertazzol. *de Clauſ. inſtrum. clauſ. 26. gloſs. 4. num. 4.* Seſſa *deciſ.* Aragon. *124. num. 27.* Barboſ. *de Diction. dict. 131. num. 11.* Berous *in conſ. 177. numer. 24. volum. 3.* & ante eos Bald. *in Rubr. ff. ſolut. matr. col. 1. ad med. ver. hic adde*, vbi etiam Bolognett. *num. 66.* & in terminis noſtris advertunt Maſtrill. *dec. 22. n. 9.* Caſtill. *deciſ. 156. num. 31.* Mar. Ital. *de Immun. c. 4. §. 7. num. 20. & c. 5. §. 3. n. 4.*

Hinc † eſt, quod tametſi fideiubens ſimpliciter de non of- 10
fendendo dicatur contravenire etiam per verbales injurias Judicis arbitrio graves: promittens autem de non offendendo perſonaliter, licet ex verbis injurioſis pœnam non incurrat, contravenit tamen ſi cum armis inſultat, ſi in ſequitur, ſi fræno equum retinet, eſto equitantem non tangat, ſi veſtes frangat, ſi ſaxum proiiciat, vel ſclopum in eum cui facta eſt promiſſio exoneret; quamvis perſonam non aſſequatur nec attingat: ubi tamen promiſſum fuit quem in perſona non offendere, utique per actiones præfatas fracta non dicitur fidejuſſio: eo quod dictio in corporis inhærentiam, tactum, vel intrinſicitatem requirat ſecundum Bald. *in rubr. ff. ſolut. matr.* & ita egregiè diſtinguit Vulpell. *in tract. de Pace, & promiſſ. de non offend. quæſt. 91.* citans eundem Bald. *in quodam conſ. manuſcrip.* & rurſus ita in Urbitanenſi ſtatum judicatum fuiſſe teſtatur idem Vulpell. *in tract. de Propoſitio adu. & coniunct. dictione In n. 3.* quod perpetuò tene menti, quia caſus eſt quotidianus, quem latius diſcuſſum videro per Caball. *lib. 1. reſol. crim. caſ. 152. n. 10. & 13. & per totum*.

Quartò † ponderabam etiam dictionem ipſis tam in *d. c. fi.* 11
quam in Conſtitutione, appoſitam, in ipſis Eccleſiis, quæ perſonaliſſima eſt, & ad oculum demonſtrativa, Jaſon. in *leg. filiusfamilias §. diui. in 2. lectura col. pen. ver. pro ampliatione*, & ibi Ripa *n. 111. de legat. 1.* Roland. *conſ 97. n. 22. lib. 4.* latè Dec. *conſ. 2. nu. 32. lib. 2.* Rim. iun. *conſ. 50. num. 47. 48. lib. 1.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 104 nu. 13. & c. 145. n. 5. vol. 1.* Menoch. *conſ. 349. n. 3.* Cened. *pract. & canonic. q. ſing. 22. n. 1.* Itaut omnes alias perſonas, & res excludat Surd. *conſ. 53. n. 7.* Card. Seraph. *dec. 552. num. 2. & dec. 1049. num. 3. & 18.* Rota *dec. 619. n. 4. p. 1. in rec.*

Accedente † præſertim in Conſtitutione clauſula *ſublata* 12
qua omnem prorſus extraneam interpretationem, & extenſionem excludit Dec. *conſil. 51. numer. 2. lib. 1.* Cravett. *conſil. 281. num. 43.* Put. *dec. 50. nu. 5. lib. 1.* Et in terminis hujus conſtitutionis advertunt Farinac. *conſ. 76. num. 14.* Ambroſin. *de Immun. Eccleſ. cap. 5. ſub num. 4. ver. nec ſubſiſtunt* Caſtill. *deciſ. 156. num. 30.* Leo. *in Theſ. fori Eccleſ. cap. 13. ſub num. 27.* Giurb. *conſ. crimin. 60. num. 12.* Ciarlin. me hic citato *controu. 154. n. 15. & 16.*

Ex † quibus ſatis clara hujuſmodi ſententia reddebatur; 13
quæ ubi etiam in dubium potuiſſet revocari, adhuc tamen immunitati Eccleſiaſticæ favendum, ac pro ea judicatum erat *leg. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer.* Turrecrem. *in c. ſi quis in attrio 17. qu. 4.* Decian. *in conſ. 80. num. 22. vol. 3.* Giurb. *in conſ. 10. n. 25.* cum aliis per me alibi adductis Thom. del Ben. me hic citato, *de Immun. Eccleſ. c. 16. dub. 37. nu. 26. & dub. 46. num. 1.* ubi alios etiam adducit Farinac. *de Immun. c. 8. n. 123.* Dian. me pariter citato *part. 6. tract. 1. reſol. 1. qu. 5. prope fin.* qui hinc cæpit admonere Epiſcopos, ne ſint faciles ad tradendos reos judicibus ſæcularibus, ne incurrant peccatum, & irregularitatem.

Denique † ita frequentiori calculo firmant ſcribentes 14
nempe committentem in ſcalis exterioribus, vel porticu Eccleſiæ homicidium, immunitate non privari ut in terminis juris communis defendunt Hoſtienſ. *in dict. capit. final. ſub num. 3. ver. dicas de Immun. Eccleſ.* Bellamer. *conſ. 13.* Joan. Decian. *tom. 2. tract. crim. lib. 6. c. 28. ſub num. 5. ver.*

ex quo

ex quo infero. Germon. *de Sacroſ. Imm. libr.* 3. *cap.*16. *numer.* 81. *pulchre* Maſtrill. *deciſ.*22. *per totam Summ.* Angel. in *verb. Immunitas num.*7. Suar. qui hanc dicit veriorem *tom.*1. *de Relig. tract.* 3. *cap.*11. *num.*9. Vinc. de Franch. de conſimili ſtatuto diſſerens, & in hanc partem inclinans in *dec.* 402. Jo. Carolus Antonell. *olim meus Vicarius Generalis* me citato *de regim. Eccleſ. Epiſc. par.*1. *cap.*9. *num.*67. ubi hanc appellat probabiliorem opinionem. Et in terminis *Gregorianæ conſtitutionis* ita firmant Farinac. palinodiam cantans *dict. conſ.*76. *num.*14. *lib.*1. latius Mar. Italia *Imm. Eccl. libr.*1. *cap.*4. §. 7. *nu.* 18. *ver. hinc ergo, uſque ad num.*28. *& cap.* 5. §. 3. *num.* 4. *in prin. & ſub num.*7. Pereg. *de Imm. cap.*6. *num.*30. ubi diſputat, & obiectis reſpondet Caſtill. *dict. deciſ.*156. *num.*14. *& ſeqq. & num.*9. *& ſeq.* Bonacc. *tom. de legib. diſp.* 3. *quæſt.*7. §. 4. *nu.*13. Gambacurt. *de Imm. Eccleſ. lib.*5. *cap.*19. *num.*4. & cum hac opinione tenendum niſi Farin. atteſtatus fuiſſet de contraria Summ. Pontificis mente fatetur Ambroſi. *de Immu. cap.*5. *ſub num.*4. Thom. del Ben. me citato *dict. cap.*16. *dub.*9. *Sect.*7. *& dub.* 19. *ſect.*3. ubi me, & alios plurimos citat.

15 Non † obſtat ſicarium de quo agitur delinquendo prope Eccleſiam, ſtatimque in ea ſe recipiendo, præſumi ſub ſpe immunitatis deliquiſſe; cum loci propinquitas, actuſque confugii ſtatim ſubſequens, animum arguat, ut latè per Alciat. in *tract. de Præſumpt. reg.*3. *præſumpt.* 33. *num.*3. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 10. *numer.* 15. *&* 16. Vulpell. *conſ.*230. *num.*6. Gutier. *pract. qq. lib.*3. *quæſt.*1. *num.* 15. *& ſeq.* Farinac. *de Imm. Eccl. num.* 214. & admittit Gratianus *diſcept. foreſ. tom.*4. *cap.*610. *nu* 34. Giurb. *conſ.*40. *ſub nu.* 6. *in fi. & num. ſeq.* Fachineus *controv. iur. lib.*9. *c.*103. *in fine* Ba-

16 jar. ad Clar. §. *fin. qu.*30. *nu.*20. † Delinquentem autem ſub ſpe immunitatis, illius beneficio fruſtrari, *d. cap. fi. de Immun. Eccl.* facit textus in *cap. quando il primo de conſacr. diſt.* 4. *c. illud de Cler. excom. miniſtr.* Alciat. *d. præſump.* 33. *nu.*2. Guttier. *pract. qq. lib.*3. *qu.*1. *nu.*10. Seſſa *dec.*141. *nu.* 2. Giurba *conſ. crim.*90. *nu.*4. Covar. *lib* 2. *Variar. reſol cap.*20. *ſub n.*

17 15. *ver. vigeſimoſexto*, ubi ad hoc reportat pulchra verba *Lactantii, Firmiani*, de eleemoſynario ſpe veniæ peccante. *Nec tamen*, inquit, *quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes; abolentur enim ſi Deo largiare quia peccaveras, nam ſi fiducia largiendi pecces, non abolentur*, quia omiſſa reſponſione Ambroſi, & Caſtill. *locis citatis*, dicentium non licere arguere de ſpe immunitatis, quam habet delinquens prope Eccleſiam, cum ille ſit certus, hic autem decipi potuerit, & impediri, ne in Eccleſiam ſe recipiat, quę quidem caſui noſtro non applicatur, ex quod delictum commiſſum eſt in ſchalis eadem immunitate, qua Eccleſia gaudentibus.

Reſpondetur aſſumptum non eſſe tutum; neque immuni-

18 tatis fiducia in *dict. cap. fi.* apponi pro cauſa finali, † ſed in verbis narrativis facti, ex quibus non deſumitur diſpoſitio, nec inducitur myſterium Iuris, ut in ſimili dicitur de participio, *præpeditur*, in *leg. ultim. Cod. de præſcript.*30. *annorum*, & tradit Ang. per illum text. in *leg. cum apud ff. de Judic. ſolu. ſcribentes in leg. precib. Cod. de impub.* & glo. in *l.*1. *ubi etiam DD. C. quan. non per par.* & Io. Andr. in *cap. dilecto de præb.* & in terminis noſtris ita reſpondenr Decian. *tract. crim. lib.*6. *cap.* 18. *ſub nu.*5. Ambroſin. *de Imm. cap.*5. *ſub num.*4. *ver. præterea* Pereg. & Bonacin. *locis ſupra citat.* Io. de Viſc. *de Imm. Eccleſ. ſub nu.*29. & fuit de mente Panormit. in *dict. cap. fi.* cęteris melius Suar. *tom* 1 *de Relig. tract.*2. *lib.*3. *cap.*11. *num.* 9. & fatetur Duard. in *Commentario Bullæ Cœn. lib.*2. *can.*15. *q.* 16. *num.*20

19 Hinc † in ſimili committens peccatum reſervatum, vel admixtam habens cenſuram tempore jnbilei, ſub ſpe abſolutionis conſequendæ, non tamen abſolutionis beneficio privatur, ut in his terminis conſiderat Bonacc. *tom. de legib. diſp.* 3. *qu.*7. §. 4. *ante nu.*14. Unde multo minus peccandi animus

20 cum ſpe immunitatis in foro fori puniri debet † quia in foro externo cogitationis pœnam nemo meretur *l. cogitationis ff. de pœnis.*

21 Non obſtat quod in eo in quo quis delinquit, puniri debet,

22 ut dicitur in *dict. cap. fin. de Immu. Eccleſ.* † & quod ante fores Eccleſiæ delinquens, in ipſa Eccleſia deliquiſſe dicatur: ex quo prohibitum in Eccleſia cenſeatur, & in porticu, & circuncirca prohibitum *c. ſicut antiquitus c. ſi quis in atrio & in c. quiſquis* 17. *qu.*4. *c. nulla cum ſua gloſ.* 2. *q.*1. *l. cætera* §. *hoc ſenatuſconſulto ff. de legat.* per quam rationem contra immunitatem in terminis noſtris firmavit Ric. in *Prax. Variar. reſol. in reſolut.*4.

23 Ad † quod facit quia delinquens prope Eccleſiam, ſpe immunitatis, dicitur contra Eccleſiam peccare, quoniam illius abutitur immunitate ſecundum Alciat. *de Præſumpt. reg.*3. *præſ.*33. *nu.*1. *in to.*4. *tract. diverſ. fol. mihi* 342.

† Connexorumque idem eſt judicium *c. translato de conſtit. c. præterea cum ſua glo. de off. de leg. l.*2 *ff de iuriſd. omn. ind.* latiſſimè tradit & exornat Novar. in *Prax. elect. & Var. fori q.*45. *ſect.*1. & ego alibi latius dixi. 24

† Quia text. in *dict. capitul. fin.* communiter à ſcribentibus interpretatur, ut in eo ſcilicet loco quis puniendus ſit, in quo deliquit, ut in ſpecie reſpondent Ambroſi. & Pereg. *locis citatis*. † Cætera vero jura à Ric. allata loquuntur de ſacri- 25 26 legio reſultante ex violenta extractione ab Eccleſia vel illius acceſſoriis facta, & ſic in favorem immunitatis, unde in odium retorqueri non debent, & ita in effectu reſpondet Bero. *conſil.* 177. *num.* 32. *& ſeqq. vol.*1. quem ſequitur Caſtill. *dict. deciſ.* 156. *numer.* 24. *& ſeqq.* † In favorabilibus itaque 27 nempe quoad cuſtodiendum immunitatis beneficium, idem judicium eſt de Eccleſia, ac de acceſſoriis; in odioſis & ſic in præjudicium immunitatis, non item, ut aliis relatis latius dixi in *dec.* 62. *numer.* 24.

Unde † videmus in ſimili per ſanguinis, vel feminis effu- 28 ſionem in eiſdem acceſſoriis ſecutam, non pollui Eccleſiam quamvis illa immunitate fruantur, ut obſervat Suarez. *to.*1. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *num.*7. & dixi in *dec.* 62. *num.*17. Barboſ. *de iur. Eccleſ. libr.* 2. *cap.*3. *num.* 64. Card. Marant. *controver. par.*2. *reſponſ.* 36. Anton. de Marin. *quotid. reſol. capitul.* 170. Thom. del Ben. me hic citato *d. c.*16. *dub.*10. *ſect.*6. *nu.*2. ubi etiam tripliciter reſpondi ad regulam quæ habet connexorum idem eſſe judicium.

Minus obſtat † fruſtra legis auxilium invocare qui com- 29 mittit in legem, ut dicitur in eodem *cap. fin de Immun. Eccleſ.* concordat text. in *cap. fruſtra de uſur.* homicidium autem ante fores Eccleſiæ patrantem, contra reverentiam Eccleſiis 30 debitam peccare *capit. decet de Immu. Eccleſ.* in 6. per quam rationem contra Immunitatem in terminis noſtris ſcripſit Genuen. in *practicabil. Eccleſ. quæſt.* 479. & eſt de mente Alciat. *dict. præſumpt.* 33. *numer.* 1. Quod confirmabat Genuenſ. † ex regula quæ habet in maleficiis puniendis quoties 31 ſtatuta odium continent rationabile, favorem publicum concernens, (ut in caſu noſtro) fieri extenſionem de ſimilibus ad ſimilia text. notab. in *capitul.* 1. §. *porro. Qua ſit prima cauſa benef. amitt. in uſib. feud.* ubi advertit Bald. non eſſe meliorem textum in jure ut in ſtatutis, & conſuetudinibns pœnalibus de ſimilibus ad ſimilia procedatur, ſequitur Salycet. *in leg.* 2. *Codic. de Noxal.* Ang. *in* §. *Jus autem civile inſtit. de iur. natur. gent. & civ.* Confirmat rurſus ex eo quia cum in lege antiqua quo ad reverentiam eccleſiis debitam; eccleſia, oſtium, atrium, porticus æquiparentur, ſuccedit concluſio, † ut lex pœnalis loquens in uno caſu, etiam ad alium 32 æquiparatum extendatur gl. Bar. & alii in *l. ſi quis ſervo perſuaſerit C. de furt.* per illum textum Abb. in *c. de multa extr. de præbend.* ubi de comm. opin. teſtatur.

Reſpondetur † enim delinquentem extra corpus eccleſiæ 33 non peccare contra legem immunitatis, ſed contra alias leges in homicidas latas, ut per Ambroſi. *d. c.*5. *ſub nu.*4. *ver. & certè &* Pereg. *l. c. ſub nu.*33.

Ad priorem confirmationem reſpondeo illam non procedere ubi in conſtitutione adeſt clauſula *ſublata & decretum irritans*, ex jam dictis. Ad poſteriorem autem hujuſmodi pertinentias à lege antiqua æquiparatas eccleſiæ fuiſſe favore immunitatis, non in odium illius.

Nec bona erat argumentatio quæ pro fiſco ſeculari fiebat, † cæmeteria ſæpius eſſe ab eccleſiis remotiora, quam ſcha- 34 las, & porticus, & tamen committentes in eis homicidium vel mutilationem non gaudere immunitate, quia Cæmeteria tanquam loca ex ſe religioſa, tametſi ab eccleſia remotiſſima, gaudent immunitate, ut advertunt Maſtrill. *dict. deciſ.* 22. *numer.* 5. *&* Mar. Ital. *de Immun. libr.* 1. *cap.*4. §. 7. *num.*16.

Non etiam obſtat † domus appellatione, oſtia, cætera- 35 que domibus affixa contineri *leg. ſi aquæ ductum Cod. de contr. empt.* Per quam regulam in ſimilibus terminis poſt Spec. & alios concludit Alber. in 2. *par. ſtat. num.*208. † Statutum pu- 36 niens aggredientem quempiam in domo ſua, comprehendere etiam eum qui aggreſſus fuit in oſtio, vel ante oſtium, vel in porticu quod etiam docuit Bartol. in *leg. meminiſſe ff. de offic. procur.* Bald. in *leg. ſi ita* §. *idem ait ff. Naut. camp. & ſtabil. & in Rubric. ff. ſolut. matrim.* Jaſ. in *leg. cætera* §. *hoc ſenatus conſulto numer.* 8. *&* 11. *ff. de leg.* 1. Anch. *conſil.* 160. *ſub numer.* 4. & ita communiter teneri, & ſervari teſtatur

ſtatur Alberic. *loco citato* Auguſt. de Ang. etiam de communi De Malefic. *in verb. fecit inſultum poſt numer.* 3. Clar. in §. *fin. quæſt.* 92. *ſtatuto* 10. *in cap. ſtatutum puniens & ibi* Bajar. *in ad-*
37 *dit. numer.* 111. Nam † oſtia & ſchalæ exteriores veniunt quidem domus appellatione in favorabilibus, ſecus in odioſis, ut reſpondet Vinc. de Franc. *deciſ.* 402. *nu.* 11. Sanfelic. *deciſ.* 330. *per tot.* ubi me refert, & ita à Collaterali, ac Vice Rege judicatum fuiſſe die 20. Octobris 1627. teſta-
38 tur, † Ad doctrinam *Alberici* reſpondeo illum fateri contrariam ſententiam eſſe veriorem, quæ hodie eſt etiam magis communis ut oſtendi in *deciſ.* 62. *numer.* 28. ubi aliis relatis, fædere diſtinctionis has pugnantes ſententiam conciliavi.

39 Parum etiam urgebat alia ratio, † ut ſi delinquens prope Eccleſiam gauderet immunitate, utique domus Dei fieret ſpelunca latronum, & immunitas ob Eccleſiarum reverentiam inducta, delinquendi tribueret incentivum, contra tex. in *cap. eſt iniuſta* 24. q. 4. propter quam rationem contrariam ſententiam, & ſic quod occidens in ſchalis vel oſtio non gaudeat immunitate, amplexus fuit Farinacc. in *tit. de Carcerib. & carcerat. qu.* 28. *num.* 56. poſt Alciat. in *tract. de Præſumpt. reg.* 3. *præſump.* 33. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Hæc enim ratio ſibi locum vendicat duntaxat in occidente, vel mutilante in ipſis Eccleſiis; nam ſi abſolutè ſumeretur, nullum profecto delinquentem Eccleſia defenderet, ejuſque immunitas deſtrueretur, ut advertunt Ambroſi. *de immun. Eccleſ. capitul.* 5. *ſub num.* 4. *ver. nec ſubſiſtunt.* Pereg. *de Imm. cap.* 6. *ſub nu.* 4. *ver. ad quartum &* Maſtrill. *d. dec.* 156. *ſub nu.* 18. & hodie per *Gregorianam Conſtit.* eſt expeditum, unde & Farinac. à ſua ſententia receſſit. me refert, & approbat Ciarlin. *d. cap.* 154. *nu.* 13.

40 Neque † refragatur quod cum dicta *Gregorii Conſtitutio* eiſdem utatur verbis, quibus tex. in *dict. cap. fin. de immun. Eccleſ.* ex quo deſumpta videtur, illudque declaret recipere debeat omnes interpretationes, quas conſtitutio declarata recipiebat text. cum gloſ. in *Clemen. ſtatutum ver. conſuetudinem de elect. & in cap. his qui ver. vel electi eodem titul. in* 6. Etiam ubi lex declarans loquitur ſtrictius text. in *Auth. de filiis ante dotal. Inſtrum. nat. collat.* 5. *in fine*, ibi, *cum omnibus manifeſtum ſibi oportere ea quæ adiecta ſunt per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus ſit locus* ubi gloſ. *fin.* ait notandum mirabile verbum: ita etiam poſt Bartol. alioſque, quos refert, tradit Aretin. *conſil.* 59. *in fi.* Berous in *cap. nulli rum.* 87. *de rebus Eccleſ. non alien. & integ. in præſentia nu.* 190. *& n.* 384. *& de probat.* Sanch. *de Ma-*
41 *trim. tom.* 2. *lib.* 7. *diſp.* 46. *ſub nu.* 2 † Textum autem in *d. cap. fi.* non minus occidentem prope Eccleſiam ſpe immunitatis, quam in Eccleſia, ob identitatis rationem comprehendere, ut per Petr. de Anchar. in *dict. cap. fin. ſub numer.* 3. *& in Clem.* 1. *de Pœnit.* Vitali. in *Clem. cum ſecundum numer.* 82. *ver. tertius de Pœnitent.* Henric. Boich. *in cap. Eccleſia col.* 3. *de immun. Eccleſ.* Alcia. *de præſumpt. dict. reg.* 3. *præſ.* 33 *nu.* 1. *cum duob. ſeqq.* ubi citat Guidonem Pap. in *dec.* 21. (ſed allegare voluit *dec.* 121. unde omnes poſteriores *ſcribentes*, non viſa *d. deciſione* corruptè illam citarunt) Vulpell. *conſ.* 30. *nu.* 7. ubi inquit hanc eſſe veram opinionem, & rurſus in *tract. de libert. Eccleſ. par.* 1. *nu.* 28. ubi plurimos congerit Menoch. *de præſumpt. lib.* 5 *præſump.* 10. *num.* 12. *Pract. Papien. in libello Inquiſitionis in* 8. *coll.* ubi ait ſic de torius Italiæ conſuetudine ſervari quod quidem falſum eſt, ut dixi *dec.* 285. *par.* 2. Farinac. *quæſt.* 28. *nu.* 57. ubi inter cæteros citat Io. de Viſc. *de Immu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 16. *& ſeq. & lib.* 5. *c.* 19. *n.* 5. cum aliis relatis per Giurb. *conſ. crim.* 90. *ſub n.* 5. *ver. ſecunda fuit.*

42 Nam reſpondeo primo † quod eum textus in *dict. cap. fin.* variè à DD. interpretaretur, Gregorius Pontifex ad tollendos hujuſmodi varios intellectus, interpretationes, extenſiones, & abuſus, condidit præfatam Conſtitutionem (ut ex illius exordio colligitur) ſpecificatis præciſis caſibus, in
43 quibus delinquentes poſſent ab Eccleſia extrahi; † appoſita dictione taxativa *tantum*, cujus natura eſt extenſionem ad non expreſſa impedire *l. properandum* §. 1. *Cod. de iudic. l. item ſi cum exceptione* §. *quid ſi homo ff. quod mot. cauſ.* §. 1. *in fi. Inſt. de ſepul. ſervor.* Dec. *conſil.* 54. *num.* 7. *in fi.* Surd. *deciſ.* 192. *n.* 10. *& dec.* 291. *num.* 19. Vinc. de Franch. *dec.* 123. *nu.* 4. Cartar. *dec.* 70. *nu.* 55. Magon. *dec. Lucen.* 31. *n.* 30. Card. Seraph. *dec.* 257. *n.* 2. & in terminis noſtris advertit Giurb. *conſ. crim.* 60. *nu.* 11. Farinac. *conſ.* 76. *nu.* 13. *& ibi* Falconius *nu.* 16. Ambroſi. *de Imm. Eccl. c.* 1. *ſub nu.* 10.

Quæ quidem ſpecificatio per modum formæ facta fuit, ut patet ex illis verbis conſtitutionis *Ad unam tantum formam reducimus;* † ac proinde nihil addi, demi, vel ſubintelligi poteſt (ſed ad unguem eſt ſervanda. Pariſ. *conſil.* 19. *nu.* 188. *lib.* 2. *& conſil.* 61. *nu.* 15. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 32. *nu.* 3. *& conſil.* 80. *n.* 60. 68. *& ſeqq. lib.* 3. & ita ad aliud propoſitum agens de *d. conſtit.* conſiderat Farin. *d. conſ.* 76. *nu.* 9. *& ſeqq.* Ambr. *d. c.* 1. *in fine* Giurb. *conſil.* 69. *nu.* 10. quo fit ut illa dici non poſſit lex interpretans, ſed potius lex dirimens controverſias occaſione juris communis ſubortas. 44

Unde † allucinatur Gambacur. *Imm. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 9. dum aſſerit juris ampliationes ex communi Doctorum conſenſu ad caſus non ita clare in jure expreſſos factas. *Gregoriana conſtitutione* revocatas non eſſe; cum imo contrarium ex illius expreſſis verbis appareat, ut etiam obſervavit Giurb. in *conſ.* 60. *nu.* 14. 45

Secundo † reſpondeo *d. conſtitutionem*, per modum univerſalis legis, ac ſtatuti procedentem, non eſſe regulandam ſecundum jus commune, etiam ubi illud certum fuiſſet, cum imò potius illud tollat Rota *dec.* 1. *&* 41. *de conſtitut. præben. in antiq.* Puteus *dec.* 6. *de Jure quæſito* Caputaq. *dec.* 43. & in puncto Caſtill. *d. dec.* 156. *nu.* 32. Præſertim cum, ut dicebam, S. P. omnia ad uniformem regulam reducere voluerit; ſicque perneceſſe jus antiquum correxerit. † Regula enim provi- 47
det generaliter, non ſpecialiter *leg.* 1. *& ibi* DD. *de reg. iur.* & in terminis poſt Farinac. *dict. conſil.* 75. *num.* 13. tradit Caſtill. *dict. dec.* 56. *nu.* 32. *& ſeq.* Quemadmodum itaque in iis, quæ Bulla diſponit dicitur juris antiqui confirmatoria, ut dixi in *dec..... num.....* ſic in iis; quæ excludit, dicitur ejuſdem juris correctoria. 46

Denique reſpondeo quod cum habeamus textum *conſtitutionis* clarum, cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti*, non eſt à *dict. capituli* interpretatione ad dictam Conſtitutionem facienda illatio: præſertim quia ubi Gregorius voluit jus antiquum remanere illibatum, id expreſſit, ut conſiderabat Farinac. in *quibuſdam alleg. manuſc.* relatis à Caſtill. ubi ſupr. *num.* 36.

Non etiam faceſſit negocium fæl. rec. *Clementis VIII.* re- 48
ſolutio in una *Panormitana* in terminis noſtris relata à Farinac. *quæſt.* 38. *ſub numer.* 56. *ſecundum noviſſimam impreſſionem;* cui adhærendum eſſe, nec ulterius de hoc articulo diſſerendum dixit Alex. Ambroſ. *de Immu. eccl. cap.* 5. *ante num.* 5. Imò ea potius retorquetur, in verbis ponderatis à Caſtill. *deciſ.* 156. *numer.* 36. *Nos itaque licet omnes ſupradicti carcerati Eccleſiaſtica Immunitate gaudere, & frui deberent*, ex quibus apparet S. P. ſenſiſſe eoſdem reos juxta terminos *Gregoriana Conſtitutionis* non fuiſſe ab Eccleſia extrahendos; tametſi ex particularibus rationibus quoſdam ex eis curiæ tradi permiſerit, ut advertit Caſtill. *loco cit.* Et dictam reſolutionem in particulari caſu factam, non tollere legem generalem, cum ex aliquibus circunſtantiis *S. P.* moveri potuerit, tradit etiam Pereg. *de Immun. Eccleſ. capit.* 6. *numer.* 33. *ver. ad ſextum.*

Sed re vera *d. Reſol. Clementis* in caſu noſtro non merebatur allegari; cum ibi non dicatur delictum fuiſſe propè Eccleſiam commiſſum, ſed tota difficultas verſaretur circa homicidii qualitatem, an ſcilicet illud eſſet proditorium, ut videre eſt in ea, quam de verbo ad verbum regiſtravit Genuenſ. in *Prax. Archiep. cap.* 94. *in fine.*

Quemadmodum † nec applicatur *cap. præcipiendum ver.* 49
prohibendum 13. *q.* 3. quo cavetur corpora fidelium ſepelienda eſſe in atrio, in porticum exhædris Eccleſiæ, unde colligebant quidam dd. loca uti religioſa ad inſtar Eccleſiæ, eiſdem frui privilegiis; ita ut occidens vel mutilans in illis ſit curiæ ſeculari tradendus; ad illum enim plenè ſatisfacit Mar. Ital. videndus *de Imm. Eccl. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. *nu.* 24. Quinimò † 50
retorquetur, cum ibi *Concilium Varenſe* juxta majorum inſtituta prohibeat, ut in Eccleſia nullatenus humentur cadavera, ſed in illius atrio; vel porticu vel exhædris; unde datur intelligi illa valde diſtare à dignitate, ac excellentia ipſius Eccleſiæ, itavt argumentum de minori ad majus affirmativè ridiculum ſit reputandum.

Non denique refragatur auctoritas Doctorum contrarium ſentientium, quia plerique eorum loquuntur in terminis juris communis in terminis autem *Gregorian. Conſtitutionis* neminem inveni indiſtinctè tenentem quod occidens in ſcalis vel portieu Eccleſiaſtica privetur immunitate, præter Ambroſin. *de Immun. cap.* 5 *ſub numer.* 4. *in fine* Duard. in *Comment. Bullæ Cœnæ can.* 16. *quæſt.* 16. *ſub num.* 26. *ver. cæterum*, & Ricc. in *Prax. Variar. reſol. in* 4. *reſol.* quorum primus nempè Ambroſin. circumſcripta *dict. Clementis Octavi* reſolutione militat in caſtris noſtris Duar. Simpliciter ſequitur Farin.

loco

51 loco ſupra citato loquentem in terminis juris communis . † Riccius autem abſque concludenti ratione loquitur , nec ad fundamenta contraria à ſe propoſita reſpondet quibus (nulla dictæ ſuæ reſolutionis facta mentione) tranſcriptis in *dec.*250. *p.*3. palinodiam cecinit .

Et ex his nullatenus permiſi dict. homicidam ab Oratorio
52 Deiparæ extrahi . Idemque reſoluendum deduxiſſem ſi homicidium in ipſa Eccleſiæ janua , dummodo non intra limen &
53 clauſuram , fuiſſet admiſſum , † Cum in odioſis , & pœnalibus caſus mixtus non comprehendatur ſub ſimplicibus Bart. Alex. *& cæteri in l.2. in fin. ff. de verb. oblig.* De quo , & quid in odioſis ; & quid in favorabilibus vide Felyn. *in c. at ſi Cle-*
54 *rici* §. *de adulteriis num.*18. *de iudic.* qui autem eſt in Eccleſiæ oſtio , non dicitur eſſe in Eccleſia , ſed partim extra , & partim intus *gloſ. ſing. in c. cum ſanctam in ver. vir. ergo de pœnit. diſt.*2. & in non abſimili caſu ponderant Berous *conſ.*177. *nu.* 22. *& ſeq. vol.*3. & Maſtrill. *dec.*22. *n.*7. dicentes quod quamvis oſtium ſit de Eccleſia , non tamen eſt in Eccleſia .

55 Quinimò potius porta citra limen dicitur eſſe extra Eccleſiam , itaut delictum in janua commiſſum , dicatur prorſus extra Eccleſiam patratum , ut per Domin. *in c. unic. nu.6. de conſecr. Eccl. in* 6. Cæpoll. *de ſeru. urb. præd. c.*48. *nu.*2. & poſt Imol. quem refert. firmat Sylveſtr. *in Sum. verbo Cæmeterium quæſt.*3. *Sum.* Ang. *in verb. conſecratio cæmeterii quæſt.*3. Tabien. *in ver. conſecr.*4. *quæſt.*2. Armill. *in ver. Cæmeterium n.* 4. Manuel. *in Sum. tom.*1. *cap.*154. *num.*13. *in* 2. *edit.* Sanch.
56 de Matr. *lib.*9. *diſp.*15. *n.*28. † concludens propterea per ſeminis , vel ſanguinis effuſionem ibi factam Eccleſiam non pollui, nec ſacrilegium committi .

ARGUMENTUM.

Homicidium patrans in ſacriſtia, vel in manſionibus Eccleſiæ cohærentibus , etiam ſub ſpe immunitatis , eſt in Eccleſia tutus .

SUMMARIUM.

1 *Sacriſtia non venit appellatione Eccleſiæ , nec homicidium in ea commiſſum ab immunitate excludit .*
2 *Eccleſia non polluitur per ſanguinis effuſionem factam in Sacriſtia .*
3 *Paries intermedius facit ut res diviſa , ſint numero plures .*
4 *Occidens in cameris Eccleſiæ , non privatur immunitate , nec eſt ſacrilegus .*
5 *Apotheca an domus appellatione veniat .*
6 *Immunitatis ſpe prope Eccleſiam delinquens an immunitatem amittat .*
7 Guttier. practic. qq. lib.3. quæſt. 1. numer.10. & ſeqq. *reiicitur .*
8 *Immunitatis ſpes non magis conſideratur in delinquente prope , quam procul ab Eccleſia .*
9 *Ducens quem malis artibus in Sacriſtiam ut illum ibi occidat , an uti Eccleſiæ violator immunitate privetur* , & num. ſeq.
10 *Limitatio ad* cap. fin. de Immunitat. Eccleſ. à DD. *allata reiicitur .*

DECISIO LXI.

CUm alias homicidium in Sacriſtia cujuſdam Eccleſiæ patratum fuiſſet, & ageretur de extrahendo ab ipſo templo homicida uti ſacrilegio , & in Gregoriana Conſtitutione comprehenſo , contra Curiam ſecularem abſque ulla hæſitatione pronunciavi ; cum ex latè in præcedenti deciſione de-
1 ductis , tum in † individuo quia ſacriſtia nec divino cultui , nec ad ſepeliendos mortuos deputata eſt , nec unum corpus cum Eccleſia conſtituit , ac proinde Eccleſiæ appellatione non
2 venit , ut per Sanch. de Matrim. *lib.9. diſp.*15. *nu.* 31. † ubi propterea concludit ex ſeminis vel ſanguinis effuſione ibi facta nec pollui Eccleſiam , nec ſacrilegium committi ; quicquid ſecus ſit in quibuſdam ſacrariis , in quibus Miſſa celebratur adquod plurimos adduxi *in dec. ſeq. n.*19.

3 Tum rurſus † quia paries intermedius ſeparat , ac templo excludit Sacriſtiam , itaut illa pro diverſo domicilio habeatur juxta textum *in capit. unico de conſecrat. Eccleſ. in* 6. ibi , *non unum , ſed plura cæmeteria eſſe noſcuntur , quæ quamvis ſibi cohærentia pariete tamen medio ſeiunguntur* , & quo textu parietem efficere ut res ſic diviſæ dicantur numero plures , obſervant ibi gloſ. in *verb. pariete* Archid. *in fin.* Anchar. *ſub nu.*

2. *not ab.*5. Domin. *ñ. fin.* Franch. *n.*3. Sanc. *dict. diſput.*15. *ſub nu.*34. *ver. ſi vero* nec immerito me citato probat Ciarlin. *p.*2. *contr.*154. *n.*14. *&* 15.

Quod † quidem fortius de cameris ſeu manſionibus adhę- 4
rentibus Eccleſiæ dicendum eſt ; cum dubio procul unum corpus cum Eccleſia non conſtituant , nec divino cultui dicentur , ut docent Sotus 4. *diſt.*33. *q. unic. art.*3. *concl.*3 Navarr. in Manual. *cap.*16. *numer.*32. *ver.*4. Suar. *in* 3. *part.* D. Thom. *q.*83. *diſp.*91. *ſectio* 4. §. 3. Graff. *in* 1. *part. deciſ. libr.*2. *capitul.* 83. *numer.*10. cum aliis , quos refert , & ſequitur Sanchez *d. diſput.* 15. *numer.*29. & ego plurimos retuli *in deciſion. ſeqq. num.*18.

Prout † in ſimili dicitur de apotheca domui affixa, in qua 5
tamen dominus domus non habitat , quam non venire domus appellatione , tametſi domui ſit connexa tradit Jaſon. plurima allegans *in l. plerique nu.*17 *ff. de in jus vocand.* & Vegius *in conſ.*54. *n.*17.

Et quamvis pro parte fiſci ſecularis allegaretur prædicta poſſe procedere in eo , qui cauſali , & abſque præmeditatione in Sacriſtia vel pertinentia Eccleſiæ occidit vel mutilat ; † non 6
autem in præfato ſicario , qui prætendebatur ſtudioſè in Sacriſtia ſcelus admiſiſſe , animo facilius ſe in Eccleſia tuendi : & ſic ex propoſito & non caſu delictum perpetraſſe , ut diſtinguendo tradunt Anch. *in d. c. ult. de Imm. Eccl.* Alciat. *reg.*3. *præſumpt.*53. *nu.*2. Remig. de Gon. alios referens in *tract. de Imm. Eccleſ. fallen.*25. Covar. *lib.*2. Var. *reſol. c.*20. *num.*15. *ver. vigeſimo ſexto* Jo. de Viſc. *de Imm. Eccleſ. num.*27. Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſump.*10. *n.*4. 5. 15. *& ſeq.* Guttier. *pract. qq. lib.*3. *qu.*1. *n.*15. Vulpell. *conſ.*230. *num.*6. Farinacc. *de Imm. Eccleſ. num.*212. *&* 214. ubi ait hanc diſtinctionem eſſe admodum æquam , ſeque ab ea in judicando non receſſurum , quam etiam amplectitur Giurba *in conſ. cri.*90. *num.* 6. citans pro hac parte quoſdam , qui potius contrarium tenent .

Id tamen nullatenus me movebat , tum quia hujuſmodi diſtinctio proſternitur ex rationibus , & auctoritatibus abunde in præcedenti deciſione adductis , & ſignanter *n.*18. *& ſeq.* Tum etiam quia peccare cum ſpe vel ſine ſpe immunitatis non variat in præſenti effectum *dict. cap. fi. de Immu. Eccleſ.* ut etiam fatetur Covar. *loco citato* , & ſic neque in præſenti refert , & tam *dict. cap. fi.* quam Gregoriana Conſtitutio præcavere voluerunt , ne immunitas occaſionem in ipſa Eccleſia peccandi tribueret , ut benè ponderat Suar. *tom.*1. *de relig. tract.*2. *lib.*3. *cap.*11.

Nec † ratio ſpei immunitatis in *d. cap. fin.* terminos illius 7
tranſcendere videtur : nam ſi conſideremus eam ſub ratione ſimplicis homicidii propè Eccleſiam commiſſi , eſto conſtaret evidentiſſimè de animo committendi delictum ſpe immunitatis , non eſt delinquens ea privandus ex ſupra deductis ; & latius in præcedenti deciſ. ſed bene hujuſmodi doctrina poteſt vera eſſe ſub alia ratione , nempe ſi is induxiſſet quidem ſub ſpecie amicitiæ prope eccleſiam , ut illum occideret ; tunc enim immunitate privaretur , non quod prope eccleſiam homicidium commiſerit , ſed quod proditoriè occiderit . Quod quidem cum in hac facti ſpecie non verificaretur ; ideo pronunciavi homicidam immunitate potiri . Me refert , & ſequitur Ciarlin. *d. c.*154. *num.*13. *ac etiam* Antonell. *de regim. Eccl. Epiſc. lib.*1. *c.*9. *n.*67.

ARGUMENTUM.

Laicus percutiens laicum in loco ad colloquendum cum Monialibus deputato (quod vulgo dicitur Parlatorium) an incidat in excomm. latam in *c. pro cauſa excom.* & an poſſit ab ordinario puniri , & refellitur Ricc. *in dec.*179. *p.*3.
Sacrilegium quando , quomodo , & in quibus locis , & caſibus committatur .
Connexorum quando idem ſic judicium .

SUMMARIUM.

1 *Laicus percutiens Laicum in Parlatorio Monialium , incidit in excommunicationem , & poteſt ab Eccleſiaſtico puniri .*
Contrarium eſt verius num. 13.
2 *Connexorum idem eſt iudicium .*
Declara vt n.14. & 15.
3 *Statutum puniens aggredientem aliquem in propria domo procedit etiam ſi aggrediatur ante Oſtium , vel in porticu .*
Declara ut num.25.

Monaſterii appellatione continentur parlatorium; cæteraque ædibus affixa.

4 *Sacrilegium committitur in Cæmeterio ſicut in Eccleſia.*

5 *Sacrilegium an, & quando committatur, & an incurratur excommunicatio ex percuſſione facta in Clauſtro Monaſterii.*

6 *Prohibitum fieri in Eccleſia, cenſetur prohibitum in atrio, porticu, & circumcirca Eccleſiam.*

Declara ut num. 26.

7 *Sacrilegium non modo in Eccleſia, ſed & in acceſſoriis, & connexis committitur.*

Declara ut num. 26.

8 *Sacrilegium an & quando committatur in Oratorio, vel hoſpitali privato, & quando dicatur quaſi Sacrilegium.*

9 *Statutum loquens de ſacrilegio, an, & quando verificetur in quaſi ſacrilegio.*

10 *Delictum à Laico in loco Eccleſiaſtico commiſſum an, & quando ſpectet ad forum Eccleſiæ.*

11 *Sacrilegii juris humani ſpecies quot & quæ ſint.*

12 *Percuſſio facta in loco ſacro, dicitur ſacrilegium.*

13 *Sacer locus ad effectum ſacrilegii quiſnam dicatur.*

14 *Connexorum idem judicium ubi eſt eadem ratio.*

16 *Connexa quæ ſint, & quæ ſeparata* remiſſivè.

17 *Connexorum in odioſis non eſt idem judicium.*

18 *Sacrilegium non committitur in manſionibus Eccleſia, in turri, in tecto, in cryptis,*

19 *Sacrilegium an & quando in Sacriſtia committatur.*

20 *Eccleſia dedicata, etiam non conſecrata gaudet immunitate.*

21 *Sacrilegium non committitur in Eccleſia non conſecrata, nec benedicta.*

22 *Monaſteria gaudent immunitate, ſed in eis non committitur ſacrilegium.*

24 C. pro cauſa extra de ſent. excomm. *exponitur.*

24 *Sacer locus quando dicatur ad effectum immunitatis, & quando ad effectum ſacrilegii.*

25 *Statutum puniens aggredientem quem in domo, quando verificetur in aggreſſione facta in porticu, vel foribus.*

26 *Sacrilegium per quos actus, & quando in loco ſacro vel re Eccleſiaſtica committatur.*

27 *Eccleſia eſt cultrix juſtitiæ & nemini præiudicium afferre, vel cum aliena jactura locupletari debet.*

28 *Princeps ſecularis debet privilegia & immunitatem Eccleſiæ conſervare.*

29 *Delictum commiſſum in loco immuni non tamen ſacro eſt mixti fori.*

DECISIO LXII.

LAicis duobus inter ſe in loco ad colloquendum cum Monialibus deputato, vulgo, in Parlatorio, rixantibus, alter eorum vulneratus remanſit. Dubitabatur propterea an vulnerans in excommunicationem incidiſſet, ac ſubinde an ego uti Ordinarius poſſem in cauſa adverſus eum procedere, pro ut dicitur de percutiente Laicum in Eccleſia jux. terminos *c. cum pro cauſa de ſent. excom.* de quo latè ſcripſi in *dec.* 3.

1 Et † pro parte fiſci in Epiſcopalis dicebatur caſum eſſe clarum, & fuiſſe in puncto deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana pro affirmativa opinione, vt per Ricci. *in dec.* 176. *p.* 3. qui in ſubſtantia reddit unicam rationem cum quibuſdam argumentis à ſimili: ratio autem ea eſt, quia parlatorium, ſeu locutorium tamquam contiguum, & connexum Monaſterio, & Eccleſiæ gaudere debet eiſdem privilegiis, quibus gaudet Eccleſia; ita quod prohibitum fieri in Monaſterio cen-

2 ſeatur & in parlatorio prohibitum, & ratio rationis eſt, † quia connexorum idem debet eſſe judicium *cap. translato de conſt. c. prætera & ibi gloſ. de off. del. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* & ut latius per eundem Riccium ibi *num.* 8. *& ſeqq.* & per me *in deciſ.*

Primum ſimile quod adducit Riccius eſt de porticu, & oſtio, videmus enim quod quemamodum quis non poteſt in

3 Eccleſia capi fic nec in porticu, vel oſtio ipſius, † & ſtatutum puniens aggredientem aliquem in domo propria, ſibi locum vendicat etiamſi aggrediatur in oſtio, vel in porticu, Ad quæ adducit Bar. poſt Cyn. *in leg. præſenti C. de his qui ad Eccl. confug. & in l. meminiſſe ff. de off. proc. ſpecul. in tit. de in. iur.* §. 1. *verſ. pone in ſtatuto* Bald. *in l. ſi ita* §. *idem ait ff. dict. naut. caup. & ſtab. & in Rub. ff. ſolut. matr.* Alberic. *in dict. l. præſenti, & in* 2. *parte ſtatutorum q.* 208. ubi ait ita communiter teneri, & ſervari, prout etiam de communi teſtatur Auguſt. ad Ang. *de malef. in ver. fecit inſultum poſt n.* 3. & ultra relatos à Riccio, idem tradit, & teſtatur de communi Clar. *in* §. *fin. qu.* 82. *ad ſtatutum* 10. ſequitur Bonacoſſ. *lib.* 1. *comm. concl. crim. verb. ſtatutum puniens facientem inſultum ad domum* Caſtill. *in dec.* 156. *n.* 22. *& ſeqq.*

Aliud ſimile eſt † de cæmeterio in quo committitur ſa- 4
crilegium, ut in Eccleſia *c. quiſquis* 17. *quæſt.* 4. ſic igitur (ſecundum eum) dicendum eſt de parlatorio: qui appellatione Monaſterii continetur parlatorium, & alia omnia; quæ ſunt ædibus affixa argum. *l. ſi aquæ ductum ff. de contrahend. empt.*

Pro qua opinione ultra adducta à Riccio videbatur urgere † text. *in c. cum pro cauſa de ſent. excom.* ubi ex percuſſione fa- 5
cta in clauſtro Monaſterii incurritur excommunicatio, & committitur ſacrilegium, cur igitur non idem dicamus in parlatorio? cum nulla major ratio conſiderari poſſit in clauſtro, quam in parlatorio. † Confert etiam tex. *in c. ſi quis* 6
in atrio, & in c. quiſquis 17. *q.* 4. *& in c. nulla, & ibi gl.* 12. *qu.* 5. in quibus juribus probatur prohibitum fieri in eccleſia, cenſeri etiam prohibitum fieri in atrio, porticu, vel circum circa eccleſiam, id quod tradit etiam Bart. *in l. meminiſſe ff. de off. proconſ.*

Ad idem adduco etiam auctoritatem Beroi *conſ.* 177. *nu.* 32. *& ſeqq.* qui licet defendat, quod ſtatutum puniens inſultantem in domo, vel in eccleſia, non comprehendat inſultantem in porticu, & ſimilibus adiacentibus, ut infra latius, dicetur, † ſecus tamen tenet in ſacrilegio incurrendo: nam quo 7
ad illius pœnam eccleſia, & acceſſoria, & connexa parificantur, ut per Archid. *in d. c. quiſquis* 17. *q.* 4. & probant jura ſuperius adducta.

Ad prædictorum corroborationem videtur etiam conferre, quod ſacrilegium de jure canonico latius patet, quam de jure civili. † Unde delictum commiſſum in oratorio conſtructo 8
in ædibus privatis; prout etiam in hoſpitali privato, de jure civili non eſt propriè ſacrilegium, ſed quaſi ſacrilegium, Bar. *in l. ſacrilegii capite n.* 1. *ad leg. iul. pecul.* Grilland. *in tract. de pœn. omni far. coit. q.* 1. *n.* 7. *ver. quoddam vero* Menoch. *dict. arbit. caſu* 389. *nu.* 9. Sed de jure canonico eſt propriè ſacrilegium *d. c. quiſquis* §. 1. *verſ. ſimiliter ſacrilegium* 17. *q.* 4. quam differentiam obſervat Hieron. Zanct. *tract. de differ. iur. cano. & civil. n.* 128. eaque notanda eſt pro ſtatutorum interpretatione. † Nam ſtatum laicorum loquens de ſacrilegio, in- 9
telligitur ſecundum jus civile; ſtatutum verò Eccleſiaſticum intelligitur ſecundum jus canonicum, ut per Grilland. ubi ſupra, & Vinc. de Fran. *dec.* 246. *n.* 8. *& ſeqq.* Clar. *de com. in* §. *ſacrilegium in fin.* & ibi Bar. *n.* 14. Boſſ. *in tit. de ſacril. n.* 5. Bal. *in l. ſi nondum. C. de fur. & ſeru. corrupt.* Mazzol. *conſ.* 29. *n.* 11. qui etiam teſtatur de comm. Et hinc ſequitur quod cum in præſenti caſu agamus de canonum interpretatione, ea quo ad ſacrilegium incurrendum, latè ſumi debet.

Cæterum his minimè attentis in contrariam iui ſententiam; nempè laicum, cui in parlatorio exteriori Monialium alium percuſſit laicum non incidiſſe in excommunicationem, nec foro Eccleſiaſtico ſubiacere. Et motus fui ex eo † quia certum 10
eſt crimina à laico in loco Eccleſiaſtico commiſſa eatenus ad forum Eccleſiæ ſpectare, quatenus ſunt ſacrilegia ex Abbate *in cap. fin. nu.* 5. *de Immun. Eccl.* Petrus de Anch. *in repet. cap. poſtulaſti in oppoſ. de fur. compet* Alex. *conſ.* 3. *ſub nu.* 1. Gomeſ. *var. reſol. tom.* 3. *c.* 10. *ſub num.* 2. *verſ. adde.* ubi ait Abbatem bene loqui Cova. *l.* 4. *var. reſol. c.* 20. *nu.* 18. *verſ.* 35. Roland. *conſ.* 24. *n.* 5. 6. 7. *lib.* 2. qui teſtatur de communi Clar. *in* §. *fin. q.* 38. *n.* 18. *ver. vidi etiam quandoque*, & hanc eſſe communem, & uſu receptam opinionem tradit Farinacc. *de carceribus & carcerat. q.* 28. *n.* 62. Decian. *tr. crim. tom.* 1. *l.* 4. *c.* 17. *n.* 34. *& c.* 26. *n.* 12. Cabal. plurimos congerens *l.* 1. *reſ. crim. caſ.* 194. *n.* 2. *& ſeq.* Menoc. *de arbit. iud. caſ.* 389. *n.* 4. *& ſeq.* cum aliis per me relatis *dec.* 3. *n.* 10. ubi etiam hanc opinionem ab impugnationibus D. Card. Tuſci defenſavi.

Sacrilegia † vero præſertim juris humani (quod requiritur 11
ad tribuendam juriſdictionem Epiſcopo) ad tria capita ſecundum omnes Theologos reducuntur. Primum cum perſona ſacra violatur, ut ſi percutitur Clericus, vel ad ſeculare tribunal trahitur, & iſte proculdubio non eſt caſus noſter. Secundum genus ſacrilegii eſt cum res ſacra, vel ad divinum cultum dedicata violatur, ut abuſus Sacramentorum, ſacrorumque vaſorum, vel ſanctorum reliquiarum, Monialium violatio, bonorum eccleſiaſticorum uſurpatio vel collectatio, & cætera hujuſmodi; & de hoc pariter non eſt noſter ſermo. Tertium ſacrilegii genus ſuper quo noſtra conſiſtit diſputatio eſt quod committitur circa locum ſacrum, cum ſanguinis, vel

ſemi-

seminis humani effusione, vel alicujus rei furto polluitur, ita post D. Thom. declarat Cajet. in *Summa ver. sacrilegium &* Lessius *de iustit. & iur. lib.2. c.45. dub.2.*

12 Quod † idem dicendum est etiam si ex percussione sanguis non effundatur; cum etiam illa sit violatio loci sancti, & ordinetur ad effusionem, & consequenter incurratur sacrilegium arg. *dict. cap. si quis contumax 12. quæst.4.* qui licet loquatur de extrahente per vim, idem tamen intelligendum est in percutiente ea rationis identitate, ut ibi per gloss. & Turrecrem. & per Hostien. in *Sum. de Immun. Eccl. §. quæ sit pœna violantium in prin.* Abb. in *cap. penult. in fi. ext. de Immu. Eccl.* refert, & sequitur Villagut. *dec.29. nu.72.* & colligitur ex eodem Cajet. in *Summ. ver. Immunitas in princip.*

13 Porrò † nomine loci sacri ad hunc effectum de jure Canonico intelligitur quilibet locus siue publicus, sive privatus auctoritate Episcopi consecratus, vel benedictus, ac ad sacra peragenda vel ad sepeliendos mortuos deputatus, ut Ecclesiæ, templa, cæmeteria, hospitalia, in quibus est altare ad sacra peragenda; necnon oratoria Episcopi auctoritate constructa, etiam si in iis divina non essent adhuc celebrata, ut post Abb. & alios tradit Silvest. in *ver. Ecclesia nu.1. & vers. immunitas 1. q.1.* latè Sanch. plurimos congerens *de matr. lib. 9. disp.15. nu.23. & seqq.* Filiucc. cum relatis *tract.30. c.8. nu.* 134. *& seq.* dummodo tamen dd. loca sint consecrata, vel benedicta: nam ante hujusmodi consecrationem vel benedictionem non sunt loca sacra Sot. *q.4. dist.32. qu. unic. art.3. concl.* 3. Navarr. in *Summ. cap.16. num.32.* Sanchez. cum relatis *d. disputation.15. nu.24.* & ita practicavi post hæc scripta, dum essem Vicarius Ariminensis, & quidem læthaliter vulneratus fuisset in fabrica novæ Ecclesiæ, quæ pro veteris augumento construebatur. Cum itaque parlatorium monialium non sit auctoritate Episcopi consecratum, nec benedictum, nec ad divina peragenda deputatum, sequitur omnino ex sanguinis, vel seminis effusione, nullam oriri pollutionem, nullumque inde committi sacrilegium ab Ecclesiastico Iudice puniendum.

Non obstat modo ratio connexitatis à Riccio considerata

14 † quia Respondeo primo connexorum idem esse judicium in eo, in quo sunt connexa, non autem secundum quod unum alteri præstat; seu præeminet; potest enim aliquid superiori convenire, quod non convenit inferiori, etiam cum superiori connexu, ut per Bartol. Spinol. in *tractat. de præheminentia Sacr. Theologiæ tractat. 2. quæst. 3. in fin. in tom. 11. tractat. diverf. par. 2. fol.* 373. Unde cum consecratio, vel benedictio, vel deputatio ad divina, quæ sunt causa sacrilegii in Ecclesia, vel Oratorio, nullo modo conveniant parlatorio, & in hoc nullatenus sint connexa, sed templum præsit ipsi parlatorio; nescio quo pacto de uno ad aliud argui possit.

15 Secundò † respondeo connexorum idem esse judicium ubi est eadem ratio, secus si diversa, ut per Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cas.95. sub n.25. ver. accedit*, quo loci egregie tra-

16 ctat quænam sint connexa, & quæ separata, & dicit prohibitum deferre arma ad hostes non censeri prohibitum deferre ensium imagines, tum quia revera non possunt dici connexa, tum etiam quia non militat eadem ratio.

17 Tertiò. † Respondeo dictam regulam non sibi locum vendicare in odiosis, & in iis quæ sunt contra jus commune. Dec. in *capit. translato de Constitutionibus.* Cagnolus in *lege cum principalis num.16. de reg. iur.* Siracca in *tract. de Adiecto p.4. qu.10. n.18. inter tract. diverf. nu.6. fol.*401. *tergo. p.1.* hic autem versamur in odiosis; nempè in qualificando crimine sacrilegii *ut inf. nu.24.*

18 Quinimò; † neque cameræ Ecclesiæ illi adhærentes, nec turris, nec campanile, nec criptæ subterraneæ Ecclesiæ, nec tectum gaudent hujusmodi privilegio, ut in eis dicatur committi sacrilegium, ob eandem rationem, quia non constituunt unum corpus cum Ecclesia, nec cultui divino deputantur. Sott. 4. *d.*33. *qu. unic. art. 3. concl.3.* Navarr. in *Summ. cap. 16. num.32. verf.* 4. Suar. 3. *par. q.* 83. *disp.81. sect.* 4. §. 3. *violatur.* Graff. *p.5. dec. lib.2. c.93. nu.20.* Sanch. cum per eum relatis *de matr. dict. l.9. disp.15. nu.29. & seq.* Sa *in Aphorism. ver. Eccl. nu.14.* Naldus in *Sum. ver. sacrilegium nu.* 4. Suar. *to.1. de relig. lib.3. cap.9. nu.1.*

19 Idemque † de sacristia dicendum est, nisi in ea sit Altare ad celebrandum (provt est in Ecclesia S. Petri Romæ in Cathedrali Genuensi & in similibus) sitque extra Ecclesiam, & cæmeterium, ut communiter esse solet, ut per Sanch. *d. disp.* 15. *nu.*3. Filiucc. *tr.31. c.8. nu.*135.

20 Immo † etiam si Ecclesiæ ipsa dedicata sit duntaxat, & non consecrata nec benedicta, licet gaudeat privilegio immunitatis, ut contra Ambrosin. *de Imm. Eccl. cap.14. n.2. in fi.* tenent Farin. *de Imm. Eccl. nu.*257. Suar. *to.1. de relig. lib.3. cap.9. nu.*4. Gambac. *de Imm. cap.2. num.*5. Giurb. *conf. crim. 20. n.19.* ubi de communi Sanch. cum per eum relatis *de mat. lib.9. disp.15. nu.36.*

Nihilominus † in ea ob percussionem, vel sanguinis effu- 21
sionem sacrilegium non committitur Archid. in *cap. si quis 17. qu.4.* sequitur Bajard. ad Clar. *in §. sacrilegium num.* 4. & ex Theologis Sot. 4. *d.32. quæst. unic. art.* 3. *concluf.*3. Navar. in *Summ. cap. 16. nu.3.* Sa in *Sum. ver. Ecclesia §. polluitur Ecclesia.* Graff. *par.1.* Dec. *lib.1. cap.20. num.28. & lib.2. cap.83. num.10.* Sanch. *de Matr. lib.9. disp.15. num.24. & 36.* Carol. Marant. *in 2. p. controv. respons.* 56. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 179. Barbos. *de iur. Eccl. uniu. lib.2. cap.2. num.* 64. *& seqq.* Thom. del Ben. me hic citato *de imm. cap.16. dub.* 19. *sect.6. nu.2.*

Quod autem subdit Riccius prohibitum in Monasterio censeri prohibitum etiam in parlatorio (cum bona ejus venia) nec verum est; eo quod valdè diversam rationem habeat clausura interior, in qua non nisi de ordinarii licentia ex causa danda quis ingredi potest, cum tamen in parlatorio cuilibet ingredi liceat, nec ubi verum esset, applicaretur: quia † 22
immo nec monasteria ipsa, vel dormitoria Religiosorum nec refectoria, vel cubicula, vel officinæ eorundem sunt loca sacra, quamvis gaudeant immunitate Ecclesiastica, nec enim Episcopi consecrationem, vel benedictionem, neque ad divina deputationem habent, unde sanguinis effusio, & actus venerei in iis habiti nullo pacto sunt sacrilegia. Navar. in *Manual. dict. capitul. 16. numer.3. §. interrogatus autem* Graff. *part. 1. decis. libr. 2. capitul. 83. numer.* 10. Filiu. *dict. tractat. 32. capitul.2. numer.* 35. Sanc. cum per eum relatis *de matrim. dict. lib.9. disput.15. numer.* 42. ubi notabiliter ampliat, etiamsi adesset altare ad celebrandum ibi constitutum, quia reputabitur tunc ut privatum oratorium. Quamobrem si nec quidem in ipsa Clausura interna committitur hujusmodi sacrilegium; certè multo minus committitur in parlatorio externo. *Auth. multo magis Cod. de Sacros. Eccles.*

Quibus non adversatur simile quod adducit Riccius *de cæmeterio* cum id potius sit maximum dissimile, ex quo cæmeterium est benedictum, ac ad Ecclesiasticas sepulturas deputatum, & habet privilegium de per se, etiam si longè ab Ecclesia distet ut dixi *dec.60. nu.34.*

Ad † tex. in *cap. cum pro causa de sent. excomm.* ubi S. P. 23
nominare videtur excommunicatum, & sacrilegum illum qui quendam in claustro percusserat; dupliciter responderi potest. Primò, ibi nihil decerni, sed narrati factum, & committi à S. P. cognitionem an ille qui Clericum verberaverat in dormitorio, & postea traxerat per claustrum sit duplici excommunicatione innodatus: pro quo intellectu conferunt quæ latissimè tradit, Villagut. *decis.* 29.

Secundò quod fortasse claustrum ipsum erat in cæmeterio, quod quidem supponendum est ne interpretetur textum illum contra communes *Canonistarum Theologorumque* traditiones, & hanc eandem distinctionem, licet nulla habita ratione ad illum textum facere videtur Sanch. *de matrimon. libr.9. disputat. 15. num.41.* post Cordub. in *Summ. qu.12.*

Nihil enim urget aliud simile à Riccio consideratum de immunitate, qua ostium, & porticus gaudent: adeovt sicut quis in Ecclesia capi non potest sic nec in illis; & quod idem dicendum sit in parlatorio, quò tendunt etiam *cap. si quis in atrio, & cap. quisquis 37. qu. 4. cum similibus* ab eodem allata. Nam concedo quidem totum argumentum. Nempè, ut si collocutorium gaudeat immunitate ita ut indè minimè extrahi possit, provt de furno Seminarii illi renito determinavit Genuens. in *prax. cap.22. sub nu.10.* sequitur Farinac. *de imm. cap.17. num.252.* Ric. *collect. 1792. & dec.171. ad sen.* Giurb. *conf. crim.10. nu.2.* at quod inde sequatur in prædictis locis committi sacrilegium, hoc prorsus negatur: † quia lo- 24
cus sacer, ad effectum inducendi sacrilegium non ita latè sumitur, sicut ad effectum gaudendi Ecclesiastica immunitate, ut dixi supra *dec.60. nu. 26. & 27.* ubi alios adduxi, quibus addi possunt Nald. in *d. verbo Sacrilegium nu.* 4. ubi quod id omnes docent Vinc. de Franch. *dec.402. sub num.9. & 11.* ubi etiam tangit rationem: quia nempè quando agitur de immunitate, sumus in favorabilibus, quando agitur de graduando delictum sumus in odiosis, & pœnalibus; eandem opinionem firmat Suar. *to.1. de relig. li.3. cap.9. n.1.* qui ait aliud esse

loqui

loqui de violatione Ecclesiæ quatenus polluitur, aliud quatenus ejus libertas, sive immunitas ad defendendos reos, ad illam confugientes violatur, nam in casu de pollutione, nomine Ecclesiæ non venit nisi corpus ipsum internum, neque ipsa polluitur per effusionem sanguinis vel seminis factam supra tectum, vel in turri, vel alio simili loco, cum ea conjuncto, & extra illam existente, & ad sacros usus non deputato; at vero quo ad immunitatem omnia illa comprehenduntur ob eamdem rationem: quia quod Ecclesia per actus prohibitos in ea perpetratos polluatur & est gravamen, & damnum; quod vero ipsa possit tueri reos ad se confugientes, privilegium est tangam etiam *dec. seq. n. 9.*

Corruit & aliud simile de statuto puniente eum, qui aggreditur alium in Ecclesia, vel in domo sua; quod dicitur comprehendere etiam aggredientem in ostio vel porticu, ex citatis *sup. n. 3.*

25 Secundò † quia dicta opinio Alberici, & sequacium non est tuta, illamque plurimi impugnant, & quidem urgentissimis rationibus & signanter Berous *consil. 177. numer. 15. cum plur. seqq. volum. 3.* & Mastrill. *decis. 12. à num. 6.* usque ad finem, & cum hac opinione transeunt Bart. Alexand. & alii commun. *in l. cætera §. hoc senatus ff. de legat. 1.* idemque firmat Vulpell. *tract. de diction. dictione In*, ubi citat Gemyn. Felyn. Rip. & Bolognet. & latè probat Petrus à Petra *in tractat. de fide commiss. quæst. 12. num. 8. 24.* & hanc esse hac nostra tempestate crebriorem sententiam dixi in *dec. 60. num. 38.*

Quamobrem plurimi DD. laboraverunt ut fœdere distinctionis dictas opiniones conciliarent, & nonnulli dixerunt affirmativam etiam in pœnalibus procedere si cameræ, vel apothecæ, vel porticus adhærent domui, ut porticus, quę sunt Bononiæ: si verò non adhæreant, nec sint affixæ, ut porticus quæ sunt in Tuscia, procedat negativa opinio, ut scilicet statutum non intret, ita Angel. *de Malefic. in verb. fecit insultum*: idemque in effectu sentit Vincenz. de Franc. *decis. 402. num. 9. in fi.* & post alios, quos refert Cabal. *lib. 1. resolut. crimin. cas. 13. numer. 10.* ubi dicit se credere, quod ista sit veritas. Sed hæc distinctio corruere videtur per ea quæ late deducunt Berous & Mastrill. ubi sup.

Aliam distinctionem affert Franch. *dict. decision. 402. in fi. num. 11.* dicens offensum in ostio intra clausuram, dici offensum in domo, secus si extra clausuram; & dixi in *decis. seq. num. 5. & 6.* quam distinctionem puto veram, & licet Caball. *dict. cap. 13. prope fi.* hanc doctrinam afferat ad suam distinctionem probandam, revera tamen inter se discrepant; nam ex hoc sequitur, quod etiam si porticus, vel apotheca sit affixa domui, si tamen sit extra clausuram ipsius domus, utique in dicto statuto non comprehendatur. Quin etiam quatenus Alberici sententiam admittamus, non tamen ea applicaretur; cum inter porticum, & domum non adsit in hac materia differentia specifica, sicut adest in terminis nostris; eo quod Ecclesia sit ad sacra peragenda deputata, & ex hac qualitate orietur sacrilegium; parlatorium autem nil habeat in se sacrum, & sic non sit habile subjectum ad sacrilegium, ut dicebam supra *numer. 13.*

26 Non † pariter urget Beroi distinctio *d. consil. 177. nu. 32. & seqq. volum. 3.* asserentis delictum in ostio, atrio, aliisque Ecclesiæ pertinentiis commissum, dici sacrilegium ubi agitur de pœna à canone inflicta *dict. capitul. quisquis & capitul. sicut antiquitus & cap. si quis in atrio, & cap. si quis contumax 17. quæst. 4.* Quicquid secus sit ubi de pœna temporali, à laicorum statuto imposita ageretur; quam distinctionem sequitur Castill. *decis. 156. numer. 24. & seqq.* Hæc siquidem doctrina, quæ rectè intellecta, in se vera est non applicatur cum jura præfata loquantur de sacrilegio resultante ex extractione alicujus ab Ecclesia, vel à dd. accessoriis juxta quæ etiam Berous intelligendus est; at verò quo ad sacrilegium resultans ex effusione sanguinis, vel seminis, quod ex deductis strictius sumitur nec *dd. jura*, nec Doctores præfati aliquid dicunt, neque nos dicere debemus. Minus refragatur quod ultimo loco dictum est, sacrilegium de jure canonico magis patere quam de jure civili: nam etsi hoc verissimum sit non tamen inde sequitur tam latè patere, ut etiam casus noster comprehendatur, cum ad hunc effectum sacrilegium restrictum sit ad loca consecrata, vel benedicta, ut sunt Ecclesiæ oratoria, cæmeteria &c. ut jam satis superque ostensum fuit.

Denique non obstat si quis obiiceret quod imò cum supra *nu. 11.* dictum sit sacrilegium committi etiam per violationem rerum Ecclesiasticarum, ut si usurpentur vel collectentur; & tamen eæ non sunt consecratæ nec benedictæ, nec ad divina peragenda destinatæ.

Nam † facilis est responsio; Ad cognoscendum enim an 27
propriè committatur sacrilegium in omnibus speciebus considerandum est ad quid persona locus, vel res sanctificata est, & inspiciendum an actum sit contra id, ad quod sanctificata dicitur; ut puta ager Ecclesiæ sanctificatus est quo ad hoc, ut sit exemptus à secularibus oneribus, & jurisdictionibus; Ecclesia sanctificata est quo ad hoc, ne sanguine, vel semine humano polluatur, & ne aliquis in ea percutiatur, vel aliquid inde auferatur, juxta superius deducta. Unde quemadmodum si in Ecclesia detrahatur, illa non polluitur, quia loci sanctitas est ad exemptionem ab effusione seminis vel sanguinis humani, non autem à detractione; sic si in agro Ecclesiæ effundatur semen, vel sanguis, non violatur ejus immunitas, quia ad hoc non est exemptus per hoc quod est Ecclesiæ: ut notabiliter observat Cajetan. *in Summula ver. sacrilegium.*

Ex quibus dixi per Riccium malè decisum, & nolui in dicta causa procedere: quamvis enim pro meo modulo semper, ubi justitia patitur, tueri soleam Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem, ut ex meis plurimis decisionibus patet: nunquam tamen illam extra juris terminos trahere studui; cum enim Ecclesia sit cultrix justitiæ, nemini præjudicium afferre debet *cap. per tuas de Donat. glos. fi. in cap. 1. de in integr. restit.* Rota *decis. 236. num. 2. ex impressis penes* Cencium *in tract. de censibus*; nec decet illam cum aliena jactura locupletari gloss. *in leg. jubemus la 2. §. fanè in verb. acquirantur ff. de sacros. Eccles. glos. in cap. ad audientiam in verbo ad effugiendum de rebus Eccl. non alie.* Rota loc. cit.

Et † quemadmodum Principem secularem decet privi- 28
legia, & Immunitatem Ecclesiæ conservare. Bursatt. *cons. 42. nu. 23.* Petra *de Princip. potest. cap. 29. num. 41.* Giurb. *cons. crimin. 20. in fi.* Ita Episcopum & ordinarium debet principis jurisdictionem non perturbare: cum imò alter alterum tueri debeat.

Cæterum reperio, quod pluries in Sac. Cong. Immun. Eccles. dubitatum fuit, an delictum in loco immuni non tamen sacrè commissum puta intra spatium triginta passuum Ecclesiæ Cathedralis dicatur mixti fori, at D. D. non fuerunt concordes, & ideò die 2. Octobris 1634. in una Neapolitana proponente Emin. Paulutio ob dissidentes inter se sententias causa commissa fuit D. A. C. die tamen 27. Martii 1640. proponente bon. me. Cardinali Falconerio in quadam causa Faventina, in qua agebatur de delicto in domo Ecclesiæ Parochialis patrato fuit unanimiter resolutum, causam esse mixti fori, & moti fuerunt ex tex. *in d. c. quisquis 17. qu. 4. in princ.* ibi sacrilegium committitur, & ex Silvest. *in Sum. verb. sacrilegium in princ.* ibi item intellige de omni loco, qui gaudet immunitate Ecclesiastica; unde ista media sententia tenenda erit in posterum.

ARGUMENTUM.

Tectum Ecclesiæ, vel Palatii Episcopi seu Domus Canonicalis gaudet immunitatis privilegio.

SUMMARIUM.

1 *Claustrum, seu domus canonicalis an, & quatenus immunitate gaudeat.*
2 *Specialia duo concurrere non debent.*
3 *Speciale individuum aliud speciale non generat.*
4 *Claustrum unde dicatur.*
5 *Offensus in Domo dicitur, si intra clausuram offendatur.*
6 *Vulneratus in domo non dicitur, qui super tecto vulnera accepit.*
7 *Immunitas Ecclesiastica est strictè interpretanda.* Contrarium est verius n. 10.
8 *Domus ex quibus partibus constet.*
9 *Tectum gaudet immunitate domus, cujus est pars integralis.*
10 *Immunitas Ecclesiastica favorabilis est, & latè interpretanda.*

DECISIO LXIII.

MAtthæus de Ubertis detentus in curia criminali Genuensi pro delicto de quo in sequenti decisione fracto carcere fugam arripuit, & super tecto Canonicæ seu ædium canonicalium Cathedralis Ecclesiæ se recipit, cumque inde fuisset satellitibus extractus, orta hac occasione coram me inter Ecclesiasticum, & laicalem fiscum controversia super ejusdem carcerati restitutione ; prætendebat fiscus Serenissimæ Reipublicæ Matthæum non fuisse in loco immu-
1 ni captum ; † Quamvis enim mansiones Canonicales gaudere soleant immunitate ; ea tamen non debetur illis proprio jure, & (ut ita dicam) per se, sed per quandam participationem, & extensionem ; quatenus scilicet sunt intra septa, vel ambitum Ecclesiæ, & sic templo adhærentes ut per Decian. in *tract. crimin. lib. 6. capit. 25. num. 15.* post Remig. *de Conn. de Immunitat. Eccles. ampl. 9.* Farinac. *qu. 28. num. 14.*

Unde si diceremus immunitatem attendi ad tecti earun-
2 dem ædium superficiem, & sic extra claustrum ; † utique duo specialia darentur ; alterum, quod Privilegium Ecclesiæ extendatur ad domum, seu Claustrum, alterum verò, quod à Claustro etiam super illius tecto progrediatur, quod fieri non debet *leg. 1. Cod. de dist. promiss.* & latissimè dixi in *decis. 5.*

3 Unum †enim speciale individuum aliud speciale non generat, ut per plura exempla ostendit Decian. in *cons. 49. num. 47. & seq. & nu. 5. l. 2.*

4 Accedit † Claustrum esse Religiosis velut aqua piscibus *capitul. placuit communi 16. quæst. 1.* & claustra dici quasi clausa, privantia nimirum vagari habitantes in ea, secundum Arch. in *cap. fin. 7. quæst. 1.* ut propterea immunitas claustris censeri debeat eatenus concessa, quatenus intra se claudunt, non autem superficiei, etiam eorum rectorum ; quæ qui-
5 dem cum super claustris sit, in claustro non est † provt dicimus ita demum quem fuisse in domo offensum ; si intra ostium & clausuram offendatur, non autem si extra, ut post Bar. in *leg. 1. §. hoc interdictum ff. de Cloac.* tradit Vinc. de Franch. in *decis. 902. num. 11.* & dixi *in præced. decis. sub num.*
6 *25. ver. aliam distinctionem.* † Nec vulneratum dici in domo, qui super tecto vulnera recipit Franch. in *cap. si Ecclesiam num. 7. de consecrat. Eccles. in 6.* Bajard. ad Clar. in *qu. 82. nu. 117.*

7 Quæ præsertim dicebantur admittenda, † quod immunitas sit stricte interpretanda, tum quia privilegium istud est contra jus commune *leg. 1. ff. de iur. immun.* Tum etiam, quia derogat juri publico, cui interest delicta non remanere impunita *l. ita vulneratus ff. ad l aquil.* per quæ, & alia immunitatem esse stricte interpretandam inquit Decian. *dict. c. 25. num. 18. ver. neque etiam obstat*, & Farinac. *dict. qu. 28. in princ.*

Cæterum, citra ullam difficultatem contrarium pronunciavi, nempè Matthæum fuisse captum in loco immuni, &
8 ex isto capite esse Ecclesiæ restituendum. Cum † enim domus secundum jura civilia ex duabus rebus constet, ex solo ; & superficie text. in *leg. cum qui ædes ff. de usucap.* vel ex tribus, secundum *Dialecticos*, fundamento, pariete, & tecto, ut not. ibi glos. in *verb. constent*, non debent hujusmodi partes integrales diverso jure censeri *d. leg. cum qui ædes*
9 † quo fit ut immunitas concessa, seu participata domui Canonicorum dubio procul dicatur, & tecto, seu superficiei concessa, ut per dict. textum notat in puncto Mar. Ital. *de Immunitat. Eccles. cap. 4. §. 9. num. 24. & 25.* ubi, quod existens supra tectum eorundem locorum, puta Palatii Episcopalis, non est inde invitus extrahendus, ut scilicet de foris cum scalis ex locis prophanis capi possit, & loquens de tecto Ecclesiæ pluribus comprobat Suarez *de Stat. Relig. libr. 3. cap. 9. num. 8. ver. sed quid si quis supra tectum*, ubi signanter inquit negari non posse, quin existens supra tectum Ecclesiæ dicatur esse intra situm Ecclesiæ, & ideò evelli non posse sequitur Peregr. in *tract. de Immun. Eccles. num. 282.* & distinguendo dixi in *decis. præced. num. 24.* Villalob. *in Summ. tom. 2. tract. 39. diff. 5. num. 5.* Farinac. *de immun. num. 282.* cum aliis quos refert, & sequitur Diana, qui me etiam hic citat *part. 6. tract. 1. resol. 3. & 7.* Bonac. *de censur. in partic. disput. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 4. nu. 19.* Antonell. me hic citato *de regim. Eccles. lib. 1. cap. 9. nu. 37.* sic etiam Sanfelic. me pariter citato *dec. 330. nu. 6. to 3.* & antea *dec. 16. to. 1.* ubi sic decisum fuisse testatur.

Et hinc cessant contraria ; quamvis enim immunitas sit concessa hujusmodi domibus canonicorum propter Ecclesiam, cum tamen tectum sit pars integralis, sitque situs earundem Canonicalium ædium, utique non minus illi dicitur concessa, quam cæteris earundem domorum partibus ita ut non sit necesse ex uno speciali aliud trahere. Et quod appellatione domus ex propria significatione domus ipsa & tecta veniant, est text. *leg. in lege Censori ff. de verb. signif. & in leg. nec in ea ff. ad leg. Jul. de Adult.*

Quod autem vulneratus in tecto non dicatur in domo vulneratus, ideo procedit, quia in odiosis stricta est facienda interpretatio ; Quod verò nos versemur in odiosis, falsum omninò est ; † quia imò hujusmodi immunitas est favo- 10
rabilis, & latè interpretanda, ut firmant frequentiori calculo *scribentes*, quicquid secus senserit Decian. & Farinacc. locis supra in oppositum citatis, quorum uterque à tali sententia recessit, seque retractavit ; ille quidem in *consil. 80. numer. 19. libr. 3.* qui *numer. 22.* subdit propterea in dubio favendum esse Immunitati Ecclesiarum, & pro illa judicandum ; iste verò *de Immun. Eccles. num. 21. & sequen.* ubi relatis contrariis inquit, hanc sententiam veriorem esse, & communiorem, quam etiam post Tiraq. *de utroque retract. libr. 1. in præfa. num. 62.* firmant Genuens. in *Pract. Archiep. Neap. cap. 22. num. 2. in fin. ver. præterea quando* Marius Ital. *de Immun. Eccles. libr. 1. cap. 2. §. unico num. 1.* Ambrosin. *de Imm. cap. 10. num. 7. ver. ac etiam.* Diana, me hic citato *d. part. 6. tract. 1. resol. prope fin.* ubi dictam distinctionem approbat, & quod eadem Immunitate gaudeat domus Seminarii, & Congregationis Sancti Philippi domus Puellarum, & Orfanorum, & similes Episcopi auctoritate erectæ. Genuens. in *prax. cap. 17. numer. 10.* Peregr. *de immunit. cap. 4. numer. 67.* Dian. *dict. resol. 1.* Thom. del Ben. *de immun. cap. 16. dub. 9. sect. 13.*

ARGUMENTUM.

Offendens Principem, vel opem offendenti præbens ignoranter, an incidat in crimen læsæ Majestatis, & an Ecclesiæ immunitate privetur.

Dans operam rei illicitæ, an, & quando teneatur de eo, quod sequutum est, etiam si mutet speciem delicti, ita ut & Ecclesiæ immunitate privetur. Et enucleatur textus in *leg. quoniam multa facinora Codic. ad leg. Jul. de vi publica.*

SUMMARIUM.

1 *ASsistens armatus delicto dicitur auxilium, & causam proximam illi dare.*
2 *Clericus etiam dissuadendo assistens homicidæ fit irregularis.*
3 *Assistentia casualis non punitur pœna delicti, secus in appensata.*
4 *Acclamatio socii reddit aggressorem audaciorem, & pœna delicti principalis punitur.*
5 *Acclamatio non est necessaria ad incurrendam pœnam, sed sufficit præmeditata assistentia.*
6 *Opem præstans in crimine læsæ Majestatis, eadem pœna, quæ principalis punitur.*
Majestatis læsæ criminis quanta sit atrocitas, remissivè.
7 *Majestatis læsæ crimen non dicitur committere forensis, & non subditus.*
8 *Majestatis reus efficitur non subditus præstans opem subdito.*
9 *Injuriosa verba præsumuntur animo injuriandi prolata, nisi contrarium probetur.*
10 *Percussisse non animo occidendi asserens probare tenetur.*
11 *Auxiliator in crimine læsæ Majestatis ignorantiam probare tenetur.*
12 *Testis asserens se fuisse præsentem concludit per sensum corporeum.*
13 *Associatio post delictum, an, & quando præsumptionem complicitatis inducat.*
14 *Socio criminis an credatur ad complicis favorem.*
15 *Confessio qualificata scinditur, & qualitas reiicitur.*
16 *Confessio qualificata sufficit ad pœnam extraordinariam non ad ordinariam.*

17 *Au-*

17 *Auxilium ferens portanti rem furatam dicenti esse propriam excusatur.*
18 *Qualitas mutans speciem delicti, & immunitate privans bene probanda est.*
19 *Iurisdictionem tribuens qualitas est plene probanda.*
20 *Auxiliator sustinens in tormentis se non habuisse animum occidendi, sed minus delinquendi, non est pœna ordinaria plectendus.*
21 *Pœna ordinaria nemo ex præsumptionibus plecti potest.*
22 *Receptans ignoranter reum læsæ Maiestatis an incidat in pœnam.*
23 *Posse non dicitur, quod sine periculo fieri nequit.*
24 *Læsæ Maiestatis in crimine quælibet verisimilis causa etiam colorata excusat.*
25 *Confessio tacita per statutum inducta non parit effectum veræ confessionis in crimine læsæ Maiestatis.*
26 *Confessio ficta non sufficit in probanda qualitate, quæ privat ab Ecclesia immunitate.*
27 *Statutum laicorum non potest immunitati, & libertati Ecclesiasticæ, etiam indirecte præjudicare.*
28 *Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur* & numer. sequ. est tamen conclusio brocardica numer. 46.
29 *Irregularis efficitur mandans aliquem verberari, si mandatarius occidat, vel mutilet.*
30 *Præsumitur quem saltem in genere cogitasse de eo, quod ex suo delicto sequi poterat.*
31 *Sociis pluribus ad injuriam inferendam proficiscentibus, si unus faciat, omnes tenentur.*
32 *Servum corrumpere tentans tenetur etiam de rebus ab illo in fuga sublatis.*
33 *Incendens domum, tenetur etiam de vicinis ædificiis eodem incendio combustis.*
34 *Delinquens in plusquam putaverat circa personam offensam, tenetur juxta eventum.*
Declara ut nu. 51. & 52. & 54.
35 *Adulterii pœna tenetur cognoscens mulierem, quam ignorabat esse conjugatam.*
36 *Accommodans arma ad occidendum virum privatum, tenetur pœna læsæ Maiestatis, si homicidium perficitur tempore, quo ille est in dignitate.*
Intellige ut nu. 55.
37 *Offendens Principem ignoranter non incidit in crimen læsæ Majestatis.*
38 *Auxiliator ex qualitate aggravante per eum ignorata non punitur.*
39 *Pacis fractæ pœna punitur etiam auxiliator.*
40 *Auxilium præstans frangenti pacem, punitur eadem pœna si d. qualitatem non ignorabat.*
41 *Parricidii pœna punitur opem præstans filio patrem occidenti.*
42 *Auxiliator si ignorabat suum socium velle occidere parentem, non punitur pœna parricidii.*
43 *Parricidii pœna an puniatur occidens patrem ignoranter.*
44 *Læsæ Majestatis pœnę non punitur opem ignoranter præstans offendenti Principem.*
45 *Immunitate Ecclesiæ, an gaudeant auxiliatores in criminibus exceptis.*
46 L. quoniam multa facinora Cod. ad leg. iul. de vi publ. *continet regulam brocardicam.*
47 *Voluntas non exitus in delictis spectatur.*
48 *Dispositio* l. quoniam multa facinora Cod. ad l. iul. de vi publ. *est specialis in violentia.*
49 L. quoniam multa facinora, *procedit in principali delinquente, non auxiliatoribus.*
50 *Aggrediens aliquem animo percutiendi, si eum occidat, quæ pœna teneatur, & quid in auxiliatoribus.*
51 L. quoniam multa facinora Cod. ad l. iul. de vi publ. *procedit quo ad pœnam extraordinariam.*
52 *Delinquens tenetur de eo, quod sequutum est, quando delictum erat ordinatum ad illud.*
53 *Irregularitas, an & quando ex homicidio casuali inducatur.*
54 *Delinquens in plus quam putaverat, tenetur de eventu, si alias delictum remaneret impunitum.*
55 *Auxiliatores an teneantur secundum tempus auxilii prestiti vel consummati delicti.*

DECISIO LXIV.

FIrmato articulo, de quo in superiori decisione; Matthæum de Ubertis fuisse captum in loco immuni; & ex hoc capite restituendum esse Ecclesiæ; Major insurrexit difficultas; An, ex quo armatus adstitit homicidio à Paulo Sartorio in personam unius ex Senatoribus Sereniſſimæ Reipubl. Genuæ commisso reus esset majestatis, itavt non deberet Ecclesiastica immunitate potiri. Et quia tres Advocati deputati à Sereniſs. Senatu acerrimè fisci secularis partes defendebant, & ipse, ut par erat, diligenter causam videre volui; ideo pro faciliori illius expeditione, in duos articulos totam hanc controversiam dividebam. Prior erat an Matthæus scienter deliquerit in Principem, itavt ex capite ignorantiæ excusari nequeat.

Posterior, an esto ignoraverit speciem delicti, per eum & socios committendi, adhuc sit majestatis reus ex quo dabat operam rei illicitæ.

Quod igitur attinet ad priorem articulum (præsuppositò sine veri præjudicio nos versari in terminis Bullæ eo quod ex conspiratione in Rempublicam fuisset Senator necatus; & non examinata doctrina Gambacurtæ *in tract. de Immun. Eccl. lib. 3. cap. 44. num. 15.*) Dicebatur affirmativè citra ullam hæsitationem respondendum. † Est enim regula satis 1
trita, ut adstans armatus homicidio, vel cuicumque delicto dicatur ipsi facinori opem, auxiliumque præstare, causamque proximam dare, ac subinde eadem pœna esse puniendum, qua principalis delinquens punitur textus *in leg. quisquis C. ad l. iul. Maiest. c. felicis de pœnis in 6.* Innocen. *in c. fi. de Cleric. percuss.* Io. de Anan. in *c. 1. post nu. 3.* & ibi Felyn. *nu. 14.* & Dec. *nu. 63.* attestans de communi *extr. de offic. deleg.* Alex. *cons. 138. nu. 6. lib. 6.* ubi quod *Canonistæ* pariter, ac *legistæ* hac vi re Innocentium sequuntur Clar. *in §. fi. quæst. 90. nu. 8.* & ibi Bajard. *in addit. nu. 16.* Gomes. *de delict. c. 3. rub. de homicid. nu. 49. in princ. & in ver. advertendum tamen* Plaza. *in epitom. delict. lib. 1. c. 16. nu. 3. & 6.* Guidop. *decis. 423. nu. 2. ver. sed in aliquo, & nu. 4.* Natt. *cons. 151. post nu. 5. ver. quandoque & consil. 458. num. 2. & 9.* ubi aliis relatis de communi opin. testatur Mascar. *de probat. lib. 1. concluſ. 159. nu. 1.* cum per eum congestis, ubi testatur ita communiter tenere tam Cæsarei quam Pontificis juris professores, cum aliis cumulatis per Farinac. *tit. de consultor. quæst. 131. nu. 67. & 69.* ubi contrariis relatis testatur hanc esse magis communem opinionem; † adeo 2
ut si clericus, qui valde dissuasit homicidium amico, cum eo pergeret ad locum delicti, semper dissuadendo, videns tamen illum pertinacem, timensque, ne succumberet, adstitit armatus, secuta adversarii morte, erit irregularis, ut singulariter dixerit Specul. *in tit. de l. §. iuxta ver. quod si aliquis* quem sequitur Felyn. *in cap. sicut dignum nu. 6. de homicid.*

Et † quamvis præfata Innocentii conclusio in casuali assi- 3
stentia non soleat admitti, est tamen indubitabilis in terminis nostris, eo quod Matthæus dolosè, & præmeditatè, animo præstandi auxilium non casualiter armatus adstiterit, juxta distinctionem Baldi *in l. ob hæc verba sub num. 5. vers. quod tamen ff. de his, qui not. infam.* Fely. *in d. c. sicut dignum nu. 6. in fi. ver. & omnia* Guidop. Plaza. Tobi. Mascard. in *locis supra citatis*, cum aliis congestis per Farin. *dict. qu. 131. nu. 78.*

Præsertim, quia Matthæus ulterius fatetur, se inclinato sclopo, una cum sociis acclamasse *largo largo*, † ex qua 4
acclamatione aggressor redditus fuit audacior, unde ex hoc solo veniret eadem pœna, qua principalis puniendus, ut per Alexan. in *addit. ad* Bar. *in l. is qui opem littera D, post princ. ff. de furt. ex Innocentio in cap. 1. de homicid.* Marsil. *in sua pract. §. constante num. 62.* Carrer. in *pract. tract. 3. de homic. & assass. §. circa secundum nu. 15.* Plaz. *dict. c. 16. nu. 3. ver. & in ea* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 1139. num. 15. & seqq.* Baiar. ad Clar. *quæst. 30. nu. 25.* cum aliis quos refert, & sequitur Farin. *quæst. 131. num. 8.* Quando etiam si non acclamasset, nec manus ad arma apposuisset, idem ex sola præmeditata assistentia dicendum foret, ut per Angel. de Malefic. *ver. dict. Andreas armatus nu. 1.* ubi inquit se id in facto habuisse Marsil. *ubi sup. nu. 57. & seq. & nu. 61.* Corrad. in *pract. rubr. de consentientibus nu. 10.* ubi † testatur in communi 5
canonistarum legistarumque sententia Natt. *cons. 458. num. 3.* Menoch. *de arbit. iudic. cas. 356. num. 1. & seqq.* Mascard. *de probat. lib. 1. concluſ. 159. nu. 2. & seqq.* ubi aliis congestis de communi, & practicata opinione testatur Bajard. *d. quæst. 90. nu.*

90.nu.16.ver.item adde il primo Farinac. d. quæſt. 131. nu. 69. qui n.71. benè diſtinguit.

6 Et † in puncto, quod opem præſtans in crimine læſæ Majeſtatis indiſtinctè eadem pœna puniatur, qua principalis tradit Bar. in l.cuiuſque C.ad l. iul. maieſt. & habetur in l. quiſquis C.eod. Cæpoll. in conſ. 17. Soccin. conſ. 77. refert, & ſequitur Carrer. in prax. titul. de homicid. §. circa tertium, qua pœna puniatur auxilium n.2. & ibi ſub nu.17. rationem reddit, nempè ob delicti immunitatem. Quanta autem ſit hujus criminis atrocitas videndus eſt Decian. in tract. crim. lib.7. cap.34. nu.1.tom.2.

7 Quamvis † autem exterus, & non ſubditus (provt erat Mattheus) offendens principem non dicatur committere crimen læſæ Majeſtatis, ut per Bar. in extravagant. qui ſint rebelles in verſ. tenore num.7. & tradunt plurimi, quos refert, & ſequitur Clar. §. læſæ Maieſtatis num. 6. ver. vidi quandoque, ubi de communi, & practicata opinione teſtatur, cum aliis quos congerit, & ſequitur Farinac. ponens regulam cum ampliationibus, & limitationibus in titul. de crim. læſæ Maieſt. qu. 112. num. 240 & deinceps, & de jure canonico eſt tex. cum ſua gloſſ. in Clement. paſtoralis in §. denique, & in §. ſequenti de ſent. & re iud. & ibi tradunt DD. communiter.

8 Id † tamen, præter limitationes à Farinac. allatas, declaratur non procedere in non ſubdito, qui præſtat opem ſubdito Principem ſuum offendenti; is enim non ſecus, ac principalis reus tenetur Majeſtatis, ut tradit Dec. in cap. 1. nu.71. de offic. iud.

Cum itaque Matthæus delicto à ſubdito commiſſo perſonaliter adſtiterit, certè non videtur ei aſſertioni credendum, quatenus inquit ſe ignoraſſe ſpeciem delicti committendi, nec animum offendendi Senatorem habuiſſe niſi id aliter, quam per propriam aſſertionem probet tex. in leg. ſi non conviciis 5.

9 de C. de iniuriis. † Ubi verba de ſui natura contumelioſa, præſumuntur animo injuriandi prolata, etiam ſi injurians contrarium dicat, niſi id per eum probetur; eſt melior tex.

10 in l.1.C. ad l.corn.de ſicar. † Ubi aſſerens ſe non animo oc-

11 cidendi percuſſiſſe, non auditur, niſi id probet; † & hanc regulam procedere in auxiliatoribus in materia læſæ majeſtatis, niſi in contrarium adſint ſaltem præſumptiones, & conjecturæ fatetur Ruin. conſ. 1. in fi. lib. 5. Præſertim quia poſtquam Paulus Sartorius aggreſſus fuit Senatorem, Matthæus à tam impio facinore non ſe retraxit, ſed uſque ad delicti conſummationem adſtitit, dicebatur propterea præſumendum eſſe ipſum proculdubio vidiſſe Senatorem, quem ab oculis

12 inſigniis ornatum Senatoriis habebat, † ſicut in ſimili dicimus de teſte aſſerente ſe fuiſſe alicui facto præſentem; quamvis enim nil aliud addat, concludit per ſenſum corporeum Bart. in leg. 1. §. tutor. ſi invitus ff. de auctor. tutor. Felyn. in capitul. ſuper eo numer.7. de teſtib. Decian. in conſ. 630. num. 5.

Denique obiiciebatur Matthæo aſſociatio poſt delictum, eo quod una cum Paulo Sartorio principali delinquente, & cum aliis ſociis ſtatim in cymbam ad hunc effectum paratam

13 ſe recepit; † quæ quidem aſſociatio juncta cum præcedenti aſſiſtentia cum armis, dubio procul efficit, ut eadem pœna, qua principalis ſit puniendus ut per Blanch. de indit. nu. 237. ver. hoc intellige. Quin etiam in dubio ſola aſſociatio inducit præſumptionem ſcientiæ, & complicitatis, ut per Dec. in c.1.nu.66.in fi. de offic. deleg. Caſon. de indic. & tortur. in tit. de indic. Malef. præmed. poſt delictum tract.5.n.5. Farin. qu.132.nu.33.

Pro contraria verò parte conſiderabam Paulum Sartorium principalem delinquentem nullo pacto indicaſſe Matthæo facinus per eum perpetrandum, ut conſtat, tum ex depoſitione ipſius Pauli, cui quidem ad complicis favorem,

14 ſaltem concurrentibus adminiculis, (quæ hic non deerant) eſt credendum, ut per Carrer. in pract. 3. tractat. de homic. & aſſaſſ. §. circa tertium nu.14. Plaz. in epit. delict. cap.15. num. 14. cum per eum relatis Monticell. de teſtib. reg.7.num.95. Decian. in tract. crim. tom.2. lib.9. cap.36. nu.39. Schrader. de feud. c.2. n.56. & ita diſtinguendo tradit Farinac. qu.129. in fi. præſertim, quia dicta depoſitio erat fundamentum intentionis fiſci.

Tum etiam, quia idem confirmat Matthæus; & cum

15 iſta qualitate delictum fatetur, † quamvis enim regulariter confeſſio qualificata ſcindi poſſit, & pro parte acceptari, pro parte verò repudiari, ut originaliter docuit Bart. in l. aurelius §. idem quæſivit num.2.ff. de libert. legat. & latius Bald. in l. 1. nu. 44. & ſeqq. C. de confeſſ. cum aliis quos ad nauſeam uſque congerit Farin. tit. de reo confeſſ. & convict. qu. 81. à nu. 110. ubi poſt alios de magis communi teſtatur, † Id ta- 16
men procedit dumtaxat quo ad imponendam pœnam extraordinariam, non autem, quo ad ordinariam, ut originaliter tenuit Abb. in cap. auditis nu. 33. ver. ſed contra extra de præſcript. ubi Felyn. nu. 30. inquit hoc dictum Abbatis alibi non reperiri, ſequuntur communiter ſcribentes, quos congerit. Tiraqu. in tract. de pœnis temperandis cauſ. 27. nu. 7. Neviz. in Silva Nupt. lib. 1. cap. 2. nu. 67. Boſſ. qui appellat hoc dictum commune in tit. de confeſſ. nu. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 93. nu. 38. & caſ. 279. nu. 6. & 7. Clar. in §. fi.qu. 55. verſ. forte. ubi de communi Oſaſch. deciſ. 60. num. 9. in fi. qui etiam de communi, & uberius cæteris Farinac. d. qu. 81. num. 157. & 159. ubi contrariis relatis teſtatur hanc ſine dubio eſſe magis communem opinionem; Imò cum Paulus Sartorius finxiſſet ſe quoddam moliri pro Sereniſſima Republica à qua ſtipendium recipiebat, videretur Mat- 17
thæus prorſus excuſandus, ut dicimus de ferente opem ei, qui rem furto ſublatam portat, dicens eſſe ſuam, talis enim auxiliator excuſatur gloſ. in leg. culpa caret ff. de reg. iur. Plaz. in Epit. delict. lib. 1. cap. 16. nu. 3. Gramat. deciſ. 25. num. 4. Menoch. cum relatis, de arbitr. iud. caſ. 349. nu. 16. Et † in 18
omnem caſum, cum agatur de qualitate aggravante delictum, illudque de una ſpecie in aliam atrociorem mutante, & Eccleſiæ immunitate privante, de illa bene conſtare debebat, & ſic, Matthæum, crimen læſæ majeſtatis verè commiſiſſe Bart. in leg. ſi quis poſthum. num. 1. & ibi Iaſ. nu. 51. ff. de lib. & poſth. Surd. conſ. 33. nu. 3. & conſ. 131. n 25. Bertazzol. conſil. crim. 196. nu. 2. Menoch. conſil. 35. nu. 13. Et in terminis Bullæ Gregorianæ ſuper immunitate Eccleſiæ Giurba conſilio crim. 10. nu. 24. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 619. num. 18. tom. 4. † Iſta enim qualitas eſt fundamentum inten- 19
tionis, & juriſdictionis Principis laici, & ideo de illa in primis conſtare debet, ut per Farinacc. cum congeſtis qu. 1. nu.28. & conſ.10.nu.26. Scrader. de feud. par. 10. ſect. 2. num. 32. Cæſ. de Graſſis, cum per eum congeſtis de effect. cleric. effect. 1. nu. 712.

Sed † omnis in caſu noſtro ceſſat amaritudo, ex quo 20
Matthæus purgavit in tortura omnem ſuſpicionem, ita ut iſta qualitas per eum confeſſioni adjecta, non poſſit amplius reiici, & in terminis, quod auxiliatores, qui in tormentis ſuſtinuerunt, ſeſe animum (puta occidendi) non habuiſſe, ſed minus delinquendi (puta baſtonandi) non valeant pœna ordinaria delicti puniri, tradit poſt alios Cavalcan. de Brachio regio par.4. num. 171. Præſertim cum dicta qualitas ſit admodum veriſimilis, eo quod Matthæus nullam habuerit cum Senatore inimicitiam, nullum odium erga Rempublicam, nec aliquid utilitatis ex dicto facinore perceperit, ad Cavalcan. d. par. 4. nu. 182. Præterquam quod cum fiſcus ducalis prætenderet ex præſumptionibus inditiare Matthæum; quando etiam illæ, ſicut frivolæ ſunt & leves, eſſent magni ponderis, & valde urgentes; non tamen evitari poſſet regula, quæ habet neminem ex præſumptionibus ordinaria poſſe damnari pœna Cæpoll. conſ.27. nu. 12. ſequitur Guazzin. defenſ. reor. 33. c.10. nu.4. loquens de au- 21
xiliatoribus.

Cum itaque multis de cauſis pœna ordinaria læſæ majeſtatis damnari nequeat Matthæus, profectò non poteſt propriè dici ejus criminis reus, nec proinde ab immunitatis beneficio excludi. Iiſdem fermè mediis reſponderi poteſt etiam ad id quod addebatur Matthæum ſaltem in ipſo facinore vidiſſe Senatorem, nec propterea ſe retraxiſſe? quia cum ille id negaverit, & negativam in tormentis ſuſtinuerit, nec appareat ex proceſſu de contrario; utique non poteſt Eccleſiæ privari immunitate, quemadmodum in hac materia dicimus, † quod receptans eum, qui in crimen læſæ maje- 22
ſtatis incidit, & dicens ſe ignoraſſe hujuſmodi delictum fuiſſe per illum commiſſum, non incidit in pœnam, niſi conſtet eum ſciviſſe, quia ignoraſſe præſumitur, niſi ſcientia, vel notorium probetur glo. & Bar. in l. 1. ff. de recept. Roman. in conſil. 463. Gigas in tract. de crimin. læſæ Maieſt. lib.3. tit. de plur. & ver. quæſt. in 10. quæſt. nu.8. & ſeq. Ubi rationem reddit, quia ſcilicet ſcientem non ignorantem lex vult obligare l. generali C. de tabular. lib.10. l.ſi. C. de decret. ab ordi. faci. cap. cognoſcentes de conſtitut. c. animarum eod. tit. in 6. cum aliis per eum adductis; per quam rationem idem tenent Decian. in tract. crimin. lib.7. cap. 34. num. 7. & 15. Farinac. cum per eum relatis de crim. læſæ Maieſt. qu. 113. num. 283. & ſeq. an autem hoc argumentum à ſimili evitari poſſit, ex quo receptans ignoranter delinquentem

non

non dat operam rei illicitæ ; ex dicendis in ſequenti articulo apparebit.

Ceſſat pariter inditium deductum ex aſſociatione poſt delictum , cum enim ipſe in tormentis ſuſtinuerit ſe non potuiſſe ſeorſum à ſociis fugam arripere abſque probabili periculo deveniendi in manibus curiæ , ſuccedit vulgaris regula ;

23 † non dici quem id poſſe , quod ſine periculo facere nequit , nec eſſe culpam , ſe in viæ diſcrimine non ponere , ut inquit glo. *in l. neminem C. de infam.* Gigas *de crimin. læſæ Maieſt. lib.3.tit. de plurib.& var.quæſt. in quæſ. num.9.* Præterea cum ipſe ante delictum ignoraverit quodnam genus criminis eſſet perpetrandum , fruſtra quæritur an ex aſſociatione præſumatur ſcientia præcedens ; cumque ille cum ſociis in cymbam ad effugiendum è manibus Curiæ ſe receperit , & ſtatim atque ad locum tutum pervenit , ſe à cæterorum conſortio ſeparaverit ; utique non tam aſſociatio , quam fuga ad quam pro ſuæ vitæ tuitione tenebatur dici poteſt.

24 Præſertim , † quia quælibet cauſa etiam colorata , modò veriſimilis , excuſat ubi agitur de crimine læſæ majeſtatis Dec. *conſ.*605.*nu.*6.Decian. *tract.crim. lib.7. capit.* 49.*nu.*15. qui *nu.*49.admonet judices ne in hoc crimine judicando ſint præcipites.

Ad id autem , quod Sereniſſimæ Reipublicæ Advocati ajebant de ſtatuto Genuenſi diſponente , ut frangentes carceres habeantur pro confeſſis , & convictis de criminibus pro quibus detinebantur ; ac propterea Matthæum pro crimine læſæ Majeſtatis detentum , qui fracto carcere cum pluribus aufugit dici confeſſum , & convictum , & conſequenter Eccleſiaſtica immunitate privandus ; dupliciter reſpondebam.

25 Primò † quidem confeſſionem per ſtatutum inductam non parere effectum veræ confeſſionis in crimine læſæ Majeſtatis, ut luculenter demonſtrat Gigas *in d. tract. de crim. læſæ Maieſt.lib.2.ii quomod.& per quos crim.læſæ Maieſt.probetur qu.*1. *n.7.& ſeqq.*

26 Secundò † quod ubi agitur de probanda qualitate , mutante ſpeciem delicti & excludendi quem ab Eccleſiæ immunitate , non eſt ſatis ſi illa conſtet ex ficta rei confeſſione , ut poſt Foller.*in pract. crim. 4. par. 3. par. princ. in gloſſ. & ſi confitebuntur num. 9. & 62. ver.decimoſeptimo* tradunt in terminis Bullæ Gregorianæ ſuper immunitate Gratian. *diſcept. forenſ.cap.*619.*num.*19.*volum.*4. & Giurb. *conſ. crimin.*10.*ſub num.* 24. *& conſ.* 50.*num.* 19. Ubi quod requiritur confeſſio vera ex Gramat. *voto* 11.*nu.*3.& Hector. Felic. *alleg.*3. *nu.* 42. *par.* 1.

27 Neque † enim poteſt jus municipale addere qualitatem in præjudicium Eccleſiaſticæ immunitatis , ut benè deducit Giurb.*cod.cor.ſil.*50.*num.* 26. Neque tollere indirectè privilegia , & libertatem de jure canonico Eccleſiæ conceſſam, per ea quæ habentur *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ* ubi omnes *extra conſtit.* Et firmant Peregr. *deciſ.*40. Ambroſ.*in tract. de Immunit.Eccleſ. cap.*3. *num.*6. Guazzin.*reor. defenſ.* 1. *capit.* 35.*ſub num.* 36. *ver. non obſtat* Giurb.*d.conſ.*50. *nu.*23. *& ſeq.* Et conſequenter in hoc attendendum eſt jus commune , non autem ſtatutum ; Et ex his dicendum arbitrabar conſtare de ignorantia Matthæi , & intrare ſupra relatam regulam , ut offendens Principem ignoranter , non ſit is majeſtatis reus.

Replicabant tamen ſcribentes pro fiſco ſeculari (ut ad po-
28 ſteriorem articulum tranſeamus) in omnem caſum † ejuſmodi concluſionem admittendam non eſſe in eo , qui dat operam rei de ſui natura illicitæ , is enim tenetur non modò de eo quod præſcivit , verum etiam de omni eo , quod præter ejus intentionem ſequitur , textus eſt *in leg.quoniam multa facinora Cod. ad leg. iul. de vi publ.* ubi habetur violentum invaſorem non modo de vi teneri , ſed & de homicidio præter ejus intentionem inde ſequuto , & ibi redditur ratio in illis verbis *cum aliis vim inferre certantibus , aliis cum indignatione reſiſtentibus , verbera , cædeſque crebro detenguntur admiſſæ* , & ibidem *ſcribentes* omnes tradunt ;
29 † ad rem eſt textus *in capitul. ſi. de homicid. in ſexto* . Ubi mandans aliquem verberari , ſi mandatarius fines mandati excedens , mutilet , vel occidat , efficitur irregularis , cum mandando in culpa fuerit , idque evenire poſſe debuerit cogitare , per quæ jura , dictam concluſionem tradunt paſſim ſcribentes , & ſignanter Gozad. *conſ.* 61. *num.* 3. Aretin. *conſil.* 34. *in fi.* Eugen. *conſ.*46. *num.* 26. *in fi.* Oſaſch. *deciſ.*104. *num.*6. Gaill. *obſerv.* 110. *num.*38. *lib.* 2. Farinac. cum per eum relatis *tit. de homicid. quæſt.* 126. *num.* 61.*cum plurib. ſeq.* præſertim , ſi veriſimiliter potuit ſaltem in genere cogitare quod inde ſequutum eſt , ut poſt Boſſ. & Bertaz. & alios quos citat advertit Cavalcan. de Brachio regio *part.4. num.*166. † Et præſumitur ſaltem in genere cogitaſſe , 30
cum turpe ſit dicere non putaram inquit ibi Cavalcan. *nu.*18. ex Bertaz. & aliis.

Confert † textus in *leg. furti actione* §. *ope* , *de furtis* , 31
ubi pluribus ſociis ſimul ad injuriam inferendam proficiſcentibus , ſi unus ex eis furtum commiſerit , tenentur , & cæteri . † Rurſus eadem concluſio ſuadetur ex *l. qui ſervo.* §. 32
idem Pomponius ff. de furt. & ex lege ſi quis ſervum , in fi. cum lege ſequent. in princip. ff. de ſervit.corrupt. ubi ſi quis animum dumtaxat habuerit ſervum alienum corrumpendi tenetur etiam de rebus per illum in fuga domino ſublatis.

Sic † pariter , ſi quis incendium in aliena domo immiſit 33
ex quo alia combuſta ſunt ædificia , tenetur de omnibus ; eo quod cogitare debuerat etiam vicinas ædes incendium illud potuiſſe comburere , ut per Bar.*in l.divus* 14. *num.* 1. *& 7.C. ad l.Corn.de Sicar.* quem poſt alios ſequitur Farinac. *qu.* 126. *ſub nu.*77.

Et † magis ad rem , quod delinquens in plus quam pu- 34
taverat circa perſonam offenſam in foro externo puniatur ſecundum eventum , non autem ſecundum intentionem , docet Bar. *in d. divus nu.* 2. per text. *in l. qui nocentem* §. *penul. ff. de iniur.* quem ſequitur Felyn.*in cap.* 1.*ſub nu.* 3. *ver. tertium membrum extra , de offic. ordin.* idemque inquit Bald. *in l. ſi quis non dicam num.* 13. *C. de Epiſc. & Cler.* ne ſcilicet delictum remaneat impunitum ad *dict.* §. *penul.* Et addit ibi Bald. in delictis ſufficere dolum in genere , licet ſit error in corpore ut notatur *in cap.cum quis in ius de reg.iur.in 6* ſequitur aliis relatis Tiraqu. *de pœn. temper. cauſ.* 14. *num.* 3. *in fi.* Plaz.*in epit.delict.lib.*1.*c.*27.*poſt num.*1. *ante med.* Ubi hoc eſſe conſtantiſſimum affirmat ex tex.quem ad hoc adducit præſtantiſſimum *in leg. aut qui aliter* §. *ſi quis dubitat ff. quod vi aut clam.* Farinac. cum per eum relatis *de pœn. temper. qu.* 86. *nu.* 57.

Et † hinc eſt , quod ſi quis mulierem cognoverit , igno- 35
rans illam eſſe conjugatam , adhuc de adulterio in foro externo punitur gloſ. *in capitul. marito quæſt.* 1. Quod confirmari poteſt ex ſacra pagina *in capit.* 12. *Geneſis* ubi cum Pharao Rex Saram Abrahæ conjugem , quam ſolutam putabat ſuſtuliſſet ; inde plagis affectus fuit . Quin etiam ſi quis opem ante delictum præſtiterit : & qualitas in perſona offenſa tempore delicti ſupervenerit , adhuc tenetur , † ut 36
ſi quis accommodaverit arma ad homicidium committendum de die vel extra Eccleſiam vel in perſonam Titii tunc privatam vitam agentis ; ſicarius autem occidit illum de nocte , vel in Eccleſia , vel tempore , quo jam erat in dignitate conſtitutus , certè opem præſtans obligatur ex delicto propter has qualitates illi inhærentes ratione loci , temporis, vel perſonæ offenſæ etiam ultra intentionem , ut docet Bart. *in leg.ſi is quis opem* 34.*ſub nu.*5. *ver. quædam ſunt qualitate il 2.ff. de furt. per glo. in l.* 1. §. *perſuadere ff. de ſerv. corrup.* ſequitur Ant. de Butr. *in cap.* 1. *ſub nu.* 16. *de offic. ordin.* loquens de accommodante arma ad occidendum eum , qui tunc laicus erat , & poſtea , homicidii tempore effectus fuerat clericus ; idemque tradit Felyn.*ſub num.* 13. *ver. amplia etiam ſi qualitas.* Cabal.*reſol.crim. lib.*1.*caſ.*56.*num.* 111. qui citat etiam Bald.*in l. non ideo minus ſub nu.* 11. *& ſeq. ver. hoc præmiſſo ff. de Rei Vendicat.* Angel. *de malefic. in verbo Sem. pronio* Rodulphi *quæſt.* 7. *num.* 18. *& ſequent. & quæſt.* 12. *ſub num.* 28. *&* 29. *& utrobique* Auguſt. de Arim. *in addition.*

Cæterum † exadverſo conſiderabam quod offendens 37
Principem ignoranter , credens alium offendere , vel percutiens Principis conſiliarium quem talem eſſe ignorabat , non incidit in crimen læſæ Majeſtatis , ut poſt Alberic. & Dec. quos citant tradunt Gigaſ. *de crimin.læſ.Maieſt.tit.qualiter , & à quibus committatur qu.* 33. *n.* 8. *& ſeq.* Decian. *in tract.crimin.tom.*1.*lib.*7.*cap.*49.*n.*13. Farinac. *in quæſt.*117. *n.* 7. qui mendosè Dec. *in lib.* 8. citat . Cum itaque jam firmaverimus Matthæum ignoranter neci Senatoris adſtitiſſe ; profectò non videtur pœnæ læſæ majeſtatis obnoxius.

Quæ concluſio , ſi in principali delinquente admitteretur , multo fortius intrat in auxiliatoribus , in quibus ha- 38
bemus regulam generalem , ut opem præſtans ita demum ex qualitate aggravante gravius puniatur , ſi qualitatem eandem ſciebat , ſecus ſi ignorabat , ut tradit Ang. *in l.* 1.per

illum

illum text. *ibi conſcios, & conſortes C. de Nili agger. non rump.* Ubi inquit ita ſe in facti contingentia obtinuiſſe, eumque ſequitur Jo. de Annan. *in c. ſicut dignum extra de Homic.* Bertaz. *in conſ. crim.* 324. *nu.* 4. *& per totum lib.* 2.

39 Hinc † eſt, quod tametſi præſtans auxilium frangenti pacem, eadem pœna fractæ pacis puniatur, ut per Corn. *in conſil.* 8. *num.* 5. *lib.* 3. Marſil. *in pract.* §. *conſtante num.* 67. *& 76.* Vupell. *in tract. de pace quæſt.* 42. Bero. *in conſ.* 192. *nu.* 1. *lib.* 3. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 90. *num.* 2. Pacian. *conſil.* 156. *poſt num.* 1. Iulius Ferretius *in tract. de re & diſciplina militari titulo de feris ſeu indutiis militari tregua, & pace ſub num.* 62. *verſ. pacta & capitula* Franciſcus Herculanus *in tr. de Cautela de non offendendo cap.* 26. *ſub num.* 4. *poſt verſ. unde notandum* Caball. cum per eum congeſtis id admittens in pœna non conventionali, *reſolut. crim.* 198. *numer.* 20. *&* 23. poſt Hercul. ubi ſup. & præter citatos ab eo, idem tenuit Tob. Non. *in conſ.* 111. *num.* 16. *& ſeqq.* & ſequitur Guazzin. *defenſ. reor.* 33. *nu.* 18.

40 Id † tamen procedit ſi auxiliator ſciebat dictam fractę pacis qualitatem, ſecus autem ſi ignorabat, ut contra Joan. Andr. defendunt Corn. & Vulpel. in locis ſupra citatis, & Farinacc. *in quæſt.* 107. *num.* 391. *& quæſt.* 131. *num.* 45. & ante eos bene firmaverat Cecian. *in cap* 1. *num.* 72. *de Offic. ordin.*

41 Hinc † pariter, quamvis præſtans opem, vel conſilium filio parentem occidenti, teneatur eadem, qua filius parricidii pœna *l. utrum, & l. ſciendum ff. ad leg. pomp. de parricid.* quæ jura affert ad hoc Hoſtienſ. *in Summa de his, qui fil. occid. ſub nu.* 1. alios cumulat Gomeſ. *variar. reſol. de delict. rubr. de homicid. in fi. ver. item etiam* Dec. *in tract. crim. libr.* 9. *capit.* 13. *num.* 3. *&* 6. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 356. *num.* 117. Bajard. ad Clar. *in* §. *Parricidium num.* 17. *in fi. & numer.* 21. Farinacc. latè *quæſt.* 120. *num.* 139. *& ſeqq.* Caball. cum per eum congeſtis *reſolut. crim. lib.* 1. *caſ.* 56. *num.* 106. *& reſol.* 198. *num.* 22 Carrer. *in pract. crim. titul. de homicid.* §. *circa tertium qua pœna puniatur auxilium num.* 14. Etiam ſi auxilium fuerit remotum, ut notabiliter tradit Marſil. *in leg. ſi ſcienter* per illum text. *num.* 1. *ff. ad leg. Cornell. de parricid.* quem refert, & ſequitur Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 120.

42 *& cap.* 13. *num.* 10. & Farinacc. *d. quæſt.* 120. *num.* 45. Si tamen auxiliator ignorabant illum eſſe ſui ſocii patrem, non tenetur de parricidio Dec. cum per eum relatis *in c.* 1. *nu.* 71. *de offic. deleg.*

43 Imò, † nec quidem filius ipſe patrem ignoranter occidens, tali pœna tenetur, ut poſt Bart. Bald. Alexand. & Ang. quos citat, tenet Carrer. *in pract. in* 3. *tract. de hom. & aſſaſſ.* §. 9. *quæro numero* 24. Gerard. alios citans *in ſingul.* 2. *num. primo & ſecundo* Decian. *dict. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 7. Menoch. *dict. caſ.* 356. *num.* 38. Farinac. *dict. quæſt.* 110. *num.* 184. Modo tamen ignorantia probabilis fuerit, non craſſa, vel ſupina, ut declarant Gerard. Menoch. & Farinac. locis citatis.

44 Et † in puncto quod ad hoc, ut quis pœna criminis læſæ Majeſtatis, de ope, auxilio, vel favore puniatur, probandum ſit ipſum ſciviſſe per reum principalem cui fert opem ejuſmodi crimen committi, alias minimè teneatur, eſt gloſ. *in l. prima ff. de receptor.* & admittit Ruin. *in conſil.* 1. *nu.* 2. *volum. quinto.* Ubi quod ignorantia in dubio præſumitur, vel ſaltem probatur per aſſertionem & juramentum ejus, qui de auxilio imputatur, ſequitur Decian. *in tract at. crim. tomo* 2. *libro* 7. *capitulo* 34. *num. ſeptimo*, & benè facit Bertazzol. *conſilio crimin.* 324. *numero tertio, & per totum lib.* 2. Non itaque dici poteſt majeſtatis reus Matthæus iſte, qui opem præſtitit delicto, quod ignorabat eſſe contra Principem, & conſequenter non poteſt Eccleſiæ immunitate pri-

45 vari. Imò † non defuere *ſcribentes*, qui opinati ſunt in criminalibus exceptis, auxiliatores, de quibus in *Conſtitutione Gregorii XIV.* nulla fit mentio, non eſſe privandos immunitate Eccleſiaſtica, quam quæſtionem dixit Gambacurt. *in tract at. de immunitate Eccleſiaſtica libro quinto capitulo* 34. *numero* 14. ſe non audere determinare ſine Eccleſiæ auctoritate. Admiſſa tamen affirmativa ſententia, nempe non minus complices, & auxiliatores, quam principales reos in criminibus exceptis beneficium immunitatis amittere, quam tenuerunt Plaza *libro primo Epitom. delict. cap.* 19. *num.* 25. Remig. de Gonn. *in tractatu de Immunitate Eccleſiaſtica fallen.* 15. *num.* 9. Farinac. *quæſt.* 28. *num.* 29. *& quæſt.* 123. *num.* 69. *& de Immunitate Eccleſiaſtica nu.* 124. Guazzin. *reor. defenſione prima capitulo* 38. *ſub num.* 42. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. primo num.* 783. Giurb. *conſilio crim.* 50. *n.* 44. Ea profecto, ita demum procedit ſi ipſi auxiliatores qualitatem excepti criminis non ignoraverint ut per Carol. de Graſſ. & Giurb. locis citatis, & benè facit Bertazzol. *crim. conſ.* 324. *nu.* 3. *lib.* 2.

Non obſtat modo regula deſumpta ex *lege quoniam multa facinora C. ad lege iul. de vipubl.* ut nempe dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod præter ejus intentionem ſequutum fuit; illa enim multipliciter evitari poteſt. † Et 46 primo quidem, quia dicta concluſio in univerſum eſt broccardica, ut advertit Bald. *in d. l. quoniam multa facinora n.* 2. & patet ex hucuſque deductis, † ac ex contraria regula, 47 quæ habet voluntatem non exitum in maleficiis ſpectandam eſſe *d. lege divus ff. ad leg.* Cornel. de Sicar. Et in hac ipſa materia tradit Gigas *de crim. læſ. Majeſt. lib.* 1. *quæſt.* 67. *nu.* 4. *vol.* 5. Quam regulam exornat Lucas de Penna in *l. quoties num.* 6. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Ubi inter cætera adducit illud Mar. Tullii 2. Rhetor. Non. *ex eventu cogitationis expectare oportere, ſed qua cogitatione, & ſpe ad maleficium profectus ſit conſiderare, quo animo quid quiſque faciat, non quo caſu vertatur ad rem pertinere.* Eandem concluſionem firmat Marant. *de ord. iud. par.* 4. *in prin. nu.* 58. *poſt med.* Gomeſ. *de delict. cap.* 3. *titul. de homic. poſt num.* 15. ubi aſſerit ita communiter tenere Doctores in *d. l. divus*, Farin. cum per eum relatis *de pœn. temper. qu.* 86. *nu.* 6. *& ſeqq.* Ubi ſe remittit ad tradita per DD. in *d. l. quoniam multa facinora C. ad leg. iur. de vipubl.*

Secundò reſponderi poſſet † diſpoſitionem *d. leg. quoniam* 48 *multa* ſpecialem eſſe in violentia, ut docet ibidem Alberic. *num.* 3. ſpecialitatis rationes afferens, quæ caſui noſtro minimè aptantur.

Tertiò † dici poteſt d. textum locum ſibi vendicare dun- 49 taxat in principali delinquente, (& in his terminis loquitur) non autem in auxiliatoribus, qui tantummodo de ipſa violentia principaliter intenta tenentur, non item de eo; quod præter intentionem ſequutum fuit, ut ibidem tradit Bar. *nu.* 2. poſt Iac. de Aren. cujus opinionem æquiorem, & ſequendam dicit ibi Alberic. *nu.* 50.

Unde † videmus, quod ſi quis ab aliis aſſociatus aliquem 50 animo percutiendi, non occidendi aggrediatur, homicidio ſequuto principalis aggreſſor tenetur quidem pœna homicidii, per *dictam legem quoniam multa facinora*, non tamen eadem pœna tenentur auxiliatores; ut per Jaſ. in *conſ.* 137. *nu.* 2. *volumine* 1. latiſſimè Horten. Cavalcan. de Brachio Regio *p.* 4. *nu.* 194. *cum plur. ſeqq.* Guazzin. *defenſ. reor.* 33. *c.* 10. *ſub nu.* 14. *in fine.*

Quartò † reſpondeo regulam *d. leg. quoniam multa*, in 51 omnem caſum procedere quo ad pœnam extraordinariam, non autem quo ad ordinariam, ut per Cavalcan. ubi ſupra *num.* 180. *in fi.* latius, & diligentius Caball. *reſol. crim. lib.* 1. *cap.* 31. *per totum*, binos diſtinguens caſus, quorum prior eſt ubi agitur de capitali delicto, & ſic in terminis noſtris in quo quidem articulo poſt innumeros, quos refert *ſcribentes* amplectitur Angel. ſententiam, nempe, ut volens occidere unum, ſi alium occidat, non ordinaria, ſed mitiori, & extraordinaria pœna puniatur, ſubdens ex nonnullorum ſcribentium mente, contrariam Bartoli ſententiam quando caſus accidit, ponere judices maleficiorum in magno periculo. Poſterior vero caſus eſt, ubi agitur de crimine non capitali, ſed de eo, pro quo pœna pecuniaria venit irroganda; & tunc, quia ſufficit culpa, quæ dolo æquiparatur, dicit Caball. ſe quandoque in pœnam ordinariam, condemnaſſe.

Quintò † denique reſpondetur, dictam regulam *leg.* 52 *quoniam multa facinora* procedere quando delinquens veriſimiliter, aut cogitavit, aut cogitare debuit de eo; quod inde facilè ſucceſſurum erat, provt ſunt termini dicti textus; & ſic quando delictum eſt ordinatum ad caſum ſequutum, alias ſecus, ut benè declarat Bart. in *leg. divus nu.* 1. *ver. ſi vero delictum & num.* 7. *ff. ad leg.* Cornel. de Sicar. & ibi Fulgoſ. *nu.* 1. *in fi.* Ubi inquit ita tenere DD. & Marſil. *poſt nu.* 4. Dec. in *leg. contractus num.* 88. *ff. de reg. iur.* Burſatt. *conſ.* 134. *nu.* 22. *&* 24. *lib.* 2. cum aliis relatis per Farinac. *quæſt.* 126. *nu.* 78. quibus addendus eſt Dec. in *cap. prim. ſub nu.* 72. *de offic. deleg.* † Et ita etiam reſpondetur *ad cap. fi. de homic. in ſex-* 53 *to.* Nam verberatio erat opus illicitum & non ſine periculo, ut inde ex calore iracundię, vel ex reſiſtentia vapulati ſequeretur mors; irregularitas autem incurritur ex opere illicito, & periculoſo, etiam ſi ſequatur homicidium caſuale, juxta Doctorum ſententiam de qua poſt alios, quos refert Sayr. *de cenſ. lib. ſeptimo cap. ſexto nu.* 12. *&* 13. Ubi latè, an &

quan-

quando, dans operam tam rei licitæ, quam illicitæ ex homicidio casuali afficiatur irregularis.

At estò opera Matthæi ordinata esset ad aliquod homicidium in genere perpetrandum, non tamen ipse cogitare se potius divinare tenebatur, Sartorium militem à Sereniſſima Republica ſtipendiatum, Senatorem aggredi, & interficere propoſuiſſe; præſertim cum idem Matthæus eſſet ruſticus, & idiota, in quo dicta advertentia de eo quod ſequi poterat non præſumitur, ut per Cavalcan. *dict. par. 4. num. 81.*

54 Non † etiam obſtat dicta doctrina Bar. *in l. divus num. 2. ff. ad leg.* Corn. *de ſicar.* ut nempe delinquens in plus circa perſonam offenſam, teneatur de eo quod ſequutum eſt; quia præterquam quod jam reſponſum eſt *numer. 51.* id in delictis capitalibus intelligendum eſſe quo ad pœnam extraordinariam, addi poteſt Bart. loqui in caſu, quo alias delictum remaneret omnino impunitum, provt ſunt termini textus *in l. cum qui nocentem §. penul. ff. de iniur.* quem affert Bar. & ſecundum quem intelligi debet, ſecus ubi non omnino remanet impunitum, ut in caſu noſtro, in quo Matthæus, & cæteri auxiliatores condemnari potuerunt vel in pœnam extraordinariam, vel in pœnam ſimplicis homicidii, ita Bar. declarat, & latius inſiſtit Salic. *in d. l. quoniam multa facinora nu. 11. & 12.*

55 Minus † refragatur alia doctrina ejuſdem Bart. *in l. ſiis qui opem ff. de furt.* ut ſcilicet accommodans arma ad interficiendum Titium, tunc privatum, ſequuto homicidio tempore, quo is erat in dignitate conſtitutus, teneatur de omni eo, quod ſequutum eſt, quia termini quæſtionis Bart. ſunt valde à noſtris diverſi; quærit enim ille quodnam tempus attendatur ad eum puniendum, qui arma ad maleficium accommodavit; & reſoluit non accommodationis, ſed commiſſi delicti tempus eſſe attendendum per tex. *in l. qui ſervo ver. plus Pomponius, & in l. ſi quis uxor. §. neque verbo ff. de furt.* Utrobique enim I. C. inquit conſulentem, vel opem ferentem furi, furti actione non teneri de tempore præſtiti conſilii, vel auxilii, ſed tunc incipere obnoxium eſſe, quando ille fugitivus fur eſſe cœpit, vel furtum conſummavit: quę quidem quæſtio nihil habet commune cum noſtra, in qua non agitur de tempore, ſed de qualitate delicti; ideo recurrendum eſt ad DD. in terminis loquentes, ut ſupra latè oſtendi.

Cętera, quę ſupra in contrarium adducta ſunt, cum non ſint in materia, in qua imponenda venit pœna capitalis, non applicantur, juxta ſcribentium diſtinctionem, de qua *ſupra nu. 51.*

Et ex his in hanc partem inclinabam, nempe dict. Matthæum eſſe reſtituendum Eccleſiæ, ſed antequam ſententiam in ſcriptis proferrem, bo. me. D. Dominicus de Marinis inſignis Archiepiſcopus Genuenſis diem clauſit extremum, & ego benignitate Sanctiſs. D. N. Urbanii VIII. Utriuſque Signaturæ Referendarius, & Majoris Præſidentiæ Abbreviator creatus, re infecta ad Urbem longo poſtliminio reverſus fuit.

ARGUMENTUM.

Appellatio per *Conſtitutionem Gregor. XIV. ſuper Immunitate*, prohibita reo à ſententia de tradendo illum Curiæ ſæculari cenſetur denegata etiam fiſco, vel actori, ſi Judex Eccleſiaſticus pronunciat reum eſſe Eccleſiæ remittendum, Et refellitur Gambacurt. *in Comment. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. cap. 17.*

SUMMARIUM.

1 *Appellatio conceditur fiſco à ſententia remiſſionis rei ad locum immunem, unde fuerat extractus.* Contrarium eſt verius n. 3.

2 *Appellatio prohibita reo, cenſetur etiam denegata fiſco; & actori.*

3 *Statutum denegans reo appellationem in cauſa capitali, procedit etiam in fiſco.*

4 *Fiſcus non appellat à ſententia lata ſuper remiſſione rei ad locum immunem.*

5 Gambacurt. de Immunitat. Eccleſ. lib. 6. c. 17. *confutatur.*

6 *Fiſcus de generali conſuetudine non appellat.*

7 *Recurſus in cauſis violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ non conceditur.*

DECISIO LXV.

PRætendebat curia ſæcularis Genuenſis, quendam ab Eccleſia oppidi Recchi extractum; tanquam proditorem homicidam eidem eſſe conſignandum. Verum, cum ego tunc ejuſdem Urbis Vicarius Archiepiſcopalis pronunciaſſem non conſtare de ejuſmodi qualitate, ac propterea illum eſſe Eccleſiæ reſtituendum, fiſcus Sereniſſimæ Reipublicæ appellationem interpoſuit; quam ego cum ad effectum ſuſpenſivum admittere denegaſſem, iterum urgebat pro admiſſione † afferens in terminis doctrinam Gambacurt. in 1
tract. de Immun. Eccleſ. lib. 6. cap. 17. per tot. ubi contendit jure denegatam fuiſſe reo appellationem per Gregorium XIV. in ſua *Conſtitutione ſuper Immun. Eccleſ.* fiſco verò, vel actori nequaquam, eo quia reus præſumatur tali caſu per calumniam appellare, fiſcus verò, vel actor non ita, ut ibi latius per eum.

Cæterum ex doctrina minimè attenta, ſteti in decretis; † eſt enim regula ſatis trita, ut quoties reo interdicitur ap- 2
pellatio, cenſeatur & fiſco, vel actori prohibita, ut ſervetur in judiciis æqualitas, quæ ſi ad alicujus favorem labefactanda eſſet, profectò, potius ad rei, quam ad fiſci favorem id fieri deberet, ut pluribus comprobat Magon. *dec. Lucenſ. 58. per totam*, ubi rationibus, † & auctoritatibus 3
ita firmat in materia ſtatuti prohibentis reo appellationem in cauſa capitali, quod fuit deciſum, etiam fiſco cenſeri prohibitam, ut ibi latius per eum, quem ſequitur Bajar. in *addit. ad Clar. q. 94. nu. 36.* & Farinac. *q. 101. nu. 34.* In omnibus enim æqualitas eſt ſervanda, præſertim in judiciis *l. in ſacris circa fi. C. de præpoſit. ſacr. lib. 12. l. 2. C. de poſtul. c. 2. de mutuis petit. in ſexto.*

Et † in terminis noſtris præciſis, quod fiſcus à ſententia 4
ſuper remiſſione rei lata, appellare nequeat, tenet Alexan. Peregrin. *de Immun. Eccleſ. capitul. 16. num. 33.* & Diana *reſolut. Moral. tract. 1. reſolut. 38. in fine part. 3.* Ubi quamvis referat Farinaccium tanquam contrarium tenentem *de Immun. cap. 22. num. 372.* ille tamen hoc nullatenus dixit, imò ibidem *numer. 369.* in ſuis originalibus ſcriptis hanc noſtram ſententiam firmavit, ut conſtat ibi in Summario, licet in nigro forte typographorum errore, id non reperiatur, facit Bartol. *ſuper deciſis in authen. quas actiones Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ubi inquit, quod cum Eccleſia Nonantulana habeat privilegium, ut contra eam non niſi ſpatio centum annorum præſcribatur, ſi ipſa vellet contra privatum præſcribere, poſſet ille uti retorſione, quem ibi ſequitur Fulgoſ. & à Bald. *impugnatione defendit, idemque tenet* ibi Iaſ. *num. 16.* qui ad hoc citat etiam Paul. de Caſtr. in *l. 2. in princ.* quod quiſque juris, & tangitur à gloſ. in *capitul. fin. de mutuis petit.* ſicut vice verſa ubi appellatio denegatur parti, denegatur etiam fiſco, ut per Scacc. *de appell. quæſt. 17. limit. 7. numer. 24. & ſequen. juxta primam impreſſ. & eſt reg. iur. in capitul. non licet actori, quod reo licitum non exiſtit de reg. iur. in ſexto*, & è contra ut ibi per Dyn. *nu. 1.*

Non † obſtat auctoritas Gambacurtæ, quæ præterquam 5
quod ob ſimiles non benè fundatas ſententias fuit ejus tractatus à Sac. Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium ad Judicem deputatorum, ſub die 3. Iulii 1623. prohibitus donec expurgaretur, ut patet ex catalogo librorum prohibitorum; ipſe ea unica ratione movetur, quòd probabiliter timeri poſſit reum calumniosè appellare ad evitandum, vel ſaltem prorogandum, aut mitigandum ultimum ſupplicium, ſibi pro admiſſo crimine imminens; hanc autem præſumptionem non cadere in fiſco, vel actore illi adhærente, eo quod nihil inde lucri conſequatur, nec reo damnum magnum cauſetur, cum ſibi ſuæ defenſiones, & appellationes in cauſa principali coram Iudice laico agitanda, integræ maneant; hæc autem ratio multipliciter everti poteſt.

Primò, quia maximam continet fallaciam, præſupponit enim ſimul & ſemel, & ſtatim lata ab Epiſcopo ſuper immunitatis articulo ſententia, reo imminere ultimum ſupplicium, ac proinde ad illud vel evitandum, vel prorogandum, per calumniam appellaturum. Et vice verſa non imminere, ſed ipſi remedia defenſionum, & provocationis à ſententia in cauſa principali ferenda integra manere, ac propterea conceſſa fiſco laico appellatione, non niſi diuturnioris carceris tædio gravari, & ſic variatis ſuppoſitis argumentum ſuo marte ſubvertitur.

Secun-

Secundò . Quia eſtò verum eſſet primum præſuppoſitum , ut ideo prohibita eſſet reo appellatio , quia præſumeretur interpoſita ad evitandam , vel protrahendam mortem conſequentia tamen inde deſumpta, ut propterea liceat fiſco , & actori appellare ; eſt contra juris regulas æqualitatem in judiciis nutrientes , & adverſatur Doctorum traditioni firmantium , etiam in caſu prohibitæ reo appellationis à ſententia capitali in cauſa principali lata , & ſtatim exequenda cenſeri prohibitam fiſco in caſu abſolutionis ut ex Magon. Bajard. & Farinacc. ſupra relatis.

Tertiò . Quia ratio Gambacur. ſupponit ſemper immunitatis controverſiam incidere in cauſis capitalibus ; cum tamen ſæpè numero pro levibus cauſis diſputari contingat an reus fuerit in loco immuni : vel in prophano captus , itaut quandoque plus incommodi illi afferat carceratio diuturna, reſultans ex altercatione & competentia juriſdictionum , quam ſententia condemnatoria in cauſa principali; unde cum in is terminis ceſſet dicta ratio ; vel dicendum eſſet in levibus cauſis concedendam eſſe reo appellationem à ſententia in qua ordinarius pronunciat illum tradendum eſſe Curiæ ſæculari , non item in gravibus , quod eſset abſurdum intollerabile , & contra ipſam *Gregorianam Conſtitutionem* , vel fatendum eſt Gambacurtæ diſcurſum non eſse juridicum.

Quartò . Denique , quia ille præſupponit calumnioſas appellationes , & cavillationes , non niſi ex parte rei prodire poſſe ; cum tamen nos , qui in tribunalibus verſati ſumus ſæpe comperiamus illas oriri etiam ex parte fiſci , vel actoris . *Conſtitutionis* itaque *Gregorianæ* ſatagens ne per hujuſmodi remiſſionis emergentem articulum nimium differatur principalis cauſa , prudentiſſimè appellationem hinc inde prohibere voluit . Sed quoniam magis dubium erat an reus poſſet appellare , cum regula generalis ſtet pro ipſo ; ideo ſatis fuit appellationem eidem prohibere ; quia ſi non conceditur reo , qui ſemper (ni prohibeatur) appellat ; multo fortius cenſetur prohibita fiſco , qui etiam in caſibus ,
6 in quibus rei conceditur appellatio , de generali conſuetudine non appellat , ut per Joſ. Ludou. *dec. Lucenſ. 1. nu. 41. & ſeqq.* & per Farinac. *qu. 101. n. 32.*

Et ſic proviſio facta in caſu magis dubitabili, procedit à fortiori in caſu minus dubio , & conſequenter non erat fiſci appellatio per me admittenda.

Cum autem ſubinde Miniſtri Sereniſſimæ Reipublicæ petiiſſent ſaltem concedi recurſum , illudque denegandum
7 cenſuerim , † non ignarus *Sac. Congregatione ſuper controverſiis Juriſdictionalibus* ſub die 6. Junii 1629. Vicarium Licienſem monitum fuiſſe , ut in futurum ſe abſtineat concedere terminum & recurſum in cauſis violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ . Tametſi regulariter prohibita appellatione non cenſetur prohibitus recurſus, ut aliis relatis inquit Marta *de juriſdict. par. 4. centur. 1. caſ. 56. nu. 7.* & nihilominus , quaſi aliis præpeditus negociis , cum cauſæ expeditionem ob reverentiam per aliquot dies protelaſsem , propoſito dubio ſub fine anni 1634. eadem Sacra Congregatio reſoluit , jure meritò per me appellationem fuiſse rejectam , ideoque reum ſtatim eſse Eccleſiæ reſtituendum , quod & executioni demandaſsem, niſi ille interim, fracto carcere, fugam arripuiſset.

Poſt hæc ſcripta cum humanitate *Sanctiſſimi D.N. Urbani Papæ Octavi* , Sanctitatis ſuæ colloquio dignatus fuiſsem , & caſu in hanc materiam ſermo incidiſset, dixit hanc ſententiam veriſſimam eſse ; ac proinde in emendato Codice Gambacurtæ , Beatitudinis ſuæ juſſu præfatam contrariam opinionem fuiſſe deletam . Diana *par. 6. tract. 1. reſ.* 30. hæc à me ſcripta refert , & inquit , & ſequitur Ciarlin. *controv. forenſ. c. 116. nu 68.* non bene intelligere , quam ſententiam ego teneo , ſed Sperell. *in dec. 95. nu. 2. & ſeq.* aſserit me affirmativam ſententiam tenere, ut re vera teneo; ſed, & idem Ciarlin. *in c. 263. ſub num. 42.* refert , ac laudat hanc meam deciſionem , & in fine regiſtrat Epiſtolam Sac. Congregationis Immunitatis ad Legatum Bononienſem , in qua dicitur d. appellationem fiſco non eſse admittendam , tum ex conſtitutione Gregoriana , tum etiam ex decretis ejuſdem Congregationis.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus an , & quando cogere valeat Clericos ad incedendum in habitu , vel illum reaſsumendum.

Clericus beneficiatus , vel in ſacris conſtitutus non incedens in habitu , & tonſura quibus ſubiaceat pœnis , & an peccet mortaliter.

Et quid de Clerico in minoribus non beneficiato.

Impetrans beneficium tanquam vacans , ob non delationem habitus , quid probare debeat.

Habens penſionem Eccleſiaſticam an gaudeat fori privilegio licet in habitu non incedat , vel Eccleſiæ non inſerviat.

SUMMARIUM.

1 *CLericus habitum dimittens appellatur Apoſtata , & privilegiis clericalibus privatur.*
Intellige ſi vel in ſacris eſt conſtitutus , vel eſt beneficiatus nu. 5.

2 *Clericus uti laicus intercedens, carceratur ab ordinario , & cogitur ad habitum reaſſumendum.*

3 *Pœniſque infamiæ, privationis , & aliis puniri poteſt.*
Intelligè , ſi eſt beneficiatus , vel in ſacris conſtitutus num. 14.
Qui etiam aliis pœnis punitur n. 15. & 16. & 17.
Præterquam in caſibus de quibus n. 18.

4 *Epiſcopus contra canones ſtatuere non poteſt , conſuetudo autem contra canones introducitur.*

6 *Epiſcopus cogere poteſt Clericos in habitu clericali incedentes ad illum geſtandum decentem , & modeſtum.*

7 *Et in Synodo Dioceſana illum taxare , & præſcribere.*
Et an prohibere poſſit, ne quis aſſumat , vel reaſſumat habitum ſine ejus licentia n. 29.

8 *Habitus Clericalis honeſtus is dicitur , qui à conſuetudine & communi uſu Provinciæ reperitur admiſſus.*

9 *Clericus in Hiſpania nutriens barbam an gaudeat fori privilegio.*
Cened. qq. canon. lib. 1. q. 4. n. 30. *reiicitur.*

10 *Habitus Clericalis , in quo conſiſtat.*

11 *Tonſura Clericalis , quæ dicatur.*

12 *Clericus beneficiatus , vel in ſacris conſtitutus non incedens in habitu , & tonſura peccat mortaliter.*

13 *Clericus non beneficiatus, nec in ſacris conſtitutus deferens tonſuram ſine habitu Clericali peccat mortaliter.*

16 *Beneficiatus habitum publicè non geſtans, amittit beneficium ipſo iure abſque temporis lapſu.*

17 *Beneficiatus incedens ſine habitu hodie ipſo facto amittit beneficium.*

19 *Et in foro conſcientiæ tenetur illud dimittere.*
Fallit in caſibus , de quibus n. 18.

20 *Beneficium impetrans uti vacans ob non delationem habitus quid probare debeat.*

21 *Poſſeſſor beneficii etiam intruſus citandus eſt etiam , ſtante clauſula* amoto illicito detentore ſimpliciter , & de plano.

22 *Clauſula* amato *facit executorem de mero mixtum.*

23 *Scientia certa requiritur ad devolutionem iuris præſentandi.*

24 *Scientia indubitata requiritur ubi agitur de amiſſione iuris.*

25 *Scientia non probata , ignorantia præſumitur.*

26 *Clericus in minoribus ex non velatione habitus , puniri non poteſt , & n. 5.*

27 *Nec cogitur ad illum deferendum vel reaſſumendum , ſed tantum privatur fori privilegio, & ei interdicitur ſacrorum exercitium.*

28 *Epiſcopus non cogit Clericos ad ſuſcipiendos ordines ſacros ſub pœna privationis privilegiorum.*

29 *Clericus ſimplex poſt trinam monitionem habitum non reaſſumens , an poſſit in perpetuum fori privilegio privari.*
Capra reg. 97. n. 105. & Ricc. in prax. rer. quot. deciſ. 605. n. 5. *reiicitur.*

30 *Epiſcopus an poſſit prohibere ne quis habitum Clericalem aſſumat , vel dimiſſum reaſſumat.*

31 *Penſionarius non deferens habitum vel Eccleſiæ non ſerviens an gaudeat fori privilegio ,* & num. ſeqq. uſque ad finem.

32 *Dictio* niſi , *excludit omnia non expreſſa.*

33 *Penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum.*

34 *Penſionarius gaudet fori privilegio ad inſtar beneficiati ,* & num. 34.
Reſpublica Veneta habet Privilegium à Summo Pontifice procedendi contra Clericos minoris.

Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 15. n. 15. *refellitur*.

35 *Penſionarius in favorabilibus an veniat appellatione beneficiati*.

36 *Penſio inter cætera obtenta exprimi debet in impetratione beneficii*.

37 *Penſionarius quando paruum officium recitare, & in habitu incedere teneatur*.

38 *Penſionem poſſidens uti quid prophanum eſt merus laicus, nec fori privilegio gaudet*.

39 *Penſio quando, tam in favorabilibus, quam odioſis veniat appellatione Beneficii remiſſive*.

DECISIO LXVI.

QUidam Reverendiſſimus Antiſtes per publicum edictum à ſe editum prohibere intendebat Clericis quibuſcunque ſuæ Diœceſis, ne auderent in poſterum habitum Clericalem dimittere, & præcipere, ut quatenus dimiſiſſent, infra tres dies reaſſumerent, quibus elapſis, declarabat nullatenus eis reaſſumere licere, forique privilegio remanere privatos; cæteriſque pœnis ſubiacere Apoſtatis inflictis, demum carcerationis, aliiſque pecuniariis, corporalibuſque pœnis arbitrio ſuo infligendis; quod edictum ſe
1 fundaſſe, ajebat in juris diſpoſitione, † & ſignanter *in c. 1. extr. de Apoſt.* ubi Clericus, qui Clericalem habitum dimiſit, appellatur Apoſtata, ac privilegiis Clericalibus privatur
2 † *& in capit. à nobis*, quod eſt penultimum *eod. tit.* ubi Clericus, qui dimiſſo habitu, uti laicus incedit, poteſt ab ordinario per carcerationem & corporalem macerationem
3 cogi ad illum reaſſumendum, † denique movebatur ex doctrina Bern. Diaz. *in pract. crim. can. cap. 114. ver. Apoſtatæ*, & apud eum Lopez Salcedo *in cap. 109.* qui docet; hujuſmodi Clericum pluribus pœnis etiam infamiæ: & privationis puniri.

Ego autem perſuaſi eidem D. Antiſtiti, ne ullo pacto publicaret hujuſmodi edictum, tanquam in multis contrarium ſacris canonibus, ac menti *Sac. Congregationis Concilii Tridentini*.

4 Epiſcopus † autem contra canones ſtatuere minimè poteſt *c. inſtitutionis 25. quæſt. 2. Clem. ne Romani extr. de election. cum concord.* Abb. *in cap. fi. num. 7. & 8.* ubi ſecus dicit in conſuetudine, & ibi Rocch. de Curt. *ſect. 3. numer. 7. 9. & 11. de conſuet.* Felyn. *in cap. quod ſuper his numer. 4. in qua* Fallen. *& num. 11. verſ. dixit* etiam *mirabiliter de Maio. & obed.* Henriq. Bott. *de Synod. Epiſcop. p. 3. art. 1. conc. 8. à n. 36.* Alber. *de roſa. in tr. de ſtat. par. 1. qu. 7. ver. ſed quod ſi ſtatut.* Piaſec. *in Prax. Epiſcop. cap. 2. num. 7.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſc. par. 3. alleg. 93. num. 29.* & ibi ex mente aliorum affert rationis diverſitatem inter ſtatutum, & conſuetudinem contrarius Rot. *in Cæſarauguſtana Synodi 13. Febr. 1626. coram Reverendiſſimo Coccino Decano*, Amico meo, & Collega in Sac. univerſali Congregatione Sancti Ufficii, ubi quod nec quidem in Synodo id facere poteſt, & quamvis dicta regula ſoleat limitari ex cauſa evidenti, & neceſſaria, ex qua Epiſcopus poteſt concedere ſtatuta contra jus commune, ut eleganter deducit Bald. *in l. omnes populi num. 8. ff. de iuſtit. & iur.* ex tex. *in leg. ſi hominem ff. mand.* quam ſequitur Abbas *in capitul. at ſi clerici §. de adulteriis numero 9. de Iudic.* cum aliis relatis per Diaz. *regul. 238.* & Duen. *regul. 248. lim. 2.* ubi hoc dictum examinat & Guttier. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 181. numero 4.* Rota *in Pampilonen. Parochialis de Inundan. 16. Iunii 1597. coram Penia*, ubi quod ex cauſa favorabili & tendente ad divini cultus argumentum; non tamen in noſtris terminis poteſt ulla ſimilis cauſa conſiderari.

5 In primis dicebam Clericum, qui propria authoritate, dimiſſo habitu Clericali, pro laico ſe gerit, ita demum dici apoſtatam, ſi vel in ſacris ſit conſtitutus, vel beneficium obtineat eccleſiaſticum, ſecus ſi duntaxat ad minores eſt ordines promotus, & beneficio caret, qui propterea, lege permittente, habitum dimittere, ac ad ſæculum redire poteſt ita gloſſ. *in dict. cap. penult. verbo blanditiis de Apoſta.* & pulchrè Marian. Soccin. *num. 3.* ubi ad hoc citat Innoc. & dicit quoſdam contrarium tenere, & malè & hanc eſſe commun. opin. teſtatur Anani. *in cap. tuæ numer. 1. eod. tit.* ubi etiam Hoſtienſ. & Abb. *num. 2. & Clar. in §. fi. quæſt. 78. ſub nu. 4. in fine*, ad idem etiam Dec. *in tract. crimin. lib. 5. capit. 73. num. 24.* Menoch. *de Arb. Iud. caſu 546. numer. 52.* noviſſimè Ricciull. *in tract. de inre perſonar. lib. 7. cap. 6. in fi.* & ſic text. *in d. cap. 1. de Apoſtat.* loquitur de Clericis in ſacris conſtitutis, vel beneficiatis, non de cæteris Clericis in minoribus, quos propterea non poterat dictus Epiſcopus ex habitus deſertione apoſtatas declarare, & uti tales mulctare.

Secundò † circa d. edictum conſiderabam, quod ſi Cle- 6
rici habitum clericalem ad effectum gaudendi fori privilegio geſtare intendunt; poteſt quidem ordinarius eos cogere, ut illum decentem, & honeſtum deferant, ſive in majoribus, ſive in minoribus ſint ordinibus conſtituti, & ſive beneficiati, ſive beneficio carentes, eſt tex. *in cap. nullus*, *& per tot. 31. quæſt. 1. clem. 2. de vit. & honeſt. cleric. cum ſimilibus*, *& advertit* Marian. Soccin. *in cap. tuæ ſub num. 3. extr. de Apoſtat.*

Et † ſic puto, poſſe Epiſcopum in dioceſana Synodo ha- 7
bitum Clericorum taxare, & præſcribere, ſeu illius formam tradere, ut deducitur ex *Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. de reformat.* in illis verbis. *Honeſtum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum:* † Qua taxatione 8
ordinarii deficiente, ille dicetur habitus clericalis honeſtus, qui à conſuetudine, & communi uſu Provinciæ reperitur admiſſus gloſ. *in cap. penultim. ver. de auratis de vit. & honeſtat. cleric. & in Clem. 1. ver. ſecularis de elect.* Card. *in d. Clemen. 2. in fi.* Abb. *in cap. 1. de Apoſtat.* Covarr. *pract. qq. cap. 31. ſub num. 7. ver. 4. illud* Roland. *conſil. 4. num. 27. lib. 1.* cum aliis latè relatis per Farinac. *in quæſt. 8. num. 69.* & per Suarez à Paz *in pract. canon. & ſecul. tom. 2. prælud. 2. nu. 7.* & Ricciull. *de Iur. perſon. lib. 7. cap. 6. num. 2.* Menoch. *conſil. 392. à num. 33. vol. 4.* Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 84. & 87.* Clar. *in §. fi. quæſt. 36. à num. 13. in fi.* Salſed. *in addit. ad pract. crim.* Diaz. *cap. 75.* Zerula *in Prax. Epiſcop. in verb. Clericus num. 14.* Borell. *in addit. ad* Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr. 11. §. videamus in verb. coniug. littera A.* Avendagn. *in tract. de exequend. mand. lib. 1. cap. 32. num. 16.* Bellet. *diſquiſ. cleric. tit. de diſciplina clericor. §. 16. à num. 12. & ſeq.* Carol. de Graff. *de effect. cleric. in Prælud. num. 271.* Vivian. *in Prax. Iuriſpatr. par. 3. lib. 15. cap. 4. num. 9.* Barboſ. *de offic. Epiſc. par. 2. alleg. 9. num. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 46. num. 5.* Azor. *inſtit. moral. lib. 13. cap. ult. quæſt. 16.* Cened. *quæſt. pract. & canon. lib. 1. quæſt. 4. num. 30.* † ubi hinc 9
infert, fortè poſſe defendi, quod cum in Regnis Hiſpaniarum omnes Clerici non ſolum veſtes talares, & tonſuram, ſed etiam barbam tonſam, & raſam deferre conſueverint; ſi quis barbam nutriret, eſtò, cætera requiſita haberet, fori tamen privilegio non gauderet: reliquit tamen cogitandum; ego autem dictam opinionem puto adverſari menti *Sac. Concil. Trid.* quod tria dumtaxat determinavit requiſita, nempè habitum clericalem † qui colorem, & for- 10
mam veſtium reſpicit *cap. cleric. officia 15. extr. de Vit. & honeſtat. cleric. cum ſimilibus gloſſ. in cap. 1. in formatione caſus de cler. coniugat. in 6.* tonſuram, † quæ coronam in capite in 11
modum ſpheræ deſignat *cap. prohibente, & cap. penultim. 23. diſt. cap. duo ſunt 12. quæſt. 1. & d. cap. clerici officia*, & advertit Vival. *in explic. conſtit. Sixti V. de habitu & tonſura §. circa quam in calce Candelabri aurei* Graff. *par. 1. deciſ. l. 3. c. 3. n. 2.* Et Eccleſiæ ſervitium *d. cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat.* nec ſupra relata jura, loquentia de tonſura, ad barbam, in detrimentum Clericalium privilegiorum, trahi poſſunt. Si verò clerici veſtem clericalem dimittunt; magna intercedit differentia inter clericos ſimplices, & cæteros tam in foro Poli, quam in foro fori.

In foro quidem interno, † quia clerici beneficiati, vel in 12
ſacris conſtituti non deferentes habitum, & tonſuram peccant mortaliter, niſi eos excuſet parvitas materiæ, vel juſta cauſa: Clerici autem minores non beneficiati nequaquam peccant Abb. *in cap. ſi quis nu. 1. de vit. & honeſt. cleric.* Sylveſt. *in ſumm. verb. clericus 2. num. 2. verſ. 1.* Navarr. *in ſumm. cap. 25. nu. 100. verſ. 33. & in commentar. 4. de regular. nu. 27.* Henriq. *lib. 13. cap. 39. nu. 3.* Vaſq. *3. par. tom. 3. diſp. 250. cap. 3.* Regin. *lib. 30. nu. 10.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. par. 2. allegat. 9. nu. 11.* Coninch. *de Sacram. diſp. 8. punct. ult. nu. 3.* Graffius *par. 1. deciſionum lib. 3. dec. 13. num. 1. & 15.* Vivald. *in explicat. Bullæ Sixti V. de habitu, & tonſura in calce Candelabri aurei, §. de Veſtibus*, † Ubi notabiliter limitat, quando Clerici minores 13
incedentes ſine habitu clericali deferunt tonſuram, tunc enim & ipſi peccant ſecundum eum, quod mihi arridet, cum iſto caſu generetur magnum ſcandalum inter fideles, & clericorum nomen contemnatur, & blaſphemetur, ut nimis ſæpè experientia docet.

Quo vero ad forum fori, Clerici quidem, qui ſunt in ſa- 14
cris conſtituti, niſi poſtquam moniti, & territi fuerint, reſi-

reſipiſcant ; poſſunt per Epiſcopum ſub gravi cuſtodia carcerari , etiam victu , & potu illis diminuto , ita quod ſolummodo illis vita miſera reſervetur , donec à ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant , & in his terminis loquitur text. *in d.cap. à nobis , quod eſt penul. extr. de Apoſt. ut ibi per gloſ. & Doctores.*

15 Supervenit † poſtea *dict. clement. 2. de vita, & honeſt. cler.* qua cavetur , ut Clericus , qui abſque rationabili cauſa veſtes ſive indecentes , ſive laicales publicè defert , ſi beneficiatus exiſtat per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum ; quæ obtinet ſit eo ipſo ſuſpenſus , ſi verò non beneficiatus , ſed in ſacris conſtitutus , per idem tempus reddatur inhabilis ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum, & aliàs, provt ibi latiùs habetur.

16 Succeſſit deinde diſpoſitio *S. Concil. Trid. in ſeſſ. 14. cap. 6. de reform.* ubi confirmatur , & ampliatur *d. clem. 2.* ita ut Eccleſiaſticæ perſonæ , quæ vel beneficium obtinent , vel in ſacris ſunt conſtitutæ , & propriam dignitatem, clericalemque honorem parvipendentes veſtes etiam deferunt publicè laicales , pedes in diverſis ponentes , unum in divinis, alterum in carnalibus , quantumcumque fuerunt exemptæ , ſi poſtquam ab ordinario etiam per edictum publicum moniti fuerint , honeſtum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem , & juxta ipſius Epiſcopi ordinationem , & mandatum non detulerint , per ſuſpenſionem ab ordinibus , & officio , & beneficio , ac fructibus redditibus , & proventibus ipſorum beneficiorum , nec non ſi ſemel correcti , denuo in hoc deliquerint , etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujuſmodi coerceri poſſunt, & debent.

17 Denique † emanavit Conſtitutio Sixti Papæ V. *cum Sacroſanctam quæ eſt 92. eiuſdem in 2. tomo Bullarii novi folio 653.* quia Clerici beneficium , vel penſionem obtinentes , ac in habitu clericali minimè incedentes , declarantur ipſo facto beneficiis , ac penſionibus privati , ita ut beneficia ipſa vacare dicantur , & uti vacantia impetrari poſſint , quæ *conſtitutio* fuit eodem anno per eundem Pontificem moderata , quoad familiares Summi Pontificis inferioribus miniſteriis inſervientes , nec non quo ad penſiones ſexaginta ducatos de Camera non excedentes , ut habetur in ſubſequenti Conſtitut. ſe. declaratione , quæ incipit *Paſtoralis*.

Nec requiritur alicujus certi temporis lapſus , ſed vigore dictæ *Conſtitutionis* incurritur vacatio ipſo jure, eo ipſo quod quis publicè non geſtat habitum clericalem , provt declarat Garzi. *in tract. de benef. p. 7. tit. 1. nu. 17. & 18.*

18 Quæ † quidem conſtitutio , nec non & ſupra relati Canones non procedunt , quando clericus ob paupertatem , vel infirmitatem vel itineris neceſſitatem , vel propter aliquod periculum vitandum , vel domi ſuæ , habitum , vel tonſuram non deferat , aut publicè ſemel , aut bis dimittat , ut per Proſper. *de Auguſt. in addit. ad* Quarant. *in ſum. Bullarum in verb. habitus Cleric.* Ugolin. *de poteſt. Epiſcop. capitul. 2.* Carolus de Graff. *de effectu cler. effect. 1. numer. 1171. cum ſeq.* Vival. *in explic. dictæ Bullæ loco ſup. cit.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſc. par. 2. alleg 9. à numer. 16. uſque ad fi.* Graffius *par. 1. deciſ. aurear. lib. 3. cap. 3.* ubi dictam Conſtitutionem interpretatur , & addit in his caſibus excu-

19 ſari etiam à peccatis ; † penes quem habes etiam quod is , qui ex dicta *Conſtitutione* in privationem incidit , tenetur in foro conſcientiæ dimittere beneficium & ante dictam dimiſſionem non eſt abſoluendus , niſi ſit perſona gravis , & promittat dimittere , vel immineat dies Paſchatis , vel ſit ſpes diſpenſationis obtinendæ , ſuper quo pro nunc non inſiſto.

Non tamen omittam circa praxim dictæ *Conſtitutionis*

20 *Pii V.* unum valdè notandum , † quod mihi olim in facto contingit . Ut nempè ſi illius vigore impetratum fuerit beneficium tanquam vacans ob Clericalis habitus non delationem , neceſſe eſt , ut coram executore Apoſtolico citetur poſſeſſor beneficii , alias eſto probetur , illum publicè habitum laicalem detuliſſe , proceſſus erit nullus , & poſſeſſor præfatus debet in poſſeſſione beneficii manuteneri , provt ego dum eſſem adoleſcens , & in Urbe Advocatum agerem , obtinui in Rota *coram Card. Cavalerio* ; Cum enim quidam Felicianus Veſpaſianus ex oppido Collis Mancii Aſſiſienſ. diœceſis impetraſſet quoddam beneficium Sancti Stephani de Jure patronatu laicorum , quod prius obtinebat Franciſcus de Macariis ex eodem loco , ſub narrativa, quod idem Franciſcus diu uti laicus ſe geſſerat , Romæ inſerviendo . D. Marchioni Cæſio pro parafrenario , & in portu Liburnii , Magno Duci Hetruriæ , pro milite Vicarius Aſſiſien. non citato dicto Franciſco proceſſum ſtruxit , eundemque Fœlicianum in dicti beneficii poſſeſſionem immiſit . Ego autem introducta in Rota cauſa Appellationis , ob defectum dictæ citationis inſteti pro mandato de manutenendo, † quia 21 poſſeſſor beneficii quantumcumque injuſtus , & intruſus, amoveri non debet , niſi prius citetur , etiam ſi ſummus Pontifex mandaverit executori gratiæ , ut ſi reperiat injuſtum poſſeſſorem , amoveat ſimpliciter , & de plano , ut benè ad propoſitum tradit Calderin. *conſil. 4. de dilation.* Gemin. *conſil. 117. numer. 13. circa ſi. verſ. item ex alio* Zabarell. *conſil. 132. num. 7.* quod multo magis procedit quando executor eſt mixtus Card. Seraph. *deciſ. 1446. num. 5. par. 2.* Cujuſmodi fuiſſe dicebam Vicarium Aſſiſienſ. cum litteræ impetrationis Fœliciani directæ fuerant, † cum 22 cauſula *amoto quolibet illicito detentore* , quæ facit Executorem de mero mixtum Abb. *in cap. de cætero num. 8.* & ibi Felyn. *numer. 9. extr. de re Iud.* Rota *in Zamoren. Contrariæ 4. Iun. 1591. coram Gypſio* , etiam ſi non fuerit dictum (*illicito*) ſed ſimpliciter *amoto quolibet detentore* Rota *in Abulen. & Zamoren. Beneficiorum 17. Iunii 1574. coram Penia* Marta *de clauſulis par. 1. clauſ. 9. num. 1.* & in terminis quod ſit danda manutentio penſionario quando fuit illi oppoſita dicta exceptio ex dicta *Bulla* ob non delationem habitus , etiam ſi præceſſerit ſententia in prima inſtantia ſuper amiſſione ob non delationem , fuit reſolutum in *Forolivien. penſionis 24. Aprilis 1592. coram Penia* . Unde obtinui dicto Franciſco dandum eſſe mandatum de manutenendo , provt conſtat *ex deciſ. impreſſa in volumine deciſionum eiuſdem* Card. Cavalerii *deciſ. 432.* Cum autem pars adverſa in Petitorio judicio coram eadem Rota citato Franciſco probaſſet eum re vera depoſuiſſe habitum , & Aureliam ejus matrem , ad quam Juſpatronatus dicti beneficii ſpectabat , intra quadrimeſtre alium non præſentaſſet . Ego oppoſui tempora non cucurriſſe dictæ Patronæ vacationem ignoranti , cujus certa ſcientia probari per partem adverſam minimè potuit, ſed duntaxat præſumpta ex eo, quod dictus Franciſcus à pluribus ſuis conterraneis , & ab ejus Patre Romæ in habitu laicali viſus fuerat , ex quo veriſimile reddi videbatur id perveniſſe ad notitiam Aureliæ ejus genitricis, ac dicti beneiii Patronæ , qua veriſimilitudine ſtante , dicebant ſcribentes pro Fœliciano , cœpiſſe currere tempus quatuor menſium datum ad præſentandum Rota *in Aquen. Presbyteratus 29. Aprilis 1604. coram Lancelloto* . Ego reſpondebam levem eſſe dictam conjecturam , cum immò veriſimiliter omnes id Aureliæ tacuerint , ne inde mœrore afficeretur : † Ad effectum autem devolutionis juris præ- 23 ſentandi ; ſeu Juriſpatronatus , requiritur ſcientia certa , nec ſufficit præſumpta Puteus *deciſ. 143. lib. 1.* Mohed. *deciſ. 4. eod. lib.* Rota *deciſ. 186. num. 2. par. 2. in recen.* Seraph. *cum relat. deciſ. 1173. par. 2.* Rota *in Firmana Alburis 10. Maii 1606. coram Penia Garz. cum per eum relatis de Benef. par. 10. cap. 20. num. 34.*

Agitur † enim de juris amiſſione , quo caſu non relevat 24 ſcientia interpretativa , ſed requiritur certa , & indubitata gloſa *communiter approbata in capitul. concertationi in verb. ſciverit de Appell. in ſexto* , Pedem. *deciſ. 46. num. 3. & 4.* Sur. *cum relatis conſ. 28. num. 28.* Puteus *deciſ. 397. nu. 3. lib. 2.* Creſcent. *deciſ. 5. de præſumpt.* Rota *dec. 21. de dolo , & contumac. in antiq.*

Cum † itaque ſpecificè dicta ſcientia non probaretur ; di- 25 cebam potius eſſe præſumendam ad hunc effectum ignorantiam Rebuff. *in prax. tit. de devolut. n. 12.* quem in his propriis terminis ſecuta fuit Rota *d. deciſ. 186. nu. 2. lib. 2.* Mohedan. *deciſ. 4. num. 2. de probat.* & plurimas Rotæ reſolutiones refert Garz. *d. cap. 2. num. 34. & ſeq.* ex quibus , & aliis per me tunc adductis , quæ brevitati parcens , reticeo ſententiam favorabilem , reportavi, ut conſtat ex ejuſdem Caval. *dec. 489.* Sed revertendo ad rem , à qua non inutiliter digreſſi ſumus , Clerici † minores , ideſt , qui nec in ſacris , nec beneficiati ſunt , 26 non poſſunt pro habitus dimiſſione puniri, cum id facient jure permittente , ut ſupra dicebam *n. 5.*

Nec † poſſunt cogi ad illum deferendum , ſeu reaſſu- 27 mendum *cap. fi. de cleric. coniugat. cum ſimilibus* niſi cauſativè , quatenus privilegio fori uti velint , ut declarant Ab. *& ſcribentes in dict. cap. fi.* & Ricc. *deciſ. 162. num. 4. par. 2.* & patet ex *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* Id

quod pluries declaravit *Sac. Congregatio Concil. Trident.* & ſignanter ſub die *ſexta Maii* 1606. reſpondens tribus quæſitis Epiſcopi Iſern. in hanc, quæ ſequitur formam *Sac. Congregatio Concilii ad primum reſpondit, Non gaudere privilegio fori Clericos non incedentes in habitu, & tonſura, ſed non propterea impediri Epiſcopum, quominus ſi prævenerit eoſdem Clericos, punire poſſit. Ad ſecundum, Non poſſe punire Clericos ex eo, quod dimiſerunt habitum. Ad tertium, poſſe illis ſacrorum exercitium interdicere, ſed non poſſe præcisè compellere ad reaſſumendum habitum clericalem.* Cujus reſolutionis exemplum authenticum penes me reperitur.

28 Et † multo minus illos cogere valet ad ſuſcipiendos ordines ſacros, ſub pœna privationis privilegiorum fori, & exemptionis; ut reſpondit *Sac. Congregatio ſuper controverſiis Juriſdictionalibus* in una *Caſertana die* 22. *Auguſti* 1628.

29 Tertiò † addebam, quoſdam ſcribentes opinatos fuiſſe quod Epiſcopus poſſit per trinam monitionem interpellere Clericos, qui habitum clericalem depoſuerunt, quatenus infra tot dies reaſſumant ſub pœna privationis privilegii fori in perpetuum, qua trina monitione tranſacta, ſi clerici in contumacia perſeveraverint, non poſſint amplius dicto privilegio frui; ita tradit Capuas *in ſuis regulis, ſeu concluſionibus regul. 97. num. 105. cum plurib. ſeqq.* Qui ſecus dicendum concludit, ſi monitio fuerit ſimplex ſub pœna amiſſionis privilegii, non additis illis verbis *in perpetuum*, cum quo tranſire videtur Farin. *de Inquiſit. quæſt. 8. ſub num. 66. verſ. ſed quid*, quatenus ad illum ſe remittit: Idemque non obſcure ſentit Ricc. *in praxi rerum quotidianar. dec. 606. num. 5.* ubi perperam ad hoc citat Quarant. *in ſumm. bull. ver. ord. limit. 2.* qui tamen nec ibi, nec in *verbo habitus Clericalis*, ubi de hac materia agit, dicit aliquid ad propoſitum noſtrum.

Hec concluſio mihi non videtur de mente juris, nec *Sacri Concilii Tridentini*, ex quibus Clericus non incedens in habitu privatur temporaliter tantum dicto privilegio, nempè donec caret requiſitis tex. *eſt in Clent. 1. ibi quamdiu in præmiſſis extiteris de vit. & honeſt. cler. c. fi. extr. eodem* Capra *in reg. 97. num. 96. & ſeqq. cum aliis*, quos retuli, & ſecutus ſum ſupra in *deciſ.... num....* & idcirco in praxi, ni fallor, improbaretur à *Sacra Congregatione*, maximè quia indirectè retardaret plurimos clericos ne ad frugiorem vitam redirent. Sed poſt ſecundam hujus operis impreſſionem reperiri, quod Sacr. Congregatio amplexa fuit d. Capræ ſententiam, qua de re cum anno 1658. Romam ad Sacr. Limina viſitanda profectus fuiſſem, nonnullos ejuſdem Congregationis Cardinales conſului, qui idem mihi reſponderunt: undè d. opinio præmiſſa trina monitione practicari poterit, niſi tamen Clericus de licentia Epiſcopi habitum reaſſumat.

30 Quartò, † denique dicebam me quandoque vidiſſe in quibuſdam conſtitutionibus Synodalibus interdictum ne quis abſque Epiſcopi licentia habitum aſſumeret clericalem; quod quidem eſt de mente Gemin. & Franch. in *cap. fi. in fine de bigamis in ſexto Genuenſ. in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 55. ſub num.* 3. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 1. num.* 1290. & ne quis jam depoſitum habitum propria auctoritate reaſſumere præſumeret, quam tamen prohibitionem Epiſcopus facere minimè poteſt ex jam dictis, immò cum poſt hæc ſcripta quidam Viſitator Apoſtolicus ſimilia decreta feciſſet, illa à S. Congregatione jure meritò abolita fuere. Nec omiſeram, quod Ferdinandus Rex primus multum laboravit, ut Vicarius Neapolitanus conſimile conderet Edictum, quod quidem obtinere non potuit, ut refert Afflict. *ſuper conſt. reg. lib. 1. rub. 3. de Apoſtatis ſub nu. 12. omnino viden.*

31 † Quò ad aliud quæſitum, mihi ab eodem D. Præſule factum, an clericus, cui penſio ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici reſervata fuit, non incedens in habitu: & tonſura vel Eccleſiæ non inſerviens gaudeat privilegio fori, dicebam quæſtionem hanc eſſe etiam inter DD. controverſam, & quidem pro parte negativa ſtat aſſerta *reſolutio S. Congregationis* relata à Pariſ. *de reſign. benef. lib. 2. qu. 15. num. 15.* ejuſdemque *reſolutionis* auctoritate ſuffulti hanc ſententiam amplexi ſunt Azebedo *in l. 1. tit. 4. lib. 1.* Recopilationis *num. 5.* Gonzal. *in regul. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. nu. 6.* Garzia *de benef. par. 1. cap. 5. nu. 70.* eamque amplecti videtur Cened. *pract. & canonic. qu. 4. n. 32. cum ſeqq.* & moventur, quia *Concil.* ſecundum eos, corrigit jus commune, & tres dumtaxat caſus accipit

32 per dictionem, *niſi*, † quæ dictio cæterorum caſuum excluſiva videtur *l. qui aliena §. ſi libertas ff. de negoc. geſt. c. ſi duo de procur. in ſexto, cum concordam citatis* per Cravett. *conſ. 155. nu. 1.* Sbrozz. *de officio Vicarii lib. 2. qu. 111. n. 9.*

Nec penſionarium comprehendi putant ſub caſu, & expreſſione beneficiarii, † quia penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum Abb. in *c. ad audientiam il ſecondo*, & ibi Felynus, 33
& ſcribentes communiter de reſcription. tex. *in cap. quamvis il primo, de præb. in ſexto*, & ibi Anchar. Geminian. Franch. & alii Jo. de Selva atteſtans de communi *in tract. de benefic. par. 1. qu. 3. num. 10.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Pariſ. *d. qu. 15. nu. 11.* & latius Cened. *d. quæſt. 4. num. 35. & ſeq.*

Cæterum † quoad privilegium fori penſionarium venire 34
appellatione beneficiarii firmat Gigas *in tract. de penſion. qu. 94. num. 8.* ubi loquitur de Privilegio *à Clemente Septimo Pont. Max.* conceſſo Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, ut in ejus Ditione Judices laici procedere valeant contra clericos non beneficiatos, nec in ſacris conſtitutos, & concludit, ſub dicto privilegio non comprehendi clericos penſionem Eccleſiaſticam habentes, quaſi ii appellatione beneficiatorum veniant; eandem ſententiam in terminis *Concilii Tridentini* defendit Salſedo *in prax. crim. canonum cap. mihi 62. num. 10. aliàs cap. 67.* inquiens, ſe ita in facti contingentia conſuluiſſe, & in ſupremo Regio Concilio Complutenſi judicatum fuiſſe Zerula *in prax. Epiſcopali par. 1. ver. clericus §. 2. dub. 1.* Marta *in tract. de Juriſdict. par. 2. cap. 32. num. 45.* ubi teſtatur ipſa pluries fuiſſe Neapoli judicatum Benzon. *in tract. de cenſur. lib. 5. diſp. 16. cap. 1. verb. poſtulabis to. 1. fol. 672.* Porteles *in ſcol. ad Molin. in tract. de compet. quæſt. 5. num. 20.* & cum hac opinione reſidere videtur Ceneda *d. quæſt. 4. ſub nu. 36. ver. iſte tamen* (licet pro contraria citetur, & hanc ſententiam re vera ſæpè amplexa fuit *S. Congregatio Concilii*, ita ut contraria Reſolutio à Pariſio relata cenſenda ſit apocrypha, & conſequenter ſcribentes qui illius auctoritate decepti fuerunt, comperta veritate contrarium reſponditſent.

Hanc ſententiam in eo nonnulli præcipuè fundari arbitran- 35
tur, quod tametſi penſio regulariter non veniat appellatione beneficii Eccleſiaſtici, ut ſupra dictum eſt, ſecus tamen ſit in materia favorabili, cum ſaltem largo modo beneficium dici poſſit Abb. *in cap. ad audientiam il ſecondo, num. 2. de reſcript.* latè Gigas *in tract. de penſion. quæſt. 28. numer. 18.* Cened. cum per eum relat. *dict. quæſt. 14. ante numer. 33.* Mandoſ. *in regul. Cancell. 19. quæſt. 11. numer. 11. laſſarte de decima Venditionis c. 19. n. 4.* Et reperio fuiſſe hujuſmodi dubium præſidente bon. mem. Cardinali Alciato in *S. Congregatione* propoſitum *ſub die 6. Decembris* 1576. occaſione cujuſdam Clerici Veliterni, qui penſionem Eccleſiaſticam habens non incedebat in habitu, & tonſura nihilque decretum fuiſſe. Nam primo aſpectu videbantur obſtare verba *Conciliarii* requirentis beneficium, & ſic re ipſa corpus beneficii, cujuſmodi non eſt penſio. Et quamvis ea largo modo, & in materia favorabili veniat appellatione beneficii, hæſitabant tamen *Eminentiſſimi Patres*; an favor Eccleſiæ ſuaderet, ut non incedens in habitu, & tonſura gaudeat beneficio fori, quemadmodum videmus aliàs idem Concilium non intellexiſſe appellatione beneficii venire penſionem; ut *in cap. 2. ſeſſ. 21. cap. 18. ſeſſ. 23. cap. 15. ead. ſeſſ. 23.* ex alia parte valde urgebat doctrina Gigant. in terminis *de penſion. d. q. 94. num. 8.* quæ in praxi obſervatur Neapoli, Venetiis, & alibi præſertim; quia in dubio pro foro Eccleſiaſtico eſt judicandum. Unde cenſuit *Congregatio* eſſe maturius deliberandum. Iterumque eodem caſu propoſito ſub *die 13. eiuſdem*, remiſit articulum decidendum ad ſanctiſſimum, qui ſumm. Pontif. tunc *Gregorius Decimustertius*, audita relatione, *Congregationis* ſub *die 18. eiuſdem menſis* declaravit, Penſionarium cenſeri beneficiatum ad effectum gaudendi privilegio fori Eccleſiaſtici, de quo loquitur Concilium *d. c. 6. ſeſſ. 23. de reformat.* idque duabus potiſſimum rationibus, primò, quia *Concilium* in aliquibus habet Penſionarium pro beneficiario, † ac propterea in impetratione be- 36
neficiorum inter cætera obtenta exprimi debent etiam penſiones, ſicuti beneficia, aliter gratia redditur ſubreptitia, ut docent Socc. ſen. *conſ. 260. col. 1. lib. 1.* Berous *in c. ſuper litteris nu. 72. ver. 14. de reſcript.* Gigas *in tr. de penſ. q. 67. n. 4.* Staphil. *de liter gratiæ §. nova forma n. 11.* Menoc. *de arb. Iud. caſu 201. n. 5.* Quod quidem indubitatum eſt, ſi penſio ſuper Benef. ſub eodem tecto exiſtente reſervata fuit, ut poſt primam hujus operis impreſſionem Ego uti majoris præſidentiæ Abreviatore comperi in textis Cancellariæ Apoſtolicæ adnotatum.

Secundo, quia Pius V. ſua Conſtitutione obligavit Pen- 37
ſionarium ad recitandum ſaltem officium B. Mariæ Virginis, quæ ratio, quo ad unum ex requiſitis nempè ad ſervitium Eccleſiæ, ni fallor, convincit, quia jam iſti Clerici

pen-

penſionarii, habent ſervitium diſtinctum & peculiare, nempè onus perſolvendi horas prædictas; quo verò ad habitum, & tonſuram hodie res magis clara videtur; quia aut penſio excedit ſummam ducatorum ſexaginta auri de Camera, & tunc non incedens in habitu, & tonſura, penſionem ipſam, ac fori privilegium amittit *ex Concil. Sixti V.* 92. de qua ſupra *num.* 17. Aut non excedit, & tunc cum ex eadem *Conſtit.* valeat clericus penſionarius incedere in habitu ſeculari, utique non debet privilegium amittere, ex eo quod facit lege permittente, per ea, quę dixi ſupra *num.* 5. *&* 22. Non itaque videtur amplius ambigendum quin
38 penſionarius gaudeat fori privilegio, † & DD. ſecus ſentientes ſalvari poſſunt quoad eos qui penſiones tanquam quid prophanum poſſident, quo caſu eę dantur etiam meris laicis, & abſque ullo officii B. Marię onere poſſidentur, ad tradita per M. Ant. Cucch. *inſt. maior. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 17. qui propterea non reputantur, ut beneficiati, ut ibi per Cuccum, nec gaudent privilegio fori, ut per Cened. *q. canon.* 4. *ſub numer.* 36. *verſ. iſta tamen.* qui ſecus inquit eſſe in clericis habentibus penſionem loco tituli beneficii, ut ſunt penſiones Eccleſiaſticę conſuetę, de quibus loquimur, quo caſu reputantur uti beneficiati, ut per Cuccum ubi ſupra, & per Gig. *de pen. quæſt.* 3. *num.* 3. *&* 9. & ita pugnantes ſententię ad concordiam reduci poſſunt. Et quamvis poſt hęc ſcripta animadverterim Caroll. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 1205. *&* *ſeqq.* latè defendere priorem opinionem, non tamen recedo ab allata diſtinctione, quam rationes ab eo ponderatę, quę penes eum videri poſſunt, minimè evertunt. Et generaliter quando penſio tam in favorabilibus, quam in odioſis veniat appellatione vide Barboſ. *in collect. ad tex. in capitul. quamvis pleniſſima numer.* 3. *de præben. in ſexto.*

ARGUMENTUM.

Ad eccleſiarum reparationem qui, & quo ordine teneantur: Et quomodo collecta, ſeu taxa imponatur. Conſuetudo quomodo introducatur, & probetur.

SUMMARIUM.

1 *Reparatio Eccleſię fieri debet ex quarta fructuum Eccleſiæ ad id deſtinata, ſi adeſt.*
2 *Reparationis Eccleſiæ in materia ſervandum eſt legatum vel ſtatutum.*
3 *Reparatio Eccleſiæ fieri debet juxta conſuetudinem.*
4 *Eccleſiam reparare, an, quando, & quo ordine Rector illius teneatur.*
5 *Parochi alimenta præferuntur reparationi Eccleſiæ.*
6 *Parochus non reſidens, an ſit ab Eccleſia alendus.*
7 *Beneficium ſimplex obtinentes, an, & quatenus ad Eccleſia reparationem teneantur.*
8 *Beneficium, ſi ferè indotatum remanſit, an populus cogatur ad reintegrandam dotem.*
9 *Reparare Eccleſiam, an, & quando, & quomodo populus teneatur.*
10 *Reparari, an debeat à patronis Eccleſia de jure patronatus exiſtens.*
11 Zerula in pract. Epiſc. p. 2. verb. Parochia §. 6. *reiicitur*, & num. ſeq.
12 *Patronus tenetur iterum dotare capellam, quæ indotata remanſit.*
13 *Eccleſiæ bona, an, & quando pro illius reparatione alienari poſſint.*
14 *Eccleſia colapſa ſi ob illorum omnium inopiam, ad quos ſpectat reparari non poteſt, quid agendum.*
15 *Synodalis Conſtitutio Parmenſis circa Eccleſiarum reparationem.*
16 *Reparanda eſt Eccleſia ex quarta fructuum etiam conſumptorum ad id deſtinata.*
17 *Ex præterito an, & quando præſumatur in præſens*, & num. ſeq.
18 *Fructuum quantitas probatur ex præteritis annis.* Declara ut num. 25.
19 *Conſuetudo non præſumitur, ſed ab allegante probanda eſt.*
20 *Conſuetudo qualiter, & quando probata dicatur.*
21 *Conſuetudo probanda eſt in ſpecie, in caſu de quo agitur.* Declara ut nu. 32.
22 *Et conſuetudine ſolvendi primitias non arguitur ad decimas.*
23 *Conſuetudo ex actibus difformibus non inducitur.* Declara ut nu. 34.
24 *Conſuetudinem unicus actus difformis interrumpit;* Declara ut nu. 34.
25 *Conſuetudo, etiam antiquiſſima, ſi eſt mutata, non attenditur.*
26 *Conſuetudinem qui teſtes, & quomodo probent.*
27 *Conſuetudo non probatur ex actibus geſtis prætextu conſuetudinis, non animo illam inducendi.*
28 *Eccleſiæ reſtauratio à populo facta non animo donandi, illi non præjudicat.*
29 *De conſuetudine ubi fit ſermo, intelligitur de legitima, & præſcripta.*
30 *Verba legis, intelliguntur ſecundum propriam ſignificationem.*
31 *Conſuetudo vera, & recepta quæ dicatur.*
32 *Probare quiſque debet fundamentum intentionis ſuæ.* Et quidem plenè, & non præſumptivè, n. 36.
33 *Fructuum quantitas, ubi perceptio negatur quomodo probanda.*
34 *Fundamentum intentionis probandum eſt plenè, non præſumptivè.*
35 *Probatio dubia non relevat probantem.*
36 *Probatio non relevat ſi poſſibile eſt contrarium eſſe verum.*
37 *Executores ad diſtribuendum inter pauperes, habent perſonarum electionem.*
38 *Eccleſiæ pro reparatione quomodo collecta imponi ſoleat.*
39 *Parochus, & Parochiani, tenentur de jure ſimul concurrere ad Eccleſiæ reſtaurationem.*
40 *Conſuetudo, an, & quando decennio introducta dicatur.* *Conſuetudo, ut abſentes in electione Prælati non citentur, per quod tempus inducatur.*
41 *Conſuetudo an ſit inducta, eſt Judici arbitrarium.*
42 *Conſuetudo per quot actus inducatur.*
43 *Conſuetudo in vigintiquinque caſibus de caſu extenditur ad caſum* remiſſivè
44 *Conſuetudo in uno ex caſibus à lege æquiparatis, operatur, & in altero.*
45 *Conſuetudo reſtrictiva liberæ voluntatis, an, & quando in facultativis,* & n. 47.
46 *Conſuetudo ex actibus difformibus inter ſe compatibilibus induci poteſt.*
47 *In facultativis, favore Eccleſiæ, & piæ cauſæ conſuetudo decemnalis obligat.*
48 Ripa reſponſ. 1. de conſuet. *exponitur.*
49 *Facultativa materia, non præſumitur ſtante actuum multiplicitate.*
50 *Facultativa materia, non præſumitur favore piæ cauſæ, & divini cultus.*
51 *Parochianus mutans domicilium, tenetur ad onera de præterito.*
52 *Epiſcopus vel Parochus reſignans Eccleſiam an illam reparare teneatur, & quid in hæredibus morientis.* *Reſignans beneficium, an teneatur ad onera de præterito.*
53 *Laici pro reparatione Eccleſiæ, coguntur à Judice Eccleſiaſtico.*
54 *Reparandæ Eccleſiæ cauſa taxa non imponitur per capita, ſed per æs, & libram.*
55 *Exempti clerici, & laici contribuere debent pro Eccleſiæ reparatione.*
56 *Clerici contribuentes in Eccleſiæ reparatione, debent ab Ordinario taxari.*
57 *Pro Eccleſiæ reparatione quomodo ſit agendum contra populum in caſibus, in quibus contribuere tenetur.*
58 *Epiſcopus pro qua rata contribuere teneatur pro fabrica neceſſaria ſuæ Eccleſiæ.*

DECISIO LXVII.

CUm Parochialis Eccleſia Terræ S. Secundi Parmen. Diœceſis reparatione indigeret, dubitatum fuit, an ad D. Præpoſitum, & quatuor Parochos dictæ Eccleſiæ, vel ad Parochianos, & populum onus reficiendi ſpectaret, pro cujus cauſæ faciliori deciſione advertendum eſſe dicebam, quod quamvis aliqui Doctores, ſimpliciter dicere viſi fuerint Rectorem Eccleſiæ teneri ad illius refectionem Capel. Tholoſ. *deciſ.* 499. *nu.* 7. & Mainard. *dec.* 32. *&* *ſeqq. par.* 1. nonnulli vero ſecus ſenſerint: in hac tamen materia plurimi ſunt diſtinguendi caſus, ſeu gradus, & ita Scribentes, ad concordiam redigendi.

1 Primus † itaque casus est, quando adest quarta, vel alia portio fructuum Ecclesiæ pro fabrica destinata, seu reservata, juxta dispositionem *cap. unici* 10. *quæst.* 3. *& cap. quatuor* 12. *quæst.* 12. Et tunc quidem in primis, & ante omnia recurrendum est ad dictam quartam sic deputatam: qua sufficiente, nullus est molestandus gloss. *in c. primo de Eccles. ædif.* & tenent ibi Hostien. Henriq. Boich. Abb. *num.* 3. Butrig. *nu.* 5. *ver. opponitur*, *& num.* 6. *circa finem.* Anchar. *numer.* 2. *& cæteris* communiter, Feder. de Sen. *consil.* 224. *quædam plebs*, Bero. *consil. tertio*, *num. sexto* Aufrer. *de commun. in addition. ad* Capell. Tholos. *decis.* 499. *mihi* 500. *in princip.* Cittadin. *de Iurepatron. parte sexta*, *articulo quinto*, *quæstione tertia*, *numero tertio*, *& sequentib.* latius Lambertin. *de iurepatr. libro tertio*, *quæstione septima*, *per totam* Cæpoll. *de servit. urb. præd. capitul.* 59. Piasec. *in prax. Episcop. parte secunda*, *capitulo tertio*, *fol. mihi* 142. *vers. quis autem*, Surd. *cons.* 62. *num. vigesimo secundo*, *libro primo*, Ripa *responsion.* 22. *num.* 3. Ricc. *in prax. resolut.* 476. *nu.* 3. Azor. *Instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 10. Valasch. *tom.* 2. *consultat.* 179. *num.* 12. Barbos. *de offic. Episcopi part.* 3. *allegat.* 64. *num.* 4. Fusc. cum relat. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. *&* 16. Renat. Choppin. *de iure cænobitarum libr.* 2. *tit.* 2. *art.* 9. Mainard. *dec. Tholos.* 31. Petr. Greg. *in Sintagm. iur. univers. lib.* 2. *capit.* 1. *num.* 12. Quæ quidem bona ad fabricam Ecclesiæ deputata, proculdubio dicuntur bona Ecclesiastica *d. cap. quatuor*, *d. cap. de redditibus*, *& cap. mos*, 12. *quæst.* 2. Greg. XV. *dec.* 113. *num.* 4.

2 Secundus † casus est, quando, cessante dicta quarta adest ad quod legatum, Constitutio, vel Statutum, illud enim servandum est Abb. *in d. c.* 1. *de Eccl. ædif. nu.* 3. Bero. *d. cons.* 3. *nu.* 3. *&* 4. *vol.* 1.

3 Tertius † casus est, si adest consuetudo, nam illa, uti laudabilis, & Ecclesiæ utilis servanda est; ut nempè ii, qui ad hujusmodi expensam concurrere solent, compellendi sint nemine excepto, *arg. cap. ad Apostolicam de Symon.* ita Hostien. & Anchar. *in d. cap.* 1. *de Eccles. ædif. num.* 2. But. 6. *ver.* 1. *igitur.* & Abb. *num.* 3. & ibi cæteri omnes Feder. de Sen. *d. cons.* 224. Aufrer. *ad Capell. Tholos. dec.* 499. Bero. *dict. cons.* 3. *volum.* 3. Fusc. *de visit. d. c.* 10. *num.* 16. Aufrer. *in d. decis.* 499. Genuens. *in prax. Archiep. Neap. cap.* 109. *in fi.* Abb. *in qu.* 4. *num.* 17. Ludov. *conclus.* 38. *illat.* 135. Campanil. *in divers. iur. can. rub.* 12. *cap.* 13. *sub num.* 19. Surd. *cons* 62. *nu.* 16. *vol.* 1. Rota *dec.* 627. *nu.* 1. *in fi. p.* 1. *rec.* Cittadin. & Lambert. locis supracitatis Bellet. *disquis. clerical. tit. de clerico debitore c.* 13. *nu.* 3. *&* 4. Aufrer. *de potestate Eccles. super laic. nu.* 23. qui advertit id procedere, si consuetudo licitum habuerit initium, nempè à spontanea, & libera voluntate, secus, si malum ortum habuerit ab extorsione.

4 Quartus est casus, quando prædictis deficientibus, beneficium est pingue, & tunc tenetur Clericus Beneficiatus, non quidem de patrimonio, sed de redditibus Ecclesiæ, detractis tamen necessariis ad congruam & honestam sui sustentationem *cap.* 1. *& quarto*, *de Eccles. ædif.* juncto *cap. de*
5 *his eodem titulo*, † cui Panor. ibi inquit, se nescire, an reperiatur simile in jure ad probandum alimenta Parochi esse præferenda reparatione templi: cum tamen ei simile habeatur in *cap. fi.* 12. *quæst.* 1. ut advertit Navarr. *in tract. de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 36. *num.* 4. eandem opinionem tractaverunt Anchar. *in d. cap.* 1. *nu.* 2. Butr. *in fi. vers. tertio*, Bero. *dict. cons.* 3. *num.* 10. *&* 21. Capell. Tholos. *decisio.* 499. mihi 500. ubi Aufr. *in addition.* testatur ita in praxi servari Paul. Cittadin. *de Iurepatr. disput.* 6. *artic.* 5. *num.* 6. & Lambertin. *eod. tract. lib.* 3. *quæst.* 7. *articul.* 2. *sub num.* 4. *&* 7. Guttier. *alleg.* 10. *& pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 15. Piasec. *in prax. Episc. par.* 2. *cap.* 3. *fol.* 141. *ver. qui autem* Fusc. *de visit. cap.* 10. *numer.* 16. Ricc. nonnullos alios referens *decis.* 21. *num.* 1. *par.* 4. Surd. *cons.* 62. *num.* 1. *cum pluribus seqüentibus*, *volum.* 1. ubi rationes reddit, Valasch. *consultat.* 179. *num.* 12. 13. *&* 16. & ita procedit dispositio *Concil. Tridentin. sess.* 21. *capit.* 7. *§. Parochiales*, *de Reformation.* ut advertit Costa *de remed. subsid. remed.* 106. *illat.*
6 2. *num.* 1. *& seqq.* † Detrahuntur autem necessaria ad victum, si beneficiati residents, vel aliud onus beneficii implent, alias secus; quia ex quo non serviunt altari cessat ratio, ex qua detrahenda sunt alimenta etiam in casu fabricæ, quia dicta alimenta præstantur non propter indulgentiam; sed propter servitium, ut post alios tradit Surd. *d. cons.* 62. *nu.* 11. *& seq. volum.* 1. Cavalc. *decis.* 22. *n.* 23. *par.* 1. Cened. *collect. in Decretal.* 253. *sub nu.* 1. Rip. *responsi.* 1. *de consuetud. num.* 7. Quod intelligo si habeat aliunde alimenta; aliàs etiam non residens debet habere, ex beneficio, ne cum dedecore clericatus mendicare cogatur. Præfatus autem quartus casus non modo procedit in Parocho, sed etiam in cæteris, in di- 7
cta Ecclesia beneficium aliquod obtinentibus qui pariter in his terminis Ecclesiæ reparationi contribuere debent præcipuè advertunt Paul. Cittadin. Lambertin. & Guttierez locis sup. citatis, & habetur expresè ex *Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 7. Parochiales *de reformat.* ibi *ex fructibus*, & proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus, Benè verum est, quod interim cessabunt onera beneficiorum pro rata, ut post Abbatem, quem citat tenet *Genuens. in Manual. Pastor. cap.* 36. *num.* 3. *& in praxi c.* 54. *nu.* 5. licèt ipse sentiat (& malè) fructus insumendos esse etiam non relicta congrua substentatione, ut advertit Ugolin. *de offic. Episcop. cap.* 14. §. 1. *sub nu.* 3. cum tamen opinio communis sit in contrarium, *ut sup. dicebam n.* 4.

Quintus casus est, quando beneficium est tenue ita ut ultra congruam, & necessariam Beneficiati sustentationem nihil, vel parum superfit; † & tunc quemadmodum di- 8
cimus ubi adeo imminuti sunt redditus Beneficii, ut ferè indotatum remaneat, populum cogendum esse ad integrandam dotem, usque ad ejus sufficientiam propter necessitatem administrationis Sacramentorum, ut habetur *canon. si plures il primo*, 16. *quæst.* 7. ita † in proposito dicendum est 9
ad restaurationem compellendos esse in subsidium Parochianos, omnesque alios divina officia in Ecclesia audientes, Sacramenta suscipientes, & quovis alio modo illa utentes, vel ex ea commodum aliquod percipientes, sanè, ut qui seminant temporalia, colligant spiritualia *capit. si Episcopus*, *de offic. ordinat. in sexto*, & ita puncto Abbas in *capitul. primo numer.* 4. *de Eccles. ædif.* & ibi Ancharanus in *princip.* & Butrigal. in ultimis verbis, & cæteri alii *capitul. de his*, ubi Abbas Innocent. & Doctores *eodem titul.* Capell. Tholos. *decision.* 499. Valasch. *dicta decis.* 179. ubi testatur, se pluries ita practicari vidisse Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 10. *sub num.* 16. Mainard. *decis.* 32. Lambertin. ubi supra, Piasec. *in practica dicto versiculo quis autem*, Fuscus *dicto num.* 17. Ricc. *dicta decisione vigesima prima*, *Archidiacon. in capitulo quatuor* 12. *quæstione secunda* Alberic. *in lege ad instructionem numer.* 1. *Cod. de Sacro. Sanct. Eccles.* Cæpoll. *de servitut. urb. præd. cap.* 52. *numer.* 22. Paul. de Cittad. *de iurepat. d. par.* 6. *art.* 5. *numer.* 6. And. de Iser. *sup. Constit. Regn. in cap. quoniam versic. sed si Clericus*, Ripa *in responsi.* 1. 2. 3. *& sub tit. de Eccles. ædif.* Gregor. Lopez *in leg.* 11. glos. *scandalo leg.* 10. *partita primera*, Auandagn. in *tractat. de exequen. mand. Reg. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 29. *& lib.* 2. *capitul.* 14. *num.* 19. Guttier. in *sua alleg.* 10. *& pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 15. Costa *de ratione Ratæ quæst.* 157. *nu.* 10. *&* 11. Valas. *consult. seu decision.* 179. *nu* 16. *cum pluribus seqq.* Rota *dec.* 627. *numer.* 4. *par.* 1. *recent.* Et hoc quidem casu Parochiani tenentur ad fabricam, cum operibus manualibus, & cum equis, calcemque subministrare, & cæmenta usque in finem operis perfecti, & Ecclesiæ restauratæ, ut per Mainard. *decis.* 33. Et cum hac Juris Canonici dispositione, si benè advertatur, concordat etiam *Sac. Concil. Tridentin. sess.* 21. *de Reformat. capitul. septimo* vel saltem ita præfata decreta intelligenda sunt, ut ex Costa *de ratione Ratæ qu.* 157. *nu.* 10. Sacca *responsion.* 36. *nu.* 2. Guttier. *allegat.* 10. *n.* 7.

In † uno tamen discrepat *Concilium* à jure communi nem- 10
pè si beneficium est de Jurepatronatus; nam juxta *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 7. §. *Parochiales de reform.* compellendi sunt patroni, quamvis de jure communi, secus sit *cap. decernimus* 10. *quæst.* 1. Cittadin. *de iurepat. in* 5. *art. num.* 173. Refert & sequitur Surd. *consil.* 62. *numer.* 6. *volum.* 1. ut per Lamb. *de iurep. lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 2. *num.* 5. Quocirca, per Episcopum in visitatione potest fieri præceptum Patrono ut infra competentem terminum reparet, sub pœna privationis jurispatronatus *Genuens. in Manual. Pasto. cap.* 36. *sub nu.* 1. *in fi.* Lamb. *dicta quæst.* 7. *art.* 5. *num.* 1. & ad ibi dicta † adde 11
quod Zerul. *in prax. Episc. p.* 2. *ver. Parochi* §. 6. ait se habuisse in facto in Terra Tramunti Amalphitanæ Diœcesis, ubi quædam Ecclesia Parochialis de jurepatronatus, cujus redditus ascendebant duntaxat ad duodecim ducatos, indigebat reparatione, & consuluisse onus non pertinere ad Rectorem, quia fructus erant tenues, non ad patronum, quia nullum fructum ex eo percipiebat, sed ad Parochianos, quod ultimum videtur contra textum expressum *Concil. Tridentin.* ab eodem Zerula, citati, ubi hoc onus datur patronis. Nec est verum, quod nullum illi percipiant fructum, quia ipsa præsentatio est fructus jurispatronatus.
† Sic etiam videmus, ubi dos capellæ periit, teneri patro- 12
num

num ad iterum dotandum, in quo ſi negligens fuerit, poteſt juſpatronatus alteri dotanti adjudicari, juxta diſtinctionem, de qua Lambert. *de iurepatr. lib. 1. quæſt. 6. art. 4. num. 5. & 6.* quem ſimpliciter ſequitur Lotter. *de Re Beneficiaria quæſt. 31. num. 19.* & ibi *num. ſeq.* quid ſi dos in totum non periit.

13 Sextus † eſt caſus, quando prædicta omnia deficiunt, ſed Eccleſia ipſa opulentam habet dotem, tunc pro reparatione ejuſdem Eccleſiæ, vel Domus Rectoris licitam eſſe alienationem bonorum Eccleſiæ ex dote ſuperabundantium, probare videtur textus in *Clement. 1. de rebus Eccleſ. non alien.* ibi, *niſi neceſſitas, aut utilitas Prioratus Monaſterii, vel Eccleſiæ hoc expoſcat*, Paul. *de Cittad. de iurepat. par. 6. art. 5. num. 8.* Et hoc in foro fori; in foro autem interno, D. Thom. 2. 2. *quæſt. 185. art. 7. circa fi.* dicit Clericum ex patrimonio divitem, teneri reſtaurare de proprio, alias peccare mortaliter, ſi alienat bona Eccleſiæ, etiam ex cauſa neceſſitatis, vel ſi non reſtaurat illam ſuis ſumptibus, nec ex tenuitate reddituum Beneficii excuſari per textus in *cap. de his, de Eccleſ. ædif.* refert, & notandum dicit Felyn. in *capitul. 37. per tuas, il terzo, ſub numer. 1. in fin. & num. 2. extr. de Symoni. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſ. Tricenar. 7. qu. 201. num. 3.* Mant. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. numer. 24.*

14 Septimum caſum addit † *Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 7. §. Parochiales vero, de reform.* nempè, quando ob inopiam, tam ipſius Eccleſiæ, & Rectoris, quàm Patroni, & Parochianorum refici minimè poteſt, & tunc Epiſcopus, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, illam, etiam ſi juriſpatronatus, & etiam ſi Parochialis exiſtat, ad matricem ſeu viciniorem Eccleſiam transferre poteſt, cum facultate illam ſic dirutam in prophanos uſus non ſordidos, (ex recepta tamen ibi Cruce) convertendi.

15 Denique † in dicta Civitate Parmenſi adeſt Conſtitutio Synodalis ſatis juri communi conformis, ſub *titulo vigeſimo de Reparat. Eccleſ.* ubi in effectu diſponuntur tria. Primum, quod ſi certi ſint ad fabricam deſtinati redditus, ex iis reparandæ ſint Eccleſiæ. Secundum; quod ubi certi non ſunt in eam rem redditus, ſervanda ſit conſuetudo, ibi hucuſque recepta. Tertium, quod ſi nulla adeſt certa conſuetudo, & redditus Eccleſiæ excedunt centum ſcutos, dimidia expenſa pertinent ad Parochum, & altera dimidia ad Parochianos.

His itaque ſic poſitis in præſenti facti ſpecie. Homines, ſeu Parochianos S. Secundi pro reparatione Eccleſiæ, de qua agitur nullatenus inquietandi videbantur, prætendebatur enim nos verſari in caſu, in quo Eccleſia certos habet reditus, ex quibus reparari poteſt, cum uſque de anno 1570. Vicarius Parmenſis per diffinitivam ſententiam decreverit, quartam partem affictuum quarundam apothecarum inſumendam eſſe, in neceſſitatem, & utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Secundi, ac alterius Eccleſiæ S. Geneſii arbitrio Præpoſiti, & Cappellani, ac Marchionum dictæ terræ, quæ quidem ſententia ex quibuſdam actibus exhibitis apparet uſu recepta.

Si igitur verſamur in caſu, in quo adeſt quarta pro neceſſitatibus eccleſiæ aſſignata, fruſtratoria videtur iſta altercatio ex juribus, & auctoritatibus relatis, ſupra *num. 1.* Unde prætendebatur compellendos eſſe Canonicos ad reddendam rationem dd. proventuum quos plurimis ab hinc annis in Eccleſiæ uſu non inſumpſere.

16 Ubi † enim per aliquot annos non fuit neceſſe Eccleſiam reparare, ſi poſtea reparatione indiget, debet Prælatus erogare quartam, non modo futurorum, ſed & præteritorum annorum, nec antea poſſunt alii inquietari, ut poſt Bero. *d. conſ. 3. vol. 1.* tradit Surd. *d. conſ. 62. nu. 24. lib. 1.*

Et idcirco prædictis Capellanis aſſerentibus nihil extare ex dictis affictibus incumbit onus probandi, quia Parochiani
17 videntur habere intentionem fundatam, † cum ex præterito præſumatur in præſens *leg. ſive poſſidetis Cod. de prob. cum ſimil.* Nec dicatur, hanc regulam non procedere, quando agitur de rebus, quæ variabiles ſunt, ſaltem poſſibilitate contingentiæ, (ut ſunt emolumenta incerta) Bald. *in leg. 2. ad fi. Cod. quando provoc. non eſt neceſſ.* ſequitur Felyn. *in cap. ſcribam ſub num. 3. ver. adde etiam* Bald. *extra de præſumpt.* Et in iis, quæ curſu temporis mutantur, non præſumi de præterito in præſens, ſed id probandum eſſe quod in præſens prætenditur, & allegatur, tradit gloſſ. in *d. leg. ſive poſſidetis, & in l. cum te C. de prob.* Abb. *in c. in præſentia nu. 33. extra de probat.* cum aliis congeſtis, per Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 49. nu. 3.*

Hęc † enim reſtrictio ſublimitatur, ubi agitur de pro- 18
banda quantitate fructuum perceptorum, quæ eſt difficillimę probationis tunc enim eo ipſo, quod res eſt fructifera ſufficit probare quantum reddidit præteritis annis, una cum juramento ſuppletorio, ut per Bald. *in leg. 1. numer. 16.* & ibi Salyc. *in fin. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* idem Bald. *in conſil. 323. in fin. lib. 2.* Angel. *in leg. ſi fundum Cod. de rei vendic.* ubi ait, hanc eſſe meliorem practicam probandi fructuum, quantitatem, & eſſe in uſu quotidiano, ſequitur Natt. *conſil. 510. numer. 4. & 536. numer. 5. lib. 3.* Surd. *conſil. 293. in fi. volum. 2.* ubi quod ita communis practica ſervat, Achil. de Graſſ. *deciſion. 22. de reſtit. ſpol.* Rota *deciſ. 343. num. 3. par. 1. recentior.* Neguſ. *de pignor. memb. 2. tertia part. ſub numer. 19. ver. ſed in hoc*, ubi poſt Bar. quem citat inquit, agentem habere fundatam intentionem in qualitate rei fructiferę, ac proindè onus probandi non perceptionem reiici in negantem, cum hoc ſit fundamentum intentionis illius.

Nec ſuffragari videbatur Præpoſito, & Clericis conſuetudo, quam ajebant extare reſtaurandi per populum dictam eccleſiam. Tum quia, ut dictum eſt primo loco recurrendum eſt ad quartam, deinde ad Legatum, vel Statutum, tertio loco, ad conſuetudinem. Tum etiam quia re vera, nulla in hac facti ſpecie videbatur adeſſe conſuetudo, & † preſuppoſito pro indubitabili conſuetudinem tanquam 19
quid facti non preſumi, ſed ab allegante plenè probandam eſſe, DD. *in cap. fi. de conſuetud.* Bart. *in leg. de quibus num. 6. ff. de legibus.* Iaſ. *in leg. cum prolatis num. 9. ff. de re iudic.* Dec. *conſil. 483. num. 28.* Soccin. *conſil. 65. num. 36. volum. 1.* Pariſ. *conſil. 31. numer. 14. volum. 1.* Cagn. *in repet. leg. ſi quis major num. 52. Cod. de tranſaction.* Maſcard. cum relatis, *de probation. concluſ. 423. num. 20. & 16.* Rot. *deciſ. 112. nu. 1. par. 2. rec.*

Nec videbatur, in propoſito ſufficienter probata talis conſuetudo, quę populo prejudicet, † De conſuetudine enim 20
tunc dicitur conſtare, quando fuit formiter probata cum tribus ſuis requiſitis, qui ſunt actuum frequentia, temporis diuturnitas, & populi conſenſus, ita ut actus illi geſti fuerint preſentibus, & ſcientibus multis, & infinitis perſonis, & ita comprehendi poſſit interveniſſe tacitum majoris partis populi conſenſum Azor. *in Summa Cod. quæ ſit long. conſuetud.* Cyn. *in leg. 2. Cod. eodem titulo, ver. ſed quæro quid ſi deponeret teſtis*, Abbas Imol. & alii *in capitul. fin. de conſuetud.* cum aliis adductis per Alexand. *conſil. 131. num. 9. l. 2.* Corn. *conſil. 293. num. 22. lib. 1.* Cravett. *conſil. 134. num. 24.* Cur. jun. *conſ. 184. num. 10.* Afflict. *dec. 321. num. 18.* Rota *dec. 255. num. 4. p. 1. & deciſ. 497. num. 2. par. 2. recent.*

Porrò, Prepoſitus, cęterique Capellani videntur defeciſſe, tam in primo requiſito quam in tertio. Nam, quod attinet ad actuum frequentiam, non videbatur connumerandus actus ędificationis ipſis Eccleſię à populo, ut dicebatur factus; non enim ex illo, in materia conſuetudinis ad reparationem inferendum videtur, aliud eſt enim conſtruere, aliud reficere; † & conſuetudo probari debet in 21
ſpecie, & in caſu de quo agitur Curt. jun. *conſ. 26. num. 10.* Aym. *conſil. 96. num. 4.* Surd. *deciſ. 131. ſub num. 7. verſ. non obſt.* Rot. *deciſ. 172. num. 2. & deciſ. 799. part. 1. diverſ. & deciſ. 72. num. 31. par. 2.* etiam *diverſ.* Cæſ. de Graſſis *deciſ. 6. num. 5. de præbend.* Greg. *deciſ. 45. num. 6.* latè Rota *in Civitatis Caſtelli bonorum 23. Ianuarii 1615. coram Dunozetto & deciſion. 422. num. 23. par. 1. & deciſ. 362. num. 4. par. 2. recent.* & benè facit eadem Rota *recent. deciſion. 241. numer. 3. par. 2.* † ubi quod ex conſuetudine ſolvendi primitias, 22
non poteſt inferri ad decimas; nec poteſt extendi de uno caſu ad alium, ut per Bald. *in cap. 1. circa fi. qui feud. dar. poſſ.* Natta *conſ. 47. num. 2.* Rota *deciſ. 172. num. 2. par. 1. diverſ.* Cęteri actus qui deducuntur non ſunt uniformes, ſed omnes inter ſe varii, & diverſi, ut ex proceſſu patet, unde ſuccedit alia regula, quę habet, † conſuetudinem non induci ex 23
actibus vario modo obſervatis, ſed omnes debere eſſe uniformes *leg. nemo 166. §. temporalia ff. de regul. iur.* Bartol. & alii *in leg. 2. in princip. ff. ſolut. matrimon.* Alexand. *conſil. 5. num. 7. lib. 5. & conſ. 127. circa fin. eodem lib. 5.* Decian. *conſil. 5. num. 4. verſ. 2. quia*, Aym. *conſ. 96. num. 5.* Soccin. *conſil. 92. ſub nu. 12. lib. 3.* Natt. *conſil. 573. num. 27. & ſeq.* Minſing. *centurion. 9. 6. obſervation. 21.* Seraphin. *deciſ. 381.* Rota *deciſ. 72. num. 28. par. 2. diverſ.* Afflict. *dec. 280. nu. 9.* Gregor. *deciſ. 162. nu. 8.*

Surdus cum per eum relatis *consil.* 393. *numer.* 23. & 24. Scrader. *de feud. par.* 10. *sect.* 20. *num.* 157. qui etiam plures congerit, Oſaſchus *deciſion.* 99. *num.* 7. Rota *dec.* 65. *nu.* 6. *par.* 1. & 441. *num.* 2. *par.* 2. *recen.* Etiam ſi mille actus ad inducendam conſuetudinem eſſent geſti; nam unicus actus difformis illam interrumpit Scrader *dict. ſect.* 20. *num.* 156. *in fi. ver. uſque adeo* Beltraminus ad Greg. XV. *dec.* 162. *num.* 15. Niſi hujus veritatis certa; & determinata cauſa probaretur Bar. *in d. l.* 1. *in princ. ſol. mat.* cum aliis deductis per Dec. *conſ.* 9. *num.* 12. & per Cravett. *conſ.* 69. *num.* 5. Rota *dec.* 438. *num.* 3. *p.* 1. *diverſ.*

Unde, cum conſtet, quibuſdam vicibus erogatas fuiſſe pro Eccleſiæ reſtauratione, & bonificatione quaſdam pecunias à Præpoſito, & Canonicis ex affictibus memoratarum apothecarum depoſitatas, nonnullis verò impenſas fuiſſe ſubminiſtratas à Societate Sanctiſſimi Sacramenti in eadem Eccleſia creata: utique, etiam ſi prius inducta fuiſſet conſuetudo, hodie non eſſet attendenda; quia per dictos con-
24 trarios actus interrupta fuiſſet, & immutata; † ut poſt alios quos congerit, tradit Maſcar. *de probat. concl.* 423. *num.* 2. *lib.* 1. Rota *dec.* 112. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* ubi, quod uni-
25 cus actus contrarius excludit conſuetudinem. † Et conſuetudinem, etiam antiquiſſimam ſi ea eſt mutata, non eſſe attendendam tradit Frecc. *in tract. de ſub feud. baron. lib.* 1. §. *fuit dubitatum num.* 35

Quæ potiſſimum, in terminis noſtris procedunt; cum Synodalis Conſtitutio requirat conſuetudinem hucuſque receptam, ideſt ſemper eodem modo ſervatam, uſque ad tempus quo illa emanavit.

26 Et ſic, non dicitur probata conſuetudo, † quia teſtes deponere debent de viſu, & de actuum conformium frequentia, ita quod appareat ex hujuſmodi actibus eſſe inductum conſenſum populi, vel majoris partis; & quidem per teſtes conteſtes; nam ſingulares illam non probant Decius *conſ.* 212. *num.* 15. Roch. de Curt. *in cap. fi. quæſt.* 4. & 6. *de conſuetud.* Viv. *in ſuis com. opin. in ver. teſtes ſingulares non faciunt fidem n.* 4. & eſt magis communis opinio, ut per Oſaſch. *dec.* 99. *n.* 7. & 8.

Sed & tertium requiſitum, nimirum tacitus, vel expreſſus populi conſenſus dicebatur deficere; vel quia (ut appareret ex atteſtationibus de quibus in proceſſu) expenſæ, in quibus Præpoſitus & Capellani fundant intentionem ſuam, factæ fuerunt ſemper in gratiam, ſeu juſſu DD. Comitum de Rubeis dictæ Terræ Sancti Secundi Marchionum, non autem per Communitatem, & Parochianos ſponte, & ultro in vim conſuetudinis quare intrat regula, conſuetudinem
27 non probari, † quando actus facti fuerunt, non in vim conſuetudinis, & animo illam inducendi, ſed alia de cauſa, gl. *in cap. conſuetudo* 1. *diſt. & in c. fruſtra* 8. *diſt.* Abb. *in c. fi. de conſuetud. circa fi. verſ.* 7. *quæritur* Dec. *conſ.* 402. *ſub nu.* 15. *lib.* 2. ubi quod debebat articulari, & probari actus fuiſſe factus prætextu conſuetudinis Cravet. *conſ.* 171. *nu.* 14. *verſ. quarto, & conſ.* 197. *nu.* 12. *verſ. optime facit*, Rot. *dec.* 441. *ſub*
28 *nu.* 2. *par.* 2. *rec.* † Et in terminis noſtris, populum qui pro conſtructione, vel reſtauratione Eccleſiæ fecit expenſas non animo donandi, non ſibi præjudicare, nec inducere conſuetudinem firmat Rip. *reſponſ.* 1. *alias* 26. *plura quæſita tit. de conſuetud. nu.* 2. & 4.

Nec videbatur tuta reſponſio Præpoſiti, & Parochorum Synodalem ſcilicet conſtitutionem non conſiderare conſuetudinem ſolemnem, ſed id attendere duntaxat, ut quan-
29 doque geſtum quoquomodo fuerit, † quia imò ubicumque fit ſermo de conſuetudine, intelligitur de legitima propria, & præſcripta gloſ. *in c. mos prima d.* 3. text. cum gloſ. & ibi ſcribentes, *& in cap. Cumana, de elect.* & Bald. *in cap. primo colum.* 1. *de feud. cogn.* Iaſ. *in leg. de quibus nu.* 44. *ff. de legib.* Alexand. *conſil.* 173. *col.* 1. *lib.* 6. Dec. *conſ.* 1. *num.* 10. & *conſ.* 483. *num* 26. latè Roch. de Curt. *in tract. conſuet. gloſ. ſi. fol.* 25. *col.* 1. & 2. & *fol. ſeq.* Maſcar. *de probat. concl.* 423. *n.* 17. *lib.* 4. Seraph *dec.* 410. *num.*... Quod maximè procedit quando illius mentio facta reperitur à canone; vel à lege, vel Conſtitutione, juxta ea, quæ habentur DD. *in dict. leg. de qui-*
30 *bus*, & per Roch. de Curt. & Maſcard. ubi ſupr. † Verba enim legis intelligenda ſunt juxta propriam ſignificationem Bar. *in l. ita vulneratus ff. ad l. aquil.* Bal. *in l. ſi quis C. de interd. matrim. inter. prop.*

Et omnis amaritudo ceſſare videbatur ex verbis Conſtitutionis Synodalis, quæ ſunt iſta, *fiat ſecundum conſuetudinem, ibi hucuſque receptam, quod ſi nulla adeſt certa conſuetudo, &c.* Et ſic requiritur conſuetudo propria, & vera recepta † enim conſuetudo, dicitur quaſi approbata, & ac- 31
ceptata, & certa dicitur, quaſi uniformis, & non varia; ſic in *l. minimè mutanda ff. de legib.* certa interpretatio, dicitur, ideſt, non varia, ſic etiam in *l. de quibus eod. tit.* ubi conſuetudinis materia tractatur, receptæ dicuntur leges, ideſt approbatæ populi conſenſu. Et dictio illa *hucuſque* denotat temporis diuturnitatem, actuumque frequentiam.

His tamen non attentis, in contrariam ivi ſententiam; nempe cogendos eſſe Parochianos, ſeu Populum ad concurrendum per æs, & libram ad dictæ Eccleſiæ reſtaurationem; non enim conſtat de quarta, ex qua expenſæ fieri poſſint, & verſa vice conſtat de conſuetudine reſtaurandi ſumptibus populi. Quod non appareat de quarta; duplici ratione probatur, & primo, quia cum Præpoſitus, & Capellani dicant apothecas ex quarum redditibus, ſeu affictibus ſumenda fuerat dicta quarta non fuiſſe locatas, & ſic infructiferas remanſiſſe; illarumque emolumenta, & redditus ſint fundamentum intentionis Parochianorum, & populi, † uti- 32
que illis incumbit onus probandi, ſeu docendi de ea vulg. *l. qui accuſare Cod. de eden. l. ei qui dicit ff. de prob. actor. qui aſſeverat C. eo tit.* Decian. *conſil.* 564. *numer.* 1. Bertran. *conſil.* 79. *num.* 5. & *conſ.* 75. *num.* 4. *lib.* 2. Socc. iun. *conſ.* 437. *nu.* 5. *lib.* 3. Rolan. *conſ.* 10. *num.* 8. *lib.* 4. Bero. *conſ.* 19. *num.* 13. *lib.* 2. Afflict. *deciſ* 91. *num.* 2. *in fi.* Rota *in Imolen. affictus* 13. *Maii* 1606. *coram Penia*, ubi concordantes citantur, unde non applicatur, quod *ſupra numer.* 12. dicebamus, fructuum quantitatem probari ex retroactis annis; † id namque be- 33
ne procedit, ubi non controvertitur perceptio fructuum, ſed diſputatur de quantitate; tunc enim, cum quantitas difficilis ſit probationis præſertim ei, qui non fuit in poſſeſſione, ſufficit probare conſuetam annorum præteritorum perceptionem, cum juramento ſuppletorio; ſecus autem ubi omninò perceptio negatur, & de illa non conſtat; ita expreſsè diſtinguit Achill. *dict. deciſ.* 22. *de reſtitut. ſpoliat.* & idem præſupponit *dict. deciſ. Rotæ* 343. *numer.* 3. *par.* 1. *recen.* Et quod ſaltem conſtare debeat de cultura, & ſic, quod ager excultus fuerit, tradit Natt. in locis citatis, nempe *conſ.* 510. *num.* 4. & 436. *nu.* 5. poſt Iacob. de Aret. in *l. ſi fundum C. de rei vendic.*

Affictuum itaque perceptio, ſaltem in genere, ut fundamentum intentionis populi ab illo probanda fuerat, ut ſupra dicebam; † Et quidem plenè, & non præſumptivè 34
Boer. cum relat. *deciſ.* 10. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 15. *num.* 1. & *ſeqq.* Pedem. *deciſ.* 108. *n.* 8. Decian. *reſponſ.* 53. *nu.* 1. *lib.* 2. & *reſponſ.* 24. *nu.* 61. *lib.* 1. Greg. XV. *deciſ.* 88. ubi etiam ſi conſiſteret in negativa Rota *in Peruſina beneficii* 26. *Iunii* 1606. *cor. Penia.*

Nec † probatio dubia relevat probantem, etiam reſpectu 35
temporis Natt. cum per eum relatis *conſ.* 170. *nu.* 9. *lib.* 1. Creſcent. *dec.* 3 *de præſumpt. & dec.* 1. *de cenſibus* Gregor. XV. *dec.* 290. *nu.* 40. & Rota *in Valent. prætenſæ illegitimitatis* 19. *Feb.* 1609. *coram Cavalerio.*

Probatio etenim, quę concludere debet perneceſſe, eo ipſo, quod poſſibile eſt contrarium eſſe verum, excluditur *leg. neque natales C. de probat. leg. non hoc C. unde legit.* Gregor. XV. *deciſ.* 353. *num.* 2. & *ſeqq.* Rota *deciſ.* 186. *nu.* 3. 5. 6. & *dec.* 429. *ſub num.* 3. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 442. *ſub num.* 3. *par.* 2. *recent.*

Cum igitur Parochiani non probaverunt, apothecas fuiſſe locatas & poſſit eſſe, quod locatæ non fuerint, imò pars adverſa conſtanter neget, & addat quibuſdam annis, nec quidem nundinas habitas fuiſſe in illo loco, utique obtinere nequeunt. Secunda ratio, per quam excluditur prætenſa quarta, ea eſt, quia in præfata Vicarii Parmenſis ordinatione quarta pars affictum non applicatur præcisè pro fabrica, ſed dicitur illam inſumendam eſſe in neceſſitatem, & utilitatem dictæ Eccleſiæ, arbitrio Præpoſiti, & Parochorum, ac DD. Marchionum, cum autem neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ in multis conſiſtere poſſit; ut eſt notorium, & electio ſit in facultate prædictorum, non poſſunt homines eligere, & prætendere, ut potius in fabrica, quam in paramentis, vel in vaſis argentes, vel in ſimilibus expendatur, ſed quolibet anno pertinet electio ad præfatos: provt † dicimus de executo- 37
ribus deputatis ad diſtribuendum inter pauperes, ad quos pertinet perſonarum pauperum electio, Bart. *in leg. captatoriæ de leg.* 1. latè Mant. *de conject. ultim. vol. lib.* 8. *tit.* 5. *per tot.*

Ceſſante itaque aſſignatione quartę pro fabrica recurrendum eſt ad conſuetudinem, juxta diſpoſitionem tam juris com-

communis', quam *Constitutionis Synodalis*, quæ quidem consuetudo optimè probatur pro parte Præpositi, & Cappellanorum; ostendunt enim, de anno 1588. constructam fuisse Parochialem Ecclesiam de qua agitur, expensis Parochi & Parochianorum per æs, & libram; deinde anno 1611. ad effectum inaurandi Tabernaculum, reparandi organum, dealbandi Ecclesiam, & conficiendi fenestras consimilem, & quidem iteratam collectam impositam fuisse; † qua non sufficiente exactam fuisse eleemosynam (provt usu frequentissimo in his casibus fieri consueviſse tradunt Anchar. in *cap. 1. n. 2. ver. de facto* & Butr. *nu. 6. prope fin. ver. quicquid tamen de Eccles. ædif.* Bero. *cons. 3. sub num. 43. ver. quicquid. vol. 1.*) & rursus de anno 1618. pro extruendo pavimento ecclesiæ, ac illius ambitu, Sindicum Communitatis soluisse partem sumptuum, reliquum autem Clericos, & iterum pro evoluendo, reaptandoque tecto da anno 1617. promiscue Parochianos, & presbiteros in expensa concurrisse. 38

Porrò † hujusmodi consuetudo est conformis juri communi, ut tradunt omnes in *dict. cap. 1. de Eccles. ædif.* & ego probo per text. pulcherrimum, subtiliter illum inducendo in *cap. de his, extra de Immun. Eccles.* ubi dicitur compellendos esse Parochos, ut pro constructione, & refectione Ecclesiarum; cum opus fuerit, conferant, de bonis Ecclesiæ, si eis superſint, ut eorum exemplo cæteri invitentur: ecce igitur, quod tantum ex superabundantibus conferre debent Parochi, nec tamen liberantur Parochiani, sed & ipsi conferre debent: verum tamen, quia (ut ibi glos. inquit) qui alium invitat ad aliquid faciendum, in se debet habere, quod prædicat; Ideo, ut laici hujusmodi expensas non ægrè ferant, Clerici proprio exemplo illos invitare debent; & sic apparet de Jure Parochum, & Parochianos communiter teneri ad contribuendum, & conferendum pro hujusmodi expensis faciendis. 39

Nec eadem consuetudo caret tribus suis requisitis; adest nempe diuturnitas temporis; † cum imò satis fuisse decem annorum curriculum ad illam inducendam, Ancharan. *cons. 191. in fin.* ubi quod consuetudo contra jus debet esse præscripta spacio quadraginta annorum, præter jus verò spacio decem annorum Jas. in *lege de quibus col. 12. ff. de legibus* Oldrad. *cons. 215. nu. 24. circa fi. & cons. 285. num. 3. & cons. 259. nu. 6. ver. sed talis*, ubi loquitur de consuetudine, quæ aderat, ut in electione Prælati absentes non citarentur; quę quidem consuetudo est contra jus; nempe contra text. expressum in *cap. bonæ memoriæ il 2. extra de elect.* Ergo, multo magis sufficit, dictum tempus in consuetudine, de qua agitur, quæ est secundum jus, ut mox dicebam, vel ad summum, prꝛter jus cum de jure canonico consetudo cujus non resistit, spacio decem annorum introducta dicatur glos. in *cap. fin. in ver. consuetudo de censuet. in 6.* Felyn. *in cap. statuimus sub num. 5. ver. attende de Maior. & obed.* Canonistæ communiter in *cap. fi. de Constit.* Bald. *de præscrip. 5. par. quintæ part. princip. quæst. 12. numer. 2.* Abbas in *capitul. cum sint nu. 6. in fin. de decim.* Achil. *dec. 2. de decim. & dec. 154. fuit dubitatum, alias 155. lib. 1.* Rota *dec. 163. num. 4. part. 2. divers. & dec. 375. num. 8. par. 2. in recent.* & latè Cravett. plurimos alios, congerens in *tract. de antiqu. temp. par. 4. in princip. nu. 7.* dixi etiam in *dec. 89. num. 27.* 40

Et † generaliter Judici arbitrarium esse, per quantum temporis spacium consuetudo dicatur introducta, firmat post alios Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cas. 83. nu. 6.* 41

Adest etiam secundum requisitum, nempe actuum frequentia; cum pluries per Parochianos subministratæ fuerint expensæ necessariæ, ut ostendi supra.

Per † quot autem actus consuetudo introducta dicatur est pariter Judici arbitrarium Jas. in *lege de quibus num. 51. ff. de legib.* Cardin. *consil. 62.* Corn. *cons. 179. lib. 3.* Roch. de Curt. *in cap. ultim. de consuet. column. 56. nu. 167.* Marsill. *in l. quæstionis modum num 44. de quæst.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. iud. libr. 2. cas. 81. num. 4.* ubi ait hanc esse veriorem opinionem. Curt. *de consuet. sect. 4. numer. 37.* ubi plurimos congerit. Rota *dec. 72. numer. 26. part. 2. divers.* Imò si essemus in actu habente causam successivam, sufficeret unicus actus ad inducendam consuetudinem *capit. cum de beneficio, de præben. in 6.* Ripa *respons. 1. de consuetu. in sexto* sed quia versamur non in ipso opere, quod habet causam permanentem, sed in impensa operis, quæ habet causam momentaneam non sufficit unicus actus, ut per Ripam ibidem. Cum itaque, in terminis nostris plurimi concurrant restaurationis actus, qui æqui judicis arbitrio sufficere possint: non est necesse cumulare cum illis, etiam ædificationis actum. Et nihilominus ex abundanti dico, prædictam quoque constitutionem plurimum ad hanc consuetudinem conferre. † 42 43

Quamvis enim vera sit regula *supra* firmata *num. 15.* consuetudinem esse probandam in specie; & non posse extendi de casu ad casum, illa tamen recepit vigintiquinque limitationes, quas diligenter recensel Cravett. *de antiq. temp. par. 4. in princ. numer. 48. usque ad fin. in sect. seq. à princ. usque ad numer. 50.* quarum nonnullæ benè applicantur casui nostro, sed pro nunc unicam adducam, scilicet, † quoties duo æquiparantur à lege antiqua; tunc enim consuetudo superveniens, & disponens in uno, extenditur ad aliud glos. Bart. & DD. in *leg. si quis servo persuaserit* per illum textum *Cod. de furt.* juncta *leg. non tantum de servit. corrupt.* Abbas *consil. 75. col. 3. libr. 1.* Decian. in *cap. causam quæ, col. 8. ver. sed Reip. de Iud.* cum aliis relatis per Cravett. *dict. sect. 4. in princ. numer. 98.* ubi tractat, an id etiam procedat in pœnalibus. Cum igitur à lege antiqua casus constructionis, & reparationis Ecclesiæ æquiparentur, ut in *rubro, & nigro, extra de Eccles. ædif. vel reparat.* meritò consuetudo ista benè extenditur de uno casu ad alterum. His, sic se habentibus, non obstant actus difformes, qui pro Parochianis allegantur; nempe quod quandoque pro dictæ Ecclesiæ reparatione erogatæ fuerint quædam pecuniarum summæ depositatæ à Præposito, & Cappellanis ex affictibus prælibatarum apothecarum. 44

Quia, præsuppositio (ut dicebamus) quod dictæ pecuniæ erogandæ sint arbitrio deputatorum; negari non potest, quin simus in facultativis, † ex quibus, nec interrumpitur consuetudo, nec altera contraria inducitur, liberæ voluntatis restrictiva Abb. in *cap. ex parte Astensis num. 7. in ultim. not. de conces. præben.* Bart. *in l. cum de in rem verso colum. fi. Usuris* Jas. in *l. quominus numer. 18. de flumin.* Cast. *consil. 340. ad fin. lib. 2.* Aym. *consil. 96. num. 4.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 88. num. 15. & tom. 2. cap. 298. num. 10.* latè Gabr. cum congestis *tit. de præscrip. concluſ. 10.* Præsertim cum appareat dictos Clericos id sponte fecisse, & per actum liberæ electionis; quicquid secus dicendum esset si ipsis reluctantibus, & aliam in causam eosdem redditus in sumere volentibus, illi fuissent in dictum opus erogati, & ipsi acquievissent, ex tunc enim revera cæpta fuisset præscriptio, seu consuetudo, quæ operaretur, ut ipsi dicerentur gerere actum non gratuitum, sed meræ servitutis Abb. in *cap. significante in 1. not.* & ibi Franc. *etiam in 1. not. de appell.* Natt. *consil. 106. num. 11. ad fin. & consil. 107. libr. 1.* Surd. *consil. 127. numer. 23. libr. 1.* cum aliis congestis per Gratian. *discept. forens. capit. 88. n. 17. c. 89. à n. 18. usque ad 21. to. 1. & cap. 298. nu. 10. n. 2.* 45

Minus refragantur modi sumptus, aliàs facti per Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia fundatam, quia processerunt ex peculiari obligatione; quam eadem Societas habet erogandi quasdam eleemosynas in beneficium ejusdem Ecclesiæ, quæ obligatio est ex jure, & conventione singulari, & nihil commune habet cum alia obligatione, qua populus ex consuetudine tenetur reficere dictam Ecclesiam: Et sic quamvis regulariter consuetudo non inducatur, stante actuum difformitate; quando † tamen hujusmodi actus difformes non sunt inter se incompatibiles, ut in casu nostro, non impeditur consuetudo Dec. *consil. 11. nu. 12. ver. & advertendum est*, Rota *dec. 356. nu. 4. par. 1. in rec.* 46

Ultimum † requisitum non est necessarium, quia favore Ecclesiæ & piæ causæ, laudabilis consuetudo decemnalis obligat in futurum, etiam in facultativis *capitul. ad Apostolicam de* Symon. & ibi Felyn. *num. 3.* Abb. *in cap. suam num. 8. eod. tit.* Covar. *var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 3. ver. quod si clerici*, Felyn. *in cap. veniens il 1. num. 3. de testib.* Gabr. *tit. de præscr. concluſ. 10. nu. 12. in 2. limitat.* Cassa. *de consuet. & super reg. cancell. dec. 3. num. 2.* ubi quod alleganti prædecessorem non ex obligatione, sed ex devotione celebrasse per decennium incumbit onus probandi, sequitur Leo. in *Thes. for. Eccles. par. 2. c. 11. num. 48.* Eandem regulam comprobat Genuen. in *practicab. Eccl. tricenar. 13. qu. 190.* Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 17.* Rota *dec. 365. num. 4. & 5. par. 2. recent.* 47

Nec † obstat *cons. Ripæ 1. de consuet. num. 4. & seqq.* qui contrarium concludere videtur, quia ibi agebatur de unico actu, & quidem nondum perfecto, ultra quod præsupponit *numer. 12.* Universitatem articulare, & probare se expensas fecisse animo repetendi à Parocho, quod ubi fit, jam clarè patet se non soluisse animo inducendi consuetudinem, ut etiam ibi dicitur *numer. 3.* Unde non applicatur casui nostro, in quo cum non constet, nec præsumatur animus 48

mus repetendi, imò nec allegetur, intrat regula, quod consueta præstatio facta per decennium inducit consuetudinem favore Ecclesiæ.

49 Præterea, † stante multiplicitate actuum, materia non præsumitur facultativa; sed ex obligatione proveniens Rip. in *cap. cum Ecclesia num. 55. de cauſ. poſſ.* Cæs. de Graſſ. *dec. 1. nu. 3. eod. tit.* Seraph. *dec. 112. num. 2. & dec. 323. nu. 4.* Rota *dec. 397. nu. 3. p. 2. in recent. & in Tuſculana, Sylvarum 6. Junii 1606. coram Pirovano.*

50 Et † est regulare, ut ibi agitur de favore piæ causæ, & divini cultus, materia nunquam præsumatur facultativa Beltramin. ad Greg. XV. *dec. 162. ſub nu. 15.* ubi citat Rot. *dec. 470. nu. 7. in fi. par. 1. in rec.* sed forte typographorum errore, quia ibi de hoc nihil habetur.

51 Nec † erat audiendus quidam, qui renuebat concurrere, sub prætextu, quod esset de proximò à dicta Parochia discessurus; adhuc enim tenetur, cum onus istud sit de præterito, & ideo in præjudicium Ecclesiæ non potest domicilium mutare Abb. in *cap. 1. nu. 4. in fi. Eccl. ædif. cap. unio*, & ibi DD. 10. *qu. 3.* Paul. de Cittadin. *de Jurepatr. par. 6. art. 5. ſub nu. 6.* Lambert. *de Jurepat. lib. 3. qu. 7. art. 2. nu. 7. ver. & ſi iſte, art. 5. nu. 2.* Bellett. *diſp. Cler. tit. de Cler. debit. §. 14. num. 7.* Surd. *conſ. 62. nu. 19. libr. 1.* Ugolin. *de off. Epiſ. cap. 14. ſub num. 3. ver. quinto.* Quorum nonnulli provt etiam Paris. in *tract. de*

52 *reſign. benef. p. 3. qu. 15. nu. 5. & ſeqq.* idem † dicunt de Clerico beneficiato, imò & de Episcopo, qui non potest Episcopatum, vel beneficium in præjudicium dicti oneris resignare ob eandem rationem, quia istud est onus de præterito, & propterea quod si Rector decederet, ejus hæredes conveniri possent, ut per Guttier. *alleg. 10. in fi.* & per Cavalcan. *dec. 22. n. 24. p. 2.* ubi plurimos congerit, quod tamen in praxi nullatenus obtineri posset; sed nec credo verum in jure; cum enim collecta imponatur per æs, & libram, bona ipsorum beneficiorum sunt hypothecata, & transeunt cum isto onere.

53 Nec † pariter attendenda erat exceptio incompetentiæ Judicis Ecclesiastici, quæ allegabatur quo ad laicos conventos, ex doctrina quorundam Ultramontanorum, quorum opinio haberi forsan potuisset in consideratione ante *Conc. Trid.* ex regula generali, quod actor sequitur forum rei: sed post *Concilium* non potest amplius articulus iste in dubium reficiari cum habeamus tex. expressum *ſeſſ. 21. c. 7. de reformat.* ubi præcipitur Episcopis, ut dictos Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota; & ita observant, etiam Valasch. *conſult. 91. nu. ult.* & Barbos. *de off. Epi. alleg. 94. nu. 8. & 9. p. 2.*

54 Et † ex his determinavi, imponendam esse taxam; juxta dictam consuetudinem per æs, & libram, non autem per capita, ut tradunt etiam Leon. *Theſ. for. Eccleſ. p. 2. cap. 16. nu.*

55 *73. & ſeqq.* & Bellett. *d. tit. de Cler. debit. §. 14. ſub num. 10.* † In qua quidem taxa includendos esse duxi etiam exemptos, & cives: cum enim hoc sit opus publicum, & commune, & concernens omnium Sacramenta percipientium utilitatem, utique etiam Cives, & exempti ad illud tenentur, ut in puncto firmat Avendagn. *de exequen. mandat. prin. lib. 2. cap. 14. num. 191.* Cened. *collect. iur. can. 153. num. 4.* Cabed. *dec. Luſit. 91. num. 1. & ſeqq. par. 1.* Barbos. *de off. Epi. par. 3. alleg. 64. num. 7.* Ricc. *dec. 15. num. 4. par. 4.* Provt etiam, & Clerici, ac Beneficiati, ut post alios tradit Bellett. *diſquiſ. cler. tit. de Cler.*

56 *debit. §. 14. num. 7.* † Modo tamen Clerici non collectentur, vigore taxæ à Massariis Communitatis imponendæ, quæ quidem illos afficere non potest; sed secundum collectam imponendam ab Ordinario *Auth. item nulla Communitas C. de Epi. & Cler.* cum aliis latissimè per me congestis in *dec. ...n....* & in terminis nostris firmat Rip. *d. conſ. 1. n. 25. & 26. de conſuet.*

57 Pro † coronide advertendum est, quod cum homines teneantur per æs, & libram, & consequenter onus istud sit reale, vel mixtum, illis renuentibus, de jure non est satis convenire Massarios Communitatis; sed libellum, & judicium dirigendum est contra singulos de universitate, cum debitum universitatis, non sit debitum singulorum nec è contra Bero. *conſ. 19. num. 31. vol. 1.* latè, post alios, quos refert Roland. *conſ. 53. num. 5. cum plur. ſeqq. vol. 4.*

In praxi tamen, ad evitandas innumeras lites, & odia inter Parochos, & Parochianos, ubi constat Judici Ecclesiastico de bono jure Parochi, solet ut plurimum interdici Ecclesia; ad hoc ut Parochiani tædio, & incommoditate affecti ad satisfaciendum se disponant.

58 Ad † hac nota, quos Episcopus tenetur usque ad quartam partem Reddituum suæ mensæ Episcopalis contribuere pro fabrica necessaria suæ Ecclesiæ *capitul. 1. de ſolut.* & ibi gloss. in *verbo tertius* à scribentibus approbata ut per Bero. *conſil. 3. numer. 6. libr. 1.* Rot. *deciſ. 501. num. 3. part. 3. recentior.* ubi quod secùs dicendum, si non esset necessaria.

ARGUMENTUM.

Ad Ecclesiæ, vel Canonicalis domus & Cæmeterii ampliationem, reconciliationem, ad paramenta; luminaria, cæteraque ornamenta, quis teneatur, & quibus mediis cogatur.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia quorum sumptibus pro populi commoditate sit amplianda.*
2 *Vicinus vendere tenetur pro construction, & reparatione Ecclesiæ vel monasterii.*
3 *Vicinus vendere cogitur pro Monasterii ampliatione.*
4 *Parochi domus, cujus sumptibus sit restauranda.*
5 *Canonicæ restauratio, ut fiat à renuentibus, quid agendum.*
6 *Parochiani an & quando per Sacramentorum subtractionem compellantur ad reficiendam Rectori domum.*
7 *Parochus quo medio cogatur ad reparandam, vel ornandam Ecclesiam.*
8 *Cæmeterii restauratio spectat ad populum.*
9 *Paramenta, luminaria cæteraque necessaria à quibus fieri, vel restaurari debeant.*
10 *Consuetudo Parochianorum reparandi Ecclesiam, liberat Parochum à sumptu ornamentorum.*
11 *Patronus an, & quando cogatur providere Ecclesiam de necessariis.*
12 *Patronus cogitur ad congruam Parochi sustentationem.*
13 *Episcopus in defectum Patroni tenetur subvenire Ecclesiæ.*
14 *Ecclesia non est sine competenti dote dedicanda.*
15 *Capellaniam fundans, competenter dotare tenetur, sicut pater filiam.*
16 *Luminaria ante Sanctissimam Eucharistiam cujus sumptibus ardere debeant.*
17 *Concionator, cujus sumptibus sit alendus.*
18 *Parochus quando Ecclesiam restaurare tenetur quæ rata fructuum pro sua sustentatione sit relinquenda. Congrua Parochi sustentatio, quænam sit judicanda, & an attendatur Rectoris, vel beneficii qualitas.*
19 *Ecclesiæ reconciliatio cujus sumptibus facienda.*
20 *Cathedralis restauratio, cujus expensis fieri debeat.*
21 *Successor an teneatur solvere as alienum, pro Ecclesiæ restauratione conflatum.*
22 *Successor non tenetur solvere expensas non necessarias ab Antecessore factas.*
23 *Rector, qui pro Ecclesiæ reparatione de proprio expendit, potest sibi de quarta fabricæ satisfacere.*
24 *Ecclesiam reparare an populus teneatur juxta consuetudinem, si Beneficium evaserit pingue.*

DECISIO LXVIII.

PRosequendo materiam præcedentis *Decisionis*, Decrevi hinc subnectere plurimos casus, qui persæpe in facto mihi contigere, omisso tamen solito argumentorum apparatu, & per veras, & receptas *scribentium* Theoricas, ad prolixitatem vitandam procedendo; & primo † advertendum est 1
distinctionem, seu graduationem à me positam in *ſuperiori Deciſione num. 1. & ſeqq.* procedere etiam ubi agitur de amplianda Ecclesia ob populi excrescentiam, ex rationis identitate, & ita intelligenti sunt Rip. *conſil. 1. nu. 10. de conſuet.* & Bellett. *diſqu. cler. tit. de Cler. debit. §. 53. ſub n. 1.* & Surd. *conſ. 62. nu. 7. vol. 1.* cum per eum relatis.

Sic † videmus in simili, quod quemadmodum Ecclesia 2
habet privilegium, ut vicinus teneatur vendere aream vel domum pro ejusdem Ecclesiæ constructione *l. ſi quis ſepulcrum ff. de relig. & ſump. fun.* & ibi DD. communiter, ac pro ejusdem Ecclesiæ, vel Monasterii reparatione Cost. *de remed. ſubſid. remed. 76. numer. 8.* Franc. Marc. *deciſ. 535. numer. 5. par. 1.* Giurb. *dec. 85. num. 8.* Gasp. Thes. *qu. foren. 64. num. 6. & ſeqq. lib. 1.*

Sic † etiam, ex rationis identitate, cogi potest pro 3
ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii Socc. cum relatis in

regul.

regul.335. fallen.8. Gramat. qui plurimos pleno calamo congerit *dec.75.* Franc. Marc. *d. dec.535. num.4. part.1.* Coſta *d. num.8.* Gomeſ. *in leg.46.* Taut. *nu.9.* Vincent. de Franch. *dec. 223. num.5.* Carrocc. *dec.26. num.15.* Carpan. ad Statut. Mediolan. *cap.433. num.73.* Cancer. *lib.1. reſolut. cap.13. num.78.* Morla, qui plures refert in Empor. *iur. tit.9. de contrahend. empt. quæſt.1.* Antonin. *lib.1. reſolut. 12. caſ.29.* Theſ. *in q. forenſ. lib.1. q.64. num.6. & ſeqq.* qui exornat, & ponit requiſita ad dictam venditionem; Giurb. cum per eum congeſtis in *dec.86. num.8. & ſeqq.* qui etiam ponit requiſita, & in uno diſcordat à Theſ. & extendit, ut etiam una Eccleſia cogatur vendere alteri Eccleſiæ, & multipliciter ampliat, & exornat.

4 Secundo † eadem diſtinctio, ſeu graduatio procedit etiam quo ad reſtaurationem Domus Rectoris, quæ cum ſit acceſſorium ad Eccleſiam ſequitur naturam ſui principalis *cap. ſi ſupergratia, de offic. de leg. in 6.* Et Eccleſia ipſa eſſe non poteſt abſque Sacerdotibus miniſtrantibus *cap. revertimini 16. q.1.* Nec per conſequens Sacerdotes ipſi abſque habitatione; & ſic eadem ratio eſt in domo Sacerdotis, quæ eſt in Eccleſia Cittad. *de jure patr. p.6. art.5. num.7.* Lambert. *de iurepat. lib. 3. q.7. art.3.* Surd. *conſ.62. nu.8. lib.1.* Ugolin. neminem allegans, & à nemine allegatus *de offic. Epiſcop. c.14. §.1. num.5.* Bellett. *diſqu. cler. tit. de cleric. d. debitor. §.14. num.4.* ubi ait, declaraſſe *S. Congregationem Conclii.* Moneta *de commut. vlt. volunt. c.11. n.149.*

5 Caſus † iſte frequentiſſimè diverſis in locis mihi contigit, & quia perſæpe Parochiani renuebant domum conſtruere, vel collapſam reſtaurare, eos pignoribus captis, ac per cenſuras eccleſiaſticas coegi, juxta doctrinam Guttier. poſt alios *lib.2. canon. qq. cap.21. numer.152. in fin.* quandoque autem, quia Miniſtri Principum ſub prætextu juriſdictionis, ſubditorumque indemnitatis, eorum aſſumebant tutelam, ego, vt Parochianorum emollirem duritiem, ac pernicioſas cum miniſtris laicis diſſenſiones vitarem, ſæpe parochianis minatus fui, me uniturum eccleſiam alteri eccleſiæ vicinæ, ſæpè etiam ad illos, vel per me ipſum, vel per viros religioſos hac de re concionem habui: ſed quia ruſtici magis moventur verberibus, quam verbis, ideo ſæpius, & ut tædio, & incommoditate affecti opus aggrederentur, facultatem Parochis conceſſi à cura diſcedendi ad tempus, & comminandi ſe non reverſuros donec de Domo, & habitatione ſibi pro-
6 videretur. † Quamvis enim regulariter Parochiani compelli non poſſint per ſubtractionem Sacramentorum, ne videatur pretium temporalis oblationis dari pro ſpirituali miniſterio, ut per D. Thom. *2.2. quæſt.86. art.2. in fin.* Felyn. *in c. veniens el 1. ſub num.2. de teſtibus*, Jo. Andr. Abb. & cæteri communiter in Rubr. de Parochis, Covarr. *lib.1. variar. reſolut. c. 17. ſub num.3. ver. illud tamen conſiderandum*, Id tamen intelligitur quando Parochus propria auctoritate id faceret; ut reprobata gloſs. *in cap. omnis Chriſtianus de conſecra. diſt.1.* communiter tenent præcitati Doctores, & D. Thom. *2.2. q. 100. art.3. ante med.* quo caſu laici dicerentur ſpoliari ab ipſomet Parocho, ut per Lap. *alleg.67. num.8.* But. *in cap. cum dilectus §. nos igitur col.2. de ord. cogn.* Felyn. *in dict. capitul. veniens il primo, ſub numer.3. de teſtibus.* Vel quando Epiſcopus aliis remediis providere poteſt; quibus ceſſantibus, ſine dubio ad iſtud confugere valeat; ut benè per Guttier. poſt alios *dict. capit.21. ſub numer.152. in fin.* & præſertim hoc in caſu, cum Rector non teneatur ſtare ſub dio, vel apud hoſpitium.

Quæ quidem intelligenda ſunt juxta terminos præcedentis deciſionis, quando ſcilicet onus conſtruendi, vel reficien-
7 di, ſpectat ad ipſos Parochianos ſicut † viceverſa quando ſpectat ad Parochum; per ſubſtractionem fructuum is cogendus eſt: Unde annis elapſis reverenter admonui quendam Reverendiſſimum Epiſcopum, ſe non bene feciſſe interdicendo eccleſiam, ut Parochum ſatis divitem ad illius reſtaurationem cogeret, hoc enim potius tendebat in perniciem Parochianorum, quam in ipſius Parochi læſionem, & ideo conſului, vt redditus beneficii, decimaſque ſequeſtrandi interdictumque removeret.

8 Tertio, † Quo ad reparationem, vel reſtaurationem Cœmeterii, ego ſemper coegi Parochianos etiamſi beneficiatus eſſet dives, quia quamvis illud quoque ſit acceſſorium ad eccleſiam, nihilominus, nil aliud continet præter ſepulcra ipſorum parochianorum: Sepulchrum autem non eſt conficiendum ſumptibus parochi, ſed parochianorum; in caſu verò neceſſitatis Cœmeteria ſumptibus eccleſiæ ædificantur, *c. aurum 70. c. nemo ubi gloſa 12. q.2.* & ita intelligendus eſt Lavorius ſimpliciter loquens.

Quartò, † Eadem diſtinctio procedit etiam, quoad para- 9
menta, ornamenta, calices, patenas, luminaria, & cætera eccleſiæ neceſſaria, quæ ſunt acceſſoria, & à pari procedunt, ac jure communi, cum eccleſiæ reſtauratione parificantur *c. fin. de teſtam.* ibi *in ornamentis, ſeu fabrica, luminariis, ſive aliis ad perpetuum cultum diuinum*, & in terminis conſiderant Barbat. *conſ.26. num.1. & 4. vol.3.* Surd. *conſ.62. ſub num.4. & 5. vol.1.* Bellet. *dict. tit. de cleric. deb. §.13. numer.4.* Bertrand. *in conſ.53. num.3. & ſeq. lib.1. part.2.* qui id inquit de Campanis Genuen. *prax. Archiepiſc. cap.109. ſub num.13.* ubi *circa finem* refert Rotam *in Ægyptanen. Fabricæ 15. Decembris 1589. coram Orano*, † ubi fuit dictum conſuetudinem parochiano- 10
rum reparandi eccleſiam liberare Rectorem à paramentorum expenſa, decretumque viſitationis in contrarium factum, fuiſſe nullum.

Si † autem eccleſia eſt de jure patronatus, ſolet dubitari, 11
an potius patronus, quam Rector cogendus ſit ad prædicta neceſſaria; & in Beneficiis ſimplicibus multoties vidi Ordinarios ac Viſitatores allucinatos. Vera reſolutio eſt; quod aut patronus ab initio dedit dotem ſufficientem pro mercede Sacerdotis ornamentorumque manutentione; & tunc nullatenus eſt inquietandus; ſed tenetur Rector, Aut dotem parvam, & inſufficientem, & tunc patronus tenetur; & in hoc ſecundo membro loquitur text. in *cap. nemo de conſecrat. diſt.1.* quam diſtinctionem tenet Genuenſ. *in prax. c.109. ſub num.13.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. part.3. alleg.64. num.16.* ubi quod Ordinarius in viſitatione præceptum faciet patrono, ut infra competentem terminum provideat de neceſſariis, ſub pœna privationis Juriſpatronatus, & Capellæ; & ita ego pluries practicavi. Et longe poſt hujus operis editionem, ſic pariter practicavi circa Capellam S. Jo. Laudenſis olim Epiſcopi Eugubini, ubi ejus Sanctum Corpus poſt quinque ſæcula cum dimidio integrum requieſcit, ſed incidenter ſervabatur, quia poſt plures monitiones in Viſitationibus factas ſervatis ſervandis patronos negligentes videbam de neceſſariis privavi, & deinde dict. Cappellam ornavi, dictumque Sanctum Corpus accerſitis pluribus Epiſcopis, ac Abbatibus Mitratis ſolemni ritu in proceſſitate tranſtuli. Eandem diſtinctionem tenuit Leon. *in Theſ. for. Eccl. p.2.16. num.18.* ubi advertit tali caſu proprie non dici Juſpatronatus; cum patronus Eccleſiæ quis non efficiatur per rem modicam datam eccleſiæ, niſi tantum dederit, quod ſufficiat ad neeceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria *dict. cap. nemo de conſecr. diſt.1. gloſs. in cap. quicumque il 2. 16. quæſt.7.* Abb. *conſil.106. num. 2. ver. Præterea, & 2. vol.2.* Jaſon. *in Auth. præterea num.5. C. und. vir. & vxor.*

Unde † infert ibidem Leon tales patronos compelli poſſe ad 12
præſtandam congruam ſubſtentationem parocho, vel ad patiendum Eccleſiam alteri Eccleſiæ uniri; & ita teſtatur reſolutum fuiſſe à *S. Cong. Conc. Trid. ſuper cap. ſeſſ.21. §. patroni unius, de reform.*

Quæ † quidem adeò vera ſunt, ut gloſſ. *in dict. c. nemo de* 13
conſecr. diſt.1. dixerit in defectu Patroni, ad ſubminiſtranda neceſſaria teneri Epiſcopum (quaſi pœnam ſubiturum ex quo permiſit juſpatronatus erigi, abſque competenti dote,) quod tene menti; quia pluries ego viſus ſum auſterus dum abnuerem conſenſum dictis erectionibus præſtare, ob dotium ſufficientia, memor † Ordinarium non debere Eccleſiam dedi- 14
care niſi antea illi dos competens aſſignata fuerit *c. placuit 1. q.2. d. c. nemo*, & ibi gl. *pen.* Arch. *n.4. & alii de conſec. diſt.7. c. cum ſicut*, & ibi gl. *fi.* Anch. & Abb. *n.3. de conſec. Eccl. vel altar.* idem Abb. *in c.1. nu.1. de cenſibus* Bald. *conſ.132. vol.3.* Rota *deciſ.141. n.5. p.2. diver.*

Et † præſertim, quod fundans Capellaniam, ſeu Paro- 15
chialem teneatur illam competenter dotare, quemadmodum Pater filiam, eſt text. in *leg. qui liberum ff. de rit. nupt.* Abb. *conſ.89. nu.20. lib.2.* Rota *dec.230. n.1. p.1. diverſ.* Bellet. *diſq. cler. d.§.15. n.3.* Villagut. *dec.9. n.2.*

Quinto, † Tametſi de jure Lampas ante S. Euchariſtiam, 16
Rectoris ſumptibus ſemper ardere debeat ad *c. ſanè de celebr. Miſſ.* ut per Genuen. *prax. d. c.109. ſub num.13.* eoque non citato idem tenet Bellett. *d.§.13. nu.5.* id tamen intelligendum eſt, niſi aliud conſuetudo obtinuerit per ſupradicta; cum etiam hoc ſit de acceſſoriis, & luminaria parificentur fabricæ *cap. fi. de teſta.* & ita in puncto declarant Innocen. *in cap. fin. de his quæ fiunt à maior. part. cap.* & Surdus *conſil.62. nu. 2.* & Bellett. *d.§.13. num.8.* & Rip. *in reſpon.2. tit. de conſuet.*

ubi

ubi hoc limitat non procedere, ſi aliqui particulares, ex devotione id feciſſent; quia tunc non poteſt dici inducta conſuetudo.

Circa quod advertendum eſt, plerique in locis reperiri Societates Sanctiſſ. Sacramenti erectas cum iſto onere manutenendi dictas lampades, cæteraque luminaria quoties Sanctiſs. Sacramentum exponitur: & tunc nullus alius inquietandus eſt. Sed, & non ſemel in viſitatione reperi peſſimum abuſum nimis inveteratum retinendi Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum abſque ulla ardenti lampada, quocirca mandavi, in poſterum perenni lumine muniri; ita ut Parochus contribueret pro dimidia, vel tertia parte expenſæ, & pro reliqua Populus, habita conſideratione ad vires ipſius Eccleſiæ Parochialis, decrevi etiam quandoque, ut pro tertia parte teneretur Parochus, pro alia tertia Societas Sanctiſſ. Sacramenti; & pro reliqua tertia Populus, in his enim Ordinarii arbitrium latas habet habenas, circumſtantiis omnibus prudenter penſatis.

17 Sexto, † Graduatio de qua in præcedenti deciſione militat etiam quo ad alimenta danda Prædicatori: licet enim Parochus teneatur per ſe, ſi ſit idoneus, alias per alium, populum paſcere verbo Dei; nihilominus, ſi populus conſuevit Prædicatori pro tempore Concionanti præſtare alimenta, talis conſuetudo vti laudabilis ſervanda eſt, vt conſuluit Rip. *conſ.* 1. *num.* 44 *de conſuet.* Surd. *conſ.* 62. *num.* 17. *vol.* 1. & eſt cautum per Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 4. *de reform.* Et ita pluries determinatum fuit per Sacram Congregationem ad dictum capitulum, ut etiam advertit Bellet. *dict. tit. de cleric. deb.* §. *decimotertio*, *num.* 7. Campanil. *in diverſ. jur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *numer.* 17. ubi idem affirmat quando Parochus non habet redditus ſufficientes, & utrumque etiam docet; ex ſententia Sacræ Congregationis Leo. *in Theſau. fori Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 8. *ſub num.* 6. *verſ. ſi vero*, qua de re latè diſſerui in *deciſ.* 49. *per totam* ad quam in facti contingentia recurras.

18 Septimo, † in caſu quo quartæ aſſignatione, conſuetudine, Legato, & Statuto, ſive Synodali Conſtitutione ceſſantibus, Parochus teneretur ad Eccleſiæ reſtaurationem cæteraque ſupradicta; contingit ſæpè Beneficium non adeo pingue, eſſe ut ad integrum ſumptum, ultra condecentem Parochi ſubſtentationem ſuppeditare poſſit. Et quia tunc, in primis, & ante omnia ex illius redditibus congrua Parochi ſubſtentatio eſt detrahenda, ut in præcedenti deciſione dixi; ideo ſæpe dubitari ſolet, quænam reddituum quantitas pro dicta congrua ſubſtentatione ſit detrahenda: ut hinc ſciatur pro qua rata Populus in ſubſidium pro reparatione, & ornamentis, cæteriſque Eccleſiæ, & Canonicæ neceſſariis teneatur: & quidem de jure id ordinarii remittitur arbitrio, qui conſideratis conſiderandis, nempe qualitate Beneficii, & Rectoris, poterit arbitrari, ut per Rip. *dict. reſp.* 1. *numer.* 7. *de conſuetud.* & benè facit textus in *c. fi.* §. *vbi de decim. in ſexto*, & *Clem.* 1. *de iure patr.*.

In conſtituenda enim congrua portione, ſtatur prudentiæ Ordinarii Rota *deciſione* 99. *num. non parte ſecunda*, *diverſ.* Seraph. *dec.* 173. *n.* 1. *parte prima*. Ita tamen ut Beneficiarius habet ex beneficio unde vivat, non cum penuria, ſed commodè, & congruè, ut poſt gloſam & Abbatem tradit Rebuff. *in tract. de congr. part.* 9. 8. *n.* 78. Rota *deciſ.* 5. *n.* 9. *p.* 2. *diver.* Bellett. *diſquiſ. cleric. tit. de cleric. debit.* §. 16. *ſub num.* 2.

Sed quod imò in terminis noſtrris eidem Rectori relinquenda eſſent duntaxat alimenta qualitati Eccleſiæ commenſurata, non autem juxta qualitatem perſonæ, advertit Navar. *in tract. de reddit. Eccleſ. quæſt.* 5. *monit.* 36. *numer.* 4. ubi rationem reddit, nempe quod alias ſequeretur abſurdum, Principem poſſidentem pinguiſſimum beneficium, nullatenus ab Eccleſiæ refectionem teneri ad *leg. nam quod abſurdum ff. de bonis libert.* ſequitur etiam Ugol. *de offic. Epiſc. cap.* 14. §. 1. *ſub num.* 2. *verſ.* 3. & cum hoc bene concordat *Conſtitutio Synodalis Parmenſis*.

Cæterum neceſſaria ad Parochi ſubſtentationem taxata fuerunt à Sacro Concilio Tridentino in ſcutis centum liberis in *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* & ideo puto Ordinarium poſſe, & debere ſe cum dicto decreto conformare, ut in his terminis conſideravit Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 3. *ver. quis autem teneatur*.

19 Octavo, † diſtinctio in ſuperiori deciſione firmata procedit etiam ſi agatur de expenſis reconciliationis Eccleſiæ pollutæ; nam ſi is, qui violavit Eccleſiam, (ad quem de jure ſpectant ſumptus *arg. tex. in leg.* 1. ubi Bart. *ff. de eo per quem fact. er.*) vel non eſt cognitus, vel non ſolvendo; ſi adeſt conſuetudo, vel Statutum, obſervari debet, in cujus defectum tenetur Parochus; cujus redditus, ubi non ſuppetunt, in ſubſidium tenetur populus, & ſi is quoque ob inopiam non poteſt, ultimo tenetur Epiſcopus propriis ſumptibus, ita poſt Joan: Andr. & alios diſtinguit Abb. *in cap. propoſuiſti num.* 21. *de conſecr. Eccleſ. vel alteris* Leon. *in Theſ. for. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. Ricc. *in dec.* 190. *par.* 3. *nu.* 2. ubi citat etiam Navarr. in Manual. *cap.* 27. *num.* 256. & *ſeqq.* qui tamen hoc non dicit, idem tenet Lel. Zanch. *de priuil. Eccl. num.* 19. & licet ipſe videatur approbare etiam opinionem, quæ habet Epiſcopum indiſtincte teneri ad reconciliationem faciendam propriis ſumptibus accedere, quia propter hæc, & ſimilia habet redditus Epiſcopales, per text. in *cap. conquerente de offic. ordin.* (qui mihi nihil probat, quia ibi reſcribitur Epiſcopo Aſſiſienſi. Ut in viſitatione contentus ſit exigere procurationem moderatam juxta vires Eccleſiarum.) Tu tamen tene dictam diſtinctionem, quam à multis DD. teneri fatetur idem Zanch. ibidem, quam etiam pluries ſervari vidi. Et hinc patet reſolutio dubii, quod mihi anno præterito contigit in facto; dum pro Eccleſiæ Parmenſis reconciliatione advocaſſem Mutina D. Archiepiſcopum Cæſareæ; & inter Capitulum Parmenſem, & Præfectum Domus D. Epiſcopi abſentis diſceptaretur, an ære ejuſdem D. Epiſcopi, vel potius ex quarta pro fabrica deputata ſumptus faciendi eſſent.

Nonò † Si agatur de reſtauranda Eccleſia Cathedrali, latior diſtinctio, ſeu graduatio facienda eſt, nam & hoc caſu prius ad portionem pro fabrica deſtinatam deinde recurrendum eſt ad conſuetudinem: quibus ceſſantibus Epiſcopus tenetur quartam partem fructuum ſuæ menſæ, tam præſentium, quam præteritorum impendere, qua non ſufficiente (pro fabrica neceſſaria non tamen ad ornatum) tenentur Canonici de præbendis, (deducto ne egeant) contribuere; & illis quoque non ſufficientibus poſſunt cæteri in dicta Eccleſia Beneficiati, juxta vires, & deinde etiam totus Clerus ab Epiſcopo, cum conſenſu majoris partis Capituli ad contra dicendum cogi, & denique in ſubſidium tenetur contribuere Populus; ita latiſſimè varias antiquorum reaſſumens opiniones, conſuluit Bero. *conſ.* 3. *per tot. vol.* 1. Barbat. *conſ.* 25. *vol.* 3. & poſt alios quos congerit Bellett. *in diſq. cler. tit. de cler. deb.* §. 14. *n.* 12. & *ſeq. uſque ad fi.* quibus addo Surd. *conſ.* 22. *n.* 23. & 24. *vol.* 1. & ita ferè licet ſatis confusè tenuit Paul. de Cittadin. *de iure patron. p.* 6. *art.* 5. *n.* 4. & 5. qua de re vide etiam Valaſc. *dec.* 179. Et ſic ex mente præfatorum ſcribentium, tria copulativè requiruntur ad hoc, ut Canonici, & cæteri Beneficiati cogi poſſint; Primum, quod fabrica ſit neceſſaria; Secundum quod in ſubſidium; Tertium, quod coactio, & taxa fiat ab Epiſcopo, cum conſenſu majoris partis Capituli; niſi tamen omnes Canonici renuerent, quia tunc poſſet Epiſcopus illos cogere, ut ſignanter notat Bero. *d. conſ.* 3. *n.* 24. *lib.* 1. *n.* 24. *in fi.* & 25. juncto *n.* 42. ubi rationes adducit, & recenſet, etiam Bellett. *d.* §. 13. *n.* 18. de hoc articulo tractat etiam Chopin. *de Sacra forenſ.* Politich. *lib.* 3. *c.* 3. *art.* 11. ſequitur Maynard. *deciſ. Toloſ.* 42. *lib.* 1. Nico. Reuſuecius *in deciſ.* 1. *num.* 30. *lib.* 4. 20

Decimo, ſi adſit quarta pro fabrica deputata, vel conſuetudo, aut Conſtitutio, & nihilominus Rector Eccleſiæ ſponte de proprio inſumpſerit, ac propterea æs alienum contraxerit, non tenetur eius ſucceſſor illud ſolvere, ſub prætextu, quod pro neceſſitate Eccleſiæ fuerit conflatum, ut per Navar. *de ſpol. cleric.* §. 10. *ſub n.* 7. *ver.* 2. 21

Idemque † à fortiori dicerem, quando Rector fecit aliquas impenſas non neceſſarias: Unde cum poſt obitum Rectoris Eccleſiæ Vigheſſi Parmenſis Diœceſis, ejus ſucceſſor moleſtaretur ad ſolvendum æs alienum à prædeceſſore contractum pro quibuſdam ſtatuis Angelorum ad uſum altaris, pronunciavi, ſucceſſorem nullatenus moleſtandum, ſed hæredes conveniendos. 22

Undecimo, † quod dictum fuit Parochum divitem, ubi quarta ad fabricam deputata non ſufficit, ſupplere debere de proprio, conſuetudine contraria ceſſante; notabiliter declarandum eſt, ut ille potius mutuare dictæ fabricæ quam de proprio erogare teneatur; ita ut paulatim quotannis ſibi ſatisfacere poſſit de fabricæ redditibus, ut per Navarr. *dict.* §. 10. *de ſpol. cleric. in fi.* Rebuff. *reſp.* 135. *per tot.* Cened. *in collect. Decretal. collect.* 153. *ſub n.* 3. *circa fin.* 23

Denique, † ſi conſuetudo, quæ onus fabricæ tranſtulit in populum, orta fuit, dum redditus beneficii erant tenues, 24

& po-

& populus exiguus, auctis deinde redditibus, vel excrescente populo, decimis multiplicatis, ita ut, & ad Rectoris ſubſtentationem & in Eccleſiæ reſtaurationem, cæteraque neceſſaria ſufficiant, Populus ab onere fabricæ liberaretur, illudque in Rectorem tranſiret ſecundum Navar. *dict.* §. 10. *ſub num.* 7. *verſ.* 3. dicentem ſe ita contra ſe ipſum conſuluiſſe: quamvis id ſciat paucis Eccleſiarum Rectoribus gratum fore.

Et quod ſi Eccleſia abundat, & ipſi Parochiani ſunt egeni, talis conſuetudo non ſit ſervanda, tradit in propoſito etiam Lel. Zanchius, Navarro non citato in *tractat. de privil. Eccleſ. privil.* 15. *numer.* 3. per *capit. aurum* 12. *qu.* 2. *cum ſimilib.*

Hæc tamen, quamvis ſatis rationabilia, vix in praxi poſſent obtineri; Unde in ſimilibus caſibus quandoque me interpoſui, ut Parochus, conſuetudine non attenta, contribueret pro parte & pro alia parte, ſuppleret populus.

ARGUMENTUM.

Ius eligendi concionatorem in Parochiali Eccleſia cuinam incumbat, & quomodo probetur.
Immemorabilis quomodo ſit probanda exactè agitur.

SUMMARIUM.

1 *IMmemorabilis dat poſſidenti jus pleniſſimum ex fortiori cauſa, quæ excogitari poſſit.*
2 *Etiam quo ad jura Epiſcopalia, præſuppoſita capacitate in præſcribente.*
Novitiates plerumque diſcordiam pariunt.
3 *Actus præſumitur potius factus jure proprio quam alieno.*
4 *Epiſtolæ legitimè recognitæ plenam faciunt fidem.*
5 *Immemorabilis excludirur ex actibus contrariis &* numer. 54.
6 *Unicus actus contrarius excludit immemorabilem, etiam ſimile geſti eſſent ad illam inducendam.*
7 *Teſtis dicens nunquam ſe vidiſſe nec audiviſſe contrarium, ex unico actu contrario arguitur de falſo.*
8 *Niſi actus contrarii excedant metam centum annorum.*
9 *Vel effluxerint poſt completam præſcriptionem.*
10 *Præſcriptio completa requiritur, ad tollendam pariter completam tollendam.*
11 *Contrarii unicus ingreſſus, operatur contrarii anterioris egreſſum.*
12 *Intellige de jure valido, & apto ad tollendum jus contrarium.*
13 *Privilegium ab aliquo impetratum, præjudicat præſcriptioni completæ.*
14 *Quatenus tamen privilegium ſit prorſus contrarium, & habile ad tollendam præſcriptionem.*
15 *Fides non facit fidem.*
16 *Scriptura privata non probat.*
17 *Voci mortuæ non eſt magis quam vivæ credendum.*
18 *Recognitio ſcripturæ quomodo facienda.*
19 *Inſtrumentum, ut probet, quæ requiſita habere debeat.*
20 *Teſtes ſingulares nihil probant.*
21 *Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper deputatione Concionatoris in qualibet Parochia ſuæ Diœceſis.*
22 *Immemorabilis excludit jus Epiſcopi concionatoris electione ſecluſa cathedrali.*
23 *Immemorabilis probanda eſt ab allegante.*
24 *Concludenter, & præcisè.*
25 *Immemorabilis debet eſſe perfecta ante litis conteſtationem.*
26 *Immemorabilis cum quatuor requiſitis probanda eſt.*
27 *Immemorabilis probanda per teſtes conteſtes in omnibus ſuis requiſitis.*
28 *Immemorabilem excludit rumor, & reſiſtentia.*
29 *Teſtis de immemorabili atteſtans deponere debet de propria ſcientia.*
30 *Teſti de auditu non creditur cujus Auctores repelluntur.*
31 *Copiæ non creditur magis quam originali.*
32 *Immemorabilis non dicitur probata ſi fama à perſonis ſuſpectis oritur.*
33 *Teſtis etiam unicus plenè probat contra inducentem* etiam in eo, quod deponit de auditu. nu. 48. ac etiam de credulitate num. 49.
34 *In teſte non attenditur dictum, ſed ratio dicti.*
35 *Ratio dat eſſe teſtimonio.*
36 *Ratio trahit ad ſe dictum, quia tota vis probationis ſtat in ratione.*
37 *Teſtis non dicens ſe audiviſſe à majoribus non probat immemorabilem.*
38 *Teſtis dicens ſe publicè audiviſſe, dicitur benè deponere de fama.*
39 *Teſtis de fama debet dicere ſe audiviſſe ante motam litem.*
40 *Teſtis unicus deponens de publica fama, de qua cæteri non deponunt, eſt de falſo ſuſpectus.*
41 *Teſtium dicta ex capitulis ſupplentur, roburque aſſumunt.*
42 *Teſtes quomodo ſuper articulis de fama deponere debent.*
43 *Teſtis dicens articulum eſſe verum, an probet.*
44 *Teſtis non probat immemorabilem, niſi dicat communem opinionem eſſe, ut memoria non extet in contrarium.*
45 *Ad immemorabilem probandam teſtes deponere debent de viſu per quadraginta annos ante litem motam,* & numer. ſequent.
46 *Dictio* citra, *abſque copula, &, verificari poteſt in una vice.*
47 *Fallit ſi apponatur dictio temporis continuationem ſignificans.*
48 *Teſtis contra inducentem, etiam de auditu probat.*
49 *Teſtis de credulitate contra inducentem probat.*
50 *Teſtis ad immemorabilem probandam cujus ætatis eſſe debeat.*
51 *Teſtis, ut probet immemorabilem, an de propria ætate deponere debeat.*
52 *Teſtis deponens de facto proprio in re, quæ nullum habet intereſſe, facit pluſquam ſemiplenam probationem.*
53 *In concurſu teſtium, illi præferuntur, qui habent aſſiſtentiam, & præſumptionem iuris.*
54 *Teſtes deponentes de diverſis actibus ad idem tendentibus non ſunt ſingulares.*
55 *Singularitas ſub alterna probat poſſeſſionem, & juriſdictionem ex diverſis actibus poſſeſſoriis.*
56 *Teſtes ſingulares, junctis veriſimilibus coniecturis plenè probant.*
57 *Epiſcopus præfigit tempus præſentandi Concionatores.*

DECISIO LXIX.

ORta coram me lite inter D. Comitem Siſſiæ, & Promotorem menſæ Epiſcopalis ſuper jure eligendi in eodem oppido Concionatorem, inductiſque per Comitem quibuſdam teſtibus, qui deponere conabantur majores illius per tempus immemorabile de concionatore providere conſueviſſe; prætendebat ex hujuſmodi aſſerta immemorabili, ſe in ſua poſſeſſione turbandum non eſſe, juxta plures *Sacræ Congregationis* reſolutiones, cum † præſertim, præter allata ſupra 1
in *deciſ.* 37. *à numer.* 5. *cum multis ſeq.* immemorabilis tribuat poſſidenti jus pleniſſimum ex fortiori cauſa, quæ excogitari poſſit Dec. in *leg. traditionibus numer.* 11. *de pactis* Barbat. *conſil.* 35. *per tot. lib.*.... Guttier. *pract. qu. lib.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 64.

Etiam † quo ad jura Epiſcopalia, quæ omnia ſunt præ- 2
ſcriptibilia Abbas in *capitulo cum contingat numer.* 11. *de foro competenti* Rota *dec.* 2. *de præſcrip. in nov. & deciſ.* 324. *num.* 12. *& in Burgenſi emolumenti ſigilli* 28. *Janu.* 1591. *coram Penia, ubi latè* Præſuppoſita capacitate in præſcribentes, ut per Ant. Gabr. cum per eum congeſtis *concl.* 1. *numer.* 16. *de præſcript.*

Qui teſtes probare dicebantur, tametſi ignorare dicant, an Comites jure proprio, vel ex Epiſcopi indulgentia deputationes fecerint.

Actus † enim præſumitur potiùs jure proprio, quam alieno geſtus *l. ttiam, & l. magis ff. ſolut.* glo. *in ver. & dominum*, 3
ubi Bar. & Saly. *Cod. de acqu. poſſ. l.* 3. §. *ex contrario, & ibi not. ff. eod. tit.* Bar. in *l.* 1. §. *nunciatio num.* 12. *ff. de Novi. per nunc.* cum aliis cumulatis per Gab. *de teſt. concluſ.* 3. *num.* 23. Rot. *dec.* 299 *ſub nu.* 2. *par.* 2. *in rec.*

Quod coadiuvabatur ex quibuſdam epiſtolis, † quæ cum legitimè fuerunt recognitæ, uti publicæ plenam faciunt fidem 4
Jodoc. in *prax. civil. c.* 177. *num.* 4.

Nec obſtare videbantur quædam recentes deputationes à D. Epiſcopo moderno emanatæ, quia quamvis veriſſima

ſit

5 ſic concluſio † immemorabilem ex actibus contrariis exclu-
di *capitul. illud*, & ibi gl. in *verbo inconcuſſæ*, *& in verb. in-*
terrogatio cap. auditis, & ibi Innoc. *ſub num.27. ff. de Uſucap.*
Balb. *de præſcript. 3. par. 6. princ. qu. 4. prin. num. 40. ver. idem*
dicit Alex. *conſ. 16. num. 16. lib. 5.* Jo. And. in *cap. 1. in fi. de*
præſcrip. in ſexto, Gambar. *de off. legat. lib. 3. num. 317.* Soc-
cin. *conſ. 7. num. 11. lib. 1.* Puteus *deciſ. 436. lib. 2.* Rota *deciſ.*
254. ſub nu. 3. & dec. 324. in fin. p. 1. recent. & dec. 58. nu. 2. &
3. & dec. 248. nu. 7. p. 2. etiam in recent. Greg. X V. *dec. 51. nu.*
6 *3. & dec. 162. nu. 9. & dec. 434. nu. 10.* † Etiam ſi mille actus
ad inducendam conſuetudinem geſti eſſent; nam unicus actus
contrarius, vel difformis illam interrumpit Scrader. cum re-
lat. *de feudis p. 10. ſect. 20. nu. 157. in fin. ver. uſque adeo* Bel-
7 tram. *in addi. ad* Gregor. *dec. 162. num. 15.* Adeo † ut eo ip-
ſo quod conſtat de aliquo actu contrario teſtes deponentes ſe
nunquam vidiſſe nec audiviſſe contrarium convincantur de
falſo Rota *dec. 254. num. 3. p. 1. in recent.*

8 Ea † tamen binas notabiles recipit limitationes, qua tum
prior eſt, quando actus contrarii ſunt ſupra centum annos,
tunc enim non elidunt immemorabilem: ſtant enim ſimul
non extare memoriam in contrarium; & actus geſtos ultra
centum annos: cum hominum memoria non præſumatur ultra
dictum tempus ſe extendere, ut benè declarat Molin. de *Pri-*
mogenit. lib. 2. capitul. 6. num. 60. & ſeq. quem ſequuta fuit Rot.
Cavallicen. Feudi 26. Aprilis 1614. coram Domino Pirova-
no, Beltram. *ad deciſ. Greg. X V. 51. num. 7. & 298. num. 13.*
& hoc in ſumma colligitur ex Ant. de But. *in cap. quid per no-*
vale num. 15. de Verbor. ſign. & Covar. in *regula poſſeſſor p.*
2. §. 5. ſub numer. 7. ver. quamvis ſecundum.

9 Poſterior, † eſt ſi actus contrarii ſubſequuti ſint poſt com-
pletam præſcriptionem, tunc enim potius dicuntur actus tur-
bativi qui præſcriptionem infringere nequeunt DD. in *capit.*
auditis. ubi Abb. *numer. 3. de præſcrip.* Mant. *deciſ. 296. num.*
4. Rot *in dict. Cavallicen. feud. 26. Aprilis 1614. coram Domi-*
no Pirovano, Beltramin. *ad dict. deciſ. 51.* Greg. X V. *num.*
8. ubi ad hoc citat etiam Garz. *de Benef. par. 4. cap. 2. nu. 107.*
qui tamen ibi hoc in libro meo non dicit. Addo *ſpeculat. in*
tit. de Præſcrip. nu. 20.

10 Ad † tollendam enim præſcriptionem completam requiri-
tur alia præſcriptio pariter completa, & ſic tempus ad præſcri-
ptionem præſtitutum, ut per Abb. in *conſilio 94. in fi. libr. 1.*
11 & Mant. *dict. dec. 396. numer. 5.* † Quia tametſi unius con-
trarii ingreſſus alterius contrarii egreſſum operetur ex Ariſt.
2. Phyſic. *capitul. 15.* & eſt text. in *capit. cum renunciatur 32.*
quæſt. 1.

12 Id † tamen intelligitur de jure apto, & valido ad tollen-
13 dum jus contrarium; † ut videmus in ſimili, quod regula,
quæ habet privilegium ab aliquo impetratum præjudicaret
præſcriptioni ad ejuſdem favorem completæ juxta textum in
cap. veniens circa fin. extr. de præſcript. l. in cauſæ 2. ff. de Mi-
14 *no.* cum ſimilibus † procedit ubi agitur de priuilegio prorſus
contrario, habile ad præſcriptionem tollendam, ut per Ol-
drad. *conſil. 172. in fine.*

Præterea nec videbantur concludenter probari prædicti
actus contrarii. Nam reſpectu fidei ſubſcriptæ parte non cita-
ta à RR. Fratribus Paulo; & Innocentio de Vicedominis,
& Angelo Gabriellio de Flambertis, regula eſt trita, &
15 cit in jure vulgata, † quod fides fidem non facit *cap. 2. extra*
de teſtib. l. ſi quando Cod. eodem lege Iudices Cod. de fide inſtru-
ment. leg. generaliter §. eiuſdem Cod. de rebus cred. gl. magna
in l. 2. C. de eden. Cæphal. *conſ. 384. nu. 21. volum. tertio* Greg.
16 X V. *dec. 260. num. 5. & dec. 359. numer. 4.* Eſt † enim fides
17 ſcriptura privata, quæ non probat *l inſtrumenta C. de prob.* †
Cum non ſit magis credendum voci mortuæ quam vivæ §.
ſed ſi quis in Auth. de inſtrument. caut. & fid. Ceph. *ubi ſup. n. 22.*

Et quamvis recognitę fuerint mediis juramento coram No-
18 tario † cum tamen recognitio facta minimè fuerit ad præſen-
tiam alicujus Judicis; nec de ejus mandato recepta, nihil pro-
bat ad Innocen. in *c. quoniam contra in princ. de probat. facit*
text. *in leg. ne in arbitris C. de arbitr. & ibi* Bald.

19 Suſceptiones † Notariorum, cum atteſtatione quod fides
fuit manu d. d. fratrum ſubſcripta corruunt, quia carent lo-
co loci, teſtibus, & aliis requiſitis, & ſic vires inſtru-
menti habere non poſſunt Jo. Jac. de Can. in *tract. de off.* Ta-
bell. *tit. de requiſit. inſtr. ſumm.* Rolandin. *in tra. de Notul. tit.*
de publ. inſtr. & ibi adden.

Reſpectu verò R. D. Eugenii de Caravagio, & Fratris An-
tonii Flamberti, pro parte D. Epiſcopi examinatorum non
pariter videntur probati actus contrarii, quia alter deponit
de ipſius deputatione uno anno, alter autem de alia ſui depu-
tatione, & ſic propter ſeparationem actuum remanent † 20
ſingulares, & nihil probare videntur *cap. nihilom. ubi gloſ. 4.*
qu. 9. cap. habens de teſtib. ubi gloſa Anchar. *conſil. 276.* Alex.
conſ. 3. vol. 1. Crotus *in tract. de teſtib. nu. 317. verſ. 13. requi-*
ritur, & nu. 119.

Cæterum citra hæſitationem ad favorem D. Epiſcopi, &
contra D. Comitem, mihi alioqui arcto amicitiæ vinculo ad-
dictum pronunciavi.

Epiſcopus † enim habet intentionem fundatam deputan- 21
di concionatores in qualibet Parochia ſuæ Diœceſis, tum de
jure diuino, ut probat Epiſt. ad Roman. *capitul. 10. quomodo*
prædicabunt; niſi mittantur, & Luc. 10. Rogate Dominum
meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam, & ſic apparet
operarios mittendos eſſe ab ordinariis, qui ſunt Do-
mini meſſis juxta textum in *capitul. cum ex iniuncto de hæret.*

Tum etiam de jure Canonico text. expreſſus in *cap. inter cæ-*
tera de off. ordi.

Tum denique ex Conc. Trid. *ſeſſ. 5. c. 2. de reform.* & cla-
rius *ſeſſ. 24. can. 4. etiam de reform.*

Et ita etiam pluries determinavit *Sacr. Congregatio*, ut
referunt Zerula in *praxi Epiſ. part. 1. verb. Prædicatio numer.*
2. §. 7. Leo. in *Theſaur. for. Eccl. part. 1. cap. 8. numer. 4. & ſe-*
qu. Campanil. *in diverſorio iuris can. rubr. 12. cap. 13. ſub nu-*
mer. 16.

Et † quamvis ordinarius ex mente *Ejuſdem S. Congrega-* 22
tionis præfatorumque ſcribentium, ab hujuſmodi jure per con-
trariam immemorabilem conſuetudinem ſeu præſcriptionem,
quo ad omnes Eccleſias Cathedrali excepta excludatur provt
etiam tradunt Armendar. in *addit. ad recopil. legum* Navarræ
lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicationibus, S. Scripturæ nu. 3. Barboſ.
de off. Epiſ. par. 3. alleg. 75. num. 6. & Ripa *reſpon. 1. nu. 36. de*
conſil. † id tamen intelligitur cum præſuppoſito quod fun- 23
dans ſe in d. immemorabili, illam ſervatis ſervandis proba-
verit gloſ. in *leg. 1. in verbis probatis*, & ibi Bar. *num. 5. Cod.*
quæ ſit long. conſuet. idem Bart. in *l. omnes populi num. 67. ff. de*
Juſt. & iur. Corn. *conſ. 174. num. 5. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 25. nu. 18.*
lib. 1. Rim. ſen. *conſ. 307. num. 16.* Dec. *conſil. 11. nu. 4.* & poſt
alios quos congerit, firmat, & de communi teſtatur Curt.
jun. *conſ. 90. in fi.* Villalob. *in com. opin. in verbo tempus nu. 15.*
idemque tenent Rota *dec. 36. nu. 5. par. 1. diverſ.* Gregor. X V.
dec. 162. num. 1. & in terminis noſtris Leo. *in theſ. for. Eccl. 1.*
par. cap. 8. nu. 5.

Et † quidem concludenter, & præcisè provt tam de præ- 24
ſcriptione, ſeu conſuetudine ordinaria, quam de immemo-
rabili tradunt Dec. in *rubr. Cod. qui admitti num. 16.* latè Curt.
jun. *dict. conſ. 90. num. 1.* Hier. Gabr. *conſil. 145. num. 4. & 5.*
lib. 1. Rolan. *conſ. 89. num. 31. & ſeq. lib. 2.* cum per eum relatis
Hond. *conſ. 79. n. 44. & ſeq. lib. 1.* Curt. Jun. *conſ. 90. n. 1.* Rot.
dec. 330. nu. 2. p. 2. in recent.

Adeò, † ut niſi probetur fuiſſe perfecta ante litis conteſta- 25
tionem, ea nihil relevet, quia effectus præſcriptionis etiam
immemorabilis perficitur in fine, & non ante, ut poſt Bart.
& alios, quos citat, tenet Jaſ. in *leg. is, qui putat. numer.*
12. & 63 ff. de acquir. hæred. Oſaſch. *de comm. deciſ. 101. ſub*
num. 41.

Ad † hoc autem, ut ea concludenter probetur teſtes for- 26
miter deponere debent de quatuor requiſitis gloriæ communi-
ter recept. *cap. 1. in verb. memoria de præſcrip. in ſexto.* Nem-
pè primo de viſu per quadraginta annos, ſecundo de auditu
à ſuis majoribus, qui ab aliis audierunt; Tertiò, quod nun-
quam viderunt, aut audierunt ſeruari contrarium. Quar-
tò de publica voce, & fama per verbum fuit & eſt memoriam
non extare, nec extitiſſe in contrarium, ut poſt dict. gl. tra-
dunt, Specul. in *tit. de proba. §. 1. ver. ultim.* quæritur, *&*
ver. valet. etiam cum aliis latiſſimè congeſtis per Gabr. *lib. 5.*
tit. de præſcript. concl. 1. num. 81. Corn. *conſ. 47. in fi. volum. 3.*
Balb. *in præſcrip. in 2. par. quæſt. 6. num. 24.* Covar. in *reg. poſ-*
ſeſſor. par. 3. §. 3. num. 3. de reg. iur. in ſexto. Capic. *dec. 163.*
Minſig. de *comm. centur. 1. obſerv. 30.* Urſil. ad Affli. *dec. 254.*
num. 6. & pluribus relatis idem tenuerunt Oſaſch. *deciſ. 101.*
num. 6. Gonzal. *ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 18. num. 47.* Gratian.
diſcept. for. lib. 4. cap. 681. num. 38. Honded. *conſil. 79. nu. 36.*
lib. 1. Mareſc. *Var. reſ. lib. c. 100. num. 10.* qui ferè omnes de
comm. opinione atteſtantur. Quam uti communem, & re-
ceptiſſimam ſemper ſequitur Rota Romana, ut apud Pute.
dec. 71. p. 3. apud Mohed. *dec. 253. penes* Cardin. Seraph. *dec.*
469. num. 1. dec. 1102. num. 2. cum ſeqq. & dec. 1450. num. 2. &
apud Greg. X V. *dec. 196. n. 1.* ubi Beltramin. in *addi.* & apud
Car. Mantic. *dec. 48. nu. 7. & dec. 289. nu. 3.* Rota *dec. 557. ſub*
n. 2. p. 3. diverſ. & dec. 445. par. 1. in rec. & dec. 58. nu. 2. & 274.

nu. 4.

num.4. & 248. num.2. & 330. nu.2. p.2. in recent. & in Romana ſervitutis 15. Martii 1619. coram Vbaldo, & in Conchen. decimarum de Guaneuna 31. Maii 1617. coram Manzanedo, & alias paſſim, & in terminis noſtris poſt Bar. Corn. & Natt. quos citat, tenet Leon. *in Theſ. fori Eccleſ. part.1. cap.8. numer.5.*

27 Adeò, † ut ſinguli teſtes de omnibus prædictis requiſitis deponere, & inter ſe conteſtes eſſe debeant, nec conjunguntur ſi alter de uno requiſito, alter de alio deponit, Mareſcott. Variar. *reſolut. lib.2. capit.100. numer.3.* Rota *deciſ.557. ſub numer.2. verſ. quantum ad immemorabilem part.4. diverſ. & in Hieracen. Iuriſpatron. 17. Febr.1617. coram D. Cardin.* Veroſpio, ubi aliæ deciſiones recenſentur, & in ſpecie reprobatur Mol. ſecus ſentiens *de primogen. Hiſpan. lib.2. cap. 6. num.34.*

28 E converſo † autem ſi reus probat à centum annis citra aliquem actum contrarium factum fuiſſe, ſatis concludenter dicitur probaſſe memoriam in contrarium, extare; ita ut immemorabilis excludatur, ut per Alex. *conſ.16. num.16. lib.5.* Bartol. *in l. ſemper in ſtipulationibus in fi.* & ibi Cagn. *num.12. ff. de reg. iuris* Berous *conſ.5. num.23. lib.1.* Surd. *conſ.293. numer.3. lib.4.* Scrader. *de feud. p.10. ſeſſ.20. n.157.* cum per eos relatis, & ita ſemper tenere ſolet Rota ut in *dec.324. in fi. & 254. ſub n.3. p.1. in rec. & dec.58. num.2. & 3. & dec.248. n.7. p. ſec. etiam in rec. Greg. XV. deciſ.162. num.9. & dec.51. n.3. & dec.435. nu.10.* & alias paſſim, & cum hac opinione alias tranſivit etiam Concilium Neapolitanum, & quamvis poſtea fuerit in dubium revocata apud Franch. *deciſ.56. ſub n.21.* nihilominus mihi placeat dicta Rotę opinio intelligendo tamen ante præſcriptionem completam per ea, quæ dicta ſunt ſupra num.48. & ſeq.

29 Imò † ſolus rumor, & reſiſtentia in contrarium, reddit improbabilem immemorabilem cum teſtes (ut dixi) deponere debeant ſe nunquam in contrarium vidiſſe aliquid, nec audiviſſe *l. in rebus ff. de jure dotium* Cocc. *dec.400. n.6.*

Porrò ſtantibus hiſce, concluſionibus, quæ in dubium refricari minime poſſunt facilè dignoſcetur percurrendo dicta teſtium, an ex parte Comitis prætenſa immemorabilis probata exiſtant.

Primus enim nullum prorſus probat requiſitum; & ſignanter non deponit de certa ſcientia, prout requiritur; ſed de
30 auditu, & ignorat, an contrarium ſit verum, quo † caſu non probare immemorabilem habetur ex concluſione firmata ſupra *num.57.* & in dividuo firmant Oſaſch. *deciſ.101. num.* 26. Card. Seraph. *deciſ.1589. ſub num.2.* Card. Mantic. *deciſ.* 48. *num.7. & ſeqq.* Rot. *dec.330. n.2. p.2. in recent.* qui etiam alios cumulat.

Quod ſi verum eſt ubi teſtes deponunt de auditu à tertiis perſonis, profectò plus, quam verum erit in caſu noſtro, in quo iſte teſtis audivit ab eiſdem Dominis Comitibus, de quorum intereſſe tractatur, & quibus in cauſa propria nulla præ-
31 ſtatur fides, ac proinde † non plus credendum erit copiæ, & ſic iſtis teſtibus quam originali *c. fraternitatis de hæret.* Aym. *conſ.112. n.2.* Verr. *dec.264. n.7. p.3.* Rot. *dec.762. n.6. p.2. in rec.* & teſtibus non creditur, quorum repelluntur Auctores Cra-
32 vet. *cum relat. dict. conſ.112. numer.13.* † & in puncto quod ſi fama ortum habuit, vel habere potuit à perſona ſuſpectis, non dicatur probata immemorabilis tradunt poſt alios Oſaſch. *dict. deciſ.301. num.17.* & Pariſ. *conſ.112. numer.25. & ſeqq. vol.1.*

33 Ultra quod ex quo deponit de actibus contrariis, † plenè probat contra inducentem, qui illum approbavit juxta *leg. ſi quis teſtibus*, & ibi Bart. Bald. Salyc. *& alii de teſtibus cap. fin. §. item ſi quis teſtibus 4. q.3.* Socc. jun. *conſ.178. num.33. vol.2.* Crau. *conſ.188. num.5.* cum aliis relatis per Gabr. qui teſtatur hanc opinionem eſſe veram, & communem in *lib.1. titul. de teſtib. conc.1. numer.13.* Roman. *conſ.104. in fin.* Cæphal. *conſ.* 435. *num.69. lib.3.* Surd. *dec.289. num.19.* Rota *deciſ.748. nu. 9. par.2. in rec. & in Tolentina portionis 2. Maii 1594. coram Card. Mant. & in Toletana canonicatus 10. Decembris 1608. coram Card. Marcom.* Etiam ſi eſſet unicus Socc. jun. *conſ.79. n.11. lib.1.* Cæphal. *conſ.65. n.55. lib.1.*

Secundus teſtis tantummodo deponit quod ultra quadraginta annos quondam D. D. Comites Pamphilus, & Antonius Maria alternatim eligebant concionatorem, ignorat autem utrum id fecerint præcario nomine, vel jure proprio,
34 nec reddit cauſam ſcientiæ, & ſic nihil probat. Quia † non attenditur dictum, ſed ratio dicti Socc. *conſ.42. num.27. lib.1.* Pariſ. *conſ.88. n.58. & 60. lib.3.* Et in terminis noſtris Seraph. *deciſ.419. num.3.* Mant. *deciſ.48. num.8.*

Et † ratio dat eſſe teſtimonio Bal. *in l. conventiculam num.* 35
4. de Epiſcop. & Cler ic. Abb. *conſil.105. num.1. in fi. & numer. 2. lib.1.* Socc. jun. *conſil.63. num.13. lib.1.* Mantic. *dict. deciſ. 48. n.8.*

Et † ſemper trahit ad ſe dictum & in ſuam materiam il- 36
lud convertit, quia tota vis probationis ſtat in ratione, inquit Bal. *in l. conventiculam, ſub num.5. in fin. Cod. de Epiſc. & cler.*

Præterea idem teſtis ignorat, an ab annis quadraginta, infra dicta electio facta fuerit ab Epiſcopo, vel potius à Comite, nec aliquid à ſuis majoribus audivit.

Tertius † teſtis, qui deponit de ſuo tempore, & de audi- 37
tu à majoribus; ultra quod neſcit reddere cauſam ſcientiæ non deponit de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt: & ſic nihil probat ex ſupradictis, & in individuo ex hujuſmodi requiſiti deficientia corruere probationem, tradunt Signorel. *conſ.17. n.19.* Ruin. *conſ.66. num.22. lib.3.* Oſaſch. *deciſ.101. ſub n.16.* Grat. cum per eum relatis *diſcept. Forenſ. tom.4. cap.* 678. *n.15.* Mantic. *deciſ.48. ſub n.8.* Seraph. *deciſ.503. n.1.* & rurſus *deciſ.1179. num.2.* ubi in fortioribus terminis reprobatus fuit quidam teſtis, qui in cæteris requiſitis benè concludebat, ſed non deponebat præcisè de publica voce, & fama, quamvis diceret, *ſi ſapeva publicamente per Capua*, & ſubderet quod majores ſui ajebant nihil in contrarium vidiſſe, non tamen idem de ſe ipſo deponebat.

Nec obſtat, † quod dicat ſe publicè audiviſſe, ex quibus 38
verbis dicitur deponere de fama juxta doctrinam Bal. *in c. litteris n.2. de præſumpt.* quam paſſim ſequitur Rota ut dicitur in *deciſ.358. n.8. part.2. in rec.*

Tum † quia non explicat, an id audierit ante motam li- 39
tem, quæ ferè per annum protracta fuit, & tamen præcisè de tempore antecedenti deponere debebat, ut per Caputaq. *dec.9. & 413. p.2.* & Rota *deciſ.557. ſub nu.2. p.4. diverſ.* ubi propterea dictum fuit non eſſe opus perquirere, an ille teſtis haberet alia requiſita cum in iſto deficeret.

Tum † etiam quia cum ſolus iſte teſtis deponat de publica 40
voce, & fama, tantum abeſt, quod probet, ut imò reddatur de falſo ſuſpectus, cum non ſit veriſimile de eo, quod eſt publicum, & commune non reperiri plures qui illud ſciant, ut per Bart. *in l. admonendi, & l. pen. ff. de jureiurando* Natt. *conſ.672. n.40. vol.4.* Rota eadem *dec.358. n.8. p.2. rec.*

Et quamvis reliqui teſtes in articulo generali in calce depoſitionis de comm. opinione, & publica voce, & fama deponant, quod ſufficere dicebatur, quia † dicta teſtium ex 41
Capitulis ſupplentur roburque aſſumunt, vt per Cagn. *in l.2. n.242. de reſcind. vend.* Dec. *conſ.100. n.7. verſ. imo etiam.*

Non † tamen ad effectum de quo agitur id ſufficit, ſed 42
opus eſt modo quo ſupra deponere de fama ſuper articulo principali, ut poſt Signorel. de Homod. *conſil.70. col.6. ver. nec obſtat ſi dicatur*, & per alios quos refert declarant Anton. Gab. *lib.5. tit. de præſcript. concluſ.1. numer.81. alias 88. verſ. 2. declara quia neceſſe* Honded. *conſil.79. ſub numer. 36. volum.1.*

Imò † etiam ſi ſimpliciter dicerent dictum articulum prin- 43
cipalem continentem publicam vocem, & famam eſſe verum, non probarent, quia debent à teſtibus expreſſe recenſeri requiſita, niſi tamen ſui dicti rationem redderent ſcilicet cur ſciant dict. articulum eſſe verum Verall. *deciſ.7. num. 3. & deciſ.291. p.3.* Mareſcott. Var. *reſol. lib.2. c.100. num.11. ubi etiam citat* Rota *in Iacen. Parochialis 27. Jun. 1605. coram Card. Pamphilio.*

Præterea, & tertio tam iſte, quam reliqui teſtes ignorant, an aliquando electio facta fuerit à D. Epiſcopo, & an Comites elegerint jure proprio, vel an ad nominationem D. Epiſcopo, vel ex facultate habita ab eodem, & propterea etiam ex hoc capite nihil prorſus probant, quia neceſſe erat illos deponere non ſolum ipſos opinari † ſed etiam commu- 44
niter opinari, & memoriam non extare, quod unquam electio ab Epiſcopo facta fuerit *l. ſi arbiter ff. de prob.* Bart. *in l.2. §. item labeo in fi. ff. de aqua plu. arc.* Innoc. *in cap. veniens de verb. ſignif.* Alexan. *conſ.176. n.7. lib.6.* Gratian. *to.4. diſcept. for. c.678. n.15.*

Quartus teſtis nec auditu à majoribus, nec de ſcientia, ſeu de credulitate deponit; & deficit in fama, aliiſque requiſitis, fatetur etiam ab annis octo infra ignorare, quid actum fuerit, quia ſemper abfuit à terra Siſſiæ Unde ob hoc ipſum ſolum nihil prorſus probat; † quia ad probandam im- 45
memorabilem deponere debebat de viſu per quadraginta annos continuos uſque ad diem motæ litis Seraph. *deciſion.469. num.2. & ſeq. & dec.470. num.2. & deciſ.1179. nu.1. & 1450.*

num.2.

num.2. cum per eum relat. Rota *decis.254. numer.141. par.1. in rec. & dec.248. n.3. p.2. etiam in rec. & in Romana servitutis 15. Maii 1619. coram Ubaldo.*

Adeò ut etiam si deponeret de visu à quadraginta annis citra, absque copula, &, non probaret: cum fieri possit, ut
46 medio tempore ipse ignoraverit, † ex quo dictio illa, *citra*, absque copula, & verificari potest in una vice, ut per Bart. in *l. celsus nu.24. de usucap. quem* Rota sequitur inquit Seraph. *dec.469. n.1. & dec.1102. n.3.* Maresc ott. *lib.2. Var. resol. cap. 100. n.12. & 13.* ubi citat alias decisiones Bal. *de præscript. in ult. part. n.14.* Ceneda *pract. & canon. quæst. sing. 43. num.3.* nisi tamen adderet aliquam dictionem temporis continuationem significantem; ut semper, continuo, vel similem Maresc ott. ubi supra *num.14.* post Rotam quam citat.

47 Multo igitur magis hoc dicendum est in casu nostro, cum istæ testis fateatur se per octemnium abfuisse, & sic in habilis redditur ad immemorabilem probandam ex supradictis.

Quintus & sextus testes eisdem morbis laborant: septimus
48 potius officit D. Comiti, † ac contra ipsum inducentem plene probat, etiam in eo quod deponit de auditu Roman. *cons.* 104. *in fine* Jason. *in Rub. de Iureiur. col. pen. ver. 6. notabiliter* Cæphal. *cons.65. n. 55. lib.1.* Burs. *cons. 57. num.11. lib.1.* Tob. Non. *cons.99. n.10.*

49 Ac † etiam in eo, quod in fine doponit de credulitate nempe se existimare non à Comite sed ab Episcopo fuisse sibi de præfato suggestu provisum, ut per Roman. *dict. consil.104. in fin.* ubi Mandosius in addi. Marant. *de ord. jud. part.6. actu 6. numer.16.* Cravett. *consil.201. num.7. leg.2.* Soccin. jun. *dict. cons.69. n.11. l. 1.* Ant. Gab. *l.1. tit. de testib. concl.1. n.13.* Cæphal. *cons.435. n.70. lib.5.* Hond. *cons.79. num.61. leg.1.* Surd. *decis.184. num.19.* Rota *dec.194. n.2. part.3. divers.*

Octavus testis est singularis de auditu ab uno tantum, caret omnibus requisitis ad immemorabilem, & denique potius probat contra D. Comitem quatenus de oppositione D. Episcopi deponit, quæ oppositio interrupisset præscriptionem & si ea cæpta fuisset, cum ad hunc effectum sufficiat etiam rumor, vel contradictio aut tumultus ut dixi supra num.60.

Novissimus testis, tum aliis requisitis, tum ætate caret ad immemorabilem probandam, necessaria est enim annorum quinquaginta, & deponit dumtaxat ab annis vigintiquinque,
50 quibus commoratus fuit Sissiæ, † cum tamen saltem debuisset attingere annum quinquagesimum quartum, subducto tempore litis, vt deponere posset præcisè de visu per spatium annorum 40. ut post alios tradunt. Seraph. *dec.54. n.5. & decis. 469. n.2. & seq. & 470. n.2. & 1179. n.1. & 1450. n.2.* Rot. *dec. 254. n.1. & 2. p.1. in rec. & dec.248. n.3. p.2. etiam in rec.*

51 De † qua ætate præcisè, & concludenter apparere, & ipse deponere debebat *l. moraliter C. de probat. l. actum* vbi glos. Bart. *& alii ff. de Nego. gest.* Jas. *in rub. C. qui admitti num.9.* Aym. *cons.6. n.106. circa med. Greg. XV. dec.298. n.2.*

Et sic ex his testibus nullatenus probata fuit allegata præscriptio. Et multo minus ex Epistolis productis. Prima enim quę est bo. me. D. Cardinalis Farnesii, in qua requirit ipsum Comitem de dicto suggestu pro quodam Religioso, nihil prorsus præjudicare potuit juribus Episcopalibus.

Secunda Epistola, quæ est dicta Episcopi Farnesii, potius probat contra D. Comitem producentem, quatenus Episcopus eidem scribit de quodam Religioso. *Volentieri vedrei, che gli dessimo la Predica di Sissia, che però non hò voluto promettergli, desiderandone prima la satisfactione di V. S.* ex quibus verbis clarè videtur innuere ad se spectare provisionem, optare tamen providere de concionatore eidem Comiti non inuiso, quod est prudentiæ ac humanitatis, non necessitatis.

Minus officit ultima Epistola ejusdem D. Episcopi, in qua rescribit eidem Comiti, *è stato bene, che sia provista Sissia di Predicatore.* Non enim dicit, à quo provisio facta fuerit, & scribit sub dat. Bononiæ, & sic cum impersonaliter loquatur, cur non interpretemur sermonem potius in persona Vicarii Parmæ residentis, quam Comitis, cum in dubio id præsumatur, quod est juri conforme? Præterquam quod probatio Comitis debebat concludere perneceſſe, non per possibile, sed & hujusmodi Epistolæ non probant immemorabilem, ad quam Comes in articulis se restrinxit. Denique testes ex parte D. Episcopi examinati de quibus supra, optimè ejus
52 intentionem probant, præsertim cum deponant de facto cum ipsis secuto, & in quo nullum habent interesse: ac proinde unusquisque eorum facit plusquam semiplenam probationem ut per Menoch. cum per eum relatis *de arb. iud. lib.2. centur.1. cas.99. numer.11.* plurimos congerit Farinac. *de oppos. contra pers. just. quæs.63. n.224.* Barz. *dec.50. num.19.* Cæs. de Graff. *dec.2. n.11. de empt. & vend.* Rota *dec.521. n.6. part.1. divers. & dec.694. n.5. part.2. in rec.* ubi etiam aliæ decisiones referuntur.

Sed, & ex alio capite præferuntur testibus Comitis, nempè quia habent assistentiam, & præsumptionem juris communis, ut per Paul. de Castr. *cons.192. ad fin. l.2.* Ruin. *cons. 35. sub nu.16. vers. testes autem l.4.* Aym. *cons.33. post num.41.* Rota *dec.299. n.2. p.2. in rec.*

Nec obstat illos esse singulares, & de actibus diversis & separatis deponentes, † hæc enim est singularitas cumulativa, cum omnes isti actus sint pariformes, & tendant ad unum 54
idem integrandum; & ideo non possunt tanquam singulares repelli, ut per Dec. *in cap. licet num.6. de probat.* & Lanfranc. *in cap. quoniam contra numer.30. ver. testium eod. tit.* Cæphal. *consil.141. num.12. lib.1.* latissimè Cravett. *de antiq. temp.4. p. numer.3.* Ludou. *decis.* Perus. *9. numer.9. & 14.* Crot. *cons.57. num.2.* Rolan. *cons.33. n.9. lib.2. bene Celsus* Ugo. *cons.105. n. 6.* dixi in *decis.*

Et † hanc esse singularitatem subalternam, quę benè pro- 55
bat possessionem, & jurisdictionem ex diversis actibus possessoriis, vel jurisdictionalibus tradunt Cæpol. *cons. civil.3. c.9.* Gab. *l.1. tit. de testibus concl.2. nu.9. & num.23. & num.33. & 65. & seq.* ubi plurimos congerit Pedem. *dec.99. num.25.* Cæs. de Grass. *dec.9. n.10. de Testibus.*

† Quin esto essent singulares; cum tamen habeant juris as- 56
sistentiam, & præsumptionem pro se, accedentibus verisimilibus conjecturis, plenè probarent gloss. in *cap. ultimo de ver. unus testis* & ibi Hos. & Jo. And. *de succes. ab intest.* Bart. *in l.1. §. idem Cornelio n.3. ff. de quæst. & in l. admonendi num. 48. vers. adverte ff. de Iureiur.* Socc. jun. *cons.61. num.8. lib.1.* Crau. *cons.35. n.6. & cons.613. n 14.* Cæs. de Grass. *decis.3. n. 6. de prob.* Mantic. *dec.265. n.2.* Rota *in Mediolan. impotentia 16. Martii 1568. coram Gipsio.*

Cæterum hæc omnia de Testibus Episcopi d. sint ex abundanti: nam ex quo Comes non probavit immemorabilem præscriptionem sufficit Prælato habere fundatam intentionem, nec tenetur aliud probare, & sat est obtinere per non jus actoris.

Ex his itaque sententiam contra D. Comitem Sissiæ protuli: Nempe jus eligendi Concionatorem pro suggestu dictæ terræ, ac etiam parochialis Sancti Nazarii spectare, & pertinere ad Episcopum Parmensem, & sententia transitum fecit in judicatum.

Ad hæc notandum, quid Universitatibus, cæterisque existentibus in quasi possessione præsentandi Concionatores ob immemorabile tempus potest Episcopus præfigere terminum ad præsentandum per totum diem Epiphaniæ, quo elapso, & præsentatione non facta jus nominandi pro illa vice ad ipsum Episcopum devoluitur, ut rescripsit *Sacr. Congr. Concil. Trid. D. Episcopo Casertano de anno 1635.* idemque rursus determinavit in alia causa *die 11. Martii 1643.* quem terminum. Ego in prima mea Synodo Universitatibus, & Abbatibus meæ diœcesis præfixi.

ARGUMENTUM.

Concionatoris alimenta & eleemosynam, an & quando Parochus, & an, & quando Populus præbere teneatur.
Consuetudo vel pactio aliquid Concionatori præter alimenta præstandi an teneant.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo ut populus alimenta præstet Concionatori, servanda est, & sufficit decemnalis.*
2 *Ordinarius in tali consuetudine turbatus, censuris se defendit.*
3 *Prædicandi officium est pars curæ, & illi annexum.*
4 *Parochi per se ipsos, vel per alios prædicare tenetur.*
5 *Parochus quibus remediis ab Episcopo cogantur ad verbum Dei subministrandum.*
6 *Immemorabilis an requiratur ad cogendum populum pro Concionatoris alimentis, & n. seq.*
7 *Consuetudo præter jus spatio decem annorum præscribitur.*
8 *Ecclesiæ, vel piæ causæ favore cogitur quis ad servandam decennalem consuetudinem.*
9 *Populus ad concionatorem alendum vigore consuetudinis adstrictus an, & quando eligere illum debeat.*

10 Po-

10 *Populus per tempus immemorabilis eligere Prædicatorem consuetus, an possit tali jure privari, & ad alimenta cogi.*
11 *Consuetudo aliquid concionatori ultra alimenta dandi an sit symoniaca, & nu.13.*
12 *Consuetudo symoniaca est ipso jure nulla.*
13 *Conventio aliquid concionatori dandi ultra alimenta, an & quando sit licita.*
14 *Prædicatores an licitè quærant suggestum maioris emolumenti.*
15 *Parochus an, & quando concionatorem alere teneatur.*
16 *Concionator alendus est ex reddito ad id destinato.*

DECISIO LXX.

LAta per me sententia adversus D. Comitem Sissiæ, de qua in superiori Decisione prætendebat ejusdem oppidi populus se nullatenus in posterum cogi posse ad præstandum alimenta, consuetamque eleemosynam concionatori eligendo, asserens se præteritis annis idcirco illa præstitisse, quia putabat electionem non ab Episcopo, sed à Comite fieri.

1 Contra quam tamen universitatem sententiam dixi. † Quod enim attinet ad alimenta, clarum est populum qui illa concionatori præstare consuevit, cogendum esse ad hujusmodi laudabilem consuetudinem servandam Ripa *in consil.1. nu.44. de consuet.* Surd. *cons.62. n.17. vol.1.* & fuit clarissimè cautum per *Conc. Trid. sess.24. c.4. de reform.* ibi *impensis eorum qui ea præstare, vel tenentur, vel solent*; & advertunt Leo. *in Thes. for. Eccl. p.1. c.8. n.6.* Bellet. *disq. Cleric. tit. de Cler. debitore §.15. num.7.* Campanil. *in diversor. iur. can. rubric.12. cap.13. n.17.* Barbos. *de offic. Episc. p.3. alleg.25. num.12.* & ita pluries Sacr. Congr. resoluit. Ad cuius laudabilis consuetudinis observantiam, Episcopus populum cogere potest, per text. in *c. ad Apostolicam extr. de Symoni*, & ex sententia Sac. Congregationis, ita tenet Leo *d. c.8. sub n.6.*

2 Imò † eo ipso quod Episcopus in quasi possessione exigendi eleemosynas pro concionatoribus, turbatur, potest etiam excommunicationis remedia se tueri per text. *in c. dilecto extr. de sent. excom.* ad tradita per Guttier. post alios *lib.2.* Canonic. *qq. cap.21. sub n.152. in fine, & dixi in dec.*

3 Nec obstat quod dicebatur † verbi Dei prædicationem esse partem curæ, munusque concionandi de jure animarum curæ annexum esse gloss. *in clement.1. de regul. verb. officia & in clem. dudum in primis verbis de sepult.* & non est quod dicere voluit Ripa *respons.1. n.42. de consuet.* dum errore fortasse Typographorum, totum oppositum dicit, nempè officium prædicandi habere annexam curam animarum.

4 Unde † Parochi & Curati, per se ipsos, vel si fuerint impediti, per alios in suis Ecclesiis prædicare tenentur ex dispositione *Sac. Conc. Trid. sess.5. c.2. §. Archipresbyteri de refor.*

5 *& sess.24. c.4. etiam de reform.* Adeout † si ab Episcopo moniti, huic prædicandi seu exhortandi muneri diebus saltem festis minimè satisfecerint, sed per tres menses fuerint contumaces, per censuras Ecclesiasticas, seu alias arbitrio Episcopi, etiam per subtractionem ratæ partis fructuum beneficii, alteri eidem muneri ejus loco satisfacienti applicandæ; cogendi sint *Conc. Trid. d. §. Archipresbyteri & d. c.4. ser.24.* Leo. *d. cap.8. num.3.*

Quia respondebam ex *eod. c.4.* hujusmodi obiectum posterni, ubi dicta conclusio temperatur quoties adest consuetudo in contrarium, & advertunt etiam *scribentes* per me relati supra *num.1.* prout etiam ubi Parochus est inops, quo casu populus supplere tenetur, ut dicam infra *num.....*

6 Et † quamvis replicaretur probandam fuisse per Episcopum immemorabilem consuetudinem, ut dicebatur contineri in plurimis Sac. Congregationis resolutionibus, & signanter in una sub Greg. XIII. *impress. post dict. cap.4. sess.24. de reform.* Advertendum tamen est dict. resolutionem esse mendosam, & emendationem haberi penes Zerulam *in Prax. Episcop. in verb. Prædicatio §.7. p.1.* in hæc verba, *Congregatio censuit quod ubi viget consuetudo quod populus soluat Concionatorem, illa debet observari.*

7 Simplex † igitur consuetudo requiritur; quæ cum non fit contra, sed præter jus, spatio decem annorum præscribitur; præsertim cum sit pietatis intuitu Abb. *in c. suam de Symoni*, Cassador. *decis.1. de consuet.* Covar. *lib.1. variar. resolut. c.17. sub numer.3. ver. imo* Guttier. *cum relat. lib.1. canonicar. qq. capit.21. numer.143. cum sequentib.* ubi tribus ab se relatis conditionibus inquit dict. consuetudinem munitam esse debere.

Et † est regulare ut diuturna decem annorum præstatio ad 8
favorem Ecclesiæ vel piæ causæ inducat laudabilem consuetudinem, quæ in futurum obligat *c. ad Apostolicam* & ibi Felin. *n.3. de Symon.* Abb. *in d. c. suam n.8.* Marsil. *in singular.192.* Gab. *de præscript. concl.10. num.12.* Covar. ubi supra Rota *dec. 365. n.4. par.2. recent.* Fraxinell. *de obligationib. missæ sect.4. concl.4. §.17.*

Minus † obsistit quod addebatur, populum vigore consue- 9
tudinis ad Concionatoris victum adstrictum, ita demum in posterum esse cogendum, si detur sibi ejusdem Concionatoris electio, ad quod afferebatur Declaratio S. Congregationis registrata Campanil. *in diversor. iur. canon. rubr.12. capit.13. sub n.16.* quæ tametsi loquatur de Episcopo in Cathedrali eligere volente; idem tamen dicebatur procedere in Parocho, qui in sua Parochia est parvus Episcopus.

Quia præterquam quod argumentum de Cathedrali ad Parochialem non tenet; præfata resolutio apocripha, & contra mentem Sacr. Concilii *in d. capit.4.* ibi, *Ab Episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur vel solent deputandos*, & ita re vera tenet Sac. Congregatio † nisi tamen popu- 10
lus immemorabilem nominandi præscriptionem probaret, tunc enim vel non esset privandus jure eligendi, vel si Episcopus, aut Parochus eligere vellet: valeret quidem, sed propriis expensis, & populus recusare posset consueta alimenta præstare: & ita intelligendus est Armend. in addit. *ad Recopil. legum Navarræ lib.4. tit.30. l.30. de Prædicator. Sac. Script. n.2.* relatis à Barbos. *de Offic. Epis. p.3. alleg.75. n.12.*

Quo verò ad stipendium præter alimenta Concionatori præstandum, indubiè ad populum non pertinere dicebatur, eo † quod consuetudo ut quid ultra alimenta Prædicatori de- 11
tur, irrita fit, & symoniaca reputetur, ut per Innoc. & alios communiter *in cap. cum voluntate de sent. excom.* Ripa *cons.1. n.44. de consuet.* Surd. *cons.62. numer.17. vol.1.* † Consuetudo 12
autem Simoniam continens, tanquam peccati nutritiva, est ipso jure nulla *capit. abolenda extr. de sepult.* Ripa *loco cit.*

Sed & hoc facilè tollitur: † procedit enim ubi pactio, vel 13
consuetudo aliquid dandi est pro ipsis actionibus spiritualibus, qua spirituales sunt, & sic pro concione, tunc enim verè esset symonia, quia licet prædicatio composita sit ex spirituali, & temporali simul; nempe ex verbo Dei, & labore; formaliter tamen, ac principaliter est spiritualis, ut per Caiet. *in summ. lib.1. cap.89. sub ver. dico tertio. & alios passim.*

Idemque de labore, & studio quod Concionator in paranda Concione, vel in mandando illam memoriæ adhibet, vel de latissitudine in ea habenda: sunt enim opera & labores per se necessarii ad tale ministerium sacrum, pro ut ab hominibus mortaliter exerceri potest, ac propriè ab illo separari nequeunt, ut per Suar. *tract.1. de Relig. lib.4. cap.21. num.15.* Filliuc. *tractation.45. c.4. quæsit.11. num.48.* Bonac. *de symon. q.6. punct.3. sub n.6.*

Secus tamen est quando agitur de laboribus extrinsecus seu per accidens adiunctis sive prævii sint actioni sacræ, sive comitentur: vt est se conferre de loco ad locum, & locare libertatem suam, obligando se ad celebrandum, vel prædicandum in loco particulari, & pro toto anno, vel pro toto tempore quadragesimali, vel pro tota hebdomada, aut singulis diebus festis, hæc enim sunt quid temporale, ac pretio æstimabile, & per accidens comitantur ipsam actionem sacram, ac proinde pactio, & consuetudo de certa mercede valet, & absque symoniæ labe fieri potest, ut probat tex. *iunctagl. in fin. in c. significatum extr. de præb. & tradunt* Caiet. *in summ. la in ver. symonia in quinta & sexta regula* Folet. *in Sum. lib.5. c.88. sub n.2. ver. dico 3.* Ugol. *in tract. de symon. tabul.1. c.9. §.1. nu.6. & §.2. n.8. & c.44. §.2. n.19. in fi.* Campan. *in diversor. iur. can. rub.12. c.13. n.15.* Navar. *in Manual. c.23. n.101. ver. decimo ad fi.* Guttier. *Canonic. qq. lib.1. c.29. n.25.* Lessius attestans de com. opin. *de Iust. & Iur. lib.2. c.55. dub.8. nu.48.* novissimè Bonac. *de Simon. q.7. punct.3. n.8. & 9. & punct.4. n.1.*

Hinc † est, quod prædicator absque symoniæ incursu quæ- 14
rere potest suggestum, in quo pinguiores fiunt Eleemosinæ ut per Campan. *loco cit.* & per Tolet. *in Sum. l.5. c.9. sub nu.3.* qui tamen quamvis eum à symonia hac de causa excuset, non tamen ab avaritia spirituali innoxium esse arbitratur; cum potius quærere debeat loca ad fructificandum aptiora.

Cum igitur constet à decem annis, & ultra homines Sissiæ consuevisse Prædicatori alimenta, & eleemosynam subministrare Prædicatori pronunciavi eos, etiam in futurum teneri.

Cessante † autem ejusmodi consuetudine, populus dubio 15
procul non teneretur, sed Parochus, si redditus beneficii sint

ſufficientes, alias in ſubſidium cogendus eſſet populus, cum ſit conveniens, ut iſto caſu Concionatores ab iis, quibus ſeminat ſpiritualia, temporalia metant juxta *Apoſtolum* 1. *Corint.7. & text. in cap. ex officii circa fin. de præſcrip.* Campanil. *in diverſorio jur. can. rub.12. cap.* 13. *num.*17. Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.*76. *n.*16. *p.*9. dixi ſupra in *dec.*

16 Niſi † tamen adeſſet aliquod legatum, vel redditus ſufficiens, huic muneri applicatum, vt eſt in terra Conigii, Regien. Diæceſis, tunc enim nullus alius eſt inquietandus; ut ex ſententia Sacr. Congregationis firmat Leon. ubi ſupra *ſub dict. numer.*6.

ARGUMENTUM.

Emphyteuta, qui ob non ſolutum Canonem incidit in commiſſum, an poſt declarationem à Domino directo factam poſſit moram purgare, ſtante pacto, ut res ad dominum revertantur *ipſo iure, vel ipſo facto*: & quid in ſimilibus pactis. Mora quando incipiat, quouſque purgari poſſit, & an illius purgationi renuncietur. Caducitas an, & quando ab hærede, & contra hæredem declarari valeat.

SUMMARIUM.

1 *MOræ purgatio de jure canonico celeri ſatisfactione fieri poteſt.*
2 *Mora infra quod tempus purgari poſſit.*
3 *Mora non purgatur quando Dominus poſt longum tempus caducitatem declaravit,*
Contrarium eſt verius n.30.
4 *Mora poſt Domini declarationem non purgatur.*
Contrarium n.14. concorda n.21.
5 *Moræ geminatio impedit illius purgationem.*
Declara ut n.33.
6 *Moræ purgatio impeditur per pactum quod ceſſante emphyteuta in ſolutione, cadat ipſo jure.*
Contrarium eſt verius n.17.
7 *Moræ purgatio impeditur per pactum ut res libere ad dominum revertatur.*
8 Cap. potuit de locat. *an habet locum quando dies appoſita fuit ab homine*, & n.34.
9 *Mora purgari non poteſt ubi dies, & pœna in ſtipulatione fuit appoſita.*
Declara n.35.
C. potuit de legat. *an habeat locum ubi dies, & pœna in ſtipulatione fuit appoſita.*
10 *Fruſtratoria non debent eſſe pacta*, & num.37.
11 *Moræ purgatio impeditur per pactum reſolutivum.*
Declara ut nu.42.
12 *Declaratio caducitatis an requirat partis citationem.*
13 *Declaratio tacita quando ſufficiat ad caducitatem inducendam.*
14 *Mora emphyteutæ, & Domini declaratio ad caducitatem requiritur.*
15 *Moræ purgatio admittitur poſt Domini declarationem, juramento non obſtante.*
16 *Mora purgatur non obſtante camerali obligatione.*
17 *Moræ purgatio non impeditur per pactum, ut quis ipſo jure vel facto cadat à jure ſuo, & n.29.*
18 *Ipſo jure inducta intelligitur caducitas, ſi is cujus intereſt declaret.*
19 *Pactum ut emphyteuta non ſolvente cadat ipſo jure intelligitur ſecundum jus commune.*
20 *Statutum, ut non ſoluens certa die ſit ipſo jure privatus, intelligitur ſecundum jus commune.*
21 *Mora poſt Domini declarationem non purgatur de jure civili, ſecus de jure canonico.*
22 *Interpellatio eſt initium moræ.*
23 *Mora poſt declarationem Domini purgatur de jure canonico, non obſtante juramento.*
24 *Juramentum non impedit moræ purgationem, ſi ius partis non eſt factum deterius.*
25 *Fidejuſſor de repræſentando an, & quatenus moram purgare valeat.*
26 *Mora purgatur poſt declarationem non obſtante pacto de ingrediendo propria auctoritate.*
27 *Dominus directus vigore pacti de ingrediendo propria auctoritate, non poteſt ſine Iudicis miniſterio ingredi.*
28 *Moræ purgatio non impeditur per clauſulam, ut res liberè ad Dominum revertatur.*
29 *Mora purgatur per depoſitum factum poſt declaratam caducitatem non obſtante pacto, quod emphyteuta cadat ipſo iure.*
30 *Mora incipit à die declarationis Domini.*
Declaratio Domini non retrotrahitur ad tempus moræ.
Decius in conſ.146. num.4. *reprehenditur.*
31 *Conditio; ſub qua pœna caducitatis imponitur eſt proteſtativa, & non retrotrahitur.*
32 *Retrotractio non fit ubi non ſubeſt æquitas.*
33 *Mora geminata purgatur de jure Canonico, ſecus de iure ciuili.*
34 *Mora ubi executio facta eſt ab homine purgatur ſi reperitur expreſſe à lege permiſſa.*
Legis proviſio per factum hominis tolli non poteſt.
35 *Mora de iure Canonico purgatur etiam ubi dies, & pœna appoſita eſt, ſecus inter laicos.*
36 *Pœna conventionalis non debetur, niſi quatenus intereſt.*
37 *Argumentum à ſuperfluitate vitanda an ſit validum.*
38 *Caducitas non declarata contra defunctum non poteſt declarari contra hæredem* Fallit n.40.
39 *Caducitas ab anteceſſore non declarata, non poteſt à ſucceſſore declarare* Fallit n.41.
40 *Caducitas incurſa vigore pacti poteſt ab hærede, & contra hæredem declarari.*
41 *Caducitas incurſa ipſo iure vel ipſo facto declaratur, & ab hærede, & contra hæredem.*
42 *Pactum reſolutiuum quando moræ purgationem impediat.*
43 *Mora purgari poteſt uſque ad litis conteſtationem.*
44 *Mora purgatur uſque ad ſententiam, ſi ius partis non eſt factum deterius.*
45 *Caducitas eſt legibus odioſa.*
46 *Moræ purgationi per pactum renunciari poteſt.*

DECISIO LXXI.

LAurentius, & Franciſcus Fratres de Neſpolis emphiteutæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via Lata Civitatis Genuæ cum per ſpatium ſex annorum defeciſſent in ſolutione Canonis D. Abbas Paulus de Fiſco Nob. Genuen. dict. Eccleſiæ Decanus caducitatem apud acta declaravit, deinde lapſis tribus menſibus illam Neſpulis intimavit, qui quidem die ſequenti dd. Canones obtulerunt, ac recuſante D. Abbate illos recipere, in actis depoſuere. Hinc orta fuit coram me controverſia, an ſic ut præfertur, mora purgari potuerit; præſertim ſtante pacto in inſtrumento emphiteuſis appoſito, quod ſi Conductores per triennium in ſolutione penſionum, ſeu canonis ceſſaverint, cadant, & eo ipſo cecidiſſe intelligantur à juribus d. locationis, & utile dominium dictorum bonorum ſit, & eſſe dicatur cum directo conſolidatum cum omnibus melioramentis.

Pro parte d. Abbatis plurima deducebantur, & ſignanter † 1
quod eſto de æquitate canonica emphiteuta celeri ſatisfactione moram purgari poſſit *vulg. c. potuit ext. de loc. &c. propter eod. tit. in fine*, non tamen dici poteſt celeris ſatisfactio ea, quæ poſt ſex annor. curriculum hoc in caſu facta fuit, † adeò ut non 2
defuerint dd. autumantes illam concludi ſpatio trium dierum, alii etiam ſpatio decem dierum ut per gl. *in d. c. potuit* cum aliis relatis per Corb. *de Emph. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit.* 41. *nu.*23. *& ſeq.* & per Rotam *dec.*856. *n.*2. *p.*4. *diverſ.* nonnulli etiam ad duos vel tres menſes dictam purgationem expectandam eſſe cenſuerunt, ut per Jo. And. *in d.c. potuit n.* 10. cum aliis per Corb. *d. nu.*22. Magon. *dec. lucenſ.*61. *num.* 6. *&* 7.

Et quamvis communis concluſio ſit ut tempus, uti à jure non ſtatutum, judicis remittatur arbitrio ut per Imol. *in d.c. potuit num.*29. Clar. *in* §. *Emphit. q.*8. *in addit. num.*15. Rota *dec.*572. *nu.*2. *p.*1. *diverſ.* noviſſimè Amic. *in tr. de Iur. Emph. q.*26. *num.*4. Brittus cum per eum relatis *in c. potuit* §.4. *ſub n.* 19. *de loca.* Inde tamen arbitrium non debere excedere ſpatium duorum menſium tradit ex communi Corb. *de cauſ. priv. ob non ſolutum can. lim.*41. *numer.*25. Unde nephas eſt illud ad ſex annos extendere; aliàs jus canonicum cauſam præberet diuturnæ contumaciæ, ut advertit Coſta in *trac. de re integra numer.*9. † & quod mora purgari minimè poſſit, 3
quando poſſit longum tempus defluxum fit à Domino declaratio caducitatis, admittit, Hieron. Gabr. *in conſil.* 75. *libr.* 2. ex doctrina Decii *in conſil.*146. *num.*4. † Et quod fa- 4
cta à Domino directo caducitatis declaratione, Emphyteuta privetur ipſo jure, & propterea non ſit locus purgationi moræ tradidere Io. Andr. *in dict. c. potuit nu.*10. & ibi Abb. *num.*12. & Imol. *ſub num.*29. Gozad. *in conſil.*57. *nu.*18. *col.*5.

ver.

*ver.*3. respondeo Decian. *consil.*146. *pro tenui numer.*4. Seraph. *de privil. iuram. priu.*49. *numer.*17. ubi citat Gratum *in consil.*49. *colum. fin. lib.*1. & Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.*20. *de morę purg. ob non sol. canon. à num.*7. *usque ad* 11. Alex. Trentacinq. *variar. resol. libr.*3. *de iure emphit. resol.* 4. *numer.*9. *& sub numer.*26. *ver. quanto* Gratian. *in decision. Marchiæ* 49. *num.*4. *& 5. de communi Magon. decis. lucens.* 61. *num.*10.

5 Ea potissimum ratione quia tunc emphiteutica est in duplici mora, legali scilicet, & judiciali, quæ geminatio impedit moræ purgationem *leg. traiectitiæ* 22. §. *illo ubi gloss. in verb. hoc. rectius ff. de actio, & oblig.* Corbul. *cum relat. dict. limit.*41. *num.*19. Seraphin. *dict. privil.* 48. *num.*25. Gratian. *d. dec.*49. *num.*4.

6 Sed † & ulterius omnis scrupulus cessare videbatur ex prędicto pacto in investitura apposito, ut cessante emphiteuta per biennium, *eo ipso* intelligatur cecidisse à jure suo; quo attento moram purgari non posse tradunt Put. *dec.*66. *num.*2. *lib.* 3. *& dec.*172. *lib.*1. Ant. Monach. *dec. Florent.*59. *nu.*4. Sessa *dec.*103. *n.*9. *&* 11. quos refert, & sequitur Barb. *in collectan. dict. c. potuit. num.*154.

Prædictum enim pactum servari debebat, & ob illius inobservantiam factus est locus caducitati Gozad. *cons.*57. *num.* 10. Natt. *cons.*479. *num.*11. Roland. *consil.*25. *numer.*23. *lib.*3. Greg. XV. *dec.*529. *num.*16.

7 Et † stante pacto, ut in casum non solutionis canonis res liberè revertatur ad Dominum, non esse locum purgationi moræ, neque dispositioni *d. c. potuit*, tenere videtur (licet cogitandum relinquat (Corb. *de emph. de caus. priu. ob non solut. can. lim.*41. *numer.*15. *&* 16. qui movetur authoritate Alex. *in l. si insulam* 84. *num.*20. *ff. de verb. oblig.* & etiam ra-
8 tionibus; † tum scilicet quia dispositio *dict. c. potuit de locat.* non habet locum quando dies appositа fuit ab homine, ut not. Barbatia *in d. c. potuit num.*4. & ibi Imol. *n.*53. quasi tunc executio fiat ab homine.

9 Tum † rursus quia regulare est ut mora purgari non possit ubi dies, & pœna in stipulatione fuit appositа Bar. *in dict. leg. insulam*, & ibi communiter DD. *ff. de ver. oblig.* tu adde quod ita limitando *d. c. potuit* tenet Alex. *in cons.*105. *num.*11. *ver. item ille lib.*3. *& in dict. leg. insulam numer.*15. & ibi Ripa qui communem profitetur *num.*36. *in fine* Jason. *in l.*2. *numer.*77. *ver. vel & secundo Cod. de iure Emph.* Ber. *in consil.*120. *num.* 21. *& consil.*126. *n.*17.

10 Tum † denique quia d. pactum non debet esse frustratorium, sed aliquid operari juxt. *l. si quando de legat.* 2. *c. si Papa de Priu. in* 6. ut igitur non sit otiosum, moræ purgationem impedire debet, quod ad rem nostram consideravit etiam Berous *in cons.*118. *sub num.*10. *lib.*1. quem sequitur Gratian. *in dec. Marchiæ* 49. *n.*17.

Hæc autem præsertim procedere videbantur, quia ista conventio, ut emphyteuta, infra certum tempus non solvente,
11 res revertatur ad Dominum, continere videtur † pactum resolutiuum, cujus natura est moræ purgationem minimè admittere Gratus *respons.*43. *num.*2. *lib.*1. Puteus *decision.*66. *lib.* 3. Verall. *decis.*230. *&* 235. *num.*1. *libr.*2. Rota *decis.*410. *sub num.*7. *& decis.*869. *in fin. part.*4. *divers.* Beltramin. *ad decis. Gregor.*559. *ver. limitantur* 3. quibus addi potest Card. Seraph. *in dec.*150. *n.*1. ubi id intelligit quatenus is ad cujus favorem d. pactum appositum fuit, illo uti velit alioquin secus.

Demum addebatur quod etiamsi celeri satisfactione in terminis nostris mora purgari potuisset, adhuc tamen purgata non fuerat; quia à die qua D. Abbas in actis declaravit caducitatem usq; ad diem intimationis factæ effluxerant tres menses, & sic tempus valde notabile; nec esse verum ut mora inciperet à die intimationis, ut prætendebant illi de Nespulis,
12 quia quamvis non defuerint, quia affirmarunt, † Declarationem caducitatis per dominum directum factam, quæ parti non innotuit, non dici legitimam, vt ex magis commun. opin. firmat Ronchegal. *in l.*2. *num.*34. *ff. de duobus rei Magon. decis. Florent.*76. *num.*34. Carroc. *decis.*9. *quæst.*2. *num.* 4. & ante eos Bald. *in cap.*1. §. 1. *num.*2. *&* 3. *quib. mod. feud. amit.* Adeovt ad validitatem declarationis necessaria sit partis citatio una cum sententia declaratoria secundum Bald. ubi supra Roman. *consil.*212. *numer.*7. Alexand. *consil.*128. *num.* 1. *lib.*1. Cæpol. *consil.*225. *numer.*19. *lib.*2. etiam stante statuto ut non solvens canonem, sit ipso jure privatus ut per Ferret. ubi supra *numer.*1. ex Dec. *cons.*138. *num.*6. cum aliis relatis per Cardin. Mantic. *de tacit. & Ambiguit. convent. tit.* 27. *lib.*22. *num.*30.

Nihilominus contraria sententia verior; & crebrior est, ut scilicet in declaratione non requiratur citatio, sed fieri possit parte absente, & non citata, quoniam Emphyteuta non soluens canonem, ipso jure cadit à jure suo, & dominium utile consolidatur cum directo, ipso domino volente. Corn. *dict. consil.*115. *numer.*7. *&* 8. *libr.*1. Cæpol. *cautel.*135. *iuscis* Corbul. *de caus. priu. ob non solut. can. ampl.*45. *numer.* 8. Roman. *consil.*112. *sub numer.*1. & ibi Mandos. in addit. Alexand. *consil.*6. *num.*21. *vol.*3. Ruin. *consil.*181. *numer.*10. *volum.*1. Anton. Gabr. *in comm. conclus. tit. de citation. concl.* 1. *limit.*86. *numer.*474. Rimin. sen. *cons.*421. *num.*2. *lib.*3. Soc. *consil.*4. *num.*25. *lib.*3 Card. Mantic. attestans de magis communi, & veriori opinione *d. tit.*27. *à n.*31. *usque ad* 33. Grat. cum per eum relatis *discept. forens. tom.*1. *cap.*36. *num.*10. *& 11. & tom.*3. 378. *num.*3. *&* 4.

Cum † imò sufficit etiam declaratio tacita, si ea ex ante- 13
cedenti necessario sequatur, ut si post devolutionem Dominus vendiderit rem Emphiteuticam, vel alii investierit tanquam devolutam, vel alio modo voluntatem suam declaraverit, ut pluribus relatis, prosequitur, & declarat Corbul. *dict. ampliat.*45. *num.*8. *cum seqq.* & Gratian. *d. cap.*378. *num.* 5. *&* 6. ubi etiam enucleat, & alios adducit, quibus addo Borgn. *in dec.*43. *num.*62. *p.*1. *& decis.*30. *nu.*17. *p.*2. cum per eum congestis; unde cavendum est à Bursatt. *in cons.*127. *nu.* 4. qui tenet non sufficere tacitam delationem Domini directi, sed expressam requiri, ad quod nonnullos citat, qui tamen id non dicunt.

Cum autem illi de Nespulis essent ferè indefensi, ego tamen ad eorum favorem, & contra d. D. Abbatem (arcto cui sum amicitiæ vinculo conjunctus) pronuntiavi; nimirum locum fuisse purgationi moræ. † Verior namque magisque 14
communis, & in forensi praxi recepta sententia est, ut ob canonem non solutum nunquam ante domini directi declarationem caducitas intelligatur incursa, ita ut ad hunc effectum duo copulativè requirantur mora Emphiteutæ, & Domini declaratio; sive inspiciamus æquitatem canonicam, sive etiam rigorem juris civilis *ad l.*2. *ver. si Dominus voluerit*, & ibi Bart. *n.*2. Bald. *num.*2. Ang. *num.*4. Jason. *in repet. num.* 6. *Cod. de Iur. Emphyt. gloss. in l.*2. *ff. si ager. vectig.* Innocen. *in cap. potuit num.*2. vbi Abb. *nu.*6. *& DD. extr. de locat.* Bald. *in l. fin. num.*5. *Cod. de revoc. don. & in authen. qui rem nu.*8. *C. de Sacrosan. Eccles.* ubi inquit privationem Emphyteusis non esse in facto esse, sed in potentia scilicet declarante Domino, quem sequitur Dec. *in cons.*138. *num.*6. eandem sententiam firmaverat Abb. *in cons.*67. *sub num.*2. *part.* Alex. *consil.* 172. *num.*7. *lib.*2. *& cons.*113. *num.*3. *lib.*4. Socc. jun. *consil.* 111. *numer.*2. *& seqq. lib.*2. Corbul. qui plurimos cumulat *de caus. priv. ob non sol. can. ampliat.*45. *numer.*5. Grat. *resp.*55. *num.*25. *lib.*1. *& resp.*121. *num.*26. *lib.*2. Roland. qui attestatur de comm. opin. *in cons.*81. *num.*6. *lib.*3 innumeros congerit, & pulchrè exornat Tiraquel. *in l. si unquam in ver. revertatur num.*10. *& seqq. Cod. de revoc. donat.* Cassad. *decis.* 2. *numer.*2. *tit. de locat.* latè, & egregiè comprobat Benint. *decis.*38. *num.*15. *& seqq.* Thesaur. *decis.*4. *sub num.*8. *ver. & contra* Magon. *dec. Floren.*61. *num.*24. plurimos cumulat Caroc. *in dec.*9. *n.*13. ubi de magis communi Cævall. *Pract. opin. comm. contra comm. qu.*14. *lib.*1. Verall. *dec.*113. *p.*1. luculenter Rota *decis.*28. *num.*1. *& seqq. p.*2. *divers.* ubi post Cassad. *loc. cit.* testatur hanc esse veriorem, æquiorem, magisque crebram opinionem, & ibi *num.*3. affirmat, quod illa dictio *omnimodo* appositа in *l.*2. *Cod. de iur. emphyt.* intelligitur secuta Domini declaratione Rota *decis.*577. *num.*2. *p.*2. *in recent. & in Papiensi devolutionis coram Card. Pamphil.* impressa penes Marchesan. *de commiss. tom.*1. *fol.*905. ubi dicitur ita sæpè fuisse decisum, Card. Mantic. *in dec.* 270. *num.*4. *&* 6. ubi quod hæc æquitas canonica procedit etiam ex æquitate juris civilis Mynsynger. *centur.*3. *obseru.*97. Valasc. *consult. sine dec.* 71. *n.*13 Gama *dec.*41. *sub n.*2. *& decis.*375. *num.*2. Barz. *dec.* 50. *n.*39. *&* 43. *& dec.*62. *n.*59. Surd. *dec.*57. *n.*16. *& dec.*194. *num.*7. Milanens. *dec.*17. *num.*55. *lib.*2. Cartar. *decis. Genuen.* 61. *n.*11. *&* 12.

Cujus conclusionis ratio duplex à scribentibus afferri solet, prior desumitur ex Cassad. *d. dec.*2. *sub num.*4. quia scilicet si caducitas absque Domini declaratione induceretur, utique posset in ejusdem damnum redundare, cui forte non expediret rem apud se habere, nec emptorem facile reperiret, qui eundem canonem solueret; posterior ratio est eiusdem Cassad. *in decis.*3. *n.*3. *in fin.* quia scilicet si secus diceremus, sequeretur inconveniens, ut data statim lapso termino caducitate absq; Domini declaratione, si ille postea acceptaret pensionē, seu canonem simpliciter, oporteret rem de novo concede-

re, quod nunquam fit, Domino caducitatem nolente, & utramque rationem approbat Rota *in dict. decis.28. sub num. 6. p.2. diverſ.*

15 Præfata † vero concluſio adeo vera eſt, ut procedat etiam ubi adeſſet in inſtrumento juramentum, quod quidem ad favorem Domini id volentis, & declarantis cenſetur oppoſitum, ut per Dec. *in conſ.138. ſub num.8.* Gratian. *reſponſ.55. num.26. lib.2.* & quod quando jus partis non eſt effectum deterius, de jure canonico detur moræ purgatio non obſtante juramento firmat poſt alios. Mareſcott. *Variar. reſol. lib.2. reſol.124. numer.26.* plurimos congerit & de veriori ac magis communi opinione teſtatur Seraph. *de priuil. iuram. priuil.8. à num.18.* Gratian. qui alios adducit *diſcept. forenſ. tom.2. cap. 387. num.2.* Guttier. *de Iuram. part.3. cap.17. numer.5. &* 10. Veral. *deciſ.230. n.3. par.2.* Rota *deciſ.728. num.3. in fin. p.3. diverſ. & in deciſ.373. num.80. part.4. in recentior.* & melius in *deciſ.640. num.4. & ſeq. eod. part.2.* (quod extenditur jux-

16 ta quæ dicam *infra num.23. & 24.*) Ac † etiam non obſtante camerali obligatione Rota *d. deciſ.728. ſub nu.4. part.3. diverſ.* in qua reſpondetur *ad deciſ.* Put.456. *lib.2.* quæ adverſari, videbatur, idemque tenet Zacchi. *ad oblig. cam. quæſt.28. in fine.*

17 Et † demum etiam in terminis noſtris, nempe ſtante pacto quod in caſu quo per biennium fuerit in ſolutione ceſſatum, dominium utile *ipſo iure* ad Dominium directum revertatur: hæc enim clauſula, ſive hoc pactum intelligitur Domino volente; & declarante Bal. *in l. fin. in fine C. de reuoc. don.* Alex. *conſil.173. ſub num.7. lib.2.* Corn. *conſ.115. ante num.1. lib.1.* Dec. *conſil.138. num.6.* Roland. *conſil.81. numer.6. vol.3.* Cæphal. *conſil.5. num.27. & conſil.25. numer.25. volum.1.* Matth. Brun. *conſil.111. num.9.* Ronchegal. *de duobus reis lib.2. num. 14. prope fin. ubi de comm. opin. teſtatur*, de qua etiam Clarus *in fin. §. Emphyteuſis quæſt.9.* Corb. *de cauſ. priuil. ob non ſol. can. ampl.45. num.7.* Corn. *conſil.115. num.1. volu.1.* Rimin. ſen. *conſil.426. num.11. vol.3.* Carocc. *deciſ.9. num.8.* qui pariter dicit communem Magon. *dec. Flor.61. num.25. & num.* 35. Ant. à Sola *in comment. conſtit. Sabaud. tit. de Iur. Emph. Rubr. decreti licet iure tertiæ partis glo.1. num.16.* Seraphin. *de privil. iura. priu.84. numer.14.* Gaſp. Caballin. Milleloq.29. & 134. qui loquitur de clauſula *ipſo facto* Rota *deciſ.28. numer.6. part.2. diverſ.* quæ loquitur tam de clauſula *ipſo iure* quam de clauſula *ipſo facto*, & inquit id procedere, tam in Emphyteuſi privata, quam in Eccleſiaſtica, & expreſſe firmant Dec. *d. conſil.138. num.6. ver.* & in Emphyteuſi Eccleſiæ Soccin. jun. *conſil.111. n.1. in fin. & n.6. lib.2.* quibus addi poſſunt Benint. *d. dec.37.* & Balb. cum per eum relatis *deciſ.50. n.43.*

18 Eſt † enim regula generalis, ut quæ ipſo jure inducuntur ita intelliguntur; ſi is, ad cuius favorem inducuntur, petierit, & voluntatem ſuam declaraverit, ut habetur latiſſimè per Tiraquel. *in l. ſi unquam in ver. revertatur à numer.10. uſque ad numer.17. Codic. de revoc. don.* qui *numer.11.* poſt Dec. alioſque quos congerit, idem tradit etiam in feudo Rota *d. dec.28. n.5.* ubi teſtatur ita ſæpius fuiſſe deciſum.

19 Aliam † etiam rationem adducit Dec. *in conſil.138. ſub n.* 5. quia nempe conventio prædicta de ſolvendo Canone certa die interpretari debet ſecundum jus commune, cum quo contrahentes voluerunt ſe conformare, ut per Bart. *in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* & Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita in 9. p. nu.73. ff. ad trebel.* & ſic domino declarante per ſupradicta, de quo Decii dicto quamvis dubitet, & cogitandum relinquat Corbulus *de cauſis privation. ob Canon. non ſolut. limit.4. num.11. & 16.* reperio tamen, quod illud nuncupatim approbat ſolidamque rationem vocat Menoch. *in conſil.543. ſub n.6. lib.6.*

20 Et quod ſtatutum idem diſponens; nempe ut Emphyteuta non ſoluens Canonem ſit *ipſo jure* privatus, intelligatur ſecundum jus commune poſt Dec. *dict. conſil.38. numer.* 6. tradunt Corn. *conſ.115. numer.7. lib.1.* Card. Mantic. alios etiam adducens *in tract. de Tacit. & ambig. conven. l. tit.27. lib.22. num.30.*

21 Secuta † verò Domini declaratione quamvis de rigore juris civilis non amplius admittatur moræ purgatio text. in *l.2. ibi omnimodo eo ſi Dominus voluerit, repellendo Codic. de jur. Emphyt.* ubi Iaſ. *nu.79.* & alii idemque tradunt Iac. de Beluiſ. Bald. Angel. & Imol. *in l. ſi inſulam ff. de Verb. oblig.* ubi etiam Ripa *n.38.* & communem profitetur Clar. *in §. Emphyt. q.8. in fin.* & tradit Surd. *in conſil.97. n.32. lib.1.* noviſſimè Brittus dicens hanc eſſe veriſſimam, & communem ſententiam in *c. potuit §.4. nu.17. de locat.* Secus tamen eſt de æquitate Canonica, ſecundum quam etiam poſt declarationem mora celeri ſatisfactione purgatur, eſt text. in *d. c potuit*, & idem tradunt Doctores, & poſt alios Britt. *d. n.17.* ubi rationem diſcriminis inter utrumque jus ex aliorum mente affert, quia nempe cum de jure civili ſtatuatur Emphyteutæ privari triennium ad ſolvendum Canonem, & ſic longius tempus, de jure verò Canonico biennium, non eſt mirum, ſi in hoc ex benignitate recompenſetur, & quod Emphyteuta Eccleſiæ poſſit etiam poſt declaratam caducitatem, moram purgare, firmar pariter Rota *in dec.517. p.2. in rec.* & pulchrius *in dec.640. n.2.* 4. *& 5. & in dec.622. p.4. in rec.*

Itaque † interpellatio Domini directi non eſt ipſa mora, 22
ſed initium moræ, ut in alia materia tradit *l.C. in l. mora ff. de uſur. & in l. ſi pro te C. eod. tit.* egregiè *glo. in leg. Emilius in verb reſtituit ff. de minor.* quam ſequitur & ſingularem appellat Bald. *in c.1. nu.5 ver. hoc intellige de Nou. form. fidelit.* Roman. *conſ.27. in fine* Purpur. *in l. vinum col.2. ff. ſi cert. pet at.* Gabr. *tit. de Solut. concl.1. lim.83. n.3.* Rot. *in dec.640. n.2. p.4. in rec.*

Adeò † ut præfata æquitas Canonica locum ſibi vendicet 23
etiam ſi inſtrumentum inveſtituræ firmatum eſſet juramento; Adhuc enim non modo requiritur declaratio, ut ſupra dicebam *num.* 15. ſed etiam poſt declarationem, moræ purgatio celeri ſatisfactione admittitur juxta magis communem opinionem, de qua teſtatur Burſatt. *conſ.233. num.* 14. *& conſ.235. à num.50.* Seraph. *de iuram. privil.84. nu.15.* Caroc. *deciſ.9. ſub num.13. ver. & prædicta* Magon. *dec. Florent.61. nu.* 27. qui ampliat *num.28.* etiam ſi mora per factum affirmativum commiſſa fuiſſet; Et moram de æquitate Canonica purgari poſſe ubi jus partis non eſt factum deterius etiam ſi adeſſet juramentum, expreſſe colligitur ex tex. *in c. apud miſericordiam 32. qu.1. & in c. beatus 22. qu. & in c. extiteris de conſt.* quæ jura ad hoc adducit Bal. *in l. qui crimen num.20. qu.* 11. *C. de iis qui accuſ non poſſ.* Alex. *in l. ſi quis maior num.7. ante ſi. ver. fallit. C. de tranſact.* Imola *in c. dilect. numer.13.* & ibi Butr. *numer.20. de Arbit.* Hoſt. *in Sum. eod. tit §. quid conſtit. num.8.* Dec. *in ſæpè citato conſ.138. num.7. poſt med.* Jaſ. *in §. ſi quis poſtulante numer.16. Inſtitut. de Action.* Marſil. *ſing.463.* Grammat. *deciſ.95. ad fin.* Gozad. *conſil.66. num.13. ver.4 lib.* 1. Bolognett. *in dict. leg. ſi quis maior poſt numer.92. ad fin. C. de tranſact.* ubi quod ita ſervatur per totam Italiam Seraph. *de privil. Iuram. privil.48. num.* 8. *& ſeqq.* Ferrett. *in tract. de mora numer.57. poſt med. ver. diſſimilis Cumia. ſuper ritibus magnæ Curiæ* Sicil. *cap.65. num.13.* quos refert, & ſequitur Rota *deciſ.640. num.4.* ubi id intelligit modo purgetur mora, intra breve tempus, quod quale ſit, judicantis religioni relinquitur, ut ibidem poſt alios habetur, † & eſt pul- 25
chra & magiſtralis *deciſ.* agens de ſidejuſſore de repræſentando qui poteſt moram poſt interpellationem purgare, etiam tranſacto termino ab eo ſuſcepto, & poſt mandati relaxationem, juramento, & Camerali obligatione non obſtantibus ſi jus partis non eſt factum deterius, qui caſus mihi tunc admodum juniori contigit Romæ, in quo una mecum ſcribebat etiam D. Sebaſt. Guazzinus tunc amicus meus, & uti pater venerandus. Verum, ut ad noſtrum revertamur inſtitutum, † ſic pariter ſtante pacto, ut Emphiteuta in 26
ſolutione deficiente Dominus propria auctoritate in bonorum poſſeſſionem ingredi valeat, mora de æquitatem Canonica, etiam poſt declarationem purgari poteſt, ut fuit per Rotam firmatum in Dec.584. *par.4. diverſ.* eaque non citata idem in effectu tenet Gratian. *diſcept. forenſ. d.c.378. num.25. to.2.* † ubi quod nec poteſt Dominus vigore dicti pacti in- 27
gredi poſſeſſionem niſi præcedente judicis ſententia: † quę 28
quidem procedunt etiam ſtante clauſula, *libere*, vel *pleno iure revertatur*: quippeque non reſpicit moræ purgationem, ſed liberam, & plenariam reverſionem cum omnibus melioramentis in caſu caducitatis ut deducitur Carocc. *d. deciſ.9. n.* 10. *&* 11. & in terminis noſtris præciſis, † nempè in depo- 29
ſito ab emphiteuta facto poſt declaratam à Domino caducitatem non obſtante pacto, quòd in caſu non ſolutionis cadat ipſo jure, moram purgari potuiſſe firmavit Rota *in dec.577. par.2. in recentior.* idemque ſentire videtur Menoch. *in conſ.* 543. *per tot.* & per depoſitum reale factum poſt declaratam caducitatem moram dici purgatam tenet Iaſ. *in l.2. num.79. C. de de Iure Emphit.* ſequitur Magon. *d. deciſ. Floren.61. nu.* 33. ubi loquitur in caſu in quo aderat prædictum pactum, & ibi *numer.22.* idem quod in depoſito procedere inquit in oblatione ex Cæpol. Cautel. 135. poſt Innoc. *in d. cap. potuit numer.2.* Specul. *de Emphit. §. nunc aliqua num.* 107. Covarr. atteſtans de æquiori *cap.17. numer.4. lib.* 3. nec mirum cum præfatum pactum intelligatur ſecundum juris diſpoſitionem, ut ſupra dicebam.

Cum

Cum itaque habeamus decisiones in terminis, non sunt attendendæ regulæ exadverso ponderatæ, quibus tamen respondere non pigebit, ut etiam hinc sententia nostra verior appareat.

Non obstat igitur, quod primo loco dicebatur Moram purgari non potuisse post sex annor. curriculum, † quia cum illa non incipiat nisi à die declarationis factæ, profecto non est habendum in consideratione tempus ante illam defluxum quicquid secus senserit Dec. *in cons.* 186. *n.* 4. quem pessime in hoc consuluisse adverterunt ibi addentes ad eum & quod declaratio Domini etiam post longum tempus secuta non retrotrahatur ad diem moræ Emphiteutæ firmat Rota *dec.* 28. *sub num.* 8. *ver. quoad secundam & num. seqq. part.* 2. *divers.* † Tum quia conditio, sub qua pœna caducitatis imponitur, non est casualis, nec mixta, sed potestativa pendens à sola voluntate Domini, & propterea si purificetur non trahitur *l.* 1. & ibi gl. Bar. Ang. & Sal. *l. qui balneum in prin. l. potior.* §. 1. & *l. pen.* vbi Bart. & *omnes ff. qui potior in pig. habe.* Bart. Alex. Jason. & alii in *leg. si filius fam. ff. de ver. oblig.* Soccin. *consil.* 41. *in prin. lib.* 4. Negus. *de pign. p.* 5. *memb.* 2. *sub num.* 10. *in* 16. *Ampliat.*

Tum † etiam; quia nulla subest æquitas, ob quam fieri debeat ista retrotractio, quæ non fit nisi mediante æquitate *l. denique ff. ex quibus caus. maior.* Bart. *in l. si is, qui pro emptore in d. oppos. ff. de usucap.* & per Rota *dict. decis.* 28. *num.* 9. ubi probat nullam hinc adesse æquitatem, quia aut Dominus scivit moram emphiteutæ, & tunc ex quo ei licuit statim jacere declarationem, si diu distulit, sibi est imputandum aut ignoravit injustè, & idem aut justè, ut quia alteri successit, & tunc pariter cum agatur de incursu pœnæ, non potest æquitas considerari juxta *leg. ferendum ff. ex quibus caus. maio.*

Non obstat secundum, ut nempe secuta Domini declaratione non admittatur moræ purgatio, nam id procedit secundum rigorem juris Civilis, secus autem de æquitate Canonica juxta distinctionem, quam attuli, *sup. n.* 22.

† Sicque respondetur ad rationem deductam ex *l. traiectitia* quæ habet emphiteutam in duplici mora existentem eam purgare non posse, id enim pariter intelligitur secundum rigorem juris Civilis, secus est autem juxta æquitatem Canonicam, ut in specie advertit Britt. post alios in *dict. leg. potuit* §. 4. *num.* 17.

Minus refragatur pactum, ut cessante emphiteuta in solutione per biennium, cadat à jure suo, & res revertatur ad Dominum; tam enim supra ostensum fuit juxta veram, & communem sententiam illud non impedire purgationem moræ; Alex. autem à Corbulo in contrarium allatus loquitur in diversis terminis & sic secundum regulas juris Civilis; Rationes vero ab eodem Corbulo ractæ, sunt satis læves; † quod enim ubi facta est ab homine executio, non sit locus purgationi moræ, intelligitur in materia, in qua purgatio non reperitur expressè à lege permissa, hæc enim legis provisio per factum hominis non potest ut notat idem Alex. *in d. l. si. insulam* 84. *num.* 33. & ibi Ripa *numer.* 87. *ff. de verb. oblig. per gl. in c. mora de reg. iur. in sexto*, sequitur in terminis nostris Gratia. *disc. for. tom.* 2. *c.* 379. *num.* 14.

Quod † autem ubi apposita est dies, & pœna conventionalis impediatur moræ purgatio procedit inter laicos, secus in emphiteuta Ecclesiæ, ut in specie *dict. cap. posuit* declarat Alex. *in d. l. si insulam num.* 15. & ibi Rip. *num.* 37. *in fi.* qui ait ita tenere Imol. ibidem, & Jason. *in l.* 2. *q.* 29. *C. de Iur. emphit.* idemque tenet Ruin. *in cons.* 133. *numer.* 8. & *in cons.* 198. *num* 4. *lib.* 1. egregiè Covar. *lib.* 3. *Variar. resol. c.* 17. *numer.* 4. *ver. multo minus Clar. in* §. *emphiteusis q.* 8. *in fi.* quos refert, & sequitur Menoch. *in cons.* 543. *num.* 5. quibus addo Ant. Monac. *in dec. Florent.* 54. *num.* 21.

Et quod dicta regula procedat inspecto rigore juris Civilis, vel in his, quæ declarationem aliquam non expectant secus de æquitate Canonica, tenuit etiam Magon. *in decis. Flor.* 65. *n.* 33. post Dec. *cons.* 138. *n.* 7. & Paris. *cons.* 19. *numer.* 193. *lib.* 2.

Posset † etiam responderi, dictam pœnam non deberi nisi quatenus interest, ut post alios tradit Card. Seraph. *in decis.* 899. *numer.* 4. Rota *in Romana lignorum* 4. *Iunii* 1603. *coram Card. Lancellot. Juniore, & in Romana præstationis cædulæ* 1. *Decemb.* 1628. *coram Coccino Decano*; Unde cum in casu nostro Jus partis sit factum deterius, merito moræ purgatio non impeditur. Parum etiam urget id quod addebatur aliàs dict. pactum remanere superfluum, † quamvis enim argumentum à superfluitate vitanda, & ne aliàs verba stent sine virtute operandi, in jure validissimum esse soleat *cap. si Papa de priuil. in* 6. *c. legebatur*, & ibi glos. *in ver. advertens de maior. & obed. l. si quando offic. deleg.* 1. *l. cum antiquitas in princ. C. de testam.* Felyn. *in cap.* 1. *num.* 7. *de rescript.* Roman. *consil.* 180. *num.* 5. Ang. Aret. *consil.* 11. *num.* 9. & *seq.* Curt. jun. *cons.* 15. *num.* 11. *in fin.* Paris. *cons.* 66. *num.* 9. & 10. *lib.* 2. Roland. *consil.* 61. *num.* 14. *cum plur. seqq. lib.* 3. Rota *dec.* 358. *num.* 4. *part.* 3. *in recept.* fallit tamen in multis casibus quorum nonnullos recensel Felyn. *in c. solitæ nu.* 10. *de maior. & obed.* & Natt. *in cons.* 673. *n.* 8. & Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. l.* 3. *tit.* 6. Paris. *cons.* 110. *n.* 44. & *seqq. vol.* 1 quibus addi potest superfluitate tollerari quando alias sequeretur incongruus, & absonus sensus secundum Bald. *in l. terminator cir. fi. ff. de fruct. & lit. expen.* quos refert, & sequitur Natt. *cons.* 398. *num.* 50. prout sequeretur in terminis nostris, quia censeretur adempta emphyteutæ æquitas Canonica, de qua in sæpè *cit. c. potuit de locato* absque illius renunciatione, quòd quidem absurdum esset. Præterquam quod præfatum pactum revera non remanet otiosum; imò valde proficuum, quia quamvis regulariter caducitas per emphyteutam incursa si in vita illius Dominus scienter tacuit, non possit contra illius hæredem declarari Cassad. *decision.* 2. *cum duabus sequent. de locat.* Benintend. *in decis.* 37. Corbulus, qui multipliciter comprobat, & plurimos congerit *de caus. priv. ob non solut. can. ampl.* 45. *numer.* 17. *cum plur. seqq.* Hond. *cons.* 55. *num.* 20. *lib.* 1. Car. Mantic. qui testatur Rotam hanc sententiam tenere *de tacit. & ambig. convent lib.* 22. *tit.* 27. *nu.* 34. Rota *in Lucana emphyt.* 25. *Oct.* 1567. *coram Oradino, & in Senogalien. bonorum* 2. *Inn.* 1597. *coram Orano* Paris. *de resig. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 26. Anton. *variar. resol. lib.* 2. *ref.* 28. *n.* 13. Gama. *dec.* 17. & *dec.* 41. *num.* 2. Magon. *dec. Flor.* 69. *n.* 11.

Et † è contra caducitas per antecessorem non declarata nequeat regulariter per successorem declarari, ut per Gab. *com. concluf. tit. de iur. emphyt. concl.* 4. cum per eum relatis Hond. *cons.* 51. *num.* 26. *cum seq. & d. cons.* 55. *lib.* 1. Cassa. *d. decis.* 2. & 3. Rota *in dict. Senogalien. coram Orano*. Hæc tamen † inter cæteras restrictiones, limitantur in caducitate, quæ vigore pacti incurritur Ant. Gab. *cum relat. lib.* 7. *concl.* 35. *nu.* 14. Bero. *cons.* 121. *nu.* 10. *lib.* 1. Corbul. *de caus. priv. ob alien. ampl.* 10. *Greg. XV. dec.* 509. *n.*.....

Et † resignanter, quod stante pacto, ut in casu non solutionis emphyteuta cadat *ipso iure, vel ipso facto*, caducitas, & ab hærede, & contra hæredem possit declarari tradunt Clar. *in* §. *feudum q.* 65. *num.* 1. Gabr. *lib.* 7. *de malefic. concluf.* 35. *n.* 16. Surdus cum per eum relatis *decis.* 29. *num.* 12. Hond. *cons.* 80. *num.* 69. *lib.* 2. Anton. *d. ref.* 98. *n.* 9. & 12. Cavalcan. *dec.* 43. *num.* 11. 14. & 50. *part.* 1. Beltran. *ad dict. decis. Greg.* 329. *in fin.*

Nec ad rem pertinet quod † dicebatur de pacto resolutivo, quod impedit moræ purgationem, id enim procedit quando ex mora legis dispositione contractus est resolutus, nec aliqua hominis declaratio expectatur, & in his terminis loquuntur DD. supra in contrarium adducti, secus autem in materia Emphyteusis, in qua minimè requiritur declaratio, ut benè advertit Cæphal. *cons.* 25. *num.* 29. *lib.* 1. Dec. *cons.* 138. *num.* 7. Magn. *dec. Flor.* 61. *num.* 55.

Non denique opus erat ingredi illam difficultatem; an scilicet Domini directi declaratio ad inducendam caducitatem requirat citationem partis, nam admissa negativa sententia, quæ revera crebrior est; non tamen continuo sequitur, ut absque citatione tempus purgande motæ labatur, † cum imò post declarationem caducitatis legitimè factam, mora non modo purgari possit post citationem, seu intimationem transmissam, verum etiam ante litis contestationem, ut post Bar. & Jas. *in leg. si Insulam*, ubi est text. *ff. de verb. oblig.* tradit. Guid. Papa affirmans ita practicari in *dec.* 123. & latè examinat Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. can. limit.* 41. *n.* 21. ubi alios refert, idem tenet Grat. *cons.* 49. *in fi. lib.* 1. Franc. Marc. *dec.* 576. *in fi. p.* 1. quos refert, & latè sequitur Britt. *in c. potuit* §. 4. *n.* 20. *ext. de loc. & conduct.* quibus addo gl. in *d. c. potuit*, eundem Guid. Pap. *decis.* 171. *num.* 2. Marescott. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 125. *num.* 7. Afflict. *decis.* 174. *num.* 6. Gama. qui sic inquit, intelligendam esse d. dispositionem *d. c. potuit in dec.* 91. *num.* 2. & *decis.* 147. *num.* 2. & 3. Fab. *in suo C. tit. de iur. Emp. diff.* 25. *num.* 10. & ita communiter observari testatur Burs. *cons.* 26. *in fin. lib* 2. quem refert, & sequitur Ant. Monacus *dec. Florent.* 58. *nu.* 6. & pulchrè tradit Menoch. cum per eum congestis *in cons.* 543. *lib.* 6.

44 Imò † ſecundum ſententiam quam Rota ſequi ſolet, poteſt mora purgari in quacumque parte judicii uſque ad ſententiam excluſive, ubi jus partis non eſt factum deterius, ut fuit *reſolutum in Placentina Prioratus* 15. *Ianuarii* 1598. *coram Cardin. Blanchetto, & in dec.* 728. *num.* 4. *par.* 3. *diverſor.* & alias paſſim, eo quod de jure Canonico ſemper mora purgari poteſt vbi adverſarius nullum paſſus eſt detrimentum Alex. in *l. ſi quis maior. num.* 7. *in fin, & ſeqq.* & ibi Curt. ſen. *numer.* 44. *C. de tranſact.* Dec. *conſ.* 138. Caputaquenſ. *deciſ.* 230. *part.* 2. Rota *dec.* 40. *num.* 4. *p.* 4. *diverſ.* quam ſententiam ego in judi-
45 cando ſemper ſequi ſoleo, † præſertim quia caducitas eſt legibus odioſa, iugiterque contra eam jura prona videntur, quo fit ut Judex quoque pronus eſſe debeat pro moræ purgatione admittenda, Oſaſch. *dec.* 76. *in fin.* cum aliis relatis per Caroc. in *dec.* 9. *ſub n.* 13. & Burſatt. *conſ.* 26. *n.* 36. & 38. *lib.* 1. & ita cenſui præfatum pactum, *ceſſante Emphyteuta in ſolutione, cadat ipſo iure*, quo ad hunc effectum intelligi ſecundum jus commune ubi jus partis remanet illæſum, maxime quia in hac facti ſpecie ad ſimplicem caducitatis intimationem illi de Neſpolis depoſuerunt penſiones; & hoc quidem vix tranſactis menſibus tribus à die factæ declarationis, & ſic citra ullam hæſitationem celeri ſatisfactione per ſupradicta. Diverſum tamen concludendum foret ubi expreſsè, & ſpecialiter conventum eſſet ut mora quantumvis minima purgari non poſſit, tunc enim non ageretur de pœna, ſed de renunciatione purgationis moræ, quæ quidem pactio licita eſt, & ſervanda Ang. & Rom. *in l. ſi Inſulam de Ver. obl.* per text. in *l. penul. C. de pact. & in l.* Sanc. *ver. niſi pacto C. de fideiuſſo.* Alex. *in d. l. ſi Inſ. num.* 23. & ibi Rip. *num.* 117. & Crot. *ſub num.* 28. Ang. de Ubal. *inter rep. num.* 37. & Jac. de Nig. *num.* 118. Affl. *dec.* 172. *n.* 4. Cæph. *conſ.* 125. *nu.* 45. *lib.* 1. Guliel. Mainer. *in l. nulla intelligitur mora n.* 74. *de Reg. iur.* quos refert & ſequitur Corbul. *de iur. Emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſol. can. limit.* 41. *numer.* 12. quibus adde Bald. in *d. l. ſancimus* 26. *num.* 4. per illum text. Caravit. *ſup. ritu* 173. *num.* 4. Verall. *deciſ.* 247. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 456. *numer.* 4. *lib.* 2. *in correct.* ubi quod nemo dubitat de hac concluſione, quam etiam inter moderniores tenuit Mancin. alios referens *de iur. p.* 4. *effect.* 13. *nu.* 35. Addentes ad Seraph. *de priu. iuram. priuil.* 88. *num.* 22. *lib.* 3. Rota *in Romana pecuniaria* 8. *Martii* 1624. *coram Eminentiſſ. Vbaldo & in Romana præſtationis cedulæ prima Decembris* 1628. *coram Coccino Decano.*

ARGUMENTUM.

Emphyteuſis conceſſa Patri, & poſt ejus obitum, filio, an poſſit à patre alienari. Et an filius prædecedens illam tranſmittat. Hæreditatis agnitio, vel immixtio in hærede ſuo, an, & quando ſit neceſſariò probanda.

SUMMARIUM.

1 *PRimus acquirens, an, & quando filiis in inveſtitura præiudicare poſſit.*
2 *Clauſula* ad habendum *in inveſtitura appoſita quid operetur,* & num. 8.
3 *Pater pro ſe, & filio acquirens, dicitur ei donare cauſa mortis, & poteſt donatum adimere.*
5 *Pater filio inveſtituram per ſe, vel per Notarium acceptanti præjudicare nequit.*
6 *Primus acquirens dicitur etiam filius una cum patre inveſtituram acceptans,* & num. ſeq.
7 *Pater non poteſt filio in peculio adventitio præjudicare.*
8 *Clauſula* ad habendum *intelligitur ſalvis pactis, & natura contractus.*
9 *Pater & filius dicuntur in ſolidum vocati ſi onus canonis utrique iniungitur.*
10 *Diſpoſitio poſt alterius mortem collata dicitur conditionalis.*
11 *Donatio vel legatum aut ſubſtitutio in tempus inhabile collata caducatur.*
12 *Primogenituræ jus ſi in primogenito non fuit radicatum ejus filius non excludit patruum.*
13 *Conditionale jus an, & quando ſtatim acquiratur.*
14 *Conditio in contractibus activè, & paſſivè retrotrahitur.*
15 *Ex contractu provenientia firmiora, & validiora ſunt.*
16 *Stipulator præſumitur ſibi, ſuiſque proſpicere.*
17 *Stipulatio conditionalis activè, & paſſivè tranſmittitur, ſecus in ultimis voluntatibus.*
18 *Tranſmiſſio facilius admittitur in contractibus, quam in ultimis voluntatibus,*
19 *Contractus conditionalis, an, & quando tranſmittatur.*
20 *Impedimentum conditionale, & ſuſpenſivum non debet fieri præciſum, & perpetuum.*
21 *Feudum acquiſitum uni, & poſt ejus mortem alteri tranſmittitur etiam ſi alter prædecedat.*
22 *Argumentum de feudo ad emphiteuſim, quando procedat.*
23 *Tranſmiſſio, an intret in iis, quæ quis poſt alterius obitum ex dominica diſpoſitione conſequitur.*
24 *Tranſmiſſione non indiget vocatus in inveſtitura.*
25 *Feudum, vel emphiteuſis mixta in quo cum hæreditaria conveniat, & in quo cum emphiteuſi, ex providentia.*
26 *Suus hæres ipſo jure abſque aditione hæres exiſtit.*
27 *Filij dominium poſt patris obitum dicitur potius continuari, quam acquiri.*
28 *Medium non eſt dare inter patris obitum, & filii ſucceſſionem.*
29 *Filium uti patris hæredem conveniens probare debet agnitionem.*
30 *Filius etiam non negans ſe patris hæredem, non poteſt uti talis condemnari.*
31 *Etiam ſi actum fecit, qui citra jus, & nomen hæredis explicari nequeat.*
32 *Hæreditas paterna ante immixtionem dicitur jacere, & non jacere.*

DECISIO LXXII.

COnceſſerant Præpoſitus Sanctorum Nazarii, & Celſi Genuæ in emphiteuſim, Nicolao Ritio terram hortivam cum domo, & poſt ejus vitam Siretro ipſius filio præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus pro ſe, eorumque filiis, & deſcendentibus natis, & naſcituris de legitimo matrimonio tam maſculis, quam fœminis. Cum autem Siretrus prædeceſſiſſet patri, relicta poſt ſe Pomona filia, & deinde permiſſu Nicolai fuiſſet ad eandem inveſtituram vocatus Baptiſta; longo poſt tempore fuit coram melis introducta inter dict. Pomonam; ac Baptiſtæ filios eorundem bonorum poſſeſſores, prætendente dict. muliere ad ſe, uti Siretri filiam, & hæredem illa ſpectare, ad cujus favorem ſententiam dixi, dicta ſubſequenti inveſtitura minimè attenta.

Quicquid enim ſit de illa quæſtione, † an primus acqui- 1
rens qui pro ſe, & filio nominatim inveſtituram acquiſivit; poſſit in illa eidem filio præjudicare, in qua quidem affirmativam ſententiam paſſim ſecuti ſunt ſimpliciter *ſcribentes*, & ſignanter Bald. *in cap.* 1. *numer.* 19. An. Agnat. *vel filii in Vſibus feud.* Oldrad. *conſil.* 178. *num.* 2. Dec. *conſ.* 256. *in fi.* Ruin. *conſ.* 7. *numer.* 27. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 815. *numer.* 2. Afflict. *deciſ.* 111. *num.* 5. *& deciſ.* 248. *numer.* 8. Becc. *conſil.* 56. *numer.* 21. Surd. *deciſ.* 209. *num.* 16. & latius *conſ.* 351. *à numer.* 24. & *conſ.* 395. *num.* 9. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 14. *num.* 37. *lib.* 2. quam ſententiam veriorem, & ſæpius à Rota approbatam dicit Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 3. *cap.* 405. cum aliis per me congeſtis in *ſequenti num.* 1. modò tamen emancipati non fuerint, juxta notabilem diſtinctionem Baldi *in lege in fin. C. per quas perſ. nob. acquir.* quam uti optimam, & juridicam ſequitur Aretin. *in l. apud Iulianum, aliàs Alphanus* 40. §. *ſi quis alicui num.* 7. *in fin. de legat.* 1. Corn. *conſil.* 282. *num.* 10. *lib.* 3. latius Natt. *conſ.* 475. *num.* 4. 7. & 12. & per totum, & uberius proſequitur Gratian. *dicto cap.* 405. *à num.* 2. & per totum. † Præ- 2
ſertim, ubi adeſt clauſulam *Ad habendum* quæ diſpoſitionem, & inveſtituram declarat, ita ut primus acquirens de ea in præiudicium vocatorum diſponere valeat Curt. ſen. *conſ.* 49. *n.* 52. Curt. jun. *conſ.* 3. *n.* 4. Socc. *conſ.* 9. *n.* 37. *l.* 1. Pariſ. *conſ.* 64. *in princ. lib.* 2. Becc. *conſ.* 87. *n.* 50. Menoc. *conſ.* 87. *n.* 41. Card. Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 19. *nu.* 24. Card. Caval. *dec.* 219. *n.* 11.

Quaſi † pater, qui ſibi, & filiis ſtipulatus fuit cenſeatur 3
donaſſe cauſa mortis, eamque donationem ſola voluntate recuſare valeat, vel tanquam peculium profectitium ipſi filio etiam ſuperſtiti adimere; juxta celebre *conſil.* Socc. ſen. 25. *à num.* 11. *lib.* 1.

Negativam † autem ſententiam quoties inveſtitura acqui- 4
ſita eſt etiam pro filio quantumvis abſente, nomine ejus expreſſo firmat poſt alios plurimiſque auctoritatibus favori teſtatur Clar. in §. *emphiteuſis q.* 16. *ſub num.* 1. *in fi.* ſequitur Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *ſub num.* 68. *ver. inde ſequitur Codic. de bon. matern.* Valaſch. *de iur. emphit. quæſt.* 49. *num.* 11. & in feudo

pro-

probant Loffred. *conſ.8. num.23.* Balzaian. *in cap.1. tit.39. de Alien. feud. patern. numer.13. ver. intellige Intrigliol. de feudis centur.1. q.47. cum ſeq. ver. undecimo* Bertazzol. *conſ. civil.118. n.12. cum ſeq. vol.1.*

Certè in terminis noſtris omnis ceſſabat hæſitatio, quia non modo Nicolaus ſtipulatus fuerat pro Siretro filio, ſed & ipſe filius una cum patre pro ſe ſuiſque filiis inveſtituram ac-
5 ceptaverat, † quo caſu patrem non poſſe filio præjudicare, firmat Bald. *in ſuo conſilio deciſio 465. num.3. & per totum lib.5.* Caldas (qui idem tenet ſi Notarius pro filio abſente ſtipulatus fuerit) *in tract. de renovat. emphit. lib.4. cap.20. n.21.* Peregr. *de fideic. art.... ſub num.58. iuncto num.50.*

6 Tunc † enim dicitur primus acquirens, ut poſt Iſern. Jacobin. Capic. & alios, tradit Rota apud Cardin. Cavaler. *deciſ. 219. numer.8.* Et reſpectu filii liberalitas non provenit dumtaxat à Nicolao patre, ſed ab Eccleſia, & conſequenter eſt pe-
7 culium adventitium, † in quo non poteſt pater filio præjudicare, ut egregiè per Bald. *conſil.465. numer.4. & 5.* & tradunt Ruin. *in conſ.48. numer.5. lib.1.* Surd. cum per eum relatis in *conſ.351. numer.28. lib.3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.405. ſub num.18.* Et jus Siretri erat proprium ipſius, & ex propria perſona non uti Nicolai genitus ipſe veniebat; ut per Valaſc. *de Iure emphit. qu.49. ſub num.6. verſ. accedit* qui tametſi eſſet filius familias, illud tamen jus non fuit patri reacquiſitum; filio enim ita quæritur, ne reacquiratur ſtatim patri; quia ac. quiſitio effectuata poſt patris mortem confertur, ut per eundem Valaſ. *ſub d. numer.6. ver. cavendum quoque.* Ubi quod præſertim in emphiteuſi Eccleſiaſtica, hæc opinio ſine dubio
8 procedit. † Et ſic nihil operari poteſt clauſura *ad habendum*, ea ſiquidem intelligitur ſalvis pactis, & natura contractus, ut per Bald. *conſ.466. num.5.* Menoch. *conſ.545. numer.13. ver. quantus eſt & n.16. ver. tertio vol.6.* & in ſpecie relatis opinionibus, comprobat Caldas *de emphit. lib.4. cap.20. numer. 33.* ubi quod aliàs inſtrumentum repugnantiam continetur.

9 Quæ † omnia ex eo confirmantur, quia in hac facti ſpecie onus Cauonis fuit in inveſtitum utique inſolidum injunctum, qui propterea in ſolidum vocati cenſentur, ut per Rota apud Card. Cavaler. *deciſ.219. n.6.*

10 Non † obſtat, quod diſpoſitio poſt alterius mortem collata dicatur conditionalis Jaſon. *conſ.72. col.2. ver. moveor. in primis lib.3.* Ruin. *conſ.54. nu.7. lib.2.* Durant. *de arte teſtan-*
11 *di tit.6. cautel.60.* Cæphal. *conſ.312. numer.89. lib.3.* † & propterea vocatio de perſona Siretri poſt obitum patris cui prædeceſſit tanquam collata in tempus inhabile, quo Siretrus non erat amplius in rerum natura, caducata videatur, prout de donatione tradit aliis relatis, Menoc. *conſ.432. num.32. vol.5.* & de donatione, legato, fideicommiſſo, & ſubſtitutione docet poſt alios Cæph. *d. conſ.312. n.86. cum ſeqq.*

Ac proinde cum in perſona Siretri patris jus locationis haud fuerit radicatum, illud non potuerit Pomonæ filiæ quæri,
12 Prout † nonnulli *ſcribentium* aſſerebant de primogenituris, ut in illis nepos ex filio primogenito præmortuo non excludat patrum, quando jus primogenituræ non fuit in ipſius partis perſona radicatum, juxta comm. opin. de qua teſtatur Craſ. alios referens *de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſ. qu.2. num.11.* Durante *de arte teſtan. tit.3. cautel.8.* Menoch. *conſ.886. numer.7. & conſ.981. numer.34.* Surd. *conſil.403. num.34.* Bardell. *conſ. 60. num.23.* Peregrin. *conſ.39. num.22. lib.1. & conſ.102. num. 20. lib.4.*

13 Hæc † enim procedunt quidem in ultimis voluntatibus, in quibus jus conditionale nec dicitur in perſona deficientis formarum, nec per conſequens tranſmittitur, & in his terminis loquuntur præfati *ſcribentes:* at ſecus eſt in contractibus, in quibus jus conditionale ſtatim quæritur, habetque vires ex tempore præſenti text. in *l. ſi uſufructus 26. ff. de ſtipul. ſervor.* & in materia emphiteuſis tradit Valaſch. *de Iure Emphit. qu.*
14 *49. ſub num.6. ante fin.* † Et in contractibus conditio, quoad commoda, & incommoda retrotrahitur Bart. *in leg. ſi is qui num.41. ff. de Uſucap. pro emptore* Giurba dum hæc cuderetur
15 impreſſus *de ſucceſſ. feud. §.2. gloſs.10. num.61.* Tum quod † provenientia ex contractu firmiora, & validiora ſint, tanquam duorum voluntati innixa, ut conſiderat Aretin. *in §.*
16 *ex conditionali num.4. Inſtit. de Verb. obl.* † Tum etiam quod in iis ſtipulantis factum interueniat, qui ſibi ſuiſque hæredibus præſumitur proſpexiſſe *leg. ſi pactum ff. de probat.* Gomeſ. *lib.2. Variar. reſ. c.9. n.38.* Craſſ. *in §. traſmiſſio qu.31. num.3.* Giurb. *loc. cit.*

17 Quo † ſit ut ſtipulatio conditionalis activè, & paſſivè tranſmittatur *leg. quæ legata ff. de reg. iur. §. ex conditionali In-*

ſtit. de verb. oblig. Soccin. ſen. *conſ.147. num.14. ver. ſecundo volum.1.* Cravet. *conſ.127. num.12. ver. amplius* Honded. *conſ. 14. num.59. & 76. cum ſeq. vol.2.* & ita inter contractus & ultimas voluntates diſtinguunt plurimi *ſcribentes* apud Zanch. in *lege hæredes mei §. cum iſta part.4. num.13. & ſeq. ff. ad Treb.* ubi ratione reddit, ſequitur Surd. *in conſ.403. numer.2. & 47. libr.3.* & illis non citatis, Giurba *dict. gloſ.10. num.61.* † Et 18 quod facilius admittatur tranſmiſſio in contractibus, quam in ultimis voluntatibus firmat Rota *in deciſ.142. num.4. ver. ſi habent p.4. in rec.*

Et † generaliter contractum, ſeu ſtipulationem conditio- 19 nalem tranſmitti ad hæredes quando conditio non eſt voluntaria, ſed caſualis (ut in caſu noſtro) tradit poſt alios noviſſimè Noal. *in tract. de Tranſmiſſ. caſ.5. num.1. & ſeqq. & numer.8.*

Quamvis itaque jus Siretro ex propria ſtipulatione quæſitum patris vita durante ſuſpenſum fuerit interea tamen etſi non actu, habitu ſaltem competiit, ita ut moriens potuerit illud ad Pominam filiam, & hæredem tranſmittere, † ne 20 impedimentum temporale, & ſuſpenſivum, fiat præciſum, & perpetuum, ut ad aliud propoſitum conſiderat Bal. *in conſ. 69. num.2. vol.1.* & probat text. *in leg. ſi quis filium C. de inoff. teſt.* Joan. Andr. *in rubr. de feudis verbo ſcias col.5. verſ. non obſtat* idem Bald. *in l.2. n.9. C. de liber. prætor.* Noal. *de tranſmiſſ. caſ.8. num.127. & caſ.18. num.10.* Fabian. de Giacch. *in Auth. noviſſima num.277. C. de inoff. teſtam.*

Et † in materia feudali habemus textum clarum in *c.1. in* 21 *princ.* ubi id notat Bald. *qui ſucceſſ. tene. in uſib. feud.* † cumque 22 hujuſmodi diſpoſitio ſit juri communi conformis, valeat argumentum de feudo ad emphiteuſim, quicquid ſecus, ſic ubi per leges feudorum aliquid contra jus commune eſt diſpoſitum, juxta diſtinctionem, de qua Alex. *in l. quod dicitur nu. 24. ff. de verb. oblig. & in l. diuortio §. ſi fundum col.2. ff. ſolut. matr.* Jaſon. *in l.1. num.60. C. de Iur. emphit.* Everar. *in ſua topica legali loco à feudo ad emphit. numer.1. cum ſeqq.* Covar. *lib.1. Variar. reſol. cap.18. col.2.* Soccin. jun. *conſil.70. numer. 12. lib.1.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Valaſch. *de Iur. emphit. q.39. num.19.*

Sed quicquid ſit de prædictis, † cum proprie loquendo in 23 iis, quæ poſt alterius obitum, ad alium ex dominica diſpoſitione pertinent, de tranſmiſſione agendum non videatur *l. in omnibus ff. de regul. iur.* & notavit *in l. hæres in omnibus ff. de acqui. hæred.* Et in materia feudali plurimis relatis advertit Molina *de primogen. libr.1. cap.1. num.17. & libro tertio cap. 6. num.29.* Gama *deciſ.174. num.26.* Giurba poſt hæc ſcripta impreſſus *de ſucceſſ. feudal. §.2. gloſs.10. num.60. & ſeq.* & de emphiteuſi Gama *loco citato.* Certe † Pomina non indiget 24 aliqua tranſmiſſione cum veniat ex propria vocatione ad ſui Patris, non ad Nicolai aui ſtipulationem, & tanquam ab inveſtitura comprehenſa, & vocata, quo caſu abſque ulla tranſmiſſione ſuccenditur juxta pulchram diſtinctionem de qua poſt DD. communiter *in leg. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. leg.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.3. præſumpt.201. nu.1. & 2.* Quod quidem tam in emphiteuſi ex pacto & providentia, quam etiam in mixta de qua agimus, & quam alio nomine hæreditariam ſecundum quid noſtrates nuncupavere procedit, † in ea namque dicuntur filii ſuccedere non 25 uti hæredes, & ſic tanquam filii, & deſcendentes: ex propria perſona, non jure hæreditario, ſed jure ſanguinis: quando etſi emphiteuſis in hæreditate reperiatur, non tamen reputatur quid hæreditarium, ſed excepto, quod non admittitur filius, qui non eſt hæres, in cæteris omnibus conſiderari debet, ut emphiteuſis ex pacto providentia, & retinet in omnibus naturam, & proprietatem emphiteuſis ex pacto, prout (loquentes in materia feudali) animadvertit Dec. *conſ.185. numer.6. verſ. & iſta concluſ.* Pariſ. *conſil.23. num.186. vol.11.* Surd. *conſ.63. numer.12. & ſeqq. vol.1.* Rimjun. *conſ.18. num.61. & ſeq. vol.1.* & poſt alios probat Bardell. *conſ.110. num.8. & ſeqq. vol.1.* & conſtat ex deductis noviſſime per Giurbam *d. gloſ.10. n.60.*

Quod autem Pomina fuerit Siretri Patris ab inteſtato hæres pater ex publico documento aditionis hæreditatis cum ſolemnitatibus requiſitis à Statuto Genuæ *titul. de mandatis & licentiis lib.3. capit.8.* Quæ tamen aditio in facientibus ad Pominæ commodum forte non fuit neceſſaria, † cum filia uti hæres ſua, ipſo jure patris hæres extite- 26 rit *l. in ſuis ff. de ſuis, & legit. l. penult. ff. de bonis libert. l. quemadmodum §.1. ff. de inoff. teſtamen.* Veluti enim naturalis lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addicit DD. in *leg. cum ratio ff. de bonis damnator.* † Et con- 27

tinuatio dominii eo rem perducit, ut nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim filii essent Domini, qui vivo patre quodammodo Domini existimabantur §. *sui autem Inst. hæred.*
28 *qualit. & dict. leg. in suis ff. de suis, & legit.* † & propterea inter mortem patris, & successionem filii in potestate, non est dare medium *l. si post mortem* ubi Jas. & alii *ff. de legat. 1. l. cum hæreditas*, & ibi DD. *commun. Cod. depos.* Gomesius plures concordantes cumulans *variar. resol. lib. 1. cap. 9. nu. 17.* Cras. *de succes. lib. 1. §. 1. qu. 2. nu. 6.* Pascal. *de virib. patriæ potest. p. 3. cap. 1. nu. 17.*

29 Et † quamvis de jure prætorio introductum sit beneficium abstinendi, sublata necessitate per quam filius tenebatur præcisè succedere patri, ita ut non possit filius uti hæres molestari, nisi probetur immixtio, vel voluntatis declaratio, ut per Bar. & DD. in *leg. si filius qui Patri ff. de vulg. & pup.* Alexand. *in l. necessariis numer. 5. de acqui. hæred.* plenè Vivi. *in comm. opin. 279. num. 7. & opin. 330. in prima part.* Ios. Lodov. *in concl. 14. vers. & quod agens* Pascalis *de virib. patr. pot. par. 4. cap. 1. num. 18.* ac proinde agens contra filium uti patris hęredem teneatur pro fundamento suæ intentionis probare, paternæ hæreditati illum se immiscuisse, aliàs succumbat, ut per gloss. *in dict. leg. necessariis* Marant. *in consil. 9. num. 4. & sequ.* plenè Rolan. *in consil. 20. num. 18. & per totum volum. 1.* latè Gomes. *lib. 1. Variar. resol. cap. 9. num. 24.* Menoch. *in tr. de adipisc. rem. 4. numer. 8.* Gaill. *observ. 128. num. 21.* pulchrè Ferd. Car. Gargiar. *in pratrocin. 16. numer. 17.* Cartar. *decis.*
30 *Genuen. 33.* quos refert, & sequitur Paschal. ubi supra *num. 18.* Etiamsi filius tanquam hæres conventus nihil opponat, neque neget se esse hæredem, ut per Roland. *dict. consil. 20. num. 20. in fi. &* Gomes. *dict. cap. 9. sub num. 25.* & Pascal. *ubi supra num. 20.* contra Bald. *in leg. 1. C. com. de legat.* & etiam si probetur cum possidere bona paterna, & pulchrè per Roman. *in consil. 154. in prin.* Cassan. *in consuet.* Burgun. *in titul. dec. successionis rubr. 7. §. 10. in fi.* Foller. *in prag. de censibus in verb. tanquam rei iudicata num. 26.* Pascal. *loco citato num. 11.*
31 ubi rationem reddit; ac † etiam si aliquem actus faciat, qui citra jus, ac nomen hæredis explicari non possit, ut notabiliter tradit Alex. in *consil. 93. sub nu. 8. ver. plus dico lib. 2.* quod perpetuò memoriæ commendandum dicit Pasc. *d. capit. 1. nu. 29.* ubi latè de materia.

Nihilominus in his, quæ ad hæredis sui utilitatem pertinent
32 ius abstinendi iuribus suitatis minimè præiudicat † ita ut ante immixtionem hæreditas, et dicatur iacere, et non iacere, provt magis expedit filio Io. de Plate. et Minsing. in *dict. §. sui autem* Bart. in *l. 1. num. 2. & ibi* Bald. *etiam num. 2. & seq.* Ang. et Corn. *Cod. si min. ab hæred. abstin.* et latè prosequitur Ang. de Berig. in *recept. d. l. in suis nu. 114. ver. 2. effectus & nu. 126. ver. & ideo ff. de lib. & posthum.* Natt. *cons. 488. nu. 10. & seqq.*

ARGUMENTUM.

Filius naturalis, vel legitimatus, an, & quando sit capax feudi, & emphiteusis Ecclesiæ, ad interpretationem *Constitutionis 116. Pii V.*

Actus ab ægroto factus quando censeatur in fraudem gestus.

Filius in emphiteusi succedere volens, an, & quando habere debeat qualitatem hæreditariam, & an sit satis illum esse legatarium.

SUMMARIUM.

1 PRimus acquirens, *an, & quando filiis in investitura præjudicare possit.*

2 *Primus acquirens refutare potest feudum vel emphiteusim & diversam suscipere investituram.*

3 *Jus patronatus remittere potest primus acquirens in filiorum præjudicium.*

4 *Primus acquirens potest in investitura titulo oneroso acquisita filiis præjudicare.*

5 *Emphiteusis acquiritur lineæ ejus, cui primus acquirens de consensu Domini alienavit.*

6 *Investitura nova concessa, totum jus emphiteoticum in persona noviter investiti formatur.*

7 *Emphiteusis cum facultate alienandi concessa judicatur uti res libera, & allodialis.*

8 *Emphiteusis Ecclesiasticæ incapaces sunt illegitimi.*

Declara ut nu. seq.

9 *Illegitimis licet non jure successionis, tamen juris acquisitionis capax est Emphiteusis Ecclesiasticæ.*

10 *Ecclesia recipit bonos viros, licet illegitimos.*

11 *Constitutio Pii Quinti, contra illegitimos quoad bona emphiteotica interpretatur.* & nu. seqq.

12 *Illegitimus succedit Patri in emphiteusi Ecclesiastica, licet non tanquam hæres.*

13 *Feudum acquirere potest regularis, licet in illo non succedat.*

14 *Jus patronatus non est ad illegitimos transitorium, sed ab illis acquiri potest.*

15 *Ecclesia non præsumitur in dubio de illegitimis cogitasse.*

16 *Illegitimus est capax Emphiteusis Ecclesiasticæ ex tacita, vel expressa Ecclesiæ voluntate.*

17 *Ecclesia contrahendo cum illegitimo, præsumitur notitiam suarum qualitatum habuisse.*

18 *Filii clericorum nec quidem ab initio capaces sunt emphiteusis Ecclesiæ.*

19 *Ægritudo gravis corporis mentis inducit exilium: nec Notario secus attestanti creditur.*

20 *Ægrotantis dispositio favore incapacis, an dicatur fraudolenta.*

Et num. seqq.

21 *Infirmi dispositio, ut bona ad unum derivanda, ad alium transeant, est nulla.*

22 *Beneficii permutatio ab ægroto facta, dicitur in fraudem Patroni.*

23 *Ægroti dispositio in favorem illegitimi est nulla, quoad tertii præjudicium.*

24 *Ægrotans graviter, vel in mortis articulo constitutus, an & quando præsumatur non immemor salutis æternæ.*

25 *Legitimatio omnem abolet maculam.*

26 *Legitimatus nihil differt à legitimis.*

27 *Legitimatus est vere legitimus, non fictè.*

28 *Verbum* legitimus *nil denotat amplius, quam verbum* legitimatus.

29 *Legitimatus venit appellatione legitimorum, & naturalium.*

Et in bonis emphiteoticis n. 40.

30 *Legitimatus habet omnia jura legitimorum ac suitatis.*

31 *Legitimatus habet verum legitimorum statum.*

32 *Legitimatus gaudet nobilitate paterna.*

33 *Legitimatus dicitur de aliena, & conservat agnationem.*

34 *Legitimatio debetur legitima titulo constitutionis, dicit testamentum inofficiosum, consequitur omnia privilegia legitimorum, & naturalium.*

35 *Legitimatus excludit substitutum sub conditione si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus.*

36 *Legitimatus succedit in emphiteusi privata, non in Ecclesiastica.*

37 *Legitimatus per subsequens matrimonium succedit in emphiteusi Ecclesiastica.*

38 *Legitimatus in specie ad bona emphiteotica, succedit etiam si ad illa vocati sint dumtaxat legitimi.*

Declara ut nu. 36.

39 Riccius in prax. rer. quotid. dec. 128. *declaratur.*

40 *Legitimatus an, & quando in emphiteusi veniat appellatione legitimorum.*

41 *Legitimatus an succedat in jure patronatus.*

42 *Legitimatio quando auferat maculam menti Ecclesiæ repugnantem.*

43 *Legitimatus à Comite Palatino non succedit in emphiteusi Ecclesiastica.*

44 *Legitimatus ab Imperatore non venit ad emphiteusim Ecclesiæ.*

45 *Imperator in sua ditione, an dispenset in emphiteusi Ecclesiastica, ubi agitur inter laicos.*

46 *Legitimatus non plus operatur, quam sint facultates legitimantis.*

47 *Dispensatio obtenta ab habente privilegium Apostolicum, an suffragetur quoad bona Ecclesiæ.*

48 *Legitimare ad bona emphiteotica Ecclesiæ solus Papa potest.*

49 *Legitimatus non admittitur ad bona investita pro filiis legitimo matrimonio natis.*

50 *Investitura pro natis de legitimo matrimonio* tantum *excludit omnes alios.*

51 *Dictio* tantum *de sui natura est limitativa, & restrictiva.*

52 *Ecclesia, an ex post facto consentiendo præjudicet iis, quibus est ius quæsitum.*

53 Sen-

53 *Sententia super statu & incapacitate præjudicat quo ad omnes.*
54 *Legitimatus in investitura comprehensus an iudicetur vocatus in defectum legitimorum.*
55 Hæres *verbum in investitura Ecclesiastica, in contractu exigit quem esse hæredem bonorum.*
56 *Investituræ sequentes an, & quando regulentur à prima.*
57 *Investitura prima mutari non potest, & mutatio præsumitur erronea.*
58 *Investitura pro filiis, & hæredibus, & successoribus de legitimo matrimonio tantum, an sit ex pacto, & providentia.*
59 *Legatum filiæ in causam dotis factum, intelligitur factum titulo institutionis.*
60 *Legatum pro omni eo quod filius in bonis, & hæreditate prætendere potest, dicitur factum titulo institutionis.*
61 *Clausula* omni meliori modo *operatur ut legata dicantur relicta titulo institutionis.*
62 *Emphiteusi in mixta sat est filium esse hæredem in re certa.*
63 *Emphiteusi in mixta sat est fuisse filiæ dotem legatam.*
64 *Filia hæres in dote impugnat patris factum, & emphiteusim sibi vindicat.*
65 *In emphiteusi hæreditaria filius in re certa institutus, date cohærede universali, non succedit.*
66 *Legatum dicitur quis acceptare cum onere suo.*
67 *Legatum acceptans teneatur implere onus illi annexum, etiam ultra vires*
68 *Emphiteusis non est de bonis, vel hæreditate testatoris.*

DECISIO LXXIII.

MAjor visa fuit difficultas respectu alterius investituræ consimilis terræ, hortivæ dudum à Præposito SS. Nazarii, & Celsi eidem Nicolao Ratio factæ pro se, filiis hæredibus, & successoribus de legitimo matrimonio natis, quæ terra per novam investituram quę prętendebatur eodem Nicolao instante facta, fuerat in Baptistam ejusdem filium naturalem, & post inde in natos illius translata, & coram me à filiabus, & Nepte legitimis, & naturalibus Nicolai repetebatur, ad quarum favorem, re maturè discussa,
1 sententiam dixi. † Nonquidem, quod primus acquirens filiis in emphiteusi non hæreditaria præjudicare nequeat, ut scribentes pro dd. mulieribus opinabantur auctoritate plurimorum, & quidem non obscuri nominis DD. quorum longam seriem recenset, & sequitur Bertazzol. *cons. civil.* 114. *num.* 2. *& seqq.* Valasch. *de iur. emphit. quæst.* 49. *num.* 6. *vers. secundus casus*, & Hier. Gabr. attestans de magis commun. *in consil.* 85. *num.* 5. *volum.* 1. quia re vera contraria sententia frequentiori est calculo recepta Alexand. *cons.* 18. *num.* 8. *lib.* 5. Aymon. *cons.* 135. *num.* 8. Paris. *cons.* 2. *num.* 9. *lib.* 1. Cæphalus *cons.* 3. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 1. Gozad. attestans de magis commun. *cons.* 25. *num.* 18. Natt. *cons.* 505. *num.* 14. qui hanc veriorem, crebrioremque dicit, quam in judicando amplectendam affirmat Cęvall. *in specul. comm. contra commun. quæst.* 326. Cras. *in* §. *legatum quæst.* 13. *numer.* 20. Ambrosinus *decis. Perus.* 14. Beccius *cons.* 5. *num.* 2. Surd. *cons.* 351. *n.* 24. *& cons.* 355. *nu.* 9. *lib.* 3. *& decis.* 209. *num.* 16. Honded. *cons.* 14. *num.* 47. *lib.* 2. qui pariter de magis commun. & hanc esse veriorem crebrioremque sæpiusque à Rota approbatam testatur Gratian. *disceptation. Foren. tom.* 3. *cap.* 405. *numer.* 1. juxta quam semper judicatum fuisse, præsertim in eadem Rota testatur etiam Cardinal. Cavaler. *decis.* 219. *num.* 13. & novissimè tenuit eadem Rota *in dec.* 450. *par.* 3. *in recen.* ubi aliæ afferuntur decisiones, & dicitur hujusmodi sententiam semper fuisse in Rota receptam, & tenuit etiam Rebell. *de obligation. Iust. par.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 15. *num.* 6. modò tamen filii sint in potestate, secundum ea, quæ dicebam *in præcedenti decis. num.* 5. præsertim accedente Domini consensu Valasch. *de iur. emphiteut. quæst.* 49 *num.* 6. Surd. *decis.* 1. *in fine* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 6. *num.* 24. Gratian. *decis. Marchiæ* 65. *nu.* 8. *cum seq.*
2 Quemadmodum † dicimus posse primum acquirentem refutare feudum, vel emphiteusim in manibus Domini, aliamque alterius naturæ suscipere investituram, ut post Bald. quem citat, firmat Rip. *in leg. in quarta num.* 179. *ff.*
3 *ad l. falcid.* † Et Juspatronatus pro se filiis, & descendentibus acquisitum, in filiorum præjudicium remittere, ut per Lambertin. *de Iurepatron. in sexto, art.* 2. *qu. princip.* *secundæ partis primi libri* Pereg. *de fideicomm. artic.* 51. *sub num.* 48.

Quę quidem in hac facti specie eo libentius fuissent admittenda; quia hujusmodi bona pro majori parte investita fuerant Nicolao titulo non lucrativo sed oneroso; † Et sic ci- 4
tra ullam hæsitationem filiabus, & nepti præjudicare poterat Bald. *in auth. si quas ruinas num.* 5. *vers. secunda ratio, & num.* 6. *Cod. de sacrosanct. Eccles. & in l.* 1. *in fi. C. per quas personas nobis acquir. Clar. in* §. *feudum quæst.* 11. *num.* 2. *& 9. & quæst.* 46. *num.* 2. Ant. Gabriel. *comm. concl. in tit. de jur. emphiteut. quæst.* 49. *num.* 7. Corn. *consil.* 282. *num.* 10. *lib.* 3. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 11. *glos.* 6. *num.* 25. Berous *cons.* 155. *num.* 7. *in fi. lib* 3. Natt. *cons.* 475. *num.* 5. *&* 11. Mares. *Variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 2. *&* 3. Surd. *decis.* 305. *num.* 35. *& seq.* Capic. *decis.* 2. Bertazzol. cum per eum congestis *decis.* 66. *num.* 39. Card. Cavaler. *decis.* 583. *num. fi.* Rota *dec.* 450. *sub nu.* 2. *vers. maxime quando par.* 3. *in rec.* Et ita inter emphiteusim titulo lucrativo, & titulo oneroso receptam distinguit Rota *in decis.* 94. *nu.* 15. *&* 16. *ex impressis* à Merlin. *post tract. de legit.*

Ita ut † alienante primo acquirentur cum domini consen- 5
su acquiratur linea noviter investiti, text. est *in capitul. si clientulus de alien. feud. in Usib. feud.* Ancharan. *cons.* 63. *num.* 1. *&* 2. Io. de Anan. *cons.* 90. *num.* 1. Castrens. *cons.* 329. *num.* 2. *circa med. par.* 2. Soc. sen. *cons.* 226. *num.* 2. *lib.* 1. Peregrin. *cons.* 31. *num.* 10. *lib.* 1. Valasch. *de iur. emphiteu. quæst.* 13. *num.* 12. *& quæst.* 18. *num.* 19. Afflict. *decis.* 112. *numer.* 27. Magon. *decis. Lucens.* 14. *numer.* 44. Gratian. *discept. Forens. cap.* 709. *numer.* 2. *&* 3. *to.* 4. novissimè Ouid. de Amic. *in tract. de iur. emphit. quæst.* 83. *numer.* 7. & Rota *in Romana domus* 21. *Februarii hoc eodem anno* 1633. *coram R. P. D. Panzirolo.*

Et ratio est in promptu † quia eo ipso quod Dominus 6
directus consentit, vel novam concedit investituram, totum jus emphiteoticum dicitur formari in persona noviter investiti totaliterque à priori investitura recessum Anchar. *d. cons.* 63. *n.* 3. Caldas *de Renovat. emphit. q.* 2. *n.* 11. *in fi.* Grat. *d. cap.* 719. *nu.* 3. Rot. *in d. Romana domus.*

Denique prima investitura fuit Nicolao concessa cum fa- 7
cultate alienandi, quo casu uti res libera, & allodialis judicatur Borel. *in cons.* 5. *nu.* 9. Maur. Burg. in *tract. de Lauden. par.* 1. *inspect.* 3. *in addit. n.* 74. Anchar. *cons.* 125. Roland. *cons.* 42. *nu.* 29. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 216. *nu.* 17. *lib.* 3.

Sed motus fui quia † quemadmodum Baptista filius na- 8
turalis Nicolai erat jure successionis incapax emphiteusis Ecclesiasticæ, quippe quæ nunquam pro naturalibus, vel spuriis, etiam legitimatis concessa intelligitur Bald. in *cap. quæ in Ecclesiarum numer.* 85. *cum seq. ver. sed nunquid & numer.* 89. *ver. si vero, & num. seq. extra de constit. & in l. generaliter* §. *cum autem num.* 3. ubi etiam Jas. post alios *numer.* 9. *&* 11. asserens hoc esse indubitatum *Cod. de Instit. & substit.* Alexand. in *l. & si perceperit num.* 7. *ff. de liber. & posth.* Dec. in *cap. in præsentia num.* 140. *cum secunda conclusione de probat.* Ruin. *cons.* 158. *numer.* 5. *volum.* 1. & post antiquiores Clar. *in* §. *emphiteusis quæst.* 30. *num.* 1. Corbul. *de emphit. tit. de caus. privat. ob linea. finit. num.* 53. Valasch. cum per eum congestis *consultat. decisiu.* 134. *num.* 7. *& seq. lib.* 2. Ant. *Variar. resol. lib.* 1. *resolut.* 98. Card. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 10. *num.* 1. *& seq.* Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *qu.* 9. *num.* 269. Genuens. in *practicabil. Eccles. quæst.* 74. *per totam* Rota *dec.* 474. *num.* 1. *par.* 1. *& decis.* 214. *par.* 2. *divers. & decis.* 319. *num.* 4. *par* 5. *recentior.* Cardin. Cavaler. *decis.* 219. *nu.* 9. Duran. *decision.* 251. *numer.* 4. *& seqq.* Quæ sententia transivit in judicatum per *Constitutionem fœl. rec. Pii Quinti.* de qua Quarant. *in Sum. Bullar. in ver. illegitimi*, ubi id expressè statuitur.

Sic nec potuit, nec voluit Nicolaus in illum ex nova investitura, seu associatione filiabus exclusis, eandem emphiteusim transferre. Non potuit quidem; † quia tamet- 9
si nullo jure prohibeatur illegitimus de novo emphiteusim Ecclesiasticam acquirere ex investitura in propria persona facta Soccin. *cons.* 19. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 99. *per totum* ubi loquitur de patre qui pro se, & filio spurio stipulatus fuit Rotæ *dec.* 474. *par.* 1. *divers.* Card. Seraph. *dec.* 478. *nu.* 3. *& dec.* 1358. ubi probat illegitimos acquirere posse hujusmodi bona, non quidem titulo pro hærede vel pro successore, sed jure proprio beneficio dantis, utpotè qui sint quidem illorum incapaces jure successionis, capaces autem jure acquisitionis, & in puncto, quod nova acquisitio non sit illis per *Constitutionem Pii Quinti*, prohibita probat idem Card. Seraph.

d. de-

*d.decis.*478.*num.*4. & Rota *dicta dec.*474. & Genuen. *practicabil. Eccles. quæst.*32. & 34. Præsertim si sint probi Rota *in Ariminen. bonorum* 26. *Junii* 1579. *coram Cardin. Blanchetto in Interramnen. legitimitatis* 15. *Maii* 1600. *coram Cardin.*

10 *Seraphino & in Cesenaten. bonorum* 1606. *coram Ortumbergo.*† Ecclesia namque recipit bonos viros licet illegitimos , ut advertit Dec. *in cap. in præsentia num.*47. *de probation.* quem in terminis sequitur Rota *d.decis.*474.*n.*6.

11 Præfata † verò *Pii Constitutio* ea duntaxat tollit, quæ speciali priuilegio , & ex testamentaria , vel intestata successione proveniunt, non ea , quæ ex juris communis beneficio competunt, ut declarat Navarr. *in cons.*5. *tit. de testam.* Quarant. *in summ. Bullar. ver. illegit.* Rota *decis.*487.*num.*1.*ver. & ideo part.*1. *diuers. & decis.*100.*num.*4. *& decis.*310.*num.*16.*par.*5. *recent.* Cardin. Seraphin. *decis.*478. *& decis.*1358. *præsertim num.*3. Ubi post Soccin. *in consil.*19.*lib.*10. inquit illegitimum in investitura vocatum venire ex propria persona subdens , quod quamvis hæc dicatur successio , non tamen est verè successio, cum unus non capiat ab alio neque ex testamento , neque ab intestato , sed est quoddam jus successorum feudale, seu emphiteoticum , quod à Domino directo provenit , & *nu.*4. subjungit eandem *Pii Constitutionem* tanquam exorbitantem non esse ad alios casus trahendam , præter eos in quibus loqui-

12 tur , nempe in successione ex testamento , vel ab intestato † Et filium illegitimum posse parti succedere, licet non tanquam hæredem tradit , & Bald. *in l.*2.*n.*7. *& ibi Jas. nu.*102. *C. de iur. emph.* Rota *in dec.*39. *sub num.*11.*par.*4. *in rec.* ubi subdit, quod parte stipulante emphiteusim pro se , & filio illegitimo oritur tacita donatio , isque propterea succedit patri , licet non tanquam hæres , ut declarat Bald. *in auth. si quas ruinas num.*8. *ver. secunda ratio Codic. de sacrosanct. Eccl.* Aldobrand. *cons.*6. *numer.*6.

13 Idemque † dicimus de feudis , quæ possunt & solent à Principe concedi illegitimis, qui tamen in eis jure successionis non admittuntur *cap. pro eo* §. *naturales. Si de feud. fuer. controu. inter dom. & Agnat.* Bald. *in cap. quæ in Ecclesiar. num.*44. *de Constit.*

14 Sic † rursus quamvis jus patronatus non sit ad illegitimos transitorium , nisi tamen ab initio acquirere , & fundare non prohibentur . Roc. de Curt. *in tract. de Jurepat. in verb. competens sub n.*9.

15 Non † sunt itaque legitimi prorsus incapaces emphiteusis Ecclesiasticæ , sed ideo ab illius arcentur successione ; quia Ecclesia non censetur de illis cogitasse Card. Mant. *de tacit. & Ambig. conuent. lib.*22. *tit.*10. *n.*10. Rota *d. decis.*474.*nu.*3.*p.*1. *diuers.* ubi similiter , quod non alia ratione sunt incapaces, nisi ex verisimili mente Prælati , vel Ecclesiæ ex Bald. *in l. eam quam n.*36. *C. de fideicom.*

16 Quamobrem † non modo expressam , sed & tacitam Ecclesiæ voluntatem sufficere ad hoc , ut naturalis ad Emphiteusim Ecclesiasticam admittatur tradit Afflict. *decis.*99. *per totam* ubi Vrsill. *in addit. n.*14. idem Vrsill. *ad decis.*392.*n.*15. & illis non relatis : Genuens. *practicabil. Ecclesiast. dict. q.*74.*n.*6. & 8. *in fi.*

17 Et † ad hunc effectum satis esse Ecclesiam contraxisse cum illegitimo , cum præsumatur notitiam suarum qualitatum habuisse *ad l. qui cum alio ff. de reg. iur.* firmat Decius *in cap. in præsentia n.*47. *extr. de probat.* post Bal. *in l. eam quam n.*36. *C. de fideicomm. & in c. quæ in Ecclesiarum nu.*44. *alias* 89. *de Const.* Paleott. *de Nothis, & spur. c.*31. Car. Mant. *de Tacit. & ambig. conuent. lib.*22. *tit.* 10. *n.* 10. Hond. *in cons.*59. *nu.*5. *lib.*2. Card. Seraph. *dec.*478. & 1358. *n.*2. *in fine* Rota *decis.*100. *n.*3. *p.*5. *in recent.* ubi & aliæ referuntur decisiones.

18 † Quicquid secus sit de filiis Clericorum , qui nec quidem ab initio emphiteusim Ecclesiasticam acquirere valent . Genuen. *d.q.*74. *in fi.*

Hæc tamen applicari non poterant casui nostro, in quo pretextu ejusdem schedulæ missæ à Nicolao , mortali morbo correpto . Baptista fuerat ad emphiteusim admissus. Omisso enim

19 quod † eo tempore corporis languor , mentis inducit exilium *leg. hæc consultissima* §. *at cum humana de Testam. l. in aduersa ff. eodem , & in Authen. de Triente & semiss.* §. *illud* Rom. *cons.*520. *sub n.*12. Ubi ad hoc non obstare inquit, quod Notarius attesterur infirmum esse sanæ mentis , cum de illa judicare ad eum non spectet ; sequitur Alex. *consil. penult. lib.* 1. latè Marsil. alios referens *in l.*1. §. *si quis dicatur num.*7. *ff. de quæst.* (quod menti teneant pœnitentiam ad illud tempus

20 prorogantes .) Certè non poterat evitari † altera conclusio , quæ habet dispositionem ad incapacis commodum in mortis articulo dici in fraudem factam ; ita ut propterea nullius fuerit momenti associatio Baptistæ in præjudicium filiarum legitimarum , quibus jus quæsitum erat , ut doctè , more suo probat Anchar. *in cons.*430. *fuisset expediens ver. in contrarium* ; dum † affirmat non posse ægrotantem facere dispo- 21
sitionem , per quam bonorum acquisitio ; quæ ex eventu proximo speratur derivare ad unum , derivet ad alium , licet autem Anchar. scribat in casu pestis , jura tamen , & rationes ab eo allatæ cuncludunt etiam quoties quis quocumque gravi morbo detinetur , & ita in his terminis illum adducit , & sequitur Cravet. *cons.*82. *n.*3. † loquens de beneficii permuta- 22
tione , quæ infirmitate facta præsumitur in fraudem Patroni , & Mascard. *de probat concl.*835. *n.*19. *coniectur.*7. *in fin.* loquens pariter de permutatione . † Et in specie quod quælibet ægro- 23
ti dispositio ad utilitatem filii illegitimi , vel alterius personæ incapacis , & in eorum præjudicium , ad quos successio ex juris dispositione per obitum disponentis deferebatur , in fraudem legis præsumatur facta , & successivè quoad tertii præjudicium remaneat inualida, est testus *in l. qui testam. ff. de probat. & in l. cum quis decedens* §. *titia ff. de legat. tertio* , & utrobique DD. notant Mascar. *ubi sup. n.*63. Menoc. *de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*5. *n.*20. *declar.*2. quorum uterque loquitur de confessione ab ægroto ad spurii favorem facta , quam simulatam præsumi concludunt , nisi ille aliunde ptobet veram . Quamvis † enim dici soleat grauiter ægrotantem , 24
vel in mortis periculo constitutum non præsumi immemorem salutis æternæ *l. ultimi ad fin. Cod. ad l. Iul. repetund.* canonizata *in c. sancimus* 1. *quæst.*7. & probat etiam text. *in c. litteras extra de præsumpt. & in c. significauit de hom.* Alc. *in tract. de præsumpt. regul.*3 *præsumpt.*4. *in fin.* & est com m. opin. de qua Menoch. *d. præsumpt.*5. *num.* 1. & 2. Hujusmodi tamen præsumptio cessat quoties ægrotus actum facit , ex quo tertio præjudicium infertur , cui sit jus quæsitum, vt juxta Bartol. *& aliorum opin.* probat Alciat. *d. præsumpt.*4. *n.*7. *ver. adverte tamen* , & Menoch. *dict. præsumpt.*5. *n.*17. *declar.*1. *& de Arb. iud. lib.*2. *cas.*89. *n.*30. *& in cons* 39. *n.*68.

Nec rursus procedit quoties ægrotus actus faceret ad favorem illegitimi , vel alterius personæ incapacis ad effectum , ut succedat , vel quid contra juris dispositionem capiat , ut per Menoch. *d. præsumpt.*5. *declar.*2. *n.*20. In his namque casibus , fraudis præsumptio præponderat præsumptionis contrariæ .

Quæ quidem libentius in hac facti specie erant admittenda, tum quia Nicolaus in præfata associatione dictam emphiteusim sibi in vita sua remanere voluit, & non nisi in casu sui obitus , & sic ordine successivo proficisci ad Baptistam , cui successio per *d. Constitutionem* erat interdicta , & consequenter manifestè in fraudem illius ; tum etiam quia eadem die , & coram eodem Notario illum hęredem universalem instituit , quo datur intelligi associationem ad investituram ac testamentum esse actus correspectivos ad effectum , ut Baptista emphiteusim, quam ex testamento, obstante Bulla, capere non valebat , per indirectum , & ex palliata associatione consequeretur , ad tradita per me latissimè *in decision.*28. *numer.....*

Neque ad rem pertinebat legitimatio Baptistę à Comite Palatino obtenta , quia quemadmodum , ea non fuisset necessaria ubi re vera ageretur de nova inuestitura in illius persona facta , sic in casu nostro , in quo simulato titulo associationis agitur in substantia de successione , non erat sufficiens † licet enim legitimatio omnem aboleat 25
maculam *leg.*3. *de natal. restitut. l. Imperiali* §.1. *ubi Bald. C. de Nup.* Paleott. *de noth. & spur. c.*55. *n.*6. Ceval. *in specul. comm. contra com. q.*2. *nu.*14. Tollatque omne obstaculum omnemque maculam juris , & facti , ut per Rotam *in decis.*504. *n.*6. *p.*1. *diuers.*

Ita ut legitimatus nihil differat à legitimis §. *sit igi-* 26
tus licentia ibi *nihil à legitimis differentes in Auth. quib. mod. nat. effi. legit. & in* §. *& quoniam ibi nihil dissimiles legitimis* §. *reliquum* , & §. *si quis ergo, auth. quib. mod. natu est sui* Alexan. *cons.* 187. *num.* 8. *lib.* 5. Jas. *consil.*202. *num.* 23. *lib.* 2. late Tiraq. *in l. si unquam in uerb. suscepcrit liberos numer.*77. *& seqq. C. de reuoc. donat.* Menchiac. *de succes. progres.* §. 1. *a numer.* 42. *& a num.*28. Caldas *de emphit. lib.*2. *q.*21. *nu.* 25. Roland. *cons.*97. *nu.*50. *& seqq. lib.*3. Gratian. *discept. forens. cap.* 247. *nu.*72. Rota post hæc scripta, *decis.*100. *nu.*5. *& decis.*319. *num.* 18. *par.*5. *recentior.* Ceval. *in specul. com. contra comm. quæst.*2. *nu.*2. Card. Seraph. *decis.*325. *nu.*19. & 29. ubi subdit sufficere quod Princeps legis obstaculum remoueat . † Sitque verè 27
legitimus Bart. *in leg. si is qui pro emptore num.*19. *ff. de usucap.* est commun. opinion. secundum Tiraquell. plurimos referen-

ferentem *ubi ſup. num.* 63. *alias* 67. & de Nobil. *quæſt.* 34. de qua teſtantur etiam Curt. jun. *conſ.* 67. *aliàs* 27. *num.* 6. & *conſ.* 64. *nu.* 12. Covar. in *Epitom. de ſponſal.* 2. *par.* §. 8. Card. Seraphin. *deciſ.* 1329. *num.* 7. & Cardin. Mantic. *de coniectur. ultim. voluntat. lib.* 11. *num.* 10. Cevall. *dict. quæſt.* 2. *num.* 1. & quidem non per fictionem, ſed per veritatem, itavt legitimatus verè dicatur legitimus non ficte Bartol. *ubi ſupra nu.* 29. Paul. de Caſt. in *leg. fi. num.* 5. *C. de his qui ven. æta. impetr.* Iaſ. *in l. hac conſultiſſima* §. *ex imperfecto in princ. Cod. de Teſtam. & in Rub. ff. de liber. & poſthum. num.* 11. & ibi Alciat. *num.* 5. Tiraquel. *in dict. leg. ſi unquam in verb. ſuſceperit liberos num.* 63. *& 77. & in tract. Le mort Saiſit.* 2. *par. num.* 8. Dec. *conſ.* 52. *num.* 1. ubi de commun. Valaſch. *deciſ.* 21. *num.* 26. *& ante num.* 43. Gratian. *diſception. forenſ. cap.* 247. *num.* 72.

28 † Nihilque denotet magis verbum *legitimum legitimatus* juxta commun. opinion. de qua Curt. jun. *conſ.* 75. *num.* 4. Ceval.

29 *dict. quæſt.* 2. *num.* 10. Contineaturque † appellatione legi-

30 timorum, & naturalium. Habeatque, † legitimatus omnia jura legitimorum, ac ſuitatis *dict.* §. *reliqua & §. ſi quis ergo quib. mod. natu. effic. ſui* Bald. *in leg. eam quam Cod. de fideicomm.* Tiraquell. *ubi ſup. num.* 78. Garz. *de Nobilit.*

31 *gloſſ.* 2. *num.* 9. Cevall. *dict. quæſt.* 2. *num.* 16. † Ac verum legitimorum ſtatum, tametſi verum principium legitimitatis deficiat Bald. *in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* Caſtren. *conſil.* 27. *volum.* 2. Alex. *conſ.* 2. *num.* 33. *vol.* 1. Iaſ. *cum relat. in repet. l. ſi is qui pro emptore numer.* 285. *ff. de Vſucap.* Dec. *conſil.* 316. *&* 365. *&* 366. Gozadin. *conſ.* 6. *num.* 39. Ruin. *conſ.* 87. *nu.* 12. *& conſ.* 94. *num.* 7. *&* 10. *volum.* 3. Curt. jun. *conſ.* 153. *num.* 9.

32 Pariſ. *conſ.* 55. *num.* 27. Ceval. *d. qu.* 2. *num.* 18. † Gaudeatque nobilitate materna Guttier. *in* §. *ſui num.* 187. *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Matien *in rubric. de Matrimon. gloſſ.* 1. *nu.* 128. latè Ceval. *d. qu.* 2. *nu.* 49. *& ſeqq.*

33 Et † dicatur de linea, & familia, & per eum conſervetur agnatio Dec. *conſ.* 463. *nu.* 19. *& conſ.* 306. *num.* 14. *ubi de commun.* Molin. *de Primogen. cap.* 4. *n.* 44. *lib.* 1. Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.* 8. §. 10. *nu.* 2. *&* 3. Gozad. *conſ.* 85. *num.* 19. Gratian. *diſcept. foren.* 496. *n.* 9. *tom.* 2.

34 Eique † debeatur legitima, faciat partem in ea cum legitimis, & naturalibus, illamque honorabili titulo inſtitutionis conſequi debeat, habeat querelam inofficioſi, & conſequatur omnia privilegia legitimis, & naturalibus competentia, ut poſt alios luculenter comprobat Surd. in *conſ.* 75. *num.* 1. *cum plur. ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 247. *num.* 72. *tom.* 2. *& cap.* 296. *num.* 10. *& ſeq. tom.* 3. Rota *deciſ.* 77. *num.* 5. *&* 6. *ex impreſſis* à Merlin. *in tract. de legit. & deciſ.* 641. *num.* 17. *p.* 1. *diverſ. & deciſ.* 626. *num.* 1. *par.* 2. *recen. & deciſ.* 401. *nu.* 1. *par.* 3. *recent.* Card. Seraph. *dec.* 321. *num.* 17. *dec.* 880. *nu.* 5. Rota *deciſ.* 667. *nu.* 1. *par.* 2. *rec. & facit.* Rot. 319. *nu.* 19. *ead. par.* 5.

36 Et † ſuccedit in emphiteuſi privata. Non tamen ſuccedit in feudo nec emphiteuſi Eccleſiaſtica Bald. in *cap. quæ in Eccleſiarum col. pen. extra de conſtit.* Tiraq. *de Nobilit. capit.* 24. *num.* 17. Clar. atteſtans de commun. in §. *emphiteuſis quæſt.* 31. plurimos congerit Caldas *de emphit. ſub nu.* 29. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 214. *num.* 3. *par.* 2. *diverſ.* & colligitur ex contextu præfatæ *Bullæ Pii V.* ut per Gabr. *conſil.* 83. *&* 84. *per totum lib.*

37 2. † Niſi quis fuerit per ſubſequens matrimonium legitimatus juxta mag. commun. opin. de qua Burſatt. in *conſil.* 17. *numer.* 3. *lib. primo* in quibus terminis *dicta conſtitutio* nihil expreſsè diſponit, ſed ſub juris diſpoſitione relinquit, ut

38 per Navar. *de ſpoliis cleric.* §. 19. *numer.* 19. † Uel niſi quis in ſpecie ad bona emphiteuſia Eccleſiaſtica, & quidem à Principe poteſtatem habente legitimetur Cardin. Paleott. *de Not. & Spur. cap.* 21. *ſub num.* 3. Boer. *deciſ.* 123. *numer.* 6. & 8. & eſt commun. opin. de qua poſt alios quos congerit teſtatur. Magon. *in deciſ. Lucenſ.* 10. *ſub num.* 6. Gama. *deciſ.* 72. *num.* 6. Cornazzan. *deciſ. Lucen.* 67. *num.* 2. *&* 3. Rota *deciſ.* 152. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* Cardin. Seraphin. *deciſ.* 34.

39 *num.* 1. *& deciſ.* 67. *num.* 1. † in quibus terminis intelligendus eſt Riccius nimis generaliter loquens *in prax. rer. quotidian. deciſ.* 128. *per totam*, ubi poſt Verall. *deciſ.* 146. *par.* 2.

40 ampliat etiam ſi in inveſtitura legitimi ſoli vocati ſint; † tunc enim venit appellatione legitimorum, & naturalium etiam in bonis emphiteuſis Eccleſiæ Cardin. Seraph. *dict. deciſ.* 35. *num.* 1. *& deciſ.* 45. *nu.* 1. Rota *deciſ.* 151. *nu.* 1. *par.* 1. *diverſ.*

41 Et † ſuccedit etiam in jurepatronatus Lambertin. *de Iurepat. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 2. *art.* 26. *n.* 6. *&* 10. Hier. Gab. *conſ.* 195. *nu.* 5. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 251. *n.* 6 *p.* 2. *recent.*

42 Et † legitimatio tollit etiam maculam, quæ menti Eccleſiæ repugnat Bero. in *cap. in præſentia nu.* 337. *de probation.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 476. *nu.* 4. *tom.* 3. Card. Seraph. *deciſ.* 45. Rota *deciſ.* 151. *n.* 2. *p.* 1. *diverſ.*

Ejuſmodi autem non erat legitimatio Baptiſtæ; † quia 43 facta à Comite Palatino, & ſic à non habente facultatem ſuper bonis Eccleſiaſticis, ita in terminis doctè, & eleganter, more ſuo probat Hieron. Gab. *d. conſ.* 83. *num.* 3. *cum ſeq. & conſ.* 84. *nun.* 25. *& ſeq. volum.* 2. & ex comm. ſententia, decidit Rota *deciſ.* 474. *num.* 2. *par.* 1. *& hinc eſt par.* 2. *diverſ. & in Papien. bonorum* 16. *Ianu.* 1598. *impreſ.* à Mar. Antonin. *Variar. reſol. lib.* 1. *poſt reſol.* 98. in qua plures aliæ *deciſiones* adducuntur, & noviſſimè tradit Ouid. de Amicis in *repet. capit. potuit quæſt.* 93. *numer.* 2. *cum ſeqq. de location.*

† Cum nec quidem ab ipſo Imperatore legitimatus admitta- 44 tur ad emphiteuſim Eccleſiaſticam, ut latè probat Bald. in *cap. quæ in Eccleſiarum num.* 85. *de Conſtitut.* Jaſ. in *l. generaliter* §. *cum autem num.* 9. *ver. ultim. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & in l.* 2. *num.* 105. *quæſt.* 20. *Cod. de Iur. emphit.* Dec. in *cap. in præſentia num.* 101. *ver. & iſta de prob. & in conſil.* 172. *in cauſa num.* 1. Ruin. *conſil.* 158. *num.* 5. *cum ſeq. vol.* 1. Clar. *in* §. *emphiteuſis quæſt.* 31. *num.* 1. Valaſch. *conſult.* 134. *num.* 8. Antonin. *d. reſolut.* 68. *num.* 2. Corbul. *de cauſ. privileg. ob lin. finit. nu.* 76. Ex defectu juriſdictionis DD. communiter in *cap. per venerabilem extr. qui fil. ſent. legit.* Ruin. atteſtans de comm. *conſ.* 164. *n.* 4. *vol.* 1.

Quod † tametſi Pariſ. *conſil.* 1. *n.* 145. *cum ſeqq. lib.* 2. tem- 45 peret in terris Imperii; quando non agitur de Eccleſiæ intereſſe, ſed inter laicos Imperatori ſubditos; arbitror tamen id hodie ceſſare attenta *dicta Bulla Pii Quinti* per ea quæ notat Hieron. Gab. *dict. conſ.* 83. *num.* 11. *cum ſeq. & conſ.* 84. *n.* 58. *& ſeq. lib.* 2. & Cardin. Seraph. in *deciſ.* 45. *nu.* 3. *& ſeq.* legitimatio enim non poteſt plus operari, quam ſit in facultate

† legitimantis, ut habetur in *deciſ.* 199. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* 46

† Adeo, ut hodie nec quidem habens auctoritatem à Pa- 47 pa, valeat ad præfata bona diſpenſare, cum per eandem *Bullam* facultates, ac privilegia ſimilia fuerint revocata, ut obſervat Corbul. in *addit. magna ad cauſ. privat. ob lin. finit. num.* 54. in qua *additione* poſita, agit latiſſimè de hujuſmodi materia legitimationis ad effectum ſuccedendi in feudo, ac emphiteuſi Eccleſiaſticis.

Ac proinde † ſolum Pontificem poſſe, quo ad illa legiti- 48 mare tradunt communi calculo *ſcribentes* ubique Berous in *capit. in præſentia nu.* 336. *probation.* Cardin. Paleott. *de Not. & ſpur. c.* 31. *nu.* 3. & firmat Rota apud Cardin. Seraph. *d. dec.* 45. *nu.* 3. *& ſeq.* & noviſſimè tradit poſt alios Ouid. de Amic. *de locat. qu.* 43. *nu.* 141.

Verum † in hac facti ſpecie, etiam ſi Baptiſta fuiſſet à 49 Papa legitimatus, ad hujuſmodi inveſtituram, factam pro filiis de legitimo matrimonio natis, non admitteretur: hoc enim caſu partes conveniſſe intelliguntur, ut legitimatus non ſuccedat, ut poſt alios declarat, Roſental. *de feudis c.* 7. *concluſ.* 19. *num.* 38. *verſic. & hoc ego*. Qua conventione attenta non valet Princeps etiam de plenitudine poteſtatis jus ex inveſtitura filiis legitimis quæſitum illis tollere, ut probat idem Roſental. *dicto num.* 30. *in fi. ver. ex quibus concluditur*.

† Præſertim ſtante dictione *tantum* in præfatis inveſtituris ap- 50 poſita, nempè pro natis de legitimo matrimonio, *tantum*,

† quæ dictio de ſui natura eſt limitativa, & reſtringit con- 51 ceſſionem ad filios legitimos, omneſque alias perſonas, alioſve caſus excludit ad text. in *leg.* 2. *Cod. de Patr. qui filios ſuos diſtrib. leg. ſecunda C. de iuriſdict. omn. Iudicum, & leg. ob æs alienum C. de præd. min.* Soccin. jun. *conſ.* 53. *num.* 3. *& ſeq. volum.* 2. Dec. *conſil.* 328. *num.* 5. Pariſ. *conſil.* 85. *num.* 47. *& ſeq. volum.* 2. Menoch. *conſil.* 362. *num.* 36. *volum.* 4. *& conſ.* 871. *num.* 9. *volum.* 9. *& conſ.* 970. *num.* 2. *volum.* 10. *& conſ.* 110. *num.* 3. *vol.* 12. & in materia feudali tradit Rim. jun. in *conſ.* 257. *num.* 33. *vol.* 3. Eſtque excluſiva aliorum filiorum cujuſcumque generis Oldrad. *conſil.* 254. *numer.* 2. *verſic. primum inſurgit* Berous *conſil.* 187. *numer.* 40. *volum.* 1. Decian. *conſil.* 34. *num.* 61. *volum.* 3. Menoch. *conſ.* 970. *nu.* 3.

Nec † Rectoris conſenſus opitulatur Baptiſtæ; quia non 52 interceſſit in limine fundationis, ſed in licentia ex poſt facto tempore alienationis data, per quam non derogatur juri per prius filiis ſimpliciter quæſito, ut benè explicat Ruin. *conſ.* 213. *num.* 5. *cum ſeq. lib.* 1. Gozad. *conſil.* 25. *ſub num.* 9. Anchar. *conſ.* 125. *n.* 7. *ver. præterea*, refert, & ſequitur Grat. in *dec. Marchiæ* 65. *nu.* 2.

Quibus accedit, quod cum aliàs Marietta, altera ex dd. Nicolai filiabus, uti in inveſtituris comprehenſa judicium

con-

conrra Baptiſtam ſuper tertiam partem dictorum bonorum
53 in Rota civili Januenſi moverit, ſententia † pro illa lata, quę jam tranſitum fecit in judicatum, etiam quoad reliquas ſorores Baptiſtæ præjudicium intulit, uti lata ſuper ſtatu, illiuſque incapacitate ut notant *ſcribentes in lege ingenuum ff. de ſtat. homin. & in leg. ſæpe ff. de re iudicatæ*, & poſt alios tradit Surd. *in dec. 289. n. 16. verſic. reſpondetur*.

Cæterum ubi etiam Nicolaus potuiſſet, non tamen voluit in favorem Baptiſtæ, ſuis filiabus excluſis, novam fieri inueſtituram. Dixit enim duntaxat Tabellioni, *M. Franceſco vi hò mandato a chiamare perche ſcriuiate queſto che io priego il Preuoſto di Santi Nazario, & Celſo, che voglia chiamare Battiſta mio figlio, ancora che ſia naturale, nello inſtrumento dell'inueſtitura dell'horto mio, che paga à detto Preuoſto terratico, perche cosi è la mia uolontà*, Et ſic Nicolaus præſtitit duntaxat conſenſum vocationi, ſeu incluſioni, vel aſſociationi Baptiſtæ in antiqua inveſtitura, ut clariſſimè ſonant illa verba *chiamar nell' iſtrumento dell'inveſtitura dell'horto mio*, non autem aſſenſum præſtitit novæ inveſtituræ, neque excluſioni lineæ in illa comprehenſæ. Quod & rei eventus probavit: quando enim Eccleſia ob non ſolutum Canonem ad caducitatem egit, contra has mulieres judicium inſtituit, & Baptiſta uti illarum Tutor, & Curator, non autem ex propria perſona, ſeu uti inveſtitus comparuit. Vnde vel inſtrumentum dictæ aſſociationis continens novam, & plenariam inveſtituram fuit nullius roboris, tanquam contra juris ac Nicolai mentem factum: vel in omnem caſum redigi debet juxta poſtulata ab ipſo, & ſic ad ſimplicem
54 incluſionem in veteri inveſtitura, † quo caſu Baptiſta dicitur vocatus ordine ſucceſſivo poſt filias legitimas, ac in illarum defectum, non autem ad earundem excluſionem Guillel. *de Benedict. in cap. Raynutius ver. duas habens numer. 149. de teſtam.* Pariſ. *conſil. 72. numer. 6. lib. 4.* Minſinger. *pract. obſeruat. centur. 3. quæſt. 26.* & poſt alios declarat Corbul. *in titul. de cauſ. priu. ob line. fin. numer. 70. verſ. ſed falſum, & numer. 71. cum ſeq.* Anchar. *conſil. 427.* Turzan. *in ſuis comm. opin. concluſ. 79. ad finem Rubeus in lege Gallus §. quidam rectè numer. 16. ff. de liber. & poſthum.* comprobat Caldas *in titul. de Nomin. emphit. quæſt. 21. numer. 30.* etiam ſi ab habente facultatem legitimatus fuiſſet, ut per eundem Cald. *num. 70.* poſt Alexand. *in conſ. 60. n. 10. lib. 2.* & Pariſien. *in conſuetud. §. 8. gloſ. 1. num. 43.*

Cum itaque Baptiſta, nec potuerit, nec voluerit filiabus præjudicium inferre, ceſſant ea; quę dicebantur de facultate, quam regulariter habet primus acquirens prejudicandi ſucceſſoribus.

Non etiam refragatur, quod aſſerebatur hic agi de emphiteuſi mixta, ſcilicet neque ex pacto, & providentia, neque hæreditaria, cum conceſſa fuerit ab initio in pri-
55 ma inveſtitura pro ſe, filiis, & hæredibus, † quod verbum *hæredibus* in contractu inter vivos, & in emphiteuſi mixta Eccleſiaſtica requirit eos eſſe hæredes bonorum, & conſequenter exigitur in ſuccedente utraque qualitas, filiationis nempè, & hæreditatis ad text. *in cap. 1. De eo qui ſibi, & hæred. ſuis in Vſib. feud.* ubi Affl. *col. 3. & 4.* Alex. *conſil. 13. numer. 9. lib. 5.* adden. ad Dec. *conſil. 395. in ver. liberis Rubeus* Alexan. *conſil. 18.* Alciat. *conſil. 35. numer. 7.* cum aliis pleno calamo congeſtis per Peregrin. rectè inter contractus, & ultimas voluntates diſtinguentem *in tract. de fideicommiſſ. art. 32. num. 9. & 14.* Clar. *in §. emphiteuſis q. 37. num. 1. in fine* Jacobatius de Franch. *in Vſib. feud. in Prælud. à n. 108. uſque ad 117. incluſivè* Burſatt. *conſ. 89. nu. 83. ver. quinimo lib. 1. ubi de mag. com. teſtatur*, & ex Hiero. Gabr. aſſerit ſic Rotam judicaſſe Joan. *Dilect. de arte teſtandi tit. 11. cautel. 10. nu. 2.* Craſſ. *de ſucceſſ. in §. hæreditas q. 11. num. 13.* Oſaſch. *dec. Pedem. 161. n. 2.* Molin. *de contract. diſp. 472. n. 9.* Nec diſſentit Gratian. *diſcept. forenſ. c. 813. nu. 27. tom. 5.* Caldas *de Nominat. emphiteut. quæſt. 24. num. 3.* Peregr. *conſil. 12. num. 12. verſ. quinto reſpondeo lib. 1. & conſil. 11. num. 32. lib. 2.* qui utrobique relatis quampluribus, & graviſſimis Auctoribus teſtatur hanc eſſe communem: & receptiſſimam ſententiam. Neque verba ultimæ inveſtituræ eidem Nicolao renovatæ non ita clara, immò ambigua, ſed potius attendenda, & ſpectanda
56 eſſe verba primæ inveſtituræ, † ex qua omnis lex contractus emphiteutici ſumitur *cap. 1. titul. de duobus fratribus à capitan. inveſtit.* ubi Bald. *num. 3.* Alvar. *num. 2.* & Afflict *n. 5.* Dec. *319. nu. 3.* latè poſt alios Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 19. lib. 1. & tit. 21. nu. 1. & ſeq.* Vbi propterea ſubdit, quod ſi in ſequentibus inveſtituris forma primæ alteretur, ad illius formam ſunt redigendæ. Et primam inveſtituram, tanquam originalem, eſſe attendendam ad poſteriores regulandas tradit Paulus de Caſtr. *in conſ. 142. videtur dicendum in fi. lib. 1.* Dec. *conſil. 263. vol. 3.* Albert. Brun. *conſil. 11. col. 2. circa med.* Rota *deciſ. 16. ſub num. 3. in fi. p. 3. in recen.*

Adeo † ut prima inveſtitura, nec quidem ex certa ſcien- 57
tia in præjudicium vocatorum mutari poſſit *cap. 1.* ubi omnes *de alien. feud. pat.* Rolan. *conſ. 60. n. 32. lib. 1.* Gaill. *obſerv. 49. nu. 25.* Minſing. *obſer. 83. cenſur. 4.* Roſental. *de feud. cap. 6. conſ. 69. litt. m. m.*

Niſi exprimatur formam de utriuſque partis conſenſu fuiſſe mutatam, ut latè apud Corbul. *de Iur. emphit. titul. de cauſ. privat. ob lin. finit. num. 8.* ubi etiam *num. 121.* per multa jura probat ſecundam inveſtituram præſumi per errorem factam.

Quia † præterquam quod attentari poſſet hujuſmodi in- 58
veſtituram conceſſam pro filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus de legitimo matrimonio tantum natis, non eſſe mixtam, ſed ex pacto, & providentia pro deſcendentibus quaſi ad illos verbum illud *hæredibus* reſtringatur, eo quod hæres non naſcatur; ſed fiat; ut per Cravett. *conſ. 38. num. 1. & ſeq.* Natt. *conſ. 138. num. 2. verſ. ulterius, & numer. 2. cum 19. volum. 1.* Socc. jun. *conſ. 72. num. 27. ver. hoc etiam vol. 1.* quos ſequitur, & latè comprobat Roland. *conſ. 67. num. 31. & ſeq. volum. 1. & conſ. 54. numer. 7. vol. 5.* Valaſch. *de iur. emphit. q. 44. num. 13. ver. huic ergo* Afflict. in materia feudali aſſerens ſe firmiſſimè credere hanc eſſe meram veritatem *in c. 1. nu. 11. An Agnati vel fil.* Pinel. de receptiori *in l. 1. p. 3. nu. 88. C. de bonis matern.* juribus, rationibus & auctoritatibus latè comprobat Rim. jun. *conſ. 18. a n. 55. uſque ad 60. lib. 1.* loquens de feudo recepto pro ſe, & hæredibus legitimis, & maſculis. Schrader. *de feud. p. 2. c. 3. n. 23.* Minſing. *obſerv. 8. centur. 4.* ubi quod hanc ſequitur Camera Imperialis in judicando Roſental. *cum relat. de feud. c. 2. concl. 44. c. 48. lib. 6.* Præſertim quia dato pro maſculis, & feminis, ut per Bertazzolum *conſ. civil. 114 nu. 6. cum ſeq. vol. 1.* Admiſſo etiam per ſuppoſitionem inveſtituram eſſe mixtam, adhuc tamen in his mulieribus utraque qualitas, deſcendentiæ, & ſucceſſionis concurrebat. Nicolaus enim ſingulis earum legavit libras mille, in cauſam dotium ſolvendas; quod quidem † legatum titulo, 59
& jure inſtitutionis intelligitur factum, ac ſubinde dicuntur hæredes, ut ex veriori, & crebriori ſententia probant Ruin. *in conſ. 14. num. 6. cum ſeq. vol. 1.* & pluribus congeſtis Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 4. num. 15.* & Craſſ. *de ſucceſſ. in §. Inſtitut. qu. 14. num. 9. ver. idem dic. & in §. teſtamentum q. 35. num. 18.*

† Præſertim quia teſtator juſſit d. legatum inſervire debere 60
pro omni eo, quod in ejus bonis, & hæreditate quavis de cauſa prætendere poſſent: quo caſu ſimplex relictum, etiam ſine dotis expreſſione factum, cenſetur titulo ac jure inſtitutionis Bal. *in l. quoties num. 3. ver. quæro C. de hæred. indi.* & ex crebriori ſententia probat Vaſq. *in auth. unde ſi parens numer. 4. Cod. de Inof. teſtam.* Craſſ. *in dict. §. teſtamentum qu. 35. numer. 16.*

Accedente † maximè clauſula omni meliori modo in eo- 61
dem legato appoſita, quæ ejus eſt virtutis, ut omne legatum cujuſcumque quantitatis, & quovis modo relictum, intelligatur jure & titulo inſtitutionis factum Bald. *in d. l. quoties nu. 3. & in l. humanitatis num. 20. oppo. 4. C. de Impub. & aliis ſubſt.* & ita frequentiori calculo ſentire ſcribentes teſtantur Craſſ. *in d. quæſt. 35. num. 8. ver. quæro quid.* & Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 20. num. 243.* De cujus clauſulæ vi conſule Cyriac. *controv. forenſ. 205. num. 118. uſque ad 129. tom. 2.* emphyteuſi autem mixta ſat eſt filiam in re, vel quantitate certa hæredem eſſe Bart. *in l. ut juſjurandi §. ſi liberi nu. 6. ff. de oper. liber.* & ex com. ſententia probat Surd. *conſ. 108. num. 8. vol. 1.* loquens tam de emphiteuſi, quam de feudo, † & in individuo ſuf- 62
ficere legatum dotis tradit Alex. *conſ. 9. num. 3. lib. 2.* Decian. pluribus congeſtis *conſ. 208. col. ultima ver. nec iſte caſus* Gozad. *conſ. 29. num. 6.* Ruin. *9. num. 9. & conſ. 118. numer. 2. lib. 1.* Natt. *conſil. 128. num. 4. lib. 1.* Curt. jun. *de feudis 2. partic. 2. par. princ. quæſt. 5. num. 8.* Phanuc. *in tract. de Inuentar. par. 6. num. 27.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Menoc. *conſ. 987. n. 30. ver. reſpondetur 1.* ubi loquitur de feudo, *& n.* 38. † ubi ſubdit in puncto filiam hæredem in dote, poſſe fa- 64
ctum patris impugnare, & emphiteuſim ſibi vendicare, cum non ſit inveſtita in quota hæreditatis, ſed in quota bonorum.

† Quicquid dicendum ſit de emphiteuſi hæreditaria, in qua fi- 65
lius in re certa inſtitutus, dato cohærede univerſali, non ſuccedit, quia ad hunc effectum dicitur legatarius ut per Valaſc. cum per eum relatis *de iur. emphit. q. 43. in fi.* Menoc. *conſ. 194. n. 2. & 3. lib. 2.* ut benè comprobat, reiiciens Alexan. ſecus ſentientem *in conſ. 128. nu. 8. lib. 1. & alibi*.

Qui-

66 Quibus † non adversatur quod ejusdem legati acceptatio à dd. filiabus facta censeri debeat cum onere suo, & sic pro toto eo, quod prætendere possent de bonis & hæreditate Nicolai *l.* 1. §. *pro secundo C. de caduc. tollen.* Decius *consil.* 299. *num.* 13.

67 Itavt † acceptans adimplere teneatur, etiam si onus excedat legati emolumentum *l. imperator* §. *si centum de legat.* 2. Castrens. *in l. si cum dotem* §. *si pater num.* 3. & ibi Alexan. *num.* 2. *ff. solut. matr.* Corn. *cons.* 192. *col.* 1. *lib.* 2. Ruin. *consil.*

68 79. Magon. *decis. Florent.* 117. *num.* 12. † quia id onus tanquam limitatum, & ad hæreditatem ac bona testatoris restrictum non se extendit ad bona emphiteotica, quæ quidem de hæreditate, & bonis testatoris esse non dicuntur, ut in puncto tradit Bar. *in l. iusiurandum* §. *liberi ff. de oper. liber. & in leg. item videndum* §. *nunc videamus de pœn. hæred.* Alexan. *cons.* 22. *num.* 6. *lib.* 5. Adden. ad Guido Pap. *dec.* 93. Magon. *d. decis. Florent.* 117. *num.* 16. *& seq.* ubi egregiè comprobat in fortioribus terminis loquens. Et ex his, aliisque ad dictarum mulierum favorem sententiam dixi, quæ quidem ab arbitris post appellationem hinc inde electis confirmata fuit, & in rem judicatam transivit.

ARGUMENTUM.

Emphiteuta specialiter hypothecans, vel pignorans rem emphiteuticam pro tanta quantitate, ut non sit spes luitionis an, & quando illam alienasse dicatur, & à jure suo cadat.

Sententia lata ex falsa causa an sustineatur ex vera in libello non deducta, & an ex jure supervenienti.

Rector male alienans rem Ecclesiæ an illam recuperare possit, & an ejus successor; & an teneatur de evictione, & ad pretii restitutionem.

Et quid in Ecclesia recuperante rem à suo Prælato alienatam.

Rector quando dicatur egisse nomine Ecclesiæ, & quando nomine proprio.

SUMMARIUM.

1 HYpothecari res Ecclesiæ specialiter non potest. Intellige ut nu. 3.

2 *Hypotheca specialis tribuit ius in re, generalis ius ad rem.*

3 *Hypothecare specialiter rem Ecclesiæ potest Emphyteuta, non autem Prælatus.*

4 *Emphyteuta specialiter hypothecans bona Emphyteutica non cadit à iure suo, nec laudemium solvere tenetur.*

5 *Emphyteuta hypothecans specialiter, vel pignorans fundum Emphyteoticum non amittit dominium.*

6 *Creditor ad caducitatem evitandam solvere potest canones rei emphyteoticæ sibi hypothecatæ Emphyteuta non solvente.*

7 *Hypothecans specialiter rem Emphyteoticam pro tanta summa, ut non sit spes luitionis an dicatur alienare, & quid in pignoratione.*

8 *Constituti clausula an operetur alienationem, ita ut Emphyteuta cadat à iure suo.*

9 *Hypothecata re Emphyteutica pro tanta summa, ut non sit spes luitionis, si tradatur possessio incurritur caducitas.*

10 *Hypotheca transit in pignus quando creditor accipit possessionem.*

11 *Pignus, & hypotheca specialis quomodo differant.*

12 *Pignorans rem pro summa excedente illius valorem non habet animum luendi, & alienare dicitur.*

13 *Forensis prohibitus per statutum acquirere domum; non potest illam accipere in pignus pro tanta quantitate, ut non sit spes luitionis.*

14 *Pignoratio pro summa excedente rei valorem an veniat nomine alienationis.*

15 *Actus gestus ex potestate insufficienti, sustinetur ex sufficienti quam gerens habet.*

16 *Ius superveniens ex causa de præterito, convalidat iudicium nullum.*

17 *Sententia lata ex falsa causa confirmatur ex vera.*

18 *Emphyteuta de evictione tenetur Dominus directus.* Intellige ut n. 37.

19 *Successor in beneficio per viam resignationis tenetur stare conductori.* intellige ut n. 31.

20 *Prælatus est similis usufructuario.*

21 *Rector pro rebus Ecclesiæ agit Ecclesiæ nomine.*

22 *Rectores, & Prælati sunt procuratores Ecclesiæ.*

23 *Investitura facta tanquam de bonis devolutis est nulla, si illa devoluta non erant.*

24 *Sententia ex falsa causa lata, an sustineatur ex vera,* & nu. 26.

25 *Ordinarius, si procedit ex delegata iurisdictione, qua carebat, actus non sustinetur ex ordinaria.*

26 *Actus sustineri non potest ex potestate, qua quis non est usus.*

27 *Libellus restrictus ad certam causam, vel actionem an virtute clausularum generalium sustineatur ex alia non expressa.*

28 *Ignorantia de iure præsumitur.*

29 *Voluntas non trahitur ad ignorata.*

30 *Emphyteuta licet cadat ipso iure, requiritur tamen declaratio Domini.*

31 *Investitura nova non potest fieri prætextu caducitatis, nisi præcedat declaratio Domini.*

32 *Successor, an, & quando teneatur servare contractum prædecessoris.*
Contractus invalidus, revocabilis est tam per contrahentem, quam per successorem.

33 *Successor revocat alienationem nulliter factam per antecessorem.*

34 *Ecclesia revocare potest contractum sine solemnitatibus factum, quatenus velit.*

35 *Rector, qui nulliter alienavit bona Ecclesiæ, repetere potest.*

36 *Ecclesia agit spolio, etiamsi ceciderit à possessione facto injusto Prælati.*

37 *Rector, qui nulliter alienavit manutentionem intentare potest.*

38 *Rector dans in Emphyteusim bona Ecclesiæ tenetur nomine proprio de evictione,* non autem tenetur Ecclesia num. seq.

39 *Ecclesia recuperans rem, à Prælato male alienatam an, & quando pretium restituere tenetur.*

40 *Rector agens ad id quod spectat ad Ecclesiam, nomine Ecclesiæ agere intelligitur.*

41 *Rector proprio nomine agere dicitur quando agit super titulo Beneficii.*

DECISIO LXXIV.

CApitaneus Octavius Ferrettus, qui domum valoris scutorum trium millium in circa in Emphyteusim à Rectore Parochialis Ecclesiæ Sancti Salvatoris Genuæ acceperat, illam specialiter, & expressè hypothecavit Illustriss. D. Leonardo Spinolæ pro summa scutorum circiter quindecim millium cum clausula *constituti*, ac facultate apprehendendi propria auctoritate possessionem, apprehensamque usque ad integram satisfactionem retinendi: qua tandem licentia ipse D. Leonardus creditor usus fuit, & obtenta à Iudice assotiatione, fecit se à Colonis in Dominum recognosci, ac de afflictibus responderi.

Interea Rector, d. alienationis ignarus, ad rem gratam faciendam eidem Ferretto, Judicium caducitatis ob canones non solutos contra ipsum instituit, qui colludendo, passus fuit per sententiam D. Vicarii antecessoris mei declarari ex d. capite domum cecidisse in commissum, illamque statim, etiam propriis sumptibus, reinvestiri curavit D. Barbaræ uxori suæ; Inter quam propterea, & D. Leonardum cum coram Rota Genuensi lis orta fuisset, ea pendente, ad notitiam Rectoris Sancti Salvatoris pervenit hypothecatio, seu alienatio perfecta dudum in D. Leonardum facta, ob quam rursus caducitatem declaravit, Judiciumque coram me instituit. Quare de duobus contigit dubitari. Prius erat an hypothecatio præfata in terminis nostris dici posset alienatio, itavt locus esset caducitati: Posterius nunquid Rector, qui jam ex alio capite ficto, & simulato caducitatem declaraverat, novamque fecerat investituram, jure potuerit rursus judicium contra D. Leonardum super isto diverso & vero capite caducitatis instituere.

Et quod attinet ad primum dubium, † quamvis dici soleat rei Ecclesiasticæ specialem hypothecationem esse prohibitam, 1

bitam, ut per Berum *in cap. nulli* per illum textum *num.* 2. & 3. *extr. de reb. Eccleſ. non alien.* latè Redoan. *in tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 6. *à numer.* 12. *uſque ad fin.* qui etiam *numer.* 16. r edit rationem diſcriminis inter genera-
2 lem, & ſpecialem hypothecam, † quia ſcilicet per illam acquiritur jus ad rem, per hanc verò jus in re gloſ. *in leg. ſiiis, qui in rem ſub initio ff. de furt. leg. ſin. Cod. quæ res pign. obligat.*
3 *poſſeſſ.* † Id tamen procedit reſpectu Prælati obligantis, ſeu hypothecantis res Eccleſiæ alienari inſuetas; at ſecus dicendum eſt reſpectu domini Utilis, ſeu Emphyteutæ, cui dubio procul bona Emphyteotica Eccleſiæ etiam ſpecialiter hypothecare, atque pignorare licet gloſ. *in leg. fin. in verb. aliis vendere Cod. de iure Emphyt.* quæ in hoc communiter approbatur, ut ibi per Jaſ. *numer.* 78. *& ſeq.* & poſt alios teſtatur Clar. *in §. Emphyteuſis quæſt.* 18. quam diſtinctionem obiter notent tyrones pro terminorum intelligentia, quia ſemel vidi quemdam Doctorem magni nominis in hoc verecundè deceptum.

4 Et † quod Emphyteuta, ſimpliciter hypothecans, vel pignorans rem Emphyteoticam inconſulto Domino, non cadat à jure ſuo, nec laudemium ſolvere teneatur, tradunt etiam Afflict. *in dec.* 91. *numer.* 3. Boer. *deciſ.* 181. *numer.* 2. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. de caduc. ob rei alien. ver. Emphyteuta, quoque numer.* 31. cum aliis per Cordubam congeſtis *in titul. de cauſ. priv. ob alien. limit.* 13. *numer.* 1. qui, & de communi teſtatur, *& num.* 3. inquit id procedere tam in Eccleſiaſtica, quam in privata Emphyteuſi; quibus accedans Neguſan. *de pignorib.* 2. *par.* 2. *membr. numer.* 43. *& ſeq.* Burg. *de laudem. par.* 2. *inſpect.* 17. *num.* 3. qui plurimos refert Ovid. *de amic.* quæſtionem ad partes diſputans *in tract. de Iure Emphyt. quæſt.* 14. *per totam* Mainard. *deciſ.* 40. *libr.* 4. Faber. *de-*
5 *ciſ.* 67. *C. de iure Emphyt.* † per hypothecam enim, vel pignorationem debitor non amittit rei dominium *leg. reſcript.* 12. *ff. de diſtract. pign. leg. ſi pecunia* 33. *de pignorat. act.* 2. Et ſic Emphyteuta non mutat cauſam dominii *leg. ſicut §. ſi debitor ff. quibus mod. pignor.* Mozz. *in tract. de contract. ſub titul. de act. ad pignor. numer.* 213. ſed pignus in bonis ipſius remanet, neque per illud jus emphyteoticum in aliud transfertur *leg. pignus C. de pignorat. act.* latè Jaſ. *in leg. fin. numer.* 78. *& 79. C. de iur. Emphyt.* Bero. *in c. potuit numer.* 94. *& 95. extr. locati* Corbul. *dict. limit* 33. *numer.* 2. Neguſ. *de Pignor.* 2. *part. membr.* 2. *numer.* 29. Rota cum relatis *deciſ.* 326. *num.* 7. *part.* 1. *diverſ. & deciſ.* 294. *num.* 8. *par.* 1. *in recentiorib.* & dominus directus adhuc habet Emphyteutam obligatum ad Ca-
6 nonem ſolvendum, † quo non ſolvente, poteſt creditor ſolvere ad caducitatem vitandam, alias cadit, ut per Ripam *in l.* 1. *numer.* 19. *ff. de pignor. & hypothec.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 19.

Et hæc quidem de plano procedunt in hypotheca, vel pi-
7 gnoratione intra vires ipſius rei conſiſtente; † Sed non ita conveniunt *ſcribentes* in terminis noſtris, nempè quando res fuit ſpecialiter hypothecata pro tanta ſumma, ut non ſit ſpes luitionis; tunc enim dicitur alienatio *leg. negata §. inutiliter*, & ibi Bar. *ff. de ſuppellect. legat. & leg. qui habebat in princ. de legat.* 3. & ita in terminis tradit Alciat. *in conſ.* 356. *ſub num.* 1. Redohan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. de cauſ. priv. ob rei alien. ver. Emphyteuta quoque num.* 31. ſive prohibitio ſit realis, ſive perſonalis text. in *leg. qui habebat* ubi gloſ. & Bar. *ff. de legat.* 3. *idem* Bar. *in leg. rem legatam ff. de adim. legat.* Alex. *in leg.* 1. *§. per ſeruum ff. de acquir. poſſeſſ.* Soccin. *conſil.* 75. *vol.* 1. noviſſimè Alphonſ. de Guzman. *in tract. de evict. quæſt.* 1. *numer.* 20. Hanc tamen traditionem amplectuntur nonnulli duntaxat in pignoratione; reſpuunt verò in hypotheca ſpeciali, ita ut in eorum ſententia ſi Emphyteuta det in pignus rem emphyteoticam pro tanta quantitate, ut non ſit ſpes luitionis, dicatur alienaſſe, & cadat à jure ſuo; ſecus autem ſi pro ſimili quantitate hypothecaverit, ita expreſsè diſtinguunt Ripa *in l.* 1. *numer.* 12. *ver. intellige ſecundo ff. de pignor.* citans ad hoc Baldum *in capitul.* 1. *§. aut ſi libellario col. fin. quibus mod. feud. amit. in uſib. feud.* Coſta *in tract. de Retrotractione cap.* 8. *caſ.* 10. *num.* 17. *& ſeq.* Borell. *in ſumm. deciſionum tom.* 1. *tit.* 33. *num.* 335. At contra quod imò tam pignorans, quam ſpecialiter hypothecans bona Emphyteotica pro tanta quantitate, ut non ſit ſpes luitionis cadat à jure ſuo, defendunt expreſsè Alex. *in l. ſi res obligata ſub num.* 3. *ff. de legat.* 1. & Neguſant. *de pignor. par.* 3. *membr.* 1. *ſub num.* 30. *ver. item adde*, & ita indiſtinctè poſt alios tenet Ovid. de Amic. *in tract. de iur. Emphyt. quæſt.* 14. *num.* 9. ubi, & alios refert Rodriq. cum relatis in *tract. de annuis redditibus lib.* 2. *qu.* 22. *uu.* 53.

Ego, ut ingenuè fatear, arbitror veriorem æquioremque eſſe priorem ſententiam, non modo quoties hypotheca ſtat in puris terminis nudæ conventionis (prout eſt de ejus natura *leg. ſi rem alienam* 94. *§. proprie ff. de pign. act. §. item Seruiano §. inter pignus Inſtit. de action.*

Verum etiam ubi una cum ea concurrit poſſeſſionis trans-
latio virtute clauſulæ *conſtituti*: † quam quidem tametſi fre- 8
quentiori calculo *ſcribentes* aſſerant ſatis eſſe ad caducitatem incurrendam, quos refert, & ſequitur Corbul. *de emphyt. titul. de cauſ. priv. ob alien. ampliat.* 30. *numer.* 1. *ver. dato quod etiam*; contraria, tamen opinio, ſi ad alium actum proceſſum non fuerit, æquior eſt, plurimoſque habet aſſeclas, quos congerit ibidem Corbul. *numer.* 3. & Gregor. VX. *deciſ.* 520. *num.* 6. ubi hanc appellat magis receptam ſententiam; & ita etiam reſoluit Rota *in Urbevetana hæreditatis* 24. *Novembris* 1614. *coram Manzanedo* ubi dicitur hanc ſententiam eſſe æquiorem, & à graviſſimis Doctoribus approbatam, & ibi Rota receſſit ab alia deciſione in eadem cauſa facta, ubi contrarium fuerat reſolutum, & hanc amplecti ſolet ſententiam ut refert Beltram. ad Greg. *dec.* 388. quam etiam egregiè defendit Ovid. de Amic. *in tract. de iur. emphyt. quæſt.* 2. *à numer.* 3. *uſque ad fi.* ubi etiam contrariis ſatisfacit. Quoniam verò in hac facti ſpecie Dominus Leonardus Spinola virtute ejuſdem clauſulæ jamdiù adeptus fuerat realem, & corporalem dictæ domus poſſeſſionem, profectò ceſſat omnis hæſitatio; † tunc enim ſi non ſit ſpes luitionis, dicitur 9
res alienata, ad effectum, ut laudemium debeatur, & caducitas incurratur, ut poſt alios, quos adducit, tradit Corbul. *de cauſ. privatio. ob alien. limit.* 33. *in fi.* Gomeſ. *in Commentar. ad leges Tauri leg.* 23. ubi quod ita communiter DD. tenent Burgius, cum per eum relatis in *tract. de laudem inſpect.* 17. *numer.* 4. *& 7.* & deduci videtur ex *leg. legata §. ſuppellectili*, ubi Bar. *numer.* 1. *ff. de ſuppellect. legat. leg. qui habeat de legat.* 3. *cum ſua gloſ. in verb. redacta*, ex quibus juribus probatur creditorem bona ſibi hypothecata, ſeu pignorata retinere quaſi conſenſu debitoris præſumpto, tum ex penuria debitoris, tum ex cumulo uſurarum, quæ omnem ſpem debitori abſtulerunt, ut bene dicta jura inducit Petr. Molignat. *in tract. de appell. utriuſque iur. extenſ. ſub num.* 39. *ver. alienationis appellatione.*

Et † ratio quidem eſt in promptu, quia quando creditor 10
corporalem accipit rei hypothecatæ poſſeſſionem, tunc hypotheca tranſit in pignus ut notabiliter tradit Salycetus *in leg.* 3. *numer.* 1. *ver. iſte intellectus Cod. de pignor.* poſt Bar. *in leg. ſi rem* 9. *ff. de pignorat. act.* & probat text. *ibidem in §. proprie*, & rurſus in *§. ſerviana ver. inter pignus Inſt. de act.* & egregiè defendit Bero. *in cap. nulli ſub numer.* 84. *ver. quarta extr. de reb. Eccleſ. non alienan.* † nulla enim inter pignus, & hypo- 11
thecam aſſignari ſolet differentia præter hanc, ut ſcilicet in pignore tradatur poſſeſſio, in hypotheca vero nequaquam, ut benè deducit Berous *loco cit. & rurſus ibidem num.* 85. *verſic. ſed capiendo* † unde intrat regula, quod qui plus acquirit 12
ſuper pignore, quam illud valeat, jam animum luendi habere non cenſeatur. Bald. *in c.* 1. *§. aut. Quibus mod. feud. amitt.* Burgius cum per eum relatis *de laudem qu.* 33. *nu.* 4. *& 7.* ubi quod ideo Domini conſenſus expoſcitur Amadeus *in quæſt. in laudemial. qu.* 33. *nu.* 4. ubi quod Emphyteutæ ita palliare ſolent alienationes ad fraudandos Dominos director juribus, & laudemiis Bertacch. *in tract. de Gabell. in* 3. *part.* 8. *quæſt. princ. nu.* 12. *verſic. item*, *& in pignoratione*, ubi propterea infert hoc in caſu inarrare ſtatutum ut ex alienationis contractu ſolvenda ſit Gabella.

Et † hinc eſt quod ſi forenſis lege municipali prohibeatur 13
acquirere domum, non poteſt accipere domum in pignus pro pretio æquivalenti, eo quod non ſit ſpes lutionis, ut notabiliter tradit Alex. in Addit. ad Bart. *in leg. qui habebat de legat.* 3. *ex deciſ. Nicola. de Neap.* & Bald. *in l. fin. num.* 3. *Cod. de reb. Eccl. non alien.* Petr. Molignat. *in tract. de Appell. utriuſque iur. extenſ. nu.* 39.

Hinc † rurſus ajebat Bald. *in leg. final. numer.* 1. *Codic. de* 14
reb. Eccleſ. non alien. in ſtatutis odioſis, & pœnalibus ſtrictè interpretandis ſub nomine alienationis non contineri pignus, niſi ad eam aſcendat quantitatem, ut non ſit ſpes luitionis, ſequitur latè Molignat. *loco citat. ſub numero* 39.

Neque faceſſit negotium quod D. Leonardus Spinola non ſimpliciter nactus fuerit ejuſdem domus poſſeſſionem, ſed cum clauſula, *donec de fructibus fuerit ſatisfactus*, ideò enim decretum judicis ſic cantat, quia ita etiam conceptum fuit inſtrumentum obligationis, & hypothecationis Ferretti.

retti . Verum compertum est in facto creditum Spinolæ , quemadmodum in sorte principali notabiliter valorem dictę domus excedit , sic etiam causare interesse , quod longè superat pensiones , quæ ex ipsa domo rediguntur , itavt non possit dari casus , ut ullo unquam tempore sit de fructibus satisfactus , & consequenter jam cessat prorsus omnis spes luitionis , & Ecclesia remaneret suis juribus , & laudemiis defraudata contra ea quæ dicebam supra *nu.* 12. Unde declarationi caducitatis dubio procul in terminis nostris locus erat ad hunc articulum vide infra *dec.* 120. *par.* 2. ubi latè de materia hac differui .

Transeundo modò ad posteriorem articulum , & admisso, quod hypothecatio cum possessionis apprehensione in casu isto alienationem importaverit ; non tamen videbatur modernum Rectorem potuisse ex hoc capite caducitatem intentare ; primo quia , cum hæc alienatio prætendatur facta à Ferretto antequam Rector antecessor judicium caducitatis , contra ipsum ex capite canonis non soluti , moverit , profectò magis inde justificata remanet sententia D. Vicarii Anteccessoris , & investitura exinde ad favorem D. Barbaræ , facta ; quæ quidem cum diceretur per collusionem sequuta ex falsa causa caducitatis ; sustineri deberet ex isto alienationis capite , ex quo ipsemet Rector præ-
15 tendit resultare veram caducitatem , † quoniam gerens actum ex una potestate non sufficienti , si aliam habet sufficientem , sustinetur actus Bart. *in leg. ambitiosa in fin. ff. de decretis ab ordinario faciendis , & in qu.* 5. *incip. Adunantia nu.* 1.

16 Et jus superveniens ex causa de præterito convalidat judicium alias nullum *leg. si rem mihi dederit* §. *fin. ff. de pignoratitia actione lege si mandavero ff. mand.* Alex. *colum. fin. in princ. versic. quia superveniſſe lib.* 2. latè Bellon. *consil.* 25. *nu.* 3. *cum sequenti* Rota Genuens. plurimos referens *in decis.* 198. *num.* 4. & 5. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 531. *num.* 13. etiam si superveniat post finitum judicium , appellatione pendente Bald. *in lege per hanc numero sexto ad medium Cod. de temporum appellatione.* Aretin. *in lege hæres quandoque columna secunda in princ. de acquiren. hæred.* Rota Genuen. & Gratian.
17 *locis proximè citatis* ; † & quod sententia lata ex falsa causa ; possit confirmari ex vera , probat textus, *in lege Titianus ff. de eo , quod met. caus.* & firmat Baldus *in cons.* 304. *prima ratio sub nu.* 1. *lib.* 3.

Secundo hoc idem confirmari videtur ex eo , quod nec Rector ipse qui investituram dictæ Barbaræ fecit potuit ejusdem investituræ allegare simulationem , propriamque turpitudinem , & multo minus , ea non attenta , intentare caducitatem ex alia causa , auferendo domum à dicta Bar-
18 bara : cui illam investivit , † cum imò potius teneatur ei de evictione , eamque ab omni extranea vexatione defendere , ut notant *scribentes in cap.* 1. *de investitur. de re alienat. fact. in Usib. feudor.* Albericus *in lege habebat* §. *final. de institutoria* Oldrad. *cons.* 312. *lib.* 3. *par.* 2. Caballin. *in tract. de evictione* §. 4. *nu.* 55. Imola. Aretinus Alexander , & Ripa *in lege si aliquam rem ff. de acquirenda possessione* Valasc. *de iure emphyteut. co c.* 39. *n.* 32. Surdus *cons.* 359. *n.* 25. *lib.* 3. & latius *in dec.* 290. *à n.* 10. *usque ad fi.* ubi ampliat etiam si ab initio Emphyteusis data fuerit titulo lucrativo , novissimè Alphonsus de Guzman. *in tract. de evictionibus* 19. *qu.* 36. *nu.* 1. *& deinceps* , & quem de evictione tenet actio , eumdem agentem repellit exceptio *leg. vendicantem ff. de eviction.*

Nec rector modernus indicium prosequi potuisse videba-
19 tur , cum successerit illi per viam resignationis , † qui propterea tenetur stare conductori , ut distinguendo firmat Polydorus Ripa *observ.* 132. illam sui dicti rationem adducens , quod Prælatus eodem jure censetur , quo usufructuarius juxta tradita per Covarr. *in cap. cum in officiis n.* 1. *de testamentis* , & propterea non secus ac successor usufructuarii , qui facto suo desiit esse talis observare tenetur conditiones per anteccessorem suum appositas , ut ibi per eundem Polydor. Ripam.

Sed , & perperam , ac nulliter egisse videtur Rector præfatus , quia suo , non Ecclesiæ nomine judicium caducitatis
21 proposuit ; † cum tamen quando Rector agit pro bonis , sive juribus ad Ecclesiam spectantibus , agendum sit non proprio , sed Ecclesiæ nomine , ut distinguendo tradit Natta *in cons.* 562. *n.* 9. *lib.* 3. *ubi nu. seq.* eam reddit rationem , quia
22 † Rectores , seu Prælati procuratores sunt , non domini , eisque administratio est duntaxat concessa *capitulo secundo de donationibus*, & probatur *in capitulo litteræ* ubi latissimè Abbas *de dilationibus* cum aliis *ibidem* allatis à Natta , & tradit etiam Rota *in decis.* 14. *n.* 3. *parte secunda divers.* qua nullitate stante , videbatur Ferrettus saltem ab observatione judicii absolvendus .

Hęc tamen , & similia satis levia visa sunt , & ideo ad favorem Rectoris Sancti Salvatoris pronunciavi , nimirum Capitaneum Ferrettum cecidisse in commissum ex capite dictæ alienationis D. Leonardum Spinolam factæ , per supradicta in primo puncto Nec attendenda fuit investitura D. Barbaræ concessa , quæ quidem inanis fuit, & nulla , quia præter quam quod facta fuit vigore sententiæ per manifestam collusionem latæ , ut inter partes non controvertebatur , † utique extitit etiam invalida , tan- 23
quam facta de bonis devolutis, quæ re vera devoluta non erant Paulus de Castr. *in consil.* 72. *numer.* 1. *libro* 2. Decius *consil.* 606. *num.* 15. Decianus *consil.* 73. *num.* 36. *lib. secundo* Rota *decis.* 124. *sub num.* 2. *in fine parte prima in recentioribus.*

Neque ullo pacto sustineri potuit ex vera causa devolutionis , nempè alienationis inconsulta Ecclesia factæ , quia cum libellus ad falsam causam devolutionis restrictus fuisset, 24
non sustinetur sententia , ex alia causa in ipso libello neque specialiter , neque generaliter comprehensa , juxta textum *in c. Abbate sane* §. *seu ad hæc , & §. quare de sent. & re iudic. cum sua materia.*

Quemadmodum † videmus in simili ; quod si ordina- 25
rius procedit uti delegatus , & ad delegatam jurisdictionem se restringit , qua tamen carebat , actus non subsistinetur prætextu ordinariæ jurisdictionis , cujus respectu poterat exerceri . Hostiens. Imol. & Abb. & cæteri in *capitulo cum ex officio* ubi etiam Felyn. *nu.* 25. *vers. octava conclusio de Rescript.* Rota *decis.* 1. *nu.* 8. *parte quarta in recentior.* ubi redditur ratio generalis , quia qui ex valida potestate procedere poterat , & ex invalida procedit , nihil agit Roman. *cons.* 343. *num.* 5. Puteus *decis.* 83. *nu.* 3. *libro secundo* & † est Regulare ut actus 26
sustineri non possit ex potestate , qua quis non fuit usus Romanus *cons.* 446. *num.* 6. & in materia caducitatis tradit Hondedeus *cons.* 56. *nu.* 81. *lib.* 1. post Acchil. de Grassis quem citat in *dec.* 15. *de procurationibus in manuscriptis* Grat. *dec.* 49. *nu.* 38. *& seq.*

Sic itaque licet Rector Sancti Salvatoris tunc temporis agere potuerit ex vera causa caducitatis , cum tamen se ad falsam restrinxerit judicium fuit nullum per supradicta : † præsertim , quia nec quidem in processu probata ; nec 27
allegata fuit vera causa alienationis unde nec prætendi potest, quod virtute clausularum generalium in calce libelli apponi solitarum actor obtinuerit ex causa probata , licet non expressa , juxta traditionem Cumani , & Alexandri *in lege si ita stipulatus* §. *Grisogonus ff. de verb. obligatione* , & Soccini *in leg. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquirenda poss.* & Canonistarum *in cap. significantibus de libelli oblatione* . Quamquam nec quidem id locum sibi vendicet quando , ut in casu nostro , actor ad certam causam se restrinxit, tunc enim clausulæ generales nihil operantur ut post Soccinum *in dict. cap. significantibus in* 13. *artic. quæst.* 2. tradunt Parisiensis *consil.* 232. *numer.* 13. *lib.* 1. Antoninus *variarum resolut. lib.* 2. *resolut.* 52. *num.* 9. & Judex dicitur ad narrata se restrinxisse Puteus *decis.* 184. *numer.* 6. *par.* 2. quæ quidem admittenda sunt facilius in casu nostro , ex quo Rector nullam dictæ alienationis notitiam habebat , ut inter partes supponitur , † ac etiam de jure præsumitur *leg. verius Cod. de* 28
probatione Felyn. *in cap. quosdam de præsumptionibus* Soccinus junior. *in cons.* 36. *num.* 17. *lib.* 1. Marianus *in leg. is potest n.* 224. *ff. de probatione* Natta *cons.* 15. *nu.* 7. Surdus cum per eum congestis *in cons.* 150. *nu.* 41. *vol.* 1.

Unde non est possibile, Rectorem ex illo capite caducitatem acceptare , novamque facere voluisse investituram, quia † voluntas non trahitur ad ignorata *l. si per errorem ff. de Iu-* 29
risdictione omn. Iud. Menoc. *cons.* 57. *nu.* 28. Surdus, qui exornat *in d. cons.* 150. *num.* 42. *cum plur. sequentibus* Grat. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 440. *nu.* 24.

Præterea (id , quod rem clarissimam reddit) † tamet- 30
si caducitas ob alienationem incurratur ipso jure , id tamen intelligitur Domino volente , & declarante , itavt declaratio necessaria sit ad hoc , ut res cum effectu dicatur cecidisse in commissum , ut probatur *in leg.* 2. ibi , *sed omnimodo si Dominus voluerit repellendo Cod. de iure emphyteutic.* & tradunt communiter *scribentes* , & signanter Alexand. *consil.* 106. *num.* 4. *& cons.* 113. *num.* 15. *lib.* 4. Jason. *in lege fin. numer.* 104. *in fin. Cod. de iur. Emphyteu.* Curtius junior *in consil.* 109. *num.* 11. *& consil.* 110. *num.* 23. *lib.* 2. qui hanc appellat

com-

communem omnium conclusionem, sequitur Clarus *in* §. *emphyteusis quæst.* 9 *num.* 1. Corbula *de caus. privat. ob non solut. canon. limit.* 21 *num.* 7. Burgos. *de laudem par.* 3. *inspect.* 20. *num.* 29. ubi quod caducitas requirit scientiam, & declarationem Domini cum aliis per me latè congestis in *decision*.....

31 † qua declaratione cessante, non potuit fieri nova investitura in præjudicium antiquæ Abb. *conf.* 67. *num.* 3. *&* 4. *libr.* 2. Dec. *conf.* 148. *num.* 3. *in fin.* Corn. *conf.* 74. *colum.* 2. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 154. *numer.* 4. *lib.* 1. Magon. *decis. Florent.* 117. *numer.* 40. Cum itaque antequam Rector Sancti Salvatoris investiret d. Domum D. Barbaræ, non declarasset caducitatem ex capite alienationis, quam prorsus ignorabat, ridiculum est dicere judicium caducitatis, contra Capit. Ferrettum tunc ob canonem non solutum motum, & investituram exinde secutam, sustineri ex isto capite caducitatis, nec declaratæ, nec cognitæ; & in terminis quod si Dominus directus alium investiendo expressit aliam causam, non autem illam, ex qua re vera emphyteuta ceciderat à jure suo, non dicatur ad hunc effectum facta declaratio caducitatis à jure requisita firmant Ruinus *in conf.* 168. *sub num.* 18. *cum sequenti lib.* 1. Corneus *conf.* 105. *licet in hac, colum.* 2. *lib.* 1. quos refert, & sequitur Tobias Nonius *in conf.* 2. *nu.* 53.

32 Eademque † facilitate tollitur secundum obiectum, id enim quod dicitur successorum per viam resignationis, teneri stare locationi antecessoris, intelligitur de actu valido, secus verò dicendum est de actu nullo ut egregiè per Geminian. *in conf.* 17. *nu.* 1. ubi docet duo requiri ad hoc ut contractus per Prælatum gestus transeat irrevocabiliter in successorem, prius est ut ille in se sit validus, invalidus namque revocabilis esset, tam per ipsum contrahentem *capitulo nostri* cum ibi plenè novatis de *Electione capitulo si quis Præsbyterorum de rebus Ecclesiæ non alienandis*, quam per successorem etiamsi super illius observantia fuisset adiecta pœnę ut in *capitulo secundo de præcario capitulo quod quis trigesimaquinta quæstione nona*, posterius quod requiritur ei ut contractus ex ejus forma, & solemnitate sit realis, non personalis ut

33 latius per eumdem Geminian. † Et quod successor possit malè per antecessorem suum alienata revocare, firmat etiam Zerula *in prax. Archiepiscopalis par.* 1. *verbo successor.* §. 1. latè Surdus *consil.* 183. *per totum lib.* 2. & signanter *num.* 38. *&* se-

34 *quenti* † ubi propterea advertit contractum nomine Ecclesiæ celebratum claudicare, itaut si celebratus sit absque necessariis solemnitatibus possit quidem Prælatus illi stare, sed nota teneatur invitus, & sic ex una parte est obligatorius, & ex alia non, ut probatur in §. *si verò in Authent. de non alien.* & habetur per Bald. *in lege contracinis in fine ff. de pact.* latè Lambertengh. *de contract. eorum & cætera in fine nu.* 166. *& deinceps* qui quidem *num.* 282. *& sequenti*, concordat Doctorum sententias inter se pugnantes: sequitur Surdus *dicto conf.* 183. *nu.* 39.

35 Quin † etiam, ipsummet Rectorem alienantem, rem ipsam nulliter alienatam repetere posse, ac factum proprium impugnare, non obstante juramento in contractu appositio tradit Abbas *in capitulo secundo in fine de iure iurando. Nullus in tractatu de dote in septima parte princip. limitatione decima secunda numero decimo quinto* Pinellus *in lege prima C. de bon. matern. parte tertia numero septimo tertio versiculo, idem probatur* latè Berous, *in quæstione familiari vigesima octava per totam*, *& in consilio octuagesimo octavo numero undecimo volumine primo* Soccinus jun. *in consilio sexagesimo numero sexto volumine tertio*. Phanucc. *in tractatu de Inventar. parte tertia numero centesimo septimo* cum per eum relatis Surdus *dicto consil.* 183. *num.* 43. *lib.* 2. *& in tract. de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 38. *num.* 8. Cavalcan. *in tract. de tutor. & Curat.* 162. Guttier. *de Iuramen. confirm. par.* 1. *c.* 1. *nu.* 96. Petr. Barbos. *in leg.* 1. *ff. solut. matrim. par.* 15. *num.* 17. *&* 19. Cald. Pereira *de Nomin. Emphyt. quæst.* 19. *n.* 72. *cum seqq. & in tract. de Emph. & Vendit. c.* 26. *n.* 17. Ugolin. *in tract. de potestat. Episc. cap.* 14. §. 5. *num.* 2. Nauarrus *in conf.* 53. *nu.* 5. *&* 6. *sub tit. de sentent. excomm. lib.* 5. ubi quod non solum potest, sed etiam tenetur Honded. *in conf.* 22. *num.* 43. *&* 46. *vol.* 2. Verall. *decis.* 170. *num.* 6. *par.* 3.

36 Adeo † ut & Ecclesia agere possit spolio, esto quod ceciderit à possessione facto injusto Prælati *cap. accidens il primo ut lit. non contestat.* secundum unum intellectum ut ibi per Abb. *num.* 19. & Ripa *in cap. sæpe num.* 14 *de restit. spoliat.* Alex. *conf.* 92. *colum.* 2. *lib.* 1. Veral. *ubi sup. nu.* 3. Card. Seraphin. *decis.* 117. *num.* 3.

37 Et † ipsemet alienans manutentionem intentare valeat, quippe qui ex hujusmodi contractu nullo, nullam transtulit possessionem Bart. *in l. si vir uxori num.* 3. *ff. de acquiren. possess.* Verall. *dec.* 182. *nu.* 8 *p.* 3. Beltramin. *ad decis. Greg.* 116.

Quod autem addebatur Rectorem Sancti Salvatoris, sive ejus successorem repelli, ex quo de evictione tenetur, facilè subuertitur; quia quicquid sit de Rectore antecessore, à quo facta fuit investitura D. Barbaræ, † contra quem illa 38 agere poterat de evictione, ad quam nomine etiam proprio tenebatur, ut per Innocent. *in cap. si quis præsbyterorum in princ. extr. de rebus Ecclesiæ non alien. ubi etiam* Imola *nu.* 19. *& seq.* & Baldus *num.* 16. Rota *in Placentina evictionis* 5. *Maii* 1589. *&* 2. *Aprilis* 1590. *coram Cardin. Plato*, *& in firmana bonorum* 16. *Ianuarii* 1585. *coram Litta*, Ecclesia tamen non tenetur de evictione imò verò nec quidem ad pretium restituendum, sed nullo dato pretio rem malè alienatam repetit, itavt emptor contra illam, non possit pro pretio uti retentione Rebuff. *in compend. alienat. numer.* 110. *&* 115. *& in comment. ad leg. bonæ fidei ver. vigesimus quartus ff. de verb. signif.* Vant. *in tract. de Nullitate tit. quoties*, *& intra quod tempus num.* 54. Hieron. Porteles *de Consortibus cap.* 15. *num.* 11. qui post alios declarat id procedere nisi pretium in Ecclesiæ utilitatem versum fuisset; ut ibi per eum *num.* 20. & sic in quantum ipsa facta est locupletior, ut etiam advertit Ugolin. *de Offic. Episc. capitulo* 14. §. 5. *in fine per text. in extrav. ambitiosæ in fin. de rebus Ecclesiæ non alien.* qua de re videndus est Surd. *in consil.* 184. *numer.* 44. *& seq.* ubi post alios quos refert, observat, Prælatum malè alienantem teneri ad pretium restituendum, Ecclesiam vero nequaquam, nisi duobus concurrentibus, videlicet quod Prælatus non fit solvendo, & quod Ecclesia facta fit locupletior; idque speciale esse in venditione in odium emptoris, in cæteris verò casibus Ecclesiam ad pretii restitutionem teneri, quandocumque rem suam recuperat, ut per Bald. *leg. fin.* §. *emptor in princip. C. commun. de legat.*

Denique non refragatur prætensa nullitas processus, quæ resultare dicebatur ex eo quod Rector egerit ad caducitatem nomine proprio; † quia pro nunc sufficiat respondere, quod 39 quando Prælatus, vel Rector aliquid gerit, quod pertinet ad Ecclesiam, cujus habet administrationem, semper nomine Ecclesiæ gerere intelligitur, quia censetur agere sive contrahere administratorio nomine, sive nomen proprium exprimat, sive appellativum, ut post Specul. Bart. Card. Abb. & alios tradit, & latissimè examinat Soccin. sen. *conf.* 34. *per totum volum.* 3. & signanter *num.* 4. sequitur Surd. *conf.* 183. *nu.* 41. *vol.* 2.

Et quod ad hoc ut quis dicatur agere nomine Ecclesiæ, sufficiat ut agat uti Rector, vel Prælatus illius Ecclesiæ, quia tunc non potest dici quod agat nomine proprio, qui enim agit nomine Ecclesiastico provt est nomen Rectoris, non intelligitur agere suo jure, sed nomine Ecclesiæ probat text. *in c.* 1. §. *fin. de Rest. spol.* & tradit explicitè Glos. *ibi in verb. opponatur*, & quod semper dicatur agere nomine Ecclesiæ, qui deducit in libello jus ipsius Ecclesiæ tradit Natta allegatus in *d. conf.* 562. *nu.* 14. *lib.* 3.

Tunc † autem nomine proprio egisse censetur beneficia- 40 rius, quando super titulo beneficii non quidem super re Ecclesiæ litem movit, ut habetur per Innocent. *in cap. quia ad med. in vers. quidam tamen*, & ibi Hostiens. *nu.* 3. *ad fin. & nu.* 4. Butr. *sub nu.* 11. *ver. ex his* Bellamer. *num.* 4. *in fi. ver. quæres etiam* Abb. *num.* 9. 10. *&* 11. *ver. tertius casus extr. de Iudic.* Ad quæ vide quæ dixi *in decis.* 98. *nu.* 21. *&* 29.

ARGUMENTUM.

Metus in causa matrimoniali quando, & à quibus testibus probetur. Metus justus qualis dicatur. Metus reverentialis, an, & quando sufficiat ad matrimonium irritandum. Parentes, an, & quomodo filios ad matrimonium urgere, vel ab illo abducere valeant.

SUMMARIUM.

1 *Testes omni exceptione majores, an, & quando in causa matrimoniali requirantur.*
Et an in rato, quam in consummato matrimonio, num. 24.

2 *Metus non probatur per testes, nisi sint omni exceptione majores.*
Declara ut n. 36.

3 *Testes esse omni exceptione majores, an, & quando sit articulandum, & probandum.*

4 *Ami-*

4 *Amicus pro amico, an, & quando ſit integer teſtis,* & num. 37. & 41.
5 *Domeſticus non eſt integer teſtis.*
Fallit in cauſa matrimoniali n.26.
6 *Familiaris patris mei, meus dicitur familiaris, ideo repellitur à teſtificando.*
7 *Conſanguineus non eſt integer teſtis adverſus matrimonium.*
Contrarium eſt verius n.26. & ſeq.
8 *Famulus non admittitur in teſtem.*
9 *Famulus contra matrimonium non probat.*
Declara ut n.48. & ſeqq.
10 *Teſtes varii, an, & quando invicem conquaſſentur,* & nu. ſeq.
11 *Singularitas diverſificativa in ſubſtantialibus, æquiparatur ſingularitati obſtativæ.*
12 *Teſtes varii in neceſſariis non ſunt omni exceptione majores.*
Intellige ut num.51.
13 *Proteſtatio, ante contractum emiſſa, non ſuffragatur niſi tempore contractus repetatur.*
Limit. ut n.52. & 53.
14 *Proteſtatio in abſentia partis facta, nihil operatur ad contractum invalidandum.*
Limit. ut n.56.
15 *Metus ad matrimonium irritandum qualis eſſe debeat,* & num.68. & 69.
16 *Metus incuſſus non eſt ſufficiens ad matrimonium irritandum.*
Limit. ut n.71.
17 *Amor paternus, & maternus incomparabilis.*
18 *Metus cadens in virum conſtantem dicitur quando eligitur minus malum ad maius vitandum.*
Contrarium eſt verius n.72.
19 *Metus non probabilis, non irritat matrimonium.*
20 *Metus non eſt iuſtus quando quis poteſt magiſtratum adire.*
21 *Metus non præjudicat tertio ignoranti, & de eo non participanti.*
Contrarium eſt verius n.74.
22 *Parentes poſſunt increpatione paterna cogere filiam ad matrimonium celebrandum.*
Declara ut n.75.
23 *Metum paſſus ſi ad locum tutum pervenit, tenetur proteſtare, alias non auditur.*
24 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur ad annullandum matrimonium tam ratum, quam conſummatum.*
25 *Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.*
26 *Conſanguinei, & domeſtici in cauſa matrimoniali, etiam contra matrimonium ſunt omni exceptione maiores,* & 43. & ſeq.
27 *Parentes, an, & quando admittantur in teſtes in matrimoniali cauſa.*
28 *Teſtium numerus ſupplet eorum defectum, etiam ubi requiruntur omni exceptione majores.*
Declara ut n.34.
29 *Teſtium numerus, an ſuppleat eorum defectum in cauſa matrimoniali,* & n.33.
30 *Metus præſumitur ex vultus pallore, & voce demiſſa.*
31 *Metus præſumitur ex nimia feſtinantia.*
32 *Metus præſumitur ex animi acceſſione, & repugnantia.*
33 *Teſtium numerus ſupplet defectum in cauſa matrimoniali conjecturis concurrentibus.*
34 *Teſtium numerus, an ſuppleat eorum defectum ubi ſinguli aliquam patiuntur exceptionem.*
35 *Metus illatus intra domeſticos parietes, an probetur ex teſtibus non integris.*
36 Ferrettus conſ.140.n.4. *declaratur.*
37 *Amicus, an ſit teſtis omni exceptione maior,* & n.41.
38 *Teſtis inſtrumentarius, an, & quando dicatur approbatus à partibus.*
39 *Teſtes in teſtamentis præſumuntur à partibus rogati ſecus in inſtrumentis.*
40 *Familiaris familiaris, vel conſanguinei mei à teſtimonio non repellitur.*
41 *Amicus ex aliorum teſtium integritate integratur.*
42 *Exceptionibus in judicio competentibus quando ex non oppoſitione dicatur renunciatum.*
43 *Metus coram extraneis perſonis illatus non præſumitur.*
44 *Lucem odit qui male agit.*
45 *Metus à patre, vel matre filiæ illatus non bene probatur per teſtes extraneos.*
46 *Sacerdos teſtis magis probat quam laicus.*
47 *Teſtis habilitas, vel inhabilitas ſpectatur de tempore examinis.*
48 *Famulus ſi famulari deſiit, eſt integer teſtis.*
Limita ut n.ſeq.
49 *Famulus etiam poſtquam famulari deſiit non eſt integer teſtis ſi adhuc durat reverentia, & amor.*
50 *Famulus præteritus reſpectu retroacti ſervitii non eſt teſtis omni exceptione maior.*
51 *Teſtes non dicuntur varii, neque contrarii, ſi unus plus quam alter deponit.*
Hæct. Felic. alleg.25.n.21. *declaratur.*
52 *Proteſtatio in dependentibus à voluntate proteſtantis removet conſenſum ab actu futuro.*
53 *Proteſtatio præcedens etiam ſi non repetatur tempore actus operatur ſtantibus præſumptionibus metus.*
54 *Proteſtatio coadiuuat probationis metum.*
55 *Metus præcedens per actus ſubſequentes arguitur.*
56 *Proteſtatio facta in abſentia partis, quando in præſentia fieri non potuit, ſufficit.*
57 *Proteſtatio metum patientis non requiritur de neceſſitate.*
58 *Iuramentum ſuppletivum in cauſa matrimoniali non defertur.*
59 *Fallit ſi fuit pluſquam ſemiplenè probatum.*
60 *Iuramentum ſuppletorium non defertur mulieribus.*
61 *Limita ubi fuit pluſquam ſemiplenè probatum.*
62 *Metus reverentialis, an, & quando ſufficiat ad matrimonium annullandum.*
63 *Minæ tacitæ una cum metu reverentiali ſatis ſunt ad matrimonium invalidandum.*
64 *Preces importunæ eius, cui debetur reverentia iſtum metum inducunt.*
65 *Metus amiſſionis dotis, vel bonorum eſt iuſtus ad effectum irritandi matrimonii.*
66 *Minæ tribus concurrentibus inducunt iuſtum metum.*
67 *Minæ abſque verberibus ſufficiunt ad matrimonium irritandum.*
68 L. metum la ſeconda, ff. de eo quod met. cauſ. *exponitur.*
69 *Metus cadens in virum conſtantem intelligitur reſpectivè ad patientis qualitatem.*
70 Cap. conſultationi de ſponſal. *exponitur.*
71 *Metus reverentialis Matris auſteræ, & ſolitæ exequi minas, cadit in muliere conſtantem.*
72 *Metus mali abſolutè, an in ſua gravitate penſetur, vel comparativè ad maius malum.*
L. metum la prima, ff. quod metus cauſa, *exponitur.*
73 *Metus probatur per locum à veriſimili.*
74 *Metus à tertio illatus ignorante alio contrahente, irritat matrimonium.*
75 *Parentes mediis ſuavibus, non autem metu poſſunt filios ad matrimonium inducere, vel ab illo abducere.*
76 *Parentes per metum inducentes filios ad matrimonium, quando peccent, & quando incidant in excommunicationem.*
77 *Metus durare præſumitur durante cauſa metus.*
78 *Metus non dicitur purgatus niſi quis in plena ſit libertate conſtitutus.*
79 *Conſenſui nihil ſub Cœlo magis contrarium, quam metus.*

DECISIO LXXV.

REcuſante Barbara de Zandemariis Parmenſis debitum reddere Marco Antonio Barillio, cum quo matrimonium per verba de præſenti contraxerat, ac judicium nullitatis matrimonii tamquam per vim, & metum ſibi à Lucretia ejus matre incuſſum; contracti proponente. Quamvis Marcus Antonius vix cæpto judicio quieverit, cum tamen de cauſa graviſſima ageretur, ego illius defectum ſupplens, illam accuratiſſimè videre volui. Ac propterea motivando dicebam Barbaram verſari in caſu ſuccumbentiæ, cum quod de allegato metu non videretur legitimæ conſtare, tum etiam quòd quatenus probaretur non tamen talis eſſet, qui ad matrimonium irritandum ſufficeret.

Quod autem de metu non conſtaret deduci poterat ex eo quod † in cauſa matrimoniali requiruntur Teſtes omni 1

exceptione majores ; præſertim ſi contra matrimonium deponant , text. *in cap.* 1. & ibi gloſſ. *in ver. maiores de conſanguin. & affin.* ubi Anton. de Butr. *in* 8. *notab.* Abb. *ſub num.* 5. & aliis plures congeſtis per Gabr. *in tit. de teſtib. concl.* 8. *num.* 1. Covar. *in epit. de ſponſal.* 2. *par. cap.* 8. *nu.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 1022. *num.* 4. & 10. *lib.* 2. qui de magis commun. *& concl.* 1019. *num.* 10. ubi ait ab hac ſententia in conſulendo , & judicando non eſſe recedendum , quod idem inquit Burſatt. *in conſ.* 359. *per totum lib.* 4. & pulchrè Gramat. *in conſ. crim.* 26. *num.* 48. *& ſeqq.* Farinac. *de oppoſit. contra teſtes quæſt.* 62. *lim.* 6. *num.* 15. *& num.* 106. *&* 107. ubi alios congerit Gratian. cum per eum adductis *diſcept. forenſ. cap.* 754. *nu.* 44. *tom.* 4. Honded. *conſ.* 77. *nu.* 42. plurimos etiam cumulat Rota *in dec.* 209. *ſub nu.* 7. *ver. nec obſtat par.* 1. *diverſ.* ubi etiam procedere declarat quoties agitur de infringendo , ſeu dirimendo matrimonio , ſecus ſi de illo quantumvis clandeſtino
2 probando , ut ibi *per totam deciſionem* , † & in terminis teſtium de metu deponentium , ex ſupra allatis juribus tradit Ferrett. *in conſ.* 140. *nu.* 40.

3 Et † omiſſo pro nunc , quod quoties iſta qualitas requiritur à jure , vel ſtatuto , eſt articulanda , & probanda , cum non præſumatur , niſi probetur , ut per Maſcard. cum per eum relatis *in concl.* 361. *num.* 7. *& concl.* 222. *& ſeq. lib.* 1. *& concluſ.* 878. *& concl.* 1006. *lib.* 2. *& concl.* 1249. *nu.* 13. *& ſeq.* Honded. *conſ.* 77. *n.* 5. *&* 22. *& ſeqq. volum.* 1. & in terminis noſtris tenet Cuccus *l.* 5. *Inſtit. Maior. tit.* 12. *nu.* 164. & Genuenſ. qui communem dicit *in prax. Archiepiſc. cap.* 27. *num.* 5. ubi quod probatio ſi omiſſa fuit , recipi poteſt publicatis atteſtationibus , ac de ea poteſt Judex etiam ex officio ſe informare ex Alciat. *de Præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 2. *num.* 11. Cujus tamen contrarium in puncto , quod imò quilibet teſtis etiam in cauſa matrimoniali præſumatur idoneus etiam ubi agitur de diſſolvendo matrimonio , niſi contrarium probetur firmavit Rota apud Verall. *in eius dec.* 276. *n.* 7. *par.* 3. & apud Greg. XV. *in eiuſd. dec.* 35. *nu.* 10.

Videbatur ſatis ex proceſſu dignoſci , quod teſtes Barbaræ hujuſmodi qualitate carerent. Primus enim erat amicus intrinſecus genitorum ejuſdem , hanc cauſam pro ea ſolicitan-
4 tium . Unde † quamvis controverſa ſit in jure quæſtio , an amicus admittatur in teſtem pro amico , & hinc inde habeamus communem opinionem , admiſſa affirmativa pro vera magiſque recepta , de qua teſtatur Farinacc. *quæſt.* 55. *nu.* 233. Negari tamen non poteſt , quin ſi amicitia non eſt leuis , ſed valde arcta , ſaltem amicus pro amico , non ſit omni exceptione major gloſ. *in cap. cogitandum in verb. teſtes ante fin. in Authen. de Monac.* cum aliis per Gabriel. *tit. de teſtib. concl.* 12. *num.* 2. & per Farinac. *ubi ſupra nu.* 239. plurimoſque ad nauſeam uſque congerit Carol. de Graſſ. *de effect. Amicitiæ effect.* 1. *nu.* 40. *& ſeqq.* & in cauſa matrim. idem tenuit Alex. *inter conſ. matrim. diverſ. conſ.* 70. *nu.* 16. *lib.* 1 *& conſ.* 35. *nu.* 12. *& conſ.* 48. *n.* 12. *&* 18.

5 Secundus , † & quintus in ordine ſunt valde familiares , & domeſtici in domo Barbaræ , ac proinde non omni exceptione majores *l. etiam C. de teſtib. cap. in litteris extra eodem* Maſcard. *de probat. concl.* 1358. *nu.* 46. & eſt opinio paſſim recepta , cum in civilibus , tum in criminalibus , ut per Farinacc. *qu.* 55. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Nec referre videtur , an præfati ſint amici , & familiares
6 Barbaræ , vel ejus patris , † quia familiaris patris mei , meus dicitur familiaris , & ideo repellitur ſicut pater , ut per Ioan. Fabr. *in §. in teſtibus in hn. Inſtitut. de teſtam.* Aufrer. *ad Capel. Tholoſ. deciſ.* 4. *in fi.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 533. *nu.* 16. Ric. *dec.* 125. *nu.* 4. *par.* 3.

7 Tertius † autem teſtis in ordine eſt frater Lucretiæ , & Auunculus Barbaræ , & conſequenter , cum agatur de infringendo matrimonio ad inſtantiam ipſius neptis , non eſt recipiendus in teſtem *c.* 2. *& c. accuſatores* 3. *q.* 3. & pluribus relatis tradunt Ruin. *conſ.* 150 *nu.* 16. *vol.* 5. & Ferret. *conſ.* 281. *nu.* 12.

8 Quartus , † verò teſtis eſt viliſſimus famulus , qui ſubinde neque idoneus eſt , neque admittendus Abbas per illum text. *in d. cap. in litteris nu.* 3. *ver. & credo* Campeg. *de teſtib. regula* 13. *in princ.* Ant. Gabr. *cum relat. tit. de teſtib. concluſ.* 10. *num.* 4. Gomeſ. *Variar. reſol. to.* 3. *cap.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 18. *ver. repellitur famulus* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 758. *nu.* 1. ubi rationem reddit ; quia nimirum hujuſmodi famulis imperari poteſt , ergo inhabiles ad gloſ. *in cap. idonei §. teſtis* 3. 4. 5.

9 Et † in puncto , quod famuli non ſunt teſtes idonei , ſi contra matrimonium deponant ; tradit poſt alios Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 754. *nu.* 44. *tom.* 4.

Accedebat , quod tres ex eis eodem facto diverſimodè deponebant , & quidem in ſubſtantialibus . Dum enim dicunt Lucretiam coram ipſis coegiſſe Barbaram filiam , ut ad Parochialem Eccleſiam matrimonium contractura accederet , ſecundus in ordine inquit , Lucretiam obiurgaſſe illam , ac in fœmore percuſſiſſe , tertius addit , quod ulterius contra illam evaginavit cultrum , quartus deponit duntaxat quod illam objurgavit . † Cum itaque ſint varii in ſubſtantialibus 10
utique invicem conquaſſentur , quicquid ſecus eſſet , ubi varietas circa acceſſoria verſaretur , juxta communem diſtinctionem de qua Alex. *in conſ.* 47. *nu.* 5. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 105. *poſt nu.* 2. *ver. venio ad ſecundum , & conſ.* 602. *num.* 9 Soccin. jun. *conſ.* 102. *nu.* 6. *lib.* 3. Clar. *in §. fi. qu.* 53.

Et † quòd iſta variatio diverſificativa laceret , & con- 11
quaſſet probationes , & efficiat , ut unius dictum alterius debilitet depoſitionem tradit Bald. *in cap. licet cauſam ſub nu.* 11. & ibi Decius *num.* 63. *extra de probat.* Felyn. *in cap. licet ex quadam colum.* 5. *ver. eſt enim duplex de teſtib.* Caccialup. *in repet. leg. admonendi ſub nu.* 206. & ibi Franc. Curt. *ſub nu.* 26. *ff. de Iureiuran.* Cravet. *de antiq. temp. par.* 4. *ver. ſed enim ſub num.* 7. *& in conſil.* 267. *num.* 4. Socc. iun. *conſ.* 90. *numer.* 2. Cæphal. *conſil.* 448. *num.* 8. Surd. *conſ.* 307. *num.* 21. *lib.* 3. Greg. XV. *dec.* 390. *num.* 4. ubi pulchrè exornat , oſtenditque ſingularitatem diverſificativam quo ad hunc effectum convenire cum obſtativa ,

Et in terminis noſtris afferebam *deciſ. Cardin. Seraphin. dec.* 763. *num.* 3. *iuncto nu.* 11. in qua cum aliqui ex teſtibus dicerent , Matrem minatam fuiſſe filiæ non daturam ſe illi dotem , niſi matrimonium illud contraxiſſet , alii autem aderent , quod ulterius mater illam verberaverat , fuit reſolutum , ex unius dicto magis detegi alterius inveriſimilitudinem , quæ *deciſ.* videbatur loqui ferè in caſu noſtro. † Quia 12
imò etiamſi præfati teſtes non in ſubſtantialibus , ſed in acceſſoriis eſſent varii , adhuc reſultaret eos non eſſe omni exceptione majores , ac proinde metum illatum minimè probare , ut per Hect. Felic. *alleg.* 25. *nu.* 21.

Neque videbatur probari metus ex Barbaræ proteſtationibus , quibus declaravit ſe non intelligere contrahere cum Marco Antonio ſeque ad Eccleſiam accedere invitam . Non quidem ex proteſtatione ante matrimonii celebrationem emiſsa . Quia † cum tempore matrimonii repetita non fue- 13
rit , matrimonium quidem validum judicatur Arch. *in cap. quod interrogaſti diſt.* 27. quem refert , & ſequitur Alexandr. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 1. *tit. de his , quæ vi reſolut.* 1. *ſub numer.* 38. & ita tradit gloſa *in cap. tua nos in verbo mulierem extr. de ſponſal.* Alexand. *conſil.* 146. *in cauſa vertente colum. penult. verſ. nec prædictis obſtat libro tertio* , & Dec. *in conſil.* 502. *viſo puncto in ſexto dubio* . Nec etiam proteſtatio facta poſt contractum metrimonium ; quia illa non probat metum , tametſi regulariter alias probationes coadiuvet *l. metum , Cod. quod metus cauſ.* Joan. Andr. & Dec. *in cap. fi. de Appel. idem* Dec. *in l. in omnibus cauſis la ſeconda* , & ibi Cagnolus *num.* 6. *de Reg. iur.* Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſis ſub nu.* 93. *ver. proteſtatio de Conſtit.* Natta *conſ.* 50. *nu.* 18. Covar. *in epit. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 12. Maſcard. *de prob. concl.* 1051. *n.* 9. *&* 10. *l.* 2. ubi plurimos congerit Hondedeus *conſ.* 29. *n.* 55. *l.* 1. Gregor. XV. loquens in terminis noſtris *dec.* 326. *nu.* 30.

Quæ † quidem multo magis procedunt , quia hic agitur 14
de proteſtationibus clandeſtinis in abſentia partis factis , quæ certè nihil conferunt ad contractum invalidandum , ut poſt Abb. Alexan. Dec. & alios advertit Trentacinquius *dict. cap.* 1. *num.* 6. Præſertim in præjudicium tertii metum ignorantis quando obligatio , quæ meticulosè facta aſſeritur non eſt contra bonos mores Bar. *in l. qui aliena §. Celſus in fin. ff. de acqu. hæred.* Bald. *in l. clari in fi. Cod. de fideicommiſſ.* Alexan. *conſ.* 16. *vol.* 3. Dec. & Cagn. *in l. in omnibus cauſis la ſeconda ff. de reg. iur. idem* Dec. *in c. cauſam matrimonii extr. de offic. delegat. & in conſ.* 229. Curt. jun. *in conſ.* 126. Socc. *conſ.* 263. *art.* 3. *vol.* 2. Cravett. *conſ.* 120.

Sed , & quatenus Barbaræ à Lucretia ejus Matre metus incuſſus probaretur , non tamen videretur ſufficiens ad matrimonium irritandum . † Primò , quia ad hunc effectum 15
requiritur metus talis , qui cadat in virum conſtantem *cap. ad audientiam , & capit. cum dilectus de his quæ vi metuſve cauſ. cum ſimilibus* , imò in virum conſtantiſſimum *l. metum autem ff. de eo , quod metus cauſ.* Talis autem non videtur metus filiæ de matris ira , qui non eſt de comprehenſis in corpore juris , ut *ff. & C. de iis , quæ vi metuſve cauſ. & extra eodem tit.* & † in puncto quod metus à matre incuſſus non ſit ſatis ad 16
matri-

matrimonium irritandum, tradit Burgos. de Paz *in consil.* 3. *nu.* 55. post Marsil. *in conf.* 124. *nu.* 131. qui eam reddunt rationem, quod fœminæ minus timeantur, cum sint minus audaces, atque imbecilliores *l. quisquis* §. *ad filias* ibi, *quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus Cod. ad leg. iul. maiest.*

Sed & alia ratio reddi potest; quia nimirum amoris, ac pietatis maternæ præsumptio non permittit quicquam durius
17 in filiam, & quidem filiam unicam suspicari, † cum ardor paterni, maternique amoris inextimabilis sit secundum Bald. *in leg. precibus colum. 6. Cod. de impub.* Et quod dici solet nullus amor vincit paternum *l. fin. in princ. C. de curat. furios.* & quod pater semper optimum consilium capiat pro filio *leg. nec in ea ad fin. ff. ad leg. iul. de adult.* multò magis in Matre procedit, ut egregiè probat, & exornat Socc. jun. *in conf.* 59. *nu.* 3. *cum seqq. volum.* 3. cum per eum relatis quibus addo Cravett. *in conf.* 1. *nu.* 2.

18 Secundò, † quia ad hoc, ut metus cadere dicatur in virum constantem opus est, ut metum passus eligat minus malum ad majus evitandum; si enim majus eligeret ad minus grave evitandum, esset propriè metus viri inconstantis, ut per Bonaccin. *in tom. de matrimon. quæstion.* 3. *articul.* 8. *numer.* 2. & ante eum idem dixerat Sylvest. *in summ. in verb. metus quæst.* 1. & Sotus *in* 4. *dist.* 29. *quæst.* 1. *art.* 2. & est textus *in l. metus, la* 1. *ff. de eo, quod met. caus.* ubi loquens I. C. de metu ad contractum rescindendum requisito, in hæc verba respondet *Metum accipiendum labeo dicit, non quemlibet timorem sed maioris mali.*

Porrò nulli dubium est longe majus malum judicari nubere viro invisо, ac perpetuum subire cruciatum, quam leviter à matre percuti, vel ejus objurgationes sustinere, hic igi-
19 tur dici haud potest metus probabilis, † & consequenter matrimonium exinde secutum, irritatur; ut post alios tradit Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 17. *n.* 2. Bonac. *d. qu.* 3. *punct.* 8. *n.* 8. Comitol. *lib.* 1. *respons. moral. qu.* 118.

20 Tertiò, † quia metus non dicitur justus, quando, is cui incutitur, magistratum potest adire *l. fin. in prin. ff. quod metus caus.* Bellon. *conf.* 18. *num.* 14. & admittit Rota apud Gregor. XV. *decis.* 326. *nu.* 34. Sed nihil prohibebat Barbaram quin adiret D. Vicarium antecessorem meum, vel illi nuncium mitteret, metumque vel violentiam, quæ sibi inferebatur nunciaret; qui ipsam è Matris domo ad locum tutum abduci curavisset, provt ego non semel practicavi, quod cum Barbara facere omiserit, non videbatur sibi locus de matrimonii nullitate dicendi relinqui.

Quartò, dato etiam quod metus fuisset justus, cum tamen
21 inscio Marco Antonio, prætendatur illatus; † succedit regula, ut tertio ignoranti, deque eo non participanti, metus præjudicare non possit. *leg. non interest C. quod met. caus.* Cravett. *conf.* 120. *num.* 1. Faber. *dec.* 7. *de eo, quod met. caus.*

22 Quintò, † quia potuit Lucretia mater increpatione materna cogere filiam ad matrimonium celebrandum Sotus 4. *distin.* 29. *quæstion. prima art.* 4. *vers. quod si quis* Bellarmin. *controvers. libr. primo de Matrim. cap.* 19. *propos.* 3. Goffred. *in summ. tit. de desponsi. impub. nu.* 12. latè Menoch. *in conf.* 69. *nu.* 41. *lib.* 1. Si ergo id fecit, quod jure permittente facere potuit, utique metum non dicitur incussisse. Rot. me hic citato, *in Tulen. Matrimonii* 15. *Ianuarii* 1653. *coram D. Albergato* contra Ducem Garrisium impressa à Dian. *in calce operis par.* 11. *resol. moral.*

23 Sextò, † denique quia Barbara cum ad locum omnino tutum pervenit, scilicet ad Ecclesiam protestata non fuit se metu contrahere, & propterea non meretur audiri dum metum allegat, ut post Ias. quem citat tradit Alex. Trentacinq. *Variar. resol. lib.* 1. *tit. de his quæ vi metusve caus. resol.* 1. *sub nu.* 42. *ver. quartus, & ultimus.*

Visum tamen fuit, & metum sufficienter probari, & quidem talem, qui ad matrimonium irritandum sufficeret. Et quod attinet ad priorem propositionis partem; omissa pro
24 nunc distinctione, † quam afferebant scribentes pro Barbara inter matrimonium consummatum, & inter ratum duntaxat, ut priori casu ad ejus dissolutionem requirantur testes omni exceptione majores *cap.* 1. *de consangu. & affin. cap. in litteris extra de testibus*, posteriori verò nequaquam ex Purpurato cum relatis *in conf.* 579. *nu.* 11. *lib.* 2. quod etiam in effectu sensit Mascar. *de probat. concluf.* 1022. *num.* 11. & *seq.* Quæ distinctio revera non placet tum quia adversari videtur communi scribentium sententiæ, de qua supra *numer.* 1. tum etiam quia text. *in d. cap.* 1. *& in cap. in litteris*, non tam fundatur in copula, seu consummatione matrimonii, quam in illius indissolubili vinculo, ac in Sacramenti sanctitate, nec non & in periculo animatum quod in ejusdem dissolutione versatur, ut deduci potest ex ratione allata à Summ. Pontif. *in cap. licet il secondo, in fin. de Testib.* ibi *tollerabilius est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè contra statuta Domini separari*, & ita advertit etiam glos. *in d. c. litteris.*

Rejecta itaque dicta distinctione, & admissa, tam in rato, quam in consummato matrimonio communi sententia ut ad illius dissolutionem requirantur testes omni exceptione majores, illa tamen Barbaræ obsistere non videtur.
† Primò, quia is dicitur testis omni exceptione major qui 25
nulla potest legitima exceptione repelli Abb. *in c.* 1. *nu.* 32 *de Iudic.* & ibi Dec. *num.* 212. Socc. sen. *conf.* 54. *numer.* 7. *lib.* 3. Paris. *conf.* 24. *num.* 14. *ver. idoneus lib.* 3. Honded. alios referens in *conf.* 77. *num.* 21. *vol.* 1. & in terminis nostris glos. *in c.* 1. *in verb. maiores extra de consang. & affin.* In hac autem materia domesticitas, imò consanguinitas non est legitima exceptio, ac propterea consanguinei, & domestici, ni alium patiantur defectum, dicuntur in matrimonialibus causis testes omni exceptione majores etiam ubi agitur de infringendo matrimonio, eo quod plus cæteris præsumantur informati, ita non obscurè probat textus in *cap. videtur extra qui matrim. accus. poss.* per quem sive agatur de dissolvendo matrimonio ex consanguinitatis impedimento, sive ex quocunque alio capite hanc sententiam firmat Alberic. *de Rosat. in tract. de testib. tit. quando testes repellantur ratione domesticitatis nu.* 21. & adducit glossam expressam *in c.* 1. 14. *qu.* 2. refert, & sequitur Gigas *in conf.* 29. *nu.* 24. Mascard. *de prob. dict. concl.* 1022. *nu.* 8. *lib.* 2. Farinac. *de oppos. it. contra test. quæst.* 55. *nu.* 108. egregiè Guttier. *de Matrim. cap.* 44. *nu.* 84. *cum plurib. seqq.* Rota *decis.* 289. *num.* 3. *par.* 1. *divers.* cujus dicti rationem reddit *in fi. nu.* 43. & 44.

Adeò, † ut etiam parentes admittantur, dummodo 27
inter sponsos paritas conditionis adsit *cap. super, il secondo, de testib.* & ibi gloss. 1. & Hostien. *in princ.* & Anton. de Butr. *col.* 1. *in fi. ver. solutio.* Alex. *conf.* 151. *col. ult. ver. quæritur etiam lib.* 5. Paris. *conf.* 55. *nu.* 29. *& seq. lib.* 4. cum aliis congestis per Gab. *concl.* 9. *de testib. lib.* 1. & illis non relatis Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 27. *nu.* 6. Card. Mantic. *in dec.* 112. *n.* 12.

Secundò, † quia etiam ubi exiguntur testes omni excep- 28
tione majores si adsint plures de eadem re attestantes, intrat alia communis regula, ut numerus suppleat testium defectum de qua glos. *in l.* 3. §. 1. *in ver. numerus*, & ibi Butrigal. *ff. de testibus* Bart. *in l. excusantur col.* 2. *ff. de excus. tutor.* Alex. *conf.* 5. *colum.* 2. *vol.* 1. *& conf.* 47. *colum.* 1. *volum.* 2. cum aliis plena manu congestis per Gabr. *concl.* 6. *n.* 1. *de testib.* quibus addendi sunt Hip. Rimin. *in conf.* 205. *nu.* 42. *lib.* 2. *& conf.* 723. *num.* 8. *lib.* 6. Bertazz. *in conf.* 135. *nu.* 22. *lib.* 1. Becc. *conf.* 85. *num.* 17. *lib.* 1. Mascard. cum relatis *de probat. lib.* 3. *concl.* 1356. *nu.* 14. Farinac. *qu.* 54. *num.* 60. Rota *in Tiburtina tenimenti* 27. *Maii* 1596. *coram Gypsio*, & rursus *decis.* 289. *num.* 3. *par.* 1. *diverf. & decis.* 713. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* quæ auctoritates loquuntur in terminis exceptionis consanguinitatis, & affinitatis, quas citat, & sequitur Rota *in Bergomen. Capellaniæ*, 18. *Maii* 1629. *coram R. P. D. Merlino.*

Quamvis † autem hanc regulam non admitti in causa 29
matrimoniali; præsertim ubi agitur de matrimonio infringendo, opinati fuerint Dec. *conf.* 133. *col. penul.* Gramat. *conf.* 26. *col. fi.* Zasius *conf.* 3. *colum.* 7. *vol.* 2. quos refert, & sequitur Gabr. *d. concl.* 6. *num.* 6. & plenius tenuit Ruin. *in conf.* 149. *nu.* 37. *lib.* 5. Nihilominus Rota *Romana* semper amplexa fuit contrariam sententiam, ut scilicet in quacunque causa matrimoniali, etiam ubi agitur de infringendo matrimonio, si testes sint ultra tres, numerus illorum suppleat defectum, ut latè Cæsar. de Graff. *dec.* 175. *alias decis.* 5. *de sponsi. num.* 9. Rot. *dec.* 289. *nu.* 3. *par.* 1. *diverf.* Greg. XV. *dec.* 351. *nu.* 5. qui loquitur in terminis nostris provt etiam Card. Mantic. *in dec.* 112. *nu.* 14. quam sententiam in effectu tenere videtur, quatenus eam ultimo loco recensет Farinac. *qu.* 62. *nu.* 316. & Alex. de Nevo *in conf.* 37. *nu.* 3. *inter conf. matr. diverf. lib.* 1.

Quæ quidem sententia absque scrupulo in casu nostro admittenda est, cum præter quinque testes adsint etiam adminicula, & conjecturæ; Et † signanter pallor vultus, & vox sub- 30
missa, qua Barbara, semel atque iterum à Parocho interrogata, tandem consensum ore expressit, quo casu metum præsumi tradunt Petr. de Barbo. *inter conf. matrim. diverf. conf.* 2. *n.* 22. *lib.* 1. Paris. *conf.* 53. *n.* 33. *lib.* 4. Mascar. *de prob. concl.* 1054. *n.* 47. Greg. XV. *dec.* 326. *n.* 24. Trentacinq. *lib.* 1. *Var. ref. tit. de his, quæ vi metusve caus. resol.* 1. *n.* 28. dixi *in dec.* 5. *nu.* 55.

31 Nimia † festinantia, quæ suspicione non caret, ut post Castren. quem refert, tradit Cravett. *cons.6.numer.34.* Rota apud Greg. *d.decis.326.num.37.& alias ut ibi*, dixi *in d. decis. 5.num.41.*

32 Animi † adversio, & repugnantia Barbaræ nubendi cum Marco Antonio, ut in terminis arguit Rimin. jun. *in cons. 72. sub numer. 24 inter cons. matrim. divers. lib. 1.* post Alex. quem citat Greg. pariter in puncto *d. decis. 326. numer. 7.* de qua repugnantia, ex multis tam ante, quàm post matrimonium contractum constabat. Denique protestationes,

33 de quibus infra latè dicemus. † Quoties autem testes adjuvantur conjecturis, numerum supplere illorum defectum etiam in causis matrimonialibus fatentur etiam Dec. *in cons. 162. num.14.* & Gabr. *ubi sup.nu.7.* & tradit Greg. *in decis. 351. num. 9.* & Rota *in Toletana. seu Mediol. matrim.17. Martii 1572. coram Oradino.*

34 Nec fuit opus ingredi aliam difficultatem, an scilicet † ita demum numerus suppleat testium defectum si non omnes illud patiantur, sed aliquis sit inter eos omni exceptione major, ut sentire plurimi *scribentes* relati à Farinac. *in quæst. 62. numer. 322.* quibus addendus est Surdus latè, & egregiè in *cons.61.nu.56. & seqq. volum.1.* cujus contrarium tenuit Rot. *coram Cæs. de Graff.* & Greg. *locis proximè cit.* idemque firmavit Farin. *ubi sup.nu.323.* ubi considerat, quod hoc nil aliud esset quam destruere supradictam communem scribentium regulam; cum præsuppositio tamen quod quilibet testis unicum tantum defectum, & non plures patiatur. Quia infra ostendam nos versari in casu, in quo aliqui testes nullam patiuntur exceptionem.

35 Tertiò, † quia ubi agitur de infringendo matrimonio ex metu sponso, vel sponsæ intra domesticos parietes illato, non requiruntur testes omni exceptione majores, sed admittuntur qui alias non admitterentur Alexand. *consil. 156. num. 15. lib. 5.* Purpurat. *cons.579. sub numer. 11. in fin.* Honded. *consil.29.num.4.lib.1.* Greg. *decis.351. num.7.* In his enim quæ domi fiunt, non solum recipiuntur domestici testes *leg. consensu Cod. de repud. cap. veniens il secondo, de testib.* Bart. *in l. lex, quæ tutores num 3. Cod. de admin. tut.* Bald. *in consil. 427.nu.5.lib.5.* Alexand. *cons.151.nu.3. in fin. lib.5.* Sed etiam illis tanquam verisimiliter melius informatis, magis creditur, quam extraneis Aret. *cons.13.num.17.* Felyn. *in cap. in litteris post num.6. de testib.* cum aliis per Gabr. *concl.10.num.38. de testib.* quos in terminis nostris sequitur Gregor. *dict. decis. 351.num.8.* & probatur *in l. consensu §. præterea Cod. de repud.* in illis verbis, *quoniam non facile quæ domi geruntur per alienos poterant, confiteri*, & ibi notat Bald. *in versic. nota hunc* textum idemque probatur *in cap. veniens il secondo, in fin. de testib.* ibi *quæ in cap. aguntur, non facile possunt, nisi per Canonicos ipsos probari*, & notat Alex. *cons.14. num. 13. lib.2.* Soc. sen. *cons.17.nu.5. lib.1.* quos & alios in puncto adducit Card. Mantic. *dec.112.nu.4.*

36 Unde † Ferrettus *cons. 140. num. 4.* simpliciter affirmans metum non nisi ex testibus omni exceptione majoribus probari; vel ex jam dictis reiiciendus est, vel salvandus, ubi juris præsumptiones in contrarium apparent, tunc enim fatendum est non nisi liquidissimis probationibus metum probari, adeo ut nec sufficiant duo testes, sed tres ad minus, & quidem omni exceptione majores requirantur, sive agatur civiliter ut per Specul. *in tit. de probat. §. ult. in fin.* Paul. de Castr. *& cæteri in l. transactionem Cod. de transac.* Rimin. jun. *cons.31. num. 52. & seq. lib. 1. & cons. 358. num. 44. & seq. & num.49. lib.5.* sive & multo magis, criminaliter Bart. *in leg. fin. numer. 1. ff. quod met. caus.* Boss. *in pract. titul. de plurib.* Viol. *num. 86. & seq.* Rimin. jun. *cons. 6. numer. 39. & dict. cons.31. num 52. lib.1.* Hect. Felic. *in alleg. 25. nu.43. & seq.* Hic autem nullæ aderant in contrarium præsumptiones, imò omnia metum redolebant.

Quæ cum ita sint, concludendum est exceptiones in motivis consideratas, testibus Barbaræ nequaquam obstare.

37 Quod enim attinet, ad primum in ordine. † Admissa conclusione. Quod Amicus pro amico non sit testis omni exceptione major, quæ tamen non transit sine controversia, ut patet ex innumeris allatis per Carol. de Graff. *de effect. amic. nu.38. vers. sed in isto.*

38 Et † omissa responsione allata ab Advocato Barbaræ, nempe quod cum Vir ille fuerit adhibitus in instrumento matrimonii, ejus persona censetur de partium consensu approbata, ac propterea repelli non potest, sed fidem facit tanquam testis instrumentarius, glos. *in Auth. de testibus §. & licet ver. & in supplicii* Bald. *in leg. parentis sub num. 1. ver. vel sic Cod. de testibus* & aliis relatis communi retatur Anton. Gabr. *concl. 10. nu.50. & concl. 13. nu.13. de testib.* Fer. Gargiar *inter cons. crim. divers. vol.1. cons.123. nu.14.* Menoc. *de Arb. iud. cas. 105. num. 6.* & plenius cæteris Farinac. plurimos congerens *de testib. quæst. 54. num. 40. & quæst. 62. nu. 110. cum seqq.* ubi multiformiter ampliat, & limitat Navarr. *de Iudic. lib.2. cap.11. nu.190.* & in terminis nostris Sanchez *de Matrim. lib.3. disp.41. sub n.5.* Guttier. *etiam de Matr. c. 44. n. 74. & seqq.* Greg. XV. *decis. 357. num. 11.* & Carol. de Graff. innumeros congerens *in tract. de excep. excep. 19. num.96. & seqq.*

In qua quidem responsione modicum faciebam fundamentum propter unam ex limitationibus à Farinac. *num. 131.* allatis, quæ casui nostro applicari videtur, nempe quia tunc persona testis instrumentarii censetur à partibus approbata, quando ab illis rogatus fuit, quod neque in hac facti specie apparebat, neque de jure præsumitur; cum † in instru- 39
mentis testes nunquam censeantur à partibus rogati, licet secus sit in testamentis, ex traditis per eundem *ibidem numer. 132. & deinceps* omissa itaque dicta responsione, aliis tribus mediis defenditur dictus testis, primò, quia non est immediatè amicus Barbaræ, sed ejus genitorum, unde benè probat, ut simili dici solet † familiarem familiaris mei 40
à testimonio non repelli Innoc. *in cap. insinuante numer. primo de offic. deleg. & ibidem* Anchar. *in fin.* Bald. *in l. qui testamento §. quæcunque colum. 2. ver. & hoc confirmatur ff. de testam.* Rot. *decis. 12. alias 154. de testib. in nov. Ægid. decis. 605.* Corset. *in sing. in verb. testis incip. licet domesticus* Anton. Gabr. *libro primo com. concl. titul. de testib. concl. 10. numer. 53.* & in terminis testis familiaris Matris puellæ metum allegantis ex prædictis firmat Cardin. Mantic. *in decis. 112. num. 2.*

Secundò salvatur ex eo quia † quando unà cum testibus 41
amicis, deponunt etiam alii non amici, tunc numerus supplet defectum, & ex aliorum integritate, integrantur & ipsi amici Alex. *consil. 43. num. 33. lib.4. & consil.4.num.9.lib. 6.* Corn. *cons.31. num.9.lib.4.* Gram. *cons. civil.17. in fin.* Gab. *de testib. concl.11. n.7.* Socc. jun. *cons.146.n.15.l.1.* Alex. Raudens. *cons.10. nu.242. lib.1.* Carol. de Graff. *de effect. amicit. nu.48. & seq.* ubi plurimos congerit.

Tertiò, denique tam iste, quam cæteri testes benè probant, quia pars non opposuit de eorum defectu. † Respe- 42
ctu enim exceptionum, quæ partium consensu tolli possunt, & sic quæ ad partium favorem sunt introductæ, ut sunt amicitia, familiaritas, consanguinitas, inimicitia, & cætera hujusmodi, partis non oppositio, operatur tacitum consensum, quicquid secus sit quoad introductas non tacentis favore, sed odio ipsius testis ut sunt excommunicatio, bannum, & his similia Bald. *in l. si quis testib. nu.7. Cod. de testib.* cum aliis, quos refert, & sequitur Menoch. *de arb. iud. cas.239. num.5.* Mascar. *de probat. lib.1. concl.408. nu.20. & 22.* & hanc esse magis commun. scribentium sententiam testatur Farinac. *de oppos. contra perso. test. qu.62. n.186.* & in puncto de teste amico Carol. de Graff. *ubi sup. num.50.*

Secundum verò in ordine testem, & quintum jam ex supra deductis apparet, familiaritate non obstante, esse testes omni exceptione majores; adeo ut in his terminis domesticitas potius augeat fidem quam minuat; cum ex ea melius præsumantur informati, ut deduxi sup.n.26.

Quod † ex eo comprobari potest, quia metus coram ex- 43
traneis personis nunquam præsumitur illatus *l. transact.* & ibi Doctores *C. de transact. Ang. in leg. quæro §. servum ff. de ædilic. edict.* Boss. *in pract. crim. tit. de plur.* Viol. *num.97.* Menoc. *de præsumpt. lib.3. præsump. 126. num.4.* Is enim qui malum agit, odit lucem *capitul. consuluit de offic. deleg.* Unde non est verisimile quem palam fecisse id malum, quod in occulto facere poterat, ut post alios tradit Honded. *cons.107. nu. 17. & seq. lib.1.*

Et † successivè si adducantur testes extranei, in quorum 45
præsentia dicatur metus illatus filiæ à Patre, vel Matre, jam ob dictam regulam, inverisimilia deponere videntur, & consequenter non benè probant textus, & ibi Doctores *in leg. non est verisimile ff. quod met. caus.* Hect. Fely. cum per eum relatis *in allegat. 25. numer. 12. & 13.* & sic à primo ad ultimum, in his terminis testes domestici sunt omni exceptione majores, & plus cæteris probant, ni alium patiantur defectum.

Præterquam quod, † secundus in ordine est sacerdos, 46
ac propterea majori fide dignus, quam laicus Alexandr. *cons.143. num.5. lib.7.* Soccin. jun. *cons.31. num.30. libr.2.* Aym.

cons.

cons.267.nu.1. & in terminis noſtris Gregor.XV.*in decis.351. num.*10.Pedroc.*cons.17.nu.71. & 75. & seqq.* Maſcard. *de probat.concl.1357.nu.56.* Cæphal.*cons.721.n.20.& 21.l.5.*Menoc. *de arb.iud.caſ.526.nu.26.*Honded.*cons.177.n.38. lib.1.* Burſat. *cons.343.nu.68.lib.4.*

Quod verò attinet ad quartum in ordine , quamvis ille tempore metus incuſſi eſſet famulus D. Marii puellæ patris ,
47 hodie tamen non eſt amplius talis. † Unde cum ad effectum habilitandi , & inhabilitandi teſtem , attendendum ſit tempus examinis *leg.3.in prin.ff. de teſtib.* Bart. *in leg. ad teſtium §. conditionem num.4.ff. de teſtam.* Alex. *conſ.* 149. *num.7. libr.5.* Rota *in Romana computorum 23. Maii 1618. coram Reverendiſs. Coccino Decano , & deciſion.144. numer.13. par.4. diverſ.* de quo latiſſimè per Farinac. *de teſtibus quæſt. 62. num.298.* ubi atteſtatur de magis commun. opin. non eſt
48 repellendus à teſtificando pro præterito Domino , † & multo minus pro illius filia , quia jam famulari deſiit Specul. *in tit. de teſte §.1. num.13. ver. quid ſi olim arg. text. in l. 3. §. affinitates ff. de poſtul.* Abb. *in cap. in litteris num.6.* & ibi Felyn.*num.7.extra de teſtib.* cum aliis , quos refert , & ſequitur Gab.*in tit.de teſtib.concl.10.nu.9.& ſeq.* & Gomeſ. *Variar.reſol.tom.3.cap.12.rub.de Probat.delict.num.15. ver.quod tamen limita*, ubi teſtatur de commun.opin.plurimos etiam congerunt Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa par.1. num.101.* Maſcard.*de prob.lib.2. concl.758. num.3.* & Farinac. *quæſt.55. num.146.*ubi adducit etiam Rota *in Mediolanen.ſimulationis contractus 3. Aprilis 1598.coram Corduba*, & in terminis noſtris idem voluit Rota apud Greg. XV. *in deciſ.* 351. *num.* 35.
49 Præſertim † cum iſte non ſit talis in quo duret reverentia , vel amor erga herum , quo caſu etiam poſt famulatum non eſſet admittendus , ut ex Bart.*in l.2.§.item mumio* , & ibi Marſil. *ff.de q.tradunt* Farinac. *loco citato nu.* 149. & Surdus *in deciſ. 219.poſt nu.4.*

50 Quod † ſi dicatur illum reſpectu retroacti famulatus , eſſe duntaxat idoneum teſtem , non autem omni exceptione majorem , ut per Tiraquell. *ubi ſup.nu.103.*& Gab.*d.concl.10. nu.* 17.& Farinac.*d.qu.65.n.*149.Negari tamen non poterit , quin ejus defectus ex aliorum teſtium habilitate ſuppleatur, ut dixi *ſup.nu.28.& 29.*

Neque adeſt inter præfatos teſtes contrarietas in motivis conſiderata , ſi depoſitiones eorum rectè perpendantur : Nam quod Lucretia obiurgaverit filiam , imperioſiſque & contumelioſis verbis eam deterruerit , eo quod recuſaret accedere ad Eccleſiam ad matrimonium celebrandum omnes illi tres teſtes aſſerunt , ac ſubinde in hoc ſunt conteſtes , quod verò eandem in fœmore percuſſerit ſecundus & tertius in ordine deponunt , & ſic etiam in hoc concordant, quartus autem inquit , ſe id non vidiſſe . Quod autem adverſos eandem evaginaverit cultrum , deponit tertius teſtis cæ-
51 teri quamvis id non aſſerant , tamen neque negant. † Unde ſuccedit regula , ut teſtes non dicantur varii neque contrarii , tametſi unus plus quam alter deponat . Anton. de Butr. *in capitul.primo in 2. oppoſitione de offic. legat.* Alexand. *conſil.64. numer.11. libr.2.* Dec. *conſil.* 163. *numer.15. verſ. & pro fundamento* Corne. *conſil.220. colum.2. ver. tamen libro primo* , & in terminis noſtris metus incuſſi Gregor. *dict. deciſ.* 351. *numer.22.* licet itaque quartus teſtis non videtur dictas percuſſiones , & tam ipſe , quam ſecundus, nihil de gladii deponant evaginatione , non tamen de contrario atteſtantur , nec inde ſequitur hæc non fuiſſe perpetrata, poteſt enim eſſe , quod non adverterint , ut in fortioribus terminis dicunt Alexand. *in conſil.* 10. *numer.5. lib.* 1. & Corn. *conſil.* 202. *numer.12. lib.4.* & in noſtris terminis Gregor. *dict. dec.* 351. *ſub num.* 31. *in fin. & numer.* 32. Ex quibus ſequitur cautè legendum eſſe Hect. Felic. *in alleg.25. num.21.* quatenus in ſimilibus leviſſimis narrationibus magnam vim faciebat . Ultra quod tam dicti tres teſtes , quam reliqui benè probant alios actus violentiæ , & metus , ab eadem Lucretia Barbaræ filiæ incuſſos.

Nec Barbaræ proteſtationes ante matrimonium emiſſæ ſunt parvifaciendæ ; quia proteſtatio in his , quæ à noſtra
52 voluntate dependent , quoties reſpicit, ad futurum , & durat cauſa metus removet conſenſum ab actu futuro , ut probant comm. DD. in *capitul. cum M. Ferrarien. extr. de conſtit.* facit text. *in l. qui in alienam §. ultim.ff. de acq.hæred.* Abb. *in cap.1.ext.quod met.cauſ.*& poſt alios tradit Maſcar.*de prob. concluſ.1054.num.11.lib.2.* & in terminis noſtris tradit Card. Seraph. *in dec.* 863. *nu.* 5.

Et quamvis ſi tempore contractus non repetantur , ſoleant
53 inefficaces judicari , ut ſupra deductis *ſup. nu.* 13. † id tamen temperatur quando una cum proteſtatione concurrunt aliæ præſumptiones gloſ. per illum text. *in cap. 1. de eo , quod met. cauſ.* & ibi Innocent. Card. & Doctores communiter ſequitur Purpur. in terminis noſtris *in conſ. 579. ſub num.4. lib.2.* ubi ita reſpondet ad Auctoritatem Alex. & Decii.

Quo † verò ad emiſſas poſt matrimonium , quamvis ex 54
ſe metum non probent , illius tamen probationem non modicè coadiuvant Joan. Andr. & Dec. *in cap. fin. de Appell.* Dec. *in cap. in omnibus cauſis la ſeconda* , & ibi Cagn. *num. 6. ff. de reg. iur.* fatetur idem Trentacinque ex adverſo citatus *d.lib.1.variar.reſol.tit.de his , quæ vi metuſvè cauſ. reſ.1. nu.* 37.& tradunt Cravett.*conſ.114.num.6.* Maſcar. *cum relat. de prob.concl.* 1054.*nu.* 10. plurimos congerit , & ſequitur Greg. *d.deciſ.351.n.43.*& Rota *in deciſ.643.num.17.par.1. in recen.* Seraphin.*deciſ.859.num.4. & ſeqq.* Ciarlin. me hic citato *p.2. controv.c.163.nu.33.*

Quæ † quidem præſertim in caſu noſtro affirmanda 55
ſunt , quia Barbara exinde nunquam alioqui voluit Marcum Antonium , ſed ſemper matrimonium impugnavit Pariſ. *conſ.* 53. *num.56. lib.4.* Rimin. jun. *conſil.* 362. *numer.* 80.*lib.4.*Turret.*conſ.28.n.12.lib.1.*Rota *d. deciſ.644.ſub n.17.*

Neque pariter refragatur , quod proteſtationes regulariter in præjudicium tertii non operentur , † quia id non pro- 56
cedit , quando metum patienti imputari non poteſt cur coram eodem tertio proteſtatus non fuerit , provt in caſu noſtro contingit , attenta continuata præſentia Lucretiæ metum incurrentis , ut declarat Alex. Trentacinquius , *d. reſolut. 1. in fin.* per text. in *leg. metum §. licet autem ff. de eo , quod met. cauſ.*

Et † hæc quidem ex abundanti ſint dicta , quia cum aliun- 57
de probetur metus , utique proteſtationes non erant neceſſariæ Alex.*in l.qui in aliena §.celſus col.2.ff.de acqu.hæred.* Alex. *conſ.163.colum.3.*Dec.*conſ.219.in quarto dubio* Purp.*in puncto conſ.579.ſub nu.5.lib.2.dixi latius in d.dec.5.nu.86.*

Conſtabat itaque plenè ex proceſſu de metu , ex abundantiori tamen cautela , detuli Barbaræ juramentum in ſupplementum plenæ probationis , facta prius eidem per me ſeria , ac gravi admonitione de hujus rei importantia , † licet enim 58
regula ſit , in contrarium , ut in cauſa matrimoniali uti graviſſima , non deferatur juramentum ſuppletorium ; præſertim ſi agatur contra fœdus matrimonii , ut per Jaſ. *in l. admonendi num.277. Cod. de Iureiurand.* Soccin. *in regul.* 203. *num.78.*Ferrett.*in conſ.363.nu.1.& 2.*Maſcar. *de probat. concl.* 1022. *num. 9. lib.2.* Gravat. *inter conſ. matrim. diverſ. conſil.* 81. *numer.3. cum plur. ſeqq. & per totum libr.1.* Mancin. *in tract. de Iuram. par.2. art.6. numer.* 10. Boer. *deciſion.* 85. *numer.* 3. Franc. Marc. cum relat. *deciſion.* 753. *par.* 2. † Id 59
tamen ſibi locum non vendicat quoties penſatis circumſtantiis , fuit pluſquam ſemiplenè probatum , tunc enim etiam in cauſa matrimoniali deferri poteſt juramentum ſuppletorium arbitrio Judicis , ut per Hoſtien. & Abb. pulchrè diſtinguentem *in capit. mulier. colum. pen. de iureiur.* Creſcent. *deciſ.23. de prob.* refert , & ſequitur Ricc.*in prax. rer. quotidia. deciſion.262.* & ante eum idem voluerunt Genuen. *in prax. Archiepiſc. Neap. capitul.27. numer.9.* & Piaſecc. *in Prax. Epiſcop.par.2.cap.4. ſub num.36. ver. ad extremum fol.* 240. & tenuit Boer. *d. deciſ.* 85. *num.4.* & tradidere plurimi , quos refert , & ſequitur Gram. *dec.* 81. *num.* 15. ubi de com. teſt. cum moderamine tamen ut jurans ſit perſona integra nullamque patiatur exceptionem , ut *ibid. per eum* , & latius *num.* 53.

Et ita pariter reſpondetur ad aliam concluſionem , quæ in contrarium conſiderari poterat , ut nempe hujuſmodi juramentum non deferatur mulieribus ob ſexus fragilitatem , ut 60
per Jaſ. *in dict.leg.admonendi num.* 299. (ubi tamen Ripa *nu.* 279. dubitat de hujus dicti veritate) Tiraquell. *de legibus connub.in 9.leg.nu.60.*Dec.*in l.fœminæ nu.35.de reg. iur.* Roland. *conſ.7.nu.13.lib.1.*Cæpol.*conſ.crimin.32.n.2.*

Id † enim non procedit quando fuit pluſquam ſemiplenè 61
nè probatum , ut in noſtro caſu . Puteus *deciſ.1. de Iureiur. ſecundum antiquam impreſſionem* Mancin. *in tract. de Iuram. par.2.art.6.nu.50.*

Quod autem metus prædictus , qui probatur Barbaræ à Lucretia matre incuſſus , talis ſit qui matrimonium annullet , non videtur rationabiliter in dubium revocandum cum mater cui reverentia debetur precibus importunis , minis , verberibus denique contenderit , ut Barbara, vel invita , præberet aſſenſum . † Licet enim non placeat ſenten- 62
tia nonnullorum Doctorum relat. à Menoch. *in conſ. 1. num.* 292. *& ſeq.* aſſerentium metum reverentialem,quo inferiori

ſuperiorum reverentia , & ſignanter parentum ducitur ad matrimonium celebrandum , ſufficere de per ſe , & abſque alia qualitate ad illud annullandum negari tamen non poteſt, quin ſi unà cum eodem metu reverentiali concurrant etiam minæ ejus , cui reverentia debetur , dicatur inde oriri juſtus metus, cadens in virum conſtantem ac ſufficiens ad matrimonium annullandum , cæteroſque reſcindendos contractus, ut in ſpecie noſtra probatur in *cap. ex literis de ſponſ. impub.* ibi nolens, & invita minis parentem impulſa gloſſ. *in cap. 1. in verb. conſenſit* , & ibi Anchar. *num.* 4. Abb. *numer.* 4. Alex. de Nevo *numer.* 7. & 8. *eodem titulo* Innoc. *in capitul. cauſam matrimonii numer.* 1. *in fin. de offic. delegat.* & ibi Joan. Andr. *num.* 3. Anton. de Butr. *nu.* 15. Bald. *nu.* 3. Abb. *n.* 5. Felyn. *num.* 3. *& ſeqq.* Dec. *n.* 17. *&* 24. *& ſeqq. & cæteri* Boer. *deciſ.* 100. *nu.* 11. Gama *deciſ.* 150. *nu.* 4. *& dec.* 262. *nu.* 1. *par.* 1. Guttier. plurimos congerens *in tractat. de Iurament. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. *& in authentic. Sacramenta puberum nu.* 94. *C. ſi adverſ. Vend.* & rurſus *in tract. de Matrim. cap.* 34. *ſub nu.* 32. *& in conſ.* 36. *num.* 16. cum aliis cum juriſtis tum Theologis pleniſſime cumulatis per Sanch. *de Matrimon. lib.* 4. *diſputation.* 6. *num.* 7. Leſſ. *de Iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 17. *ſub numer.* 35. Bonaccin. *tom. de matrim. quæſt.* 3. *punct.* 8. *ſub nu.* 6. *verſ. addo* Menoch. *de arb. iud. caſ.* 136. Maſcard. *de prob. concl.* 1054. *n.* 17. *& ſeq.* ubi etiam per plures adducit Ayman. *conſ.* 49. *numer.* 2. Trentacinque *Variar. reſolut. lib.* 1. *tit. de his quæ vi metuſve cauſ. reſolut.* 1. *num.* 7. Afflict. *deciſ.* 69. *num.* 4. *ver. unde* Rot. *in Nepeſina profeſſionis* 15. *Iunii* 1598. *cor. Gypſio, & in Conchen. nullitatis ordinum* 22. *Ianuarii* 1606. *cor. Penia.*

63 Quinimò † ſufficere etiam minas tacitas una cum metu reverentiali tradit Leſſius *de Iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 17. *ante num.* 46. & timorem diuturnæ indignationis Sanchez cum per eum relatis *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 6. *nu.* 14. Guttier. *de com. tract. de matrim. cap.* 44. *num.* 41. Leſſius, *d. cap.* 17. *nu.* 35. *& nu.* 45. *in fi.*

64 Sed † & preces importunas , quæ in perſona ejus , cui debetur reverentia juſtum metum inducunt , & vim coactionis habent Innoc. *in c. petitio de iureiur.* Soccin. *conſil.* 263. *num.* 8. *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 11. *num.* 18. Aym. *conſil.* 10. *nu.* 17. Cou. *in epit.* 4. *lib. decret. p.* 2. *cap.* 3. §. 6. *num.* 8. *in fin.* & late probat Sanch. *de matrim. lib* 4. *diſp.* 7. *num.* 5. *& ibi nu.* 7. dicit hanc eſſe probabiliorem Afflict. *deciſ.* 69. Gregor. XV. *cum relat. deciſ.* 326. *num.* 13. cum non deſidit qui idem aſſerant etiam ſecluſa reverentia, ut dixi in *deciſ.* 5. *nu.* 44. in caſu vero noſtro non modo adſunt preces importunæ , & millies repetitæ , quibus Lucretia urgebat Barbaram filiam ; ſed etiam minæ

65 tum cruciatus corporis, tum etiam amiſſionis dotis, † Lucretia enim inter cætera minabatur ſe dotem ei non daturam, niſi cum Marco Antonio matrimonium contraheret , ut aiunt teſtes , & ſic magnum damnum, & quidem ad hunc effectum ſufficiens imminebat illi , ut pluribus congeſtis deducit Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 5. *numer.* 20. Menoc. alios referens *de Arbitr. iud. caſ.* 135. *num.* 9. Guttier. *de matrim. c.* 77. *num.* 13. Gregor. XV. loquens de minis amiſſionis majoris partis bonorum , & alios referens *in deciſ.* 326. *num.* 19.

66 Nec dicatur † non ſolere minas juſtum inferre metum niſi illis tribus concurrentibus , ut minus inferens ſolitus ſit illas exequi , ut magnum comminatus damnum ſit in perſona , vel bonis , & ut talis ſit qui poſſit illud damnum inferre , ut de primo requiſito tradit Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. & ibi Dec. *num.* 12. Bero. *nu.* 11. *&* 18. *ff. de offic. de legat.* cum aliis admiſſus congeſtis per Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 6. *numer.* 21. Et de omnibus ſimul junctis Cravett. poſt antiquos *conſ.* 49. *num.* 3. Gomeſ. *Variar. reſol. tom.* 2. *c.* 14. *ſub nu.* 24. *ver. ſed his non obſt.* qui de communi teſtatur Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſump.* 126. *nu.* 25. *& de Arbitr. iud. caſ.* 136. *in fin.* Rim. jun. *conſ.* 538. *nu.* 47. *lib.* 5. Decian. *conſ.* 18. *nu.* 127. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 87. *nu.* 111. *lib.* 2. Burſ. *conſ.* 72. *ſub nu.* 33. *& nu.* 42. *lib.* 1. Hect. Felic. *alleg.* 25. *nu.* 47. nec diſſentit Coninc. *de Sacramento diſp.* 28. *dub.* 2. *nu.* 33. Hic autem deficere primum, & ultimum requiſitum cum fœmina præſertim conjugata, viroque ſubiecta nec ſoleat , nec valeat hujuſmodi minas exequi .

Quia imò de his omnibus requiſitis plenè ex proceſſu conſtabat , de primo quidem , dum teſtes deponebant Lucretiam fœminam eſſe terribilem , ſolitam exequi minas ; adeo ut pluries etiam in ſuum virum manus injecerit , imò ſemel contra eundem ſclopum rotatum exploſerit, de ſecundo patet ex minis verberum, ac amiſſionis dotis, tertium quoque deducebatur ex quo teſtes aſſerebant Lucretiam, uti bonorum, ac domus, imò etiam Viri adminiſtratricem , potuiſſe comminatum damnum inferre .

Sed quod magis eſt in caſu noſtro concurrunt etiam verbera , ut ſuperius deductum fuit ,† quæ quidem non erant 67 ad probandum metum neceſſaria cum abſque illis ſufficiant minæ una cum metu reverentiali , non modo in fœmina meticuloſa vel in puero , at omnes fatentur , ſed & in maſculo adulto , ut contra Cuccum *libr.* 3. *Inſtitut. Maior. titul.* 12. *num.* 133. firmant tum alii plurimi , tum præcipuè Sanchez *dict. lib.* 4. *diſp.* 6. *num.* 8. & Guttier. *de matr. c.* 44. *num.* 40.

Non obſtant modò ſuperius in contrarium adducta ; nam ad primum in quo dicebatur requiri metum inconſtantem , imò in conſtantiſſimum virum cadentem † reſpondetur il- 68 lud ſuperlativum *conſtantiſſimum* de quo *in leg. metum la ſeconda ff. de eo quod metus cauſ.* reſolvi in poſitivum , nempe in virum conſtantem , ad quem reducitur adiectivum illud *conſtantiſſimum* ſecundum Dec. *in cap. fin. num.* 2. *de Appell. in cap. cauſam matrimonii num.* 4. *de offic. deleg. & in leg. in omnibus cauſis , la* 2. *ver. & generaliter ff. de reg. iur.* Menoch. *de arb. iud. caſ.* 135. *num.* 2. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 13. *q.* 1. *nu.* 54. *cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 1. *nu.* 9. Guttier. *etiam de Matrim. cap.* 77. *nu.* 1.

† Sed & metus in virum conſtantem cadens intelligitur 69 reſpectivè , ideſt habito reſpectu ad perſonam metum paſſi ; non enim penſandus , & metiendus eſt ex cauſa , ex qua oritur , vel ex natura rei , ſed potius ex perſona , cui incutitur ; cum non omnes homines æqualiter moveantur , etiam ſervata Virtute conſtantiæ ; id quod diligenter advertere debet prudens Judex , cujus arbitrio remiſſum eſt quiſnam dicatur juſtus metus gloſ. *in cap. locum de ſponſal.* quam ſingularem appellat Roman. *in ſing.* 226. *tu ſcis* cum aliis plene congeſtis per Tiraquell. *de legibus connub. leg.* 9. *numer.* 120. *& ſeq.* innumeros cumulat Sanchez *de Matrimon. libr.* 4. *diſput.* 3. *ſub numer.* 2. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 135. *num.* 4. Bonaccin. *to. de Matrim. qu.* 3. *in punct.* 8. *ſub num.* 6. Seraph. *de privil. iuram. privil.* 110. *n.* 13. *&* 14. Purpurat. *conſ.* 579. *n.* 7. *lib.* 2. Hyppol. Rimin. *inter conſil. Matrim. diverſ. conſil.* 77. *num.* 16. *lib.* 1. Guttier. *conſil.* 16. *verſicul.* 2. & latius *in tract. de Matrim. cap.* 77. *nu.* 2. *& ſeq.* Coninch. *tract. de Sacram. diſp.* 28. *num.* 24.

Unde † quamvis S. P. *in capitul. conſultationis de ſponſal.* 70 (ubi agitur de irritando matrimonio à fœmina per metum inito) loquatur de metu cadente in virum conſtantem, hujuſmodi tamen verba proverbii loco recipienda ſunt , pro metu non levi, & vano, ſed gravi habito reſpectu ad fœminam illum patientem , ut benè declarat Sanch. *loc. citato* quem ſequitur Guttier. *d. cap.* 77. *nu.* 3. quod enim viro conſtanti non eſt formidabile , eſt utique imbecilli mulieri , ut plenè per Sanchez *d. lib.* 4. *diſp.* 3. *nu.* 2. ubi rationem reddit, rectè etiam per Leſſ. *de iuſtit. & iur. l.* 2. *c.* 17. *ſub n.* 35. *in fi.* & Coninch. *de Sacram. diſp.* 28. *n.* 29. *& ſeq.* Purpurat. *d. conſ.* 579. *n.* 7. *l.* 2. Greg. XV. *cum relat. dec.* 326. *n.* 25. Talis autem dubio procul eſt is de quo agimus , nam licet non ita facile juſtus metus, & in virum conſtantem cadens, præſumi ſoleat reſpectu matris, ut reſpectu patris; id tamen † fallit quando ma- 71 ter eſt auſtera ſolitaque minas exequi, prout Lucretiam eſſe, deductum fuit , tunc enim etiam metus reverentialis illi debitus, æque ac in parte præſumitur; cum utrique parenti ob reverentiam filia diſplicere timeat Aretin. *conſ.* 24. *nu.* 6. Sanch. *d. leg.* 4. *diſp.* 6. *nu.* 3. Guttier. *de matrim. cap.* 44. *n.* 49. *& in conſ.* 16. *&* 19.

Ad ſecundum † reſpondeo negando aſſumptum, ut nem- 72 pe requiratur metus majoris mali comparativè , cum imò malum abſolutè in ſua gravitate ſpectandum ſit . Jura enim conſiderant duntaxat metum cadentem in virum conſtantem abſolutè , non autem comparativè ; & hanc partem uti veriorem defendet egregiè Sotus 4. *diſt.* 29. *quæſtion. prim. articul. ſecundo* Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſput. prim. num.* 11. *& ſeq. & diſput.* 2. *num.* 3. & Coninch. *de Sacram. diſp.* 28. *num.* 23. Ad textum autem *in l. metum la prima ff. quod met. cauſ.* reſpondetur verbum illud *maioris mali*, exponi , ideſt, magni , ut explicat ibi *gloſ. in princ.* & ſequitur Sanch. ubi ſup. *num.* 9. & Guttier. *de Matrim. d. c.* 77. *ſub nu.* 1. comparando hoc non cum malo, quod illius vitandi cauſa ſuſcipitur, ſed cum malis, quæ vulgo fere omnibus accidunt , quæque inconſtantes timent , conſtantes contemnunt; ut conſimili phraſi dicere ſolemus caſus pauciores Epiſcopo eſſe reſervatos , ita ad dictum textum reſpondet Coninch. *loc. cit. num.* 22.

Ter-

Tertium objectum facile removetur, negando minorem propoſitionem, cum enim Barbara ſub matris cuſtodia eſſet, nec domo unquam niſi illa comite egrederetur, utique non fuit ſibi facultas ad Epiſcopale palatium libere ſe conferendi, nec occurrebat quiſquam, cujus fidei negotium hoc committere deberet, & Vicario nunciandum curaret metuebatque magis inde matris iram exaſperare. Quod autem potuit, hoc utique fecit, quia nunquam ſponſum allo-
73 qui, imò nec aſpicere voluit, † ex quo etiam deducitur præſumptio præcedentis metus, qui per locum à veriſimili probatur Cravett. *conſ.* 49. *nu.* 5. Gregor. *d. deciſ.* 326. *nu.* 7. Rota *dec.* 643. *nu.* 19. *in fin. par.* 1. *in recent. & dixi in deciſ.* 5. *num.* 47. Necnon, & ab eventu Cravett. *d. conſ.* 49. *nu.* 9.

74 Minus refragatur quartum, † quia directè tendit contra *cap. veniens de ſponſal.* in quo contextu metus à tertio fuerat illatus: id quod probatur etiam in *cap.* 1. 3. & 4. *extra de his, quæ vi metuſve cauſ.* & eſt melior textus de mundo *in l. item ſi cum exceptione* §. *in hac actione ff. quod met. cauſ.* ubi I. C. inquit *In hac actione non quæritur utrum is qui convenitur, an alius metum fecit; ſufficit enim hoc docere metum ſibi illatum, vel vim*, & hanc ſententiam uti veriorem ſequuti ſunt Sanc. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *num.* 19. Leſſ. *de iuſti. & iur. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 39. Coninch. *de Sacram. diſp.* 28. *dub.* 1. *ſub num.* 6. *ver. vera* Bonacin. *to. de Matrim. q.* 3. *punct.* 8. *nu.* 25. & complures ex noſtratibus, quos refert, & ſequitur Greg. *dec.* 326. *ſub nu.* 3. *ver. nec refert.*

75 Ad quintum reſpondeo † poſſe quidem parentes, ubi timetur ſcandalum, vel ex alia juſta cauſa impedire, vel ſuadere matrimontium increpatione paterna, vel mediis ſuavibus; nullo autem pacto id facere poſſe concutiendo mentem, ſeu inferendo vim vel metum, ut poſt alios, quos refert, declarat Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 22. *nu.* 5. Alios, me iterum hic citato, refert Rot. *in d. Trullen. regiſtrata* à Dian. *in calce d. par.* 11.

76 Unde † quamvis Lucretia cogendo ſic Barbaram, non inciderit in excommunicationem latam per *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Matrim.* quod loquitur duntaxat de habentibus juriſdictionem in foro externo; lætaliter tamen peccavit in matrimonio etenim eſt quaſi quædam ſervitus perpetua, unde cum homo liberæ ſit conditionis: nequit à parente ad ſervitutem hanc compelli; igitur ex tali coactione parens peccat; quia facit contra juſtitiam ita in effectu tradunt poſt alios Sanch. *de matrimon. libro* 4. *diſputat.* 22. *numer. quarto & ſeqq.* Cardin. Bellarm. *Controverſ. libro primo de Sacr. Matrim. capitul.* 19. Menoch. *conſil.* 69. *num.* 41. Gutt. *Canonic. qq. lib.* 1. *c.* 20. & rurſus *de Matrim. c.* 70. *nu.* 1. *& ſeqq.* Bonacin. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 8. *nu.* 34.

Ultimum quoque facile evitatur negando minorem propoſitionem, ſcilicet Barbaram perveniſſe ad locum omnino tutum, cum imò etiam ad Eccleſiam fuerit à Matre aſſociatus, & ſic non extiterit in plena libertate; † metus autem
77 durare præſumitur quamdiu extat cauſa metus Bar. & cæteri *in l. penultima ff. de condit. ob turp. cauſ.* Calder. *conſil.* 1. *tit. quod met. cauſ.* Marſil. *in ſign.* 325. Abb. *in c. conſultationi de ſponſal.* Alex. *conſ.* 98 *nu.* 7. *lib.* 3. Dec. pulchrè *in conſ.* 19. *poſt nu.* 4. latiſſimè Pariſ. *conſ.* 139. *nu.* 25. *vol.* 4. Maſcar. cum per eum relat. *de probat. concl.* 1054. *num.* 36. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 126. *nu.* 27. Gaill. cum relatis *lib.* 2. *pract. obſerv. c.* 93. *in fin.* Trentacinq. *Variar. reſol. lib.* 1. *tit. de his quæ vi metuſve cauſ. reſolut. prima num.* 15. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 771. *num.* 8. *& dec.* 863. *num.* 1. *&* 2. Rota *in Conch. nullitatis ordinum* 10. *Martii* 1606. *coram Penia, & in Romana, reputationis indebiti* 25. *Junii* 1610. *coram Pirovano* latè, & pulchrè Gregor. *dec.* 302. *nu.* 1. *&* 2. *& per totam.*

78 Ad † quam præſumptionem excludendam non ſufficit ſimplex conſenſus metum paſſi, ſed requiritur plena ſecuritas, ita ut ille in omnimoda ſit libertate conſtitutus Rota *dec.* 643. *nu.* 29. *p.* 1. *in rec. & in Nicien. Matrimonii* 3. *Martii* 1586. *coram Gypſio, & in Neapolitana profeſſionis* 26. *Junii* 1598. *coram eodem.*

Cùm itaque exprædictis appareat Barbaram contraxiſſe
79 per juſtum metum, nihilque † voluntati ſub cælo ita ſit contrarium ac metus *l. nihil conſenſus ff. de regul. iur. c. ſuper hoc*, & ibi Abb. *de renunciat.* Pariſ. *conſ.* 58. *ſub nu.* 66. *lib.* 4. ideo declaravi matrimonium nullum, & irritum, & ſententia in judicatum tranſivit.

ARGUMENTUM.

Canonicus qui digniorem locum in cornu ſiniſtro optavit, an poſſit eveniente caſu optare digniorem lateris dexteri. Et tradunt nonnulla in Præcedentiarum materia.

SUMMARIUM.

1 *Canonico antiquiori dignior locus debetur.*
2 *Præcedentiarum materia magni eſt præjudicii.*
3 *Præcedentiarum in materia attendenda eſt conſuetudo.*
4 *Conſuetudo etiam contra jus attendenda.*
5 *Canonicus nactus primum locum poſt dignitatem non poteſt amplius optare.*
6 *Qualitas in qua quis ſe fundat, eſt præcisè probanda.*
7 *Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, & uſu.*
8 *De notorio facti permanenti poteſt Judex ſe extrajudicialiter informare.*
9 *Conſuetudinis particulari in collegiata Eccleſia ceſſante recurritur ad conſuetudinem cathedralis.*
10 *Sedes dextera nobilior eſt ſiniſtra.*
11 *Canonici quinam Epiſcopo divinis intereſſenti aſſiſtere debeant.*
12 *Conſuetudo ut iunior Canonicus in ſedendo præcedat antiquiori, an valeat.*
13 *Gradus excelſior invidiam generat, & ſcandalum inter fratres ſeminat.*
14 *Civitatum finitimarum ordo attenditur in ſedendo, quando duobus eſt in loco iudicii.*
15 *Præcedentiæ in materia communis hominum reputatio plurimum operatur.*
16 *Præcedentiarum in materia, ubi non adeſt propria conſuetudo ſervatur ritus Romæ ſervari ſolitus.*
17 *Præcedere in ſedendo eum, cui quis in cæteris poſtponitur non eſt inconveniens.*
18 *Canonicus diaconus in collegiatis præcedere poteſt Canonicum Sacerdotem.*
19 *Canonicatus in Collegiatis non habet annexum ordinem ſacrum.*
20 *Poſſeſſio anteceſſoris in beneficialibus quando ſuffragatur ſucceſſori.*
21 *Optio non fit ex novo titulo, ſed ex antiquo.*
22 *Abſentiæ, & infirmitatis caſus, æquiparatur caſui mortis in materia ſtalli.*
23 *Præcedentiarum controverſiæ terminandæ ſunt ſummariè, & ſine figura judicii.*
24 *An quis uti dignitas, vel ut Canonicus ſedeat quomodo cognoſcatur.*

DECISIO LXXVI.

INſignis Collegiata S. Proſperi Regii Lepidi unicam habet dignitatem, Præpoſituram vocatam, ac ſeptem Canonicos, quorum tres in Choro ſedent in Stallis ſitis à dextris poſt Præpoſitum, quatuor verò Siniſtris; ſenior autem Canonicus dicitur Prior, non quod dignitatem habeat, ſed quod primus, & antiquior Canonicus exiſtat. Diſcendente ab humanis D. Petro Antonio Caſſolio olim Priore, qui ſedebat in prima Sede à parte ſiniſtra, & ſic penes Sedem Epiſcopalem in medio Chori exiſtentem, & è conſpectu D. Præpoſiti, orta eſt contentio inter fratres, cuinam deberetur Stallum illius, quia D. Canonicus Canoſſeus, qui jam ſedebat immediatè poſt dictum Caſſolium, illud optare prætendebat, ut fieri ſolet in cæteris Stallis vacantibus, qui ab his, qui reperiuntur in ſede immediatè ſequenti, optantur; contra verò D. Canonicus Baiſius, qui uti ſenior Canonicus, in nomine Prioratus ſucceſſit, contendebat ſe etiam in dicto Stallo ſucceſſiſſe; & ſic è ſecunda ſede lateris dexteri ad primam ſiniſtri ſe transferre inſtabat cum de jure, † Canonico antiquiori dignior locus 1
debeatur, ut multis probabant ſcribentes pro eo, quibus ego addebam tex. *in leg.* 2. *ibi, ut is gradu cæteros antecedebat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire C. de off. magiſt. off. & in capitul. miramur circa fin. ibi nec poteſt de eius provectione dubitari, cui pro laboribus multis pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis celſioris loci præmium debetur.* 61. *diſt. & in leg.* 1. *Cod. de conſult. & non ſpar-*

gen. ab eo pecun. & in l. prim. Codice. de præpos. Sac. Cubit. lib. 12.

2 Cum autem præcedentiarum materia magni sit præjudicii ut per Put. *dec.* 449. *in fi. lib.* 2. *& decis.* 6. *lib.* 3. & Seraphin. *dec.* 22. *n.* 1. *p.* 1. & dixit Rot. *in Cusentina præcedentiæ* 6. *Jun.* 1618. *cor. Dunozzetto seniore.* Et causa ista videretur exemplaris ; non sine magna maturitate ad ejus expeditionem procedere volui ; Tandem post multiplices, & quidem prolixas partium allegationes, post repetita contradictoria, ad favorem D. Canosse judicavi.

3 Motus fui ex pluribus, † præsertim quia in materia præcedentiarum consuetudo in primis est attendenda, Bald. *in cap. cum olim. de Consuetud.* Rot. *decis.* 4. *in fi. de elect. in cap. cum olim. de Consuetud.* Rot. *decis.* 4. *in fi. de elect. in nou.* Natt. *cons.* 62. *num.* 7. Ruin. *cons.* 165. *nu.* 4. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 126. *num.* 3. *lib.* 2. Navar. *cons.* 2. *de maiorit. & obed.* Seraphin. *decis.* 104. *nu.* 8. Greg. XV. *decis.* 124. *nu.* 2. Rot. *in Asten. Sedis* 9. *Jun.* 1593. *&* 21. *Maii* 1597. *cor. Gypsio, & in Horiolen. præcedentiæ in Choro* 10. *Decembris* 1502. *coram Blanchetto*, & latè *in Lucana præcedentia* 24. *Ianu.* 1628. *cor. R. P. D. Ghislerio, & alias passim, & est text. in cap. legimus* 92. *dict.* Consuetudo enim assignat loca sedendi, & standi, & non debet præposterari Bald. per illum tex. *in cap. olim. de consuet.*

Igitur cum simus in confesso in hac Ecclesia extare antiquissimam consuetudinem optandi Sedem Vacantem ab eo,

4 quem immediate post eam sedere contingit, non est † cur modo ab ista Consuetdine recedatur, etiam si esset contra jus alterius Aret. *cons.* 23. *numer.* 11. *ad med.* Felyn. *in cap. auditis numer.* 23. *de præscript.* Rolan. *in consil.* 5. *num.* 7. *& lib.* 1. & dixit Rota *in dicta Lucana præcedentiæ*, ubi aliæ continentur. Unde multo magis ista debet attendi, quæ funda-

5 tur in jure communi, † secundum quod fit ascensio gradatim ita ut antiquior Canonicus statim atque nactus est primum locum post dignitatem, non possit amplius optare Stallum, in alio cornu, ut per Monet. *de opt. Canonic. cap.* 7. *qu.* 2. *sub nu.* 31. *circa fin.*

Neque D. Baisio suffragatur alia particularis consuetudo, quæ contra istam allegabatur, nempe sedendi tres Priores antecessores successuris temporibus in Stallo, de quo agitur ; quia utramque qualitatem probare tenebatur, quod scilicet alii Priores sederint in dicta Sede, & quod recesserint à cor-

6 nu dextro, ac ad sinistrum se contulerint, † quando enim qualitas est causa, ut quis obtineat, præcisè probanda est, Curt. Iun. *cons.* 124. *num.* 1. Paris. *cons.* 152. *numer.* 5. *libr.* 4. Soccin. jun. *cons.* 22. *num.* 11. *lib.* 1. Cæphal. *cons.* 256. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 8. *glos.* 7. *in princip. cum aliis congestis* per Rot. *decis.* 402. *sub num.* 4. *in fi. par.* 2. *in recentior.* & in terminis consuetudinis tradunt Bald. *in capitul.* 1. *circa fin. qui feud. dari poss.* Natt. *consil.* 46. *numer.* 1. Curt. jun. *consil.* 26. *numer.* 8. Cravett. *consil.* 96. *num.* 4. & Seraph. *dec.* 326. *num.* 2.

Testes autem D. Baisii non modò non probant hujusmodi qualitatem, sed imò de contrario testantur, dicentes antiquiores Priores antequam ad dictam Sedem convolassent, sedisse in Sede immediatè post illam, in qua nunc sedet D. Canosseus (& sic apparet non in vim Prioratus, sed in vim optionis in eodem latere dictam Sedem fuisse nactus, juxta prædictam consuetudinem) subdentes se se nunquam vidisse aliquem transisse de uno latere ad aliud. Cum itaque non evenerit casus, ut Prior ex uno cornu ad aliud se transtulerit, utique consuetudo inducta dici non potest, ut per Gemin. post Jo. And. *in cap. cum in tua sub nu.* 3. *de*

7 *consuetud. in* 6. † Consuetudo enim tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & usu Bald. *cons.* 27. *vol.* 2. Seraph. *decis.* 1040. *nu.* 2. Surd. *cons.* 371. *nu.* 4. Rot. *dec.* 789. *n.* 3. *p.* 1. *in rec.*

Quin potius in ista Collegiata adest consuetudo non recedendi, sed optandi semper Sede vacantem ab alio Canonico ejusdem lateris, quod an sit in processu benè probatum, non

8 disputo ; ex quo enim est notorium facti permanentis non eget probatione, sed Judex potest se informare de illo etiam extrajudicialiter pro auxilio veritatis Aret. *cons.* 27. *num.* 1. *in fin.* post Bart. *in l.* 3. *§. hoc autem ff. de damn. infect.* Bald. *in leg. ea quidem num.* 44. *Cod. de accusat. glo. in cap. quem Manifesta.* 2. *q.* 1. Grat. *discep. forens. cap.* 442. *num.* 8. *tom.* 2. & dixi *in dec.* 85. *nu.* 33.

9 Sed † & insuper adest etiam consuetudo Cathedralis hujus Civitatis quæ in defectu contrariæ particularis consuetudinis Ecclesiæ collegiatæ attendi debet. Federic. *de sen. consil.* 152. *nu.* 2. *ver. item si de aliqua.*

Non præterquam quod hoc etiam est notorium, & ex inspectione cernitur, Testes D. Canossei probant nec D. Coradinum modernum Priorem Cathedralis, nec ejus antecessorem recessisse à Cornu sinistro, in quo prius erant, & sic Canonicum sub Priorem sedere, ac sedisse in dextera Sede, † & consequenter in nobiliori, ut per Doctores *com-* 10
muniter in rub. de maiorit. & obed. & Tiraq. *cum relat. de primogen. in præfat. numer.* 13. *& seqq.* & dixit Rota *in Cæsar. August. præeminentiarum* 29. *Novemb.* 1627. *coram R. P. D. Coccino Decano.* Unde cum in Cathedrali eveniente casu, contrarium servatum fuerit, ut scilicet Prior non recesserit de Cornu, in quo reperiebatur, certè inducta dicitur consuetudo, *ad late deducta* per Gemin. *in cap. cum in tua numer. tertio, de consuetud. in sexto.*

Neque relevat ratio differentiæ, quæ pro parte D. Baisii allegabatur inter cæteros Canonicos non Priores in dicta Collegiata, Priorem que cathedralis, & ipsum, desumpta ex eo, quod ipse recedendo à latere dextero, & ad sinistrum convolando poterit una cum D. Præposito assistere Episcopo, vel Vicario divinis interessenti, quod contingere haud potest in cæteris Canonicis, neque in Priore Cathedralis, in qua adsunt duæ dignitates, quæ illum præcedunt, & Episcopo assistunt. † Quia respondebam hujusmodi assi- 11
stentiam non esse munus præcedentiæ, sed Ministerii, ita ut Præpositus assistere non teneatur, cum id ad Canonicos spectet, & præcipuè ad Diaconos, ut expressè habetur *in Cærimoniali Episcoporum libr.* 1. *capitul.* 8. *in princ.* Quinimò Episcopus eligere sibi potest quos maluerit, ut per Parid. Crass. *de Cerimon.* Cardin. *& Episcop. libro primo capitul.* 19. & sic cessat illud absurdum, quod dicebatur resultare ex eo quod Prælato non assisterent digniores.

Quibus tamen obstare videbatur unum, quod licet à scribentibus pro D. Baisio non fuerit tactum, mihi tamen prima facie scrupulum faciebat : † nimirum consuetudinem ; 12
ut junior Canonicus in sedendo præcedat antiquiorem, tanquam irrationabilem, & corruptelam non esse attendendam, nec præscriptibilem, ut per Ruin. *cons.* 155. *num.* 9. *lib.* 4. Tob. Non. *cons.* 72. *num.* 24. Menoch. *cons.* 126. *nu.* 21. *in fi. & seq. & dixit* Rot. *in Seguntina Portiguerii* 4. *Maii* 1607. *coram Greg. XV.*

Cæterum Conclusio ista procedit quando consuetudo absolutè in omnibus casibus, & locis sine ulla causa præferret minus dignum, secus est quando in aliquo casu, vel loco particulari ex rationabili causa minus dignus præfertur, tunc enim consuetudo non est irrationabilis, nec impræscriptibilis, imò ex solo spatio decem annorum inducitur, ita fuit dictum *in Seguntina præcedentiæ* 23. *Junii* 1609. *coram Eminentiss. Card. Pamphilio*, & habetur per Menoch. *cons.* 52. *num.* 49. *& seq.* & in his terminis procedit supra dicta *dec. Seraph.* 969. *num.* 2. *& decis.* 716. *necnon dec.* 4. *de consuetud. in nou. & in Asten. Sedit.* 27. *Februarii* 1588. *cor. Gypsio*, ubi quod indecentia circa præcedentias potest per usum tolli, & fœdere distinctionis hæ duæ contrariæ opiniones conciliantur.

Satis autem rationabilis causa assignandi D. Canosseo Sedem de qua agitur, esse potest, ne turbetur totus ordo Chori, contra *l. quisquis in fin. & ibi glo. fin. Cod. de postulan.* Cum saltante de latere ad latus D. Baisio plurimi, tam in eadem Collegiata ; quam in Cathedrali, ac in cæteris Collegiatis hujus Diœcesis idem prætenderet, & sic ista esset Petra Scandali in quam impingerent multi, † quia 13
gradus excelsior invidiam generat, & scandalum seminat inter fratres Bald. *in capitul. cum olim numer.* 8. *de consuetud.* Quod quidem scandalum cessat, ubi adest contraria consuetudo, ut in Ecclesia Metropolitana Genuensi, ubi Canonici optant juxta ordinem præbendarum vacantem Stallum, locumque in Capitulo sive à dextero, sive à sinistro cornu.

Quinimò † induceretur novus modus optandi, & in- 14
verteretur notorius ordo non solum hujus diœcesis, sed communis etiam finitimarum Diœcesum, qui attendendus est in sedendo *d. c. cum olim.* & ibi Bald. *de consuetud.* Oldrad. *cons.* 267. *num.* 9. *circa fin.* Feder. de sen. *cons.* 201. *sub nu.* 6. *vers. ad nonum* Castren. *cons.* 164. *in præsenti causa in princ. lib.* 2.
† Ista namque communis hominum reputatio in materia 15
præcedentiæ plurimum operatur idem Bald. *cons.* 387. *col.* 2. *in prin. ver. item illa lib.* 1. per text. *in l. Athletas, de his qui not. infam.* sequitur Boer. *dec.* 286. *num.* 8. *ver. item illa est maior.* Grat. *disc. for. c.* 111. *nu.* 74. *to.* 1.

Præ-

Præsertim, quia ista consuetudo non saltando de latere ad latus, sed optandi per ordinem in cornu, in quo quis reperitur, viget etiam Romæ, unde præsuppositio, quod hic non
16 adsit consuetudo recedendi, prout re vera non adest, † succedit resolutio facta in Congregatione Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum sub die 26. Augusti 1593. ut nempe ad tollendas omnes lites, & controversias in materia præcedentiarum orientes serveturid, quod in Alma Urbe omnium Magistra servatur, & die 30. Augusti ejusdem anni D. Cardinalis Alexandrinus retulit eandem Congregationis sententiam, placuisse Sanctissimo, & juxta eam in casibus occurrentibus rescribi mandasse, quarum declarationum meminerunt Campanil. *in diverf. Iur. Canon. cap.* 13. *fub num.* 121. Quarant. *in Summ. Bull. verb. præcedentia, & moderni de offic. & potest. Episcopi alleg.* 78. *nu.* 24. *p.* 3.

Minus refragatur aliud inconveniens; quod dicebuntur resultare si Prior, qui in Processionibus, in Capitulo, & in aliis præheminentiis præfertur D. Canosseo, in Choro se-
17 deat in humiliori loco. † Quia pro responsione sufficit *dec. Rota* 4. *de elect. in nou.* ubi cum similis ratio deduceretur, responsum fuit non esse absurdum, ut Decanus illius Ecclesiæ qui prædictas præheminentias habebat, & multo plures, sederet à sinistris Præpositi, qui inferiorem habebat dignitatem, cujus decisionis virtute Rotam in alia causa de voto *Congregationis Rituum* idem resoluisse testatur Gonzal. *in* 8. *reg. Canc. glos.* 51. *nu.* 56. *& seqq.*

Præterquam quod obiectum procedere aliquando posset si Prior haberet dignitatem Collegialem, ut in Cathedrali Assisien. & Spoletana quam cum non habeat, certè non implicat, ut in sedendo in Choro postponatur alteri, cui in reliquis præfertur, ut resolutum fuit *coram Seraph. dec.* 716. contra R. P. D. Correctore litterarum Apostolicarum, qui ex quo in Parco præcedebat RR. PP. DD. Abbreviatoribus, prætendebat etiam præcedere in cæteris actibus, & locis, & ego ipse longè post hæc scripta in eodem Parco præcedo uni qui post me factus est Abbreviator & ipsi mihi in Signatura, & in cæteris actibus præcedit; quia Prælativum habitum, & Signaturæ possessionem accepit prius quam ego.

Non etiam obstat aliud obiectum à scribentibus pro D. Baisio pluries repetitum, nempè quod, cum ille sit Sacerdos, *D. Canosseus* autem Diaconus, ille sedere debet in celsiori loco, hic in humiliori. Quia, omissis responsionibus
18 † Advocatorum dicebam, id non procedere in Ecclesiis Collegiatis, in quibus, quo ad hoc, nihil fuit per *Sac. Conc.* innovatum, juxta declarationem Gregor. XIII. *& Congregationis* ejusdem Concilii de qua per Leo. *in Thesau. for. Eccles. p.* 2. *c.* 3. *nu.* 21. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. *num.* 91. *& seqq.* & Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *num.* 34. *& seqq.* qui propterea post alios, quos referunt, concluditur hodie quoque Canonicatum Ecclesiæ collegiatæ etiam insignis non habere annexum ordinem sacrum, sed sufficere primam tonsuram, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 482. *nu.* 1. *& nu.* 11. *& seqq. tom.* 3.

Quemadmodum facili negocio corruit aliud motivum, in quo scribentes pro D. Baisio maximum faciebant fundamentum, nempè eidem concedendum esse mandatum de manutenendo, ex quo ipse successerat in Prioratu, & in omnibus illius juribus, ac consequenter in Stallo, cujus possessio dicebatur in ipsum absque ulla apprehensione translata.

20 Quia respondebant † auctoritates allegatas loqui in casu, in quo quis agit nomine Ecclesiæ, secus autem si nomine proprio, tunc enim anteccssoris possessio successorem non inviat, Boer. *cons.* 49. *num.* 9. *&* 10. Gomes. *de trien. quæst.* 13. Rebuff. *de pacif. possess. n.* 187. latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 83. *nu.* 103. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 402. *num.* 9. *&* 10. *tom.* 3. & dixi latius *in decis.* 98. *num.* 18. *& seqq.* Nec in beneficialibus antecessoris possessio continuatur in successorem, sicut in prophanis, ut per Menoc. *de retinen. possess. remed.* 3. *quæst.* 87. *num.* 726. cum aliis per me adductis *in decis.* 98. *nu.* 17.

21 Dicebam † etiam hæc non applicari casui nostro, in quo agitur de Stallo optabili; quia non ex novo titulo, vel nomine Prioratus optatur, sed ex antiquo titulo, ut probatur *in cap. cum in tua, de consuetud. in sexto*, & tradit Rot. *decis.* 15. *de consuetud. in antiq. & decis.* 10. *de præben. in antiqu.* Ex quibus etiam incidenter colligo in hac optione non plus juris ad præsens competere D. Baisio Priori, quam antea in aliis optionibus competeret, unde cum semper gradatim ascenderit in eodem cornu, non potest modo ad aliud se transferre.

Quinimò, si cui ex hoc capite dandum fuisset mandatum de manutenendo, potius concedendum erat D. Canosseo, quem ex processu constat semper in casu absentiæ & infirmitatis D. Cassoli sedisse in Stallo de quo agitur, † casus au- 22
tem absentiæ, & infirmitatis ad hunc effectum æquiparatur casui mortis, ut videmus in coadiutore cum futura successione, qui eundem habet Stallum tam coadiuto absente, quam defuncto, vel latè per Gonz. *gl.* 5. *§. 9. n.* 101. *cum multis seq.* & ita Rota, ut in *Salaman. coadiutoriæ* 15. *Iun.* 1593. *cor. Prenia*, sed stantibus jam dictis, non fuit opus ingredi hanc difficultatem.

Quæ autem dicebantur circa cumulationem petitorii cum possessorio non erant attendenda † quia juxta dispositionem 23
Sacri Concilii Tridentini *Sess.* 25. *cap.* 13. *de regul.* & declarationes Congregationis eiusdem Concilii, hujusmodi controversiæ de præcedentiæ, quæ inter personas Ecclesiasticas cum scandalo oriuntur, terminandæ sunt ab Ordinario brevi manu, summariè, ac de plano, sine strepitu, & figura judicii, ut etiam advertit Leon. *in Thes. for. Eccl. p.* 1. *qu.* 8. *n.* 18. *& alii committuntur.*

Novissimè pro consolidatione, & quiete D. Baisii dici fortasse posset, Sedem, in qua nunc ipse sedet, principa-
lem & digniorem esse inter Sedes Canonicales, quia † D. 24
Præpositus non sedet uti Canonicus, sed uti dignitas, cum non sedeat secundum antiquitatem, nec ejus Stallum optetur, juxta signa allata per Seraph. *decis.* 437. *num.* 2. *& seqq.* Et sic ejus Stallum non debet inter Canonicales connumerari; sublata igitur persona D. Præpositi, Prior remanet primus in dextero latere, & consequenter cæteros Canonicos præcedit, unde eidem aliud Stallum exposcenti responderi posset, quod Servator noster primum locum à dextris, & à sinistris ipsius petentibus, respondit nescitis quid petatis, frustra enim quis petit, quod intus habet, juribus vulgatis.

Cætera, quæ pro eo allegabantur, vel ex jam dictis remanent sublata, vel non indigent responsione, & ita sententiavi, & Prior demum acquievit.

ARGUMENTUM.

An, & quando is qui Cancellarii, vel Nuncii seu Baiuli officio in criminalibus perfunctus fuit dicatur ad ordines Ecclesiasticos irregularis.

Irregularitas ex defectu lenitatis quando incurratur, & quando ex defectu bonæ famæ seu ex infamia.

Irregularis, an, & quando in dubio quis censendus sit.

Et reprobatur. Majol. *in tract. de Irregularitate lib.* 2. *cap.* 6. *fub num.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Irregularis ex lenitatis defectu, an sit acceptans officium Nuncii, vel Notarii criminalis.*

2 *Nuncii publici, vel Baiuli officium exercens, incurrit irregularitatem ex infamia.*
Contrarium n. 25. & seqq.

3 *Nuncii officium est infame.*
Contrarium est verius n. 25.

4 *Nuncii æquiparantur Birruariis.*
Declara ut num. 43.

5 *Birruariorum officium est infame.*

6 *Per ignominiosam professionem, que reddit hominem vilem, & indignum, contrahitur irregularitas.*

7 *Infamia, quæ contrahitur per exercitium officii vilis, vel infamis, dicitur infamia juris.*

8 *Episcopus dispensat directè in irregularitate facti, indirectè veru in illa, quæ contrahitur ex delicto, cui dispensare potest.*

9 *Infamia durat etiam dimisso officio infami.*

10 *Infamis in uno loco est infamis, & irregularis etiam in alio.*

11 *Irregularitas lenitatis, an, & quando duret dimisso officio.*
Majol. de irregul. lib. 2. cap. 6. n. 3. *reprobatur.*

12 *Lenitatis irregularitas quare inducta fuerit.*

13 *Lenitatis irregularitatem non incurrit, qui non fuit causa pro-*

propinqua deformationis hominis, & quomodo id intelligatur.

14 *Argumentum de maiori ad minus negative, & ad deſtructionem, validiſſimum.*

15 *Teſtis contra reum deponens, non efficitur irregularis, niſi ſecuto effectu deformationis hominis.*

16 *Teſtes plus cæteris cooperantur in iudicio ſanguinis.*

17 *Irregularis non efficitur teſtis etiam ſecuto effectu ſi Iudex aliis motus fuit probationibus.*

18 *Iudex nullam contrahit irregularitatem, niſi ſecuto effectu.*

19 *Diſpenſare nunquam poteſt Epiſcopus in irregularitate ex defectu lenitatis.*

20 *Irregularis non efficitur debilitans membrum contra* Cajet. & Sotum.

21 *Irregularis, an, & quando efficiatur Iudex per ſolam ſanguinis effuſionem.*

22 *Irregulares non efficiuntur accedentes ad bellum iuſtum, non ſecuto effectu deformationis hominis.*

23 Cap. 1. 51. diſt. *germanus ſenſus.*

24 Cap. ſæpe Principes 23. q. 8. *verus intellectus.*

25 *Nuncii officium non eſt infame, imò ad illud eligendi ſunt viri probi, licet poſſint eligi etiam infames.*

26 *Infamiæ irregularitatem non incurrit exercens officium, quod non conſtat in iure eſſe infame.*

27 *Infamiam facti inducit officium, quod includit in ſe culpam grauem.*

28 *Irregularitas non incurritur, niſi in iure ſit expreſſum.*

29 *Privationis pœna non incurritur, niſi in iure exprimatur.*

30 *Quænam officia infamiam inducant*, remiſſivè.

31 *Irregularis, an quis in dubio cenſendus ſit? quinque referuntur opiniones.*

32 *Irregularis quis, an ſit cenſendus in dubio facti, excepto homicidio.*

33 *Religioſus ad titulum paupertatis ordinatus, ſi de validitate profeſſionis eſt dubius, debet ab ordinum exercitio abſtinere.*

34 *Irregularitatis in materia homicidium, & mutilatio æquiparantur.*

35 *Irregularis cenſendus quis non eſt in dubio mutilationis.*

36 *Epiſcopus in mutilatione occulta diſpenſare poteſt.*

37 *Contrarium verius.*
Eman. Sà in Aphoriſm. confeſſ. verb. irregularitas, *reprobatur.*

38 *Irregularitas conſurgens ex homicidio, vel mutilatione, eſt non ſolum ex delicto, verum etiam ex ſignificatione.*

39 *Irregularis eſt præbens cauſam abortus etiam ſi dubitatur an fœtus eſſet animatus.*

40 *Irregularis eſt cenſendus qui conſuluit homicidium, & dubitat, an ſuo conſilio, vel aliunde illud ſecutum fuerit.*

41 *Homicidium præſumitur commiſſum ex præcedente conſilio ad occidendum dato.*

42 *Quæ præſumptio contrariis tollitur coniecturis.*

43 *Argumentum ab æquiparatis, an, & quando validum.*

DECISIO LXXVII.

ADoleſcens qui olim Tabellionatus munere in cauſis criminalibus perfunctus in deteriorem inde prolapſus fortunam, officium Bajuli, ſeu Nunci publici exercuerat; denique ad frugiorem vitam rediens, & ad patrios lares reverſus inſtabat ad Sacros promoveri ordines à bo.me. D. Aſcanio Sperello Patruo meo, Epiſcopo S. Severini de me optimè merito, quippe qui paterno me educavit affectu. Unde contigit dubitari numquid ratione dictorum officiorum aliquam contraxerit irregularitatem, & an ab Epiſcopo indiſpenſabilem tametſi nunquam ſententiam ſanguinis ſcripſerit, nec ad eam citaverit, ita ut defectus deformationis hominis ſecutus fuerit.

Et quidem in affirmativam partem inclinandum videbatur nempè hunc juvenem duplicem incurriſſe irregularitatem, priorem lenitatis, ſed Epiſcopo reſervatam; poſteriorem infamiæ Summo Pontifici reſervatam.

1 Quod autem lenitatis irregularitatem tam per exercitium Cancellarii criminalis, quam ex officio Nuncii contraxerit, probari videtur *in cap.* 1. 51. *diſtin. ibi aliquantos ex Curialibus, qui dum parent poteſtatibus imperata fecerunt, & ibi qui in Forenſi exercitatione verſati ſunt.* Quem textum verificari etiam in eo, qui Tabellionatus acceptavit officium etiam poſt illius dimiſſionem tradit Maiol. *de Irregul. lib.* 2. *cap.* 6. *ſub num.* 3. ubi rationem reddit, quia pari paſſu hæc procedunt quoad irregularitatem incurrendam judicium ferre, vel parari ad judicium ferendum *Conc. Tolet.* 4. *can.* 30. regiſtratum *in c. ſæpe Principes* 23. *q.* 8. & de Nunciis tradit idem Majol. *d. lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 6.

Quod autem in irregularitatem ex defectu bonæ famæ, ſeu ex infamia inciderit, ex eo ſuadetur, quia exercuit ultimo loco officium Baiuli, ſeu Nuncii, † quod quidem 2
vile, & infame reputatur Ugolin. *de irregul. cap.* 60. *num.* 4. Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 48. Scot. 3. *numer.* 3. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 5. Maiol. *de Irregul. lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 5. Auila *p.* 7. *diſp.* 4. *nu.* 5. & notat Filiuc. *in opere morali tractat.* 19. *nu.* 230.

Et † quod Nuncii his noſtris temporibus ſint viles, & 3
infames, dicit poſt alios quos refert Aſin. *in prax.* §. 19. *cap.* 2. *num.* 5.

Et † patet ex eo, quod Nuncii, & Birruarii in hoc equi- 4
parantur, & pari paſſu ambulant, ut poſt alios habetur per Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 189. *q. nu.* 3. & 8. & per Farinac. *in tr. de teſtib. q.* 56. *nu.* 375.

Quod † autem birruarii officium ſit infame firmant om- 5
nes DD. ſup. cit. n. 2.

Et † quod per ignominioſam profeſſionem alicujus artis, 6
quæ reddit hominem vilem, & indignum contrahatur irregularitas tradit ex aliorum ſententia Bonac. *tr. de cenſ. diſp.* 7. *qu.* 3. *punct.* 1. *nu.* 22.

Infamis † verò, quæ incurritur per exercitium officii ui- 7
lis, uel infamis, dicitur infamia juris, ut per Suar. *d. tom.* 5. *diſp.* 48. *ſect.* 3. *num.* 3. Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 5. Maiol. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 5. Auil. *d. par.* 7. *diſp.* 4. *diſt.* 5. §. *& notat* Filiuc. *d. tract.* 19. *num.* 230. Ac proinde Epiſcopus diſpenſare † nequit quia ipſe ad ordines ſuſcipiendos directè diſpenſat 8
duntaxat in irregularitate facti, ut per Nauar. *in Manual. cap.* 27. *ſub num.* 204. Barboſ. *de offic. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 43. *ver.* 31. ubi etiam citat Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 2. *qu.* 8. *art.* 5. *concl.* 1. idem tenere videtur Maiol. *de irreg. lib.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 15. *circa fin. ver. omnis igitur* idem firmant Henriq. *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 5. *numer.* 3. *ad fin.* Auil. *d.* §. *& notaſſe num.* 6. In dubio autem in illa duntaxat infamia juris, quæ incurritur ex tali delicto, cui Epiſcopus diſpenſare poſſit, puta ex adulterio, & ex criminibus adulterio minoribus, nam directè diſpenſando in delicto, indirectè etiam & acceſſoriè abolet infamiam inde conſurgentem Navar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 204. Auila *par.* 7. *diſp.* 4. *lib.* 6. Henriq. *l.* 14. *cap.* 5. *num.* 3. *ad fin.* Ugolin. *de irreg. cap.* 66. §. 5. *num.* 3. Bonaccin. *de cenſ. diſ.* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *ſub n.* 6. *ver.* 3. *infra* Diaz. *in prax. canon. crim. c.* 88. *n.* 4.

Nec † referre videtur, quod iſte jam dimiſerit prædictum 9
officium, quia non ex hoc recuperat bonam famam ſed adhuc remanet infamis, ut per Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 5. *in fi.* ubi ait, quod indecentius eſſet ordinare eum, qui fuit publico ſtipendio conductus ad officium infame, qui contraxit infamiam, quamvis ſit ab officio liberatus idemque ante ipſum generaliter firmavit Majol. *de Irregul. lib.* 3. *capit.* 1. *ſub nu.* 5.

Minus † refragari videtur, quod non in Civitate S. Seve- 10
rini, ubi ad ordines promoveri petebat, ſed alio in loco ſatis longinquo dictum officium exercuerat, quia irregularitas iſta non circumſcribitur loco, cum infamis in uno loco, talis ſit etiam in alio, ut per Ugolin. *de Irregul. dict. capitul.* 60. Bonaccin. *de Cenſur. diſput.* 7. *quæſt.* 3. *ſiunt primo numer.* 10. ubi rationem reddit, quia alioquin infamis in uno loco, migraret ad alium, ibique ordines ſuſciperet, ſicque fruſtraretur finis legum.

In diverſam tamen ivi ſententiam, Adoleſcentem, de quo agitur, nullam contraxiſſe irregularitatem, ac ſubinde etiam abſque ulla diſpenſatione ordinari potuiſſe.

Quod enim attinet ad irregularitatem ex defectu lenitatis, † vera, & communis opinio eſt, ut quamvis Curiales puta 11
Judices, Notarii, Aduocati, Fiſcales, Nuncii, & ſimiles ſint irregulares, donec exercent officium Criminale, quia ſicut Clerici in his officiis immiſceri nequeunt, ſic qui actu ſunt illis officiis deſtinati, inepti ſunt ut ad Clericatum aſſumantur. Nihilominus, ſi vel non exercuerunt officium in cauſa ſanguinis, vel quatenus exercuerunt non ſequutus fuerit effectus deformationis hominis, ut in caſu noſtro ſupponitur,

nitur, dimisso officio, exinde non remanent irregulares *glos. in cap. ecce dist.51. gl.* com. recepta *in c. si aliquis de homic.* Socc. sen. *in repet. cap. ad audientiam ante numer.30.* & ibi cæteri DD. *extr. eod. tit.* Navarr. *in Manual. cap.27. num.* 211. Suarez. attestans de com. opin. *tom.3. de Censu. disp.47. sect.4.* Sayrus *de Censur. lib.6. c.14. numer.9.* idem colligitur etiam ex Sot. *de Iust. & iur. lib.5. qu.1. art.4. ver. sed est notanda* Filliucc. reprobans Majolum *tr.19. cap.10. num.239.* Bonacc. *de Censur. dist.7. q.4. punc.1. num.23.* Emman. Sà in Aphorism. Confess. *in ver. irregularitas ex deformatione*, ita ut cum hæc sic comm. opin. de Maiolo contrarium sentiente, tanto magis, quia non desunt rationes hanc opinionem comprobantes.

12 Primò, namque probatur ex eo, quia † idcirco hujusmodi lenitatis irregularitas inducta fuit, quia visum est Ecclesiæ non satis posse referre lenitatem, & mansuetudinem D.N. Jesu Christi (qui propter nos sanguinem suum fudit, & morti se tradidit) eum qui occidit vel mutilat, etiam licitè, ut per D. Thom.2.2. *quæst.49. artic.2.* cum igitur iste nullo pacto concurrerit ad occisionem, vel mutilationem alicujus, sequitur eum non esse hujusmodi irregularitate irretitum.

13 Secundò † ad hoc, ut quis ex cooperatione incidat in hanc irregularitatem, debet, esse causa propinqua, quæ nil aliud est, quam factum, vel dictum directum sufficiens in deformationem hominis inde secutam, ut tradit, ut bene declarat Navar. *in Manual. cap.27. n.211.* iste autem, ut dictum est, nullatenus fuit causa propinqua, imò nec quidem remota homicidii, vel mutilationis.

14 Tertiò, † facit argumentum à majori ad minus, quod in jure negativè, & ad destructionem frequentissimum est *l. nec ex cura C. de æqui. poss. l. quicumque Cod. de fid. Instit. & jure hasta. Fis. lib.10. c. licet universis*, & ibi glos. *in verbo multo minus de test. Salvator noster in Evang. Lucæ c.16. in fin. Apost.1. Timoth.3. cap.* cum aliis congestis per Euerar. *in*
15 *sua Centur. loc.2. maiori.* Nam † idem videmus in teste deponente contra reum, is enim secuto effectu, & non ante irregularitatem incurrit glos. *in cap.1.51. dist.* Abb. *in cap. de cætero col.1.* & ibi Felyn. & Doctores communiter de testibus idem Felyn. *in c. postulasti extra de homicid.* Joan. Crot. *in tract. de Testibus n.69.* Covar. *in repet. cap. si furiosus de Homic. par.2. §.5. sub n.6. in fin.* Navarr. *in Manual. c.27. n.* 212. Majolus *ipse de irregul. lib.2. c.8.* Suar. *de Censur. disput.* 47. *sect.3. n.2.* ubi de comm. Bonacc. *de Censur. disp.7. qu.4. punct.3. n.1.*

16 Et † nihilominus nemo est, qui adeo judicio sanguinis cooperetur, ac ipse testis, à quo totius criminis veritas elicitur, & super cujus attestatione firmatur sententia, ut ex Specul. & aliis tradit ipse Majol. *d. tract. de Irregul. lib.2. c.8. in princ.* Ergo à fortiori idem dicendum est de Nuncio, qui simpliciter defert citationes *authen. multo magis C. de Sacrosanct. Eccl. cum aliis sup. relat.*

17 Quod † autem de teste dixi adeo verum est, ut etiam morte, vel mutilatione rei secuta, si nultatenus ex ejusdem testis depositione, sed Judex aliis probationibus adductus fuit ad sententiam ferendam, non efficiatur irregularis, ut per Navarr. *lib.5. consil.5. de Homic.* Ugolin. *de irregul. capit. 7. nu.4. ad fin.* Bonaccin. *de Censur. disp.7. qu.4. punc.3. sub n.2*

18 Quartò, † pariter à fortiori probatur; quia quamvis D. Antonin. *3. part. titul.28. cap.2.* & idem Maiol. *lib.2. cap.6. num.3.* teneant Judicem criminalem, etiam si ejus sententia capitalis executa non fuerit, contrahere irregularitatem Episcopo reservatam, nihilominus contraria opinio, ut nullam incurrat irregularitatem nisi effectu secuto tenent cummuni calculo *scribentes in c. sententia sanguines, & in cap. ad audientiam de Homicid.* Hostiens. *in cap. significasti eod. titul.* Sylvest. *in ver. homicidium 3. n.3.* Navar. *d. c.27. num.* 211. Suar. attestans de comm. opin. *dict. tr. de Censur. disput.47. sect.1. numer.3.* Bonacc. *de Censur. disput.7. quæst.4. punct.1. n.5.*

Rursus per mandatum injustum non secuto effectu, ea
19 non incurritur, ergo multo minus per justum † Denique nullibi legitur data Episcopis facultas dispensandi in aliqua irregularitate ob defectum lenitatis contracta, ergo dicta opinio nullo pacto sustentari potest, ut optimè arguit Suar. *loc. cit.*

20 Quintò, † quamvis Cajet. & Sotus tenuerit debilitantem alterius membrum irregularem esse, contraria tamen opinio verior, receptior, & in praxi frequentata est, ut nempe nisi totum membrum mutilatum fuerit, etiam si debilitatum, puta perdigiti abscisionem; non tamen incurratur irregularitas, ut post alios tradunt, & communem profitentur Navar. *in Manu. c.27. n.206. ver.2. dico* Lopez. in *addit. ad* Diaz. *in prax. criminal. can. cap.102.* Giurb. *cons. crim.40. num.26.* Maiol. *de irregul. lib.5. cap.50. nu.2.* cum aliis per me cumulatis in *decis.*.... si ergo etiam qui sanguinem effudit, & membrum debilitavit, injustè, non occurrit in irregularitatem, quia necessaria est occisio, vel mutilatio; multo minus dicetur irregularis ex causa lenitatis Curialis jam à Curiæ nexu solutus, qui dum fuit in officio, nunquam cooperatus fuit deformationi hominum.

Sextò, † confirmantur prædicta, quia idem Maiol. *dict.* 21
lib.2. cap.6. sub num.3. sub fine post specul. quem citat, concedit Judicem ob solam effusionem sanguinis, in quam condemnavit reum absque mutilatione membri, non incurrere irregularitatem, ergo à fortiori non incidit iste Nuncius, qui nec quidem citavit ad causam, in qua sanguinis sententia secuta fuerit.

Septimo, denique si vera esset opinio Maioli, sequeretur quod etiam omnes accedentes ad bellum justum efficerentur irregulares, tametsi non occiderent, nec mutilarent, & sic immensa hominum multitudo irregularitatis vinculo ligaretur, & † tamen contrarium probatur expressè *in cap. petitio* 22
tua extr. de homicid. & tradunt Henriq. *lib.14. cap.3.* Ugolin. *in tract. de Irregul. c.12. §.2.* Navarr. *in Manual. cap.27. n.* 215. Sayr. *cap.19. num.3.* Suar. *de Censur. disput.47. sect.6. num.9.* vbi quod licet hæc sententia videri possit difficilis, ea tamen verissima est Molin. *tom.4. d.73. num.2.* Reginal. *lib.* 30. *tracta. 2. num.165.* & alij communiter, ut per Bonaccin. *de Censur. disp.7. q.4. punct.4. nu.7.*

Qui Doctores omnes illam reddunt rationem, quia iste propriis manibus non occidit, nec mutilavit, nec etiam fuit causa proxima deformationis hominis, quæ ratio dubio procul militat etiam in exercente officium Criminale extra casum mortis, vel mutilationis, ut de se clare patet.

Non † obstat modo text. *in capitul.1. 51. distin.* quia illa 23
verba, *quæ sunt imperata fecerunt* quæ in eodem contextu vocantur *sæva præcepta*, indicant ibi loqui de casu, quo effectus deformationis hominis secutus fuit, & ideò potius textus ille retorquetur, & hæc responsio est de mente Suar. *dis.47. sect.4. sub num.2. circa fin.*

Nec † obstat text. *in capit. sæpè Principes 23. quæst.8.* cita- 24
tur à Maiol. imò, & ille retorquetur, quia ibi dicitur posse Sacerdotes acceptare à Principe commissionem causæ capitalis, dummodo Princeps jureiurando criminis impunitionem promittit aliàs *si discussor in alienis particulis extiterit* (& si causa capitali judicaverit) *absque dicta promissione, irregularis evadat*, ergo text. probat non secuto effectu, non incurri irregularitatem, idque colligitur etiam ex *cap. osius distin.61.* Secus tamen esset si secutus fuisset effectus, tunc enim Clericus interveniens in causa sanguinis incurrit irregularitatem propter excessum, cum illi talia sint prohibita, & propterea committi debet à Summ. Pontifice Ordinariis locorum absolutio ab excessu, & dispensatio ab irregularitate non autem gratiosa; si autem Laicus intervenerit, ut si fuit Notarius ipse non excessit, & ideò gratiosè dispensatur ab irregularitate propter defectum lenitatis, non autem absoluitur, nec dispensatur ob excessum *arg. cap. in litteris in fin.7. quæst.1.* ita habetur in notabilibus Cancellariæ Apostolicæ, ut ego vidi dum essem Majoris præsidentiæ Abbreviator.

Non pariter Juvenis, de quo agitur est irregularis ex de- 25
fectu bonæ famæ, † seu ex infamia, quia officium Nuncii à parte rei non est infame, imò de jure ad illud eligi debent personæ divites, & legales, seu probatæ textus est *in §. his, qui causat alias his autem in authent. de Iudicibus* quod etiam advertunt Bartol. *in Extravagan. ad reprimendum in verb. pronunc.* & Felyn. *in cap. prudentiam numer.13. de offic. iudic. deleg.*

Imò ex textu *in dict. §. his qui causas* fuit inter Doctores revocatum in dubium an infames ad id officium eligi possint, & conclusum fuit affirmativè, quia si infames à dicto munere excusarentur jam ipsa infamia potius in privilegium, quam in notam transiret text. *in l. nec infames Cod. de decur. lib.10.* Bartol. & Felyn. ubi supra Salycet. *in leg. tres denunciationes C. quomodo, & quando Iudex* Franch. & Doctores *cap. cum parati de appell.*

Cum † itaque officium istud per se non sit infame, ta- 26
metsi ut plurimum à vilibus, & infamibus exerceatur, frustra

ſtra quæritur, an qui alias infamis non erat per illius exercitium infamis euaſerit quando enim in jure non conſtat officium aliquod infamiam inducere, is qui exercet illud non efficitur irregularis, ex infamia, ut bene per Suar. *de Cenſur. diſp.48. ſect. 3. ſub num.4. verſ. Vnde ſicut*, & Filiucc. *in tr.19. n.230.*

27 Præſertim † quia non includit in ſe culpam gravem, quo caſu induceret ſaltem infamiam facti, vt per Suar. ubi ſupra
28 *n.3.* ſed ſive culpa exerceri poteſt † eſt regulare, quod nunquam incurratur irregularitas niſi in jure ſit expreſſum text. *in c. is qui de ſent. excomm. in ſexto.*

29 Adeò † ut nec quidem ex delicto incurratur vnquam pœna privationis, niſi in jure ſit expreſſum Innoc. *in c. bonæ il 2. ante fin. extr. de elect.* Imol. Abb. & Felyn. *in c. quærelam extra de Iureiuran.* Barbat. Felyn. & Dec. *in capitul.2. extra de reſcript.* Rom. *conſ.325. col. prima verſiculo ſecundo, quia pœnam* Cagnol. *in repet. legis ſi quis maior num.121. Cod. de tranſaction.* Tiraquell. cum relatis *in lege ſi unquam in ver. Revertatur num.248. de revoc. dona.* Garzi. *de benefic. parte ſeptima, capitulo ſecundo, num.21.* multo igitur minus ſine delicto.

30 Secundò, † idem ſuadetur, quia Doctores diligenter recenſentes officia infamiam inducentia, nullatenus de officio Nuncii mentionem faciunt, ut exactius cæteris Majol. *de irreg. libro tertio, capitulo primo* Henriquez *libro 13. capitulo quinto num. quinto*, Toletus *in Summ. lib.1. capitulo 57.* Suarez. *de cenſuris, diſp.48. ſect. tertia, num.3.* Bonacc. *de cenſur. diſput. ſeptima, quæſt. tertia, puncto 1. nu.12.* Reginal. *libr.30. tract. ſecundo, numero 194. & 197.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. parte ſecunda allegation.43. numero vigeſimo octavo*, Campanil. *in diverſ. iur. can. rubr.11. capitul.18. ſub numero duodecimo.* Ergo neque nos connumerare debemus; præſertim, quia incluſio unius, eſt alterius excluſio *iuribus vulg.* ac proinde prædicti DD. communiter innuere videntur officium non eſſe infame, ex quo à cæteris officiis infamibus illud ſegregarunt: vel ſaltem cum illis non recenſerunt.

31 Tertiò, † quia quamvis variæ fuerint Scribentium opiniones in illa quæſtione, an in dubio quis judicandus ſit irregularis, cum aliqui affirmativam tenuerint eo quod in dubio tutior via ſit eligenda, qua regula in terminis irregularitatis utitur S. P. *in capitulo ad audientiam, & in capitulo ſignificaſti extra de homicid.* & hanc opinionem tenuit inter cæteros Burgaſius *de Irregularitate part. prima quæſt. tertia, numero decimo*, latè Vaſquez *capitulo ſecundo, quæſtione decimanona, articulo 6. diſputat.65. toto capitulo nono, & diſput.66. cap. primo.* Nonnulli è contra negativam ſectati ſint ex regula quæ habet in dubio reum eſſe abſolvendum *lege favorabiliores 167. ff. de Regul. Iuris, & capitulo cum ſunt partium eod. titulo in ſexto*, & ita ſenſere Innocen. *in dicto capitulo audientiam* Card. *in clem. prima de homic.* Villadieg. *de Irregul. cap.15. in fine* Covarr. *in eadem Clement. part.1. in princip.* Navarr. *in capit. ſi quis autem de pen. diſtin.7. num. 35. & ſeq.* Plerique autem mediam incedentes viam arbitrati ſunt affirmativam ſententiam tenendam eſſe in foro conſcientiæ in quibus terminis re vera loqui videtur *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti*, negativam in foro fori prout loquuntur prædictæ regulæ Juris ita firmant Abbas Hoſtienſis Joan. Andr. & alii *in dict. cap. ad audientiam de homicid.* Armilla *in verb. regularitas numero octavo, & nono*, Navarr. *in Manual. capit. vigeſimo ſeptimo, num.193.* Majol. *de Irregul. lib.1. cap.2. num.3.* concludentes propterea unumquemque debere ſe ipſum reputare irregularem, Judicem, verò, vel ordinantem neminem in dubio pronuntiare irregularem, & conſequenter nec punire, nec ab ordinum ſuſceptione arcere.

Nonnulli quarto dictam tertiam ſententiam partim admiſere ex parte verò reprobavere, aſſerentes, quod licet in foro contentioſo in dubio quis cenſendus non ſit irregularis, attamen tam in foro pœnitenali, quam in quaſi pœnitentiali, ubi non ad pœnam agitur, ſed ut ab ordinum ſuſceptione abſtineat, tutior pars ſequenda ſit, Abbas *in cap. ad audientiam num. ſecundo, de homic.* & ibi Maria. Socc. Sen. *in repet. ſub n.4. verſ. temporalem*, & Felyn. *num.1.* idem Abb. *in c. ſignificaſti, il 2. num.4. eodem titulo*, & ibi idem Socc. *num.4.* & Anan. *num.23.* cum aliis relatis à Sanchez *in Præcep. decalog. libro primo, capitulo 10. n.40.* quibus addo Garz. *de benefic. p.7. c.2. n.18.*

Nihilominus verior magis recepta, & meo quidem judicio indubitata eſt quinta ſententia, quæ habet in dubio facti provt eſt quando incertum eſt, an qui commiſerit homicidium, ſed dubitatur; in utroque foro cenſendum eſſe irregularem, & ita clariſſimè loquuntur dicta jura *in cap. ad audientiam, & capit. ſignificaſti, il ſecondo, & cap. penultimo de homicid.* In dubio verò juris, nempè cum non conſtat irregularitatem in eo caſu ſtatutam eſſe à jure in utroque foro quem eſſe judicandum non irregularem textus eſt clariſſimus *in cap. 15. quæſt. 18. de ſententia excommunicationis in ſexto*, ubi dicitur celebrantem in Eccleſia polluta, vel præſente, eo qui majori innodatus eſt excommunicatione, licèt temerariè agat, irregularitatem tamen non incurrere, cum id non ſit expreſſum in jure; ſi enim ubi jus eſt apparens, non debet quis judicari irregularis à fortiori, ubi totum jus eſt dubium, inquit Sanchez loco mox citando, & hanc opinionem firmant Innocent. *in dict. capit. ad audientiam in fi.* Navar. & alii relati per Garzi. *de benef. p. ſeptima, capit. ſecundo numer. 21.* quibus addo Covarr. *in Clem. ſi Furioſus 1. par. in princ. num. 3. de homicid.* Plaza *de delict. cap. 12. num. 11.* Sayr. *de cenſur. tom. 1. lib. 6. cap. 2. numer. 16. & in Claui regia lib. 1. cap. 13. numer. 23.* Azor. *tom. 1. Inſtitut. Moral. lib. ſecundo, capit. 19. quæſt. 10. in fine, & quæſt. 11.* Rebell. *de Iuſtit. & Iur. par. 2. lib. 1. quæſt. 3. aut. 2. num. 13.* pulchrè Suarez *de cenſ. diſp. 40. numero ſecundo, artic. ſexto*, egregiè Sanchez *in Præcept. decalog. libro primo cap. 10. numer. 42.* Coninch. *de cenſur. diſput. 19. dub. 2. num. 21.* benè Bonaccin. *de Cenſur. diſput. 79. punct. 4. numer. prim. & ſeqq.* Tolet. *lib. 1. cap. 57. numer. 4.* Molin. *tom. 3. diſput. 67. ſi verò irregularitas numer. 4.* Filiuc. *cap. 2. quæſt. 4. & ſeqq.* & alii plerique.

Intelligendo tamen diſtinctionem procedere poſt diligentem inquiſitionem, quam quilibet facere tenetur ad veritatem indagandam, quantum pro loco, & tempore, fieri poteſt, tam in dubio Juris per text. *in cap. illud Dominus de Cleric. excommunicato* Suarez ubi ſupra Garzi. *de benefic. par. 7. capitul. 2. numer. 21.* Coninch. atteſtans de commun. opin. *ubi ſup. num. 20.* & eſt de mente omnium ferè ſupracitatorum Doctorum.

Quam † etiam in dubio facti (excepto homicidio) nam 32
ſi poſt diligentem inquiſitionem quis adhuc anceps emanet, non eſt judicandus irregularis: quia jura numero præcedenti adducta loquuntur duntaxat in homicidio, in quo videtur ſpeciale, tum in odium ipſius homicidii, à quo perſonæ Eccleſiaſticæ remotiſſimæ eſſe debent, tum etiam quia illud facilius præſumi poteſt, cum valde probabiliter illud contingere potuerit ex percuſſionibus antea illatis, vel ex dimicatione facta in bello; in reliquis igitur ſervandæ ſunt regulæ juris dicentes in dubio ſtandum eſſe pro poſſeſſione, & reum abſolvendum, ac odia reſtringenda, tanto magis, quia etiam hinc reſultat aliud dubium juris, cum controverſum ſit, an in cæteris dubiis facti præter homicidium, jus irregularitatem ſtatuerit, & hanc opinionem tenent Avila *par. 7. diſtinct. 2. dubio 5. concluſione 2.* Suarez *de cenſur. diſp. 40. ſectione 6. numer. 13.* Coninc. *de cenſur. diſput at. 18. dub. 2. numer. 23.* pulchrè Sanchez qui ad partes diſputat *in Decalog. libro primo, capitulo decimo. numero 47. & 48.* Henriq. *lib. 14. cap. 3. numer. quarto* Filiucc. *tractat. 19. capitulo ſecundo quæſit. 7. numer. 49.* & aliis quos congerit Bonaccin. *de cenſur. diſput at. ſeptima, parte prima, ſub numero tertio verſic. alii vero.*

Eſt verum, quod Rota *Romana* ſequi videtur communem ſententiam, nempè etiam extra caſum homicidii quem in dubio facti judicandum eſſe irregularem, ut fuit dictum in *Vercellenſi Canonicatus 3. Martii 1595. coram Blanchetto*, quam ad aliud propoſitum regiſtravit Garzin. *in tractat. de benefic. parte ſecunda, capitulo quinto, numero duodecimo.* In qua deciſione firmatum fuit Religioſum qui dubius erat, an valida fuerit ejus profeſſio, & ad titulum paupertatis ordinatus fuerat debere, tutiorem viam eligendo, ab ordinum ſuſceptione abſtinere, donec de validitate profeſſionis fuerit judicatum, & pro hac opinione ſtat etiam Garz. *de benefic. par. 7. cap. 2. nu. 18.*

Cæterum quia Rota ſe fundat in *dicto capitul. ad audientiam de homicid.* ego puto dictam quintam opinionem in puncto juris veriorem; Rotæ verò ſententiam uti tutiorem amplectendam eſſe à timoratis conſcientiis, cum verſemur in re morali, & ſatis gravi. † Quin etiam eandem quin- 34
tam opinionem adeo veritati conſentaneam eſſe, ut licet in materia irregularitatis homicidium, & mutilatio apparentur text. *iuncta gloſ. in clementin. ſi furioſus verb. mutilet. de homicid.* & ibi Covarru. *ſecunda parte, quæſt. unic. num.*

2. Ro-

2. Rosell. *in verb. homicidium in quarto numer.* 1. Sylvest. *verbo homidium* 3. *quæst.* 4. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 206. *in fin.* & alii plerique, & probatur etiam in *capitulo si quis occiderit distin.* 55. † Nihilominus in dubio mutilationis non
35 esse quem censendum irregularem, nec in hujusmodi odiosa materia faciendam esse extensionem, ut per Sanch. *in Decal. d. libr.* 1. *c.* 10. *n.* 49. Bonac. *de Cens. disput.* 7. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 4. ubi quosdam alios citat, qui tamen id in locis citatis minimè dicunt, & in specie Suarez & Navarr. idemque tenere videtur Coninch. *de Censur. disputation.* 8. *dub.* 2. *numero* 29.

36 Et † hinc fortè Emanuel Sà, *in Aphorism. Confess. ver. irregularitas ex deform. illicit.* dixit Episcopum in mutilatione voluntaria occulta dispensare posse, ac proinde dictam mutilationem non comprehendi sub homicidio voluntario occulto, cujus irregularitatis absolutio denegatur Episcopis à Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de reform.* quam etiam sententiam tenuerunt Genuensis *in prax. Archiepisc. cap.* 67. *numer.* 7. vbi ait ita resoluisse Sacram Congregationem Rodriq. *qq. regul. tom.* 1. *quæst.* 24. *artic.* 10. & in Addit. Bullæ *ad* §. 13. *num.* 6. Tolet. *in Sum. lib.* 1. *cap.* 88. *versic. sexto*, & *cap.* 89. *numer.* 3. Suarez *tom.* 5. *de de censuris disputat.* 44. *sect.* 2. *num.* 4. Molin. *de Iustit. tract.* 3. *disput.* 79. *sub numer.* Garz. *de benefic. p.* 7. *cap.* 11. *num.* 30. & *seqq.* ubi pariter refert declarationem Sacræ Congregationis Coninch. *de cens. tom.* 2. *disput.* 18. *sub num.* 8. Rodriq. *in q. regul. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 10. *n.* 49. Reginal. *lib.* 30. *tract.* 2. *n.* 91.

37 Quamvis alia ratione dicta opinio Emanuelis Sà, reprobetur à Sanchez *in Decalog. lib.* 1. *capit.* 10. *sub num.* 49. nempè quia in illo decreto conceditur Episcopis, dumtaxat dispensatio irregularitatis ex delicto consurgentis.

38 Sed † irregularitas proveniens tam ex homicidio voluntario, quam ex voluntaria mutilatione non est ex solo delicto, sed etiam ex significatione: ergo utraque censetur excepta, ut bene per eum, ad quem hanc sententiam ab obiectis defendentem Lectorem remitto; & hujus opinionis contra Emanuel Sà, fuit etiam Henriquez *in Summ. libr.* 14. *de irregularitat. cap.* 6. *n.* 3. qui tamen alia movetur ratione, quæ mihi tuta minimè videtur.

Sed si casus contingeret, tutè posset sequi prior sententia ob auctoritatem Doctorum illam tenentium; licet fortè ista posterior sit tutior, ergo (ut revertamur vnde non inutiliter digressi sumus) cum jam sit ostensum in dubio juris neminem censendum esse irregularem, & in jure, vel certum sit Baiulum, seu Nuncium publicum irregularitatem infamiæ non incurrere, vel saltem hoc sit in jure dubium, merito judicandus est non irregularis.

39 Et † sic non obstat, quod dicitur præbentem abortivi causam esse irregularem, si dubitatur, an fœtus esset, vel non esset animatus, ac subinde, an ille sit homicida, ut per Joan. Andr. *in cap. sicut il secondo. n.* 3. *de homic. & ibi* Abb. *numer.* 7. Cardin. & Ancharan. *in fin.* Jo. de Anan. *numer.* 7. Socc. sen. *in cap. ad audientiam num.* 217. *eodem tit.* Sylvestr. *in summ. ver. abortus in fin.* Nau. *in Manual. c.* 27. *num.* 223. Sanchez. *in decalog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 45. Rodriquez. *capit.* 257. *num.* 4.

Nam istud est dubium facti, unde non mirum si judicandus sit irregularis, ut advertunt præfati DD.

40 Prout † etiam id dicendum est de eo, qui homicidium consuluit, & dubitat, an is cui consilium dedit commiserit illud, nec ne vel si commisit, an suo consilio vel aliundè motus; is enim judicandus est irregularis, quia hoc casu agitur de dubio non juris, sed facti Cov. *in Clemen. si Furiosus part. secunda*, §. 2. *sub num.* 1. *ver. in eo vero dubio* Avila *de Censur. p.* 2. *c.* 5. *dub.* 2. *num.* 3. Sayrus *etiam de censur. lib.* 7. *c.* 3. Sanchez. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *sub nu.* 44. Bonac. *de cens. disput.* 7. *q.* 1. *punct.* 5. *num.* 7.

Et eo magis, quo iste contra se juris præsumptionem ha-
41 bet, † nam etiam in foro externo in dubio non præsumitur quis homicidium commisisse citra consilium à consulente sibi datum ad *l. merito ff. pro Socio.* & notant Ang. *in leg.* 1. *in princ. ff. de eo per quem fact. erit.* Bal. *in l.* 1. *Cod. de seru. fugit.* Dec. *in c.* 1. *in nou. edit. n.* 60. *ver. & notandum ff. de offic. deleg.* & ibi Hip. Rim. *num.* 12. *ver. ulterius*, & *num.* 113. ubi de comm. idem Dec. *in cons.* 1. *num.* 9. Hypol. *de Marsil. sing.* 28. cum aliis relatis per Cov. ubi supra Bero. *consil.* 175. *num.* 25. *in fin.* & *num. seq. col.* 3. Decian. *consil.* 6. *num.* 2. *in fin. vol.* 5. Masc. *de probat. tom.* 1. *concl.* 419. *numer.* 9. Boss. *in pract. crim. tit. de mandato ad homicidium numer.* 59. *in fin.* Corrad. *in pract. in* 3. *tr. de homic.* §. *circa vlt. num.* 12. Plaza. *in epit. delict. libr.* 1. *capitul.* 17. *numer.* 14.

Quæ † tamen juris præsumptio contrariis tollitur conje- 42
cturis, ut benè per Farin. *cons.* 104. *n.* 8. & *seq.*

Et ex jam dictis remanent prorsus elisa cuncta, quæ contra hunc iuvenem in motivis adduxi. Quamvis autem à scribentibus, quandoque Nuncii comparentur Birruariis, non tamen æquiparatio est facta in omnibus, nec per modum regulæ, † unde argumentum non concludit, ut per 43
Everard. *in sua topica legali loco à simili numer.* 10. & tradunt Doctores *in l.* 1. *de leg.* 1. ubi in specie Ripa *num.* 4. Facit post alios Honded. *cons.* 81. *num.* 47. *lib.* 1. ultra quid Doctores loquuntur de illis Nunciis qui etiam in capturis adiuuant Satellites, prout in plerisque regionibus fieri convenit, qui proinde tanquam infames ab ordinibus arcendi sunt. Talis autem non est hic de quo agitur unde nihil obstare dixi quo minus à Patruo, & Domino meo ordinibus insigniri posset: præsertim quia in loco, in quo ille Baiulum sive Nuncium gessit, hujusmodi officium non reputatur vile; sed semper comitatur Magistratum Civitatis, & precedit reliquos ipsius Magistratus famulos.

ARGUMENTUM.

Evictio quando dicatur imminere in limine contractus, & an, & quoties ob id præstanda sit per venditorem fidejussio, & quid si is, qui litem movit, illi renunciaverit, & an sit fidejubendum tam pro soluto, quam pro non soluto pretio, & pro qua rei portione, & an pro damnis, & expensis ad explicationem, & ornatum *l. si post perfectam C. de eviction.*

SUMMARIUM.

1 *Evictionis actio non competit, nisi re evicta.*
2 *Evictionis stipulatio non committitur nisi præcedente Iudicis sententia.*
3 *Venditor non tenetur cavere de evictione, nisi conventum fuerit.*
4 *Evictione in limine contractus imminente venditor qualiter teneatur fideiussores præstare.*
5 *Evictione imminente in limine contractus, an donec fideiussio præstetur emptor faciat fructus suos.*
6 *Euictione imminente in limine contractus, etiam lite nondum contestata præstanda est fideiussio.*
7 *Evictione imminente in limine, contractus retardatur executio instrumenti in forma Cameræ, donec fideiussio præstetur.*
8 *Exceptio veniens ex instrumento, oritur simul cum actione.*
9 *Evictione in limine contractus imminente, ex lite mota ratione iuris congrui præstanda est fideiussio.*
10 *Evictione rei subhastatæ imminente in limine contractus, fideiussio præstanda est.*
11 *Evictio imminere in limine contractus dicitur ubi lis movetur pretio non integrè soluto.*
12 *Evictio imminet in limine contractus etiam si pretium sit depositatum.*
13 *Evictio imminet in limine contractus, etiam si pretium sit sequestratum.*
14 *Evictio imminere dicitur in limine contractus quocumque genere iudicii lis moveatur.*
15 *Evictio imminere dicitur in limine contractus etiam si lis moveatur super simplici hypotheca.*
16 *Emptor non tenetur soluere pretium etiam fideiussione oblata, si constat de bono iure creditoris.*
17 *Evictio, an immineat, & an danda sit fideiussio, ubi de præsenti constat actionem non competere moventi litem*, & n. 23. & 26.
18 *Evictio, an immineat si apparet rem venditam hypothecatam fuisse pro dotis restitutione*, & nu. 26.
19 *Causa cessante cessat effectus.*
Fallit si cesset causa impulsiva n. 27.
20 *Evictio non dicitur imminere si constat litem per calumniam motam fuisse.*
21 *Calumniosè litem fuisse motam, an, & quatenus ex coniecturis apparere sufficit.*
22 *Fideiussores dare obligatus liberatur investiendo pecunias, vel dando pignus.*
Declara ut infra n. 29.
23 *Evictione in limine contractus imminente, an sufficiat inve-*

investire pretium loco fideiussionis, & numer. 29. & 30.

24 *Evictio imminere dicitur, & fideiussio præstanda est etiam filis mota sit extincta.*

25 *Evictione imminente in limine contractus, fideiussio præstatur pro litibus etiam movendis.*

26 *Evictio, an immineat in limine contractus si res est subiecta fideicommisso conditionali vel restitutioni dotis. Uxor etiam viro non urgente ad inopiam agit, ut dos collocetur in tuto.*

27 *Causa impulsiua cessante, non cessat effectus.*

28 *Evictio, an imminere dicatur in limine contractus si litem quis movit rogatu emptoris.*

29 *Investimentum pretii permittitur loco fideiussionis, quando per illud pinguius consulitur emptori.* Borgnin. dec. 4. n. 6. p. 1. *reiicitur.*

30 *Fideiussio danda ubi evictio imminet in limine contractus datur etiam pro damnis, & expensis.*

31 *Evictione imminente in limine contractus an fideiussio præstetur pro pretio, an verò pro illius parte nondum soluta*, & num. 73.

32 *Interpretatio sumenda est, ut ius commune minus lædatur.*

33 *Evictione in limine contractus imminente super parte rei, vel pretii, fideiussio præstatur respectu totius.*

34 Surd. in dec. 295. n. 19. *reiicitur.*

35 *Fideiussio evictione in limine contractus imminente, an præstetur secundum, vel contra iuris regulas, & an tacitè sic actum dicatur.*

36 *Evictio debetur ex natura contractus, & an tacita conventione.*

37 *Dives quando de evictione cauere debeat.*

DECISIO LXXVIII.

1 QUamvis † pro evictione agi non possit antequam sit
2 res euicta *leg. habere licere ff. de evict. leg. qui rem Cod. eodem leg. utique ff. de rei vend.* † Adeò ut necessaria sit Judicis sententia ad hoc, vt imputatio evictionis committatur, ut per Bart. *in l. natura §. cum me absente in prin. ff. de nego. gest. & in leg. emptorem in princ. ff. de act. empt.* ubi inquit hanc esse veritatem Paul. de Castr. *cons. 369. col. pen. p. 2.* Socc. jun. *cons. 81. in fin. lib. 1.* Caballin. cum per eum relatis *in tr. de evict. §. 3. num. 160.* Alexandr. Trentacinq. *Variar. resol. lib. 3. titul. de emption. & vend. resolut. 4.* Surd. *cons. 32. num. 1. lib. 1. & decis. 165. num. 7.* Olasch. *decision. 181. num. 3.* Thesau. *dec. 85. & dec. 102. numer. 3.* Vinc. de Franch. *decis. 135. num. 1. & 2.* Magon. *decis. Florent. 93. num. 3.* & fuit dictum *in Asculana fideicommissi 11. Martii 1611. coram R. P. D. Pirovano, & in decis. 207. numer. 18. & decision. 337. numer. 4. p. 5. rec.* Duranus dum hæc cuderentur impressus *decis. 30. num. 6. & decis. 112. n. 9.*

3 Nec † regulariter teneatur venditor præstare emptori fidejussores de evictione, nisi id per pactum expressè conventum fit *l. illud quæritur in princ. & leg. emptore in princ. ff. de Evict.* Bar. & Paul. de Castr. *in l. 1. §. stipulationum ff. de prætor. stipul.* idem Castren. & Salic. *in leg. non idcirco C. de contrahen. emptio.* Roman. *cons. 8. num. 3.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. Var. resol. tit. de empt. & vend. res. 16. numer. 2.* Bertaz. *in tract. de Clauf. in clauf. 82. gl. 7. num. 1.*

4 Nihilominus † quotiescumque in limine contractus imminet evictio, tunc venditori agenti ad pretium potest emptor per viam exceptionis petere fideiussionem de evictione, ac de legitima defensione; quam is præstare tenetur, eoque abnuente, vel dissimulante non potest interim cogi emptor ad pretium rei emptæ solvendum, etiam si nondum cum effectu sequuta sit evictio, textus est rotundus, & famosus in *l. si post perfectam 24. Cod. de evict.* ubi est sedes materiæ, & ibidem tradunt omnes, Bal. *in l. ex iis prædiis in princ. & n. 2. eod. tit.* ubi rationem reddit, quia scilicet res habet relationem ad pretium, quod solui debet nemini obligatum, sed liberum, & cum plena dominii translatione, ita, & res Jo. And. in addit. *ad speculat. tit. de empt. & vend. §. 1. littera H.* ubi post Guid. de Suza, inquit emptorem isto casu agere posse ad fidejussores dandos, quasi id videatur actum, & ad id venditorem se obligasse ad *leg. exempto ff. de act. empt.* quæ verba cautè sunt legenda, quia non agere, sed excipere potest, nam ut bene advertit Salyc. *in d. l. si post perfectam sub num. 1.* emptor hoc in casu excipiendo consequitur quod non posset agendo, quia actio non datur (licet secus videatur sentire Vinc. *de Franc. dec. 557. initio*) Roman. *in cons. 8. n. 1.* vbi Mandos. in addit. plurimos congerit, & de communi testatur Afflict. *decis. 151.* & ibi Ursill. in addit. Caballin. *in tract. de eviction. §. 5. num. 49.* Surd. *consil. 37. nu. 14. & decis. 295. n. 6. & seqq.* Bertazz. *in tract. de Clauf. in clauf. 42. gloss. 11. numer. 1.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. Variar. resolut. tit. de empt. & vend. res. 16. num. 3.* ubi de commun. opin. Carocc. *in tract. de sequestr. p. 3. quæst. 10. num. 8. & decis. 96.* Vinc. de Franch. *d. decis. 555. num. 2. & d. decis. 557.* per totam Rota Genuen. *decis. 190. numer. 3. & 12.* & Rota Roman. *in dicta Asculana fid. coram Pirovano*, & optimè *in Tudertina tenutæ montis nigri 20. Februarii 1619. coram R. P. D. Coccino Decano* pulchrè Mastrill. *decision. 160. numer. 1.* & deinceps † 5
(ubi plene discutit an emptor quousque præstetur fidejussio faciat fructus suos contra æquitatem *l. curabit Cod. de action. empt.* & affirmativè ante eum tenuit Bald. *in l. 1. Cod. de bon. matern.* quem refert, & sequitur Minsing. *singul. obser. centur. 4. observat. 56. num. 3.* cuius tamen contrarium, eo quod ex defectu hujus satisdationis, non minuatur emptori usus rei, firmant communiter scribentes testes Cagnol. ad eandem *leg. curabit num. 31. & 32.* & Covar. *variar. resol. lib. 3. cap. 4. numer. 6. ver. duodecimo hinc deducitur* Paris. *consil. 71. num. 17. libr. 1.* Surd. *cons. 101. numer. 23.* Duranus dum hæc cuderentur impressus *in decis. 9. num. 6.*) Etiam † si lis non- 6
dum sit contestata, cum sufficiat controversiam esse motam, ut probat text. *in dict. leg. si post perfectam in fin.* secundum Jo. Andr. *in addit. ad specul. tit. de emption. & vendit. §. 1. littera G.* etiam si † agatur de exequutione instrumenti 7
in forma cameræ; hæc enim exceptio retardat illius executionem, quia oritur ex ventre instrumenti, ut per Bart. *in leg. ex his prædiis num. 1.* & ibi Adden. *Cod. de evict.* Decian. *cons. 119. num. 1. post med. ver. idem tamen dicendum*, ideò retardat executionem cameralis obligationis Gallesi. *ad form. cam. oblig. dict. p. 4. nu. 8. cum relat.* ibi per eum ex per Zacchi in addit. Rota *decis. 77. sub numer. 2.* & impress. per eundem Zacchi. † Quoties enim ex eodem instrumento confessio- 8
nato sive ex eodem contractu venit actio, & exceptio ita est nata actio, sicut exceptio ut per Bald. *in leg. ex iis prædiis n. 1. C. de evict.* Ac † etiam si evictio sit super jure congrui vi- 9
delicet quando vel consanguineus, vel vicinus prætendit retrahere, quia adhuc non tenetur emptor solvere pretium nisi præstita dicta fidejussione, ut per Mandell. *in cons. 107. num. 5. & deinceps.* † Rursus etiam si emptio facta fuerit per 10
subhastationem, nam si ante pretii solutionem supervenit quæstio aut lis super re subhastata, & deliberata, potest emptor uti remedio *d. l. fi. post perfectam*, quia factum judicis reputatur factum partis ut post alios quos refert, tenet Rota *d. dec. 281. n. 35. p. 2. diver.*

Dicitur † autem ad hunc effectum imminere in limine 11
contractus periculum evictionis si lis supervenerit antequam pretium sit totaliter, & cum effectu solutum, & contractus vere perfectus ut est text. *in d. leg. post perfectam C. de evict. & in l. habitationem §. fin. ff. de periculo, & commodo rei vend.* & utrobique scribentes Paul. de Castr. *consil. 46. in princ. libr. 1.* Soccin. *consil. 208. numer. 5. libr. 1.* Bursatt. *consil. 294. numer. 13.* Rota *decision. 281. numer. 6. & deinceps par. 2. diversor.* † quæ id extendit etiam, ubi pretium deposita- 12
tum fuerit, & sic fictè solutum. Et sive lis moveatur super tota re vendita, sive super aliqua illius parte *dict. l. si post perfectam*; ubi communiter scribentes *C. de evict. & dict. leg. habitationem §. final.* Fabian. *de monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 6. princ. numer. 51. vers. circa duodecimum*, cum aliis allatis per Rotam *dict. decis. 281. numer. 1.* † 13
idemque si pecuniæ fuerint penes emptorem sine calumnia sequestratæ Borgni. *dec. 4.* per totam Carocc. *dec. 96. num. 2. & 15. ver. illud.*

Et † sive lis moveatur super petitorio sive super possesso- 14
rio cum non referat, quo genere judicii agatur *l. stipulatio ista §. si quis forte*, & ibi notant Alex. *& alii ff. de verb. obl.* Rota cum per eum relatis *d. dec. 28. num. 2. p. 2. divers.* quæ ampliat etiam si actum sit ad servitutem.

Sic † etiam si lis moveatur super simplici hypotheca, ut 15
post Guid. de Suza, & Alberic. tradit Soccin. *in consil. 228. vol. 2.* Alciat. *respons. 36. num. 2. lib. 2.* Anton. Rubeus *in l. de pupillo §. morte numer. 465. in fin. ff. de oper. nou. nunc.* Gratus *cons. 135. num. 7. lib. 2.* Bursatt. *consil. 194. num. 13.* ubi more suo dicit communem Costa *in tract. de* Rota *qu. 24. in princ.* Surd. *decis. 295. num. 7.* Pyrr. Burg. *in tract. de fideiuss. capit. 28. num. 26. & in tract. de solution. cap. 45. n. 4.* Imò si appareret de bono jure, † ipsius creditoris litem moventis, non 16

tene-

teneretur emptor committere se fragilitati cautionis ad *l. plus cautionis cum similibus ff. de reg. iur.* sed cogeretur venditor ad liberandum rem venditam, alias repelleretur, cum pro parte sua non adimpleverit, casus est *in l. ex his prædiis* ubi Alberic. *C. de evict.* quem text. ad hoc inducit Anton. Rub. *in l. de pupillo §. morte num. 462. ff. de oper. nou. nunc.* Menoc. *de arb. iud. d. cas. 224. num. 3.* Surd. *d. cons. 36. num. 14. vers. fortius dicitur.* Dixi latius *in dec. 117. n. 62. p. 2.*

Quæ cum ita sint, pulcra, & practicabilis coram me orta fuit altercatio; Cum enim quidam Clericus soluta pretii parte domum emisset, & transacto anno pro residuo conveniretur; excipiendo allegavit, à quodam tertio litem super eadem domo fuisse motam, ac proinde se non teneri ad solutionem, nisi præstita fideiussione ad formam *d. leg. si post perfectam C. de transact.* Venditor autem, ad fideiussionis incommodum evitandum mediantibus amicis ab illo tertio obtinuit, ut ab instantia & lite desisteret: unde dubitatum fuit nunquid stante ejusmodi desistentia, adhuc præstanda esset fideiussio, & an duntaxat pro d. residuo pretii an potius etiam pro parte jam soluta? Et quidem quoad priorem par-
17 tem dubii ad favorem venditoris considerabam † primò quod ubicumque constat actionem nullo modo de præsenti litem movent, aut movere volenti competere, tunc non potest dici evictio imminere, nec danda est fideiussio: ut ex Bart. *in l. 1. C. de bon. matern.* tradit Alex. *in cons. 65. n. 2. lib. 5.* &
18 hinc est quod si appareret rem venditam † hypothecatam esse pro restitutione dotis vxoris ipsius venditoris, cum possit contingere, ut illa præmoriatur viro, & sic de præsenti non competat actio, & de futuro, sit incerta, non posset peti hujusmodi fidejussio, ut post Paul. *in dict. l. si post perfectam* concludit Anchar. *Regien. q. 34. à n. 8. ver. ceterum usque ad fi. lib. 3.* ergo multo minus petenda videbatur in casu nostro, in quo stante d. renunciatione certum est, neque de præsenti ne-
19 que de futuro competere ei actionem adversus dict. bona † secundò quia cessante causa cessat effectus *l. adigere §. quamvis ff. de Iurep. c. cum* cessante *extr. de Appell.* & utrobique DD. Tiraquell. in speciali *tr. de cessante causa p. 1. à num. 11. usque ad finem*; causa aut huius fidejussionis dandæ erat lis mota, ut per se notum est; sicut itaque si lis haud mota fuisset, non essent fideiussores necessario præstandi *lege illud in princ. & leg. emptori in prin. ff. de fideiuss.* ita tunc postquam ei renunciatum est argum. *lege post quam liti Cod. de pactis.*

20 Tertiò † quia si constaret litem fuisse motam per calumniam & ad morem gerendum emptori, non posset is petere dd. fideiussores, ut per Neviz. *cons. 37.* egregiè, & luculen-
21 ter deducit Surd. *in cons. 32. n. 3.* & per totum. † Imò sat esset id ex conjecturis apparere ad effectum, ut emptor coge-retur pretium soluere non data per venditorem fideiussione Ang. & Imol. *in l. 1. §. stipulationum ff. de præto. stipul.* Curt. sen. *in l. unic. in fin. C. de prohibit. sequestr. pecu.* Caballin. *in tract. de evict. §. 2. n. 11.* Cæpol. *cautel. 52. & 181.* Menoc. *de arbitr. iud. cas. 224. n. 5.* Surd. *d. cons. 32. n. 17. & cons. 36. sub n. 14.* & pro coniectura sufficeret creditorem moventem litem potuisse per prius agere via ordinaria ad suum creditum consequendum & non feciisse sed post litem vertentem super pretio inter emptorem, & venditorem sequestrasse pecunias, ut præsumatur totum per calumniam gestum, & sequæstro non attento fideiussoribusque non datis emptor ad pretii solutionem sit cogendus secundum Socc. *in cons. 208. col. pen. ver. 2. defensio lib. 2.* quem sequitur Carocc. *in decis. 96. n. 3.* unde multo magis id videtur dicendum in casu nostro, in quo ex desistentia actoris, jam non per conjectu-ras, sed per rei evidentiam constat nullam sibi competere
22 actionem. † Et in omnem eventum venditor offerebat investire d. residuum pretii in locis montium vel aliis stabilibus pro cautione emptoris, quod sufficere videtur, ut per Borgn. Caval. *dec. 4. n. 6. p. 1.* & comprobari potest ex generali theorica Bar. *in l. 1. num. 2. ff. qui satisd. cogan.* qui post glos. ibi *in verbo dotis* asserit obligatum dare fideiussores, liberari dando pignora *ad l. plus cautionis ubi scribentes ff. de reg. iur.*

Sed hæc quidem levia visa sunt, & propterea judicavi ad venditoris favorem non esse relaxandum mandatum executivum pro residuo pretii, nisi prius præstita per eum petita fidejussione pro quacumq; lite movenda super domo vendita;
23 † sive enim lis de præsenti mota extinguatur per sententiam, sive per transactionem, sive per cessionem liti, & causæ, ut in terminis nostris; adhuc tamen fidejussio præstanda est; non quidem propter litem finitam, sed propter alias, quæ moveri possent, & de quibus occasione illius suborta est suspicio, ut est casus in *l. final. §. emptor in fi. ff. de rescind. vend.* ubi ex duabus mulieribus, quæ litem super re vendita moverant, alteram venditor ipse per sententiam superaverat, & cum altera transegerat, & tamen ipse contra emptorem non auditur, nisi præstitis fideiussionibus, per quem textum ita in terminis præcisis determinat nostram quæstionem Paul. de Castr. *in cons. 46. sub num. 2. ver. quantum ad secundum p. 1.* & quod etiam sopita quomodocumque lite mota præstandi sint fideiussores, tenuit etiam Gramat. *in cons. 106. num. 2. in ciuilibus*, & Bertazzol. *de Clausol. in claus. 42. glos. 11. uum. 1.* qui subdit contrarium tenere Alex. *in cons. 65.* cuius tamen auctoritati mox satisfaciam.

Ratio † autem hujus conclusionis est evidentissima, quia 25
juxta magis veram, & practicatam interpretationem *d. l. si post perfectam C. de euiction.* quando euictio imminet in limine contractus, præstanda est fideiussio non solum pro lite mota, sed etiam pro aliis à quacumque fortè movendis, ut per glos. Bart. Bald. Salyc. & DD. *in d. l. si post perfectam Cod. de euict.* & tradunt communiter scribentes teste Salyc. *nu. 2.* & Fulgos. ibidem Crotus *cons. 135. in fi. lib. 2.* Antonius Rubeus *in l. non solum §. morte n. 463. ff. de nou. oper. nunc.* ubi testatur omnes ferè DD. tam antiquos, quam modernos tenere quod fidejussio præstanda sit pro omni lite, etiam dubia, quamuis ipse in via disputativa contrarium sentiat Anton. de Burg. *in cap. fin. n. 15. in fin. ver. quod autem extr. de contrah. empt.* cum aliis per Surd. *in cons. 36. sub num. 14. & in dec. 295. n. 26.* ubi testatur de communiori, & veriori opinione, plurimos addit, & de communi testatur Rot. *dec. 281. n. 26. p. 2. diuers.* Vinc. de Franc. *dec. 55.* per totam ubi quod ita in *Neap. cons.* judicatum fuit Bert. *cum relat. in claus. 42. gl. 11. n. 1.* Pirr. Maurus *in tr. de fideiussoribus c. 18. n. 27.*

Quamobrem si lis motam efficit, ut euictio dicatur imminere in limine contractus non solum respectu ejusdem litis, sed & respectu aliarum quarumcumque, quæ imposterum moveri possent, & de quibus rationabiliter illius occasione potest haberi suspicio, consequens est, ut ejusdem litis extinctio operari quidem possit, ut pro illa minimè fidejubeatur, non tamen aufert futurarum suspicionem, nec reddit cautum emptorem, qui propterea datis fidejusoribus est assecurandus.

Non † obstant modo contraria, nam ad primum respon- 26
deo Alex. *in d. cons. 65. lib. 5.* loqui de fideicommisso conditionali, cujus dubius euentus non est considerabilis secundum Crauett. *in consil. 142. n. 8.* & Oldrad. *cons. 224. num. 27.* qui differentiam constituit an aliquid alicui debeatur in spe, & ex ultima voluntate, an ex contractu, & sic ex mente horum Doctorum si post factam venditionem innotescet rem venditam esse fideicommisso conditionali suppositam, non diceretur imminere euictio in limine contractus. Et sic Alexandri sententia etiam si admittatur, non applicatur quæstioni nostræ; Et nihilominus in terminis præcisis, in quibus ipse scripsit contrarium esse verius, & sic quod existente fideicommisso conditionali præstanda sit fidejussio ipsi emptori, qui bona fide rem emit, latè defendit Osasch. *decis.* Pedem. 24. *à nu. 2. ver. in contrarium usque ad finem, & signanter num. 13. & 14.* qui etiam retorquet text. *in l. 1. C. de bon. matern.* & dupliciter euitat doctrinam Bart. *in d. l. 1.* super qua se fundabat Alexand. prout itidem in terminis Anchar. & sic in casu quo bona prō dotis restitutione detegun-tur obligata contrarium inquit se judicasse Borgnin. *in dec. 4. sub n. 6. p. 1.* & pro hac parte valde urget Cocc. *dec. 257. nu. 3.* ubi quod uxor constante matrimonio etiam viro ad inopiam non vergente potest agere ut dos collocetur in toto, & deser-viat pro oneribus matrimonii *l. si is qui §. 1. ff. de iure dot. l. si maritus ff. famil. erciſc.* Bald. *in Auth. ei qui sub numer. 3. C. de bon. auth. iudic. possess.* cum aliis adductis ibidem, & latius *in Romano dotis de Cinciis 9. Iunii 1600. coram D. Archiepisc. Rhodiensi* super quo tamen non insisto, cum non sit præsentis speculationis.

Secundum non obstat, quia lis mota non est causa finalis
cur fideiussio præstetur, sed impulsiva; † causa autem im- 27
pulsiva cessante, non cessat effectus, ita in puncto respondet Gramat. *d. cons. ciuil. 106. num. 2.* post glos. *in l. fin. §. emptor in glos. fi. ff. de rescind. vend.* & quod regula de qua supra *n. 19.* procedat cessante causa finali, non autem si cessat causa impulsiva juribus & auctoritatibus latè dimonstrat Tiraquel. *in eodem tract. de cessante causa p. 2. limit. 1. nu. 1. & seqq.* & præterea probatur *in §. quod autem Instit. de c. diminut.* & tradit Roland. *in cons. 52. n. 54. vol. 2.* Sanch. post alios *in præcep. decal. tom. 1. lib. 4. c. 2. n. 42.*

Ter-

Tertium pariter ceſſat, quia ubi lis fuit calumniosè affectata ab emptore, qui ſuppoſuit tertium nullum jus habentem, ideò fidejuſſio non eſt neceſſario præſtanda, quia tunc re vera non poteſt dici quod euictio immineat in limine contractus ut dicunt DD. ſupra relati *num.*20. nec debet quis ex adverſarii calumnia gravari, ut colligitur in puncto ex Grammat. *d. conſil.*106. *numer.*3. unde id nihil commune habet cum caſu noſtro, in quo lis non fuit calumniosè affectata, tametſi per illius remiſſionem remanſerit extincta; attenditur enim duntaxat ut litem movens non animo calum-
28 niandi id agat: Adeò † ut etiam ſi ad judicium venerit rogatu emptoris, & ad rem gratam eidem faciendam; adhuc tamen dicatur imminere evictio, & emptor ipſe juraré poſſit de calumnia abſque periurii periculo, quia tunc non dicitur facere animo calumniandi, ſed ut ſibi adverſus periculum evictionis futuræ ſuccurratur ut poſt Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam ſub num.*2. tradit Anchar. Regienſ. *in q. famil.*34. *num.* 8. *lib.* 3.

29 Cum, † itaque teneretur emptor præſtare fidejuſſionem, non ſatisfacit offerendo inveſtimentum pecuniarum pro evictione, quicquid ſecus ſenſerit Borgn. qui loquitur contra tex. *in d. l. l. ſi poſt perfectam* concedentem emptori retentionem pretii donec fidejuſſio præſtetur; nec refragatur auctoritas Senatus Pedem. ab eo adducta, quia Oſaſch. loquitur in caſu quo duntaxat detectum fuerat rem venditam ſubiectam eſſe fideicommiſſo conditionali, & venditor carebat facultate ſatisdandi, quibus duobus copulativè concurrentibus æquum viſum fuit, ut emptor non frueretur tam diu re, & pretio. In caſu noſtro neutrum horum intervenit, nec applicatur doctrina Bartol. quam in gratiam Borgnin. adduximus ſupra *numer.*23. quia illa procedit, quando melius, & pinguius ſuccurritur creditori per pignora, quam per fideiuſſores provt ipſemmet Bart. ſe explicat, ibidemque Jaſ. declarat *num.* 12. & Rota *in Lauretana Pecuniaria* 5. *Aprilis* 1593. *coram Gypſio*. In caſu verò noſtro emptor per inveſtimentum non ita redditur cautus ſicut per fidejuſſores, qui non modo tenentur aſſecurare pretium, ſed & litem in ſe ſuſcipere, & judicatum damna omneſq; litis expenſas ſoluere indemnemque conſervare emptorem *l. ſi plus* §. *mota ff. de evict.* Bar. *in l. pater n.*1. *&* 3. *ff. de dot. præleg.* Ruin. *conſ.*187. *nu.*2. *&* 3. *vol.*1. Pariſ. *conſ.*16. *n.*124. *vol.*2. Cuman. *conſ.*29. *nu.*2. quæ quidem per inveſtimentum præſtari non poſſunt, ita in terminis reſpondet Rota *in d. Lauretana prædii cor. Gypſio*, quæ eſt *dec.*39. *n.*5. *&* 6. ex impreſſis à Zachia *in calce tr. de oblig. camer.* & rurſus *in Aſculana ſeu pæna pecuniaria* 15. *Martii* 1606. *coram D. Cocc.* 14. ex impreſſ. ab eodem Zachia, *& in d. Tudert. tenutæ Montis nigri* 20. *Febr.* 1619. *coram eodem Coccino*, & prius voluit eadem Rota *coram Card. Seraphino*, *ut in ejus dec.*724. *n.*12.

30 Quo verò † ad poſteriorem dubii partem an ſcilic. ſatisdatio præfata danda eſſet duntaxat pro reſiduo pretii; quod remanebat ſoluendum, & de quo agebatur, an potius pro integro do-
31 mus venditæ pretio. † Ad favorem venditoris, & ſic illam eſſe præſtandam duntaxat pro omnibus litibus motis, & movendis reſpectu partis pretii nondum ſoluti reſoluit Surd. *in dec.*295 *n.*19. ubi inquit ita judicaſſe Senatum, duplici ratione; prior deſumitur ex Jo. Andreæ *ad ſpecul. in tit. de empt. & vend.* §.1. ubi ait illata moleſtia in parte rei, retineri poſſe tantummodo partem pretii: quę ratio ſecundum Surd. infert idē eſſe in fidejuſſione; quod confirmat ex eo, quod cum moleſtia ſit cauſa fideiuſſionis præſtandæ, eatenus ea debet præſtari, quatenus infertur moleſtia, & non ita præſumi debet obligata una pars, ſicut alia, ſubdens hujuſmodi fideiuſſionem, utpotè quæ contra juris regulas præſtatur, reſtringendam eſſe quantum fieri poteſt, & cum non inveniatur contrarium deciſum ſtandum eſſe regulæ, quæ habet Neminem ad fidejuſſionem præſtandam eſſe urgendum, niſi id inter contrahentes cautum fuerit ab initio: & (licet ipſe non dicat) hanc rationem conſiderauit ante eum in propoſito Rubeus Alex. *in leg. pupillo* §. *morte n.*465. *ff. de oper. nou. nunc.* & melius Fulg. *in l. habitationum* §. *fi. ff. de pericul. & com. rei vend.* † quia cum aliquid introductum eſt contra regulas juris, intelligendum eſt ut ius commune minus quam fieri poſſit lędatur *l.*2. *C. de noxal.* & ſic iſta prima ratio Surd. in effectu continet auctoritatem Jo. Andreę duabus rationibus confirmatam poſterior illius ratio eſt peculiaris pro caſu ſuo, in quo emptor petierat duntaxat fidejuſſionem ſuper parte pretii, & nondum ſoluti, ut ibi per eum. Et quod evictionis actio non detur niſi pro parte fundi evicti firmant plurimi, quos ſequitur, & refert Grat. *d. c.*787. *n.*8. & ego, aliis congeſtis, ſecutus fui in *d. dec.*117. *n.*19.

Cæterum † Vinc. de Franch. *in deciſ.*551. *nu.*2. propoſuit 33
hanc quæſtionem, eamque promiſcue tractavit cum alia, an ſcilicet præſtanda ſit fidejuſſio pro omni & quacumque lite mota, & movenda, & recenſitis diligentiſſimè antiquorum DD. dictis, tandem in fine teſtatur per Conſilium judicatum fuiſſe, licet non ſine magna difficultate, fidejuſſionem eſſe præſtandam pro omni euictione, & conſequenter ſuper tota re; idemque tenet Borgnin. *dec.*4. *ſub num.*3. *p.*1. & Maſtrill. *in dec.*160. *in fin.* quorum uterque confundit has duas quæſtiones an præſtanda ſit fidejuſſio pro omni, & quacumque lite, & an ſit præſtanda etiam ſuper parte rei, ſuper qua non fuit controverſia mota unde plurimos citant, qui in priori duntaxat caſu loquuntur.

Hanc eandem ſententiam tenuit ante eos, licet à nullo allegetur, Rota Genuenſ. *in deciſ.*190. *n.*11. quæ inquit ita tenuiſſe Rub. Alexandrin. *in l. pupillo* §. *morte n.*467. *ff. de oper. nou. nunc.* qui tamen in meo codice id non dicit, imò ex traditis per eum ibidem *num.*465. potius colligitur ipſum in contrariam inclinaſſe ſententiam. Mihi tamen placuit hæc poſterior opinio, ut ſcilicet fidejuſſio præſtanda eſſet pro omni, & quacumque lite, & ſuper quacumque parte domus vel pretii movenda, pro qua facit generalitas *dict. leg. ſi poſt perfectam Cod. de evict.* quapropter generaliter intelligendi ſunt innumeri ſcribentes, qui indiſtinctè tenent fidejuſſionem, evictione in limine contractus imminente, præſtandam eſſe pro omni, & quacumque lite mota, & movenda ſuper re vendita, ea ratione, quia ob jam moram controverſiam, orta ſit ſuſpicio ut aliæ pariter moveri poſſint, quæ ratio re vera militat etiam in terminis noſtris, ut ſcilicet ſicut venditor celavit emptori vinculum æris alieni, vel hypothecæ quo vinculata erat pars pretii vel rei venditæ, & ſic illum in hoc decepit, ita etiam credendum ſit illum reliquam partem alteri obligaſſe; vnde cum legis intentum fuerit emptoris indemnitati conſulere, non ſanè adhibuiſſet ſufficiens remedium ſi dumtaxat pro parte pretii vel rei venditæ fideiubendum diſpoſuiſſet. † Non obſtant modo adducta per Sur- 34
dum quia Jo. Andreæ, cujus auctoritate movetur, non determinat articulum, ſed tantum dubitativè inquit, quod ſi res ſit pro parte tantum obligata, videretur ſolum in parte prætium retinendum, ad quod citat *l. qui ſolidum* §.1. *de legat.* 2. ubi cum ex Imperatoris indulto reſcindenda eſſer venditio univerſitatis prædiorum olim à Republica cuidam facta, reſtitutio ejus hæredibus pretio, determinat *I. C.* ut legatario unius ex dictis prædiis pro modo æſtimationis, debeatur prætium ex conjecturata teſtatoris voluntate, qui textus poſſet fortaſſe in argumentum adduci ubi certo conſtaret rem venditam pro parte duntaxat eſſe obligatam; at nos ſumus in caſu in quo nulla poteſt haberi certitudo an prę-ter detectam obligationem adſint alii creditores; imò ex mente ſcribentium potius præſumendum eſt contrarium, & ex vnius litis motione, aliarum quoque ſuſpicio oritur, & conſequenter Jo. Andreæ auctoritas facilè euitatur. Non obſtat primum motivum Surdi, ut ſcilicet cum lis ſit cauſa fideiuſſionis præſtandæ, eatenus ea præſtari debeat, quatenus infertur moleſtia: quia jam ſupra demonſtratum eſt litem motam non eſſe cauſam finalem, ſed impulſivam, & ideò fidejuſſionem non eſſe cum illa commenſurandam. Minus refragatur aliud motivum, hanc videlicet fideiuſſionem præſtari contra juris regulas, & ideò reſtringendam eſſe; quia imò ſicut eſt regula juris, ut fideiuſſio non conventanon præſtetur, ſic eſt alia eiuſdem juris regula, ut quoties euictio imminet in limine contractus, fideiuſſio præſtetur; quoniam † licet expreſsè id 35
non fuerit conventum, tacitè tamen ſic actum intelligitur; & tacita conventione præſtari dictum fidejuſſionem dixit expreſsè Joan. Andr. poſt Guid. de Suz. in addit. *ad ſpecul. titul. de emption. & vendit.* §.1. *littera H.* quam retulimus ſupra *nu.*4. & ſic non inſulsè aſſeri poſſe reor (licet neminem hoc dicentem inuenerim) huiuſmodi fidejuſſionem præſtari ſecundum juris regulas, ut non obſcure innuit Imperator in *d. l. ſi poſt perfectam C. de evict.* in finalibus verbis ibi, *Iudex tibi quæ ex emptione veniunt præſtari providebit*, ubi gloſ. ſupplet *ſcilicet per fideiuſſionem emptionis ſatisfactionem*. Ecce igitur quod hujuſmodi ſatisdatio, venit ex natura contractus; Quemadmodum † itidem dicimus eſse de natura con- 36
tractus, ut evictio præſtetur unde & hoc tacite actum intelligitur *leg. exempto in princ. ff. de action. emption.* & habetur per Card. Mantic. *in tract. de Tacit. & ambiguit. convent. lib.* 4. *tit.*24. *n.*2. & ſic deciſio Surdi ſalvatur per ultimam rationem ab eo allatam, nimirum quia in caſu ſuo emptor petierat fideiuſſionem duntaxat pro parte pretii nondum ſoluta

unde

unde iudex fatuus fuisset concedere eidem ultra petita, quæ ratio cum cessaret in casu nostro, in quo emptor pro universo pretio, tam soluto quàm solvendo fidejussionem petierat, merito illam dandam esse decrevi.

Nec admittendam duxi exceptionem venditoris allegantis
37 se esse notorie divitem: quamvis † enim nonnulli affirmaverint in his terminis cautionem non esse necessariam, cum satis superque consultum dicatur securitati emptoris, cui bonorum hypotheca à divite facta, loco cautionis inseruit; ut per Afflict. *decis.* 171. & ibi latè Vrsillus & Cardin. Seraph. *decis.* 1243. *num.* 3. & *decis.* 1275. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 224. *num.* 4. Honded. *cons.* 30. *num.* 33. *lib.* 1. Giurb. *decis. sicil.* 113. *num.* 19. Surdus *decis.* 183. *num.* 9. & *fuit dictum in Bononien. bonorum* 27. *Novemb.* 1598. *coram Card. Lancell.* Nihilominus contrarium constantissimè firmavit Alber. *in d. l. si post perfectam num.* 2. *vers. sed contra Rub.* Alex. *in d. l. non solum* §. *morte num.* 463. *vers.* & *quomodo de nou. op. nunc.* Grat. *cons.* 153. *n.* 13. *lib.* 2. & post eos Surd. *d. decis.* 295. *num.* 13. *in fin.* tum quia *d. l. si post perfectam* indistinctè loquitur, tum etiam qua regula est ut ubi fidejussio est præstanda, etiam locupletissimus teneatur fideiubere, ut expresè disponit tex. *in l. minor.* in finalibus verbis *ff. de procur.* & ibi Bald. *in* §. *is qui suscepit nu.* 1. *ver. modo pone.* notat quod si ex statuto est per accusatum præstanda fidejussio, debet ab eo præstari etiam si sit ditissimus, & generaliter tenet Aret. *in l. divortio* §. *interdum nu.* 20. *vers. sed contra ff. sol. matr.* cum aliis quos refert, & sequitur Henrig. *de fideiuss. c.* 5. *n.* 9. *post med. vers. hanc igitur*, & *seq.* & in casu quo lis est mota resoluit Rota *in alleg. Tudertin. tenutæ montis nigri coram Domino Coccino Decano* declarans opinionem Afflictus & sequacium procedere prius quam lis moveatur, de quo vide etiam, quæ dixi in *d. dec.* 117. *n.* 21.

ARGUMENTUM.

Professio, sive votum quando per metum fieri dicatur. Metus qualis requiratur ad irritandum actum, & quomodo probetur. Metus reverentialis an, & quomodo professionem annullet.

SUMMARIUM.

1 *IVdices ubi coniunctim sunt delegati, alter sine altero procedere nequit.*
2 *Metus per unicum testem an & quando probetur*, & n. 15. & n. 47.
3 *Verbera iustum metum inducunt.*
4 *Metus iustus ex victus denegatione incurritur.*
5 *Quærimoniæ, & cõquæstiones removent consensum ab actu.*
6 *Metus pensatur, ex inferentis, & eius cui infertur qualitate.*
7 *Metus præsumitur in contractu, in quo consanguinei non intervenerunt.*
8 *Meticulosa præsumitur professio noctis tempore emissa.*
9 *Metus ex nimia festinantia præsumitur.*
10 *Colluso ex nimia celeritate præsumitur.*
11 *Metus ex publica voce, & fama probatur.*
12 *Protestatio ante actum facta removet consensum ab actu, & facit illum ipso iure nullum.*
13 *Protestatio coadiuuat probationes metus.*
14 *Protestatio contraria facto an, & quando aliquid operetur*, & n. 55.
15 *Metus per unicum testem probatur.*
16 *Metus ex minis, & verberibus probatur.*
17 *Minæ junctæ cum reverentia minanti debita, metum iustum inducunt, & matrimonium annullant.*
18 *Metus reverentialis cum minis annullat professionem.*
19 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet, & è converso.*
20 *Metus reverentialis cadit etiam in fratre minore natu, respectu maioris.* Declara ut num. 63.
21 *Metus reverentialis cadit, etiam in minore respectu eius tutoris, & curatoris.*
22 *Minæ iunctæ cum reverentia, & quando annullent matrimonium, si per tempus notabile illud præcesserint.*
23 *Metus reuerentialis probatur per testes singulares.*
24 *Minæ probantur per testes singulares, & inhabiles*, & n. seq.
25 *Minæ sunt difficilis probationis.*
26 *Metus reverentialis absque minis inducitur, si is, cui reverentia debetur sit asper, & seuerus.*
27 *Vxor contrahens ad istantiam viri iracundi, an dicatur metu reverenliali inducta.*
28 *Metus reverentialis absque minis professionem annullat.* Contrarium est verius n. 62.
29 *Metus reverentialis minor iusto timore professionem annullat.*
30 *Singula quæ nõ prosunt, unita iuuant in probatione metus.*
31 *Consensui nihil tam contrarium, ac metus.*
32 *Consensus, & libera voluntas sunt de substantia professionis excluduntur à metu.*
33 *Professio per metum facta est ipso iure nulla.*
34 *Votum, sive professio metu extorta est nulla ipso iure.*
35 *Voluntaria obsequia vult Deus.*
36 *Religionem ingredientes inviti magis peccata faciunt, quam plangant.*
37 *Metus non præsumitur, sed ab allegante probandus.*
38 *Metus probandus est plenè, & concludenter.*
39 *Professio habet pro se præsumptionem, si excusatio sit æquivoca.*
40 *Metus conceptus non sufficit ad rescissionem actus.*
41 *Metus ità demum annullat actum, si est illatus ad extorquendum consensum.*
42 *Metus non cadens in virũ constantẽ non annullat actum.*
43 *Metus ad hoc ut sit cadens in virum constantem, quæ requirantur.*
44 *Coniecturæ quales esse debeant ad metum probandum.*
45 *Præsumptiones metus arbitrio iudicis remittuntur.*
46 *Coniecturæ, & præsumptiones metus plenè, & exactè sunt probandæ.*
Testibus non creditur, quorum repelluntur auctores.
47 *Testis unicus non probat metum.*
48 *Sollicitator causæ non probat.*
49 *Testis inimicus repellitur.*
50 *Testis patiens plures defectus est prorsus inhabilis etiam cum veritas aliter haberi non potest.*
51 *Qualitas probanda est quando lex aliquid cum qualitate requirit.*
52 *Metus an sit iustus quando minus malum eligitur ad maius euitandum in foro conscientiæ.*
53 *Sacramenta characterem imprimentia tenent, etiamsi iusto metu sint accepta, & quid in cæteris Sacramentis.*
54 *Protestationes non emissæ coram Iudice, nec coram inferente metum, non suffragantur.*
55 *Protestationes non probant metum, sed alias probationes coadiuuant.*
56 *Præstatio facta longè ante professionem per actum sequentem dicitur revocata.*
57 *Protestatio non est necessaria in patiente metum.*
58 *Protestatio ubi allegatur debet vel in ipso actu, vel paulò ante intervenire.*
59 *Lacrymæ quando metum probent.*
60 *Confessio extraiudicialis quomodo probetur.*
61 *Metus non causatur ab imperio, seu obiurgatione parentum.*
62 *Professio ob solum metum reuerentialem absque minis non irritatur.*
63 *Metus reuerentialis in fratre admittitur, si frater ab eo regitur, alias secus.*
64 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
65 *Libera voluntas quando ita facilè probetur, sicut metus.*
66 *Testes de metu deponentes, an, & quando præferantur deponentibus de libera voluntate.*
67 *Pro non metu in dubio est pronunciandum.*

DECISIO LXXIX.

FRater Jo. Hieron. à Clavaro Genuensis Diæcesis Ordinis S. Francisci de Obseruantia prętendens se per metum professionem emisisse, impetrata à Sanctissimo restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, causam nullitatis introduxit coram Vicar. Genuensis, & Guardiano conventus sui ordinis in terra Clavari existentis, qui Guardianus non expectato Vicario conjudice, solus sententiam protulit, per quam professionis nullitatem declaravit; qua sententia existente notoriè nulla, † cum nequeat alter ex 1
coniudicibus sine altero proferre sententiam, juxta text. *in cap. causam matrimonii*, & ibi Bal. *nu.* 3. *de offic. deleg.* Fuit propterea habitus recursus ad *S. Congr. Emin. Card. negotiis Epis. & Reg. profect.* at defuncto interim d. Vicar. Archiep.

iterum mihi, qui ei in officio succeſſeram ut conjunctim cum Guardiano conventus Genuæ procederem, ab eadem Sacr. Congr. cauſa commiſſa fuit, ſtructoque coram nobis proceſſu, non fuimus in ſententiando concordes, Guardianus pro invaliditate profeſſionis, me autem pro validitate illius ſentiente.

Se autem per metum ſuſcepiſſe habitum regularem ex eo deducebat Fr. Jo. Hieronymus, quod in ſeculo aſpere tractaretur, & verberibus ſæpè afficeretur à Jacobo eius Germano majori natu, illiuſque tutore, & curatore, de quibus malis tractationibus deponebant duo teſtes, nempe Jo. Baptiſta eorum communis germanus de viſu, & Fr. Hieronymus à Clavaro de auditu ab eodem Jo. Hieronymo quem aſſerebat ſæpe de dict. Jacobo conqueſtum fuiſſe ac ab illo tunc ſeculari fragmentum panis petiiſſe, ſub prætextu quòd ob Jacobi ſævitiam eſuriret, Aderant etiam nonnulli teſtes de auditu de-
2 ponentes ſuper dd. malis tractantibus. † Metum autem probari per unicum teſtem de viſu, junctis aliis de auditu, etiamſi non dicant à quibus audiverint, vel etiam juncta fama, quæ hic non deerat, ut infra dicetur tradit Maſcar. *de prob. concl.* 153. *n.*7. & Boer. *dec.*101 *n.*9. vel juncta aliqua præſumptione, ut per Alciatum *de præſump. reg.*3. *præſump.*7. *n.*5. *in fin.* Farin. *in fragm. ver. metus n.*170. & ſic metus videbatur directè probatus. *Seff. deciſ. Aragon.*60. *n.*8. Fontanell. *de p. nup. clauſ.*7. *gl.*2. *p.*5. *n.*82.

Quod autem d. metus fuerit ſufficiens ex eo deducebatur,
3 quod † verbera, quæ corpus cruciant; juſtum inducunt metum, ut pluribus probat Barbat. *in conſ.*60. *n.*2. *ver. capio nunc & n. ſeq.* Rimin. jun. *in rep. c.*1. *n.*26. *de offic. deleg.* Hercul. *in tract. de caution. de non offend. c.*1. *nu.*11. Afflict. *dec.*256. & ita firmant Rota *dec.*105. *nu.*1. *p.*3. *in rec.* ubi dicitur hanc eſſe com. opin. ſæpe à Rota in materia ſuſceptionis ordinum, vel profeſſionis firmatam.

4 Sicut † & ex denegatione victus reſultat metus mortis; cum alimenta negare ſit necare *l. necare ff. de lib. agnoſ. cap. paſſa* 86. *dict.* & in terminis conſideravit Rot. *in Tolet. nullitatis profeſſionis* 19. *Novemb.*1614. *coram Ubaldo Seniore*, & rurſus *in dec.*779. *ſub n.*2. *p.*3. *in rec.*

Præfata vero probatio non erat præſumptionibus deſtituta; quarum prima reſultabat ex congeminatis conqueſtionibus ejuſdem Fr. Jo. Hieronymi aſſerentis tam in ſeculo, quam in novitiatu, ſibi neceſſe fuiſſe ad ſe eximendum è ma-
5 nibus Jacobi, Religionem ingredi, † quæ quidem querimoniæ toties repetitæ, & animi repugnantiam declarant *l. ſi quis §. plerique ff. de Relig. & ſumpt. funer. l. mihi, & tibi §. interdum ff. de l.*1. & removent conſenſum ab actu *leg. ſi quis in princ. teſtam. ff. de l.*3. Natt. *conſ.*451. *nu.*20. Rota *in Tolet. matrimonii* 3. *Martii* 1589. *coram Card. Seraph.* Greg. XV. *deciſ.*326. *n.*9. & ponderat Rota *in d. dec.*105.

6 Secunda † conjectura deſumebatur ex qualitate perſonarum, videlicet tam ejuſdem Fr. Jo. Hieronymi, tunc pueri, quam Jacobi, qui erat vir ſeverus, & rigidus. Metus autem cadere dicitur in virum conſtantem conſiderata perſona inferentis metum, & eius cui infertur Calder. *conſ.*1. *tit. quod metus cauſ.* cum aliis quos refert, & ſequitur Decian. *conſil.* 30. *num.*24. *lib.*4. Surd. *deciſ.*194. *num.*3. Greg. XV. *in deciſ.* 326. *num.*10. *& dec.*326. *nu.*6. Et quod minor metus requiratur in puero, quam in viro, & in imbecilliore, quam in robuſtiore Soc. ſen. *conſ.*225. *n.*5. *lib.*2. Decian. *conſ.*127. *lib.* 1. Farinac. cum relatis in Frag. *verb. menſ. num.*74. *& d. dec.* 105. *num.*3. *p.*3. *in recent.* & ex Theolog. Sotus *lib.*7. *de Inſt. quæſt.*1. *art.*1. *ad* 2. Salon. *de juſt. & jur. quæſt.*62. *art.*2 *contr.* 5. *in* 3. *concl.* cum aliis relatis noviſſimè à Barſil. Pontio *in tr. de matr. lib.*4. *c.*2. *ſub n.*10. *& rurſus in commentar. de imped. matrim. cauſ.*31. *q.*2. *verb. hoc autem* Menoch. *de arbitr. iud. caſ.*153. Burat. *in terminis deciſ.*205. *n.*21.

7 Tertiò † in actu profeſſionis a Jo. Hieron. emiſſæ, nulli intervenerunt conſanguinei; qui in ſpontaneis profeſſionibus intervenire conſuevere, ex quo inſurgere conjecturam metus dixit in matrimon. carnali, poſt alios, quos refert, Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*4. *num.*14. Rota *deciſ.*143. *n.*20. *p.*2. *in rec.* cum aliis per me congeſtis in *dec.* 5. & in cæteris contractibus Theſ. iun. *in q. forenſ. lib.*1. *q. ſi ſub n.*26.

8 Quarta † quia dict. profeſſio emiſſa fuit directe cum tamen aptius potuiſſet emitti de die, ut fieri ſolet, unde aliud inſurgit metus argumentum Polidor. Rip. *de temp. nocturn. cap.*89. per totum Menoch. *præſumpt.* 4. *numer.*14. Rota *dec.*643. *num.*20. *p.*1. *in recentiorib.* cum aliis allatis per me in *deciſ.*5.

Quinta † oriebatur ex nimia feſtinantia Jacobi, qui ſuaſus 9
à Fr. Jo. Evang. ne tam properè curaret habitum regularem d. puero dari, cum nondum Grammaticæ ſtuduiſſet, moras abrumpendas curavit, ne fortè d. ſuum germanum pœniteret. Nimia verò feſtinantia, & celeritas non caret ſuſpicione Paul. de Caſtr. *in conſ.*174. *numer.*3. *circa med. lib.*1. Gregor. *in dec.*326. *n.*36.

Facit quod dici ſolet, † tentatum ex nimia celeritate 10
præſumi præordinatum, & colluſum §. *fin. in aut. de reſtit. & ea quæ parit* Bald. *in rub. de Iudic. n.*12. Paul. de Caſtr. ubi ſupra.

Sexta † deſumebatur ex publica voce, & fama, de qua 11
nonnulli teſtes deponebant, quæ quidem metus præſumptionem inducit, ut per Menoch. cum relat. *præſumpt.* 4. *num.*21. *& præſumpt.*126. *num.*22. *lib.*3. cum aliis quos adduxi in *dec.*5.

His addebatur, quod d. Fr. Io. Hieronymus adhuc novitius quadam die genuflexus in refectorio coram Guardiano, inſtetit ſibi reddi veſtes laicales, dicens ſe ibi non permanere libenti animo, imò per vim à ſuis germanis fuiſſe inductum ad regularem vitam inſtituendam, & propterea ad ſeculum redire velle, ut deponebant Fr. Angelus à Clavaro, & Fr. Seraph. à Genua qui præſentes fuere. Hæc † autem proteſta- 12
tio coram Superiore, & teſtibus ante profeſſionem facta; tametſi de per ſe non probet metum, valde tamen prodeſt, quia removet aſſenſum ab actu ſequenti etiamſi abſente parte fiat Natt. *conſ.*451. *nu.*21. *& ſeq.* Oſaſch. *dec.*100 *n.*10. *ver. ideo* Covar. *in Epitom.*4. *decret. al. p.*2. *c.*3. §.5. *nu.*12. *in princ.* Maſcard. cum per eum relatis *de prob. lib.*2. *concl.*1051. *num.* 10. *& ſeqq.* Buratt. *d. dec.*205. *n.*15. *& ſeq.*

Et in his, quæ à proteſtantis voluntate dependent, reddit actum ipſo jure nullum DD. *in cap. cum M.* Ferrarien. *de appell.* Crav. *conſ.*120. Rota *in Neapolitana profeſſionis* 15. *Jun.* 1598. *coram Gypſio*.

Et † eſt generale, quod proteſtationes multum coadiuuant 13
probationes metus Honded. cum per eum congeſtis *in conſil.*29. *numer.*55. *lib.*1. Surdus *deciſ.*144. *numer.*26. Seraphin. *deciſ.*859. *numer.*4. *& ſeqq.* Beltramin. *ad deciſionem Greg.* 326. Rota *in Hiſpalen. coadiutoriæ* 25. *Ianuarii* 1610. *coram Card. Lancellotto*.

Neque † dicatur proteſtationem contrariam facto nihil 14
operari *dicto cap. cum M. de appell.* ubi ſcribentes *cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionib.* Rota *dec.*15. *in fi. de offic. deleg. in nou.* id enim verum eſt, quoties illa ordinatur ad tollendum factum, cum facta pro infectis haberi non poſſint: at ubi ordinatur ad removendum conſenſum, vel tollendum mentem à facto, ut in caſu noſtro, tunc utique operatur proteſtatio *l. labeo ff. de ſuppellectil. legat. & l. obligationum ſubſtantia ff. de act. & obligat.* & ita diſtinguit Bart. *in l.*1. *num.*17. & ibi ceteri ſcribentes *C. de lit. conteſt.* Abbas *in cap.*1. *extra eodem* Alex. *conſ.*130. *n.*17. *lib.*4. Ripa *in c. cum M.* Ferrarienſis *nu.* 70. *extr. de conſtit.* ubi affert exemplum in terminis noſtris de eo, qui ſuſcepit habitum regularem, & proteſtatus fuit ſe animum profitendi non habere; & latè agit de materia proteſtationis contrariæ facto, eandem doctrinam comprobat Rota *in Neap. Profeſſionis* 15. *Iunii* 1599. *coram Gypſio*.

Sed & eodem profeſſionis anno durante, metum reverentialem una cum minis ſuperveniſſe prætendebat Fr. Io. Hier. aſſerens, quod cum quadam die Iacobo ejus Fratri, qui ad monaſterium acceſſerat, dixiſſet ſe velle ad ſeculum redire, fuit ab illo graviter obiurgatus, miniſque tertius ut teſtatur Io. Baptiſta communis Fr. qui inquit ſe fuiſſe præſentem, & coram vidiſſe, & audiviſſe.

Metus † autem etiam per unicum teſtem probatur, ſi cre- 15
dimus Cæpollæ *in cautell.*164. quod eo magis in caſu noſtro videbatur admittendum, quia d. Io. Baptiſtæ coadiuuatur ex depoſitione Fratris Euangeliſtæ, qui eadem die vidit Fr. Ioann. Hieronymum lacrymantem, dicentemque ſe fuiſſe ab eodem Iacobo acerbè tractatum, eo quod ei dixerat ſe velle ad ſeculum redire, & addit ſe ſtatim conveniſſe dictum Iacobum, eiuſque ſævitiam increpaſſe, illum autem reſpondiſſe, ſe jam dict. novitii animum pacatum reddidiſſe.

Probatis † autem minis, vel verberibus præcedentibus, 16
metus probatus cenſetur, ut notant ſcribentes *in leg. ſi donationis C. quod met. cauſ.* Bar. *in l. ſi ob turpem vol.*1. *in fi. verſ. exemplum ff. de condit. ob turpem cauſ.* & eſt comm. opin. de qua poſt alios teſtantur Boer. *deciſ.*100. *n.*11. & Monter. *dec. Aragon.*32. *n.*30.

Cumque ab eo provenirent, qui eas exequi poterat, uti-

que

que timendæ fuerunt *l. ſi quæſitum ff. ad Turpill. leg. niſi* §. *ſi legatarius ff. ſi cui plus quam per leg. Falc.* Alber. *in l. metum num.2. ver. ſi autem* 10. *de his quæ vi* Grammat. *dec.5. num.4.* Rota *deciſ.779. numer. 4. par.3. in recent.* quæ eſt eadem *cum d. deciſ.205. num.2.* apud Burattum. Præſertim quia eidem reverentia debebatur, utifratri majori, ſimulque tutori, & curatori ejuſdem novitii.

17 Minæ † autem, junctæ cum reverentia minitanti debita, metum juſtum dicuntur inducere, ut in matrimonio carnali probat tex. *in cap. ex litteris de ſponſal. impub.* ibi *nolens, & invita minis parentum impulſa*, & tradunt plurimi, quos longa ſerie recenſet Sanch. *de matr. lib.4. diſp.6. num.7. cum multis ſeq.* & Greg.XV. *in dec.326. n.18.* ubi ad hoc citat Bar. *in l.1. in fi. ff. quarum rerum act. non det.* Dec. *conſ.232. poſt n.* 4. Purpurat. de comm. atteſtans *in conſ.570. nu.6.* Pariſ. *conſ.* 26. *nu.67. lib.3.* Alban. *de communi in conſ.77. nu.5.* Roland. *conſ.95. n.30. lib.1.* Idem Greg. *dec.374. n.14.*

18 Et † de matrimonio ſpirituali, & ſic in puncto de profeſſione probat textus à contrario ſenſu *in can. puellæ 20. qu.1.* & tradit latè Sanch. *d. diſp.6. n.18.* & ſequitur Azor. *inſtit. moral. lib.12. c.5. qu.4. ver. ſi reges p.1.* P. Villalob. plurimos referens in Summ. *p.1. tract.3. diff.8. nu.6.* Rota cum per eam

19 congeſtis *in deciſ.779. ſub n.4. in fin. p.3. in recent.* † & eſt regulare, ut admittatur argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, & è converſo *c. inter corporalia de Translat. Epiſcop.* & probat latè Præpoſ. *in c. tuæ de ſponſal. ubi num.12.* utriuſque ſpecialitates enumerat; ſequitur Valer. *in diff. inter utrumque forum ver. metus differ.4. ver. quod videtur mirabile.*

20 Quod † autem metus reverentialis detur in Patre minore reſpectu Fratris majoris tradunt Franc. Aretinus *in conſil.24. num.6.* Curt. jun. *conſ.141. num.11. vol.2.* Ripa *in reſponſ.4. num.8. tit. de donat.* Tiraquel. *de Primogenit. in præfat. num.* 143. & rurſus poſt *leg. Connub. gloſſ.5. numer.36.* Ruin. *conſ.* 98. *nu.24. vol.1.* Guttier. *conſ.16. n.17.* cum aliis quos refert, & ſequitur Sanch. *de matr. d. lib.4. diſp.6. num.32.* præſertim cum Jacobus eſſet etiam illius Tutor, & curator, ut ſupra dicebatur; ita ut in ejus perſona duplex concurreret reveren-

21 tia † Metum autem etiam reſpectu curatoris conſiderari ad irritandum matrimonium, vel profeſſionem tradit Navar. *in conſ.36. num.5. lib.4. in prima editione, & in ſecunda editione conſ.10. num.5. tit. de his, quæ vi*, & de tutore tradi, Henriq. *lib.11. de matrim. cap.9. n.5.* & de utroque Sanch. *d. diſp.6. n.28.*

22 Nec † refert præfatas minas per plures menſes profeſſionem præceſſiſſe; adhuc enim ex illis non minus probatur metus, quam ſi in ipſo actu illatæ fuiſſent Bart. *in l. ſi ob turpem col. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Jaſon. *in* §. *quadruplici n. 66. Inſt. de act.* Mandel. *conſ.77. num.13.* Cæpol. *cautel.244. in fin.* Honded. *conſ.26. n.40. lib.1.*

Si tamen adhuc durat cauſa metus actus eſt nullus, eſto actus ſponte fieri videatur Grat. *conſ.20. nu.10. lib.2.* Boerius *dec.140. n.3.* Honded. *d. n.40.*

Quamuis autem Joannes, & Fr. Evangeliſta non ſint con-

23 teſtes, ſed ſingulares, adhuc tamen † Metus reverentialis ab eis probatur, ut poſt Ang. & Crot. quos citat, tradit Surd.

24 *in conſ.395. num.26. libr.3.* & in puncto minas † per ſingulares probari teſtes, poſt Angel. Crot. & alios tradunt Anton. Gabr. *tit. de teſtibus concluſ.2. nu.56.* Petra *in tract. de fideic. q.12. n.542.* Gramat. *deciſ.5. num.14. ver. quæro* Greg. XV. *deciſ.374. num.21.* Rota *deciſ.779. ſub n.4. p.3. in recentiorib.*

25 † Cumque ſint difficilis probationis Bertrandus *conſ.64. nu. 2. p.1. in antiq.* Alban. *conſ.77. num.8.* Boer. *dec.101. nnm.1.* Ideo admittuntur teſtes, qui alias non admitterentur Alex. *conſ.156. num.15. lib.5.* Honded. *conſ.29. num.24. lib.1.* Greg. *d. dec.374. n.20.*

26 Quin † etiam ſi de minis non conſtaret cum tamen Jacobus, qui illi perſeverantiam in Religione proponebat, & cui à d. novitio reverentia debebatur, eſſet vir aſper, ſolituſque ſevere tractare ubi ſuæ non obtemperabatur voluntati, ut idem nouitius in ſeculo expertus fuerat, utique ſufficiebat metus reverentialis abſque minis, quæ tametſi actu non interveniſſent, adfuiſſet tamen virtute, extitiſſetque timor proximè coactionis, quod ſuffiict Abb. *in c. cum virum num.* 8. *de reg. & in c. nonne num.1. de præſumpt.* ubi etiam Felyn. *in fin.* Jaſon. *conſ.3. numer.6. vol.1.* Berò. *in cap.1. num.18. de offic. deleg.* Ant. Gomeſ. *lib.2. variar. cap.14. num.17.* Oſaſc. *dec.176. n.3.* Molina *de Primog. lib.2. c.3. n.9.* cum aliis quos refert, & ſequitur Sanch. *de matr. lib.4. diſp.6. n.12.* † Ut in

27 ſimili de muliere, quæ virum habet rigoroſum, & iracundum, ſolitumque iniuriam inferre iis, qui illius non parent mandatis, ſolum metum reverentialem ad reſciſſionem contractus ſufficere tradunt Abb. & DD. *in cap. cauſam matrimonii extr. de offic. deleg.* idem Abb *in c. cum inter colum.2. de elect.* Aret. *in l. interpoſitas n.4. C. de tranſact.* Bellam. *conſ.* 9. *vol.5.* Alex. *de Nevo conſ.4.* Roland. *conſ.100. n.231. lib.4.* Gomeſ. *variar. reſol. tom.2. c.14. ver. adde* Menoch. *de præſum. lib.3. præſump.126. num.24. & 25.* Boer. *deciſ.100. num.* 12. & 19. Roder. Suarez *alleg.14. in fi.*

Quæ † quidem ſententia multò facilius admittenda vide- 28
tur in matrimonio ſpirituali cum non deſint plurimi Doctores aſſerentes in illo ſufficere metum reverentialem abſque minis, quos refert, ſed non ſequitur Sanch. *de diſp.6. n.17.* eandemque ſententiam contra Sanch. defendit noviſſimè Barſil. Pont. *in tract. de matr. lib.4. cap.11. numer.15. & 16.* Ubi teſtatur ita fuiſſe per Rotam coram Oradino deciſum: pro qua etiam ſententia affertur declaratio Sac. Congregationis ſub nomine Farinacii impreſſa, in qua de anno 1585. profeſſio cujuſdam monialis ob metum reverentialem emiſſa fuit declarata nulla, de qua poſt alios noviſſimè Diana idem ſentiens *Reſol. moral.p.3. tract.2. reſol.92.* idemque tenuit Roderiq. *q. regul.to.3. q.17. art.18.* ubi aſſerit profeſſionem emiſſam à puella in monaſterio educatam ob metum reverentialem Abbatiſſæ, nullam eſſe, ad tex. *cum gloſ. in can. præſens 20. qu.3.* & ſaltem utramque ſententiam probabilem eſſe teſtantur Hier. Roderiq. *in compend. eiuſdem* Eman. Roderiq. *reſol.101. n.18.* & Porrell. *de dubiis Regul. ver. profeſſio nulla ſub n.12.* & notabiliter tradit Nav. *in Manual. confeſſ. c.* 22. *n.50.* quod quamvis regulariter oporteat metum exteriorem eſſe juſtum, talemq; qui in virum conſtantem cadat juxta *l. metum 1. & 2. ff. quod metus cauſ.* † Nihilominus ad effe- 29
ctum annullandi profeſſionem, etiam quoad forum exterius ſufficit metus reverentialis minor juſto timore, juxta *gl. ſing. in d. c. præſens* idemque tradit in eodem Manual. Nav. *c.17. n.20. & 30.* utrobique tamen add. d. timorem talem eſſe debere, ſine quo non fieret profeſſio, quæ omnia repetit in *conſ.* 5. *n.2. de his, quæ vi. lib.1.* hancque doctrinam veram eſſe, & tenendam dicit Mirand. *in Manual. Prælat. q.30. art.2.* Rota me hic citato, *in Burg. nullitatis profeſſionis 16. Apr. 1649. coram Arguelles, impreſ. à Dian. in cal. p.9. reſol. moral.*

Quæ omnia tametſi diviſim conſiderata aliquam paterentur difficultatem tamen ſimul juncta metum juſtificare videntur, † cum in hac materia admittatur regula, ſingula quæ 30
non proſunt, ſimul unita juvant, de qua regula vide latiſſimè Ant. Gabr. *tit. de prob. concluſ.1. per totam* & ita in propoſito dixit Corn. *conſ.124. nu.4. ver. dato lib.3.* comprobat Rimin. jun. *in conſ.362. n.77. lib.4.* Hond. *conſ.29. nu.23. & 49. lib.1.* & dixi in *dec.5.*

Cum itaque † niſi ſit tam contrarium conſenſui; quam me- 31
tus *l. nihil conſenſui ff. de reg. iur.* & quæ metu geſta ſunt, rata haberi non debeant *l.1. ff. quod met. cauſ.* quem tex. notat Bal. *in rubrica de contra inueſt. in fin.* ubi inquit, quod vox Dei poſuit in ore Prætoris edictum, de quo *in d. leg.1.* ſequitur, Boer. *deciſ.100. num.1.* Pariſ. *conſ.139. num.1. lib.4.* Rolan. *conſ.100. num.139. lib.4.* Honded. *conſ.29. num.15. libr.1.* † 32
Cumque ubi adeſt metus deficiat conſenſus, & libera voluntas, quæ ſunt de ſubſtantia profeſſionis, ut in puncto tradit Pariſ. *conſ.65. num.13. volum.4.* Rota *deciſ.779. num.10. p.2. in recentiorib.* quæ ut dixit apud Burattum *eſt d. deciſ.205. n.* 24. & in matrimonio carnali, eſt text. *cum gloſ. in c. tua nos in fin.* & ibi Ant. de Butr. *num.10. & ſeq.* & Abb. *nu. fin. extr. de ſponſal.* Greg. XV. *deciſ.395. num.2.* † Conſequens eſt ut 33
profeſſio d. Fr. Jo. Hieronymi uti per metum emiſſa, ſit ipſo jure nulla *c.1. de his, quæ in c. interrogaſti 27. diſt. c. puellæ* 22. *q.1.* & ſupponitur per Concil. Trid. *ſeſſ.25. de regul. cap.* 19. dum ibi tempus præſcribitur ad metum deducendum, ut poſt alios obſervat Rodriquez *in qq. Regul. tom.3. quæſt.17. artic.15.* & hoc vel ipſo jure naturæ, ut nonnulli ſcribentes docent; ſcilicet magnam libertatem neceſſariò ad actum tam heroicum, ac obſervatum difficillimum requiſitam, utque à Deo, & ab Eccleſia acceptetur. Vel ſaltem ſolo jure canonico, ut longè plures docent, & poſt alios notat Suar. *de Relig. to.3. de ſtatu Relig. l.6. c.4. n.9.* & Sanch. *in decalog. lib.4. c.3. n.8. & ſeq.*

Et † votum, ſeu profeſſionem metu extortam eſſe ipſo 34
jure nullam tenet Gloſ. comm. recepta *in c.* Abbas *de his, quæ vi met. cauſ.* Selva atteſtans de comm. opin. *in tract. de benef. part.3. q.32. ſub n.3.* pulchrè Berous *in c. in præſentiæ numer.* 121. ubi rationem reddit *de probation.* Cæſar. de Graſſ. *dec.* 1. *nu.29. & deciſ.2. num.9. cum plur. ſeq. de his, quæ vi*, ubi pariter

pariter rationem reddit; eandem ſententiam tuetur, Garz. *in tract. de ultimo fin. numer.*418. & 466. Brunellus *de ſponſ. & matrim. concl.*18. *numer.*8. & de voto ſimplici Navarr. *in Manual. cap.*22. *numer.*5. cum per eum relatis, & *in conſil.* 5. *num.*2. *tit. de his quæ vi lib.*1. plurimos congerit Sanchez. *decalog. lib.*4. *capit.*3. *num.*12. Mirand. *in manual. Prælator. quæſt.*30. *art.*2.

Ex quibus pronunciandum videbatur profeſſionem Fr. Jo. Hieronymi nullam eſſe, nullumque ſibi vinculum iniicere
35 potuiſſe, † Deus enim non vult coacta, ſed voluntaria obſequia *can. præſens* 20. *q.*3. & militem voluntarium elegit ſibi Deus.

36 Et|† Religioſi, Monaſterium ingredientes inviti, magis peccata committunt, quam plangant *capitulo ſicut* 20. *quæſt.*1.

Præmiſſa tamen, quæ primo aſpectu non nihil urgere videtur, ſi ad rationis teſſeram reducantur, frivola prorſus apparebunt, & ut res evidentius eniteat, præſupponenda ſunt quædam, ex quibus hujus cauſæ deciſio dependet.

37 Primò † igitur præmitto metum non præſumi, ſed ab eo probandum eſſe, qui ſe fundat in illo *l. cum te l. metum*, & utrobique ſcribentes *C. de his quæ vi vel met. cauſa fiunt* Innocent. *in cap. cauſam matrimonii num.*1. *extr. de offic. deleg.* Bald. *in l. interpoſitus numer.*2. & *ibi ſcribentes de tranſact.* Plot. *in l. ſi quando* §.3. *numer.*13. *C. unde vi*, cum aliis congeſtis per Maſcard. *de probat. concl.*1051. & 1052. *lib.*2. Menoch. *in conſ.*1. *num.*288. Honded. *conſil.*29. *numer.*9. *libr.*1. Marcell. Coſta *de modo articulan. & proban. gloſs.*2. *numer.* 1057. & *ſeq. dixi in dec.....* Rota *in Rom. donat. de Anguill.* 12. *Ianuarii* 1596. *coram bon. mem. Penia.*

38 Et † quidem plenè, & concludenter *l. non eſt ff. quod met. cauſ.* Boer. *deciſ.*101. *in fin.* Alciat. *conſ.*5. *numer.*27. & *conſ.* 504. *num.*7. Burſatt. *conſil.*72. *num.*15. *lib.*1. adden. ad Rota *deciſ.*40. *ex impreſſis poſt primum volum.* Farinacc. *littera A. per totam.*

39 Cum † enim conſtet de voto, & profeſſione ſi excuſatio dubia ſit, ſtat poſſeſſio pro validitate ut per Sanch. *in decal. lib.*4. *c.*2. *n. fin. & cap.*3. *num.*27. vbi addendi ſunt ſcribentes per me relati *infra num.*67.

40 Secundo † præmitto non ſufficere metum ab intrinſeco, vel à cauſis naturalibus prout eſt ille, qui non incurritur per actum liberum, ſed per modum naturæ ut declarat Sotus *in* 4. *d.*29. *q.*1. *art.* 3. *ver. hinc punio* ſed ab extrinſeco, & à cauſa libera procedere debet; ille namque nunquam tollit obligationem, hic autem ita demum, ſi mox ſubiicienda requiſita concurrant, ut magiſtraliter diſtinguendo firmat Sotus ſequutus Theologos, & Juriſtas *de Iuſt. & iur. lib.*4. *quæſt.*2. *art.*1 *vol.*4. *in fin. ver. diſtinguitur* Sanchez *in Decalog. lib.*4. *cap.*3. *num.*3. & 4. Graff. *conſ.*1. *num.*8. & *conſ.*9. *num.*7. *tit. de voto lib.*3. *tom.*1. & latè deduxi *in deciſ.*5. & quod ab homine inferri debeat metus ad hoc ut excuſet, & ſic debeat eſſe illatus, non conceptus probat textus *in l. metum* 9. *ff. quod met. cauſ.* & notat ibi Bart. & ponderat in propoſito Sanch. *de matr. lib.*4. *diſp.*1. *ſub n.*16. *ver. hinc infertur intellectus.*

41 Imò † nec ſat eſſet metum ab homine fuiſſe illatum, niſi inferatur ad illum actum, de quo agitur, nempe ad finem extorquendi conſenſum, vel profeſſionem ut ex noſtratibus firmant Afflict. *deciſ.*246. *num.*3. & 4. & ibi Urſill. in addit. Vivius *deciſ.*507. *num.*19. *lib* 3. Maſtrill. cum per eum relatis *in deciſ.* 140. *num.*15. & *ſeq.* Seſſa. *deciſ. Aragon.*60. *n.*2. *lib.* 1. & ex Theologis tradunt Suar. *de Relig. par.*3. *lib.*6. *cap.*4. *verſ. reſponderi poteſt Leſſius de Iuſt. & Iur. lib.*2. *cap.*27. *dubit.*6. *num.*40. aſſerens, metum abſque hujuſmodi circumſtantia, non eſſe cauſam directè, ſed tantum occaſionem profitendi, ſeu vovendi (licet ſecundum quandam impreſſionem corruptè legatur) idem Leſſ. eodem *lib.*3. *cap.*40. *dub.* 3. *num.*16. eandem ſententiam firmat Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſput.*12. *nu.*3. dicens hanc eſſe concluſionem certiſſimam apud omnes, ſubdens, quod quoties metus non eſt incuſſus ad extorquendum conſenſum, ſive à naturali, ſivè à libera cauſa proveniat, quantumvis graviſſima ſit, non reddit irritum matrimonium, ut ibi latiùs per eum, qui idem repetit de matrimonio ſpirituali, nempe de profeſſione *in Decal. lib.*4. *cap.*3. *num.*4. & *ſeqq.* Graff. *conſ.*1. *num.*8. *de voto*, & *conſ.*9. *num.*6. *eodem tit. lib.*3. *tom.*1. ubi quod illatus eſſe debet directè ad votum, vel quid aliud faciendum dixi ſupra *in deciſ.*5. *num.*9. & hæc proculdubio eſt vera, & communis ſententia; quidquid de ea dubitaverit in terminis mulieris ad inſtantiam viri contrahentis, Theſaur. jun. *in qu. Forenſ. lib.*1. *q.*51. *num.*7. ubi contra Afflictum, & Vivium dixit ſufficere mulieri probare minas, & verba in genere.

An autem metus juſtè incuſſus dirimat profeſſionem, vel matrimonium, dixi *in deciſ.*77.

Tertio præmitto † non omnem metum ad hunc effectum 42
ſufficere ſed exigi metum cadentem in virum conſtantem ſaltem reſpectivè, habito ſcilicet reſpectu ad metuentis qualitatem *c.*2. ubi communiter *canoniſtæ de his, quæ vi metuſve cauſ. c. cum locum de ſponſ. l. metum leg. nec timorem* 7. *ff. de eo quod metus cauſ.* communiter DD. *ſcholaſtici in* 4. *ſententiam diſt.*29. innumeri Theologi, & Juriſtæ, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matr. lib.*4. *diſp.*12. *nu.*18. plures etiam refert. Gaill. *pract. obſeru. lib.*2. *obſeru.*99. *n.*7. Rota *in Ulixbonen. matrimonii* 16. *Decemb.* 1616. *coram D. Pirovano*, & in terminis matrimonii ſpiritualis, nempè in voto ſolemni tradunt Sotus *de Iuſtit. & iur. lib.*7. *q.*2. *art.*1. *ad* 2. *in fi.* Lud. Lopez. 1. *p. inſtruct. c.*45. *volum.*3. *verſ. non impedit Valentia* 2.2. *diſp.*69. 6. *punct.*4. *vol. vlt.* Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.*2. *lib.*3. *cap.*10. *verſ.*10. Azor. *lib.*11. *inſt. moral. cap.*15. *q.*7. Em. Sà *in Aphoriſ. confeſſ. verb. metus numer.*3. Sanch. *in decal. lib.*4. *c.*3. *n.*24.

Ut † autem metus etiam reſpectivè cadat in conſtantem 43
virum, quinque requiruntur, primum ut malum, quod timetur ſit grave, ſecundum ut non vane levitervè, ſed probabiliter, & notabiliter malum illud timeatur, tertio ut metum incutiens potens ſit minas exequi, quartum ut etiam ſolitus ſit illas executioni demandare, quintum denique, ut non poſſit is, qui timet, alia ratione facilè occurrere malo illi, quod timetur, ut poſt alios, quos refert, docet plenè Sanch. *de matr. lib.*4. *diſp.*1. *à nu.*10. ſequitur Rota *in Venetiarum matrimonii* 29. *Nov.* 1604. *coram* Penia, quæ apud eundem Peniam *noviter impreſſ. eſt dec.*1140. *to.*2. & noviſſimè eadem Rot. me hic citato, *in Tullen. matrimonii* 15. *Ian.* 1653. *coram Albergato*, *impreſſ. à Dian. in calce p.*11. *reſol. moral.* & admittit Coninch. *de Sacrament. & Cenſur. tit. de matrimonio metu contracto diſp.*28. *dub.*2. *nu.*23. ubi advertit tres ultimas conditiones explicare dumtaxat ſecundam; nemo enim poteſt prudenter terreri aliquo malo, quando ſcit minantem aut non poſſe illud inferre, aut non eſſe probabile eum hoc illaturum, aut quando ipſe hoc poteſt ſine incommodo vitare.

Præmitto demum, quod licet metus conjecturis probetur, 44
illæ tamen eſſe debent propinquæ, & immediatæ ipſi actui, qui geritur, & graves, & veriſimiles, non enim probarent ſi leves, remotæ, aut inveriſimiles eſſent, ut ex allegatis per Cravett. *conſ.*44. *num.*6. Roland. *conſ.*100. *n.*122. & *ſeq. lib.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.*1051. *num.*9. Burſatt. late *conſ.* 72. *n.*18. *vol.*1. Gregor. XV. *deciſ.*374. *n.*2. & *ſeq. in fine.*

Quidquid enim ſit de illa opinione, quæ habet ad reſcindendum contractum conjecturas hominis non ſufficere, ſed legis requiri præſumptiones, ſecundum Bald. *in l. interpoſitas n.*6. & ibi Salycet. *n.*3. & Roman. *n.*5. *C. de tranſact.* de qua ego in *deciſ.*27. certe in materia profeſſionis, & Matrimonii ob omnimodam libertatem in illis requiſita ſufficiunt præſumptiones hominis, propinquæ tamen, & urgentes, & ita poſt alios tenet Monterus *in deciſione Aragon.*45. *n.*25. & hanc opinionem in effectu tenent DD. firmantes præſumptiones in his terminis arbitrio Judicis remitti, Judicis enim arbitrium verſatur non circa legis, ſed circa hominis præſumptiones.

Quod † autem præſumptiones ad metum probandum ju- 45
dicantis Religioni remittantur, tradunt poſt antiquiores Soccin. jun. *in conſ.*77. *nu.*45. *lib.*1. Decian. cum per eum adductis *in conſil.*18. *num.*40. *lib.*1. Sebaſt. *Med. de caſib. fortuit. p.*1. *q.*7. *n.*7. *ver. vigeſimo ſexto*. Vivius *in ſuis com. op. in ver. contract. ver. & prob.* ubi de com. Cov. *in Epitom.*4. *decret. p.*2. *c.*3. §.5. *n.*10. *ad fin.* Maſcar. *de prob. concl.*1042. *n.*10. & 12. ubi de comm. *lib.*2. Menoch. *de arb. iud. caſ.*136. *num.*2. Sanch. *de matr. lib.*4. *diſp.*5. *n.*1. & *ſeqq.* Rota *deciſ.*785. *p.*1. *in recent. dixi in dec.*5.

Sed † & conjecturæ non leviter, & minus ſufficienter, ſed 46
legitimè, exactè, & plenè probandæ ſunt *l. non eſt ff. quod met. cauſ.* Maſcard. cum per eum congeſtis *in concl.*1011. *nu.* 9. *lib.*2. Burſatt. *d. conſ.*72. *n.*15. *lib.*1. Alciat. *conſ.*5. *n.*27. & *conſ.*504. *n.*7. Boer. *dec.*101. *in fin. adden. ad deciſ.* Rota 41. *poſt primum vol. conſ.* Farin. *littera A. per totam.*

Ex his itaque ſic præmiſſis manifeſtiſſime apparet Fr. Jo. Hieronymum nullatenus probaſſe metum ad profeſſionem annullandam ſufficientem, ſi enim ſpectemus aſſertas ſevitias malaſque Jacobi tractationes ante habitus ſuſceptionem allegatas, utique illę nec probantur, nec relevarent probatæ;

non

non probantur quidem , quia excepto Io. Baptista communi fratre , cæteri testes loquuntur ex ore ipsius Fr. Jo. Hieronymi , & consequenter nihil probant , cum non magis credatur copiæ quam originali , nec referenti , quam relato , cumque testibus non præstetur fides , quorum repelluntur auctores, ut per Cravett. *cum relat. conf.* 112. *n.* 13. Rota *in Pistorien. beneficii* 11. *Mart.* 1618. *cor. Buratto*.

47 Remanet igitur solus d. Jo. Baptista , qui † cum sit unicus , non probat integre metum , ut in terminis docet Covarr. *de matrim. 2. p. c.* 3. §. 5. *num.* 9. quicquid secus dixerit Cæpol. ex adverso adductus *in cautel.* 164. cujus dictum esse irrationabile , & contra legem divinam , & humanam inquit Alciat. *in conf.* 5. *in fi. lib.* 1. (tu adde quod idem Cæpoll. contrarium in puncto consuluit *in conf.* 2. *sub nu.* 19. *ver.* 48. *præsumptio in civilibus* Rot. me hic , & numeris sequentibus , citato *in d. Tullen. Matrimonii impress.* à Dian *d. p.* 11.

48 Præterea † idem Jo. Baptista hanc causam pro Fr. Hieronymo sollicitat . Unde nec est idoneus testis Alex. ad Bar. in *leg. deferre* §. *idem decreverunt littera E. A. ff. de iure fisci* Ant. de Butr. *in cap. à nobis sub nu.* 13. *in fin.* & ibi Felyn. *nu.* 15. *de testib.* cum aliis quos refert longa seria , Farin. *de testibus qu.* 60. *nu.* 244. *cum seqq.* ubi de comm. opin. & fuit in terminis resolutum in Rom. *hæredit. de Agazzarius* 14. *Januarii* 1622. *coram Remboldo* , & est inimicus Jacobi , & quidem capitalis, cum ille procuraverit ut Serenissi. Senatus eidem Io. Baptistæ uti furioso curatorem daret , quod adeo ad animum revocavit , ut nec saluet d. Fratrem natu majorem , nec ei loquatur , ut

49 partes sunt in confesso † unde in ejus præjudicium nihil probat etiam in causis civilibus , ut post alios , tradit Farin. *quæst.*

50 53. *num.* 53. † & cum plures patiatur defectus , remanet prorsus inhabilis , etiam in casu in quo veritas aliter haberi non potest Marsil. cum per eum relatis *cons.* 102. *nu.* 12. Gabr. *tit. de testibus concl.* 7. *nu.* 10. *lib.* 1. Natt. *conf.* 298. *num.* 6. Becc. *conf.* 75. *post nu.* 19. Bertazz. de com. *conf.* 30. in Rim. jun. *conf.* 113. *n.* 32. *& conf.* 114. *n.* 16. Burs. *conf.* 239. *n.* 12. *l.* 3. Farin. *cum relat. q.* 62. *n.* 80. Rot. *in d. decis. Rom. hæredit. Agazzariis cor. Remboldo*.

Et hinc cessabat quod dicebatur , metum probari per unicum testem junctis præsumptionibus , vel fama, quia cum testis iste habeat plures inhabilitates dicta regula non applicatur ; præsertim quia præsumptiones pro Fr. Io. Hieron. deductæ inanes sunt, ut infra dicetur .

Sed & quatenus d. malæ tractationes probarentur , nullatenus relevarent , tum quia non excedunt consuetas adhiberi castigationes adolescentulis , vel inertibus , vel inobedientibus , vel peruicacibus ; vel gulosis , aliterve discolis; itavt potius diceretur probatus metus vanus , quam justus . Tum quia quatenus etiam in metum influerent , non tamen probatum fuit , sed nec articulatum quidem illas fuisse injuste inflictas , imò præsumptio stat pro non delicto , & sic quod Iacobus ad illas devenerit ita urgente peruicaccia d. pueri , & ut ipsum in officio contineret , & bene, ac disciplinate educaret, juxta illud *qui parcit virga odio filium Prou.* 13. 24. licet pueri non cognoscentes quid sibi magis expediat , de his semper conquerantur ; quod etiam suaderi videtur ex natura ipsius Fr. Io. Hieronymi , qui nec in domo sua sub Fratrum disciplina & educatione , nec in Religione vivere acquievit , & utramque domum semper perturbavit . Tum denique quia nullatenus probatur hujusmodi malas tractationes fuisse inflictas ad urgendum d. adolescentulum ad Religionem capessendam sed ad summum videtur ex illis ipsum sumpsisse occasionem ingrediendi monasterium ; dicunt enim testes ab eo producti ; ipsum audivisse dicentem , se velle effugere manus suorum Fratrum , & propterea sibi Religionem ingrediendam esse. Et tamen probare debiti sibi ad hunc effectum metũ fuisse illatum ex deductis supra in secundo præmisso *n.* 41.

51 Quoties † enim à lege , vel statuto requiritur , vel profetur aliquid cum qualitate semper qualitas illa est necessario probanda tex. ponderatus à Bar. *in leg.* 1. *in prin. ff. ne quid in flum. publ.* & est communis Doctorum opinio , de qua testatur Cur. Iun. *in conf.* 124. *n.* 11. Benintend. *dec.* 62. *n.* 18. *in fin.* Osasch. *dec. pedem.* 165. *nu.* 6.

His ex abundanti addo , quod dato constare d. puerum elegisse Religionem ut minus malum ad evadendum id , quod sibi maius malum videbatur, nimirum Iacobi asperitates,non

52 propterea id sibi suffragaretur ,† cum in foro externo non reputetur justus metus , quo malum minus , majoris evitandi gratia eligitur , ubi illud adhunc effectum non est oblatum *l. metum ff. de his , quæ vi metusue* per quem text. ita tenet glos. communiter recepta in *c. Abb. eod. tit.*

Quamvis enim hujusmodi metus interdum non minus minuat libertatem , quam metus cadens in constantem virum , id tamen non ex natura rei , sed per accidens , ac ex mentis vitio contingit , nec est vanis timoribus favendum , ne aperiatur via scrupulis , & innumeris litibus , ut benè per Rebell. *de oblig. justit. 2. par. lib. 2. quæst.* 11. *nu.* 9. *& seq.* & Valerius cum per eum relatis *in differentiis inter utrumque forum in verbo metus diff.* 50. & benè deducitur ex traditis per Sot. *in* 4. *dist.* 29. *q.* 1. *art.* 3. *ver. Regula ergo generalis* tametsi secus sit in foro Conscientiæ , in quo si minus malam eligitur majoris evitandi causa, reputatur justus metus D. Th. *in* 4. *dist.* 29. communiter receptus , & in hunc sensum intelligendus ; ut per Navar. *in Summ. c.* 22. *nu.* 51. §. 1. *&* 4. & ita contra Rebell. firmat Valer. *in tract. de differen. inter utrumque forum ver. metus differ.* 2. modo metus fuerit causa, sine qua actus non fuisset gestus, ut declarat Navar. *c.* 17. *n.* 15. Covar. *in regula peccatum 2. p.* §. 4. *n.* 7. Sylvest. *in ver. metus ad fi. & ver. restitutio* 2. §. 7. cum aliis quos refert , & sequitur Valer. *loc. cit.* † Exceptis 53 tamen Sacramentis characterem imprimentibus, ut sunt Baptismus Confirmatio , & Ordo , quæ tenent in utroque Foro , etiamsi iusto metu fint accepta *cap. Judæis* 45. *distinct. cap. ubi* 54. *distinct. docet* Navar. *d. c.* 22. *n.* 30. Rebell. *de oblig. iustitiæ 2. par. lib. 2. q.* 16. *n.* 8. ubi rationem reddit , quia scilicet causa efficiens prædictorum Sacramentorum non est liber consensus , sed intentio ministri etiam coacta , una cum forma materię applicata,quam rationem ad cætera Sacramenta præter matrimonium extendit Sotus *in* 4. *dist.* 29. *q.* 1. *art.* 3. *ac proinde sequitur* Valer. *d. differ.* 3.

Cum igitur metus resultans ex dd. malis tractationibus non sit talis , ut probatus relevaret , frustra tractatur de præsumptionibus , quæ ad dictam probationem coadiuvandam proponebantur;nihilominus facili negocio prosterni possunt; tum quia leves , & remotæ , tum etiam quia in majori parte non benè probantur . Nam quod attinet ad primam desumptam ex conquestionibus Fr. Io. Hieronymi cum in seculo , tum in novitiatu, ac post emissam professionem , etiamsi admittamus illa habere posse vim † protestationum cum tamen 54 non emanaverint coram superiore , vel Judice , ad quem , liber patebat accessus , sed nec coram inferentem metum , non suffragantur , ut per Decium *in l. in omnibus causis num.* 13. *ff. de reg. iur.* & Crav. *in conf.* 120. *n.* 3. *&* 5. & Paris. *conf.* 10. *n.* 42. *& seqq. l.* 1. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 127. *nu.* 9. *&* 10. Dec. *in conf.* 41. *n.* 122. *& seqq. l.* 2. Et † in omnem causam 55 nullum facerent gradum probationis distinctum ; sed alias probationes coadiuvarent , ut per Io. And. & Dec. *in cap. fi. de appell. idem* Dec. *in d. l. in omnibus causis nu.* 12. & ibi Cagn. *nu.* 6. Mascar. cum per eum congestis *de prob. lib.* 2. *concl.* 1052. *n.* 9. *& seqq.* Trentac. *lib.* 1. *var. resol. tit. de his quæ vi met. caus. resol.* 1. *n.* 35. Rot. *in dict. Romana donationis de Anguillaria* 12. *Januar.* 1596. *cor. Penia, vers. Aliquando vero* ultra ea, quæ dicam *infra nu.* 56. *& seq.* & me hic citato Ciarlin. *p.* 2. *controv. cap.* 83. *nu.* 33.

Secunda conjectura resultans ex personarum qualitate , est nimis generica , & remota , & tollitur per contrariam probationem , nempè , quod Jacobus est bonæ conditionis, & famæ , & timet Deum , qui non præsumitur voluisse tale facinus committere, & in censuras à sacris Canonibus, & *Sac. Concil. Trident.* inflictas contra cogentes aliquem ad Religionem incidere .

Tertia , & quarta conjectura nempe , quod Fr. Jo. Hieronymus professionem emiserit absque consanguineorum interventu , & noctis tempore , non probantur sufficienter cum de illis deponat duntaxat Fr. Augustinus à Clavaro , & tamen si hæc vera forent , poterant ab omnibus illius Cænobii Religiosis probari . Sed & probatæ parum , vel nihil relevarent , cum sint satis leves , & remotæ , cum nec hora professionis emittendæ sit à Regula constituta , nec probetur ejus germanum tunc temporis fuisse Clavari , imò potius de contrario apparet , ut infra dicetur , & sic impossibile fuisse , ut interveniret , & impossibilius ut terrorem eidem incurreret . Quinta conjectura ex eo , quòd Jacobus maturandum curaverit ingressum dicti pueri in Religionem , suspicans ne ille sententiam mutaret , præterquam quod probatur dumtaxat per unicum testem , & non omnino integrum , cum in carceribus pro gravissimo crimine processatus obierit , etiamsi probaretur , esset pariter satis levis , & remota conjectura , tum quia non erat d. adolescentulus , qui moras necteret , imò ille festinabat , ut infra dicetur ; tum quia potuit Iacobus etiam bono zelo moveri , scilicet ne ejus germanus vocationem amitteret : quin etiamsi id peroptasset , ut in paterna illi hæreditate succe-

cederet, non metum incussum puero id præcisè concluderet, sed avaritiam directè.

Cæterum si ob hanc rationem possent annullari professiones profecto plurimarum Monialium corruerent professiones, quare ingressum consanguinei semper accelerandum curant, moraſque rumpere, & impedimenta removere satagunt, ut quotidiana docet experientia.

Sed, quod & hanc conjecturam, & cæteras omnes funditus evertere videtur, advertendum est d. puerum de tempore quo habitum Religionis suscepit non fuisse sub Jacobi, sed sub Dominici alterius Fratris regimine, ut testatur Bartolomæus communis frater, nullum hac in re habens interesse, nec F. Jo. Hieronymus negat; provt etiam tempore emissæ professionis d. Jacobus aberat à loco Clavari, & reperiebatur Genuæ, ut signanter testatur Soror Paula eorum germana, & sic ubi etiam Jacobus affectasset, ut ille Religioni se manciparet, erat adolescens in loco tuto, & libero, & ab omni violentia, & terrore immunis, cui propterea dissentiendi libera facultas fuit. Asserta fama nō est formiter probata, & ideo non relevat juxta notas juris conclusiones. Præterquam quod cum sit aliis probationibus destituta, remanet satis levis, & remota conjectura, quamvis formiter probata, & juncta cum proximis, & vehementibus conjecturis attendi soleat, ut dixi in *dec.* 77.

Protestatio, seu requisitio vestium secularium facta à Jo. Hieronymo adhuc novitio coram Guardiano, cæterisque religiosis, nihil pariter relevat, tum quia ut inquiunt testes, Guardianus illum solatus fuit, & ipse acquievit; tum etiam quia inter dictum protestationem, & professionem
56 intercessere ferè quatuor menses; † ubi autem inter protestationem; & professionem intercedit aliquod temporis intervallum, tunc protestatus videtur mutasse intentionem, cum actum fecerit protestationi contrarium, ut docet Gemin. *in cap. quod interrogasti dist.* 27. & in nostris terminis præcisis, imò fortioribus tradit Graff. *in conf.* 7. *num.* 17. *& seq. tit. de Regul. lib.* 3. *tom.* 1. ubi agebatur de novitio consimilis ætatis annorum 16. qui sæpè, ac sæpius animum suum à professione alienum Præfecto Novitiorum manifestaverat, & nec persuasionibus, nec terroribus, quibus Præfectus signanter ei annunciabat se parentum indignationem, & infamiam incursum, ab ejusmodi intentione illum revocare potuerat, licet postea ad cujusdam Monachi suasionem, & sub credulitate, quod ad bona jam renunciata redire sibi non liceret professionem emiserit, & tamen respondit ibi Graff. validam fuisse professionem, & sic decidere videtur casum nostrum, præsertim quia etiam Joannes Hieronymus ad cujusdam Monachi suasionem professionem emisit, ut inquit unus ex testibus ab eo productis, qui contra eum plenè probat Verall. *decis.* 168. *p.* 3. Ruin. *conf.* 46. *nu.* 10. *lib.* 4. Seraph. *dec.* 585. *nu.* 5. Rot. *in Parmen. status* 26. *Martii* 1618. *coram Card. Sacrato vers.* 2. *principaliter, & in Rom. de cangiis* 19.
57 *Aprilis* 1622. *coram Burratto*, † licet enim protestatio non sit necessaria, ut post Bartol. Alexan. Castrens. *& alios firmat* Dec. *in l. in omnibus causis nu.* 12. *ff. de reg. iur.* & ibi Cagn. *nu.* 13. *&* 15. ubi de comm. opin. sequitur. Villalob. *in suis com. opin. littera P. nu.* 364. *& seq.* Mandell. *conf.* 77. *n.* 15. *l.* 1. Covar. *in epit.* 5. *decret. al. par.* 2. *c.* 3. §. 5. *nu* 12. *ver. satis enim*, ubi aliis relatis, testatur ita alias in Summo Romanæ Urbis Prætorio fuisse judicatum ex Gomes. quem citat in *regul. de Annal. possess. qu.* 76. Malcard. *concl.* 1055. *num.* 9. *q. Thesaur. iun. quæst. Forens. lib.* 1. *qu.* 51. *num.* 14. & nos reprobato Laderchio diximus in *dec.* 5.

58 At † ubi illa pro adiuvanda metus probatione adducitur, esse debet, vel in ipso actu, vel paulo ante, ut per Graff. *d. conf.* 7. *nu.* 15. ex text. *in c.* 1. *extr. quod metus caus.* & Calderin. *in conf.* 1. *cod. tit.*

59 Nec † lachrymæ in eadem quærimonia à novitio fusæ augent dictæ conjecturæ robur, ut videbatur deduci ex Menoc. *cum relat. in præsumpt.* 126. *nu.* 17. *lib.* 3. & Greg. XV. *dec.* 326. *num.* 41.

Quia Doctores præfati loquuntur, quando quis in ipso actu celebrationis contractus lachrymatur, provt etiam tradit idem Menoch. *in præsump.* 4. *cod lib.* 3. ubi nihilominus *nu.* 11. etiam hoc limitat ex mente, Alciati, quoties alia de causa lachrymari poterat, ut in casu nostro non incongruè dici posset, quis enim novit an dictus novitius lachrymaretur eo, quod vel à Præceptore, vel ab aliquo Connovitio contumelia affectus, vel ab alia causa externa vexatus fuerit? Et hoc dictum sit ex abundanti.

Denique non constat metum reverentialem una cum minis Jacobi, durante novitiatu superuenisse. De minis enim deponit dumtaxat Joannes Baptista communis frater, qui & unicus est, & multiplici inhabilitate laborabat, ut ostendi *sup. num.* 47. *& seq.* ac proinde nullam meretur fidem nec ejus dictum in hoc coadiuvatur à Fratre Evangelista, is enim loquitur ex ipsius Fr. Jo. Hieronymi relatione, & dicit Jacobum sibi dixisse, *Che l'haveva quietato*. Ex quibus verbis tantum abest, ut extrajudicialis Jacobi confessio deducatur, ut imò potiùs sermonis suavitatem, & blanditias illa præseferant, his enim demulcetur animus adolescentulorum, eorumque impatientes motus quietantur, & componuntur, non autem asperitatibus, & minis. Et in omnem casum confessio extrajudicialis; non nisi per duos testes contestes probatur.

Imò † dato etiam, quod Jacobus audiens illum ad ha- 60
bitum dimittendum paratum, ejus obiurgasset inconstantiam, & mala seculi egresso probabiliter imminentia nunciasset, non inde deduci possent aliquæ minæ, vel ullus metus ad eliciendum consensum illatus, cum hæc soleant etiam optimi consanguinei admonere novitios, ne leviter à cœpto desistant, falsò putantes in seculo, se victuros suavius, minoresque difficultates inventuros, idque cum animæ periculo, aliorum scandalo, familiæque dedecore, & sic potius arbitrantur se cooperari novitiis ad tentationem superandam, & ut liberius in famulam Dei perseveret. Ad quod facit à fortiori textus *in cap.* 8. *puella* 20. *quæst.* 1. *puellæ, quæ non coactæ parentum imperio habitum susceperunt, si postea nuptias elegerint, prævaricantur, & in cap. cum dilectus* 6. *extr. de his, quæ vi* ubi dicitur imperium parentum non sufficere, ut votum sit irritum, & ibi Gl. idem inquit in imperio Regio, quia quamvis hæc aliquem metum causent, non tamen gravem, quod bene declarat Lessius *de iust. & iur. l.* 2. *c.* 40. *dub.* 3. *sub n.* 18. *ver. quod solus*.

Nec refragatur, quod dicebatur; metum reverentialem etiam sive minis secundum quosdam sufficere ad matrimonium spirituale rescindendum, quia præterquam quod non constat Iacobum imperasse dicto novitio, ut in vocatione permaneret, vel quicquam asperum dixisse, ex quo metus reverentialis oriri potuerit, respondetur dictam opinionem, neque veram esse neque tenendam. † Cum imò contraria 62
sententia verior sit, atque tutior per rationem allatam Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 6. *à num.* 1. *usque ad* 35. & in Decalog. *lib.* 4. *disp.* 6. *à num.* 1. *usque ad* 35. & in Decalog. *lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 26. qui utrobique, firmat metum reverentialem nunquam irritare matrimonium spirituale, vel carnale, nisi talis sit, qui cadat in virum constantem, qualis non est, ubi cum eo non concurrunt minæ, loquendo in foro fori, & sic nullam in hoc esse differentiam inter carnale, & spirituale matrimonium tenuit Abb. *in cap. cum virum de regul.* Felyn. & Dec. *in c. causam matrimonii de offic. delegat.* cum aliis, quos refert, & sequitur Covarr. *in epitom. de matrim.* 2. *p. c.* 3. §. 6. *sub n.* 6. & quod juxta communem requiratur minarum concursus, testatur Valer. *in tract. differ. inter utrumque Forum ver. metus differ.* 3. *ver. hinc infertur* Laym. *l.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *c.* 6. *n.* 3. *ver. tertio, & lib.* 5. *tract* 10. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 3. & probant expresè dicta jura *numero proximo* à me citata (quicquid sit in foro conscientiæ, de quo pro nunc non disero.)

Quod si metus solus reverentialis parentum non reputatur sufficiens, multo minus sat erit metus fratrum, cum etiam Navar. in contrarium adductus *in conf.* 26. *nu.* 4. *tit. de sponsal. lib.* 4. suam opinionem restringat ad parentum timorem; & excludat metum cæterorum consanguineorum. Ad quod Portell. *in dubiis regularium ver. professio nulla sub nu.* 12. refert quæstionem in facto agitatam pro parte cujusdam monialis allegantis nullitatem suæ professionis, eo quod vovisset ex metu reverentiali Amitæ in eodem Monasterio professæ, & inquit in foro Diœcesano fuisse pro validitate professionis sententiatum, & ut ipse bene advertit *ibid. n.* 2. si porta aperiatur hodie circa nullitatem professionis ex metu reverentiali, innumeræ suborirentur lites, Unde non est tuta doctrina Rodriq. *de qua n.* 28.

Denique † tunc demum admittitur metus reverentialis 63
in fratre, quando frater minor cum maiori cohabitat, ab eoque gubernatur, ut per Tiraqu. *de Primogen. in Præfat. nu.* 143. Ruin. *conf.* 98. *n.* 24. *vol.* 1. Sanch. cum per eum relatis, *de matr. l.* 4. *disp.* 6. *n.* 321. Præsertim cum frater iunior non sit in fratris majoris natu potestate, ut per Rot. *dec.* 40. *n.* 6. *par.* 6. *rec.* in casu vero nostro novitius ille non modò non regebatur tunc temporis à Iacobo, sed nec de tempore sui in Religionem ingressus: Cum itaque vel nullus metus probatus

fuerit

fuerit vel adeò levis, ut nullatenus professionem irritare valeat: profectò Frater Joan. Hieronymus erat in casu manifestæ succumbentiæ.

Cæterum, quod magis est, probatur in processu spontanea, & ab omni metu libera voluntas. Idem enim Fr. Jo. Hieronymus adhuc in seculo precibus efflagitavit à Paulo Baptista Zenobio, ut impetraret ei Religionis habitum, rursus una cum ejusdem Zenobii filio, ac alio quopiam adolescentulo, eandem vocationem habentibus, per plures dies ad hunc effectum commoratus fuit, deinde simul accesserunt ad P. Commissarium Generalem ordinis in oppido Spediæ tunc commorantem, & quia idem Generalis renuebat ad habitum eundem Jo. Hieronymum, uti litterarum ignarum, acceptare ipse importune instetit, ut reciperetur, proque ipso intercessit Frater Damianus præfati Pauli Baptistæ germanus, ut uterque eorum deponit. Sic pariter Soror Paula Monialis germana ejusdem Fr. Jo. Hieronymi testatur ipsum sibi communicasse suam vocationem, monuisseque ne illam communibus fratribus panderet. M. Ant. Zenobius unus ex contutoribus d. Jo. Hieronymi testatur illum pluries sibi dixisse, quod habitum Sancti Francisci in d. Religione assumere volebat; subdens, quod ipse nunquam permisisset, ut illi vis, metusve à Jacobo, vel alio quopiam inferretur.

Ex his igitur liquido apparet non solum de libera, sed etiam de enixa voluntate d. Fr. Jo. Hieronymi capessendi Religionem, & ex d. actibus præambulis, arguitur spontanea vo-
64 luntas, etiam in ipso actu susceptionis habitus † cum voluntatis mutatio minimè præsumatur ut inquit *I. C. in l.* 3. *& in l. eum qui ff. de proba. l. Sancimus, C. de testam.* traduntque plurimi, quos refert, & sequitur, Menoch. *in cons.*422. *n.* 76. *lib.*5. Brun. *cons.*105. *n.*6.

Quamvis autem aliqui ex præfatis testibus videantur singulares, cum tamen versemur in figularitate adminiculativa, benè probant. Eademque libera, & enixa voluntas apparet ex eo, quod idem Paulus Baptista deponit, Fr. Jo. Hieronymum adhuc novitium sibi dixisse, se valde optare, ut quamprimum probationis annus elaberetur, quo ipse prorsus nuncium remitteret seculo, quod sibi carcer videri ajebat, & coadiuuantur hæc ex confessione extrajudiciali ejusdem Fratris Joannis Hieronymi facta per plures annos post emissam professionem, de qua testantur duæ moniales ipsius sorores, necnon, & Bartholomæus communis frater, & Antonius ejus filius.

65 Præsertim, † quia libera voluntas, si subsint signa extrinseca libertatis, tam facilè probatur, ac metus, ut docet Dec. *in l. omnibus causis num.*8. *ff. de reg. iur. & in c. fin. col. fi. de appel.*, & ante eum Ant. de Butr. *in c. super hoc de renunc.* sequitur Mascar. *cons.*1053. *ad fi.* ubi concordantes adducit, quibus addo Monter. *in dec. Arag.*45. *n.*1.

66 Nec elaborandum est circa id, quod replicabatur † credi magis duobus testibus pro metu, quam mille de libera voluntate deponentibus; quia regula procedit, quoties testes deponunt de metu formaliter incusso, seu de actibus illum necessario inducentibus. At ubi hinc inde factè fuerunt probationes per signa externa, prout in casu nostro, tunc vel Judicis arbitrio remittitur, quibus magis credatur, vel credendum est potius deponentibus de libera voluntate, & sic de non delicto, ut post alios latè tradit Pacian. *in tr. de prob. lib.*1. *c.*50. *à n.*25. *usque ad* 34. nec dissentit *de matrim. lib.*4. *disp.*27. *n.*2. *&* 3.

67 Et † ubi res non esset adeo manifesta, prout est, sed ambigua remaneret, utique in dubio pro non metu pronunciandum esset *l.*2. *ubi gl.* Bald. *& cæteri Cod. de his quæ vi metusve caus.* Innoc. *in c. causam Matrim. de offic. deleg.* Alciatus *reg.*3. *præsumpt.*7. *num.*1. Menoc. *de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 126. *in princip.* Mascard. *de prob. lib.*2. *concl.*1055. *in princ. & n.*2. Thesaur. jun. *in quæst. Forens. q.*51. *num.*2. tetigi *supra num.*39. Sanch. *in decal. lib.*4. *cap.*3. *nu. fin.* Gratian. *discept.*413. *n.*17. Seraphin. *decis.*1361. *in fin.* Adden. ad Buratt. *dec.*205. *nu.*24. præsertim cum iste Religiosus per integrum decennium à die emissæ professionis distulerit reclamare, quod minimè credendum est illum fecisse, si se nulliter professum credidisset.

Et si aliquid amplius desideratur, adest etiam ratificatio dicti fratris Joannis Hieronymi anno decimo à professione in scriptis confecta, de qua ad prolixitatem vitandam in sequenti decisione verba faciemus. Unde pro validitate professionis pronunciavi, & sic Guardianus Coniudex & ego non fuimus concordes. Et utraque pars appellavit, & causa ad curiam devoluta fuit, & pendente secunda instantia Fratrem Hieronymo dimisit habitum, & infeliciter obiit.

ARGUMENTUM.

Professus nulliter, an, & quando per ordinum susceptionem, aliosvè actus professis proprios tacitè dicatur ratificasse.

Ratificatio expressa, an, & quando convalidet professionem, vel matrimonium. Causa metus quando durare dicatur.

SUMMARIUM.

1 *PEr metum gesta subsequenti ratificatione convalescunt.*

2 *Ordinatus ad titulum paupertatis, dicitur tacitè professus.*

Declara ut n. seqq.

3 *Professione expressa existente nulla, an, & quando faciendo propria professis inducatur tacita professio.*

4 *Metus causa durante non dicitur ratificata professio per ordinum susceptionem.*

5 *Ratificatio matrimonii, seu professionis nullæ, an requirat alterius partis consensum.*

6 *Professus nulliter suscipiendo ordines sacros non animo ratificandi professionem, dicitur male promotus, & ministrando fit irregularis.*

7 *Metus causa durante, spontanea ratificatio nihil operatur.*

8 *Metus causa durante, actus etiam ex longo intervallo celebrati, dicuntur ex præcedenti metu oriri.*

9 *Metu probato annullatur professio, etiam si metum passus iurasset in iudicio se sponte vovisse.*

10 *Metus semper durare dicitur eo vivente qui illum intulit.*

Declarata ut n. seqq.

11 *Metus causa, tunc demum durare dicitur superstite eo, qui incussit si adhuc durat subiectio.*

12 *Metus causa durare non dicitur in filio, vel filia seorsum à patre habitante.*

13 *Metus gesta, per actum voluntarium convalidantur, non durante causa metus.*

14 *Metus exceptioni, an, & quando renunciari possit.*

15 *Renunciatio bonorum à nulliter professo facta, convalescit per professionis ratificationem.*

DECISIO LXXX.

IN eadem causa, quamvis ex latè deductis in præcedenti decisione clarissimè constet fratrem Joan. Hieronymum nullum timoris genus passum fuisse; nihilominus ex abundanti videre volui, an quatenus ejus professio fuisset meticulosa, per ejus ratificationem tacitam, vel expressam dici posset convalidata; † gesta enim per metum, & sic 1
ipso jure invalida, per subsequentem ratificationem convalescunt *cap. ad id, extra de sponsal. cap. de illis, il secundo, de sponsal. impubl. & l.*1. *C. quod met. caus.* Quod procedit non solum in expressa, sed & in tacita ratificatione, ut est casus in *d. c. ad id*, & ibi notat glos. communiter recepta Nav. *cons.*3. *num.*2. *de his quæ vi lib.*1. Et per actus positivos postea gestos text. *in c.*1. *in fin. de his quæ vi*, in illis verbis, *aut quod fecit postmodum ratum habuisse*, & ibi gloss. & DD. communiter, cum aliis; quos refert, & sequitur Farin. *in fragmen. verb. metus n.*137. *& seqq.*

Quod autem d. Fr. Jo. Hieronymus tacite ratificaverit, approbaveritque professionem ex eo deducebatur, † quod 2
ad titulum paupertatis, & sic ad titulum religionis sacris ordinibus initiatus fuerat. Unde tacita oritur professio *c. non solum de reg. iur. in* 6. Calder. *cons.*15. *tit. de Regul.* Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsump.*83. *n.*4. Graff. *to.*2. *cons. lib.*1. *tit. de temp. ord. cap.*17. *littera V.* Regin. *in prax. foripœnit. libr.* 18. *c.*26. *num.*386. Tapia *in auth. ingressi, verb. ingressi cap.*2. *num.*36.

Quæ quidem sententia probari videtur etiam in *cap. neminem* 70. *dist.* desumpto, ex *Can.*6. *Concil. Calced.* ubi jubetur neminem ordinandum esse sine titulo, aut Ecclesiæ, aut possessionis, aut monasterii; idest beneficii, patrimonii, vel professionis, ut ibi declarant interpretes. Unde ordinatus

ad titulum paupertatis videtur in neceſſarium antecedens profeſſus, & ad profeſſionis, ac monaſterii titulum ordinatus, & ſic tacite profeſſus, ut etiam declaravit *Sacr. Congregatio Eminentiſsimorum Cardinalium negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum in cauſa Andreæ Ponſecti die 20. Decembr. 1619.*

Cæterum putabam in hoc nullum fieri poſſe fundamen-
3 tum, † Quia præfata concluſio intelligenda eſt, juxta terminos *dictæ declarationis*, nempe quando nulla fuit emiſſa expreſſa profeſſio; tunc enim tranſacto anno novitiatus faciendo propria profeſſis, & ordines ſuſcipiendo, tacite quis dicitur profiteri. At ſi quis profeſſionem jam nulliter emiſerat, non cenſeatur per prædicta illam ratificare, niſi ſciens profeſſionis nullitatem, ſeque per illam ad Religionem non obligari, exerceat actus prædictos animo tribuendi profeſſioni novum valorem, per ſuum conſenſum, ut per Cajet. ſuper 2. 2. D. Thom. *q. 189. art. 5.* Nav. *in conſil. 3. num. 8. de his, quæ vi libr. 1. & conſil. 3. num. 9. eodem tit.* & per Sanch. *de matr. libr. 7. diſput. 37. ſub numer. 10. tom. 2.* qui rationem diſcriminis afferunt; quia ſcilicet priori caſu non poteſt ſumi alia præſumptio in eo, qui facit actus proprios profeſſis, niſi voluntas profitendi, anno novitiatus expleto, quę quidem præſumptio ceſſat in eo, qui jam emiſit profeſſionem, nulliter tamen, is enim potius præſumitur habitum geſtare tanquam profeſſus taliter qualiter quam tanquam profeſſurus, eandem ſententiam ſequitur Miranda *in Manual. Prælator. quæſt. 30. articul. 3.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. allegat. 104. numer. 19.* Graff. *conſil. 1. numer. 8. & 9. de regular. tom. 1.* Et quod attentis reclamationibus tacita profeſſio non inducatur Innocen. *in c. 1. ſub numer. 2.* Jo. de Anan. *ſub num. 7.* Ant. de Butr. *in fin.* de his, quæ vi metuſve cauſa, Bald. *conſil. 206. libr. 4.* Navarr. *conſil. 34. numer. 9. de Regular.* Decian. *conſil. 18. num. 3. libr. 3.* Hond. *conſil. 78. num. 4. 23. 26. lib. 2.* Rota *deciſ. 579. num. 3. part. 1. & deciſ. 705. numer. 5. part. 2. & deciſ. 533. ſub n. 4. & 5. part. 4. recent.* & Card. Ottobon. *deciſ. 117. num. 5.* ubi etiam aliæ referuntur.

4 Cui † ſententiæ, quamvis refragari videatur Navar. *in conſ. 6. ſub numer. 2. verſ. 3.* quem ſequitur Rota *in deciſ. 705. nu. 1. p. 2. in recent.* quatenus inquit profeſſionem per metum factam non ratificari per ordinum ſuſceptionem, ſic durat eadem cauſa metus, quaſi à contrario ſenſu velit illam ratificari, ubi jam metus cauſa ceſſaverit; non tamen puto recedendum à ſententia Sanch. & aliorum, ob rationem ab eodem allatam.

5 Imò † fortaſſe attentari poſſet, ut etiam ſi conſtaret de animo tribuendi profeſſioni novum valorem, adhuc tamen nec per ordinum ſuſceptionem inducta fuerit profeſſionis nullæ ratificatio niſi acceſſerit novus Religionis conſenſus, quamvis enim Sanch. de Matr. *lib. 2. diſput. 32.* ſignanter *n. 8.* & rurſus *lib. 7. diſput. 37. n. 60. & ſeq.* & iterum in Decal. *lib. 5. c. 4. n. 81.* in terminis noſtris, & ſic in matrimonio ſpirituali, quod à pari cum canali in hoc procedere dicit, latiſſimè inſiſtat hanc eſſe ſententiam probabilem, contrariam vero, ſcilicet, ut novus Religionis conſenſus non requiratur, probabiliorem priorem tamen ſententiam (loquens de matrimonio carnali) probabiliorem eſſe defendit Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. qu. 120.* & Baſil. Pontius *de matrim. c. 24. & 25. n. 12.* quorum uterque refert ita fel. record. Clemen. VIII. Sum. Pont. Rectori Pœnitentiariæ Societ. Jeſu dixiſſe, admonendum ſcilicet alium conjugem de nullitate, vt denuo conſenſum præſtet, ſtilus autem Pœnitentiariæ habet, ut quoties ab aliquod occultum impedimentum matrimonium fuit nullum, committatur diſcreto viro, ut excepta confeſſione conjugis ſupplicantis, & facta ſeparatione, ſi periculum ſit ne contineri valeant, iterum eos in matrimonium conſentire faciat.

6 Benè verum eſt, ut ad rem noſtram revertantur, quod ſi Fr. Jo. Hieronymus tempore ſuſceptionis ordinum jam prætendiſſet profeſſionem ſuam eſſe nullam, ut colligi videtur ex proceſſu, nec intendiſſet illam ratificare, patiens ſe ordinari ad titulum paupertatis, & Religionis, diceretur male promotus, quia ſcienter abſque beneficio, & patrimonio, ac etiam abſque juſto titulo Religionis ordines ſacros ſuſcepiſſet contra text. *in c. Epiſc. & c. ſuis, & c. cum ſecundum de præb. & c. neminem 72. diſt.* ac contra diſpoſitionem Sacr. Concil. Trid. Ac perinde mortaliter peccaſſet ut per Nav. *conſ. 6. nu. 2. ver. 5. de his quæ vi lib. 1.* Imò ipſo facto ſuſpenſus remanſiſſet, & conſequenter miniſtrando in ſuſceptis evaſiſset irregularis, ut per Portell. *de Dub. Regular. verb. Ordines ſacri n. 8.* Sayrus *de cenſur. lib. 4. cap. 13. numer. 14.* Rodriqu. *in addit. ad Summ. tom. 4. cap. 65. numer. 10.* Hieron. Rodriq. *in compend. Eman. Rodriq. reſolut. 106. num. 25. fol. mihi 778.* quod videtur apertiſſimè colligi ex *cap. neminem 70. diſt.* ubi dicitur eos, qui abſolutè ordinantur, ſine titulo ex decreto Sanctæ Synodus vacuam habere manus impoſitionem ſcilicet non poſſe ordines ſuſceptos exercere. Perinde enim eſt ordinari ſine titulo, ac ordinari cum titulo ficto, vel falſo, & eo loci Concilium Calcedonenſe expreſsè mentionem facit de ordinatione ad titulum monaſterii, nempe religioſæ paupertatis. Sed neque expreſſa ratificatio facta per apocam poſt decem annorum curriculum eidem Fr. Jo. Hieron. obſiſtere videbatur † quia cum adhuc viveret Jacobus, qui metum 7
intuliſſe prætendebatur, & ſic adhuc duraret cauſa metus, nec quidem ſpontanea ratificatio per actus poſitivos purgat præcedentem metum Bar. *in leg. ob turpem cauſam colum. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Abb. *in cap. accedens in tertio, no. de procurat.* Dec. *in leg. in omnibus cauſis nu. 14. & 15. de reg. iur.* Soccin. jun. *cum relatis conſ. 77. nu. 52. & ſeqq. & nu. 62. l. 1.* Natt. *conſ. 450. n. 17.* Roland. *conſ. 95. n. 3. & ſeq. lib. 1. ubi nu. 93.* aliis relatis teſtatur de communi opinione Boer. *dec. 100. nu. 3.* Oſaſch. *dec. 177. nu. 11. & ſeq.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Maſcard. *de prob. lib. 2. concl. 105.* & Menoch. *de præſump. l. 3. præſumpt. 4. nu. 22. & ſeq.*

Et † quod durante cauſa metus actus quantumlibet ex lon- 8
go intervallo celebratus, cenſeatur ex præcedenti metu geſtus, poſt Bar. Jaſ. Dec. & alios tradit Gomeſ. *Variar. reſol. tom. 2. cap. de reſtit. minor. num. 27.* Honded. *conſ. 23. nu. 40. lib. 1.* Theſaur. jun. *q. foren. lib. 1. qu. 51. nu. 19.* ubi ait in hoc non reperiri contradictorem Guttier. *conſ. 16. nu. 25. ad finem,* egregiè Vital. *de Cambanis in tract. clauſular. ſuper clauſula Non vi, non metu, capitulo de metu uxoris numer. 2. Emilianus conſ. 75. num. 6.* Monterus *in deciſ. Aragon. 32. in fin.* Rota cum per eam congeſtis in *deciſ. 705. n. 1. p. 2. in recent.* & in terminis ordinis, vel profeſſionis *in Conchen. nullitatis ordinum 10. Martii 1606. coram Penia.*

Quæ quidem adeo veritati ſunt conſona, † ut licet is, qui 9
meticulosè votum ſolemne emiſit, jurejurando in judicio confiteatur ſe dum voverat conſenſum adhibuiſſe, nihilominus ſi juſtum metum probaverit, abſoluetur à voto, & ſic à profeſſione, ut per Sotum *in 4. diſt. 29. qu. 1. art. 3. §. de voto*, dicentem ita ſe habere Eccleſiæ uſum, & hoc propter ſummam libertatem in voto religionis requiſitam juxta *cap. ſignificaſti 33. quæſt. 5. & cap. 1. de his quæ vi* Valer. *in differ. inter utrumque forum, er. metus, different. 3. verſicul. unum*, ubi hoc dicit mirabile, & citat ad hoc Rebell. *de obli. inſtit. p. 2. lib. 2. qu. 11. ſub nu. 9.* qui tamen in meo Codice eo loci id non dicit.

Quod † autem vivente eo, qui metum incuſſit, ſemper 10
durare dicatur cauſa metus eſt text. *in cap. 1.* ubi Doctores *de his quæ vi* Bart. Bald. *& cæteri in l. 2. C. eod. tit.* Cravet. *conſil. 869. nu. 11. lib. 3.* Honded. *conſ. 23. nu. 41. lib. 1.* & indubitatum dicit Rota *d. dec. 705. nu. 1. p. 2. recent.*

Hæc tamen, quæ in ſe vera ſunt, caſui noſtro minimè applicabantur, tum quia procedunt in terminis, in quibus ex proceſſu conſtat concludenter metum fuiſſe illatum, & ita loquuntur omnes ſupra citati & alii complures qui cumulari poſſent, quod hoc in caſu in facto non ſubſiſtit, cum jam in *præcedenti deciſione* oſtenſum fuerit nullum metum fuiſſe per Fr. Hieronymum probatum.

Tum † etiam, quia ita demum cauſa metus ſubſiſtere 11
dicitur vivente adhuc eo, qui metum intulit, ſi una cum illius perſona, durat etiam ſubiectio illius, cui metus illatus fuit; Nam ſi jam extincta eſt ſubiectio, & ſic cauſa, propter quam metus incuti poterat, parum relevat, quod adhuc in humanis denegat ille, qui metum intuliſſe dicitur; ut ſi Judex metum intulit, certè finito officio, ceſſat cauſa metus, ex quo is evaſit vir privatus, expiravitque juriſdictio à qua metus oriebatur. Sic ſi vir uxori metum incuſſit, annullato per ſententiam Eccleſiæ matrimonio, certè non durat cauſa metus, etiamſi per mille annos vir ſupervixerit gloſ. *in c. 1. verſ. poſtmodum, de his quæ vi*, & ibi Innoc. *num. 1.* Abb. *nu. 12.* Imol. 14. Dec. *cum relatis in l. in omnibus 39. nu. 15. ff. de reg iur. cum aliis*, quos congerit, & ſequitur Sanch. *de matr. l. 4. diſp. 18. ſub n. 7. verſ. durat autem.*

Et † in fortioribus termiais, nempe in filio, vel filia habi- 12
tante ſeorſum à patre, ut eſſe dicatur in plena libertate, ita ut amplius non præſumatur metus, firmat Anchar. *conſ. 433. ſub n. 3. circa finem, verſ. item habitabat* Cravet. *conſ. 114. nu. 4. & 7.* Menoch. *conſ. 496. n. 90. lib. 5.*

Cum

Cum itaque tempore confectæ dictæ declarationis, ſeu ratificationis jam expiraſſet ſubiectio fratris Joan. Hieron. erga tutorem & fratrem majorem, quæ prætendebatur fuiſſe cauſa metus, etiam ſi ab initio nulla fuiſſet profeſſio ex dicta expreſſa ratificatione convaluiſſet; præſertim cum apoca confecta fuerit, tranſacto decennio à profeſſione poſtquam idem religioſus impetraverat à Summo Pontifice breve reſtitutionis in integrum adverſus lapſum quinquennii, paulo antequam aſſertæ nullitatis judicium inſtituiſſet, unde apparet quam eſſet in ſua libertate, & quam procul ab omni metu, & ſic profeſſio etiam ab initio per metum emiſ-
13 ſa, diceretur ratificata † per regulam, quæ habet, quod ſi poſt contractum meticulosè celebratum, contrahens ipſe ex intervallo faciat aliquem actum voluntarium, qui tendat ad corroborationem, confirmationem, vel approbationem contractus ita celebrati, illum approbaſſe, & validaſſe cenſeatur, non durante cauſa metus, per text. *in cap.* 1. ubi omnes Canoniſtæ *de his quæ ui metuſue cauſ. fiunt l.* 2. *Cod. quod met. cauſ. & per leg. penult.* ubi Jaſ. *nu.* 1. *ff. de condit. ob turp. cauſ.* Honded. *conſ.* 23. *numer.* 5. *lib.* 1. Intrigliol. *conſ.* 6. *numer.* 16. *& ſeq.* Carol. de Graſs. *in tract. de except. except.* 11. *numer.* 84. & in his terminis dixit, & latè firmavit Rota *in citata Conchen. nullitatis Ordinum* 3. *Iulii* 1606. *& in eadem* 16. *Martii* 1607. *cor. Penia.*

Præſertim cum in dicta apoca Fr. Jo. Hieron. renunciave-
14 rit exceptioni etiam metus, ſi quæ ei competiiſset. † Quamvis enim dictæ exceptioni renunciari minimè poſſit in eodem inſtrumento, in quo adeſt obligatio meticulosè, ſive per metum confecta, provt egregiè examinat, & defendit poſt alios Vinc. de Anna *alleg.* 114. *num.* 6. *lib.* 2. ſecus tamen eſt ſi fiat in alio inſtrumento ſeparato, ceſſante jam cauſa metus, ut benè diſtinguit Matt. Colera *in tract. de proceſſ. execut. par.* 1. *c.* 10. *nu.* 222. & Carol. de Graſs. *except.* 11. *n.* 80.
15 Ratificata † verò dicta profeſſione etiam ſi nulliter emiſſa fuiſſet cenſeri quoque renunciationem ad favorem ſuorum germanorum ratificatam, & validam dicit Ricc. *deciſ.* 146. *par.* 4. & ante eum tradit Sanch. *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 56. ubi quod ſi profeſſio eſset nulla non ratione ætatis, ſed quia facta eſset anno non integrè tranſacto, vel ex metu, aut aliis de cauſis, cum in his terminis renunciatio ab initio valuerit, ejuſque firmitas pendeat à profeſſione validè emiſsa, quamvis profeſſio fuerit ab initio nulla, & ſic non confirmaverit renunciationem, cum tamen & adhuc in ſuo priſtino valore perſeveret, confirmabitur quoties illa profeſſio ratificata fuerit refert Peregr. *in Comment. ad conſtit. Cleric. Regul. par.* 2. *capitul. primo littera G*, §. 17. *nouiſſime* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 16. *nu.* 18.

Et hæc quidem de plano procedunt, retenta opinione *Sancii* de qua *ſup. num.* 5. ut nempè ultra ratificationem profeſſi non ſit neceſsarius novus Religionis conſenſus.

ARGUMENTUM.

Donatio pio loco facta nemine pro eo acceptante, an valeat irrevocabiliter, & quid de donatione perſonæ privatę abſenti facta.

Clericus, an ſit integer pro ſua Eccleſia teſtis. Berous *in cap. in præſentia nu.* 79. *de prob.* 2. reprobatur.

SUMMARIUM.

1 *Teſtamentum, ſeu diſpoſitio ad pias cauſas requirit duorum teſtium, & Parochi præſentiam.*
2 *Parochus non poteſt teſtis, & Parochi perſona fungi.*
3 *Parochi præſentia non niſi per duos teſtes ſuppletur.*
4 *Teſtes idonei quinam dicantur.*
5 *Capellanus non eſt integer pro Eccleſia teſtis.*
Declara ut n. 45. & ſeq.
6 *Mulier non eſt integer teſtis.*
Declara ut n. 42.
7 *Teſtibus inter ſe variis non creditur.*
Declara ut n. 53.
8 *Ultima voluntas ad interrogationem, facta quando non valeat.*
9 *Mulier de conſuetudine in contractibus non admittitur in teſtem.*
10 *Donatio alteri facta, nemine pro eo acceptante non valet.*
Contrarium eſt verius n. 15.
12 *Conſenſus mutuus partium in contractu, nec per mille teſtes ſuppletur.*
13 *Obligatio contrahentis oritur ex alterius acceptatione.*
14 *Donationem pro Eccleſia quilibet acceptare poteſt.*
15 *Donatio Eccleſiæ facta valet, etiam nemine pro ea acceptante.*
16 *Bona Eccleſiaſtica immediatè ſunt ſub dominio Dei.*
17 *Donans Eccleſiæ, vel pauperibus, an mediatè, vel immediatè Deo donare dicatur.*
18 *Donatio ad favorem præſentis, & tacentis, valet.*
19 *Donationis acceptatio inducitur ex ſola donatarii ſcientia.*
20 *Præſens, & tacens in favorabilibus habetur pro conſentiente.*
21 *Deus eſt ubique per præſentiam, per potentiam, & per eſſentiam.*
Berous, in cap. in præſentia, num. 79. de probation. *reprobatur.*
22 *Deus qua ratione ſpecialiter ſit in Cœlo.*
23 *Chriſtus humanatus realiter eſt in cœlo, & in Euchariſtia.*
24 *Ius civile ſervatur in foro Eccleſiaſtico ubi contrarium à jure Canonico non reperitur diſpoſitum.*
25 *Donatio mulieri abſenti in cauſam dotis valet.*
26 *Dotis cauſa non eſt pia, ſed pietatis naturam induit.*
27 *Donatio Civitati facta, an valeat nemine pro illa acceptante.*
28 *Promiſſiones ad favorem piæ cauſæ, & civitatis à pari procedunt.*
29 *Opinionem quæ favet Eccleſiæ debet Iudex amplecti.*
30 *Reo favendum potius quam actori ſi partium jura ſunt obſcura* fallit, ut n. ſeq.
31 *Eccleſiæ etiam actrici faciendum potius, quam reo.*
32 *Opinionem æquiorem Iudex ſequi debet.*
33 *Donatio abſenti facta valet revocabiliter.*
34 *Legis caſus ubi eſt, nulla ſubeſſe poteſt dubitatio.*
35 *Donatio abſenti facta, an poſt mortem donatoris poſſit acceptari.*
36 *Donatio ab hærede donatoris reuocari non poteſt ante acceptationem.*
37 *Gratia non expirat morte concedentis.*
38 *Mandatum expirat morte mandantis.*
39 *Mandatum de donando Eccleſiæ non expirat, morte mandantis.*
40 *Mandatum de manumittendo ſeruo non expirat morte mandantis.*
41 *Donatio Eccleſiæ per modum voti quando facta dicatur ita ut irreuocabiliter ualeat.*
42 *Mulier ad fauorem piæ cauſæ, eſt integer teſtis.*
43 *Mulier de iure naturali non arcetur à teſtificando.*
44 *Mulier, an poſſit eſſe teſtis in inſtrumento.*
45 *Mulier in cauſa ciuili admittitur in teſtem.*
46 *Clerici, an poſſint eſſe teſtes pro ſua Eccleſia ſit integer teſtis.*
47 *Clerici, an poſſint eſſe teſtes pro ſua Eccleſia, etiam in cauſa ſuæ uniuerſitatis.*
48 *Clerici cogendi ſunt ad teſtificandum tam pro ſua Eccleſia, quam contra eam.*
49 *Teſtis ſacerdos magis probat, quam laicus.*
50 *Teſtis de facto proprio præfertur cæteris.*
51 *Teſtis de facto proprio an faciat plenam, uel ſemiplenam probationem.*
52 *Teſtes in facto principali conteſtes, licet in acceſſoriis uarii, bene probant.*
53 *Teſtes in modo narrandi factum diſcordes, ſi in ſubſtantia facti concordant plenè probant.*
54 *Teſtes ut ad concordiam redigantur, omnis capienda eſt interpretatio.*
55 *Teſtibus etiam inhabilibus, ſi ueriſimilia deponant, creditur.*

DECISIO LXXXI.

LEgaverat Aſdrubal Bombacius Civis Regienſis Comiti Hieronymo Caſsolio Aquinarium, & Gutturnium argenteos quibus utebatur in menſa, ſed poſtinde pluries jactaverat ſe in novo, quod præ manibus habebat teſtamento adimere velle Comiti Hieronymo dictum legatum, & donationis titulo in Collegiatam Eccleſiam Sancti Proſperi tranferre. Gravi ſubinde correptus ægritudine, fuit ab ejuſdem

Eccle-

Ecclesiæ Cappellano interrogatus an ut prædixerat, eidem Ecclesiæ donaret Aquinarium, & Gutturnium argenteos, quo affirmativè respondente, ejus ancilla ibi præsens quæsivit nunquid sibi juberet, ut præfata vasa Argentea, suo nomine eidem Ecclesiæ statim traderet, cui pariter annuit, & post biduum animam efflavit.

Instantibus autem DD. Præposito, & Canonicis ejusdem Collegiatæ pro aquinarii, & gutturnii traditione, se opposuit D. Comes, petens ea sibi assignari tamque jure legati debita; confecto de super processu, tandem pronunciavi provt in cedula: quæ ad Comitis favorem aperien. videbatur non obstant. de positionibus Cappellani S. Prosperi, ac Ancillæ Bombacii.

Aut enim prætendebant Canonici prædictam ultimam defuncti dispositionem valere in vim legari, seu donationis causa mortis; aut in vim donationis inter vivos; & neutro casu ipsis suffragari posse videbatur.

Non quidem ex titulo legati, vel donationis causa mor-
1 tis, quia † ad hoc, ut valida esset dispositio, requirebatur saltem præsentia duorum testium simul, & Parochi *cap. cum esset de testam.* & ibi Imol. Butr. & cæteri Corn. *consil.* 261. *num.* 9. *vol.* 4. concludens, quod ubi non intervenerit præsentia Parochi, provt in casu nostro, non sufficiunt duo, nec tres testes, & ibi rationem assignat, ita etiam Alexan. *consil.* 172. *num.* 4. *lib.* 2. ubi de communi Cou. *in Epit. de testam. in d.c. cum esset.* ubi etiam de communi *num.* 12. Ruin. *consil.* 14. *num.* 4. *volum.* 2. Soc. sen. de mag. commun. *consil.* 130. *num.* 5. Paris. *consil.* 50. *num.* 1. & 2. *volum.* 3. qui alios adducit de communi attestantes Boer. *decis.* 93. *num.* 2. & *seq.* Rol. *consil.* 33. *num.* 42. *volum.* 3. Craff. *in* §. *testamentum quæst.* 5. *numer.* 2. Rim. jun. *consil.* 128. *numer.* 10. *volum.* 2. Clar. *in* §. *testamentum quæst.* 57. *in fin ver.* 1. qui testatur de magis commun. Honded. cum per eum rel. *consil.* 77. *numer.* 15. *vol.* 1.

Cum itaque dictæ dispositioni intervenerit, duntaxat
2 Cappellanus, & Ancilla, Si † Cappellanus debet testis persona fungi, utique defuit præsentia Parochi, & sic dispositio corruit, etiam si sit ad pias causas, ut benè per Imol. *in d. cap. cum esset post num.* 13. quæ res, cum sit nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia in practica recederet dicit Clarus *in* §. *testam. qu.* 57. *in fin.* Si autem ipse Parochi persona fungatur, & tunc unica muliercula testis remanet, & pari-
3 ter dispositio nullius est momenti, nam, ut diximus, † ubi adest Parochus, ultra eum requiruntur duo testes, ubi verò non adest ejus defectus non nisi per alios duos testes suppletur, ita ut in totum sint quatuor, ut per Specul. *tit. de instr. editio* §. *compendiosæ post num.* 12. & hanc opinionem dicit magis communiter approbatam Bertran. *consil.* 41. *numer.* 6. *lib.* 3. *in* 2. *par.* & Alex. *consil.* 50. *num.* 15. *lib.* 3. & Dec. *consil.* 284. *num.* 8. & Cou. *in d.c. cum esset Clar. in* §. *testam. d. qu.* 57. *ver. sed pone*, ubi inquit ita in praxi seruari, & quod ipse in consulendo, & judicando ab hac opinione recedere minimè auderet.

¶ Quod eo magis confirmatur, quia ex dispositione *d. cap.*
4 *cum esset*, necesse est, ut testes sint idonei, † illi autem idonei dicuntur, qui sunt omni exceptione majores, & contra quos nihil obiici potest glos. communiter recepta in §. *item verborum in vers. idoneos Inst. de inutil. stip.* latè Alex. qui de communi testatur *consil.* 70. *num.* 12. *volum.* 2. Paris. *consil.* 23. *num.* 13. *volum.* 3. Soc. sen. *consil.* 54. *num.* 7. *volum.* 3. ubi de communi. Socc. jun. *cons.* 12. *nu.* 8. *vol.* 2. Mascard. *de prob. concluf.* 1023. qui pariter de communi *num.* 5. Cæph. *cons.* 267. *num.* 60. Burs. *cons.* 321. *numer.* 30. Clar. *d. quæst.* 57. *in fin. vers. quæ quidem.*

Ejusmodi autem non sunt testes, de quibus in processu:
5 Alter enim est Cappellanus ejusdem Ecclesiæ, ac proinde non integer pro ea testis Corn. *cons.* 261. *num.* 12. *vol.* 1. Parisius *cons.* 24. *num.* 36. Dec. *cons.* 159. *in fin. num.* 27. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 647. Corn. non videtur hoc dicere, Dec. loquitur de Cappellano Salariato Hospitalis: Sic etiam Paris. Mantic. Etiam videtur loqui in diversis ter-
6 minis. Altera † verò est mulier, cui non tam creditur quam viro ob sexus fragilitatem, & quia minus fidei est in ea, quam in viro, ac proinde suspecta est de falso glos. *in* §. *testes in vers. neque mulier. Insti. de testam.* Card. Alexandr. *in cap.* 1. §. *& quia col.* 11. *ver. & pro hoc facit tit. de his qui feud. dar. possess.*

7 Accedebat, † quod testes isti inter se varii videntur, Cappellanus enim deponit Ancillam in cubiculo ægroti semper fuisse præsentem. Ancilla vero inquit se in alio cubiculo contiguo ad mensam accubantem auditis præfatis verbis surrexisse, & ad cubile accedendo interrogasse verbis supra relatis Herum, ac proinde prædictis testibus fides adhibenda non videbatur, quia invicem colliduntur Bald. *in leg. et si possessioni* §. *sed & si verum ff. de iure iur.* Ant. de But. *in capit. nostra num.* 5. & ibi Abb. *num.* 3. *extr. de testib.* cum aliis cumulatis per Petram *de fideicomm. quæst.* 12. *numer.* 1082. & 1089. & *seqq.* & *num.* 1193. & per Mascard. *de prob. concluf.* 1467. *num.* 2. & per Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 23. *num.* 1. & *seqq.* Farinac. *qu.* 65. *num.* 2. ubi inquit hanc opinionem non solum esse communem, sed contradictorem non habere.

Denique † cum ultima voluntas ad interrogationem fa- 8
cta non valeat quoties responsio prolata fuit à valde morbi gravitate oppresso, & quasi moribundo, ut in casu nostro nec quando præcessit aliud testamentum solemne factum à mentis compote, ut † multis juribus, & auctoritatibus 9
comprobat Surd. *consil.* 414. *num.* 9. & *seqq.* Becc. *consil.* 76. *num.* 21. & *seqq.* Mar. *voto* 89. *num.* 9. & *seqq.* Gasp. Thes. *qu.* 99. *num.* 6. *cum plur. seq.* utique ista prorsus nulla censenda videbatur.

Sed nec quidem in vim tituli donationis inter vivos eadem dispositio sustentari posse prætendebatur, quoniam præterquam quod adhuc dd. testium inhabilitas obstat; præsertim quia mulier saltem de consuetudine in contractibus non admittitur Aret. *in* §. *testes autem num.* 1. *vers. nec in contract. Inst. de testib.* & Farinac. *quæst.* 59. *numer.* 47. & *seq.* ubi ait se non recordari vidisse instrumentum seu contractum, in quo adhibitæ fuerint mulieres in testes.

Judicanda etiam videbatur dispositio inefficax, quia re- 10
gula, quæ habet † Donationem absenti factam, nemine pro ea acceptante non valere *l. absenti ff. de don. l. nec ambigi C. eod.* (quæ secundum aliquos in regno Castellæ correctæ sunt *per l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. in illis verbis *Parecciendo que uno se quiso obligar à otro, que de obligado*. Sed, ea lege non obstante, etiam in regno locum habere jus commune pluribus defendit Molin. *de Hisp. primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. *cum seqq.*

Hæc † inquam conclusio procedit etiam si pio loco dona- 11
tio fiat vel Ecclesiæ glos. *in l. illud in ver. alia causa in fi. C. de Sac. Sanct. Eccl.* loquens de donatione facta pauperibus, quam communiter approbatam esse affirmat ibi Bart. *num.* 5. Bald. *num.* 3. & Castr. *num.* 6. qui rationem adducunt, quia cum donatio inter vivos sit contractus; propterea utriusque ex contrahentibus consensum requirit *l.* 1. *ff. pact.* † qui 12
consensus, nec minus per mille testes suppletur, ut per Cast. qui eandem opinionem consulendo amplexus est *cons.* 70. *nu.* 5. *vers. propterea* Jas. *in l. qui Romæ* §. *Flavius num.* 23. *ff. de verb. oblig.* Jo. And. *in addit. ad Specul. lib.* 2. *partic.* 2. *de inst. editione num.* 76. *littera B, ver. ult.* Bertr. *cons.* 218. *vol.* 2. ubi de communi testatur provt etiam Bero. latè, *in repet. cap. in præsentia num.* 77. & *seq. de prob.* ubi affirmat dictam opinionem gl. semper legendo, & consulendo se fuisse secutum Brun. etiam de communi *cons.* 13. *num.* 10. *lib.* 4. Clar. *in* §. *donat. qu.* 12. *ver. ult.* ubi, & ipse, commun. dicit, hancque tenere videtur Tiraquell. *de privil. pia causa priu.* 115. *ver. contrarium* quatenus eam ultimo loco recenset. Quibus auctoritatibus ego addebam Natta *cons.* 253. *num.* 1. *volum.* 2. & Seraph. *decis.* 724. *num.* 8. & Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 6. *sub num.* 16. *ver. cæterum*, ubi contra morem suum nonnullos citat, qui non loquuntur in puncto Curt. Iun. *cons.* 120. *nu.* 2. *lib.* 1. Marta *cons.* 10. *num.* 8. qui ad hoc citat Covar. *in rub. de testamentis par.* 2. *nu.* 15. Surd. etiam alios adducit *in cons.* 351. *num.* 29. & *seq. vol.* 3. Pereg. *de fideicom. art.* 5. *num.* 4. & quod nemine pro Ecclesia acceptante non teneat; secus si quis pro Ea..... dixit Rot. apud Seraph. *decis.* 724. *num.* 8. adeò ut Natta *cons.* 283. non dubitaverit asserere dotis causam in hoc esse magis privilegiatam, quàm Ecclesiam. Molin. *d. cap.* 2. *num.* 58. Gama *decis.* 381. *num.* 3. Guttier. *in cap. quamvis pactum in prin. num.* 55. *de pact. in* 6. *in cons.* 20. *nu.* 1. & *in tract. de Matrim. cap.* 6. *num.* 6. ubi de comm. opin. licet etiam ipse citet aliquos ad propositum non loquentes. Rursus † addebam id, quod benè advertit Lessius *de iust.* 13
& *iur.* 2. *cap.* 18. *dub.* 6. *num.* 41. obligationem oriri, ex acceptatione non tanquam ex causa directa, sed tanquam ex conditione sine qua non: sicut enim ignis est sufficiens causa calefactionis aquæ, tamen non potest ex eo nasci calefactio, nisi aqua debito modo applicetur, ita promissio est sufficiens causa obligationis, & juris in altero, si alter eam acceptet, quæ acceptatio est veluti conditio necessaria, ut

pro-

promissio vim tribuat ; ac proinde cum in casu nostro facta fuerit donatio nemine pro Ecclesia acceptante , utique remanere videbatur inanis , & inefficax imò quod donatio ad piam causam facta , etiam aliquo ipsius nomine acceptante non valeat , nisi ratificatio sequatur, tenuit Paul. de Castr. *in l. illud C. de Sacrosanct. Eccles.* nec dissentit Cur. Iun. *dict. cons.* 120. *nu.* 2. *lib.* 1. & Natt. *cons.* 315. *sub nu.* 1. *lib.* 2.

Si verò quis diceret Capellanum hunc , quatenus interrogavit D. Aldrubalem , an donare vellet, acceptasse pro Ec-
14 clesia , pro † qua quælibet persona privata donationem acceptare potest , ut per glos. communiter receptam *in leg. quoties cordis* 1. *quæst.* 7. Bald. *in d. leg. illud num.* 2. Ias. *in dict.* §. *Flavius num.* 24. Alex. *in l. stip. ista* §. *si quis ita numer.* 3. *in fin. de verb. oblig.* Imol. *in ead. l. stip. ista* §. *fi.* Aretin. *in* §. *cum autem Inst. de act.* Seraph. *d. dec.* 724. *nu.* 8. Covar. *lib.* 1. *Variar. cap.* 14. *num.* 14.

Statim responderi posse videbatur illum tunc non posse etiam testis personam induere cum potius esset pars , ac proinde ex defectu duorum testium actum corruere, quia in ore duorum , vel trium stat omne verbum *iuribus vulg.*

His tamen , & similibus minimè refragantibus ad favorem Collegiatæ Sancti Prosperi pronunciavi ; sibi assignandum esse aquinarium , & gutturnium argenteum ; non quidem in vim ultimæ voluntatis , sed ex donatione inter vi-
15 vos . † Quamvis enim *præcitati* DD. teneant donationem Ecclesiæ factam nemine pro ea acceptante non valere , non tamen desunt alii , & pondere , & numero non inferiores secus sentientes scilicet *Accursius* sibi contrarius *inter consil.* Bald. *cons.* 86. *circa prædicta verum dicendum lib.* 5. Bald. pariter sibi contrarius *in l. cum hi. in ult. lect. col.* 2 *de transact.* Paul. Castrens. etiam sibi contrarius *in l. decernimus in fi.* ubi quod multi sic tenent *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Panorm. *in prohem. decret. vers.* Greg. & ibi Felin. *n.* 25. dicit valde singulare idem Panorm. *cons.* 63. *quædam Domina col. ult. l.* 2. Cardin. Alexan. *in cap. constantius column.* 4. 96. *dist. pulchre* Corneus *consil.* 215. *prima facie col.* 4. *l.* 2. Tiraquel. *d. priv.* 115. quatenus hac fretus opinione firmant hanc regulam , & hoc privilegium Ecclesiæ competere quamvis more suo postea recenseat contrarium tenentes , & sic à DD. pro hac opinione merito citatur . Ludovis. *decis. Peruf.* 29. *numer.* 18. Gonzal. *in reg.* 8 *Canc. glos.* 5. §. 7. *num.* 111. & novissimè hanc esse veriorem opinionem affirmat Gratian. *discept. forens. cap.* 358. *num.* 34. *tom.* 2. eamque sectatur Gomez. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Dec. *cons.* 1. *num.* 6. *lib.* 3. *late* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *nu.* 16. *& seqq.* Felin. *in c.* 1. *num.* 7. *de pact.* Mol. Theol. *in* 2. *tom. de iust. disp.* 263. *ver. Fel. tamen* .

Ratio autem hujus sententiæ ea est , quia quod donatur , vel promittitur pro loco vel Ecclesiæ promittitur & donatur Deo , qui ubique est præsens , & acceptans , ac proinde dici non potest donatio facta absenti , ut per *præfatos* DD.

16 Et confirmari videtur † ex illa comm. conclusione quæ habet bona Ecclesiastica , proximè , & immediatè esse sub dominio Dei , & Christi Domini , non per metaphoram , sed per omnimodam proprietatem , itaut nullus homo , vel nulla Congregatio habeat proprium dominium ; sed tantum dispensationem cum majori , vel minori plenitudine potestatis ita Nauarr. qui dicit esse communem consensum omnium Catholicorum DD. & latè comprobat in Apolog. *de reddit. Eccles. iast. qu.* 1. *monito.* 18. *&* 24. & in recentiori *edit. de reddit. qu.* 1. *monit.* 16. 21. *&* 40. *& quæst.* 3. *monit.* 31. *num.* 7. quam opinionem dicit satis piam , & probabilem Suar. *in tract. de Immun. Eccles. cap.* 18. *num.* 7. quamvis non desint contrarium sentientes .

Cæterum quicquid sit de hujusmodi conclusione , adversus supra relatam rationem , ut scilicet Deus ubique præsens pro Ecclesia dicatur acceptare ; aliqui ex contrarium tenentibus diversis mediis insurgant , ideo operæ pretium est illorum obiectiones confutare , ut hujus sententias veritas eluceseat .

17 Primò , † itaque respondet Bald. *in dict. leg. illud num.* 3. donantem Ecclesiæ videri donare Deo mediatè , non immediatè, & ideo cum in tali medio sit defectus, non quæri actionem & Bald. *minime citato ita respondit.* Trentac. *vol.* 1. *var. resol. lib.* 3. *tit. de donat. resol.* 1. *n.* 1.

Sed ista ratio aliquid habet probabilitatis in donatione facta pauperibus , & in his terminis loquitur Bald. & ratio rationis esse potest , quia cum sit facta hominibus , more humano debet fieri , & ita intelligendus , est Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 6. *sub num.* 16. licet re vera etiam hoc casu non obstet , quia ut dicebat Cyn. *in d. leg. illud nu.* 4. *in fin.* quem sequitur Card. Mant. *de tacitis tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *nu.* 19. Deus ipse pro pauperibus semper consentit , cum præcipiat in sacris literis , dari pauperibus ; At in casu nostro minor est difficultas , quia donans Ecclesiæ dicitur immediatè donare Deo *capit. nulli liceat iuncta glos. cum ibi notat.* 12. *quæst.* 2. nam à communiter accidentibus mens donantis non fertur in rem creatam cui donat ; sed in Deum , ut infra latius dicetur .

Secundò prædictam rationem impugnavit Petr. de Bellapert. quem refert , & sequitur Jo. Andr. *in add. ad specul. ubi supra* dicens , quod licet ponatur præsentia Dei , non tamen ponitur acceptatio , quæ est necessaria in donatione .

Sed nec hujusmodi motivum urget ; quia † regulare est 18
accertum donationem factam etiam ad favorem privati præsentis, & tacentis valere absque acceptatione , cum præsens , & tacens in favorabilibus habeatur pro consentiente , & acceptante *l. qui tacet ff. de reg. iur.* & ita in terminis nostris firmavit Bart. *in l. qua dotis col. pen. ver. quæro quid de præsente ff. sol. matr.* Cagnol. *cum per eum relat. in leg. semper qui non prohibet num.* 3. ubi de communi *ff. de reg. iur.* Surd. post Aret. Dec. Cæphal. & alios quos refert *in decis.* 206. *num.* 11. Covar. *in Rubr. de testam. in* 3. *par. post num.* 13. *ver. si donatarius* ubi quod contraria opinio est falsa Ang. Cur. jun. Andr. ab Isern. & alii , quos refert , & sequitur Molin. *de Primog. cap.* 2. *num.* 76. Menchiaca *l.* 2. *Controu. Illust. cap.* 62. *num.* 12. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 42. *numer.* 2. *& cons.* 92. *num.* 66. Guttier. *in cap. quamvis pactum in princ. num.* 48. Thes. *decis.* 70. *num.* 12. Sanchez qui contraria diluit *de mat. l.* 1. *disp.* 6. *sub num.* 11. Molin. *tom.* 2. *de iust. & iur. disp.* 264. §. *dubium deinde & disp.* 270. §. *in foro autem conscientiæ Emanuel. Sà in sum. ver. donatio num.* 16. Azor. *cum relat. Instit. moral par.* 3. *l.* 11. *cap.* 15. *quæsit.* 2. Rebel. *de iust. & iur. l.* 18. *quæst.* 2. *numer.* 2. & alii innumeri , & post hæc scripta latè firmavit Rota *in decis.* 142. *numer.* 5. *part.* 4. *in recentior. & in faventina Dotis* 3. *Aprilis* 1634. *coram R. P. D. Motmanno* .

Quinimmo † etiam ex sola donatarii scientia inducitur 19
acceptatio , & ratificatio Aret. *in l. qui absenti num.* 4. *ff. de acqu. possess.* Cæph. *cons.* 33. *num.* 19. Socc. jun. *cons.* 67. *pro habenda nu.* 11. *l.* 3. Ludou. *decis. Peruf* 29. *nu.* 8. Thesau. & Rot. *ubi sup.* & etiam ex tacito consensu ex facto resultante Adden. ad Tiraquel. *in privil.* 115. *piæ causæ* .

Et † quod in actu favorabili , & lucrativo ex sola præ- 20
sentia , non obstante taciturnitate inducatur consensus , & acceptatio tradunt *scribentes in l. quæ dotis ff. sol. matr. & in l. qui tacet ff. de regu. iur. & in cap. is qui tacet eod. tit. in* 6. latè Fely. qui alios concordantes adducit *in c. nonne nu.* 19. *extr. de præsumpt.* Rot. *ubi sup.*

Tertio , † denique adversus dictam rationem insurrexit 21
Berous *in d. cap. in præsentia nu.* 79. *de probat.* dicens Deum esse ubique præsentem potentialiter , non essentialiter, quia realiter est in Cælis , & in Eucharistia , ut habetur in oratione dominicali , & declarat Card. *post gl. in clem.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* & quod propterea non valet donatio facta Ecclesiæ absenti , nisi secuta ratificatione , quia Deus non fuit præsens præsentia reali , & essentiali provt requiritur *in d. l. absenti* .

Sed hujusmodi obiectum non modo est falsum , sed hæreticum , magnaque animadversione dignum , & miror quomodo è tanti viri calamo exciderit , & quòd alii non adverterint ; nam ista fuit opinio Basilidis *hæretici* dicentis Deum in excelso solis contineri , ut refert *Porrecta p. p. D. Th. qu.* 8. *art.* 1. & nonnullorum aliorum Philosophorum , ac Hæreticorum , qui ponentes non omnia esse à Deo immediatè creata , consequenter posuerunt Deum non esse in omnibus rebus , ut refert D. Th. 1. *p. q.* 8. *num.* 3. *Directorium Inquisit. par.* 2. *qu.* 4. Unde ne fortè hujusmodi assertio in catholico scriptore , ac insigni Canonista inventa , aliquem decipiat , advertendum est , contrarium , nempe , quod Deus est ubique essentialiter , & realiter , doceri ab omnibus Scholasticis , SS. Patribus , & Conciliis , qui hac de re verba fecerunt , & colligi ex clarissimis Divinæ Scripturæ testimoniis , ut asserit *Porrecta ubi supra* , *& idem Dominicus Bannes* .

Potissimum autem id clarè habetur Hieremia *capitul.* 23. *Nunquid non Cælum , & terram ego impleo ? dicit Dominus.* In quo est observanda proprietas verbi *impleo* . Si enim in existentia per præsentiam non loqueretur , non dixisset *impleo*

pleo ſed *intueor*. Probatur etiam in *Pſalm.* 138. in illis verbis *ſi aſcendero in Cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades; ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*; Ubi etiam notanda eſt proprietas verborum, non enim dicit *illic vides*, ſed *tu illic es*; neque dicit *oculus*, *intuitus tuus*, ſed *manus tua deducet, manus tua tenebit*.

Rurſus probatur *Sapien.* 1. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis*.

Iterum habetur 3. *Reg.* 8. Ubi Salomon cum Deo loquens ait. *Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificavi?*

Denique habetur *Actorum* 17. ubi Paulus de Deo loquens ait: *non longe eſt ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim vivimus, movemur & ſumus*.

Hæc, & alia ſacræ paginæ loca adducunt Patres, & Scholaſtici ad oſtendendam hujuſmodi veritatem. Unde meritò *Magiſter ſententiarum in primo diſt.* 37. poſt allatas auctoritates SS. Gregorii Papæ, Auguſtini, Hilarii, & Ambroſii in fine illius primi textus ait. *Ex his aliiſq. pluribus auctoritatibus aperte monſtratur quod Deus ubiq. & in omni creatura eſſentialiter, præſentialiterque eſt*.

D. etiam Tho. 2. *p. q.* 8. *art.* 3. apertiſſimè docet Deum eſſe in omnibus locis per potentiam, per præſentiam, & per eſſentiam, *univerſi DD.* qui vel *Magiſtrum* vel D. Thomam ſunt interpretati, ſine ulla prorſus hæſitatione idem affirmant. Neque deſunt rationes naturales demonſtrativę, aptæ ad convincendum quemlibet etiam pertinacem intellectum, quorum plurimas affert D. Tho. *lib.* 3. *contra Gentiles cap.* 68. & ex noſtris dixit etiam Purpur. *in conſ.* 476. *num.* 28. *vol.* 2.

22 Neque † obſtat inductio Beroi ex oratione Dominicali *Pater noſter, qui es in Cælis*, quæ confirmari poſſet hoc modo. In Sacra Scriptura pluribus in locis attribuitur Deo ſpecialiter cælum, igitur modo ſingulari eſt in cælo; quomodo non eſt in aliis rebus; at hic modus ſpecialis non videtur eſſe alius, quam eſſe in cælo per eſſentiam, igitur in aliis rebus non eſt eſſentialiter.

Huic argumento reſpondet D. Th. *contra Gentiles d. cap.* 68. Ubi poſtquam rationibus, & auctoritatibus probavit Deus eſse in omnibus rebus per eſsentiam, ſic loquitur *per hoc autem excluditur error quorundam dicentium Deum in aliqua parte mundi determinata eſſe; puta in primo cælo, & in parte orientis; unde eſt principium motus cæli, quorum tamen dictum ſuſtineri poſſet, ſi ſane accipiantur, ut ſcilicet non intelligamus Deum aliqua determinata mundi parte eſſe concluſum, ſed quia omnium corporearum motionum principium ſecundum naturæ ordinem ab aliqua determinata incipit parte, Deo movente*. Hæc ibi, eſt igitur Deus ſpeciali modo in cælo, quia inde incipit motus primus naturalis cujus primus auctor eſt Deus.

Alio etiam modo reſpondet Albertus Magnus *in compend. theologiæ lib.* 1. *cap.* 17. ubi agens de incircumſcriptibilitate Dei ait. *Nota quod Deus eſt multipliciter in rebus ſcilicet per naturam, & ſic eſt ubique eſſentialiter, potentialiter, præſentialiter*, & paulò infrà. *Item dicitur in re aliqua eſſe, per veſtigiorum eius excellentem repræſentationem, ſic dicitur eſſe in Cælo, quia ibi maximè relucet ſua potentia, ſapientia, bonitas*. Modus igitur ſpecialis exiſtendi in Cælo eſt excellens ſuæ bonitatis repræſentatio.

D. quoque Bernard. hanc obiectionem optimè pluribus in locis diluit, præſertim autem *in Pſalm.* 90. *ſerm.* 1. *licet*, inquit *Deus ubique eſſe non dubitetur, ſic tamen in cælo, eſt ut ad eius comparationem neque eſſe videatur in terris, propter quod, & orantes dicimus Pater noſter, qui es in Cæli, ſicut enim anima cum in toto quoque corpore, excellentius tamen, & ſingularius eſt in capite, in quo ſunt omnes ſenſus, ita ſi præſentiam illius cogitemus, qua beati Angeli perfruuntur, videri poſſumus vix aliquam Dei protectionem, & nomen habere*.

Idem *Serm.* 4. *de modis orandi*, alio modo reſpondit dicens. *Quamvis ubique ſit Deus in cælo tamen orandus eſt, ibique orationis tempore cogitandum, ut mens noſtra non oratorii tecto, non aeris ſpatio, non ipſa retardatur nubium denſitate, juxta eam formam, quæ nobis à Chriſto tradita eſt, ubi ait, ſic orabitis. Pater noſter, qui es in Cælis, Cælum enim quædam prærogativa etiam ſedes ſive Thronus Dei vocatur*.

Denique miſſis aliis, *D. Chryſoſt. hom.* 26. *in Matth.* inquit *Cum Deum dicit eſſe in Cælis, non ibi eum hoc dicendo concludit, ſed à terris abducit orantem, eumque ſuperbis habitaculis, ac regionibus afficit excelſis*. Eſt igitur Deus in Cælo ſicut in principio omnium motuum naturalium ex D. Thoma: ſicut in excellente repræſentativo ſuæ bonitatis ex Alberto Magno. Sicut in loco beatitudinis Angelorum ex D. Bernardo, ſicut in ſigno excitante, & extollente noſtros affectus ad ſuperna, ex *Chryſoſtom.* & ſicut in throno Divinæ Majeſtatis ex ipſo *Chryſoſt. Matth.* 5.

Cum itaque hoc axioma habeatur in S. Scriptura ad litteram, & aſſeratur ab univerſis SS. Patribus, & Scholaſticis; planè ſequitur illud eſſe de fide; oppoſitam vero opinionem eſſe non ſolum temerariam ſed etiam Hæreticam. Sed quod magis eſt Poetæ, & Philoſophi, & niſi Deum verum ignorantes hoc idem faſſi ſunt: unde Orpheus de Deo loquitur *Ipſe ſemper ſimul eſt, ut totus ubique, & Virgilius. Iovis omnia plena, & Lucanus. Iupiter eſt quacunque vides, quacunque moveris. Mercurius Triſmagiſter. Mundus eſt vas Deo plenum*, & refert Ariſtot. *lib.* 1. *de par. animal. cap. ult.* quod inſignis Philoſophus Heraclitus à quibuſdam amicis ſuis in furno incluſus, ne latens viſitaretur, dixit eis. *Ingredimini, quia ne huic loco Dii deſunt*.

Minus † obſtat quod ſubiungebat Bero. *ubi ſup.* Deum reaſ 23
liter duntaxat eſſe in Cælo, & in S. Euchariſtiæ Sacramento, quia hoc aſſumptum procedit in Chriſto humanato, & ita loquitur *illa Clem. prima cum ſua gl.* quam Berous allegat, unde ipſe æquivocavit in terminis ut ex ſupradictis latè patet.

Quibus ſit poſitum non etiam refragatur alia ratio Bero. in
qua maximum facit fundamentum; † ut nempe in non 24
concernentibus animam, nec peccatum, ſi non verſemur in materia ſpirituali, ſed in temporali, quicquid ſtatutum eſt à jure civili etiam inter Eccleſias, & in foro Eccleſiaſtico ſervandum eſt, ſi contrarium expreſsè non reperitur à jure Canonico diſpoſitum *cap. ſi adiutorium* 10. *diſt. gl.* quam totus mundus ſequitur *in cap.* 1. *de no. oper. nun. Canoniſt. in c.* 1. *& in capit. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Sed de jure civili donatio abſenti non acquiritur niſi ſecuta ratificatione *d. leg. abſenti*; ergo &c. Hoc inquam argumentum ſubuertitur quia jam ſupponimus donationem factam fuiſſe Deo præſente; & ſic nec quidem de jure civili inefficax redditur.

Sed † & pro hujus ſententiæ corroboratione, ex abun- 25
danti, & circumſcripta Dei præſentia, facit ex mente Tiraqu. *de privil.* 115. Mantic. *de tacit. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *nu.* 16. & fatetur Natt. *dict. conſ.* 253. *nu.* 2. & 6. Adden. ad Tiraquell. *d. privil.* 115. quod ſi donatio facta mulieri abſenti ex cauſa dotis valet *l. uni* §. *occidit cum gloſ. de rei uxor. ac. & in l. ult. in princ. C. de iur. dot.* & Dec. *conſ.* 35. *num.* 1. pari ratione debet ſubſtineri ſi fiat pauperibus vel Eccleſiæ, vel alio pio loco, quod argumentum concludit à fortiori, quia † cau- 26
ſa dotis nititur natura pietatis *l. cum is* §. *ſi in ea opinione ff. de condition. in deb.* ſed non dicitur verè pia Rom. *in leg. dedi* §. *idem erit nu.* 4. *ff. de cond. ob cauſam* & ut latius per Mantic. Non abſimilis eſt etiam alia ratio ab aliis DD. allata, ut nempe ſicut † pollicitatio vel promiſſio facta Civitati ad inſtau- 27
randas ruinas, vel opus aliquod faciendum, obligat promittentem, etiam nemine pro Civitate acceptante *l.* 1. 3. 7. *& per tot. tit. ff. de colic.* ita etiam dicendum eſt de iſta donatione facta Eccleſiæ, licet nemine pro ea acceptante: quia † donationes, & promiſſiones ad pias cauſas à pari proce- 28
dunt cum donationibus, & promiſſionibus factis Civitatibus, ſi privilegia ſpectemus *l. illud & l. ut inter C. de Sacroſ. Eccl.* Imò idem Natt. *d. conſ.* 253. *nu.* 5. fatetur pollicitationem Deo dumtaxat, & Reipublicæ obligare: in aliis autem id non reperiri expreſſum *d. l.* 1. *in princ. & l.* 2. §. *voto de pollicitat. gloſ. in c. ſcimus* 12. *qu.* 1.

Igitur cum iſta opinio, quæ habet favore Eccleſiæ valere donationem, nemine pro ea acceptante, recepta ſit à tot Clariſſimis DD. fatiſque ſolidis rationibus ſit munita, quibus nulla adverſariorum reſponſio obſiſtit; cumque alterius opinionis rationes tam facili elidantur negotio, ſequitur, vel quod iſta ſit verior, vel ſaltem quod utraque opinio ſit probabilis, & teneri poſſit: † quo ſtante ego in judicando 29
illam opinionem amplecti debebam, quæ magis favet Eccleſiæ *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fune. cap. fin. de Re. Iud.* facit *l. ſancimus C. Sacroſanct. Eccl.* Jaſ. *in l. filius famil.* §. *divi. num.* 82. *ff. de legat.* p. Pacian. *reſpon.* 7. *numer.* 123. Honded. *conſ.* 3. *num.* 24. *lib.* 1. Gratian. *cum relat. diſcep. forenſ. cap.* 88. *num.* 6. *& cap.* 131. *num.* 2. & firmat Rot. *in*

Raven-

Ravennaten. bonor. 20. Novemb. 1587. *cor. Cardin. Mantica* quæ eſt *dec.* 10. apud eundem Mantic. Dian. me his citato *par. 6. tract. 1. reſol. 24.*

30 Sicut † in fortioribus terminis dicimus, quod quamvis quando partium jura ſunt obſcura, Reo favendum ſit potius quam actori *cap. cum ſunt de reg. iur. in 6. cum concord. ibi*
31 *adductis per gloſ. & DD.* † id tamen fallit in Eccleſia, vel pia cauſa, pro qua in dubio ſemper judicandum eſt, etiam ſi partes actoris ſuſtineat, ut latè deducit Tiraqu. *in priv.* 146. *piæ cauſæ.*

32 Rurſus † hæc eadem opinio ſequenda erat, quia æquior, ut per Hond. *poſt alios conſ. 65. nu. 27. lib. 1.*

Cæterum etiam ſi daremus contrariam ſententiam veriorem eſſe; adhuc tamen Collegiatæ S. Proſperi minimè ob-
33 ſtaret. † Nam animadvertendum eſt donationem abſenti factam, non eſſe uſquequaque invalidam; ſed imò validam, revocabiliter tamen & conſequenter tenere, licet revocari poſſit; ita expreſsè diſponunt jura exadverſo allegata *in d. l. abſenti ff. de donat. & in l. nec ambig. C. eod.* & in hoc
34 nulla verſatur inter DD. diſcrepantia; quia ubi caſus eſt legis; nulla eſſe poteſt dubitatio gl. *in l. ancillæ C. de furt.* Dec. *in conſ. 452. in fi.* Crav. *conſ. 273. n. 7.* Sur. *conſ. 53. n. 6.* Sed altercatio, quę eſt inter præfatos ſcribentes, verſatur in hoc, an ſcilicet iſta donatio, quæ ad favorem privati abſentis valet tantum revocabiliter, ſi fiat Eccleſiæ, teneat irrevocabiliter, & obligationem pariat, adeo ut amplius revocari nequeat ex privilegio Eccleſiæ.

Sed hic non eſt propriè caſus noſter; quia donatio ab Annibale revocata non fuit, & à Canonicis eſt acceptata; & ſic ex omni ſui parte perfecta eſt, & conſequenter bona donata, ipſis erant conſignanda, per text. in *dict. lege abſenti, & dict. leg. nec ambigu.* & fatetur omnes *Doctores* exadverſo citati, qui propterea contra D. Comitem retorquentur.

35 Nec † dicatur hujuſmodi acceptationem non fuiſſe in vita donatoris factam, ſed poſt ejus mortem, ac proinde tempore inhabili, quo jam defuncti conſenſus per mortem ceſſaverat, & ſic donationem remanſiſſe inefficacem ex defectu mutui conſenſus, etiam ſi agatur de donatione facta Eccleſiæ, vel pio loco ut poſt alios tradit Cæphal. *conſ. 440. n. 32. to. 3.*

Quia reſponderi poteſt, imò ſecundum veriorem ac magis crebram opinionem, donationem nedum in Eccleſiæ, ſed etiam in cujuslibet privati favorem poſt mortem donatoris acceptari poſſe; quia cum ex ipſius parte jam fuerit perfecta, quamvis revocabiliter, perſeverat etiam poſt mortem uſque ad acceptationem: quinimo videtur quodammodo confirmata morte donantis inquit *Clarus in §. donatio q. 13. in fi.* & eſt communis opinio ſecundum Soccin. *in l. qui Romæ §. Flavius nu. 19. ff. de verb. oblig. Ex ea in Rub. de pact. nu.* 174. Covar. *l. 1. variar. cap. 14. nu. 17.* Suar. *de legib. lib. 8. cap. 31. num. 21.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 2. nu. 77.* Sachez *de matrim. lib. 1. diſp. 6. ſub num. 5. ver. verius tamen* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. capit. 18. diſp. 6. num. 45.* Bonacc. *de contract. quæſt. 11. punct. 4. num. 2. in fi.* quidquid dicant nonnulli, quos refert, & ſequitur Card. Mantic. *tit. 7. numer. 11. de tacit. & ambig. conu.*

36 Quod † confirmatur ex illa communi theorica, quæ habet hanc donationem ab hęrede donatoris revocari non poſſe ante acceptationem, quia facultas revocandi non tranſit ad hęredes, ut per Covar. 3. *variar. cap 14. num. 17.* Clar. ubi ſup. Molin. cum per eum congeſtis *dicto num. 77.* Pedem. *deciſ. 70. num. 9.* Sanchez Leſſ. & Bonac. ubi ſup. quod tamen inutile eſſet, ſi ea donatio non poſſet poſt donatoris mortem acceptari, & perfici; ipſa enim morte eſſet revocata, ut prædicti Theologi advertunt.

37 Confirmatur † etiam quia donatio eſt gratia quædam, gratia autem non expirat morte concedentis *cap. ſi ſuper gratiam de off. deleg. in 6.*

38 Et † quamvis non deſint, qui teneant mandatum de donando non acceptatum donatoris obitu expirare, ex regula generali, quod mandatum morte mandantis revocatur *l. 2. §. ſed quis*, & ibi latè Bar. *ff. de donat. & l. mandatum ubi late* Bald. *C. mandatis*, id tamen non applicatur donationi ab ipſomet donatore factæ, quæ quidem non eſt mandatum de donando, ſed donatio vera; & ita conciliantur *ſcribentes*
39 inter ſe pugnantes. Quin etiam † ſi fiat mandatum de donando Eccleſiæ, non expirat, ſed adhuc poſt mortem perſeverat per text. *in l. exit. §. in eo vero caſu ff. de verb. ſignif.* quem ad hoc dicit ſingularem Bald. *in auth. ſi qua mulier col. ult. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Rom. *conſ. 119. in 1. concl.* Tiraqu. *de privil. piæ cauſæ priv. 82.* & eſt recentior opinio de qua Covar. *d. leg. 1. variar. cap. 14. numer. 16.* ubi plurimos congerit, & poſt Molin. & alios ſequitur Leſſ. *d. dubit. 6. nu. 46.* ubi rationem affert: quia ſcilicet quiſque præſumitur ita tacitè voluiſſe in morte, cum opera pietatis tunc maximè ſint neceſſaria; quod † confirmatur ex *leg. ſi pater ff. de ma-* 40
num. Vend. ubi mandatum de manumittendo ſervo non expirat morte mandantis favore libertatis, ergo multo magis idem dicendum eſt favore piæ cauſæ, & ſalutis animæ *auth. multo magis C. de Sacroſanct. Eccl.*

Ex alio etiam capite fortaſſe attentari poterat hujuſmodi donationis validitas, nempe quia etiam DD. exadverſo allegati fatentur, † donationem vel promiſſionem Eccleſiæ 41
per modum voti factam; tametſi nullus acceptet, valere ſtatim irrevocabiliter, & in hoc nullus diſcrepat. Ad hoc autem ut quis dicatur Eccleſiæ vel pio loco per modum voti donaſſe, ſufficere docent, ut direxerit mentem ſuam ad Deum, nec referre quibus verbis uſus fuerit; imò quando dubium eſt an voluerit homini donare vel vovere Deo, valere uti totum, non ut ſimplicem donationem, ut benè per Bar. *in d. l. illud num. 6. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 6. num. 17.* Reginald. *lib. 25. numer. 81.* Bonacc. *de contract. diſp. 3. quæſt. 11. punct. 2. ſub num. 6. ver. promiſſio.* Ratio eſt quia in cauſis piis dum in abſentia promiſſio fit communiter intentio fertur in Deum; in dubio itaque potentiſſima conjectura deſumitur à communiter accidentibus ut per præfatos DD. & ſic ab initio promiſſio fuit obligatoria, & perfecta.

Non † etiam obſtat mulierem non eſſe teſtem integrum, 42
ſive loquamur de jure civili, ſive de jure Canonico. Id enim non procedit, ſi deponat in favorem piæ cauſæ, tunc enim benè probat, etiam ſi alias eſſet inhabilis, ut per Bal. *in l. 1. num. 9. C. de Sacroſanct. Eccl.* Felyn. de comuni *in c. quoniam num. 3. extr. de teſtib.* ubi ait id eſſe indubitatum de jure Canonico Crot. *de teſtib. par. 1. numer. 8.* ubi quod hæc opinio tenenda eſt in practica, quia communis, licet adverſentur nonnullæ ab eo relatæ rationes Tiraqu. qui plurimos congerit *de legib. Connub. lib. 9. numer. 98. & de privil. piæ cauſæ priv. 5.* Maſcar. *de probat. volum. 2. concluſ. 754. numer. 10.* cum aliis fuſiſſimè congeſtis per Farin. *de teſt. quæſt. 59. num. 70.*

Qui DD. tametſi loquantur de teſtamento, idem tamen dicendum eſt de contractu ex rationis identitate; quia ſcilicet † in diſpoſitione ad favorem piæ cauſæ facta non atten- 43
ditur ulla ſolemnitas juris poſitivi, ſed duntaxat jus naturale, de quo jure mulieres non prohibentur teſtificari, ut per præfatos DD. ut benè per Bald. *in auth. quod ſine C. de teſtib.* & Dec. *in l. fœmina num. 29. de Reg. iur.* qui dicunt hanc eſſe ſolemnitatem inductam de jure civili, idemque firmant Covar. *in dict. cap. relatum il primo de teſtam.* Emanu. Sà *in vero teſtam. numer. 49.* Bonacc. qui de communi teſtatur *de contr. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 3. num. 15.* Quinimò argumentum concludit à fortiori, quia ſi favore pię cauſæ mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamento, in quo de jure expreſſe prohibetur adhiberi *l. qui teſtam. §. mulier ff. de teſtam. §. teſtes autem inſtit. de teſt. ordin.* profectò multo magis debet favore Eccleſiæ admitti ad probandum contractum, in quo nulla in jure reperitur expreſſa prohibitio.

Undè † quamvis Farin. dixerit ſe nunquam vidiſſe fæmi- 44
nas deſcriptas pro teſtibus in ullo inſtrumento, non exinde ſequitur quin ad favorem piæ cauſæ deſcribi poſſint, immo quod etiam in inſtrumentis mulier teſtis eſſe valeat; firmavit Bald. *in l. ſcripturas num. 4. in fi. ver. ergo caſu C. qui potior in pign.* Adden. ad Abb. *in cap. forus numer. 4. lit. D. in princ. extra de verb. ſignif.* nec re vera Farin. tenet oppoſitum, quia ſe remittit ad dicta per eum *in quæſt. 62. numer. 110. & ſeqq.* ubi poſt plurimos, quos congerit, firmat in contractibus recipi in teſtes etiam illos, qui alias eſſent inhabiles, & ſic non requiritur in contractibus tanta habilitas in teſtibus quanta in teſtamentis; Unde ſequitur quod ſi favore piæ cauſæ mulieres poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, multo magis in contractibus admittantur.

Ultra quod poſſet non improbabiliter dici nos non diſputare de validitate alicujus inſtrumenti, † ſed an iſta mulier 45
ſit idonea teſtis in cauſa civili, & in probando factum in d. judicio civiliter intentato, in quo articulo regula conſtituitur affirmativa etiam ad favorem privatæ perſonæ text. eſt *in cap. quando*, & ibi gl. & Abb. *in ver. mulieres, & in cap. tam litteris de teſtib. & in l. ex eo ff. eod. cum ſimilibus*, idque tam de jure civili, quam de jure Canonico procedere

affir-

affirmat glos. *in cap. forus in fin. ver. fœmina extr. de verb. signific.* & est communis opinio *ut per. Em.* Suar. *in Thesa. recept. opin. littera M. num.* 258. Mich. Cras. *in comm. opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 8. in prin.* ubi quod omnes dicunt hoc esse indubitatum Mascar. *de probat. 1. concl. 764. nu. 7.* Farinac. *de testibus qu. 59. nu. 32.*

46 Minus † refragatur Cappellanum pro sua Ecclesia non esse integrum testem ; quia auctoritates exadverso citatæ loquuntur in religiosis collegialiter viventibus , pro Collegio deponentibus vel in Cappellano Hospitalis , qui habet interesse in causa , secus autem in clericis , qui non sunt de Collegio , ii namque non modo non repelluntur , sed omninò admitti debent text. est apertus *in cap. cum nuncius extr. de testibus* , *& in cap. 1. 14. quæst. 12.* ubi Paschalis S. Pontifex dicit se mirari de Archiepiscopo Viennensi , qui clericos pro causa suæ Ecclesiæ admittere recusaverat , Præsertim cum nullum habeat in causa interesse , quæ tangit duntaxat

47 Canonicos ; † unde si Doctores communi calculo firmant Clericum in causa suæ Ecclesiæ esse testem integrum quoties commodum non tangit singulos sed Universitatem *c. super prudentia* , & ibi Archid. *num. 2. 14. quæst. 2. cap. ea si Christus in fin. de Iure jur. cap. cum nuncius* , & ibi Jo. And. *in prin. de testib. cap. super* ubi Abb. Bald. & alii *eod. tit.* Butr. *in cap. cum inter num. 4.* & ibi Imol. de sent. *& re iud. Specul. in tit. de test. 1. numer. 23. ver. sed nunquid Rector. & nu. 24.* Bal. *consil. 445. num. 9.* Roman. *consil. 420. num. 7.* Ferret. *consil. 150. num. 8.* Covar. *pp. qq. cap. 18. num. 4.* Menoch. *de Arb. lib. 2. cas. 106.* Guid. Pap. *quæst. 193.* Affl. *decis. 400. num. 2.* Mascar. *de prob. lib. 1. concl. 3. numer. 1. & 11. ubi de com. & concl. 624. num. 6.* Farinac. *de testib. quæst. 60. num. 544.* Multo magis integer est iste , qui licet sit Capellanus S. Prosperi , non tamen est unus de illa universitate, quam credi potest habere interesse , scilicet de Capitulo.

48 Quinimò † Clerici non modo non sunt repellendi à depositione testimonii , sed etiam cogendi tam pro sua Ecclesia , quam contra eam ; ut per Innoc. *in d. cap. cum nuncius* Curt. *in tract. de testib. concl. 49. num. 97.* Mascar. *de prob. vol. 1. concl. 306. num. 5.*

49 Cumque † testis iste sit Sacerdos , magis probat quam laicus glos. *in cap. monachus in ver. compendia 77. dist.* ubi habetur tantum prodesse testimonium quatuor Clericorum quantum sex laicorum , idemque tenvit Soc. *consil. 28. colum. 3. circa prin.* Alex. *consil. 43. n. 5. ver. 7.* cum aliis relatis Cravet. *consil. 169. num. 3.* & per Mascard. *d. concl. 306. num. 3.* & Greg. *dec. 351. num. 10.*

50 Et † eo magis, quo deponit de facto proprio , & de negocio à se cum Donatore gesto , qui propterea magis probat , quam alius testis etiam ad favorem Ecclesiæ suæ text. est ad litteram *in d. cap. 1. 14. quæst. 2. verb. hi potissimum assumendi sunt , qui eadem negotia tractaverunt* . Estque regulare ut testes de facto proprio deponentes cæteris præferantur *c. toties extr. de test.* Bal. *in l. testium num. 2. C. eod.* Tiraquell. cum per eum congestis *de retr. lign. §. 1. gl. 14. num. 48. & seqq.* Cas. de Gras. *dec. 5. num. 6. de testibus.*

51 Adeo † ut non defuerint plurimi ; & quidem maximæ auctoritatis , qui tenuerint testem unicum de facto proprio deponentem plenè probare , ut per Castrens. *in leg. quicumque. ff. de servit. fugit.* cum aliis copiosissimè congestis per Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 99. num. 13. & seq.* & per Farinacc. *de testib. qu. 63. num. 207.* & communem dicit etiam Bursat. *consil. 434. num. 15. lib. 4.* & licet hæc opinio non sit tuta , & ego nunquam secundum illam judicarem ; omnes tamen concedunt testem unicum de facto proprio deponentem , facere plusquam semiplenam probationem , ut tenet , prolixa DD. turba relata à Farin. *ubi sup. num. 224.* quibus addo Achil. de Gras. *dec. 3. de testib.* Rot. *diversi. dec. 521. nu. 6. par. 1. & in Romana devolutionis vineæ prima Iulii 1573. coram Card. Blanchetto. in Viterbien. fideiuss. 29. Ianu. 1601. coram R. P. D. Coccino & in Roman. census de Anguillaria 1. Iunii 1601. coram Manzanedo* , & est consilium Aym. 178. *num. 7.* pluries à Rota canonizatum , ut fuit dictum *in Viterb. fideic. 27. Maii 1609. coram Coccino in Zamoren. fructuum 7. Apr. 1606. coram D. Lugdunensi.* Greg. *d. dec. 351. nu. 11.* cum aliis ibi per adden. ubi quod hæc est Rotæ opinio.

Denique non obstitit id , quod dicebatur de varietate in-

52 ter ipsos testes , quia † cum ipsi sint contestes in facto principali , licet in accessoriis sint varii , vel contrarii , non tamen ejus diminuitur de fide , secundum comm. majorum nostrorum sententiam , de qua Socc. jun. *consil. 102. nu. 6. lib. 3. relat. per Clar. §. fin. quæst. 53.* & de communi testatur etiam Alex. *consil. 53. num. 4. lib. 1. & consil. 47. num. 5. lib. 2. & consil. 186. num. 3. lib. 7.* Decian. *consil. 195. post numer. 2. vers. venio ad secundum , & consil. 602. num. 9.* Caputaq. *dec. 270. p. 3.* cum aliis cumulatissimè allatis per Farin. *de testib. qu. 65. num. 16. & firmavit* Rota apud Greg. *d. dec. 351. num. 20. & seqq.* † & in terminis nostris , quod si testes sunt di- 53
scordes in modo narrandi factum super quo deponunt : dummodo in ipsius facti substantia sint contestes , benè probent ex text. *in cap. nihil de verb. signif.* & per Butr. *ibi num. 3.* cum aliis congestis per Petram *de fideicom. quæst. 12. num. 1107. & 1109.* & per Farin. *ubi supra nu. 29.*

Et eo magis quia re vera non sunt discordes , vel facillimè ad concordiam redigi possunt : quod enim asserit D. Julius , ipso cum Asdrubale de donatione colloquente , Gratiam in eodem cubiculo fuisse præsentem , non repugat depositioni ejusdem Gratiæ dicentis se auditis ex thalamo contiguo dictis verbis , statim surrexisse & accessisse ade ægroti cubile , & D. Julium dixisse *Madonna Gratia sentite qui che dice , che egli dona il suo Bacile & Bucale à S. Prospero &c.* unde secundum hæc verba intelligenda sunt ea , quæ di-
cit Cappellanus , † omnis enim interpretatio facienda est 54
in depositionibus testium ut inter illas contrarietatis evitetur text. *est in capitulo cum tu* , & ibi glos. & DD. *omnes extr. de testibus cum similibus* , etiam ad effectum probationis , præsertim in foro Ecclesiastico , & quando contrarietas non est manifesta , sed dicta testium sunt ambigua , ut magistraliter docet concilians DD. inter se pugnantes Petra *de fideicom. quæstione 12. num. 1080. usque ad 1088. & nu. 1062. & 1094.* ubi de communi , & 1085. *in fi. & seqq.* & per Farin. *de testib. qu. 65. nu. 79. & seq.*

Quę omnia hucusque dicta sine ulla hæsitatione procedunt in casu nostro , in quo dictorum testium depositio maximè redditur verisimilis , eo quia idem D. Asdrubal antequam ægrotasset , quandam confecit scripturam , in qua nitebatur probare se jure potuisse dictum legatum D. Com. Hieronymo adimere , ac Ecclesiæ Sancti Prosperi dare , unde succe-
dit indubitatum axioma ; † testibus verisimilia deponenti- 55
bus credi , etiam si alias essent inhabiles , & minus idonei , ut post Angel. Aymonn. Novell. & alios tenet pulchrè Surdus *consilio 490. num. 46.* ubi ampliat etiam quod inhabilitas proveniat ratione proprii commodi , id quod dixit etiam in *decisione 55. sub num. 3.* ubi concordantes refert , *& decisione 107. num. septimo* Farin. *de testibus quæst. 65. num. 141.* Rota *diversi. decis. 73. num. 3. par. 1.*

Et ex his pronunciavi ad favorem Ecclesiæ Sancti Prosperi & mea sententia in gradu appellationis confirmata fuit à bon. mem. Cardinali Ubaldino tunc Bononiæ Legato.

ARGUMENTUM.

Affictus inexacti ratione fructuum naturalium , vel civilium debiti , an cedant commodo hæredum , vel successoris in beneficio , vel Cameræ Apostolicæ.

Beneficiarius an sit Dominus, vel usufructuarius, vel dumtaxat usuarius fructuum beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Fructus beneficiorum inexacti ad quem spectent variæ scribentium sententiæ.*
2 *Fructus exacti ad hæredes transeunt.*
3 *Fructus pendentes ad successorem an beneficio spectant.*
4 *Fructus pendentes ad successorem spectant.*
5 *Beneficiarius an faciat suos fructus , quos in proprios usus non convertit , & nu. seq.*
6 *Beneficiarius an disponere valeat de fructibus beneficii sicut de patrimonialibus , & nu. seqq.*
7 *Beneficiarius habent administrationem an transmittat fructus inexactos.*
8 *Beneficium quando habere dicatur administrationem.*
9 *Beneficiarius in vita æquiparatur usufructuario , in morte usuario.*
10 *Usurarius quosnam fructus ad hæredes transmittat.*
Beneficiarius an fructus inexactos ad hæredes transmittat.
11 *Fructus inexacti ex* Constitutione Iulii tertii *ad successorem spectant.*
12 *Fructus inexacti , ubi collectores deputantur ad Cameram spectant , & nu. seq.*

13 Surd.conſ.333.nu.14.& ſeq. *reiicitur*.
14 *Camera capit fructus inexactos, & excludit ſucceſſorem, ac hæredem*.
15 *Spolia Eccleſiaſtica quid ſint*.
16 *Affictus ſpectant ad quem fructus percepti ſpectarent, etiam ſi dies ſolutionis non aduenerit, & nu.* 18.
17 *Solutionis dies in affictibus apponitur ad conductoris commodum*.
18 *Affictus ſubrogantur loco fructuum, idemque de illis iudicatur de iſtis*.
19 *Fructus beneficii vacantis an ſint obnoxii pro alimentis ſucceſſoris*.
Borgn.dec.37.n.8.p.2.& dec.8.nu.76.& ſeqq. & dec.27. n.17.& 18.p.3.*reiicitur*.
20 *Ceſſionarius utitur iure cedentis*.
21 *Ceſſionarius ſuccedit in iuribus cedentis*.
22 *Ceſſionarius cenſetur eadem cum cedente perſona*.
23 *Ceſſionarius conſequitur omnia cedentis iura*.
24 *Fructus ciuiles inexacti quomodo, & pro qua rata inter hæredes, & cameram dividantur*.
25 *Reſponſiones debitæ pro re non producente naturaliter fructum dicuntur fructus ciuiles*.
26 *Fructus ciuiles quotidie currunt, & debentur, & ſunt pro rata temporis dividendi, & n.*28.
27 *Reſignans ius & poſſeſſionem à ſe abdicat*.
28 *Fructus ciuiles in quo differant à naturalibus reſpectu hæredum beneficiarii*.
29 Doctores *plurimi in materia fructuum inexactorum ad concordiam rediguntur*.
30 *Facultates teſtandi non comprehendunt fructus inexactos*.

DECISIO LXXXII.

LOcauerat D. Petrus Antonius Caſſolius collegiatæ Eccleſiæ S. Proſperi Regiem Canonicus prædia ad ſuam ſpectantia præbendam ſub certo annuo affictu in duabus vicibus ſolvendo ; videlicet in die feſto Divi Petri , ac in Servatoris noſtri Natalitiis . Eo poſtmodum de mente Septembris hujus anni 1623. è vivis ſublato , orta eſt lis inter D. Paulum ejus hæredem ac D. Cæſarem in canonicatu ſucceſſorem tam ſuper priori paga ante obitum maturata , ſed nondum exacta , quam ſuper altera in fine anni maturanda , nec non ſuper quibuſdam pecuniis quæ ratione affictus , & ut vulgo dicunt *per honoranza del cortile* , colonus in die feſto S. Martini , & ſic poſt Caſſoli obitum ſoluere tenebatur quare me alioqui judicem cauſæ competentem , in arbitrium elegerunt. † Ego autem omiſſis variis Doctorum ſententiis , quæ in materia fructuum inexactorum fuerunt octo , & ad tres principales rediguntur ut latè per Mar. Ant. Marſi. *in tract. de Reddit. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 21. & 26.& latiſſimè Sarmient. etiam *de Reddit. Eccleſ. par.* 2. *per totam* Conſiderabam tria Iura , nempè jus commune , Conſtitutionem ſeptimam fel. rec. Iulii III. & demum ejuſdem Pontificis ſecundam declarationem . De jure quidem omnium quemadmodum indubitatum eſt fructus recollectos , ac in horreis reconditos ad hæredes tranſire gloſ. & DD. *in cap. ſi appell.* ubi Gemin. *num.* 9. teſtatur de com. *de reſcript. in* 6. DD. *in cap. fin. de pecul. cleric.* Covar. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 15. *ſub num.* 2. Navar.latiſſime *de Reddit. Eccleſiaſt. qu.*2. *monit.*13. *num.* 3. Card. *conſ.* 110. *num.*1. Gemin. *conſ.*17. *col. fi.* Barb. *conſ.*20. *nu.*3. *vol.*3. Tiraq.cum per eum congeſtis *de retrac. Convent.* §. 5. *gl.* 4. *in princ.* Bero. *conſ.*138. *num.* 9. *lib.* 1. Guttier *lib.* 1. *Canonic. q.cap.* 33. *num.* 1. & 4. Rot. *in deciſ.* 761. *num.* 4. & *ſeq. par.* 1. *diverſ.* Rot. *in Mediol. fructuum* 9. *Maii* 1592. *cor.Orano impreſſa apud Marchеſ.de commiſſ. par.* 1. *fol.* 458. & in terminis canonicatus Ferret.atteſtans de com. *in conſil.* 256. *num.*7.

3 Sic † pariter clarum eſt non modò ſpectare ad ſucceſſorem in beneficio fructus pendentes ac nondum à ſolo ſeparatos , ut per *gl. in cap. præſenti* cum ibi notaſſe *de off. ordin. in* 6. Card.& alios *in c.fi.de pecul.cler.* Calder. *conſ.*2. *eod.tit.* Rota *in d. Mediolan.* † Verum etiam , & fructus , ſeu affictus inexactos per text. *in c.relatum il* 2. *de teſt. c.quia ſæpe de elect. in* 6. *c. præſenti de off.ordin. in* 6. in quibus juribus habetur bona beneficiariorum decedentium inventa , ſive vacationis tempore obuenientia , Eccleſiæ vel ſucceſſoribus eſſe reſervanda , & hanc ſententiam firmavit *gl. in c.ſi propter tua debita in verb.ex ſpeciali gratia de reſcript. in* 6. Calderin. in ſuo celebri *conſ.*2. *de pecul.cleric.* & Redoan. *de ſpoliis Eccleſiaſt. q.*3. §. *verum quia nu.*7. Clar.cum per eum congeſtis *in* §. *teſtamentum q.*27. *num.*8. *ante finem* Gambar. *de Auctor. iud. deleg. lib.*6. *qu.*24. *nu.*577.

Sed & rationibus etiam fulcitur , & ſignanter quia quamvis priſcis temporibus ſatis fuerit controverſum nunquid beneficiatus ſit dominus , vel potius uſufructuarius , vel duntaxat uſuarius fructuum bonorum Eccleſiaſticorum , † & complures opinati fuerint illum habere duntaxat uſum , ita vt non faciat fructus ſuos , niſi pro ea parte , pro qua in proprios uſus convertit , adeo ut contrarium aſſerere putaverit hæreticum in terminis noſtris Archid. *in cap. ſtatutum* §. *aſſeſſorem de reſcript. in* 6. ſequitur Iaſ. *in conſ.*75. *numer.*7. ubi hanc opinionem crebriorem affirmat ; & eſt tex. *in capitul. Epiſc.* 12. *quæſt.* 1. ubi dicitur canonicum non habere bona canonicatus uti ſua , ſed ad diſpenſandum duntaxat , quem ad hoc affert Covar. *in cap. cum in off. num.* 5. *de teſtam.* ubi de communi teſtatur , Navar. *de Reddit. Eccleſ. qu.*3. *monit.* 4. *num.* 2. & *de ſpoliis Cleric.* §. 6. *num.* 5. Garzi. cum relatis *de benef.p.*2.*c.*1.*n.*8. Lel.Zanch. *de priv. Eccl.priv.*119. *n.*13. qui quidem plurimis id comprobant ; quibus addo Barbatiam *in conſ.* 33. *nu.* 1. *vol.*1. ubi exclamat ita tenendum eſſe quicquid licentiori libertate dixerint quidam circa facultatem tranſmittendi patrimonium Chriſti ad hæredes plerumque laicos , quam quidem inquit eſſe pro animabus valde periculoſam ſententiam , & uti falſam clericorum laicorumque conſcientias illaqueare .

Nonnulli † vice verſa reprobato Archid. affirmaverint ex crebriori uſuque recepta ſententia beneficiarium non modo uſufructuario , ſed & vero domino tam in vita , quam in morte æquiparari , ita ut de fructibus beneficii non ſecus ac de patrimonialibus diſponere valeat , ut latè explicat , juribuſque rationibus argumentis ac auctoritate *Sac. Concil. Trident.* defendit Marc. Anton. Marſil. *in tract. de redd. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 15. qui etiam *eadem par.* 1. *cap.* 35. recenſet quinquaginta quinque *Canoniſt.* ac ſexdecim Theologos hanc ſententiam ſectantes , & *Archidiaconum* confutantes, quod etiam pluribus congeſtis , comprobat Sarmient. *de reddit. Eccl. par.* 2. *cap.* 1. & 2. ubi in ſpecie refert D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 185. *art.*7. & *in Quodlibeto* 6. *art.*12. *quæſt.*8. dicentem ex natura rei poſſe beneficiarium de fructibus ſui beneficii vel portionis ſibi aſſignatæ eodem modo , quo de patrimonialibus diſponere , & ut latius per eum , cum quo ſenſit etiam Benzon. *de fuga in bell. peſt. & fam. lib.* 2. *qu.* 2. *art.* 3. & hanc eſſe communem tenendam , ac à conſuetudine approbatam opinionem dicit poſt alios , quos refert *Clar. in* §. *teſtamentum quæſ.* 27. *ver.* 4. *videndum* , ſubdens ſe ita ſervari vidiſſe ſequitur Molin. *de Primog. lib.*2. *c.*10. *num.* 31. ubi inquit hanc eſſe communem , & quo ad forum exterius rem eſſe certam , Clericum tamen ſolum Deum habere vindicem , ſi beneficii fructus malè diſpenſet juxta doctrinam *D. Th.*

Et † plurimi rurſus diſtinxerint inter beneficium habens adminiſtrationem , & illud , quod eam non habet , ut eſt Canonicatus ut per Redoan. *de ſpol. Eccleſ. q.* 1. *nu.*15. & *ſeq.* cum aliis pleno calamo congeſtis per Surd. *conſ.*333. *nu.*1. *volum.* 3. quam diſtinctionem conſuetudine receptam inter cæteros Lud. *dec. Peruſ.*33. *n.*15. affirmare non dubitavit , quam etiam non improbare viſa eſt Rot. *in Romana ſeu nullius pecuniaria* 4. & 19. *Novemb.*1593. *cor.Card.Blanchet. impreſſa* per Marchеſ. *de commiſſ.p.*1. *fol. mihi* 424. ubi adminiſtrationem † habere dicit beneficium, cui certa dos aſſignata fuit Gemin. *in c. præſenti n.*14. *de offic.ordin.* & ibi Franch. *n.*5.

Nihilominus † receptior ac à Rota ſæpius canonizata opinio eſt ut beneficiarius ſive habeat , ſive non habeat adminiſtrationem , in vita æquiparentur uſufructuario , in morte uſuario gloſ. *in cap. fi. de offic.ordin. in* 6. & ibi tradunt Card. & Barb. Covarr. cum per eum congeſtis *in c. cum in off. nu.*6. *de Teſtamen.* latè Valaſc. *de ſucceſſ. creat. lib.*3. §. 22. *num.*39. Surd. plurimos congerens *conſ.*333. *num.*9. & *ſeq. lib.*3. Borg. *dec.*44. *num.*3. *p.*1. Puteus *dec.*317. *l.*2. *ſecundum antiq. impreſſ.* Rot. *dec.*41. *de prob. in antiq.* & penes Card Seraph. *deciſ.* 594. *nu.*7. ubi quod in hoc conſentiunt omnes & in *deciſ.* 761. & 809. *p.*1 *diverſ.* & *in d. Romana ſeu nullius pecuniaria* 4. *Iun.* & 19. *Novemb.*1593 *coram Card. Blanchetto* & *dec.*240. *nu.*6. *p.* 1. *rec.* & *penes* Card. Cavaler. *dec.*104. *nu.*7. & alias paſſim. Et in terminis Canonicatus Calderin. *in ſæpe cit. conſ.*2. *de pecul. cler. Sum. Angel. in ver. Clericus* 13. *num.*1. Nau. *de reddit. Ecc. q.*3. *monit.*2. *num.*2. & *de Spoliis Cler.* §. 6. *num.*4. *in* 3. *notabili*, ubi hanc ſententiam cum de jure communi, tum de conſuetudine procedere affirmat . Beneficiarius itaque poteſt quidem

ejus

ejus vita durante de fructibus beneficii etiam actualiter non
10 perceptis ad instar usufructuarii ad libitum disponere , † at eo decedente , servandæ sunt leges de usuario loquentes ; quæ prohibent ipsum locationum mercedes alioſve fructus inexactos ad hæredes transmittere *l. plenum* §. 1. *& §. operas de Vſu. & habit.* sed illos duntaxat quos cum effectu percepit , & inter cætera sua bona immiscuit , sive in horreo recondidit , ita in puncto tenuit originaliter glos. *in cap. præsenti in verb. reservari* ubi Gemin. *nu.* 21. *de offic. ordin.* Card. *in cap. fi. de pecul. cler.* Redoan. *de spoliis Eccles.* §. 9. *nu.* 52. Maresc. *var. res. cap.* 2. *nu.* 9. *& seq. par.* 2. Surd. *cons.* 333. *nu.* 7. Borgn. *dec.* 44. *num.* 1. *& seq. p.* 1. Car. Seraph. *dec.* 594. *num.* 8. Rot. *in d. Rom. seu nullius pecun. coram Blanchet. impressa* à Marches. *p.* 1. *fol.* 424. & ita sequendo magistrale *cons. Calder.* 2. *de pecul. cler.* firmavit etiam in *dec. Cocc.* 476. *per tot. & in Parmensi fructuum* 13. *Maii* 1602. *coram Pen.* & post hæc scripta *in Novarien. fructuum* 27. *Novembris* 1626. *coram D. Pirovano.*

11 Secundum † jus erat *Constitutio* 7. *Iulii III. in Bullario nov. tom.* 1. *fol.* 697. qua priscis decretalibus inhærendo ad dirimendas lites , quæ inter hæredes ac in beneficiis successores oriri solebant , expresè cautum fuit fructus & affictus inexactos spectare ad successorem in beneficio , etiam si defunctus omnem adhibuerit diligentiam illos consequendi: quam constitutionem determinare controversiam , & in toto Christiano orbe jus facere , adeout non sit ulterius insistendum dicunt Lud. *dec. Perus.* 33. *num.* 4. Nau. *de spol. Cler.* §. 6. *num.* 7. Borgn. *dec.* 44. *num.* 3. *p.* 5. Surd. *cons.* 333. *num.* 12. *lib.* 3. Leon. *in Thes. fori Eccl. p.* 3. *c.* 3. *num.* 43. *&* 44. Thes. *dec.* 143. Card. Seraph. *dec.* 564. *num.* 58. *& dec.* 683. *num.* 4. *p.* 1. Rot. *in dicta Rom. seu nullius pecun. coram Blanchetto* , & propterea in his terminis *Signaturam* instantiam hæredum noluisse in quadam causa rescribere , nisi cum clausula *parito iudicato* , testatur Marches. *de commiss. p.* 1. *tit. de comm. appell. ab exec. breu. num.* 123. *fol. mihi* 419.

12 Tertium † jus erat ejusdem Pontificis secunda declaratio, de qua in *Bull. eod. to.* 1. *fol.* 698. qua dicta *Constitutio* restringitur ad loca duntaxat in quibus non sunt , nec deputari solent Collectores spoliorum Ecclesiasticorum , & in quibus jus commune servandum fuerat ; ita ut non se extendat ad loca in quibus collectores deputari vel esse consuevere ; qua declaratoria attenta , hujusmodi fructus inexacti in dd. locis, neque ad hæredes, neque ad successores ; sed ad Cameram Apostolicam spectare determinat Redoan. *de spoliis Ecc. qu.* 5. *per tot.* ubi plenissimè ad omnia contraria respondet & firmavit etiam Rot. *in Roman. seu nullius fructuum* 20. *Iulii* 1594. *cor. Penia, & in Barchinonen. fructuum* 8. *Febr.* 1608. *coram D. Coccin. Decano.*

13 Neque † obstat auctoritas Surd. *in d. cons.* 333. *sub nu.* 14. *vers. non obst. composito , & infra* , ubi contendit Cameram Apostolicam in dd. fructibus inexactis nullum jus habere : quia ille scripsit juxta terminos *d. Constit.* 7. *Iulii III.* ut ibi videre est, nulla facta mentione præfatæ secundæ declarationis, per quam *Constitutionem Pii IV.* aliasque summorum Pontificum Constitutiones hodie Camera Apostolica quo ad hujusmodi fructus inexactos subrogata, & suffecta est in locum Ecclesiæ ac successorum, ut latè per Redoan. *d. q.* 5. *nu.* 5. *& seq.* & Nav. *de spol. Cleric* §. 6. *num.* 6. *&* 7. *&* §. 7. *in fi.* Hond. *cons.* 85. *nu.* 38. *vol.* 2.

14 Adeout † Camera & successor habeant se uti contraria & incompatibilia ; ut benè deducit Redoan. *d. quæst.* 5. *num.* 6. *& quæst.* 6. *num.* 16. *& seq.* & Jus Cameræ stet exclusivum ad Ecclesiam & ad hæredes ut per Card. Seraph. *dec.* 594. *sub num.* 20. *& in Mediolanen. fructuum* 9. *Martii* 1592. *coram Oran. impressa* apud Marches. *de comm. p.* 1. *fol.* 458. & supponitur pro certo *in decis.* 761. *num.* 5. *p.* 1. *divers.* Et quod ex notoria consuetudine Camera hujusmodi fructus inexactos tamquam spolia capiat testatur Card. Seraph. *dict. decis.* 594. *num.* 14. *&* 16. & ita se vidisse servari dicit Zerull. *in sua Prax. par.* 1. *verb. Beneficium qu.* 6. Quarant. *in Summ. Bull. in verb. spolia initio Bellet. disqui. Cleric. tit. de bon. Cler.* §. 15. *num.* 12. Marta *voto* 180. *nu.* 3. *&* 214. *num.* 15. qui tamen allucinatur dum sentit d. declaratoriam non Cameræ sed hæredum favore fuisse factam.

15 Quod † quidem comprobatur etiam ex spoliorum Ecclesiasticorum diffinitione , sunt enim bona quæcunque à quibusuis personis Ecclesiasticis , etiam Regularibus intuitu Ecclesiæ acquisita, juraque & actiones , ac fructus inexacti tempore obitus eorundem relicta , à Romanis Pontificibus Cameræ Apostolicæ reservata , ut tradit , & latissimè comprobat Redoan. *de Spol. Eccl. quæst.* 1. *num.* 7. *cum seqq.* Vel sunt bona ab Ecclesiastica persona immediatè quæsita , vel mediatè ex bonis Ecclesiasticis , vel redditus eorum debiti , quæ non fuerunt ante mortem ejus justè impensa , nec facta jura patrimonialia , nec quæsita aliis irrevocabiliter , vel quę sunt ex illicita ejus negociatione comparata , ut latè per Navar. *de spol. Cleric.* §. 1. *nu.* 5.

Et hæc quidem non modò procedunt quoad priorem ejusdem anni pagam ante obitum Canonici Cassolii maturatum , verum & quoad posteriorem in fine anni maturandam ; † cum enim ille decesserit de mense Septembris, quo 16
tempore jam segetes erant ex persona conductoris perceptæ , non est attendendum an solutionis dies advenerit , nec ne *l. mercedes ff. de petit. hæred. leg. divisio* §. *item si messes ff. solut. matr.* Bar. *in l. fin. ff. de Iure fisci & cons.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Ferret. *cons.* 118. *col. fi. & cons.* 151. *in fi. num.* 5. Gigas *de pension. qu.* 57. Cou-qui communem dicit *lib.* 1. *var. res. cap.* 12. Mandosius in add. ad Rom. *cons.* 10. *ver. veritas* qui etiam de communi Gama. *decis.* 128. *num.* 2. † Et ratio est quia dies solutionis appo- 17
nitur & consideratur duntaxat ad conductoris commodum ut per Ferret. loc. cit. & per Hieron. Mainat. *in consultatione de spoliis , seu de fructibus beneficii inexactis nu.* 44. *inter tr. divers. de spoliis.*

Cum † igitur major pars d. pagæ debeatur pro fructibus 18
à conductore recollectis , idem judicatur de ea rata , ac de fructibus reconditis , quorum in locum fuit subrogata , ac proinde non attenditur an solutionis dies advenerit *l. defuncta in prin. ff. de Vsufr.* Ray. Cin. Bald. & Salyc. *in l. fructus num.* 3. *ver. & probat rationem C. de act. empt.* Anch. *consil.* 193. *num.* 1. Alex. *cons.* 28. *num.* 1. *lib.* 1. Natt. *consil.* 14. *num.* 1. Tiraqu. *de Retract. convent.* §. 5. *gl.* 4. *num.* 8. Socc. sen. *cons.* 42. *num.* 6. *lib.* 3. Fabian. de Mont. *de empt. & vend. q.* 6. *nu.* 23. Ferret. *cons.* 151. *nu.* 5. *lib.* 5. Bero. *cons.* 139. *nu.* 5. *& 6. lib.* 1. Cou. *lib.* 1. *Variar. res. c.* 15. *num.* 3. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 11. *num.* 17. Card. Mantic. *de Coniectur. Vltim. volunt. l.* 7. *c.* 10. *n.* 26. Hond. *cons.* 83. *n.* 13. *&* 23. *lib.* 2. Rot. *dec.* 240. *n.* 5. *p.* 1. *in rec.* Card. Cavaler. *dec.* 104. *n.* 6.

Nec † obstat quod fructus beneficii vacantis obnoxii sunt 19
pro alimentis successoris usque ad novam fructuum recollectionem , ut per Borgn. *in decis.* 37. *num.* 89. *par.* 2. *& dec.* 8. *num.* 76. *& seqq. & decis.* 27. *num.* 16. *&* 18. *par.* 3, quia *scribentes* ab eo citati loquuntur secundum jus commune , & nonnulli etiam de fructibus pendentibus , & sic non applicantur.

Et ex his putabam neque D. Cæsari in canonicatu successori , neque D. Paulo hæredi , sed Cameræ Apostolicæ præfatos affictus inexactos deberi . Verum quia subcollector spoliorum assistebat D. Paulo hæredi , vigore compositionis cum Camera Apostolica facta , quam comprehendere etiam omne jus quod super dd. affictibus camera habuisset fatebatur ; ideo ad D. Paulum dd. affictus spectare pronunciavi .
† Cessionarius enim utitus jure cedentis Specul. *in tit. de test.* 20
§. 1. *ver. sed posse* Imola *cons.* 172. *n.* 32.

Et † in ipsius juribus succedit *l. emptor* ubi Bald. *C. de hæred. vel act. vend.* Et † censetur una eademque cum illo perso- 21 22
na *l. si donatæ* 37. §. 1. *& ibi gl. in verb. de evictione ff. de donat. inter Vir. & Vxor.* Crot. *cons.* 73. *nu.* 10. Bertaz. *cons. ciu.* 42. *n.* 9. Surd. *cons.* 532. *nu.* 6. † Et consequitur omnia jura , quæ cedens 23
habebat *l. si ager in fin.* ubi Rainer. & Bart. *ff. de rei vend.* Becc. *cons.* 115. *nu.* 17.

Quo † verò ad pecunias solvendas , ut aiunt , *per honoranza del cortile* censui pro rata temporis inter hæredem ex persona Cameræ , ac successorem esse dividendas incipiendo annum à die Sancti Martini præteriti , quo responsio deberi cæpit , & quo prædiorum locationes in agro Regiensi incipiunt , ad glos. *in cap. quam sit in verb. mensem de elect. in* 6. Bal. *in l.* 3. *ff. solut. matr* Herculan. *in l. si ante nuptias num.* 2. *eod. tit.* Aiora *de Partition. p.* 1. *c.* 9. *num.* 6. Mognoz. *de Ratiociniis comput.* 21. *num.* 6. *&* 7. Adeovt pro spatio decem mensium jam ante obitum Petri Antonii transactorum , debeantur ejus hæredi, pro reliquis duobus in canonicatum successori . Sicut enim affictus pro re fructifera , & sic pro naturalibus vel industrialibus fructibus debiti , regulantur juxta naturam eorundem fructuum qui certa anni parte percipiuntur , & ideo , ut supra dicebam , tempus perceptionis attenditur ; sic vice versa hujusmodi † responsiones pro 25
re non producente naturaliter fructus debitæ , quæ dicuntur fructus civiles ut per Bart. *in leg. ex diverso num.* 1. *ff. de rei vend.* per tex. *in l. si navis ff. eod. tit.* & per Rotam *decis.* 278. *num.* 2. *par.* 2. *in rec.* Natt. *cons.* 141. *num.* 2. *volum.* 1. Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 577. † quotidie currunt , 26

& quo-

& quotidie incipiunt deberi , ac propterea pro rata temporis sunt dividendæ , etiam si dies solutionis non advenerit Salyc. *in l. Iulianus* §. *si fructus numer.* 8. *&* 10. *ff. de empt. & vend. & in d. l. fructus num.* 3. *ver. secundo casu* Bar. *in l. fin.* §. *fin. de Iure fisci* Fab. de Monte *in tract. de empt. & vend. quæst.* 6. *num.* 23. Natt. *consil.* 141. *per totum lib.* 1. Vinc. de Franch. *decis.* 79. Surd. *cons.* 333. *num.* 3. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *cons.* 191. *num.* 2. *vol.* 2. Honded. *cons.* 84. *num.* 17. *& seqq. vol.* 2. quam distinctionem latissimè , pluribusque adductis rationibus exornat Petrus Barbosa *in l. diuortio par.* 2. *num.* 22. *cum plur. seq. ff. solut. matrim.*

27 Et † quamvis secus sit in resignante , qui per actum positivum omne jus , & possessionem & consequenter jus petendi annuas præstationes à se abdicare censetur Innocentius *in cap. super hoc de renunciat.* Rota *decis.* 1. *eod. tit. in novis* Cassad. *decis.* 4. *num.* 3. *de rest. spol.* Achil. *dec.* 10. *eod. tit.* Card. Cavaler. in facti contingentia videntia *decis.* 104. *num.* 2. *cum*

28 *seqq.* non tamen id casui nostro applicatur ; † extinguitur enim quo ad defunctum actio ; at cum pro ipsius parte non intervenerit actus positivus , facienda est pro rata temporis divisio , & cum hac distinctione transeunt Puteus *decis.* 4. *lib.* 3. Hier. Gab. *cons.* 191. *num.* 3. *vol.* 2. Honded. *d. cons.* 85. *num.* 5. *lib.* 2. Bellet. *disq. Cleric. tit. de bonis Clericorum* §. 16. *num.* 5. egregiè Rota *in decis.* 250. *per totam par.* 1. *& dec.* 278. *par.* 2. *in recentior. & in Seguntina beneficiorum prima Iunii*

29 1592. *coram Orano.* † Et in his terminis salvari possunt Doctores indistinctè dicentes fructus esse pro rata temporis inter hæredem & successorem dividendos , quorum longam seriem refert Paris. *de Confiden. quæst.* 35. *num.* 49. Genuen. *in Prax. Archiep. cap.* 162. *nu.* 2. & Mignoz. *de Ratiocin. comput.* 20. *num.* 29.

30 Quinquennio † post hæc scripta , & sic anno 1628. superuenit *Constitutio Sanctissimi D. N. Vrbani Octavi* quę est octuagesima in ordine *in* 4. *tom. Bullar. fol.* 394. qua cavetur facultates testandi etiam titulo oneroso concessas , & concedendas non extendi ad fructus , & emolumenta quęcunque inexacta : etiam si debeantur ratione fructuum recollectorum , & in horreo reconditorum , ac etiam consumptorum ; sed ea ad Cameram Apostolicam , ac ad successores respectivè omnino spectare , & pertinere.

ARGUMENTUM.

Minor qui dat de nullitate suæ obligationis ex defectu insinuationis an , & quando probare debeat contractum non fuisse insinuatum , & an & de quo tempore juramenti relaxationem petere debeat . Nullitatis exceptio an & quando retardet executionem Cameralis obligationis.

SUMMARIUM.

1 *Constitutiones Ægidianæ in toto Statu Ecclesiastico servantur.*

2 *Insinuatio à* Constitutione Marchiæ *requisita intervenire debet in quolibet contractu , in quo minor lædi potest , & an comprehendat causam dotis* n. 6.

3 *Statutis particularibus loci , & Provincia concurrentibus , quodnam sit servandum.*

4 *Statutum requirens certas solemnitates , si compatitur cum iure communi , servandum est utrumque , alias secus* , & nu. seq.

5 Brun. Arimin. cons. 161. n. 21. *reiicitur.*

6 *Nullitatis exceptio an , & quando retardet executionem obligationis in causam dotis facta.*
Minor an , & quando in causam dotis sororis suæ obligari possit.

7 *Doli præsumptio à statuto inducta in contractibus à minoribus sine certa solemnitate factis , dicitur iuris , & de iure , non admittens probationem nec confessionem in contrarium.*

8 *Absolutio an sit necessaria à iuramento interposito in contractu per dolum inito* , & numer. 28. & 31.

9 *Absolutio à iuramento an sit necessaria stante enormissima læsione* , & n. 29.

10 *Absolutio à iuramento an sit necessaria stante simulatione contractus* , & n. 30.

11 *Exceptionem quam pars opponere nequit an , & quando iudex ex officio opponat* , & n. 32.

12 *Ex contractu nullo , nulla oritur ciuilis vel naturalis obligatio.*
Obligatio est mater actionis.

13 *Mulier an & quando agat ad dotem suo viro promissam* , & n. 33.

14 *Insinuatione à statuto requisita carens contractus , non est perfectui , nec exequibilis.*

15 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

16 *Instrumentum habet executionem paratam virtute iuramenti , & obligationis Camer.*

17 *Executionem paratam habere quid importet.*

18 *Nullitatis exceptio quando retardet executionem Cameralis obligationis.*

19 *Nullitas siue exceptio ex ventre instrumenti oriens reddit obligationem nullam.*

20 *Exceptio ex ventre instrumenti oriens est æquè priuilegiata ac actio.*

21 *Exceptio ex eodem fonte scaturiens nunquam sublata censetur.*

22 *Exceptio evidens , & notoria vel constans ex actis nunquam sublata censetur.*

23 *Nullitas ex eodem instrumento non apparens , vel quæ in continenti ostendi non potest dicitur requirere altiorem indaginem.*

24 *Insinuatio seorsum ab instrumento , & manu alterius notarii fieri solet.*

25 *Excipiens de insinuationis defectu an , & quando probare debeat illius non existentiam.*

26 *Nullitatis exceptio vel restitutio in integrum non impedit executionem , quando illa prius petita fuit.*

27 *Periurus actor à limine iudicii repellitur.*

28 *Absolutio à iuramento petenda est ubi agitur de dolo præsumpto.*

29 *Læsione enormissima non detecta , sed præsumpta , necessaria est absolutio iuramenti.*

30 *Periurus efficitur opponens de simulatione , de qua non constat , non petita absolutione à iuramento.*

31 *Absolutio à iuramento an , & quando stante dolo vero requiratur.*

32 *Iudex ex officio an , & quando apponat exceptionem , quam pars opponere nequit.*

33 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem ad favorem omnium , quorum interest.*

34 *Absolutio à iuramento aperit os , sed non retardat executionem Cameralis obligationis.*

35 *Iuramento per absolutionem sublato , an , & quando ex contractu ab ipso iuramento firmato agi possit , re missiue.*

36 *Absolutiones an , & quando tot requirantur quot in instrumento sunt iuramenta.*

37 *Absolutio per relationem ad instrumentum an , & quando sufficiat.*

38 *Periurus an efficiatur non soluens tempore conuento.*

39 *Periurium per solam libelli oblationem incurritur.*

40 *Absolutio à iuramento præcedere debet libelli oblationem.*

41 *Absolutio obtenta non facta mentione incursi periurii est nulla.*

42 *Absolutio petenda esset ante lapsum termini solutioni adiecti.*

43 *Absolutio non potest ab Episcopo concedi ei qui incidit in periurium.*

44 Campanil. in diversor. jur. can. rub. 11. cap. 10. num. 20. *reiicitur.*

45 *Absolutio à periurio à Papa impetranda* , & quidem in signatura Gratiæ n. seq.

46 Genuens. in prax. c. 4. n. 3. *reiicitur.*

DECISIO LXXXIII.

D. Cassandra Vantia de Guidoniis vidua tam proprio quam filiorum nomine convenit coram me tunc Vicario Ariminensi D. Pompeium fratrem pro residuo dotis , illiusque interusuriis ad rationem octo pro centenario juxta formam duorum instrumentorum Camerali obligatione vallatorum ; & mandatum pro sorte simpliciter pro interusuriis autem cum quadam moderatione , & in sequenti decisione , exprimenda obtinuit.

Cum autem pro mandati executione instaret , idem Pompeius nullitatis judicium , adversus præfata instrumenta proposuit sub prætextu quod ab eo in minori ætate absque insi-

nuatione ab Ægidiana Conſtitutione requiſita confecta fuerint. Quamobrem dubitari contigit an propterea executio eſſet retardanda.

Et quidem pars affirmativa, ſuadebatur ex eo quod ex fide Baptiſmatis conſtabat Pompeium, tempore ſuæ obligationis fuiſſe minorem, nec tamen inſtrumentum apparebat inſinuatum, ad præſcriptum *Conſtitutionis Marchiæ lib.* 5. 1 *cap.* 25. ac proinde nullius roboris eſſe videbatur cum † eadem *Conſtitutio* in univerſa ditione Eccleſiaſtica ſit ſervanda, juxta extenſionem factam per *Conſtitutiones Sixti IV. & Pauli Tertii*, *Summorum Pontificum*, *ut in Bullario* per Cherubin. compilato *par.* 1. *fol.* 100. & 301. & obſervat Cardin. Seraph. *deciſ.* 345. *per totam* Rota *in deciſ.* 57. *numer.* 5. impreſſa à Pico *ad Statutum Vrbis*, & plenius *in Recanatenſi ſucceſſionis dotis in fi.* 21. *Iun.* 1632. *coram D. Pirano*, di- 2 xi in *deciſ.* 47. *num.* 6. † Et in quolibet contractu, in quo minor etiam indirectè lædi poteſt Puteus *deciſ.* 162. *in ſecundo dubio libro primo* Creſcen. *deciſ.* 3. *de Conſtitution. Greg.* *deciſ.* 260. *numer.* 3. alias etiam referens deciſiones Rot. *deciſ.* 8. ex impreſſis per Picum *ad ſtatutum Vrbis*, & *deciſ.* 385. *numer.* 6. *part.* 2. *in recent.* & *in Sancti Severini bonorum* 18. *Maii*, & *prima Iulii* 1611. *coram Cardin. Pamphilio*, & *in Civitatis Caſtelli Pecuniaria* 5. *Maii* 1621. *coram Remboldo*. Non obſtante, quod in Civitate Arimini adſit particulare ſtatutum, circa contractuum ſolemnitates, ac 3 non attenta concluſione quæ habet, † Concurrentibus duobus ſtatutis particulari, ſcilicet loci, & generali Provinciæ, magis eſſe attendendum ſtatutum loci ſpeciale, provt ex textu *leg. fin. C. de teſtament.* tradit Bald. *in conſil.* 201. *in provincia num.* 2. *verſ. & contrarium lib.* 1. & *in l. ius civile* per illum textum *n.* 8. *ff. de Iuſtit. & Iur.* Rom. *conſ.* 61. *in fi.* Soccin. *conſ.* 79. *num.* 24. *lib.* 4. & *conſ.* 7. *nu.* 7. *lib.* 1. Neviz. *conſ.* 58. *n.* 6. Crotus *in l. omnes populi nu.* 22. *ff. de Iuſt. & iur.* Rolan. *in tract. de lucro dotis q.* 86. *nu.* 4. Menoch. *conſ.* 227. *nu.* 76. *lib.* 3. Cæphal. *conſ.* 69. *n.* 7. *lib.* 1. Hieron. Gab. *conſ.* 29. *nu.* 46. *lib.* 2. Card. Seraph. *dec.* 343. *nu.* 2.

Quia Ariminenſe ſtatutum loquitur de ſolemnitatibus in ipſa contractus celebratione adhibendis, unde non comprehendit inſinuationem, quæ confecto jam contractu adhibe- 4 ri ſolet, † ubi enim conſtitutiones ſunt invices compatibiles, altera non eſt alterius abrogatoria, ut admittit Card. Seraph. *d. dec.* 343. *n.* 3. Nec ſtatutum requirens certas ſolemnitates abrogare cenſetur alias de jure communi requiſitas; ſed utraque lex eſt ſervanda, quia tendunt ad idem, nempe ad obviandum fraudibus Paul. de Caſtr. *in conſ.* 106. *incipiendo n.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 43. *lib.* 2. Menoch. *de præſ. lib.* 6. *præſ.* 38. *in fi. & in conſ.* 1077. *nu.* 2. *vol.* 1.

Et in puncto quod ſtatutum Civitatis diſponens ſuper valore inſtrumenti cum certis ſolemnitatibus conficiendi non deroget inſinuationi à *Conſtitutione Marchiæ* requiſitæ tradunt Caballin. *ad d. conſtit. eodem cap.* 25. *gl.* 10. *num.* 40. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 513. *num.* 16. *tom.* 3. Farinac. *conſ.* 42. *num.* 22. *lib.* 1. & ſæpè firmavit Rota ſignanter apud Gregor. *deciſ.* 260. *nu.* 4. ubi loquitur de ſtatuto Caldarolæ, & *deciſ.* 8. *ex impreſſis* à Pico *ad ſtatutum Vrbis*, ubi de ſtatuto Peruſino, de quo rurſus *deciſ.* 385. *num.* 5. & 6. *par.* 2. *recent. & in Aſſiſien. dotis* 22. *Iunii* 1629. & *in eadem* 29. *Aprilis* 1630. *coram R.P.D. Veroſpio*, ubi de ſtatuto Aſſiſii, licet prædictæ deciſiones fuerint renovatæ, ac dicta concluſio melius declarat in *eadem Aſſiſien. repetitionis dotis* 21. *Iunii* 1632. *coram R.P.D. Pirovano*, ut mox dicemus, & in individuo de hoc ſtatuto Ariminenſi eadem Rota *in Ariminen. Legatorum* 16. *Iunii* 1625. *cor. Patriarcha Manzanedo*, quo 5 fit ut † non ſit recipiendus Brunus Ariminenſis, contrarium in terminis firmans *in conſ.* 161. *nu.* 21. Salvari autem poſſet ſententia Bruni, in caſu quo ſtatutum daret certam formam, minoribus in contrahendo, abſque inſinuatione, qua ſervata decerneret contractus validos, & executioni demandandos, prout adeſt ſtatutum Aſſiſii *lib.* 2. *Rub.* 30. hoc enim caſu non provincialis conſtitutio, ſed ſtatutum illud particulare ſervandum eſt, ut per Seraph. *dec.* 343. *per totum*, & *dec.* 57. *n.* 5. *ex impreſſis* à Pico *ad ſtatutum Vrbis*, & plenius *in Recanatenſi ſucceſſionis* 6. *Iunii* 1618. *cor. Buratto*, & *in d. Aſſiſien. repetitionis dotis* 21. *Iunii*.

6 Quod ſi dicatur † Pompeii obligationem eſſe in cauſam dotis ſororis ſuæ, quo caſu nullitatis exceptio non retardat executionem Cameralis obligationis, ut in puncto habetur per Zacc. *ad form. Cam. obl. cap.* 3. *num.* 10. & *per tot. in deciſ.* 48. *ex impreſſis penes eundem* & Card. Caval. *deciſ.* 343. *nu.* 4. Barz. *deciſ.* 776. *nu.* 3. *par.* 2. *rec.* Statim reſponderi poteſt id ſibi locum vendicare poſſe in fratribus patre orbatis, qui ſororis dotem promittentes, dicuntur ſuſcipere obligationem neceſſariam, cum ad illos dotatio ſororis omninò ſpectet; undè ratione hujuſmodi neceſſitatis, obligatio ſuſtinetur, ut clarè dicitur *in d. deciſ.* 48. & prius dixerant Verall. *deciſ.* 199. *par.* 3. & Puteus *deciſ.* 105. *lib.* 1. At quando communis pater eſt in humanis, (provt Joannes pater Pompei, & Caſſandræ erat; unaque cum filio ſe obligaverat tempore confectionis dictorum inſtrumento) jam non ad fratres, ſed ad ipſum ſpectat dotatio; ac proinde quoad fratres, obligatio non eſt neceſſaria, & ſic non potitur hujuſmodi privilegio; quia extra caſum neceſſariæ dotationis, minor abſque ſolemnitatibus nec quidem in cauſam dotis obligari poteſt gloſs. *in leg. promittendo in verb. conditionis ff. de Iure dotium* Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 98. Rota *in deciſ.* 385. *nu.* 7. *par.* 2. *rec.* ubi quod cum hoc in caſu dos de jure non ſit privilegiata, ejus obligatio ſub d. Conſtitutione comprehenditur Lambertengh. *de contract. mul. gl.* 22. *num.* 9. Rot. *in Anconitana dotis* 27. *Novembr.* 1598. *coram Cardin. Lancell. & in Bonon. cenſus* 20. *Februarii* 1620. *coram Cardin. Lugdunenſi.*

Cumque † Conſtitutio procedat ulterius præſumendo do- 7
loſum contractum aliter factum, utique ejuſmodi doli præſumpto oritur ſtatim atque forma à Conſtitutione requiſita non apparet ſervata, eſtque præſumptio juris, & de jure, non admittens probationem in contrarium. Curt. jun. *conſ.* 50. *num.* 5. & *conſ.* 501. Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 3. *lib.* 1. Socc. jun. *conſ.* 69. *n.* 46. *lib.* 1. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 179. Boccac. *ſuper eodem conſt. March. gloſ.* 6. *ſub n.* 117. *ver.* & *quia* nec quidem per propriam confeſſionem, ut latè, & pulchrè Belluga *in ſpecul. Princ. Rub.* 12. §. *quædam n.* 88. & 89. ubi monet id menti tenendum.

Stante autem dolo, neque juramentum in contractibus appoſitum tenet *c. cum contingat de iureiur. c. quamvis pactum de pact. in* 6. Ant. de But. *in conſ.* 45. *nu.* 1. *ver. quanquam* Socc. jun. *conſ.* 3. *num.* 34. *lib.* 2. Crau *conſ.* 142. *num.* 27. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 41. *num.* 3. ſive dolus intervenerit re ipſa, ſive ex propoſitio Dec. *conſ.* 180. *num.* 6. & 7. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 93. & *ſeq. C. de reſcind. vend.* cum aliis pleno calamo congeſtis per Manci. *de Iur. par.* 4. *eff.* 1. *num.* 2. dixi alibi. Et ſic non videtur Pompeius uti periurus à limine judicii repellendus quia † 8
cum dolus reddiderit juramentum nullius efficaciæ; utique non erat neceſſaria abſolutio, ſeu relaxatio ejuſdem juramenti, ſed illa omiſſa, dari poterat de nullitate, ut per *ſcribentes in d. c. cum contingat*, & *in d. c. quamvis pactum* & *in d. authen. Sacramenta puberum* cum aliis quos congerit, & ſequitur Hieron. Gab. *in conſ.* 13. *nu.* 5. & 12. *lib.* 1. & eſt magis comm. opin. de qua teſtatur Socc. iun. *dict. conſ.* 3. *ſub num.* 45. *lib.* 2.

Prout † in ſimili dicimus ſtante enormiſſima læſione, ex 9
qua conſimilis oritur doli præſumptio, non eſſe neceſſariam abſolutionem à juramento, tametſi prudenter agat qui illam ad cautelam imperrat, juxta communem opinionem de qua teſtatur Soccin. jun. loco mox citato & Jaſ. Lud. *deciſ. Lucenſ.* 27. *num.* 19. Roland. *in conſ.* 59. *numer.* 27. *lib.* 1. & *in conſil.* 60. *numero* 68. *lib.* 4. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *numero* 23. Mancin. *de iurament. par.* 6. *quæſt.* 4. † Sic 10
rurſus ſtante contractus ſimulatione, abſolutionem non eſſe neceſſariam firmat Jaſon. *in* §. *fuerat numero* 80. *inſtitution. de action.* & poſt Alciatum; quem refert dicit communem Guttier. *in repetition. l. nemo poteſt num.* 384. *ff. de legation.* 1.

Præterea eſtò Pompeius, uti periurus à limine judicii repellendus eſſet, adhuc tamen Caſſandra videtur verſari in caſu ſuccumbentiæ; Tum quia † ubicumque reus non poteſt 11
exceptionem opponere ob vinculum juramenti, vel ob aliud impedimentum; Judex ex officio illam opponere, & reum abſoluere debet, ut per Bartol. *in l. fi. §. ſed & ſi ſtipulator verſ. ſi enim ff. de eo per quem fact. fuerit* Aretin. *in conſ.* 102. *in fi.* & *in conſ.* 28. *ſub num.* 10. *verſ.* 2. *eſt advertendum*, ubi idem ait ad actoris favorem, ut nempe Iudex teneatur ſupplere, & quod actor opponere nequeat & faciunt Anch. *conſ.* 370. *col.* 6. Bolognin. *conſ.* 28. *col.* 1. *verſ. plus dico* Seraph. *de priuil. iuram. privil. ultim. nu.* 14. aſſerentes in caſu è converſo, quod ubi pars ob aliquod impedimentum non poteſt inſtare ut actor ab agendo uti periurus repellatur, poterit Judex ex officio illum repellere. Tunc etiam quia C ſandra actione carere videtur, eo † quod ex contractu nullo; nulla ori- 12
tur civilis, vel naturalis obligatio, cum lex illi reſiſtat, ut per Bar. *in l. cum lex num.* 4. *ff. de fideiuſſ.* Rota *Auenionenſis*

in

in decis. 78. num. 12. Borgnin. *decis. 31. num. 24. par. 1.* Amat. *decis. Marchiæ 7. num. 17.* ubi quod si oriatur ; fingitur non oriri, quod notatu dignum censuit Bald. *in leg. non dubium num. 20. ver. & ex hoc C. de legib.* & nullam sive civilem, sive naturalem oriri obligationem , tradidere etiam Roman. *in conf. 12. num. 4.* Ias. *in l Gallus num. 17. ver. 3. adde ff. de legibus* Crot. *in l. 1. §. si quis ita numero 3. ff. de Verb. oblig.* Surd. *decision. 268. numero 7. & consil. 115. numero 36. & seq. libro primo* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambigu. convent. lib. 21. titul. primo numero 4.* Gratian. *tom. 4. discept. forens. cap. 631. numero 24.* Guttier. *in tract. de Iuram. confir. part. prim. capitul. 1. numero 40.* Rota *decis. 153. numero 2. & 3. & decis. 177. numero 12. par. prim. in recentior.* Si itaque nulla fuit orta obligatio attenta nullitate ex insinuationis defectu resultante , profectò instrumenta à Cassandra producta , nullam merentur executionem , cum obligatio sit mater actionis *l. licet §. ea obligatio ff. de procur.* Bald. *in l. 1. in prin. ff. de privi.* Surd. *in conf. 150. numero 99. lib. 1.* Grat. *dict. cap. 691. num. 24.* & sic absurdum est nasci filiam ante genitricis ortum.

Quod rursus quoad instrumentum confectum anno 1620. alia ratione suaderi videtur , quia scilicet in eo interfuit duntaxat stipulatio Hieronymi , sibi non autem Cassandræ uxori stipulantis . Unde cum illa neque contraxerit, neque sit contrahentis hæres , utique sine actione agere videbatur, 13 & proinde reiicienda , † Et in puncto quod mulier agere nequeat ad dotem suo viro promissam , nisi actione sibi à viro , vel ejus hæredibus cessa , est text. *in l. Soce. §. Lucius ff. sol. matri. & in l. si pro te C. de dot. promiss.*

Et ubi omnia supradicta cessarent : profecto adhuc agere 14 non valeret ex instrumentis non insinuatis , † cum contractus carens insinuatione à statuto , vel lege requisita non possit executioni demandari , ex quo non est perfectus Bal. *in l. Sancimus num. 2. C. de donat.* Hier. Gabr. *conf. 158. num. 4. & 6. lib. 1.* Rim. jun. *conf. 119. num. 92.* Barz. *decis. Bonon. 94. num. 8.* Rot. *in Assisien. repetitionis dotis 21. Iunii 1622. coram R. P. D. Pirovano.*

Denique omnem scrupulum tollere videbatur instrumentum absolutionis, quam à me Pompeius impetraverat, & sic juramenti obstaculo sublato, Constitutio Marchiæ omninò videbatur attendenda.

Præmissa tametsi primo aspectu aliqualiter urgere viderentur , me tamen à contraria sententia removere non potuerunt , quare ad Cassandræ favorem contra Pompeium fratrem mandatum jam relaxatum exequi ; quia illa fundatam 15 habebat intentionem in duobus publicis instrumentis , † quę faciunt probationem probatam Bar. *in l. admonendi num. .... ff. de iureiu.* Alex *in conf. 37. num. 16. lib. 2.* Grat. *conf. 122. nu. 7. lib. 2.* Mascar. *de prob. concl. 1118. nu. 2.* Rot. *dec. 162. n. 1. p. 4. diu.*

16 † Et habent executionem paratam , tum virtute juramenti in eis appositi ut per Bar. Bald. Alex. & Jas. *in l. 2. ff. de iureiu.* Canar. *in tr. de Instr. exec. q. 270.* Marsil. *in sing. 356.* Io. de Amic. *in conf. 31.* cum aliis , quos refert , & sequitur Seraph. *de priv. Iuram. priv. 77. nu. 2.* tum etiam virtute Cameralis obligationis Paul. de Cast. *in l. post rem iudicatam in fi. ff. de Iudic. & in conf. 360. n. 4. p. 1.* Cæph. *conf. 439. n. 16.* Thes. *dec. Pedem. 26. n. 11.* Card. Seraph. *dec. 736. n. 1.* Rot. *dec. 620. n. 1. p. 1. in rec.*

17 Habere † autem executionem paratam nil aliud est quam nec libello , nec litis contestatione opus esse, sed duntaxat aliquali summario ordine , ut latius per Seraph. *ubi supra numer. 3.*

18 Porrò † nullitatis exceptio ita demum Cameralis obligationis executionem retardat si ea liquida sit , & ex ventre instrumenti resultans , secus si sit illiquida ut benè distinguit Gallesius *ad for. Cam. obl. q. 3. nu. 5.* Cassa. *decis. 10. num. 2. & 3. de referi.* & tradunt Bar. *in l. 1. §. pauci num. 3. ff. quod vi aut clam.* Alex. *conf. 20. nu. 2. & 3. lib. 6.* Sarnen. *in comp. Sign. num. 84.* Fel. *in rub. de except.* Ias. *170. ver. & diceretur lib. 2.* Soccin. *conf. 27. num. 3. ver. secundo , compulsus lib. 4.* Honded. *conf. 17. nu. 5. lib. 2.* Marescott. *lib. 2. variar. resol. cap. 121. num. 33.* Pacif. de Salvian. *interd. inspect. 2. cap. 2. num. 163.* Scacc. *de Appell. lib. 3. cap. 2. q. 19. remed. 11. concl. 5. num. 31.* Achil. *decis. 3.* Rota *coram Cotta ex impres.* à Pacif. *dec. 73. & rursus* à Zacch. *post tract. Cam. oblig. decis. 36. ubi num. 2.* idem dicitur de enormissima læsione , de qua incontinenti doceri non potest ; quod itidem habetur penes Gregor. XV. *decis. 120. num. 17.* & Rot. *decis. 102. n. 9. par. 1. diversi.* & Surd. *in consil. 424. sub n. 4. lib. 3.*

Præcipua verò discriminis ratio inter priorem , & poste- 19 riorem casum ea reddi solet , † quia in priori , nempe ubi nullitas ex ventre instrumenti apparet , reddit obligationem nullam , qua sublata, non potest dici constare de obligatione , quæ veniret exequenda. Rom. *in conf. 42.* Afflict. *decis. 285. numer. 1.* Gallesius & Marescott. *locis citatis* , & Rota *in præfata decis. coram Cotta.* Sed & præter eos alia potest adduci ratio , † quia quando exceptio oritur ex ventre instru- 20 menti , est eodem modo privilegiata , quo actio ex eo proveniens Bar. *in l. ex prædiis in princ. ff. de evict. & in l. placito col. fin. ver. ult. C. de rer. permut.* Barz. *in tr. de execut. instrum. q. 26.* Gallesius *ad form. Cam. obl. p. 2. q. 1. ad 4. p. num. 8.* Marchesan. *de commiss. par. 3. §. 2. de Commiss. nullit. sanat. num. 3. par. 3. fol. 33.* Tertia rursus reddi potest † quia nunquam sublata 21 censetur exceptio ex eodem fonte scaturiens Felyn. *in cap. ex parte num. 12. de offic. deleg.* Ias. *in l. iuris gentium §. quod ferè num. 14. ff. de pact.* Decia. *consil. 27. num. 1.* Paris. *conf. 81. num. 31. lib. 3.* Natt. *conf. 474. num. 35. lib. 2.* Seraph. *de privil. iuram. privil. 59. n. 15.* Mancin. *de iuram. par. 4. effect. 216. n. 2.* Nec † ea quæ evidens est , & notoria , vel constat ex actis Fe- 22 lyn. *in d. cap. exp. num. 7. vel quinto fallit* Osasc. *decis. 142. num. 33. & seq.* Seraph. loco citato Mancin. *d. effect. 216. num. 13.* In posteriori vero casu , cum nullitas † ex instrumenti inspe- 23 ctione minimè appareat, nec ostendi possit incontinenti, dicitur requirere altiorem indaginem , ac propterea Cameralis obligationis executionem minimè retardat , ut post plurimos , quos congerit tradit Gallesius *d. quæst. 3. n. 4.* Rota, *decis. 114. in fin. ex impressis* à Zacch. *in calce tract. de oblig. Camer.* Et isti sunt termini nostræ quæstionis ; nullitas enim ex insinuationis defectu resultans est illiquida , † quia insi- 24 nuatio potest quidem contingere cum ipso instrumento *l. fi. §. similique modo C. de donat. ante nupt.* sed & post actum fieri potest *d. l. fin. §. penult.* Bart. *in l. Modestinus nu. 5. ff. de Donationibus* Abb. *in conf. 4. num. 49.* Beccius *conf. 6. num. 7.* Rota *in decis. 385. nu. 5. par. 2. in recentiorib. & decis. 671. n. 3 p. 1. etiam in recentior.* Imò de universali stylo separatim fieri solet , ut experientia docet , & advertit Boccac. *ad Constit. Marchiæ lib. 5. cap. 25. vers. & insinuatione faciendæ in actis nu. 25.* Rota *d. decis. 671. eod. n. 3.* sed & manu alterius Notarii fieri potest. Anton. Canar. *in tract. de Insinuat. par. 1. nu. 49.* Rota *d. decis. 385. num. 5.* Quamobrem ex eo quod insinuatio non legatur penes instrumentum , vel non habeatur in processu , non dicitur continuò constare de nullitate ex illius defectu resultante ; † sed Pompeius, qui principaliter hujusmodi nullita- 25 tem proposuit , probare tenebatur negativam ; tanquam suæ intentionis fundamentum , scilicet post inde dd. instrumenta non fuisse insinuata , ut in puncto respondet Rota *in d. decis. 671. num. 3. part. prim. recentior.* quicquid secus dicendum esset si ille in priori judicio , in quo reus erat excepisset de insinuationis defectu ad excludendam actoris actionem , ut alibi dixi.

His accedebat Pompeius jam à Cassandra in petitione executionis fuisse præventum , † qua præventione stante non 26 admittitur nullitatis exceptio ad retardandam executionem , ut in puncto firmat Rot. apud Greg. *decis. 120. nu. 18.* ubi ad hoc citat Paul. de Castr. *in auth. quæ supplicatio sup. nu. 3. ver. vel dic. melius C. de precibus Imper. offeren.* loquentem de restitutione in integrum , in qua idem est dicendum , ut tradunt etiam Ripa *in l. 4. §. condemnatum ante num. 3. ver. aliquando potitur ff. de re iudic.* Alex. *conf. 223. colum. fi. ver. quia ita lib. 6.* Socc. *conf. 78. sub nu. 4. circa fi. vol. 3.* Pute. *decis. 285. dub. 2.* Cæs. de Grass. cum per eum relatis *dec. 1. nu. 14. de restit. in integ.*

Denique cum Pompeius agere cæperit contra dd. instrumenta non petita absolutione à juramentis , & sic in periurium inciderit , † utique à limine judicii repellendus erat 27 *l. si quis maior* ubi glos. & DD. *omnes C. de transs. specul. de actore §. 1. num. 16.* Alex. *conf. 37. nu. 8. lib. 2.* Paris. de com. *conf. 26. num. 95. lib. 3.* Anch. Reg. de mag. com. *quæst. 49. nu. 1. lib. 3.* Pic. *ad stat. Vrb. gl. 23. num. 17.* ubi plurimas affert *Rotæ decisiones.*

Non obstant contraria , † Nam ad primum respondeo 28 tunc absolutionem à juramento non esse necessariam , quando constat de dolo vero , & ita loquuntur Doctores in motivis citati , at quoties versamur in dolo à statuto , vel Constitutione præsumpto , tunc utique necessaria est absolutio , alias etiam si juramentum non firmet contractum , facit tamen incidere jurantem in perjurium , ne quis sit Judex proprii juramenti juxta veram , & com. theoricam , de qua Abb. *in c. cum contingat n. 21. & 23. de Iureiur.* Paris. *conf. 45. nu. 52. vol. 1.* ubi de com. test. Cou. cum per eum relatis *in c. quamvis pactum par. 2. §. 1.*

nu.9.ver.cæterum, & latius *p.3.§.4.n.3.& ſeq.* Ar.Pinel. *in l.2. C.de Reſcind.vend.p.2.c.1.n.8.*Rol. *conſ.59.num.27. lib.2.*Affl. *dec.322.n.9.& ſeqq.* Borgn. *dec.9. nu.11. & ſeqq.p.1.* plurimos refert, & ſequitur Guttie. *in repet.auth. Sacramenta puberum ſub n.96.C.de reſcin.vend.* ubi hanc ſententiam dicit veriorem comm.tutiorem,ab eaque non eſſe diſcedendum.Et pluribus congeſtis tradit in terminis Boccac. *ad d.Conſt.March.gl.2.c. 19.gl.6.n.117.fol.125.* ubi teſtatur de communi curiarum obſervantia, & rurſus *gl.6.ſub num.117.verſ. verum*, ubi pariter nonnullos adducit concordantes, & Rot. *in una firmana bonorum* relata à Greg. *deciſ.64.num.6.*& in fortioribus terminis nempè in ſtatuto Urbis, annullante etiam juramentum tanquam per fraudem, & dolum extortum requiri abſolutionem firmat Rota *in Romana legitimæ de Vrſinis* 20. *Maii* 1588. *coram Bubalo*, & penes Greg. *deciſ.64.num.6.* ubi addentes citant, concordantes & *in Romana nullitatis obligationis quinta Iulii* 1604. *coram Ortimbergo* quæ eſt *deciſ.52.n.* 3. *&* 4. ex impreſſis à Pico *ad ſtatutum Vrbis*, & tradit idem Picus *ibi gl.23.nu.19.& ſeqq.*ubi concordantes refert; & rationem affert.

29 Juxta † quam diſtinctionem intelligendi itidem ſunt *ſcribentes* ſupra relati *num.9.* de enormiſſima læſione loquentes: præſupponunt etenim jam illam fuiſſe detectam, ac proinde arbitrantur juramenti relaxationem non eſſe neceſſariam, tametſi pro conſcientiæ exoneratione petendam eſſe fateantur omnes, at ubi illa detecta nequaquam fuit, omninò eſt abſolutio neceſſaria, & ita prælatas doctrinas interpretatur Rot. *in deciſ.59.num.2.* ex impreſſis *poſt 1. vol. conſil. Farin.* ubi poſt Gratum *conſil.39. lib.1.* rationem reddit quia aliàs de facili ſub prætextu enormiſſimæ læſionis eluderetur juramentum, & quia nemo debet eſſe Judex proprii juramenti, & atteſtatur ita de ſtylo Rotæ ſemper fuiſſe ſervatum, (immo ſubdit ſolere pariter ad cautelam peti ubi evidentiſſimè de læſione conſtat) & hanc eſſe magis commun. opin. teſtatur Pariſ. *conſil.45. numer.52. libr.* 1. Boccac. *in Conſtit. March. dict. gl. num.* 28. ubi relatis contrariis teſtatur pariter de magis com.& practicata opin.provt etiam Carpan. *ad ſtat.Mediol.c.453.nu.137.*Mancin. latè *de Iuram.p.* 4. *effect.1.qu.4.n.33.cum ſeqq.*Borgn.multos congerens *dec.9.nu.* 42.*p.1.*Rot.*dec.102.n.9.p.1.diu.*

30 Sic † pariter reſpondetur ad aliud ſimile adductum de exceptione ſimulationis contractus, ut niſi illa vel ex inſtrumenti lectura, vel aliunde inceperit detegi, abſolutio ſit neceſſaria, ut per Bolognin. *in conſil.44. colum.pen.* & latius per Seraph. *de priu.iur.priu. 59. ſub num.7. & ſeqq.* & ita diſtinguit Rom. *in conſil.246. num.1. & 2.* & Rot. *in deciſ. 114.nu.6.& ſeq.* ex impreſſis à Zacc. *in tract.Cam.obl.*& quod opponens de ſimulatione, de qua non conſtat, non prius petita abſolutione, incidat in periurium, firmat Rot. apud eundem Zacchi. *dec.58.n.11.*

31 Quin † etiam non defuerunt magni nominis Doctores affirmantes etiam ubi conſtaret de vi, metu, vel dolo vero, abſolutionem de jure Canonico requiri, quicquid ſecus ſit in *Legislatarum* ſententia, ita intrepide ſuſtinet Affl. *deciſ. 263. & deciſ.322.&* 363.cum quo tranſit Pariſ. *in conſ.26. nu. 95.lib.3.*Fortun.Garz. plurimos referens. *De ultimo fine legis illat.22.in princ.*qui hanc teſtatur communem *Canoniſtarum Theologorumque* ſententiam, idemque alios adducens fatetur Guttier. *in repet. Auth. ſacramenta puberum ſub numer. 96.* & poſt alios quos citat tradit Ceval. *in ſpecul. com. contra com. q.604.num.2.&* 3. qui pariter de magis commu.opin.& quod de jure Canonico requiratur habilitatio à juramento etiam metu extorto, licet ſecus ſit de jure civili tradit Rot. *in dec. 63.num.15.*ex impreſſis à Pico *ad ſtat.Vrb.*Suar. *to.2.de Relig. tract.de Iura.lib.2.cap.11.à num.14. uſque ad finem*, plurimos cumulat, & probabiliorem appellat Sanch. *in præcept.decalog. to.1.lib.3.cap.11.num.2.* & profectò juxta hanc ſententiam indiſtinctè abſolutionem peti, ſemper de ſtylo curiarum ſervari vidi.

Intelligendo tamen prædicta, de dolo concomitante contractum ſeu re ipſa contingente; ſecus autem ſi intercedat dolus dans cauſam contractui, ſeu ex propoſito, tunc enim, quia deficit omnino conſenſus juramentum eſt prorſus irritum, nullaque indiget relaxatione, ita diſtinguunt Abb. *in c. cum contingat n.* 3.23. & Alc. *ibidem nu.13.& 14.ext.de Iureiur.*Selua *de Iuram.3.p. quæſt.101. num.ult.* Cou. *lib.1.* Var. *c.4. nu.6.in fin.& de pactis p.3.§.4. num.2. in fin.* Gutt. *de Iuram. p.1.cap.47. nu.12.*Nau. *in Summa cap.12. num.13.* cum aliis congeſtis per Sanch. *in decalog. tom.1. lib.3.cap.11. num.* 41. qui tamen poſtea aliam tradit diſtinctionem, ſcilicet inter dolum verſantem circa ſubſtantiam contractus, & dolum, qui non eſt circa ſubſtantiam, ut ibi per eum; At in caſu noſtro ſuperfluæ ſunt hujuſmodi diſtinctiones, cum non verſemur in dolo vero, ſed in præſumpto à conſtitutione, quo caſu proculdubio neceſſaria eſt relaxatio, ut ſupra deduxi.

Quod † autem dicebatur Judicem teneri ex officio oppo- 32
nere exceptionem, quam pars allegare non valet. ita demum procedit, quando notoriè conſtat de non jure actoris, ſecus ſi non conſtat, ut declarat Aretin. *conſ.128.* Et quod requiratur notorium patens ex actis, firmat poſt plurimos quos congerit Scaccia *in tract.de Appell. l.3.c.2.8. qu.19.remed.1. concl.5. nu.4.* & quod ad hunc effectum notorietas conſtare debeat Judici ut Judici ex ipſis actis, tradit etiam pluribus relatis Alex. *in conſ.196.nu.16.vol.2.*& rurſus *in conſ.117.nu.26. vol.4.*ubi hanc dicit communem, ab eaque in judicando, & conſulendo non recedendum, ſequitur Jaſ. *in l.ſi vero §.1. nu. 13.ff.qui ſatiſ.cogantur* Gutt. *de Iura.p.1.c.70. nu.5.* Unde non applicatur caſui noſtro, cum ex actis non conſtet concludenter de inſinuationis defectu ut jam deduxi. Et hinc ceſſat, etiam quod dicebatur ex dicto contractu nullo, nullam fuiſſe ortam naturalem obligationem: quod enim ſit nullum, & ſic quod inſinuatio ſaltem ex intervallo non interceſſere, adhuc non conſtat.

Leve eſt etiam quod dicebatur Caſſandram ſaltem reſpectu poſterioris inſtrumenti agere ſine actione eo quod ea abſente Hieronymus ſibi ipſi ſtipulatus † fuerit; quia certum eſt 33
Cameralem obligationem, paratam habere executionem ad favorem omnium, quorum intereſt Grat. *conſ.12.num.7. vol.1.*Card.Seraph. *deciſ.1477. in princip.* Rot. *deciſ. 97. nu.1.* ex impreſſis à Zacch. *ad tract. oblig. Cam.* Etiam ad favorem non nominati in ipſo inſtrumento Statil. Pacif. de Salvian. *interd. inſpect.3.capit 2.ſub numer.136. verſ.ad quorum* Rota *deciſ.663. part.prima diverſor. & deciſ.137. numer.primo & deciſ.86. numer.1.* ex impreſſis à Zacchi. ubi ſupra, & in terminis quod mulier agere valeat ex inſtrumento dotali ad dotem, & interuſuria, quamvis in illo non interfuerit, firmat Rota apud Greg. *in deciſ.97. num.2.& deinceps* præſertim accedente promittentis juramento, ut habetur *ibi nu.4.* & 5. ubi Rota ita reſpondet ad Jura per me ſupra in motivis adducta *nu.13.*

Non denique ſuffragatur Pompeio abſolutio à juramento quam à me ſub die 30. Auguſti obtinuerat, ex tribus, & primò † quia illa aperit quidem, ut abſolutus agere poſſit, 34
quod juramento prohibente non poterat, ſed non retardat executionem cameralis obligationis, & ſic operatur, ut ſolutum repetere poſſit, ut benè per Galleſ. *ad form. Cam. oblig. qu.25. num.7. &* 8. & ibi Zacch. *in add. num.* 5. Scacc. *de Iudic. lib.2.cap.2.quæſt.4.caſ.1 nu.125. ver. reſponde* Manc. *de Iura.par.6.quæſt.15.num.4.* latè Boccac. *ad conſt. Marchiæ gloſ. 2. num.46.* Picus *ad ſtatum Vrb.gloſ.23. num.* 50. Grat. *in deciſ. Marchiæ 165. num.4.* Marcheſ. *de Commiſſ.& form. relax.iuram.ad eff.agen.par.3.§.2. num.48. & ſeq.fol.215.* Mohed. *deciſ.2. & 6. de excep.* Rot. *deciſ.787. &* 800. *per tot.par.3.diu.* cum itaque oppoſita exceptio defectus inſinuationis neque ex inſtrumento conſtet, ut jam deductum eſt, neque poſſit incontinenti probari, ſed requirat altiorem indaginem, certè eſto valida fuiſſet abſolutio, utique non erat executio retardanda; † de qua materia, & quando ſublato per 35
abſolutionem juramento ex contractu ab ipſo juramento firmato agi poſſit vide Becc. *conſ.65.per tot.*

Secundò, quia Pompeius qui non modò juraverat promiſſa implere, ſed inſuper contra promiſſionem, & juramentum non venire, itavt inſtrumentum bina contineret juramenta; unicam duntaxat petiit, & obtinuit relaxationem, † & ta- 36
men certum eſt tot requiri abſolutiones, quot ſunt juramenta, etiam in uno eodemque inſtrumento emiſſa Fel. *in cap. 1.n.6 & in c.debitores poſt n.9.de Iureiur.*Roman. *conſ.326.n.* 3.Socc. *conſ.59.poſt n.8.vol.3.*Pariſ. *conſ.93.n.18.lib.1.*Affl. *dec. 220.poſt n.12.*Covar. *lib.1.Variar.reſol.c.4. n.6.* ubi de comm. opin. teſtatur Menoch. *conſ.24.nu.15. vol.1.& conſ.343.n.* 55. *vol.4.*Campanil. *in diuerſ.iur.canon.rub.11.c.19.n.33.* Valaſc. *conſult.130.n.15.& ſeqq.*Rot. *dec.5.n.2.p.2. in rec.& dec.54. n.* 8.ex impreſſis à Pico *in calce ſui gloſſematis ad ſtat. Vrbis*. Ex fine enim unius relaxationis, alterius petitionis origo proficiſcitur, ut poſt Bal. quem citat, inquit Rolan. *conſ.34.n.6.vol.1.*

Unde ſi quis juravit adimplere promiſſa, non petere abſolutionem, eaque, ſi petierit, non uti, & illi renunciare, quatuor erunt juramenta, totidemque requirentur relaxationes, ut advertit Socc. *dict. conſ.59. num.8. volum.5.&*

Ro-

Rolan. *d. num. 6.* plurimos refert, & ſequitur Campanil. loc. cit. qui etiam ponit formulam ſupplicis libelli pro dd. habilitationibus impetrandis, concluditque eas omnes juxta veriorem ſententiam in uno eodemque libello peti poſſe, modò ſeriatim, & diſtinctè petantur. Et quod in ſupplicatione pro impetranda juramenti abſolutione mentio fieri debeat clauſularum omnium, quæ obſtare poſſunt, illamque impedire, monent Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 11. Oſaſch. *deciſ.* 142. *num.* 14. Rolan. *dict. conſ.* 34. *num.* 5. 8. *& ſeq. vol.* 1. Menoc. *d. conſ.* 343. *num.* 52. Et tot requiri explicitas, diſtinctaſque relaxationes, quot ſunt juramenta præſtita, aliàs abſolutus ab uno vinculo, non dicatur ab alio abſolutus, tradit etiam Rot. *in Calagurit. benef. de Granon.* 14. *Feb.* 1594. *coram Card. Mant. impreſſ.* à Marchet. *in tract. de commiſ. par.* 3. *fol.* 204. *& in Placent. Caſtri* 4. *Julii* 1601. *coram Cardin. Millino* impreſſa *ab eadem dict. par.* 3. *fol.* 205. *& in Romana laudemii* 6. *Martii* 1583. *coram Cantuccio impreſſa apud* Marcheſan. *par.* 3. §. 1. *num.* 2. *fol.* 207. *relata etiam* à Ciriac. *controu.* 7. ubi poſt Pariſ. *in conſ.* 43. *ſub num.* 18. *& conſ.* 96. *ſub num.* 92. *lib.* 2. firmat requiri relaxationem à ſingulis juramentis explicitè,
37 & expreſsè, nec ſufficere relativa, & implicitè, † ſubdens nec ſatis eſſe abſolutionem per relationem ad inſtrumentum quem abſoluens vidiſset (prout videre tenetur) ut per Soccin. *dict. conſil.* 59. *numer.* 8. *prope finem libr.* 3. Rot. *in Romana hæreditatis de Cenciis* 20. *Novemb.* 1585. *coram Card. Seraph.* idemque firmant Burſat. *conſ.* 355. *num.* 34. *&* 47. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 38. *num.* 4. *lib.* 1. *& conſ.* 424. *num.* 54. *vol.* 4. Picus *ad ſtatut. Vrbis gloſ.* 23. *num.* 15. *& ſeq.* Boccac. *ad conſtit. March. gl.* 2. *ſub num.* 32. Niſi tamen ageretur de uno juramento explicito, & altero in camerali obligatione implicito; tunc enim obtenta abſolutione à juramento camerali obligatione vallato, includitur etiam præfatum implicitum juramentum, puta de non petenda abſolutione, quia remota diſpoſitione intelligitur remotum juramentum, ut in his terminis habetur per Gemin. *in conſ.* 83. *num.* 10. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 28. *num.* 6. *ex impreſſ.* à Zacch. *de oblig. cam.* & latius *in deciſ.* 29. *num.* 4. *& ſeq.* ubi ait hoc in caſu ſat eſſe abſolutionem facta relaxatione ad inſtrumentum; circa quæ tamen videnda eſt magiſtralis *Deciſio in Romana dotis de Sancta Cruce* 4. *Februarii* 1609. *coram Penia*, ubi firmatur ſatis eſſe petere abſolutionem à juramentis in numero plurali, cum relatione ad inſtrumentum, quod præſumitur Judicem extrajudicialiter vidiſſe. Cæterum in praxi quamvis plura expreſsa juramenta in inſtrumento contineatur concedunt relaxationes unico reſcripto, cum clauſula *ordine ſucceſſiuo*. In hac verò facti ſpecie, hæc omnia deſiderabantur, cum unica, & quidem in numero ſingulari petita & conceſsa fuerit abſolutio.

Tertiò, & præcipuè inefficax viſa fuit d. abſolutio quia jam Pompeius in periurium inciderat: omiſso enim eo capite periurii, in quo ſcribentes pro Caſsandra ſe fundabant,
38 † reſultante ex eo quod tempore promiſso non curaverat ſolvere *lege ſi quis maior ubi gl. & DD. omnes C. de tranſ.* Bar. *in l. 2. in fi. C. de reb. cred.* cum aliis congeſtis per Farin. *de falſ. & ſimul. quæſt.* 160. *num.* 43. & per Picum *ad ſtat. urbis gloſ.* 23. *num.* 24. quod quidem in praxi non ſolet attendi cum non poſſit conſtare debitori nullam competere legitimam excuſationem. Certè aliud periurii caput evitari non poterat; quia Pompeius nullitatis judicium adverſus Caſsandram ſub die 25. Maii inſtituerat, cum tamen dictam abſolutionem non niſi ſub die 29. Auguſti ſequentia impetraverit, & ſic poſt
39 periurium, † quod per ſolam libelli porrectionem incurritur, cum per hujuſmodi actum judicatur contraventio ad text. *in cap. debitores, ubi ſcribentes extr. de Iureiur.* Alex. *conſ.* 83. *ſub num.* 6. *vol.* 5. Iaſ. *in l. ſi quis maior num.* 17. *C. de tranſ.* Ruin. *conſ.* 66. *num.* 6. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 343. *ſub nu.* 46. *vol.* 4. Campan. *in diu. iur. can. rub.* 11. *cap.* 19. *ſub nu.* 15. Rota *deciſ.* 5.
40 *num.* 2. *p.* 2. *in rec.* Et † quod abſolutio præcedere debeat libellum tradunt plurimi, quos refert, & ſequitur Pariſ. *conſ.* 26. *nu.* 95. *lib.* 3. qui de com. teſtatur Hier. Gab. alios referens *conſ.* 9. *per tot. lib.* 2. Anch. *reg. q. fam.* 49. *num.* 1. *lib.* 3. qui de magis comm. teſtatur Picus plurimos congerens *ad ſtat. urb. gl.* 23. *n.* 17. Rot. *dec.* 102. *nu.* 9. *p.* 1. *diu.*

41 Abſolutio itaque obtenta non facta mentione incurſi periurii ſubreptitia fuit & nulla Fede. de Senis *conſ.* 30. *in fi.* Alex. *conſil.* 83. *num.* 7. *lib.* 5. *& conſil.* 128. *in fi. lib.* 7. Anch. *conſ.* 198. *num.* 3. *uer. item aduertendum* Fel. *in cap.* 1. *num.* 28. *de Iureiur.* Gozad. *conſil.* 69. *num.* 21. Pariſ. *conſil.* 10. *num.* 94. *lib.* 2. Rol. *conſil.* 34. *num.* 2. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 69. *numer.* 6. *vol.* 2. Boccac. *ad Conſtit. March. gl.* 2. *nu.* 32. Menoch. *conſ.* 29. *nu.* 17. Affl. *dec.* 220. *num.* 10. *& ſeq.* Rot. *dec.* 786. *p.* 3. *diu. & dec.* 701. *num.* 2. *p.* 1. *in rec.* ubi & aliæ *deciſ.* citantur & rurſus *deciſ.* 5. *ſub nu.* 2. *p.* 2. *etiam in rec.* Imò de † jure relaxatio à jura- 42
mento petenda eſſet ante terminum ſolutionis adiectum, itavt ſi eo elapſo in ſupplicatione non fiat mentio periurii indè incurſi, relaxatio ſubreptitia ſit & nullius efficaciæ, tradit poſt Jo. And. Feder. de Senis *conſ. mihi* 300. *in fine alias* 301. *per tex. in cap.* 1. *de Iureiur.* & per illam vulgatam regulam, fruſtra legis auxilium implorat qui in legem committit, eumque ſequitur Roman. *conſil.* 326. *colum.* 2. Alexan. *conſil.* 222. *vol.* 2. *& conſil.* 17. *volum.* 3. ubi teſtatur de comm. opin. Anch. *conſ.* 198. *col. fi.* Rol. *conſ.* 34. *num.* 2. *volum.* 1. Surd. *conſ.* 414. *nu.* 47. *vol.* 5. ubi plurimos congerit & de com. teſtatur Menoch. *conſ.* 54. *n.* 17. Pedroch. cum per eum relatis *conſ.* 1. *num.* 210. *& conſ.* 35. *n.* 97. *vol.* 1. Cæpoll. Tholoſ. *dec.* 402. Viv. *dec.* 120. *n.* 31. Borgnin. *dec.* 9 *n.* 22. *p.* 1. Borell. *in Summ. dec. to.* 1. *tit.* 62. *nu.* 9. ubi ſimpliciter limitat Rota *dec.* 786. *p.* 3. *diverſ.* licet, ut dicebam, in praxi non ſervetur.

Immo † incurſo periurio, Epiſcopus relaxationem con- 43
cedere minimè poteſt quam ſi de facto concedat, etiam ſi in ſupplicatione exprimatur lapſus termini ad ſolvendum adjecti, nullius eſſe momenti, vel efficaciæ tradit Anch. *dict. conſ.* 198. *in fi.* ſequitur Fel. *in cap.* 1. *num.* 28. *extr. de iureiur.* Goz. *conſ.* 69. *num.* 21. Ruin. *conſ.* 66. *col.* 2. *vol.* 4. Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 34. *& conſ.* 143. *num.* 16. *lib.* 1. Rol. *conſ.* 34. *ſub num.* 3. *ver. plus voluit lib.* 1. Hond. *conſ.* 18. *n.* 6. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 326. *nu.* 19. *lib.* 3. qui omnes ſigillatim de comm. opin. teſtantur. Sequitur, & magis comm. dicit Picus *ad ſtat. Vrb. gl.* 23. *n.* 44. Barz. *deciſ.* 67. *nu.* 23. Borgn. *dec.* 6. *nu.* 42. *& ſeq. p.* 1.

Hinc Afflict. *deciſ.* 31. *num.* 2. affirmat Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam ſuo tempore non conſueviſſe concedere debitori abſolutionem à juramento niſi viginti ſaltem dies termini ſolutionis ſupereſſent; de quo ſtylo teſtis eſt etiam Albert. *de Oliua in Ritu Archiep. Neap. in fin.* hodie autem etiam ſi unicus ſuperſit dies, concedi præfatam abſolutionem teſtatur Genuenſ. *in practic. Archiep. Neap. capit.* 4. *ſub num.* 6. quæ praxis eſt magis juri conſona, cum ſatis ſit terminum non eſſe elapſum, & ſic periurium non incurſum, & ita loquuntur præcitati *ſcribentes*, & nominatim advertunt Barz. & Borgni. locis ſupra adductis, & Rota *in deciſ.* 786. *par.* 3. *diverſ.* quæ quidem de rigore juris ſunt diligenter notanda, ad elidendas innumeras relaxationes, quæ paſſim poſt temporis lapſum impetrantur; nec admittenda eſſet reſtrictio admittuntur. † Campanil. *in diverſ. iur. can.* 44
rub. 11. *capit.* 19. *num.* 20. ad caſum, quo creditor tacitè vel expreſsè debitorem interpellavit, cum rationes ab eo ponderatæ potius internum, quam externum forum reſpiciant. Cæterum in praxi dicta com. opin. non recipitur ut ſupra dicebam; nec in caſu noſtro erat neceſſaria, cum ex aliis jam Pompeius evaſerit periurus.

Non potuit itaque opitulari eidem relaxatio petita; † 45
quia prius à Summo Pontifice petenda fuerat abſolutio ab incurſis periurii, quam ordinarius concedere haud quaquam poteſt. Fel. *in cap.* 1. *quæſt.* 7. *de Iureiur.* Gem. *in conſil.* 105. Staphil. *in tract. Brevium num.* 50. Paul. de Caſtr. *conſil.* 290. *num.* 2. *vol.* 2. Crav. *conſ.* 6. *num.* 93. *& conſ.* 1. *pro genero nu.* 70. Bero. *conſil.* 50. *num.* 74. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 66. *colum.* 2. *lib.* 4. Ruin. jun. *conſ.* 203. *num.* 77. Rolan. *conſ.* 34. *num.* 4. *lib.* 1. Bocca. *de conſt. March. gl.* 2. *ſub num.* 40. *in fi.* Campanil. pluries cumulans *dict. cap.* 19. *num.* 18. Anch. *regiens q. famil.* 49. *lib.* 3. Sbroz. *de off. Vic. qu.* 177. *num.* 11. *lib.* 2. Picus atteſtans de conſuetudine ſervari *ad ſtat. Vrb. gl.* 23. *num.* 49. & hæc ſententia omnino tenenda eſt, quicquid ſecus ſenſerit Nat. *in conſ.* 668. *num.* 14. *vol.* 4. loquens in caſu, quo de læſione apparet, & Sanch. in terminis noſtris *de Matr. lib.* 1. *diſp.* 32. *ſub num.* 16. *ver. verum quicquid*.

Nec admittenda videtur doctrina Genuenſ. *in prax. Arch. Neap. c.* 4. *nu.* 3. aſſerentis de ſtylo ejuſdem curiæ conſueviſſe periuro abſolutionem concedi tribus in caſibus ab eo relatis; quia & jure non probantur, & Campan. in eadem curia verſatiſſimus, teſtatur *d. rub.* 11. *c.* 19. *ſub num.* 18. *ver. & quamvis* ſe nunquam ejuſmodi conſuetudinem vidiſſe, imo potius contra ſupplicantes ad ſanctiſſimum remiſſos, ut ibi per eum etiam ad dicta per Genuen. reſpondentem imo Sanctiſſimus illas nonniſi in Signatura gratiæ concedit, ut ego qui longè poſt hæc ſcripta Referendarius effectus pluries, & propoſui, & aliis proponentibus interfui.

Et ex his mandavi exequi mandatum alias D. Caſſan-

dræ contra D. Pompeium conceſſum, pro ſorte principali, quid autem quoad interuſuria eadem ſententia determinaverim, in ſequenti deciſione dicetur.

ARGUMENTUM.

Interuſuria dotalia, an, & quando, & ad quam ſummam debeantur, & an ab initio ex pacto; vel Statuto taxari poſſunt.

An, & quando cenſeantur remiſſa. An currant ſoluto matrimonio. Et quid in eleemoſynis dotalibus Monial. *cap. ſalubriter de uſuris, & l. vir uſuras ff. don. inter vir. & uxor.* enucleantur.

SUMMARIUM.

1 *PAter vel frater dotem ſoluat, tenetur ſtatim ad intereſſe ob moram irregularem.*
2 *Extraneus dotis promiſſor quo tempore moram incurrat irregularem, & ad interuſuria teneatur.*
3 *Vir non imputat in ſortem pignoris fructus pro dote promiſſa receptos.*
4 Antichreſis *contractus eſt, in quo pignoris fructus pro intereſſe licitè retinentur.*
5 *Vir ab initio paciſci poteſt, ut quid certum pro intereſſe dotis non ſolutæ præſtetur.*
Etiam ſi dos in auro, vel argento, vel mobilibus conſiſtat nu. 12.
Etiam ſi ad viri libitum ſit promiſſa n. 13.
Etiam ſi in arbitrium tertii ſit collata n. 14.
Pro ſumma tamen fructibus correſpondente numero 49.
6 Cap. ſalubriter de uſuris *qua ratione nitatur.*
7 *Ratio* c. ſalubriter *militat etiam ubi ab initio certum intereſſe taxatur.*
8 *Extenſio in exorbitantibus ſit ea rationis identitate.*
Cap. ſalubriter de uſuris *diſpoſitio favorabilis eſt.*
9 *Extenſio fit in exorbitantibus etiam ſi promptior ſit ratio in caſu expreſſo, quam in alio.*
10 *Tacitè cautum a lege dicitur id, in quo eadem reperitur ratio.*
11 *Executio etiam in correctoriis ſit ex identitate rationis in lege expreſſæ.*
12 *Intereſſe certum pro dote ſoluenda paciſci poteſt, etiam ſi illa in mobilibus conſiſtat.*
13 *Dote ad libitum viri promiſſa, interim certum intereſſe paciſci poteſt.*
14 *Dote in arbitrium tertii collata, donec ille declaret, poteſt intereſſe paciſci.*
15 *Interuſuria dotalia cedi poſſunt.*
16 *Vſuraria eſt conventio uniformis præſtationibus per temporis dinumerationem.*
Declara ut n. 20.
17 *Vſura ſub nomine pœnæ conventa peti non poteſt.*
18 *Nec ſub alimentorum vel pio aut blando nomine.*
19 *Lucra non ſunt uniformia, ſed ex temporis, vel loci qualitate variantur.*
20 *Præſtationis uniformis conventio ratione onerum matrimonialium licita eſt.*
21 *Interuſuria dotalia licitè utroque iure petuntur, & quare.*
22 *Vſuræ recompenſativæ omni iure permittuntur, & quare.*
23 *Intereſſe in ſe certum licet quantitas ſit ambigua, an poſſit ab initio taxari.*
Vſuræ damni reſtaurativæ licitæ ſunt.
24 *Interuſuria dotalia reſultant ex contractu innominato*, facio ut des.
25 *Statutum mandans quid certum pro intereſſe ſolui eſt nullum, & ſtatuentes, & utentes ſunt excommunicati.*
Declara ut n. 27.
26 *Intereſſe verum, an peti, & probari poſſit, ubi taxatio certa fuit ab initio facta.*
27 Clementina prima de uſuris *declaratur.*
28 *Intereſſe certum poteſt à ſtatuto taxari donec diſſoluatur.*
29 Pauli Caſtrenſis *requiſita non exiguntur ubi agitur de intereſſe damni emergentis propter onera matrimonii.*
30 Campeg. de Dote par. 2. quæſt. 6. ſub num. 1. *reiicitur*, & n. ſeq.
31 *Verba ex qualitate contractus impropriantur.*
32 *Verba iuxta ſubiectam materiam, etiam impropriando, intelliguntur.*
33 *Contractus ab effectu, non à nomine à contrahentibus impoſito iudicatur.*
34 *Iuramentum habet vim clauſulæ* ſi non valet, ut ago valet ut valere poteſt.
35 *Interuſuria dotalia debentur etiam data dilatione ad dotem ſoluendam.*
Covarruvias *ab impugnatione* Joſ. Ludovici *vindicatur.*
36 *Interuſuria dotalia à viro vivente non petita, poſt mortem cenſentur remiſſa.*
Declara ut n. ſeq.
37 L. vir. Uſuras ff. de dona. inter vir. & uxor. *in quibus terminis procedat*, & n. ſeqq.
Donatio interuſuriorum non petitorum cenſetur facta ad favorem uxoris, non autem ſoceri.
38 *Iuramentum perpetuat actionem.*
39 L. vir uſuras, *an procedat dum taxat in uſuris odioſis.*
40 *Mariti decimalis taciturnitas, una cum ejus morte fructuum dotalium remiſſionem operatur.*
41 Bald. conſ. 474. lib. 3. *communiter reprobatus.*
42 *Interuſuria dotalia ſoluto matrimonio non currunt.*
Declara ut n. ſeq.
43 *Viduæ à dotante, vel ejus hæredibus debentur fructus dotis non ſolutæ loco alimentorum.*
44 *Vidua petens interuſuria dotis ſibi non reſtitutæ quid probare debeat, & quid de fructibus dotis non ſolutæ.*
45 *Iuramentum habet vim interpellationis.*
46 *Alimentis iure actionis debitis, veniunt etiam præterita; & petuntur ab eo, qui aliunde habet.*
47 *Alimenta viduæ debita ob retardatam dotis ſolutionem, peti poſſunt etiam recepta iam ſorte.*
48 L. ſi marito §. ſi fundum ff. ſolut. matrim. *extenditur etiam ad fructus civiles.*
49 *Pactum ſuper dotalibus interuſuriis, ſuſtinetur pro ſumma fructibus correſpondente* & nu. ſeq.
50 *Donatio non inſinuata vitiatur tantum in ſumma exceſſiva.*
51 *Vtile per inutile in contractibus non vitiatur.*
52 *Vſurarum in materia, illicitè actum vitiatur, licitè actum ſuſtinetur.*
53 *Emptio reddituum vitiatur in ſumma juſtam excedente penſionem.*
54 *Dotis intereſſe ad quam ſummam ſit reducendum*, & nu. ſeq.
55 *Intereſſe verum quale dicatur.*
56 Borgnin. dec. 35. n. 21. & ſeqq. p. 1. *reiicitur.*
57 *Inſtrumentum exequendum eſt pro intereſſe licito, non autem, pro exceſſiva ſumma pro qua agendum eſt via ordinaria.*
58 *Vidua ex pacto vel ſtatuto exigere poteſt ab hæredibus fructus recompenſativos, donec dos reſtituatur.*
59 *Monaſterium licitè recepit intereſſe donec eleemoſyna dotalis ſoluatur.*
60 *Statutum loquens de matrimonio carnali, non trahitur ad ſpirituale.*
61 *Monialium dotes probationis anno penes quem exiſtere debeant.*

DECISIO LXXXIV.

ALiud dubium in eadem cauſa excitatum erat, nunquid inſtrumenta, de quibus in *præced. deciſ.* à D. Caſſandra adverſus D. Pompeium ejus germanum producta, eſſent etiam pro interuſuriis dotis ad rationem octo pro centenario conventis, ob retardatam illius ſolutionem exequenda, quod pro faciliori cauſæ expeditione in tres inſpectiones dividebam. Nempe an conſtante matrimonio interuſuria deberentur, an eo per obitum Hieronymi ſoluto, & ad quam ſummam eſſent taxanda.

Quod attinet ad terminos conſtante matrimonio decurſos, † explorati juris eſt fructus recompenſativos, ſive dotalia interuſuria, etiam non conventa deberi, & quidem ſtatim atque D. Hieronymus traduxit Caſſandram, & onera matrimonii ſuſtentare cæpit, cum agatur de dote à 1

Patre,

Patre ; vel fratre præſtanda , qui propterea ſtatim in mora irregulari dicitur conſtitutus Bart. *in l. in inſulam §. uſuras nu. 3. ff. ſolut. matrim.* Alex. *conſ.* 147. *num.* 3. *lib.* 5. atteſtans de recepta ſententia *ſcribentes* communiter *in l. de diviſione* 5. ubi poſt alios Petr. Barboſ. *num.* 9. & 10. *ff. ſolut. matrim.* Berous *conſ.* 198. *col. fin. lib.* 2. Natt. *conſ.* 495. *nu.* 2. Cæphal. *conſ.* 495. *nu.* 112. *vol.* 4. Plotus *de in lic. iuram. §.* 11. *num.* 18. & *in l. ſi quando nu.* 455. *C. unde ut* affirmans id à Legiſtis , ac Canoniſtis eſſe receptum Surd. *de Aliment. tit.* 1. *q.* 42. *nu.* 133. & *in conſ.* 190. *n.* 31. *ad fi.* Grat. *diſcept. forenſ. c.* 141. *num.* 59. & *c.* 245. *nu.* 30. *cum plur. ſeqq.* & *c.* 726. *nu.* 3. & 4. Roderiq. *de Annuis reddit. l.* 3. *q.* 7. *nu.* 49. Magon. *dec. Florent.* 83. *num.* 1. Maſtr. *dec.* 298. *nu.* 16. Giurb. cum congeſtis *dec.* 72. *num.* 1. Rota *dec.* 471. *nu.* 1. *p.* 1. & *deciſ.* 574. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* & *penes* Burat. *nondum impreſſ. dec.* 159. *num.* 2. & *rurſus in Peruſ. executionis* 27. *Maii* 1596. *cor. Penia* , ubi pariter dicitur id à Canoniſtis ac Legiſtis receptum eſſe.

2 Quicquid † dicendum ſit de extraneo dotis promiſſore qui abſque interpellatione in mora irregulari incurrit , ac ad interuſuria tenetur non quidem ſtatim contracto matrimonio , ſed biennio demum elapſo , ut per Socc. & Claud. de Seyſell. *in d. l. de diviſione* Ial. *in §. fuerat num.* 20. *Inſtit. de action.* Bald. Novell. *in tract. de dote* 4. *par. princ. numer.* 10. Baver. *in tract. de Mora.* 2. *part. num.* 14. Gramat. *deciſ.* 70. Magon. *d. deciſ. Flor.* 83. *num.* 2. Cæph. ubi ſup. Rota *in Romana fructuum dotis de Cæſis* 16. *Octobris* 1598. *coram Orano*. Niſi brevius tempus in conventione deductum fuerit , quo adveniente , ſine alia interpellatione in mora conſtitui, & ad intereſſe teneri firmat Rota *ibidem* , & *in deciſ.* 471. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* de quo vide etiam Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 244. *à num.* 16. *lib.* 2. & latiſſimè Surd. *de Aliment. tit.* 1. *qu.* 42.

Unde multo magis potuerunt hujuſmodi interuſuria in ſti-
3 pulationem † deduci , quemadmodum enim poteſt vir citra labem uſuræ pignus fructiferum recipere illiuſque fructus lucrari donec dos cum effectu ſoluatur , ut eſt celebris text. in *c. ſalubriter* 16. *extr. de Vſur.* & ibi latè *ſcribentes* (qui contractus , ſcilicet dationis pignoris ea lege ut creditor illius
4 fructus pro interuſuriis , vel intereſſe retineat vocatur Græco vocabulo *Antichriſis* , & licitus eſt , ut latè per Gail.
5 *pract. obſerv. lib.* 2. *obſer.* 3. *per totam*) † ſic etiam ubi dos in pecunia promittitur , poteſt gener quid certum pro annuo intereſſe paciſci , quouſque de dote promiſſa fuerit ſatisfactus , ut per Calderin. Eleazar. Anchar. & Abb. *in d. cap. ſalubriter* Paul. de Caſtr. Imol. & Alex. *in l. in inſulam §. uſuras ff. ſolut. matrim. idem* Alex. de commun. opin. atteſtans *in conſ.* 31. *col.* 2. *lib.* 6. egregiè , & latè Roman. *in conſ.* 517. *nu.* 15. & *ſeqq.* Ial. *conſ.* 92. *nu.* 12. *lib.* 1. atteſtans hanc eſſe communem Legiſtarum , Canoniſtarumque ſententiam Cor. *conſ. ult. col.* 3. *circa med. verſ. nec obſtat vol.* 2. Ambr. *de Vignat. de uſur. nu.* 13. *ver.* 2. *caſ.* Dec. *in c. cum venerabilis nu.* 63. & *ſeqq. de except.* Bal. Novell. *de dote par.* 7. *priv.* 1. *ſub num.* 2. *in fi.* & *num.* 3. ubi pariter inquit ita communiter teneri Campeg. *de dote p.* 2. *qu.* 6. *nu.* 1. Couar. affirmans hoc verius eſſe *lib.* 3. *Variar. reſ. cap.* 1. *ſub num.* 3. *ver.* 5. *membr.* 5. *num.* 16. Ioſ. Ludouic. *dec. Lucenſ.* 21. *num.* 37. Anch. Regiens *quæſt.* 33. *num.* 4. & 5. Surd. *de Alim. tit.* 1. *q.* 42. *num.* 23. *cum ſeq.* ubi de mag. com. Molin. *de Primogen. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 6. Navarr. *in commentar. ſuper cap. ſi fœneraberis* 14. *q.* 3. *nu.* 74. & *in Manual. cap.* 17. *ſub nu.* 13. *verſ. ex qua* Caballin. *de Commerc. & Vſur. quæſt.* 74. *num.* 523. Felician. à Sole *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 19. Roderiq. de Annuis *redditibus lib.* 3. *qu.* 8. *num.* 14. Lupus *de Vſur. comment.* 1. *in leg. curabit nu.* 75. ubi ait ab hac ſententia tanquam vera magiſque recepta non eſſe diſcedendum , quam etiam latè defendit & contrariis ſatisfacit. Villagut. *de Vſur. quæſt.* 22. *num.* 10. *in* 9. *concl.* Capic. *deciſ.* 65. Vivi. *opin.* 1048. Cævall. *in ſpecul. comm. contra com. quæſt.* 394. & ita in praxi ſervari , communiterque hujuſmodi pactionem admitti fatetur vel invitus Valaſc. contrariæ ſententiæ ſectator *conſult.* 8. *lib.* 1. *nu.* 5. *in fine* . Hanc eandem opinionem ſæpe amplexa fuit Rota & ſignanter in *deciſ.* 129. *nu.* 4. & *ſeqq. ex impreſſ. poſt* 1. *vol. conſ. Farinac.* ubi contraria diluit & in *deciſ.* 331. *in fi. par.* 1. *recen.* & *in Romana fructuum dotis* 19. *Ianuarii* 1600. *coram Iuſto* , & *in Romana fructuum dotis de Vellis* 10. *Novembris eiuſdem anni* , *coram Litta*, & *in Tiburtina fructuum* 19. *Junii* 1623. *coram Navarro*, & *in Rom. fructuum dotis* 12. *Maii* 1625. *coram D. Coccino Decano* , quæ omnes (his noſtris ſub prælio exiſtentibus) impreſſæ ſunt à Fenzon. *poſt commentar. ad ſtatuta Vrbis* , & ex Theologis ita ſenſere Silveſtr. *in ſumm. ver. Vſur.* 3. *q* 3. Angel. *in verb. Vſura* §. 25. Conrad. *de contract.* 3. *q.* 35. *concluſ.* 5. *fol.* 159. & *concluſ.* 7. *fol.* 159. Ludou. Beia *reſponſ. caſ. conſcient. p.* 1. *caſ.* 56. Em. Roder. *quæſt. Regul. to.* 2. *q.* 48. *art.* 7. *ver. pro huius* Azor. *Inſt. moral. par.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *ver. cæterum* Bonac. *tom. de contract. diſp.* 3. *q.* 3. *punct.* 9. *n.* 3. *ver.* 2. Rebell. *de oblig. Iuſt. p.* 2. *l.* 8. *q.* 12. *n.* 7. ubi quod ita reſpondiſſet *S. P. in d. c. ſalubriter* , ſi de hoc interrogatus fuiſſet ; ex quibus patet totum pene dixerim orbem hanc ſequi ſententiam . Quicquid ſecus minus probabiliter ſenſerint Ioan. Andr. & Calder. *in d. c. ſalubriter* Anchar. ſibi contrarius *conſ.* 150. *col.* 2. Caſtrenſ. etiam ſecum pugnans *conſ.* 11. *vol.* 1. Alex. itidem ſibi contrarius *conſ.* 221. *col. fi. verſ. & poteſt reſponderi lib.* 1. & *conſ.* 88. *col. penult. lib.* 4. dicens hanc eſſe tutiorem ac crebriorem Crav. *conſil.* 189. *ver. octauus caſus* ubi pariter hanc tutiorem appellat Pariſ. *conſil.* 54. *n.* 73. *vol.* 1. latè Rolan. *conſ.* 55. *per totum* , *præſertim nu.* 20. Plot. *de in lit. iuran. §.* 11. *n.* 15.

Fundamentum autem prioris ſententiæ , cui & nos ſubſcribimus eſt quia † tametſi valdè laboraverint interpretes 6
in inveſtiganda ratione deciſionis *cap. ſalubriter de uſuris* , aliis opinantibus concedi Marito fructus pignoris ob lucrum ceſſans ; aliis id ex favore , & privilegio dotis deducentibus , aliis ex tacita partium conventione , aliis ex quadam præſumpta donatione , ut latiſſimè dixerunt Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. *cum ſeqq.* Seſſa *in deciſ. Arag.* 68. *per totam* & Rebell. *de oblig. Inſtit. par.* 2. *lib.* 8. *qu.* 12. *num.* 1. crebrius tamen plerique *ex ſupra relatis à me ſcribentibus* ſentiunt id contingere propter onera matrimonii , pro quibus ſuſtinendis ſolutæ dotis uſus & uſusfructus marito dari ſolet ; unde ubicumque vir onera hujuſmodi ex dote ſuſtinenda propriis ſuſtentat ſumptibus , utique juſtum intereſſe compenſare poteſt , ut deducitur ex *eodem capitul. ſalubriter* .
† Hæc autem ratio non minus militat quoties taxatum eſt 7
ab initio intereſſe , quam ubi datum eſt pignus , ut poſt alios , quos congerit obſervat Rota *in d. Romana fructuum dotis* 12. *Maii* 1625. *cor. D. Coccino* Cardin. Mantic. *de Tacit. & Ambig. lib.* 12. *tit.* 29. *num.* 415. Giurb. cum relatis *deciſ.* 72. *num.* 14.

Quo † fit ut quamquam diſpoſitio *dict. cap. ſalubriter* ſit 8
exorbitans , utique ex rationis identitate ad caſum noſtrum facienda ſit extenſio , præſertim quia materia favorabilis eſt ut innuit ibi *S. P. in verbo* ſalubriter Tiraquell. cum per eum relatis *in l. ſi unquam in verbo libertis num.* 44. *de reuoc. donat.* Oſaſch. *deciſ.* 120. *n.* 4. & 12. Menoch. plurimos referens *de Recuper. rem.* 1. *num.* 19. & *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 34. Villagut. ita opiniones concilians in *tract. de extenſ. legis Rubr. de extenſ. leg. exorbit. nu.* 13. *in princ.* Et in terminis *d. c. ſalubriter* ita tradit Alex. *conſ.* 31. *nu.* 6. *vol.* 6. † id amplians etiam ſi prom- 9
ptior eſſet ratio in caſu expreſſo , quam in alio , ad quod citat *gl. iuncto text. in l.* 2. *C. de his qui ante apert. tabul teſt.* gl. Bar. & DD. *in l. ſi conſtante in princ. ff. ſolut. matrim.* † Id enim tacitè 10
cautum à lege dicitur , in quo eadem reperitur ratio text. in *l. his qui C. de revoc. dona.* Alex. *loco cit.* † Præſertim ubi ratio, 11
ut hic , in lege reperitur expreſſa ; tunc enim ob illius identitatem non modò in exorbitantibus , ſed & in correctoriis fit de caſu ad caſum extenſio *gl. in Clem.* 1. *in verb. obligatio de elect. & in cap.* 1. *de rer. permut. in* 6. cum aliis per Alex. ubi ſupra ; plurimos etiam congerunt Rolan. *in conſ* 17. ubi de com. & *conſ.* 26. *num.* 7. & *ſeqq. lib.* 1. Simoncell. *in tract. de Decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 18. Menoch. *de recuper. remed.* 14. *num.* 18. & *ſeqq.* Honded. *conſ.* 95. *num.* 22. *lib.* 1. qui pariter de comm. teſtatur , & de jure civili habemus textum expreſſum in *l. ſi quis pro uxore ff. de donat. inter vir. & uxor.* ibi, *ſi uxor viro dotem promiſerit , & dotis uſuras , dicendum eſt ſine dubio peti uſuras poſſe ; quia non eſt iſta donatio , cum pro oneribus petatur matrimonii* .

Adeo † autem ejuſmodi conventio licita eſt , ut eam 12
etiam ubi dos in mobilibus , vel auro , aut argento conſiſtit latè ſuſtineat , & ampliet Giurba *in dec.* 72. *à numer.* 13. *uſque ad fi.* † Procedatque etiam ubi dos ad libitum mariti 13
promiſſa fuit , tunc enim conſummato matrimonio , intereſſe debetur Abb. *in d. cap. ſalubriter* , & poſt Roman. Bal. Novell. Molin. & Covarru. tenet Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 21. *num.* 48. † Etiam ſi conferatur in arbitrium tertii , qui non- 14
dum declaravit Cagn. *in l. curabit nu.* 42. *C. de act. emp. Ludou. ubi ſup. num.* 49. † Itavt ejuſmodi intereſſe cedi poſſit , ut 15
poſt Pariſ. quem citat , tradit Cagn. *ubi ſup. nu.* 16. ſequitur Ludou. *loc. cit. num.* 38. Felician. plurimos referens *in tract. de Cenſib. l.* 2. *c.* 5. *num.* 23. Seſſa *dec.* 68. *num.* 24. ubi id innuit in praxi frequenter recipi.

Non obſtat , quod † ubicumque promittitur uniformis 16
præſtatio , vel certa quantitas per temporis dinumeration-

nem , contractus dicatur fæneratitius , & non exequendus . Roman. *in conſ.* 520. *num.* 8. Soccin. *conſ.* 130. *nu.* 14. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 322. *ſub num.* 3. *in* 2. *dub. lib.* 1. latè Gratus *conſ.* 11. *num.* 30. *lib.* 2. Crotus *in cap. conqueſtus num.* 20. *cum ſeq. de uſur. & in cap. navigati num.* 25. *eod. tit.* cum aliis copiosè congeſtis per Plot. *de in lit. iurand.* §. 9. *num.* 15. Rot. *deciſ.* 315. *nu.* 7. *par.*

17 2. *diverſ.* † Etiam ſi ſolui mandetur ſub nomine pœnæ Bart. *in l. qui ſine ff. de negot. geſt. & in l. cum ſtipulanti ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. cum allegas in fin. C. de uſur.* Aret. *conſ.* 151. *num.* 1. Barbat. *conſ.* 66. *col.* 2. *vol.* 2. Cagnol. *in l. curabit col.* 2. *ff. de action. empt.* Cravett. *conſ.* 89. *in prin.* Roland. *conſ.* 55.

18 *num.* 24. *volum.* 1. Ac etiam ſi ſub nomine alimentorum , aut intereſſe , vel quocumque pio aut blando nomine nuncupetur ; cum magis attendatur effectus , qui ſemper idem eſt , quam vocabula *cap. plerique* 14. *quæſt.* 3. Bar. *in d. l. cum ſtipulanti in fi. ff. de verb. oblig.* Roland. *d. conſ.* 55. *num.* 29. Plot.

19 *cum relat. d.* §. 41. *num.* 15. † Ea ratione ; quia lucra non ſunt uniformia , ſed ex temporis vel loci qualitate variantur *l. ideo ff. de eo quod certo loco l. pretia rerum ff. ad l. Falc. &*

20 *tradunt* Roman. Dec. Soccin. & Crot. *locis ſupra citatis.* † quia ut inquit , Rota *in dec.* 331. *in fin. par.* 1. *recent.* huiuſmodi concluſio limitatur in quibuſdam particularibus caſibus à iure deciſis , & ſignanter favore matrimonii ex *d. cap. ſalubriter de uſur.* quod intellige favore ſeu in recompenſationem onerum matrimonialium . Unde magis in forma reſponderi poteſt regulam procedere in præſtationem quæ fit pro interuſurio pecuniæ , ſecus ſi ratione onerum , & intereſſe ex jam dictis ita in puncto reſpondet eadem Rota *in dec.* 329.

21 *num.* 26. *ex impreſſis poſt prim. vol. conſ. Farin.* † Non enim petuntur huiuſmodi uſuræ ut lucrum , ſed ut intereſſe mariti onera ſubſtinentis : at proinde utroque jure licitè peti poſſunt , ut notat gloſ. *in cap. conqueſtus de uſur. & in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. & fid. Cat. & in l.* 2. *C. de uſur. & in l. Iulianus* §. *ex vendito , & §. poſſeſſionem ff. de act. empt.* & in propoſito advertunt Roman. *in conſ.* 517. *num.* 8. & innumeri prope modum *ſcribentes* , quos pleno calamo congeſſit Surd. *de Aliment. tit.* 1. *q.* 42. *n.* 3.

22 Verſamur † itaque in uſuris recompenſativis omni jure permiſſis , quippe quæ dantur in compenſationem ejus , quod juſtè competebat , ac recipienti debebatur , iſque licitè habiturus erat , tradunt *ſcribentes* , quos recenſet Cagn. *in leg. curabit colum.* 2. *de act. emp.* & Covar. *lib.* 3. *Variar. re-*

23 *ſolut. cap.* 4. *num.* 2. † Cumque ejuſmodi intereſſe ſit in ſe certum , tametſi quantitas ſit ambigua , utique in pactum deduci potuit , nec dicitur uſurarium , ſed factum juxta diſpoſitionem *cap. dilecti de conſuet.* ad Felin. *in cap. cauſa quæ de reſcript.* ita in ſpecie advertunt Surd. *de Aliment. tit.* 1. *qu.* 42. *num.* 16. & Rota *in ſupralegatis deciſionibus* , & prius dixerat Campegg. *de dot. par.* 7 *prin.* 3. *verſ. quarto hinc.* ubi advertit in hoc verſari æquitatem *l. curabit C. de act. empt.* præſertim , quia alias maritus non fuiſſet dilationem daturus Covar. *d. lib.* 3. *Variar. cap.* 1. *ſub num.* 3. *ver.* 4. *hinc.* ubi inquit nullam congruam rationem adduci poſſe cur ab initio contractus intereſſe veriſimile in pactum deduci non valeat , quod latius proſequitur *eod. lib.* 3. *cap.* 4 *n.* 5. *& ſeq.* Lupus *de Vſur. comment.* 1. §. 4. *nu.* 80. inquiens has dici uſuras damni reſtaurativas , quæ abſque ulla fœnoris labe licitè acquiri , & peti poſſunt .

24 Unde eleganter aiebat Bald. *in leg. cunctos populos C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* hoc in caſu habita relatione hujus præſtationis , quæ dicitur uſura ad aliud antecedens , videlicet ad onus matrimonii ſupportatum , reſultare contractum innominatum , facio ut des ; quo caſu non dicitur propriè uſura , ſed quædam recompenſatio hinc inde quæ licita eſt , & permiſſa *d. cap. ſalubriter* , cum aliis per eum relatis , refert , & ſequitur Alex. *in conſ.* 31. *n.* 5. *lib.* 6.

Præſertim ubi , ut in hac facti ſpecie , acceſſit juramentum , quod vim habet interpellationis *cap. grave* ubi ſcribentes *extra de iureiur.* Ripa *in leg.* 4 §. *cato num.* 59. *ff. de verbor. oblig.* Gozadin. *conſ.* 27. *num.* 10. Oſaſch. *deciſ.* 48. *nu.* 7. & conſequenter ex tunc orta fuit Pompei obligatio ad d. interuſurium ſolvendum ad text. *in l. cedere diem ff. de verb. oblig.* Rota *in terminis in Romana fructuum dotis de Vellis.* 10. *Novembr.* 1600. *coram Litta quæ eſt deciſ.* 84. *penes* Fenzon. *ad ſtat. Vrbis.* quæ quidem obligatio cum mora tranſivit, & continuavit etiam ad favorem Caſſandræ filiorumque ac hæredum Hieronymi , ad quorum commodum dos , ac interuſuria fuerant in ſtipulationem deducta §. *poſt mortem Inſt. de Inutil. ſtipul. l. un. C. ui actio ab hæred.* Ang. *in l. ſi ita ſtipulatus n.* 2. *ff. de Verb. oblig.* Rota *in dict. Romana de Vellis,* quæ inquit d. moram tranſire etiam paſſivè contra jurantis hæredes ; ex regula , quæ habet moram ſemel contractam ſemper durare *gloſ. 1. in leg. pater familias ff. de Vſur.* Vinc. de Franch. *dec.* 16. *nu.* 16. imò hujuſmodi dotis interuſuria appellantur alimenta Alex. *conſ.* 63. *num.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 280. *n.* 7. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 280. *nu.* 12. *par.* 6. *recen.* ubi quot ſunt favorabilia quę propterea Jus Canonicum tollerat *c. ſalubriter de Vſur.* Pariſ. *conſ.* 62. *n.* 1. *& ſeqq. vol.* 4. Rolan. *conſ.* 55. *nu.* 18. *lib.* 2. *eadem* Rota *in Romana fructuum dotis* 9. *Ianuarii* 1588. *cor. Orano .*

Ejuſdem farinæ eſt , quod ex adverſo dicebatur † nec 25
quidem per ſtatutum induci poſſe, ut quid certum ſingulis annis pro quantitate debita ſolvatur , imò ſtatuentes Judices , Advocatos , ac partes in hujuſmodi ſtatutis ſe fundantes , excommunicationis ſententiam incurrere , juxta textum apertum in *clem.* 1. *de uſur.* & ibi Archid. Jo. de Imol. Jo. de Lign. & cæteri . Et hujuſmodi ſtatuta non valere , nec illorum vigore agi poſſe , deducit Jaſ. *in* §. *fuerat nu.* 19. *ver. an autem Inſtit. de act.* ubi quod contrarium affirmantes ſunt hæretici Abb *in d. cap. ſalubriter in fi. de uſur.* Bald. *in leg. cunctos populos ſub num.* 8. & ibi DD. *C. de Summ. Trint. & Fid. Cathol.* Tabien. *in ſumma verbo Dos num.* 16. cum aliis quos refert , & ſequitur Plot. *de in lit. iuram.* §. 11. *n.* 32. Corn. de com. atteſtans *conſ.* 46. *nu.* 2. *lib.* 3. Rota *in d. Romana fructuum dotis* 12. *Maii* 1625. *coram Coccino .*

Adeò † ut Siluan. *in conſ.* 10. *num.* 46. *ver. & adeo* poſt Jo. 26
Lup. quem citat , non dubitaverit aſſerere quòd ſtante d. taxatione in ſtipulationem deducta , nec quidem verum intereſſe peti , nec teſtibus probari poſſit (quod tamen eſt contra communem traditionem Alex. *conſ.* 200. *vol.* 6. Dec. *conſ.* 39. *ver.* 2. *reſpondetur, & conſ.* 119. *ver.* 5. *pro eo, quod intereſt.* Aret. *conſ.* 151. *in fi.* Modo verum intereſſe legitimè probetur, ut advertit Plot. *in d.* §. 11. *ſub nu.* 16. *in fi.*

Omiſſo enim quod d. concluſio ſatis eſt controverſa , ut patet ex hinc inde adductis à Beltramin. *in addit. ad dec. Gregor.* 93. † adhuc ea admiſſa , ſibi locum vendicat in veris uſu- 27
ris ; ſeu quatenus verum excedunt intereſſe , vel ubi nulla præcedente regulari , vel irregulari mora inducuntur , extra quos caſus ſecus dicendum eſt , provt inter ſe pugnantes ſententias conciliat Jo. Bapt. Lupus *de Vſur. in comment.* 1. *ad leg. curabit. num.* 81. Qui plurimos congerit concordantes .

Et † in individuo poſſe per ſtatutum certum intereſſe ta- 28
xari donec dos ſolvatur tradit Bald. *in l. fin.* §. *præterea nu.* 5. *C. de iure dot. & in conſ.* 166. *lib.* 1. qui ait , quibuſdam in locis adeſſe ſtatuta ut decem pro centenario , præſtentur Abb. *in dicto cap. ſalubriter de Vſur.* Cardin. & Imol. *in clem.* 1. *eodem tit.* Alexand. *conſ.* 63. *col.* 2. *vol.* 3. *& in conſ.* 31. *num.* 7. *volum.* 4. Cæpol. *conſ. ciuil.* 15. Afflict. *deciſ.* 284. Roch. de Cur. *in cap. ult. quæſt.* 1 *num.* 19. *de conſuetud.* Lupus *de Vſur. ad l. curabit num.* 91. Surd. cum per eum relatis *in tract. de Alimen. lib.* 1. *quæſt.* 42. *nu.* 27. *& ſeqq.* ubi pro ratione inquit valere argumentum de pacto ad ſtatutum , & conſuetudinem Borgni. *dec.* 35. *nu.* 27. *& ſeq.* ubi meminit ſtatuti Parmenſis , aſſignantis ſex pro centenario Navarr. *in Manual. cap.* 27. *ſub num.* 213. *in fin.* & latius *in cap. ſi fœneraberis* 12. *quæſt.* 31. *num.* 21. *notab.* 67. & hanc eſſe magis comm. veramque ſententiam innuit Rota *in deciſ.* 129. *num.* 27. *ex impreſſ. poſt primum uolum. conſ. Farinac.* ubi agit de ſtatuto Urbis c. 137. lib. 1. taxante intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario , cæteraque ſimilia ſtatuta licita eſſe ac valida firmant latius Rota *in Tiburtina Dotis* 19. *Jun.* 1623. *coram Nauarro* , quæ eſt *deciſ.* 90. ex impreſſis noviſſimè à Fenzon. *ad ſtat. urbis* , & de obſervantia Regni Aragonum teſtatur Seſsa *in deciſ* 68. *numer.* 29. idemque de Regno Valentiæ teſtatur Hieron. Leon. *in deciſ. Valent.* 62. & ejuſmodi ſtatuta eſſe juſta , ac frequenti calculo recepta teſtatur Afflict. *deciſ.* 284. cum aliis *in eadem Tiburtina* allatis , quam etiam ſententiam defendit Navarr. *in cap. ſi fœneraberis* 14. *quæſt.* 3. *in* 31. *not. num.* 67. ubi inquit ſimilia ſtatuta jubere ſolui intereſſe , non ut uſuram veri vel palliati mutui, ſed ut quoddam debitum certum ſubrogatum loco incerti debiti, quod pro dotis conſequutione tacitè dotans promiſit, refert, & ſequitur Rota *d. dec.* 90.

Et † hinc pariter ceſsat quod dicebatur pactum de fructi- 29
bus loco intereſſe percipiendis non tollerari , nec exequi poſſe , niſi pro quantitate intereſſe , de quo conſtiterit , & ſic probatis requiſitis Pauli Caſtr. *in l.* 3. *ff. de eo quod certo loco* , juxta doctrinam Oſaſch. *deciſ.* 143. *num.* 2. quem ſequitur Theſ. *deciſ.* 78. *num.* 3. & in terminis dotis non ſolutæ Alex. *in leg. diuortio in princip. num.* 23. *& in l. in inſulam* §. *uſuras numer.* 4. *ff. ſolut. matrimon.* Petr. Barboſa *in leg. de diui-*

ſione

sione nu.3. ff. solut. matrimon. Valer. *in different. inter utrumque forum littera V. differ.14. ver. quare in hoc* Card. Mant. *in decis.171. n.3.*

Id enim procedit ubi usuræ tamquam lucrum cessans petuntur, secus si, ut in terminis nostris ratione damni passi propter onera matrimonii supportata, tunc enim indistinctè peti possunt nulla habita consideratione an quis solitus fuerit negociari necne, ut probatur in *d. l.3. §. fin.* & ibi *not. ff. de eo quod certo loco & in l.* 1. ubi scribentes *de sentent. quæ pro eo quod interest.* & in terminis nostris observat Alex. *cons.31. n. 10. lib.6.* & est ex mente eorum quos *supra nu.5.* adamussim congessi, & quod fructus dotalis per viam taxationis ad rationem octo pro centenario non sint excessivi firmavit Rot. apud Merl. *decis.886. nu.3. vol.2.* ubi quod ejusmodi taxationem approbarunt Grammat. *decis.103. n.100.* Magon. *decis. Floren.83. num.3.* Thesaur. *decis. Pedemont.45. sub num.3.* Gratian. *discept. forens. c.759. num.17.* & eadem Rota *in dec. 428. n.3. p.3. rec.*

30 Non † etiam obstat distinctio Campegii *in tract. de dote part.2. q.6. sub num.1. post med.* asserentis tunc demum hujusmodi pactionem inter socerum, & generum sustineri si conventum fuit fructus solvendos esse pro alimentis, vel loco alimentorum uxoris: secus autem, si ut in hac facti specie, dictum fuit pro usuris vel interusuriis, quia imò tametsi conventionis verba ad usurarum solutionem referantur, illa non sunt attendenda, sed ex contrahentium intentione juxta hujusmodi contractus naturam improprianda sunt, ac ad
31 interesse referenda. † Ex qualitate quippe contractus verba etiam contra propriam significationem accipiuntur *leg. si uno in prin. ff. locati l. si tibi pecuniam ff. si cert. pet. at. l. in insulam ff. de præsumpt. verb. cum similibus.* Et ita in terminis nostris tradunt Rom. *in cons.517. sub n.8.* & Alex. *cons.31. n.13. lib. 6.* & neutro citato sic etiam respondet Surd. *in tract. de Aliment. lib.1. q.42. n.23. & seq.* ubi inquit dict. Campegii differentiam sibi videri verbalem, nam etiam si usurarum fiat mentio, intelligenda est pactio de alimentis dotalibus, seu de interesse dotis cum de dote agatur.

32 Et † verba intelligenda esse secundum subjectam materiam, etiam impropriando, probatur in *d. l. si uno* ubi glos. Bart. *& cæteri ff. locat.* & post alios, quos congerit tradit Tiraq. *in l. si unquam in verb. revertatur nu.37. ff. de revoc. donat.* Ruin. *cons.168. n.16. vol.2.* Paris. *cons.126. nu.119. vol.*
33 2. Neviz. *cons.90. n.5.* † Et contractum esse ab effectu, non autem à nomine à contrahentibus imposito judicandum Bal. *in Rubr. C. de Iur. Emphyt. in fine* Roman. *consil.509. in 1. dub.* Alex. *cons.107. num.7. volum.3.* Dec. *cons.160. num.2.* & signanter non tam verba contrahentium esse spectanda, quam veritatem, quæ est ut interesse pretii non soluti cedat in fructuum recompensationem, tradit etiam Cæs. de Grass. *dec.1. n.10. de Usur.*

Hæc autem multo magis procedunt stante juramento in
34 hujusmodi contractu apposito, † quod vim habet clausulæ *si non valet, ut ago, valet ut valere potest leg. cum pater §. filii matrem ff. de l.2.* Bart. *in l. si quis pro eo 57. sub n.13. ff. de fideiuss.* Rom. *cons.517. n.24.* (ubi limitat deficiente partium consensu) *& cons.520. in fin.* Marsil. *singul.71. & 504.* Marc. Mantua. *cons.132. n.4.*

35 Minus † obstat quod pendente dilatione data ad solvendum, & sic ante illius eventum non debeantur usuræ, ut per Castrens. *cons. 11. n.4. vers. sed si in casu lib.1.* Dec. *cons.119. n.6. & seq.* Cravet. *cons.189. sub n.7.* Surd. *de Aliment. tit.2. q.42. num.50.* & in terminis nostris tradit in specie Anton. de Butr. *in d. cap. salubriter* quem sequitur Jos. Ludou. *d. decis. Lucens.12. n.44. & seqq.* subdens quod licet Covar. videatur hoc dictum involuere, tamen cum maritus sit dominus fructuum dotis, potuit illos dotanti donare. Sed pace sua nec Covar. benè intellectus merebatur reprehendi, nec ratio ab ipso Ludov. adducta concludit; potuit enim dubio procul maritus dotis fructus donare, sed & in mari proiicere; at certè noluit, cum imò expressè convenerit sibi in certa quantitate persolui; nec dilatio hac lege concessa, per quam dotans non videtur in mora constitutus, reddit hujusmodi pactionem illicitam; tum quia ea intelligitur concessa juxta juris dispositionem; tum etiam quia ratio *cap. salubriter* non fundatur in dotis privilegio, & sic dilatio apposita solutioni dotis non excludit d. interesse resultans ex supportatione onerum matrimonialium. Tum rursus quia cum maritus priusquam dotem recipiat, non teneatur alere uxorem, imò possit illam è domo expellere, sed obligatio huiusmodi patri incumbat text. *in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* & ibi Abbas & Palat. *in 3. not ab. princ. num.2. l. ultima Cod. ad Velle.* cum aliis per Felician. *de censib. lib.2. c.5. sub nu.20. ver. respondeo tamen*; nihil obstat cur non possit vir cum dotante pacisci, ut ipse onus patri incumbens subeat, & in recompensationem à dotante quid certum illi correspondens percipiat: quamobrem d. sententiam nempe interesse conventum pacisci, & exigi posse etiam data dilatione ad dotem solvendam tenuere Panorm. *in d. c. salubriter* Imola & Roman. *in cap. in insulam §. usuras ff. solut. matr.* Bald. *Novell. de dote p.7. privil.3.* Cagnol. *in l. curabit num.42. Cod. de act. empt. idem* Covar. *lib.3. Variar. cap.4. illat.6.* Lupus *de usur. in d. l. curabit §.4. n.76.* & latè defendunt Felician. *de Censibus lib.2. c.5. in 5. quæst. & signanter sub n.20. ver. pro vera* & Sessa *in decis. Aragon.68. per totam, & signanter num.17.* idemque tenent Surd. *de Aliment. tit.1. q.42. nu.23.* Molin. *de primogen. lib.4. cap.1. numer.6.* Roderiq. *de Annuis reddit lib.3. q.7. num.44. & seqq.* Mexia *de taxa* Fanis *concl.2. num. 76.* Costa *de Rata port. q.91.* Giurba *decis.22. sub num.3.* Navarr. *in comment. c. si fœneraberis 14. quæst.3. num.74.* Sotus *de Iustit. & Iur. lib.6. art.2. colum.8.* & ita latè firmat Rota *in Romana fructuum dotis 17. Februarii 1606. coram Penia* quæ est *decis.88. ex impressis* à Fenzon. *ad statut. urbis, & in Tiburtina dotis 19. Iunii 1623. coram Navarro* quæ est *decision.90. ex impressis ab eodem* Fenzon. *loco citato* ex quibus patet hanc sententiam veriorem esse magisque receptam.

Denique non refragatur quod † fructus hujusmodi non 36
fuerint à Hieronymo in vita petiti; ac propterea ipso ab humanis sublato remissi & donati censeantur, hæcque donatio dicatur morte confirmata juxta textum in *l. vir usuras ff. de donat. inter vir. & uxor.* Balb. *de Præsumpt. p.1. 3. part. prin. num.17.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.25.* Mascard. *de probat. conclus.1371. n.105.* Bardus *in tract. de temp. util. c.18. num.11.* Osasch. *decis. pedem.132. num.19. & 20.* Vivi. *decis.423. num.11. & seqq. lib.3.*

Nam † *l. vir usuras* quatuor ad rem nostram recipit restri- 37
ctiones, quarum prima est, ut ita demum procedat, si dos ab ipsa uxore promissa fuit, nam ad ejus duntaxat non ad soceri favorem donatio facta præsumitur juxta terminos *d. l. vir usuras* ut declarant Alexand. *cons.63. n.14. vol.4. & cons.208. n.50. ver. quarto videtur vol.7.* Bero. *cons.52. n.25. in fin. vol. 2.* Roland. *cons.65. num.22. vers. secundo respondetur vol.4.* refert, & sequitur Surd. *cons.290. num.51. & seq. volum.2.* quibus addo Natta *cons.495. sub numer.8. ver. non omitto lib. 3.* quicquid secus senserit idem Surdus in hoc sibi parum constans *de Alim. lit. I. q.42. sub n.122. ver. quartus vero*, visusque sit tenere *in consil.500. n.3. lib.4.*

Secunda † est ut conclusio non procedat in promissione 38
jurata, qualis est ea, de qua agitur; eo quod juramentum actionem perpetuet Alex. *in leg. nemo potest de legat.1.* Jal. *in §. item si quis postulante n.5. Inst. de Action.* Tholos. *decis. 220.* ubi Aufrer. in addit. cum aliis congestis per Seraph. *de priuil. iuram. priu.51. nu.1. & per totum.*

Tertia † est, in nonnullorum sententia, ut *d. l. vir usuras* 39
sibi locum vendicet in usuris odiosis, de quibus loquitur; non autem in iis, quæ tanquam interesse petuntur, ut pluribus relatis defendit Natta *dict. cons.495. numer.8. lib.3.* Buratt. *cum relat. in mox edenda decis.232. num.5.* ubi bene de materia.

Quarta † demum & præcipua restrictio est, ut ea non pro- 40
cedat, nisi una cum morte viri, eius decemnalis taciturnitas, quæ hic desideratur, concurrat, ut latè per Osasch. post alios quos congerit *decision.132. & per totam*, & plurimis relatis tradit plenè Surd. *d. q.42. à num.90. vers. contraria tamen, & deinceps, iuncto n.111. cum seq.*

Quamvis † enim Bal. *in cons.474. lib.3.* firmaverit decem- 41
nale viri silentium per se solum, etiam illo adhuc superstite operari fructuum remissionem; contraria tamen sententia prævalevit, quam tenuere Aret. *in §. fuerat n.7. ver.2. advertas Inst. de act.* & ibi Jas. *n.22.* Alex. *in l. quæ dotis n.14. ver. per hæc ff. solut. matr.* & ibi Jas. *sub nu.21.* Bologn. de comm. *n.29.* & Petr. Barb. *sub n.46.* Palaz. *in repet. cap. per vestras §. 1. numer.1. ad fin. de donat. inter vir. & uxor.* asserens Baldi consilium communiter reprobari; & contra illud judicatum fuisse testatur Gramat. *decis.70. ad fin.* Roland. de com. *cons. 64. num.9. cum seq. & ante n.18.* latè Surd. *d. q.42. à num.91.* subdens *n.100.* se juxta hanc sententiam consuluisse, & à Senat. Montisferrat. fuisse judicatum, Fontanell. plurimos referens *de Pact. Nuptial. claus.6. gl.2. §.6. n.21.* Buratt. *in nondum edita decis.159. n.5.*

Ma-

Major verſabatur difficultas circa uſuras poſt Heironymi
42 obitum, & ſic ſoluto matrimonio decurſas; † tunc enim ceſſare onera matrimonii propter quæ inducta fuit æquitas *d. cap. ſalubriter*, extinctum etiam eſſe titulum dotis; & ſic in hac parte conventionem de ſolvendis interuſuriis fuiſſe uſque ab initio fæneratitiam; itaut debitum dotis ſolvendo uſuras, vertatur in mutuum palliatum, pleniſſimè firmavit Rota *in Romana fructuum dotis* 12. *Maii* 1625. *coram Domino Coccino Decano*, poſt hæc ſcripta impreſſa penes Fenzon. *ad ſtatut. Urbis deciſ.*91. *per totam*, ubi propterea concluditur hujuſmodi exceptionem uſurariæ pravitatis incontinenti probatam executionem cameralis obligationis impedire.

Nihilominus etiam hac in parte duxi D. Caſſandram bo-
43 num jus fovere, † quia ſi non debentur hujuſmodi fructus pro interuſuriis propter onera matrimonii; certè debentur viduæ à patre, vel ejus hæredibus, quatenus ſuccedunt in locum alimentorum ad quorum præſtationem tenetur pater, & poſt ejus obitum filii, & hæredes quouſque dos loco legitimæ filiæ in bonis paternis debitę ſubrogata, eidem perſolvatur DD. *in l. alimenta ff. de negot. geſt.* Bald. *in l. qui filium ff. ubi pupill. educ. debeat & in l. de alimentis in fin. C. de tranſact.* Socc. ſen. *conſ.*57. *num.*36. *ver. aliud eſt quærere cum ſeq. vol.* 4. Menoch. *conſ.*8. *n.*61. *&* 66. Surd. *de Aliment. lib.*1. *quæſt.* 105. *n.*2. Palaz. *in repet. cap. per veſtras* §.20. *num.*4. *de uſur. egregiè* Garz. *de ultimo fine utriuſque iur.*2. *illat.*6. & luculenter firmavit Rota *in Romana fructuum dotis de Vellis* 10. *Novembris* 1600. *coram* Litta *quæ eſt deciſ.*84. *ex impreſſ.* ab eodem Fenzon. *& in alia Romana fructuum dotis* 15. *Novemb.* 1596. *& in eadem* 19. *Ianuanuarii* 1598. *coram Orano*, quæ ſunt *deciſ.*85. *&* 86. penes eundem Fenzon. & ſic non applicatur deciſio coram D. Coccino ſupra in contrarium allata, cum loquatur in diverſis terminis, nimirum in uſuris à viro prætenſis poſt uxoris mortem; in quo etiam articulo res non caret difficultate ut patet ex *Tiburtina dotis* 19. *Iunii* 1623. *coram Navarr. quæ eſt deciſion.* 90. penes eundem Fezon.

44 Neque † obſtat quod Viduæ non debeantur fructus dotales, niſi duobus copulativè concurrentibus ab ea probandis: nempe illius egeſtate itaut aliunde non habeat, unde vivere poſſit, & diligentia pro exigenda dote, Afflict. *dec.*384. *num.*5. Pontan. *de Alimen. cap.*15. *num.*13. Honded. *conſ.*36. *num.*3. *&* 32. *lib.*2. Theſaur. *deciſ.*43. Rota *in Bononienſi dotis* 9. *Decembris* 1619. *coram Kemboldo & in Roman. reddit. rationis* 25. *Maii* 1626. *coram D. Coccino Decano*. Id enim procedit in vidua prætendente fructus dotis ſibi ab hæredibus præmortui viri non reſtitutæ; qui caſus longe differt à noſtro, cum in præfatis hæredibus nec mora conſiderari poſſit, nec onus alendi viduam: Ita in puncto reſpondet & diſtinguit Rota *in deciſ.*84. *ver. & ad aliud ex impreſſ.* per Fenzon. *ad ſtatut. urbis*.

Præterquamquod cum juris diſpoſitioni acceſſerit promiſſio jurata, ac obligatione camerali vallata, utique non modo diligentiæ neceſſariæ non fuerunt, ſed nec quidem ſim-
45 plex interpellatio, cum † juramentum vim habeat interpellationis *c. grave* ubi DD. hoc notant *de Iureiuran.* Ripa *in l.* 4. §. *cato num.*59. *ff. de verb. obligat.* Gozad. *conſ.*27. *num.*19. Oſaich. *deciſ.*48. *n.*7. & in terminis noſtris advertit Rota *in deciſ.*81. 84. *&* 86. penes Fenzon. nec neceſſaria eſt Viduæ
46 inopia, cum hoc in caſu alimenta non Judicis officio, † ſed jure actionis debeantur, itaut etiam præterita alimenta ſolvenda ſint, ut notat Bart. *in l. libertius ff. de alim. & cib. legat. & in l. de alimentis* ubi Jaſ. *num.*6. & Dec. *nu.*5. *C. de tranſact.* & in puncto conſiderat Rota *d. dec.*81. *ver. minus*
47 *etiam*, *& deciſ.*82. *ver. cæterum* penes Fenzon. ubi † propterea concluditur illa peti poſſe etiam ſoluta jam ſorte principali ad Bart. Bald. Roman. & alios *in leg. ſi marito* §. *ſi fundum ff. ſolut. matrim.* Campeg. *tract. de dot. part.*2. *in princ. num.*
48 11. Cæphal. *conſ.*485. *numer.*113. *cum multis ſeqq. vol.*4. † per text. *in d.* §. *ſi fundum*, quod tametſi loquatur de fructibus naturalibus, extenditur ſaltem ex æquitate ad fructuus etiam civiles, ut per Bald. *in l. cum quidam* §. *præterea n.*3. *C. de Iure dot.* & per Rotam *loco citato*.

Quod verò ad vltimam attinet inſpectionem, cum ita interuſuria horis non ſolutæ debeantur, vt non ſint exceſſiva, ſed fructibus veriſimiliter correſpondeant, in quibus terminis loquuntur Doctores relati ſupra *num.*5. & prædia in Agro Ariminenſi communiter non ultra quinque pro centenario ſoleant reſpondere; judicavi præfata inſtrumenta pro hac
49 duntaxat ſumma eſſe exequenda. † Pactum ſiquidem præfatum pro veriſimili, & juſta ſumma ſuſtinetur, pro exceſſiva vitiatur *l. ſancimus C. de donat.* cum allegatis per Anton. Gabr. *de donat. concluſ.*1. *n.*56. & in his terminis firmat Rot. *in dec.*129. *in fi. ex impreſſis poſt primum volum. conſ.* Farinac. ubi ideo interuſuria reduxit ad rationem ſeptem pro centenario, quia in urbe adeſt conſimile ſtatutum, cum quo Judex ſe conformare debet; & rurſus *in Romana dotis* 2. *Iul.* 1599. *coram Orano*. ubi † adducitur ſimile de donatione 50
non inſinuata, quę non niſi in excedente ſumma annullatur *d. l. ſancimus*, & Gabr. *loco cit.* & ita in effectu ſentit Bald. Novell. *in tract. de dote p.*7. *princ.*3. *ſub numer.*3. dum inquit quod ſi quantitas promiſſa excederet juſtum intereſſe, illud ultra eſſet uſura, unde & Rota *in Neapolitana intereſſe* 24. *Februarii* 1612. *coram Penia* fructus compenſativos ad rationem ſeptem taxatos, reduxit ad quinque pro centenario.

Et † regulare eſt in contractibus ut utile per inutile non 51
vitietur *cap. utile de regul. iur. in* 6. *leg.*1. §. *ſed ſi mihi ff. de verb. oblig.*

Et † in materia uſurarum quod duntaxat illicitè adjec- 52
tum pro non adiecto habeatur, ſunt textus expreſſi *in l. pecuniæ*, *& in l. uſuras*, *& in l. placuit ff. deuſur. & in l. cum allegas*, *& in leg. eos* 1. *ſi quis autem C. eodem tit.* cum alliis allatis per Gaill. *pract. obſer. lib.*2. *obſer.*4. *n.*7.

Sic † in ſimili ſi reddituum emptio excedit ſummam quin- 53
que pro centenario, contractus non vitiatur tanquam fæneratitius in totum, ſed id quod juſtam excedit penſionem reiicitur, ac ad quinque reducitur, ut per eundem Gail. *obſer.* 5. *nu.*10. *lib.*2. ubi teſtatur perſæpè hujuſmodi reductiones in Camera Imperiali fuiſſe factas.

Et † quamvis nonnulli ſenſerint dotis intereſſe ad ratio- 54
nem octo pro centanario poſſe taxari, quos refert, & ſequitur Magon. *in deciſ. Florent.*83. *n.*3. & Rota *dec.*471. *n.* 2. *p.*1. *in recent.* & ſaltem ad rationem ſeptem, ut per eandem Rotam *in dec.*129. *ad fin. ex impreſſis poſt primum vol. conſ.* Farinac. ipſi tamen loquuntur ubi jus municipale, vel conſuetudo regionis hujuſmodi taxationi correſpondet, & ſic enim, ut dicebam, in Agro Ariminenſi conſuetudo ſit ad rationem quinque, merito ad eandem ſummam d. intereſſe reduxi. Et eo libentius quo † verum intereſſe dicitur 55
quod annorum viginti curriculo rei æſtimationem continet Auth. *de non alien.* §. *ſi verò alicuius gloſ. in auth. perpetua in ver. infra C. de Sacroſ. Eccleſ.* Rota *in Forolivien. de Monſignoriis* 19. *Novembris* 1603. *coram Penia in fine*, & conſequenter ad quinque pro centenario aſcendit, cum vigeſies quinque centenarium numerum perficiant, ut per Doct. *in d. Auth. perpetua* & latè per Covar. *lib.*3. *Variar. reſol. cap.*9. *n.*4. ubi de comm. opin. teſtatur; de qua etiam Gaill. *pract. obſerv. lib.*2. *obſerv.*5. *n.*11. Et in terminis noſtris recompenſationem quinque pro centenario ratione intereſſe dotis non ſolutæ licitam eſſe, tradit poſt alios, quos refert Neviz. *in conſ.*74. *num.*5. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.*1. *num.*5. *titul. de Vſur.* & Rota *in Interramnen. fructuum dotis* 26. *Februarii* 1597. *coram Gypſio*, quibus addo Lupum, cum per eum relatis *de uſur. comment.*1. *ad l. curabit* §.4. *n* 91. ubi ait ut plurimum ita induci ſolere dd. uſuras reſtaurativas; & ſic etiam per ſtatutum Florentiæ taxari † & Borgnin. *deciſ.*35. *n.*21. *&* *ſeqq.* 56
& *n.*33. *par.*1. quamvis faciat quandam diſtinctionem, quę ex allatis ab eo doctrinis non probatur, & ex ſupra per nos deductis confunditur, & quod Rota pluries hujuſmodi taxationem approbaverit, teſtatur Caſtracan. *de Societ. offic. cap.*49. *numer.*4. *&* *ſeqq.* & facit Rota *deciſ.*340. *p.*1. *diverſ.*

Relaxaui itaque contra Pompeium executionem tam ſorte principali, quam pro interuſuriis à die moræ ad rationem quinque pro centenario: & anno; videlicet pro decurſis in vita Hieronymi viri ad favorem filiorum & hæredum, pro decurſis verò poſt ejus obitum, ad Caſſandræ viduæ favorem reſervato jure agendi via ordinaria pro reliquis tribus in conventione contectis † poterat enim probari verum inte- 57
reſſe ad tantundem aſcendere, interim verò inſtrumentum in illa parte non erat exequendum; ſed ordinario judicio procedendum, ut per Vivi. *dec.*304. & eo non citato, Borgn. *d. dec.*33. *n.*33. *p.*1. Et hæc quidem reductio fuit in cauſa, ut utraque pars jurgiis ac ſumptibus amputatis meæ acquieſceret ſententiæ.

Pro coronide addi poteſt † etiam viduam poſſe cum viri 58
prædefuncti hæredibus donec ſibi dos reſtituatur de certa intereſſe quantitate convenire, modo illud damno emergenti commenſuretur, ut poſt alios habetur per Trentacinq. *va-*

riarum

riarum resol. lib. 3. tit. de Iure dot. resol. 6. n. 6. Gaill. *obseru. 6. n. 6. lib. 2.* Giurb. *in consuet.* Messan. *cap. 15. glos. 15. sub num. 39. p. 1.* quod pariter in vim juris municipalis exigere valet, ut signanter contingit Romæ ad rationem septem, statuto ita taxante *lib. 1. capit. 137.* ut advertit Gregor. XV. *decis. 269.* per totam ubi etiam addentes & Rota *decis. 106. par. 3. in recentior.*

Idemque dicendum est in materia matrimonii spiritualis, quod à novitia per professionem in religione contrahitur :
59 potest † enim monasterium, certam pecuniæ quantitatem recipere, donec illi dos, seu magis propriè loquendo, eleemosyna dotalis pro novitia profitente promissa solvatur, ut per Eman. Roderiq. *q. regul. tom. 2. q. 48. art. 7.* modo non recipiatur in vim statuti de matrimonio carnali loquentis : quamvis enim matrimonium spirituale gaudere debeat pri-
60 vilegiis carnali conjugio concessis ; † statuta tamen cum sint ad literam intelligenda, si de carnali loquuntur, ad spirituale minimè trahuntur ut in puncto tradit Card. Seraph. *decis. 517. per totam.*

61 Cæterum tametsi hæc de jure procedant ; † non tamen permissum est ordinariis hujusmodi dilationes pro Monialium dotalibus eleemosynis concedere ; imò ante illarum in monasterium ingressum, debent penes ædem sacram, vel personam idoneam illas deponi facere ; itaut in actu professionis monasterio solvantur juxta generalia decreta *Sacr. Congregationis Eminentissimorum Cardinal. negociis Episcoporum & Regularium Præpositorum* quorum decretorum meminit eadem Congregatio in quadam declaratione impressa à Quarant. *in Summ. Bullar. ver. Monasteria Monialium in fin. dat die 6. Septembris* 1604. & rursus eadem *Sacr. Congr. sub die 16. Junii* 1615. in hunc qui sequitur tenorem Collectori Lusitanico rescripsit *Dotales eleemosynæ apud Monialium consanguineos, vel affines nullatenus relinquantur ; sed antequam puellæ habitum suscipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam personam fide, & facultatibus idoneam, ut statim professione emissa, in emptionem bonorum stabilium, aut annorum redituum implicentur.*

62 Hoc † autem quod dicitur de erogatione dd. eleemosynarum dotalium in bonis stabilibus, vel annuis redditibus intelligendum est quoad dotes Monialium supra numerum præscriptum profitentium, secus quoad dotes intra numerum receptarum, juxta aliam ejusdem *Sacr. Congr.* resolutionem sequentis tenoris. *Moniales velatæ tam intra, quam supra numerum absque dotali elemosynæ dotales, si sint Monialium, vel conversarum intra numerum existentium, emissa ab eis professione expendi possint in usus communes necessarios Monasterii ; supra numerarium autem dotes post eandem professionem omnino in emptionem bonorum stabilium Monasterii commodo convertantur.*

ARGUMENTUM.

Appellatio in possessoriis an, & quando, & qualiter concepta admittatur. Non rediens in termino juris pro Apostolis an, & quando causam deserere dicatur, & an, & quando ob impedimentum excusetur. De attentatis an, & quando post desertionem dari possit.

SUMMARIUM.

1 *Delegatio facta Vicario Episcopi an transeat in successorem.*
2 *Appellatio de Iure Canonico datur in possessoriis.*
3 *Synodalis Constitutio an, & quando appellationem tollere possit.*
4 *Appellatio in possessoriis potest per statutum & consuetudinem tolli.*
5 *Delegatus an & quando stylum curiæ delegantis servare debeat.*
6 *Appellationis prohibitio ad effectum suspensiuum respicit ordinatoria, prout etiam tempus ad appellandum præfixum.*
7 *Possessorium adipiscendæ causam petitorii annexam habens remanet merum possessorium.*
8 *Possessorium terminari potest prætermisso petitorio absque illius suspensione.*
9 *Appellatio ratione mixturæ datur etiam in possessorio.*
10 *Immissio datur sine retardatione appellatione quoad fructus effectum sortiente.*
11 *Appellatio in possessoriis non expressa causa non admittitur.*
Quæ causa debent esse manifesta, & apparent numer. 13.
12 *Exprimenda necessario non veniunt in generali nominatione.*
13 *Causa in appellatione exprimenda, debet esse manifesta, & apparens.*
14 *Executio facta pendente appellatione in possessorio sine causæ expressione interposita, non est attentata.*
15 *Executio intra decendium facta, si postea appellatio fiat deserta, non dicitur amplius attentata.*
16 *Appellationem deserere, & non appellare paria sunt.*
17 *Desertionis defectus retrotrahitur.*
18 *Appellationem deserens dicitur sententiam approbare.*
19 *Appellante non redeunte in tempore pro Apostolis, causa deserta remanet.*
20 *Appellanti non currit tempus si culpa iudicis non rediit pro Apostolis.*
21 *Protestatio tamen impedimenti requiritur, & quidem geminata, & n. 25.*
22 *Et quid si aliunde impedimentum exoritur.*
23 *Impedimentum non excusat absque protestatione si actus in tempore continuo non erat gerendus.*
24 *Appellans, si ob iudicis absentiam non rediit pro Apostolis, non excusatur nisi protestetur.*
25 *Doctrinæ paucæ in puncto plus valent, quam mille à remotis.*
26 *Impedimentum ut excuset, quæ sit probanda,* & num. 39. in fin.
27 *Episcopus an, & quando in causa commissoria, in qua Vicarius prævenit, adiri possit.*
28 *Causa duobus in solidum commissa, altero præveniente, an & quando alter adiri possit.*
29 *Alternativa cuilibet in solidum dispositionem tribuit.*
30 *Episcopus absente Vicario an adiri possit in causa eidem Vicario commissa.*
31 *Delegatus ante præsentatam commissionem non recipit exercitium iurisdictionis.*
32 *Impedimenti tempus non computatur in termino.*
33 *Protestatio in notorio impedimento non est necessaria.*
Declara ut num. seq.
Notorium sat est allegari in informationibus iuris.
Declara ut num. seq.
De Notorio potest Iudex se extraiudicialiter informare.
Declara ut num. seq.
34 *Notorium facti transeuntis probandum est.*
35 *Notorium probandum ad effectum decidendi causam, debet ex actis verificari.*
36 *Notorium alterius ciuitatis plenè probandum est.*
37 *Clausula* statum, & merita *an, & quando operetur specificatam narrandorum enunciationem.*
38 *Clausula* prout iuris *totam commissionem respicit, & limitat.*
39 *De Apostolis non debet esse sollicitus appellans à diffinitiva, à qua datur appellatio.*
40 *Apostolos sæpe unico contextu petere, an, & quando sufficiat.*
41 *Attentata etiam post desertionem possunt per viam nullitatis revocari,* & num. seq.
Declara ut n. 43. & seq.
42 *Appellare nulliter, & non appellare paria sunt.*
43 *Executio directa etiam attentata, post causæ desertionem non revocatur.*
44 *Executio quæ dicatur directa, & quæ obliqua.*
45 *Attentata nec per viam nullitatis revocantur ; si tempore commissionis causa erat deserta.*
46 *Desertione resultante ex actis, nullus est ad attentata regressus.*
47 *Attentatorum cognitio quando facienda sit ordine iuris servato, & libello porrecto.*

DECISIO LXXXV.

D. Jo. Christophorus Sanseverinus præfectus militum fuit à D. Vicario Parmensi delegato Apostolico in possessionem quorundam bonorum emphiteoticorum adversus Domino Cap. Robertum etiam Sanseverinum intra decendium datum ad appellandum actualiter immissus. Cum autem parti appellanti idem Judex terminum juris ad redeun-

redeundum pro Apoſtolis dederit, ille redivit non niſi termino elapſo.

Cauſa in ſecunda inſtantia mihi tunc Vicario Regienſi commiſſa cum facultate revocandi attentata prout de jure, & altercantibus partibus tam ſuper dictorum attentatorum revocatione quàm ſuper deſertione cauſæ appellationis. Ad favorem d. D. Jo. Chriſtophori pronunciavi ex trib. Primo quia cauſa non erat appellabilis ſaltem quoad effectum ſuſpenſivum. Secundò quia quatenus appellabilis, non fuit ritè appellatum. Tertiò eſto fuiſſet benè appellatum, appellationis cauſa deſerta remanſerat.

Quoad primum caput præſuppoſita Juriſdictione dicti D. Judicis à quo, non obſtante, quod non ſibi, ſed alio Vic-
1 cario anteceſſori d. cauſa commiſſa fuerit; † nam licet ſecundum com. opin. delegatio facta a Papa Vicario Epiſcopi per obitum vel remotionem ipſius ab officio non tranſeant in Vicarium ſucceſſorem, eſtò ſub nomine officii facta fuerit, cum Vicarius propriè non dicatur ſucceſſorem habere ut per Butr. Abb. Felyn. Dec. Mantic. & Bero. *in c. quoniam* Abbas *de officio deleg.* Id tamen de conſuetudine minimè ſervatur, præſertim quoties delegans habuit reſpectum ad Tribunal Epiſcopi, ut in caſu noſtro Card. *in Clem. 2. num. 6. in fin. de reſcript.* Gamb. *de officio, & poteſt. legat. à later. lib. 8. n. 97.* Prax. *Archiep. Neapolit. c. 85. n. 1. ſecundum primam impreſſionem* Sbroz. *de offic. Vicarii lib. 3. quæſt. 49.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. qu. 11.* Sanchez. *de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 41. & ſeq.* Put. *deciſ. 487. lib. 2. per tot.* ubi ita fuiſſet judicatum in Romana Curia affirmat Cucc. *Inſtitut. Iuris Canonic. Rub. de Vicario n. 12. & ſeqq. lib. 1.* Cap. *concluſ. 37. num. 32.* & latiſſime omnium Gabr. *conſ. 32. num. 7. & 8. cum ſeq. uſque ad fin. lib. 2.* ubi hanc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem affirmat Rota *deciſ. 12. nu. 3. & per tot. p. 2. diverſ.* ubi quod contraria opinio eſt rigoroſa, & uſu non recipitur. Et ſic data ſententiæ validitate, duxi cauſam hanc eſſe inappellabi-
2 lem: † quamvis de jure canonico in cauſis poſſeſſoriis admittatur appellatio Bart. *in l. 2. col. 3. C. de appellat.* Menoch. *de recuperand. remed. 15. n. 641.* Lancellot. *de attent. appell. pendent. limit. 25. in princip. & num. 18.* Gratian. *diſcept. cap. 483.* Bald. *deciſ. 245.* Greg. XV. *deciſ. 335. num. 18. & deciſ. 456.* cum aliis per Rota *in Æſina bonorum 10. Iunii 1633. D. Veroſpio.* In curia tamen Eccleſiaſtica Parmenſ. adeſt peculiaris conſtitutio Synodalis *ſub tit. 47.* prohibens appellationem in cauſis Summariis, & poſſeſſoriis ad effectum ſuſpenſivum illamque ad effectum duntaxat devolutivum admit-
3 tens, † quæ quidem conſtitutio valet, & ſervanda eſt Rota *deciſ. 641. p. 4. diuerſ.* quæ citat aliam *deciſ. 535. p. 3.* & Lancellott. *de attent. p. 2. l. 13. limitat. 48.* qui loquuntur de conſuetudine, & ſtatuto, & in terminis de conſtitutione Synodali prohibente appellationem fuit dictum *in Pampilonenſi Parochialis decimo ſexto Iunii 1597. coram Litta.*

Cui rationi non obſtat primo, quod imò dicta conſtitutio Synodalis effectum appellationis tollere minimè poſſit, ut per Greg. *deciſ. 339. in fin.* & quod huiuſmodi Conſtitutiones contra Canones non valeant niſi fuerint auctoritate Summi Pontifici confirmatæ ex doctrina Felyn. *in cap. quod ſuper his num. 4. nu. 11. verſ. dixit etiam mirabiliter de maiorit. & obed.* quia reſpondebam in dicta deciſione Gregorium ſe remittere ad latè deducta *in Florent. Iuriſpatron. de Ricaſolis 28. Aprilis 1606.* quæ eſt *deciſ. ipſius 251.* inqua non dicitur ſimpliciter dictam Conſtitutionem eſſe nullam, licet ejus validitas revocetur in dubium; ſed tantum dicitur eam in materiam præſentationum, (de qua materia in utraque deciſione agitur) intelligendam eſſe quatenus extrajudicialiter agatur; non autem ſi judicialiter, & non obſtante dicta doctr. Felyn. pro validitate ſimilis conſtitutionis fuit tentum in dicta *Pamphilon. Parochialis coram Litta, & in Calagurita-na de Oluarit. 22. Martii 1604. cor. Penia in fine*, & ſic cum habeamus ſupradicta s deciſiones claras pro validitate dictæ
4 Conſtitutionis non eſt judicanda nulla, † præſertim quia communi calculo tenet DD. appellationem in cauſis poſſeſſoriis tam per ſtatutum, quam per conſuetudinem tolli poſſe Alber. de Roſat. *tract. de ſtatut. part. 5. quæſt. 52. verſ. ſed quid ſi verbis num. 3. verſ. fin. & num. 4. tom. 2.* Breder. *& ab eo citati in tract. de appell. par. 1. tit. 10. col. 22. litt. B. & ſub litt. D.* Scacc. *de appellation. quæſt. 17. limitat. 48. nu. 9.* Lancellott. *dict. limitat. 48. A.* Aug. *deciſ. 9. incipit vacante* Rot. *in Tolet. Cappellan. 9. Julii 1567. coram Oradino, & in una Aſtoricen. S. Auguſtini, coram Sarmiento 10. Decembris 1563. & in Mutinen. Iuriſpatronat. 27. Novembris 1619. coram bon. mem. Remboldo*, ubi tamen in fine quoad conſuetudinem contrarium reſoluitur. Conſtitutio autem Synodali nulli dubium; quin ſit ſtatutum Eccleſiaſticum.

Non † obſtat; ſecundo delegatum Principis provt erat 5
Vicarius Parmen. teneri ad ſervandum ſtylum Curiæ delegantis, & ſic jus, & ſtylum, quem ſervat Romana Curia, non autem Conſtitutionem Synodi Parmen. Ferrett. *conſil. 190. numer. 4.* Put. *dec. 127. num. 1.* in terminis Gregor. *dec. 21. nu. 11.* Rot. *dec. 74. p. 4. diverſ. & in Tolet. decimarum de Fateden. 5. Maii 1589. coram Penia. & in Piſtorien. beneficii 22. Aprilis 1616. coram Buratto.*

Id enim procedit in deciſoriis, in quibus re vera delegatus conſuetudinem delegantis ſervare tenetur; at contra in ordinatoriis, loci conſuetudinem ſervare debet *leg. teſtium de teſtib. in fin.* Bald. *in l. 1. num. 4. ne filius pro patre, & in l. 1. n. 2. Cod. de exequut. rei iud.* Roland. *conſ. 48. num. 3. & ſeq. volum. 3.* Conrad. *in leg. unica limit. 4. ubi latè C. ſi de moment. poſſeſſ.* Surd. *conſil. 204. ſub num. 9. verſ. ſecundo moveor.* Beltramin. *ad dict. deciſ. Gregor. 251. num. 26. & fuit dictum in Papien. Bonor. 14. Februarii 1578. coram Card. Lancellot. & in d. Toletana decimarum coram Penia Scacc.* de comm. *de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 652.* Greg. *dec. 252. num. 7.* ubi Beltram. alios adducit *Prax. Archiep. Neap. cap. 25. num. 13.* latè Gramat. ad Veſtr. *cap. 3. lib. 5. num. 4. & ſeq.* Gratian. *diſceptat. 516. num. 32.* Puteus *dec. 130. num. 3.* Schain. *dec. Bononien. 107. ſub num. 1.* ſtatutum autem auferens appellationem à ſententia ex qua non ſequitur finis litis, eſt ordinarium, non deciſorium Put. *deciſ. mihi 480. in ultim. impreſſione 469. num. 4. 6. & 7. part. 2.* ubi ſecus ſi aufert appellationem à ſententia ſuper petitorio, cuius præjudicium in alio Iudice reparari nequit, tunc enim ibi deciſorium ſequitur Fenzon. *ad ſtat. Vrbis cap. 180. num. 31. & ſeq.* & de materia vide Cravett. *de Antiq. temp. par. 4. nu. 33.*

Et quod prohibitio † appellationis quoad effectum ſuſpen- 6
ſivum de qua hic agitur, ordinatoria Judicii reſpiciat. Cæſar. Barz. *in Bonon. deciſ. 41. num. 16.* Scacc. latè *plura cumulans de appell. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 19. & qu. 18. num. 3. cum ſeqq. uſque ad num. 8.* & in puncto quod ſtatutum tollens appellationem in cauſis poſſeſſoriis ſit ordinatorium Puteus *loco citat.*

Sic etiam Statutum, ubi tempus appellandum determinat, præcipit ordinatoria Archid. *in c. non ita 2. qu. 46.* Abbas *in c. Eccleſia S. Mariæ in 1. lectura num. 19. & in 2. lectura num. 23. de conſtitut.* Carol. de Graſſ. *effect. cleric. 2. num. 136.* ubi idem inquit, quando Statutum diſponit non poſſe niſi ſemel vel bis appellari, poſt Rot. *dec. 452. n. 4. par. 1. diverſ.* Scacc. *de iudic. par. 2. cap. 2. num. 56. & 61.* Frecc. *de præſent. inſtr. par. 3. num. 23.*

Non etiam refragatur, quod imò cumulatum fuerit petitorium cum poſſeſſorio ex plurimis verbis libelli à ſcribentibus pro D. Capitaneo Roberto ponderatis. † Nam præter- 7
quam quod poſſeſſorium adipiſcendæ de quo agitur, habere poteſt annexam cauſam petitorii Sarn. *ſuper reg. quæſt. 69. in fin.* Gregor. XV. *deciſ. 213. numer. 3. & deciſ. 335. numer. 6.* & fuit reſolutum in *Leodien. Canonicatus 7. Iunii 1596. coram tunc Decano, & 23. Iunii 1507. coram Gypſio, & in Conchen. Parochialis 11. Decembris 1602. coram Penia.* Ex qua connexione non definit eſſe merum & ſimplex poſſeſſorium Bero. *conſil. 63. num. 7. & 8 cum aliis* latè per Contard. *in l. unic. in 2. limit. cap. 1. nu. 9. & 18. C. de moment. poſſeſſ.* Gregor. XV. *dicta dec. 335. num. 6.* Reſpondetur quod dato eſſet etiam intentatum petitorium, cum tamen quoad prædia controverſa D. Vicar. Parmenſis ſententiaverit duntaxat ſuper poſſeſſorio, appellatio non admittitur; cum vulgata ſit Juris concluſio, Judicem † poſſe poſſeſſorium ſolum diffinire 8
prætermiſſo petitorio etiam abſque illius ſuſpenſione Bart. *in l. naturaliter §. nihil commune in 4. qu. num. 36. de acqu. poſſ.* Innoc. *in c. ſuborta, & ibi* Butr. *nu. 4. & 11.* Imol. *num. 2.* Abb. *num. 7.* & Felyn. *in princip. de re iudic.* Alex. *conſil. 117. nu. 3. lib. 2.* Ægid. *deciſ. 506.* Capic. *deciſ. 86. num. 6.* Curt. Jun. afferens à Doctrina Bartol. neminem diſcrepare *conſil. 123. num. 27. libr. 3.* & communiter ab omnibus recipi teſtatur Rota Bartolum ſequens *deciſ. 34. num. 5. & ſeqq. uſque ad 11. par. 2.* ubi latè contraria diluit Scacc. *de appell. quæſt. 17. limit. 6. membr. 7. n. 129.* Ultra quod ad cognoſcendum an adſit mixtura necne, non tenor libelli ſed ſententiæ inſpici debet juxta *conſ. Corn. 10. n. 3. lib. 4.* ſæpiùs à Rota canonizatum præſertim *in Aſſiſien. bonor. 2. Iunii 1627. verſ. 8. non conſtat coram bon. memom. Cardin. Virili.* ubi pluries aliæ deciſiones referuntur.

Minus refragabatur quod cum à Judex à quo in eadem

ſenten-

sententia condemnavèrit Robertum etiam in magna quantitate fructuum perceptorum, quoad illos dicatur continere
9 petitorium; † ac proinde ratione mixturæ ab utroque capite, & sic à tota sententia detur appellatio, in terminis Bart. *in l. fin. n.4. de Appellat.* Bald. *in l. unica colum.2. n.9. ver. sed pone* Salycetus *in fin.* Nicell. *de concord. glos. concord.6. fall. 6. mod.2. sub n.26. fol.*191. Gregor. *d. decis.*251. *num.*10. qui tamen loquitur simpliciter de sententia petitorii, & possessorii Scaec. *de appell. q.*17. *limit.6. memb.9. n.22. ver.explica.*
10 Qui † in terminis nostris recepta est contraria opinio scilicet immissionem sine retardatione dandam esse; quo vero ad fructus appellationem sortiri effectum Marant. *par.6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur nu.*309. Covar. *Pract. qq. cap.*23. *nu.8. in fin. vers. idem erit* Menoch. *de adipiscend. remed.4. quæst.* 100. *declar.7. num.869. &* 870. Contard. *in d. unic. limit.*1. *num.*28. Ursil. in annotat. ad Afflict. *decis.*269. *sub num.*1. Vestr. *in Prax. lib.7. cap.*3. *sub num.8. vers. addo alios casus* Marches. *de commiss. part. secunda, in commiss. appellat. cap.2. sub numer.*60. Ruginel. *de appellat.*§. 2. *cap.*3. *num.*723. Afflict. *decis.*77. *sub num.*8. & de stylo Romanæ Curiæ testantur Contard. *in d. l.unica limit. prima numer.*29. March. *parte prima de commiss. in possess.* Salu. *interdict. cap.*21. *num.*32. *&* 33. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit. 6. Membr.9. num.*33. sive sententia contineat commixtionem separatim; sive unico capitulo cum connexio non consideretur in verbis & structura orationis Scaccia, *& relati, d. membro 9. n.*36.

Quoad secundum caput, quod nempe non fuerit rite ap-
11 pellatum probatur, quia in † ipsa appellatione non fuit expressa causa, quæ de jure Canonico in possessoriis specifice exprimi debet ad hoc, ut appellatio admittatur Bald. *in dict. lege unica, numer.6.* & ibi Salicet. *num.*4. Contard. *limit.*3. *numer.*27. *Cod. si moment. possession.* Menoch. *de adipiscend. remed.*4. *num.*840. *ante medium, & nu.*845. Covarr. *pract. qq. cap.*23. *numer.6.* Auffrer. ad Capell. Tholosan. *decis. vlt. num.*5. Acchill. Personalis *de adipiscend. num.*345. Zuccard. *in lege final. numer.*441. *versic. hanc fallentiam Cod. de edict. diu. Adr. tollen.* Roman. *cons.*324. *num.*4. *&* 6. Rubr. Alex. *cons.*51. *ad fin. vers. item satis est, quod ius Canonicum* Bald. *consil.*141. *colum.2. post med. ver. & ad eundem tamen num.* 1. *lib.*1. *cons.*217. *in fin. ver. advertendum num.9. libr.2. cons.* 203. *ad fin. versic. præterea expresse lib.*4. Gratian. *disceptat. forens. cap.*183. *num.*10. Scacc. *de appellat. quæst.*17. *limit.6. membr.7. numer.*14. *&* 105. Farinac. *per eum relati de delict. & pœn. dict. quæst.*21. *num.*120. qui hanc doctrinam universaliter tradunt in quocumque casu, quo appellatio specialiter permittitur.

12 Nec sufficiens fuit † generalis causæ expressio per illa verba *sentiens se gravatum*. Ea enim quæ necessario sunt exprimenda: in generali nominatione non veniunt *lege Pompo-*
13 *nius de procurat.* † quæ adeo vera sunt, ut causa expressa debeat esse manifesta, & apparens, ut notat Bald. *dicto consil.* 141. Menoch. *de adipiscen. rem.*4. *q.*100. *sub nu.*840 Contar. *in l. unica limit.* 3. *sub num.*33. *Codic. si de momentan. possess.* ubi dicit Jus Canonicum non attendere, an gravamen in sententia possessorii illatum possit reparari, vel non in alio judicio; sed an aliquo modo de gravamine constet in actis,
14 † ita ut exequutio facta pendente ejusmodi appellatione non retractetur uti attentata Geminian. *in c. non solum de officio delegati, in* 6. Addent. ad *decis. Tholos. q. vlt. n.*4. & Judex à quo deferre eo casu appellationi non debet, imò statim exequi idem ibi *n.*5. *cum per eum relatis usque ad fin.*

Tertium caput, in quo versatur Cardo præsentis causæ, est quod data, non tamen concessa, attentatorum existentia appellationisque validitate, ea tamen, in nulla habetur consideratione ubicumque deserta remanserit causa appella-
15 tionis, † ita ut exequutio judicati facta intra decemdium per causæ desertionem non possit amplius dici attentata Surdus *consil.*260. *num.*58. Vant. *in tit. quoties, & intra quod temp. nu.*48. Lancellott. *de attentat. appellat. penden. in præfatione num.*287. *& cap.*12. *ampliat.*1. *nu.8. & limit.*14. *per tot.* Maresc. *variar. resolut. lib.2. cap.*120. *num.*63. Ægid. *dec.*420. Guid. Pap. *decis.*213. *num.6.* & multi alii per Lancellot. *dict. ampliat.*1. *num.8.* Rota *decis.*1. *de appellat.* & apud Seraph. *decis.*777. *num.*1. *& in Regien. prioratus* 16. *Decembris* 1602. *coram R. P. D. Decano.* Per desertionem enim res devenit ad cum statum, à quo potuit habere efficax principium Surd.
16 *d. cons.*160. Rota *in dict. decis.*1. † pariaque sunt non appellare, vel appellationem interpositam deserere *argum. l. furt.* §. 1. *de eis qui not. infam. leg. fin.* §. *illud Cod. de tempor. appellat. ibi tanquam si ab initio non fuisset provocatum* Jas. *dict. l. præses, in fin. ff. de re iud.* & ideo tali casu sententia mandatur exequutioni, non secus atque si appellatum non fuisset, *dict. leg. fi.* §. *illud, l. si contra maiorem*, ubi Bart. *C. de appell.* Ang. Imola, Castr. Alex. & Jas. *in d. leg. præsens, ad idem est glos. in l.2. in vers. executionem, Cod. de temp. appellat.* Card. *in clem. si appellatione, in* 1. *quæst. de appell.* & dicit Bald. *in l. eos num.7. vers. est, & alia, C. de appell.* & fingitur retrò nunquam fuisse appellatum Decian. *respons.* 24. *num.*100. *lib.*1. *& cons.*181. *num.*29. *& cons* 223. *num.*14. Honded. *cons.*4. *num.9. volum.*1. Ruginel. *de appellat.* §.9. *glos.*1. *cap.*1. *num.*3. *& seqq. &* §.11. *glos.*1. *cap.*2. *numer.*21. Barz. *decis. Bonon.* 51. *per tot.* Surdus *cons.*129. *num.*10. vbi multipliciter exornat, & † ubi probat effectum desertionis 17
retrotrahi quo ad omnia, & dixit in *cons.*223. *num.*14. Afflict. *in Constitut. appellationum tempor. numer.*52. Raudens. *cons.*15. *num.*5. *volum.*1. Franch. *decis.*501. *num.*1. † & de- 18
nique appellationem deserens dicitur facto suo sententiam, à qua appellavit confirmare *l. hi qui*, & ibi Castr. *num.8. C. de appell. leg. fin. in fin. C. de sententiis quæ sine certa quantitat.* Rota *decis.*119. *num.*30. *part.2. novissimè* Mastril. *decis.* 166. *nu.*11. Surd. *dict. cons.*223. Maximeque hæc procedunt in casu notoriæ ex actis desertionis, ut præcitati Doctores, affirmant; eiusmodi autem est ea, de qua agitur ex eo, quod procurator dicti D. Roberti appellaverit à sententia delegati die 21. Februarii, qui eadem die fuit à dicto Judice assignatus terminus juris ad redeundum pro Apostolis, & sic terminus 30. dierum, quo termino durante nullatenus comparuit, sed per alios plures dies distulit, † propter quod cau- 19
sam esse desertam, imo desertissimam manifesti iuris est *leg. iudicibus Cod. de appell. cap. ab eo eodem titul. in sexto, clem. quamvis rigor de appellation. DD. in cap. personas eodem tit.* Bald. *in leg. eos* §. *Apostolos Cod. de appell.* Boer. *cons.*43. *nu.* 2. *& seq. &* num.17. Surd. *cons.*223. *num.*11. *& seqq.* Lancell. *dicta part.2. cap.*12. *in præfat. num.*53. *& limit.*50. *num.*198. Mynsinger. *centur.*3. *observat.*22. *num.*5. Scacc. *de appellat. lib.2. q.*13. *num.*24. Marant. *de ordine Iudic* 6. *par. in verbo, & quando appellatur num.*208. Crescent. *decis.*2. *de appellat. & fuit resolutum in Barchinon. Canon.*12. *Februarii* 1574. *coram Lancellotto in Perusina de Ubaldis* 13. *Iunii* 1588. *coram Card. Pamphilio in Forolivien. de Torellis coram Card. Marcomontio* 7. *Novembris* 1607. *in Romana pecuniaria* 27. *Iunii* 1611. *coram R. P. D. Ubaldo in Conchens. decim.*17. *Decembris* 1612. *coram R. P. D. Manzanedo in Perusina seu Civitatis Castelli dotis* 30. *Ianuarii* 1612. *coram Gregor. Decimoquinto*, ita ut impedimentum superveniens appellantem non excusat Rota *decision.*144. *num.2. par.2. diversorum & fuit dicta in salut. pensionis* 14. *Novembris* 1616. *coram Eminentissim. Card. Verospio, & in dicta Perusina, seu Civitatis Castelli dotis, & in Assisiensis Canonicatus* 5. *Iunii* 1595. *coram Iusto*, quæ est *decisione* 108. *n.*1 *ex impressis post primum volum. consil.* Farinac. ubi Addentes bifariè limitant, & docent quando d. terminus incipiat.

Contra hanc rationem obiiciebatur Primo Vicarium intra dictum terminum Juris ex improviso Parmam Romam concessisse ac proinde per eum stetisse quominus Procurator redierit pro Apostolis, ita, ut succederet vulgata Iuris conclusio, † tempus non currere appellanti, quando 20
stat per Iudicem, & non per appellantem gloss. & Doctores, *in capit. ex ratione de appellationibus & in leg. Cod. de temp. appellatio.* Castrens. *consil.*334. *visa appellat. num.* 8. *versic. circa vlt. lib.*1. Butr. *in dict. cap. ex ratione de appell. sub n.6.*

Sed hæc obiectio facili eliditur negocio; tum quia nullo modo constat in actis, de absentia Vicarii in dicto termino, imò nec quidem in processu allegata reperitur; tum etiam quia quatenus absentia iuridicè † probata fuis- 21
set, adhuc non relevasset, cum Procurator nec diligentias adhibuerit, nec protestatus fuerit, quæ protestatio necessaria erat ad hoc, ut impedimentum suffragaretur alleganti, ut firmat communi calculo Doctores, & est textus expressus *in capitul. finale appellat. & in capitul. iustus*, ubi notent Doctores *de appellat. & in leg. cum quidam eodem titul.* Corn. *cons.*292 *column.2. vers. videtur vol.*3. Soccin. *cons.*45. *numer.* 1. *volum.*1. *& cons.*39. *num.*32. *lib.*4. Ruin. *cons.*113. *n.9. volum.*4. *cons.*85. *numer.*4. *volum.*5. ubi dicit esse necessariam protestationem, & requiri pro forma, Cæphal. *cons.* 185. *num.6 & cons.*708. *numer.*43. *& seq.* Alexan. *cons.*164. *n.6. ver. unde dicit* Ioan. de Imola *lib.*2. Surdus *cons.*228. *n.*8. & se in facto obtinuisse affirmant Imola, D. & Ant. de Butr.

in cap.

in cap. cupientes §. qui ſiper viginti , & ibi per gloſſ. in verbo propoſitam de electionib. in 6. & hanc partem in practica tutiorem videri atteſtatur Jaſ. *in leg. de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori colum. 4. verſic. verum quia multa iura de novi oper. nunciat. & refert* Cæphal. *dict. conſil. 708.* Maranta *in prax. par. 6. verſ. & quando appellatur num. 219. & ſeq.* ubi reddit optimam hujus propoſitionis rationem, quia leges non tam conſiderant Judicis defectum , quam diligentiam appellantis , & ſequitur Gail. *practic. obſervat. lib. 1. obſervat. 143.* Boer. *deciſ. 40. ubi de communi* Theſaur. *deciſ. 10. num. 12.* & ab omnibus ferè eſſe receptam teſtatur Aſin. *in prax. §. 2. cap. 6 ante finem* , & uſu receptam eſſe affirmat Mynſing. *centuria 2. obſerv. 2.* quæ opinio adeo vera eſt , ut unica proteſtatio non ſufficiat ad excuſandum ; ſed repetita debeat eſſe Franch. *in capit. ex ratione ſub numer. 46. ibi ſed tu teneas in caſu noſtro de appellat.* Marant. *in prax. dict. verbo , & quando appellatur num. 230.* & facta inſtanter , & inſtantiſſimè Gramm. *vot. 31. ſub numer. 12.* Theſaur. *dict. deciſ. 10. num. 12.* & ſecundum hanc opinionem tanquam communem fuiſſe judicatum in Senatu Pedemontano teſtatur Oſaſch. *deciſ. 12. ſub num. 5. & num. 11. in fin. & ſequitur* Joſ. Cumia *ſuper ritibus Sicil. cap. 88. nu. 68. verſ. 2. intelligendum.*

22 Non † obſtant DD. in contrarium adducti , tum quia loquuntur in caſu , quo impedimentum exoritur ex alia cauſa , quam ex perſona Judicis , ſecus autem quando ex Judicis perſona procedit , ut diſtinguit Cæph. contrarias opiniones concilians *d. conſ. 708. num. 51.* affirmans id Jaſon. tradidiſſe in *dict. §. ſi quis ipſi prætori* , & eſſe de mente *aliorum*

23 *quos refert* . † Tum etiam quia ſcribentes ex adverſo adducti loquuntur de actu , qui faciendus non erat in tempore continuo , ut ſunt dies dati ad accipiendum Apoſtolos , quia tunc neceſſaria eſt proteſtatio ad hoc ut impedimentum excuſet ; terribilis eſt diſtinctio Mynſing. *obſerv. cent. 3. obſerv. 39.* quam ante eum tradidere gloſ. *in cap. fin. de appellat.* Abb. *conſ. 200. lib. 7.* Zabar. *conſ. 128. num. 4.* Dec. *conſ. 356. col. fin.* & Card. *conſ. 228. dub. 2.* elidens jura , & auctoritates in contrarium allatas , quæ vel indefinitè loquuntur , ut Carpan. & Soccin. & ſic hanc diſtinctionem adducunt juxt. Bart. *in l. 3. §. prætor ait de damn. infect.* & Cæph. *in præcit. conſ. 708.* vel loquuntur in terminis temporis utilis.

24 Et in noſtris præciſis terminis nempè in tempore ad accipiendum Apoſtolos aſſignatos , proteſtatione opus eſſe ad hoc , ut impedimentum propter abſentiam Judicis excuſet textus eſt notabilis in *l. unica iunct. gloſ. in verbo conteſtetur de lib. dimiſſ.* & affirmat in puncto *practic. Maran. dict. par. 6. verſ. & quando appellatur num. 420.* Ægid. *concluſ. 343.* Gravat. *ad veſtr. c. 3. num. 71. & ſeq. lib. 7.* Marius Ant. *lib. 2. reſol. c. 11.*

25 *num. 16. cum ſeq.* Surd. *conſ. 223. num. 11.* † quare plus valent iſtæ doctrinæ in puncto , quam mille à remotis , quæ in contrarium poſſent afferri Cavalcan. *deciſ. numer. 13. part. 4.* Gramat. *voto 198. num. 4.* & cum in terminis ſuis individuis nullum habeant contradictorem , habent vim legis , & tanquam leges ſunt obſervandæ , ut poſt Caſtr. Jaſ. *& alios notat.* Cavalc. *dec. 44. nu. 39. p. 1.*

Reſpondetur inſuper abſentiam dicti Judicis delegati , etiam ubi legitimè probata foret , non ſolum non excuſare à proteſtatione ; ſed per ſe ſolam nec legitimè impedimen-

26 tum probare ; † quia ad illud probandum duo copulativè requiruntur , prius quod impedimentum ſit tale , ut removeri minimè potuerit *leg. ſed , & ſi prætor ex quibus cauſis maior.* ubi Bart. *& in l. quib. dieb.* ubi Soccin. *3. notabili de condit. & demonſtrat.* Decian. *leg. 1. in fin. Cod. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & conſ. 677. numer. 4.* Gozad. *conſ. 38. numer. 11.* Soccin. jun. *conſ. 76. num. 79. lib. 1.* Cravett. *conſ. 270. nu. 3.* ita ut qui facilè impedimentum removere poterat non dicatur impeditus *leg. qui poteſt de regul. iur. cap. fin. de elect.* Felyn. *in cap. ex tranſmiſſa in princip. de præſcript.* Vaſquez *controverſ. cap. 60. lib. 5. numer. 10.* Seraphin. *deciſ. 1206. nu. 1.* poſterius eſt ut impedimentum , fuerit cauſa immediata , propter quam minimè præſtitum fuerit , quod præſtari debebat *leg. qui commeatus de re milit. D.D. in leg. 2. §. quod diximus ſi quis cautionibus* ubi Alexand. *numer. 6.* & Jaſ. *numer. 5.* Cravett. *conſ. 151. numer. 22. & conſil. 179. numer. 6.* Decius *conſil. 454. numer. 6. & conſil. 552. num. 7.* Boer. *quæſt. 40. num. 4.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. Iuriſd. ordin. num. 166. ver. & erit* , & de utroque ſimul Menoch *de Arbitr. caſu 118. num. 7. cent. 2.* Bart. *in dict. leg. qui commeatus* Afflict. *deciſ. 29. & fuit dictum in Tullen. Coadiutoriæ 17. Februarii 1614. coram bonæ memoriæ Card. Sacrato, & in Romana de Mareſc. 20. Martii 1615. coram eod.*

Quod verò impedimentum fuerit cauſa immediata propter quam minimè præſtitum fuerit , quod præſtari debuerat , tunc probatum cenſetur , quando ille qui facere tenebatur , accinxit ſe , deveniendo ad actus proximos Bart. quem alii ſequuntur *in l. 2. §. quod diximus num. 2. ſi quis caut.* ubi ponit exemplum de illo , qui allegat ſe impeditum venire non potuiſſe propter tempeſtatem maris , qui debet in ſuper probare ſe acceſſiſſe ad litus maris , quem refert , & ſequitur Rota *in d. Tullens. Coadiutoriæ* , & ſic debet ultra impedimentum reale probare ſuam diligentiam Rub. *in l. non ſolum §. morte num. 450. de oper. novi nunciat.* Becc. *conſ. 104. num. 13.* Alex. *conſ. 49. num. 5. lib. 2.* Natta *conſ. 258. numer. 6.* Surd. *conſ. 369. nu. 42.* Card. Alb. *in Lucubr.* ad Bart. *ad l. quibus nu. 2. de cond. & demonſtrat.* ubi communiter ab omnibus hoc eſſe receptum teſtatur Maſcard. & innumeri relati per eum *de probat. concl. 885. nu. 9.* Caputaqu. *dec. 72. nu. 1. & 6. p. 2.* Surd. *deciſ. 4. n. 3. & 203. nu. 17.* & probatio iſta debet eſſe clara, & liquida Rota *in Placentina Paroch. cor. Bubalo , & in alia coram Lancellotto* quas refert , & ſequitur *cor. Gregorio XV. dec. 501. nu. 1. & ſeqq.*

In caſu verò noſtro utrumque deficit , Nam hoc poſterius requiſitum non adeſt, quia procurator non ſe accinxit, nec cõparuit, nec ad actus proximos progreſſus fuit, ut ex proceſſu liquet, & deficit etiam prius, quia poterat hoc impedimentũ removeri; cum enim cauſa commiſſa fuerit Epiſcopo Parmę ſeu

27 ejus Vicario , † Epiſcopus in caſu infirmitatis , & cujuslibet juſti impedimenti Vicarii poterat adiri ut affirmat Zabarel. *conſ. 55. nu. 2. verſ. ad quartum Tuſch. litt. C , concl. 521. n. 1.* Marchel. *de Commiſſ. extra Roman. Curiam p. 1. c. 6. nu. 24. &*

28 *25. fol. 7.* provt etiam † quando committitur duobus inſolidum Gemin. *in cap. cum plures num. 10.* Franc. *nu. 3.* Butr. *num. 9.* qui eum textum in ſupradictis caſibus limitant , & fuit reſolutum in *Macerat. dotis 10. Martii 1581. coram Seraph. & eſt eius deciſ. 506. num. 4.* ubi videtur in caſu noſtro : cum † alter-

29 nativa tribuat de jure natura cuilibet in ſolidum diſpoſitionem , & vocationem Gratian. *& relati diſceptat. cap. 741. num. 7.* & in terminis Alex. *conſil. 93. volum. 7.* Abb. *conſil. 33. num. 5. verſ. ſed hoc non obſtante par. 2.* Gemin. *conſ. 24. num. 11.* & eo magis , quo ad deſertionem evitandam ſufficit quælibet intra terminum diligentia , ut aliis relatis tradit Buratt. longè poſt hæc ſcripta ſub prælo adhuc exiſtens in *deciſ. 171. num. 6.* † & quando etiam cauſa commiſſa fuiſſet

30 Vicario ſimpliciter , adhuc in caſu abſentiæ ejus poterat Epiſcopus à dicto Procuratore adiri Bald. *in l. 2. num. 9. C. quando Fiſc. vel privat.* per text. quem dicit ſingularem in §. *& hoc pervenit verſ. primatibus civitatis Auth. ut nul. Iud. DD. in cap. cæterum de iud. & in l. teſtam. C. de teſtam. & in leg. ſi vacant.* ubi Ang. *in repet. num. 69. Cod. de bonis vacant. lib. 10.* Felynus *in cap. paſtor. alis num. 5. col. 3. verſ. tempora iſtas, limit. de off. ord.* Surd. latè *conſ. 56. à num. 23. ad 28. lib. 1.* præſertim quando (provt in caſu noſtro) commiſſa eſt cauſa ſub nomine dignitatis Franc. *in cap. dilecti 66. in quæſt. 5. nu. 40. de appell.* Bertach. *de Epiſc. lib. 4. p. 5. qu. 32. nu. 59. & p. 7. qu. 4. nu. 4. inter tract. diverſ. tom. 13. p. 2. fol. 350. &* 357. Scacc. *de appell. qu. 8. nu. 56.*

Neque obſtat impoſſibilitas accipiendi reſponſum ab Epiſcopo tempore præfixo , cum ipſe non haberet in cauſa tunc temporis aliquod juriſdictionis exercitium eo , quòd † non-

31 dum accepiſſet cauſæ commiſſionem citata , & intimata parte , provt requirebatur ad hoc ut Epiſcopus poſſet uti delegatus ſi in cauſa intromittere Gratian. *cap. 170. num. 18. & ſeqq. cum cæteris adductis.* † Quia ſi ſaltem in ultima die termini

32 procurator partem coram eo citaſſet , utique illa dies ſtante legitimo impedimento , non fuiſſet in termino computata , ſed deduci debuiſſet , & ſic benè poterat impedimentum evitare Bald. *in l. 1. nu. 4. Cod. de iur. calum.* Tiraqu. *de retract. lign. §. 12. gl. 2. nu. 3.* Greg. XV. *deciſ. 327. num. 7. & ſeqq.* ſed hæc dicta ſint ex abundanti.

Minus † obſtat , quod dicebatur proteſtationem non eſ-

33 ſe neceſſariam quando impedimentum eſt notorium, Afflict. *deciſ. 50. num. 5.* Bero. *deciſ. 40. num. 7.* Cacher. *deciſ. 9. nu. 4. & deciſ. 177. num. 12.* Odd. *de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 28. art. 4. num. 26.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. volum. 1. cap. 131. nu. 447. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ. 10. nu. 1. cum aliis per eos adduct.* nec probationem in actis , ſed ſufficere illud allegare in informationibus Juris, & poſſe Judicem ſuper illo extrajudiciales informationes ſumere Rot. *deciſ. 278. p. 4. diverſ.* Gratian. *diſcept. c. 443. nu. 8.* Surd. *conſ. 371. nu. 45. &* 46. Beltram. ad Greg. *dec. 224. nu. 6. cum aliis per eos citatis.* Quamvis enim concluſio iſta ſit in ſe vera, plurimas tamen patitur limitationes, quarum

34 tum prima † est, ut non procedat in Notorio facti transeuntis, prout fuit discessus D. Vicarii à loco judicii Mascardus, *& relat. concl.* 1108. de illo enim debet constare Judici, ut Judici ex actis *Clar. §. fin. qu.* 9. *n.* 5. *in fin.* Gail. *libr.* 2. *observ.* 3. *n.* 13. Farinac. eum latè cumulat *q.* 21. *n.* 95.

35 Secunda † est, quando agitur de notorio, qnod est probandum ad effectum decidendi causam, ut in terminis nostris, quia tunc debent semper plenè probari, & declarant Mascard. *d. concl.* 1108. *n.* 13. Farinac. *d. qu.* 21. *sub num.* 98. quos refert, & sic intelligit, & declarat Scacc. *videndus lib.* 9. *c. de iudic. cauſ. ciuil. n.* 89. *cum seq.* & licet actus qui faciendus erat à dicto Procuratore nempe reditus pro Apostolis, respiceret ordinatoria processus, ut ego admittebam, non tamen istud assertum, notorium etat probandum ad effectum ordinandi processum, quia jam completus erat, & deventum ad sententiam, vt de se patet, nec ullo pacto negari potest.

36 Tertia, † est quando non agitur de Notorio eiusdem Civitatis, sed de altetius ut in casu nostro, in quo disceptabatur Regii coram me de allegato notorio Civitatis Parmensis. Salicet. *in l. ea quidem num.* 79. *C. de accusa.* ubi dicit, quod licet Judex de Notorio alterius loci benè informatus esset, non tamen debet judicare nisi de illo fiat plena probatio Bald. *in Auth. qui semel. num.* 10. *C. quomodo, & quando Iudex*, Aret. & alii per Mascard. *eos sequentem d. concl.* 1108. *nu.* 27. Specul. *in tit. de Notor. crim. in Rub. num.* 10. ubi propterea dicit dari octo dies parti ad probandum Notorium extra locum judicii Ant. de Butr. *in c. fin. sub numer.* 67. *ver. venio ad secundum extra de consuetud.* Pacian. *conſ.* 26. *n.* 53. cum aliis multis per Farin. *q.* 21. *num.* 91.

Quarum limitationum cum unica tantum sat fuisset, hic tamen singulæ concurrebant, ac proinde de prætenso notorio nullo pacto de jure extraiudicialiter me informare poteram. Nihilominus ut Actoribus D. Capitanei morem gererem, ac æquitatem ut soleo, sequerer, penè coegi D. Colonellum Christophorum, quatenus consentiret, ut dictas assumerem informationes, ac proinde nisi litteras D. Vicar. Parmen. ejusque Cancellario, qui in Epistolis suis responsivis asseverant non modo dictum discessum non fuisse notorium, sed imò per plurium dierum spatium occultissimum.

37 Non etiam † refragatur clausula *statum, & merita causæ* in commissione appellationis appositæ, quam operari dicebatur, ac si specificè S. Pontificis narratus fuisset non redditus pro Apostolis, & cætera quæ in individuo erant ad subreptionem vitandam exprimenda juxta *conſ.* But. 2. canonizatum à Rota, teste Marescot. *var. res. cap.* 47. *num.* 6. & est *decis.* Rota 20. *de rescript. in nou.* quibus addi possunt *scribentes, & decisiones* cumulatæ per Mariam *de Clauſ. p.* 1. *clauſ.* 15. quia responderi poterat dict. Clausulam ejusdmodi sortiri effectum, quando apponitur in gratia motu proprio facta, secus in ea, quæ ad preces partis conceditur Ang. *in l. sed etiam si quis §. quæsitum in fi. ver. itidem dicas si quis caut.* & ibi Fulgos. *col. fin. ver. dubitat.* Angel. Jason. *col.* 1. *verſ. limitat tamen* Dec. *conſ.* 541. *col. fin. verſ. non obstat clausula* idem Decian. qui hanc dicit communem *conſ.* 373. *in fi.* Rip. *cap.* 1. *nu.* 80. *verſ.* 2. *casus de rescript.* Cravett. *conſ.* 296. & de veriori opinione Gabriel. *de clauſ. concluſ.* 5. *nu.* 4. Prout nec procedere in præjudicium tertii, Cravett. *dict. conſ.* 296. *colum.* 5. *ver.* 5. *respondeo* Ferrett. *conſ.* 32. *num.* 46. *& seq.* Summus enim Pontifex per hanc clausulam, & similes non censetur velle tertio inferre præjudicium Gozad. *conſ.* 14. *colum.* 3. *verſ.* 12. *considera iuncta colum. fin. verſ. non obstat clausula* Gabriel. *dict. concluſ.* 5. *num.* 22. Honded. *conſ.* 39. *numer.* 45. *& seqq. volum.* 2. prout expresse declaravit in dicto brevi obtento pro parte D. Capitanei ubi committit causam appellationis prorogationemque fatalium concedit quatenus lapsa
38 non sint, & sic conditionaliter, † accedente clausula *prout Iuris*, quæ totam commissionem respicit, & limitat Seraph. *decis.* 896. *num.* 4. Rot. *in recent. p.* 2. *decis.* 208. *num.* 3. *& fuit dictum in Romana S. Thomæ* 4. *Februarii* 1608. *coram Scotto*, & inducit dispositionem conditionalem ita ut si de Jure concedendum sit, quod petitur habeatur pro concesso, sin minus habeatur pro denegato Matth. Brun. *consil.* 17. *sub n.* 5. Surd. *conſ.* 379. *num.* 34. Seraph. *decis.* 530. *num.* 5. Beltramin. ad Gregor. XV. *decis.* 378. *n.* 4. Parum etiam urgebat, quod cum d. Procurator in ipsa appellationis interpositione instanter, & instantissimè petiisset Apostolos, non videbatur ne-
39 cessarium pro eis habendis redire, † eo quod cum agatur de appellatione à definitiva, à qua de necessitate Apostoli sunt dandi, non multum de eis curandum sit postquam lex ipso Jure defert appellationi sine aliquo Judicis facto Rota *decis.* 41. *aliàs* 357. *ver. nam ex quo de appell. in nou.* Cassad. *decis.* 4. *in princip. eodem titul.* Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *in ultimis verbis & latè in cap. ultim. num.* 1. *&* 2. Franch. *in c.* 44. *sæpè sub n.* 30. *verſ. in eadem gloss. ibi statum*, & Card. Alex. *conſ.* 35. *de appell.* & propterea cum Judex ex debito teneatur deferre non habetur in consideratione, an deferat, Put. *decis.* 103. *sub num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. & quando præsertim fuerunt sæpè petiti vno contextu, † quasi per talem petitionem, videa- 40
tur juri satisfactum, itaut appellans non teneatur amplius redire ad Iudicem *gl. in Clem. quamuis* ubi etiam Zabar. *n.* 3. *de appell.* Cass. *dec.* 8. *appellaver. n.* 10. *ver. adde Clem. quamvis eodem tit.* licet petitio facta fuisset simul cum appellatione (prout in hoc casu) Zabar. ubi supra *in fin. verſ.* 6. *quæro*. Quia hoc facilè tollitur ex supra latè deductis, cum non sufficiat Apostolorum petitio, sed necessaria sit eorum acceptatio in termino prefixo, aliàs si qui comparere tenebatur in dicto termino, non comparuit tunc quia censetur appellationi renunciasse causa dicitur deserta, ut supra satis superque dictum est, & allegata in contrarium non negant hanc diligentiam adhibendam esse, ut est videre unicuique legenti.

Denique † non afficit quod dicebatur data causæ desertio- 41
ne, adhuc locum esse attentatorum revocationi, si non remedio eorum proprio ac privilegiato, saltem remedio nullitatis, & iniustitiæ: eorum præsertim quæ in termino decendii ad appellandum commissa sunt, lite etiam deserta, quoad hoc enim durat officium Iudicis ad quem *capit. cum venissent*, & ibi Anton. de Butr. *de eo qui mit. in posses.* Mil. *in verb. attentata DD. in c. sæpè, & præsertim* Franch. *num.* 30. *propè finem, & Fræposit. n.* 37. *de appellat.* Lancellott. *de attentat. dicta ampliat.* 1. *nu.* 2. ubi pluribus cumulatis, hoc tanquam regulam ampliat, & limitat, & de stylo Rotæ esse affirmat Marescott. *Variar. libr.* 2. *capit.* 121. *numer.* 46. *& seqq. & fuit resolutum* à Rota, ut apud Grass. *decis.* 2. *de appellation. & in dict. Calaguritana portionis* 27. *Iunii* 1575. *coram Cantuccio in alia Beneficii de Burgo* 7. *Maii* 1574. *coram Seraphino, ut in eius decis.* 224. *sub numer.* 1. *&* 2. *& in diverſ. p.* 1. *decis.* 406. quæ procedunt etiam si non fuisset appellatum intra, † decendium, cum paria sint non appella- 42
re, vel nulliter appellare, ita fuit decisum à Rota *in Mediolanen. Iurispatron.* 17. *Ianuarii* 1612. *Coram R. P. D. Ubaldo in Boian. Beneficii* 6. *Iunii* 1614. *coram R. P. D. Buratto, in Hieracenſ. prætenſ. Iurispatr.* 14. *Maii* 1614. *coram Card. Verospio in Cremon. iurisp.* 26. *Februarii* 1607. *coram Gregor. XV.* & quod dicitur non revocari attentata lite deserta, est verum per viam attentatorum, secus per viam nallitatis, ita declarat, & huic tacitæ obiectioni respondet Seraph. *d. decis.* 224. *num.* 3.

Respondebam † enim id procedere quando executio, 43
quæ prætenditur attentata, est obliqua, secus vero si directa, nam hoc casu post causæ desertionem amplius de attentatis, per viam nullitatis non agitur Mil. *in verbo executio facta pendente fol.* 130. post Ioan. Andr. *in capit. licet in gloss. penult. nu.* 30. *de excommunic. in sexto*, † ubi declarat quæ 44
dicatur directa executio, & quæ indirecta; ut directa sit illa per quam traditur possessio, vel solvitur id quod est judicatum, & indirecta, qua mediante po test perveniri ad traditionem, vel solutionem judicari, quem refert, & sequitur Lancellott. *de attentation. appellat. pendent. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 1. *n.* 14. *& seq. & fuit resolutum* à Rota *in Palentina Capellan.* 14. *Novemb.* 1614. *coram R.P. D. Burratt.* ubi agitur de possessione Capellanię capta pendente termino ad appellandum, redditurque ratio cur hęc executio non revocetur per hoc remedium, quia sublata appellatione tollitur suspensio judicati jam inducta, & executio firma manet; & licet male facta, non revocatur, cum de novo fieri deberet, & firmato principali, videlicet sententia, firmatur, & accessorium, quod est ipsa executio Ioan. Monach. qui refert Ioan. Andr. & utramque Franc. *in cap. licet n.* 4. *ver. quod autem de sent. excomm. in* 6. cum aliis inibi per Rotam allegatis.

Præterquamquod † obiectum procederet si causa super 45
revocatione attentatorum commissa fuisset ante desertionem, nam illa postea superveniente, adhuc ex capite nullitatis in vim commissionis præcedentis attentata revocari possunt. Secus autem si tempore commissionis, jam causa erat deserta prout in casu nostro, tunc enim non potest amplius dari de attentatis, quia videtur illis renunciatum, ut per Lanc. *d. ampl.* 1. *n.* 17. *&* 18. Cresc. *dec.* 7. *de sent. & re iudic.*

& fuit

& fuit tantum in vna Neapolit. Capellaniæ de Syllegiis mense Decembr. 1562. *coram Oradino.*

46 Quod † præsertim procedit, quando desertio constat ex actis, tunc enim post eam nullus est ad attentata regressus Guid. Papa *dec.* 213. *n.* 6. *& consil.* 66. *n.* 3. Lancellott. *& relati d. ampl.* 1. *num.* 8. ratio est quia petenti hoc casu attentatorum revocationem obstat doli exceptio Rota *dec.* 1. *nu.* 3. *de appellat. in nou.*

47 Et † quando etiam locus fuisset, eorum tamen cognitio fieri debebat ordine Juris servato, & porrecto libello. Viv. commun. opin. *lib.* 2. *opin.* 30. *incipit attentata in* 3. *ampliat.* Lancellott. *latè dicta amplia.* 1. *numer.* 20. Petr. de Beninten. *decis.* 40. *in fin. & fuisse tantum in vna Brachinonen. Monasterii coram Iusto* 14. *Martii* 1558. *testatur* idem Lancellot. *dicto loco.*

ARGUMENTUM.

Percutiens, vel interficiens ministrum Curiæ Ecclesiasticæ à quo puniatur Episcopus, causas in quibus pœna sanguinis irrogatur, an, & quando, & quomodo laico possit committere, & reiicitur. Carol. de Grass. *effectu* 1. *Clericat. n.* 565.

SUMMARIUM.

1 *PErcutiens ministrum laicum Papæ vel fori Ecclesiastici neque sacrilegium neque censuram incurrit.*
2 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione frequens, & necessarium.*
3 *Iurisdictioni Iudicis habentis rem, vel personam subiectam subiicitur delinquens in illam.*
4 *Iurisdictionem Iudicis, an, & quando proroget illius familiam offendens,* & n. seq.
5 L. addictos Codic. de Episcopali audien. *in quo sit correcta.*
6 *Offensa facta birruariis Episcopalibus, an sit mixti fori, vel ad Ecclesiasticum Iudicem priuativè spectet,* & num. seq.
7 *Iniuria facta magistratui à quo sit punienda.*
8 Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 12. sub n. 13. *reiicitur.*
9 Carol. de Grass. effect. 1. Cler. n. 565. *confutatur.*
10 *Iudex Ecclesiast. non potest processum à se compilatum, & sanguinis sententiam laico remittere,* & num. seqq.
11 *Papa imponere potest pœnam sanguinis statuendo, non exequendo.*
12 *Prælatus Principis Laici delegatus, sanguinis pœnam deleganti reservat.*
13 Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 77. in fin. *declaratur.*
14 *Prælatus habens temporalem iurisdictionem, an possit generaliter tantum causa sanguinis committere, vel etiam particulariter.*
15 *Clericus committens causam sanguinis ratione temporalis iurisdictionis, an, & quando incidat in irregularitatem.*
16 *Episcopus vel clericus dicens per se sententiam sanguinis fit irregularis, & deponitur.*
17 *Episcopus in causis ad spiritualem iurisdictionem spectantibus dicens per alium sanguinis sententiam irregularitatem incurrit.*
18 *Episcopus tradens reum Iudici seculari fit irregularis.*
19 *Cooperans quomodocumque ad mortem alterius efficitur irregularis.*
20 *Tabelliones, & nuncii in causa sanguinis, secuto effectu fiunt irregulares.*
21 *Prælatus habens temporalem iurisdictionem, si vindictæ sanguinis sit præsens, vel aliter cooperetur, efficitur irregularis.*
22 *Cooperans non secuto effectu mortis, vel mutilationis, non fit irregularis.*
23 *Episcopus quomodo tradat Iudici laico degradatos.*
24 *Episcopus in causis capitalibus quomodo se gerere debeat.*

DECISIO LXXXVI.

LAicum qui uni ex Episcopalis Curiæ satellitibus vulnus impegerat non potuisse à me tunc Vicarium agente puniri prætendebatur; eo quod nulla in hoc flagitio considerari posset qualitas iurisdictionem mihi tribuens. Crimen etenim erat merè seculare, persona tam vulnerantis, quàm vulnerati merè laica, † percussio demum facta ministro laico fori Episcopalis, neque sacrilegium in se continebat, neque censuram habebat annexam ad tradita per Jo. Andr. *in cap. Felicis n.* 7. *ad med. de pœnis in sexto*, & ibi Gemin. *in §. præmissis ver. quæro an ipse* Farinacc. *de crim. læs. maiest. qu.* 112. *n.* 106. qui in fortioribus terminis loquuntur, nempe in percutiente familiam Papæ, vel Cardinalium, modo id non in odium domini agat; unde inferebatur nulla ratione causam ad forum Ecclesiasticum pertinere per locum à sufficienti partium enumeratione, † quod argumenti genus frequens; & necessarium est in iure nostro text. in *leg. parte furioso* ubi Bart. Bald. Ang. & DD. id notant *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* cum aliis congestis per Everar. *in sua topica legali loco à suff. part. enum. nu.* 1. & deinceps, & successivè illam esse Judici laico remittendam eidemque privativè non cumulativè illius cognitionem pertinere.

Ego autem dicebam argumentum fallax esse, & inane, cum partes non fuerint sufficienter enumeratæ. † Tum quia ob delictum in rem, vel in personam subiicitur quis iurisdictioni Iudicis habentis rem, vel personam subiectam; ut per Anton. de Butr. *in c. cum sit* per illum textum, & alia jura *num.* 5. *tit. de foro compet.* † Tum etiam quia offendens Iudicis familiam prorogat iurisdictionem ejusdem, cujus majestas in suo ministro est offensa text. in *leg. addictos Cod. de Episcop. audien.* † qui text. tametsi correctus sit quatenus loquitur de clerico offendente familiam judicis laici ob omnimodam ejusdem laici in Ecclesiasticos incapacitatem quæ prorogationem prorsus impedit, in casu tamen è converso, & sic ubi à laico offenditur familia Episcopi, in quo eiusmodi incapacitas non reperitur; in suo vigore remanet; † & sic tantum abest ut hujus causæ cognitor sit privativè laicus; ut imò, præsertim cum non ex odio privato, sed ratione officii satelles vulneratus fuerit, solus judex ecclesiasticus privativè ad laicum delinquentem punire possit, vt per Paul. de Castr. *in d. l. addictos*, & per Boer. *dec.* 9. *n.* 14. Genuens. *in Prax. Archiep. cap.* 11. & Farinac. *cons.* 134. *per totum vol.* 2.

Quin etiam si percussio facta fuisset ex odio, & inimicitia privata cognitionem spectare ad superiorem officialis offensi ex communi advertit Roland. *in cons.* 48. *n.* 44. *vol.* 2. Non enim videtur ad hunc effectum considerari posse causæ diversitatem inter unum casum, & alterum; † quicquid dicendum sit quando agitur de iniuria ipsimet judici illata; nam si intuitu officii, ipse est cognitor quasi non ejus persona, sed dign ita s offensa fuerit, si verò ex privata inimicitia, cum ipse in causa propria judicare nequeat, non ad judicem alterius ordinis, & sic non ad laicum, sed ad superiorem judicis offensi devoluitur iurisdictio, ut latè tradunt post alios quos referunt Roland. *dict. consil.* 48. per totum, & Caball. *libr.* 1. *resol. crimin. cas.* 128. *per totum.*

Crederem tamen in omnibus his casibus in odium delinquentis accumulari forum foro, & sic reum posse etiam per laicum judicem puniri, ut in terminis nostris tradit Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *c.* 12. *sub num.* 13. † qui tamen cautè legendus est dum magis probat sententiam tenentium contra percutientem clericum vel birruarium fori Episcopalis Iudicem laicum posse procedere ad pœnas temporales, ecclesiasticum autem ad spirituales, quam sententiam latè confutavimus in *dec.* 4. *n.* 3. *per tot.*

Prout † & cautè in hac materia legendus est Carolus de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 565. ubi inquit quod si pro hujusmodi vel alio delicto ad forum Ecclesiasticum spectante imponenda esset pœna sanguinis, tenetur Iudex ecclesiasticus compilato processu, sententiam ferendam alicui laico delegare, ad quod citat text. *in c. sententiam sanguinis, & in c. fin. Ne cleric.* vel Monac. adducit etiam Baldum *in cap.* 2. *col. fin. de maiorit. & obed.* Ripam *in cap.* 2. *nu.* 44. *de Iudic.* & Decianum *in tract. crim. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 76. *in fine.* † Quia imò adeo Iudex ecclesiasticus ad hoc non tenetur, vt nec quidem id agere valeat; nec jura per Grass. adducta id probant; sed duntaxat non posse clericum sententiam sanguinis dicere, nec *scribentes* ab eo allati, eius deserviunt sententiæ † Bald. *enim loco cit. n.* 4. inquit Papam imponere posse pœnam sanguinis statuendo, non exequendo, † Ripa loquitur juxta terminos textus in *c. Archiepiscopatu extra de raptoribus*, & sic in Prælato principis laici delegato, qui sanguinis pœnam Regi deleganti reservare debet

13 bet. † Decianus autem non dicit prælatum in causa particulari compilatum à se processum committere debere laico; sed simpliciter inquit Papam vel Episcopum non modo posse, verum & teneri delegare sententiam sanguinis ferendam, ad quod adducit *d.cap.sententiam ne cleric.vel Monach. & c.fin. eod.tit.* sed arbitror eum citare voluisse *cap.penult. cum sua gl. eod.tit.* quę se remittit ad dicta per eum in *cap.clericis n.5.eod.*
14 *tit.* † quo loci *in verbo, aut iudicent*, loquitur de Prælatis temporalem iurisdictionem habentibus, quam quo ad sanguinis causas debent generaliter committere, juxta illud Homicidas, *& maledicos non patiaris vivere capit. Rex debet* 23. *quæst.*5. & sic sentit ibi glosa quod Prælatus habens jurisdictionem temporalem possit quidem hujusmodi causas universaliter committere, non autem particulariter, quoniam (inquit) multa licent in genere, quæ non licent in specie. Verum ut ibi rectè advertit Abb. *nu.*12. Prælatus habens jurisdictionem temporalem, potest etiam casum particularem delegare laico, ut inquirat, & justitiam faciat, sique ille ad pœnam sanguinis processerit, Prælatus non efficietur ex facto sui officialis irregularis, ut hodie determinatum est in *cap.fi. ne cleric.vel Monach.in* 6. cui textus loquitur specificè in Episcopo jurisdictionem temporalem habente; qua eidem permissa, in necessarium antecedens, & pro illius ac justitiæ bono regimine, & ne delicta contra publicam utilitatem remaneant impunita, necesse est ut talem causa de facto occurentem, in quo ipse judex esse nequit, alteri capaci committere valeat. Et † sic quod Clericus habens jurisdictionem
15 temporalem non incidat in irregularitatem, quamvis alteri committat causam, in qua postea pœna sanguinis ingeratur tradunt Lupus Abb. Archid. Gemin. Io. Andreas Anchar. Domin. Monach. Franch. *in dict.cap.fin. idem* Abb. *in cap. sententiam num.*10. *extr.ne Monach.vel Cleric.* Covarr. *in Clem. si furiosus par.*2. §.3. *n.*8. *& lib.*3. *Variar.resolut. cap.*20. *num.*3. *ver.tertio* Cæpol. cum per eum relatis in *cons.*1. *num.*64. *vol.*1. Salsed. ad Diaz. *in Prax.crimin.canon.cap.*99. *littera A. in novissim.edit.* Bellett. *disquis.Cleric.par.*1. *tit.de discipl.cleric.* §.3. *num.*135. Majol. *de Irregularitat.lib.*2. *cap.*6. *nu.*11. Sayrus *in clavi regia lib.*7. *cap.*1. 11. *num.*3. *& de Censur.lib.*6. *cap.*18. *nu.* 17. Auila *de Censur.par.*7. *disput.*5. *sect.*2. *dub.*4. Molin. *de Iustit.tom.*4. *tract.*3. *disput.*74. *num.*9. Reginald. *in Prax.fori pœnit.lib.*3. *num.*125. Sair. *in clau.reg.lib.*7. *c.*11. *nu.*2. Dian. *par.*4. *tract.*2. *resol.*78. Antonell. *me hic citato, de regim.Eccles.Episc. lib.*6. *cap.*43. *nu.*1. Sive temporalis jurisdictio eidem competat ratione Episcopatus, cui illa sit annexa, sive ratione propriæ personæ, cujus sit patrimonium ut notant Doctores *in dict. cap.fi.ne cler.vel Monach.in* 6. Abb. *in cap.clericis nu.*12. *& in cap.sententiam num.*10. *extr.eod.tit.* Cæpol. Bellett. Salsed. & Regin. *locis proximè citatis* Bonac. *de Censur. disp.*7. *quæst.*4. *punct.*1. *num.*25. *& seq.* dummodo non exprimatur specialiter in commissione in quo causa consistat, sed generaliter committatur causa talium tex. *in cap.fi. Ne cleric. vel Monach. in* 6. Pavin. *de visit.*1. *par.q.*7. *num.*71. Covar. *in clem.si furiosus* 2. *par.*§.5. *n.*8. *de homic.* cum aliis, quos refert, & sequitur Fuscus *de Visitat.lib.*1. *cap.*32. *nu.*5. ubi ait id menti tenendum.
16 At † verò in causis ad spiritualem jurisdictionem, & forum Ecclesiasticum pertinentibus Episcopus, vel Clericus quemadmodum per se non potest sententiam sanguinis dicere, & si dicat, efficitur irregularis, & deponitur *dict.cap. clericis, & d. cap.sententiam extr. ne cler. vel Monach.* & ubique Doctores Maiol. *d.c.*6. Arnald. *de agnoscend. assertion.catholic. & hæret.cap.*25. *num.*41. Sayr. *de censur.lib.*6. *cap.* 16. *nu.*3. ubi plurimos congerit Reginald. *in Prax. for. pœnit. lib.*21. *nu.*13. Bellett. *disquis.cleric.tit.de desciplin.cleric.*§.26. *n.*
17 3. Borell. *in summ. decis. tit.*11. *num.*39. sic neque per † alium ab ipso delegatum, ut in specie tradit Henric. Boich. *in dict. cap.clericis sub num.*3. *ver. aut committendo*, quem sequitur Farin. *in fragment. crimin.verb.Clericus num.*370. Antonell. *loc. cit. num.*2. qui etiam contrarium tenentes allegat.
18 † Multoque magis efficitur irregularis, tradendo reum Judici seculari ut per Arnald. Alber. *d.q.*25. *nu.*33. & per Farinac. *ubi supra n.*328.

Cooperaretur enim ad homicidium, præsertim tradendo etiam processum compilatum ut perperam ajebat Carolus de
19 Grassis, † ex cooperatione autem ad mortem alterius effici quem irregularem probat text. *in cap.sicut dignum* §. *illi extra de homicid. & in c.significasti il* 2. *eodem tit.* ibi *studio, consilio, vel mandato*, in quibus verbis omne genus cooperationis significatum est juxta ea quæ post *iuristas* latè observat Suar. *de Censur.disp.*44. *sect.*3. *nu.*31.
20 Cumque † irregulares uti cooperatores evadant Clerici vel tabelliones, qui aliqua simpliciter scripserint, puta testes recipiendo, etiam in forma non authentica si in eo judicio postea fiat sanguinis vindicta ut post Jo. Andr. & Anchar. *in d.cap.sententiam;* tradit ibi Soccin. *in* 4. *membr.prim.ver.quinto quæritur* Maiol. *de irreg.lib.*2. *d.cap.*6. *nu.*7. & latius dixi in *decis.*77. nec non & nuncii, mandatarii, Cursores in causa sanguinis deputati; ut pote identidem cooperatores ejusdem judicii Speculat. *in tit. de dispens.* §. *iuxta ver. idem religiosus* Maiol. *d.lib.*2. *c.*10. *n.*6 Henriq. *in Summ.lib.*14. *c.*12. §.10. Sayrus *de censur.lib.*6. *c.*16. *nu.*12. & dixi in eadem *dec.*77. quanto magis idem dicendum erit de Judice Ecclesiastico, qui processum compilavit, & illum una cum ipsa causa sanguinis laico committit; † Præsertim quia etiam Prælatus habens 21
jurisdictionem temporalem si aliquo pacto opem & auctoritatem præstare videatur, puta si sanguinis vindictæ sit præsens, efficitur & ipse irregularis ut per Silvestr. *in Summ.verb. Episcopus n.*10. *vers.quintum & in verb.* Homicidium 3. *qu.*5. *ver.tertium* Bellett. *disq.Cler tit.de discipl.cleric.* §.5. *n.*136.

Intelligendo tamen omnia supradicta sequuto effectu mortis, vel mutilationis membrorum, secus autem effectu non sequuto ut post Hostiens. *in cap.ad audientiam extr. de homicid.* tradit ibidem Soccinus *memb.* 4. *ver. secundo quæritur* Henriquez. *d.cap.*12. §.2. Sayr. *de censur.lib.*6. *cap.*16. *sub num.* 4. *in fi.* ubi quod in hoc nulla est dubitatio. Diaz. *in prax.crim. canon.cap.mihi* 99. *sub num.* 1. (quicquid ibi secus sentiat Salsed. *in addit.verb.primendum*, post alios quos refert, Flores *de mena Variar.lib.*1. *quæst.*9. *per totam* communem dicit Suar. *de censur.disp* 47. *sect.*1. *n.*3. ubi contrarios reiicit, novissimè Barbos. *in d.cap. Clericis n.*4. *ne Cleric. vel Monach.* & latius dixi in *d.dec.*77.

Nec † non & exceptis casibus à jure expressis, in quibus 23
Judex Ecclesiasticus absque irregularitatis nota post latam sententiam declaratoriam delicti, aliasque circumstantias, clericos degradatos, & laicos hæreticos, non tam tradit, vel committit, quam puniendus relaxat Judici seculari; intercedendo etiam apud eum, ut citra mortis periculum circa eum sententiam moderetur, ut in *cap. novimus de verb. sign. & ibi scribentes*, de quo egregiè Suar. *de censur. disput.*47. *sect.*1. *à num.*10. *usque ad fin.*

Caveat igitur Judex Ecclesiasticus, ne juxta sententiam Caroli de Grassis in causis mixti fori, in quibus pœna sanguinis imponenda venit, compilatum processum, vel reum, aut causam ipsam Judici laico committat; † sed vel pœnam 24
quam ipse pro modo suæ jurisdictionis imponere valet, instigat (circa quam postea Judex laicus si maluerit, supplere poterit juxta tradita per me in *decis.*97. *num.*4. vel Summum Pontificem, aut Sacram Congregationem consultat; provt alias ego feci in causa cujusdam mulieris, quæ infantem ex ejus filia ortum absque baptismo peccaverat; & reperio idem fecisse D. Archiepiscopum Neapolitanum in alio gravissimo flagitio, ut colligitur ex Ricc. *in decis.*329. *par.*3. qui testatur virtute litterarum nomine Sanctissimi Ordinario directarum concessam fuisse facultatem ut absque irregularitatis metu, tradere posset curię seculari laicos uti Clericos in Archiepiscopali curia de falsa moneta processatos, & addit ibi Ricc. quod cum propterea dubitaretur an etiam processus contra eosdem in Archiepiscopali curia compilatus, esset tradendus, fuit affirmativè resolutum, quamvis in dd. literis nulla de hoc fieret mentio; quia de jure semper est reus una cum suo elogio seu processu remittendus *l.diuus l.non dubium de custod.rever.* & post alios tradit Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.*4. *c.*19. *num.*21. *& seq.* cum aliis per Riccium *ubi supra relatis*, & dixi latius in *dec. decimaoctava*.

ARGUMENTUM.

In Parochia dignoscenda, an consideretur Domicilium vel præsens habitatio.

Sepeliendi ubinam sint habitantes domos conductas, officiales, scholares, famuli, Advenæ, Viatores, Tertiarii, & sodalitatum confratres.

SUMMARIUM.

1 *Parochia non mutatur, nisi quis accedat ad aliam cum rerum substantia animo ibi perpetuo manendi.*

2 *Etiam si proprius Parochus negligat administrare illi Sacramenta.*

Modo Parochianus, vel non discedat de propria parochia, vel animo cito redeundi recedat n.9.

3 *Habitans ruri non animo permanendi, ſi ibi decedat ſepeliendus eſt in Parochia urbana.*
Declara ut n.10.
4 *Ad cognoſcendam Parochiam attenditur Domicilium, non autem præſens habitatio.*
5 *Contrarium eſt verius.*
Officiales, Scholares, & famuli ſepeliendi ſunt in ea Parochia in qua degunt.
Idem dicendum de habitantibus domos conductas, etiam anno non expleto.
6 *Sepulturam quis eligere videtur in Parochia, in qua Sacramenta percipit.*
7 *Electio ſepulturæ etiam tacitè fieri poteſt.*
8 *Ius ſepulturæ plurimum pendet à Sacramentorum perceptione.*
9 *Diſcedens à Parochia animo redeundi, illam non dicitur mutare.*
10 *Habitans partim in Urbe, & partim ruri an, & quando utriuſque Parochiæ euadat.*
Parochianus ita ut ſepeliendus ſit in qua decedit.
Cap.15. qui de ſepult. in 6. *intellectus.*
11 *Infans translatus à Matre, vel à Tutore ad aliam Parochiam ubi ſepeliendus ſit.*
12 *Exteri, & forenſes in ea Parochia ſepeliendi ſunt in quæ habitant.*
13 *Viatores, & pertranſeuntes ubinam ſint ſepeliendi, & num. ſeqq.*
14 *Conſuetudo attenditur quoad ius ſepulturæ.*
15 *Clericus viator in Cathedrali ſepeliendus.*
16 *Habitans in confinio duarum Parochiarum, in qua ſit tumulandus.*
17 *Sepeliendi ubi ſint confratres ſodalitatum.*

DECISIO LXXXVII.

CUm quidam Tabellio, locata domo ſuo alteram anguſtiorem in alia Parochia pro uſu ſuo conduxiſſet, paulo poſtea diem clauſit extremum. Vnde coram me orta fuit controverſia inter Parochos utriuſque Parochiæ, utroque prætendente Cadaver eiuſdem Notarii ad ſe ſpectare.

Et quidem ad favorem Parochi in cujus Parochia ſita erat domus propria Tabellionis duo urgere videbantur. Alterum
1 quia † tametſi Parochiani Sacramenta in aliena Parochia percipiant & divina audiant, & ſic proprius Parochus nullum ſuſtineat laborem, non propterea efficiuntur de Parochia, in qua ſacramenta percipiunt, niſi animo perpetuæ habitationis cum rerum ſubſtantia ibi fiant incolæ, & Parochiani *Clem. dubium* §. *huiuſmodi de Sepultura DD. in cap. is quis*, ubi Franch. *num.1. & alii eodem tit. in 6.* Mareſcott. *var. ref. lib.2. c 95. n.5.*
2 Etiam † ſi Parochus neglexerit adminiſtrare Sacramenta, & ex eius incuria Parochiani coacti fuerint ad alia loca ad ea percipienda accederet; hujuſmodi enim Parochi negligentia Eccleſiæ ſtatum mutare non poteſt Rebuff. *ſuper concord. de collat.* §. *ſtatuimus il 2. in verbo Parechialis verſ. qui dicatur Parochianus* Petr. de Vbal. *in tr. de Canonica Epiſc. & Paroch. q.11. n.15. & q.12. n.16.* Lup. de Caſtill. *in tr. de Canonica petitione c.2. n.40.* Mareſcot. *d. c.95. n.6.*
3 Alterum † erat quia in ſimili, habitans Ruri animo non permanendi, ſi ibi decedat non eſt in rurali Eccleſia ſepeliendus, ſed in ſui domicilii urbani Parochia textus expreſſus *in c. is qui de ſepult. in 6.* Abb. *in c. in noſtra nu.10. extr. eod. tit. DD. communiter in dicto c. is qui* Menoch. *de præſumpt. lib. 7. præſump.88. n.3. & conſ.398. n.37. l.4.* Maſc. *de prob. concl. 1150. n.1. & 2.* Rot. *dec.643. n.2. & dec.656. in prin. p.1. diu.*
4 Vnde † datur intelligi ad cognoſcendam Parochia non attendi locum habitationis, ſed domicilii, prout in individuo tenuit gl. *in c. is qui de ſepul. in 6.* & ibi Gem. *n.2. & 5.* & Fran. *n.1.* & alii relati à Sanch. *de matr. lib.3. diſp.23. ſub n.1. ver. 3. probatur.*

His tamen poſthabitis cadaver dicti Tabellionis ſepeliri mandavi in Parochia, in qua tempore obitus morabatur, Motus fui, qua verior, eſt opinio, quod imò in cognoſcenda Parochia, conſiderandum non ſit domicilium, ſed præſens ſtatus, ita ut ubi qui ſad præſens habitat, & animum habet ad aliquod notabile tempus permanendi, licet non conſtituendi domicilium, ibi dicatur habere Parochiam ut contingit in officialibus, in ſcholaribus, in famulis, nutricibus, & ſimilibus; & etiam in terminis noſtris, nempe in conducentibus domum ad annum; tametſi morte præventi illum non compleverint. Ita tenuit Feder. de ſen. *in conſ.254. q. ſeq.* quem ſequitur in his terminis Anch. *in c. is qui ſub nu. 1. ver. pro clariori tamen de ſepult. in 6. & commendat* Abbas *in repet. c. extirpandæ* §. *qui vero nu.11. de præbend.* & poſt, alios, quos congerit ita etiam tenuit Cævall. *in ſpecul. commun. contra commun. q.458. num.36. & ita à Sacr. Congregatione* reſolutum fuiſſe teſtatur Salſedo in addition. ad Diaz. *in pract. crim. c.73. verſ.14. in fin.* Grat. *lib.2. diſcept. forenſ. c.75. num.18.* idemque tenuit Molina *de Iuſti. diſp.214. col. 4. ver. illi qui* Sylveſtr. *in Summ. verb. ſepultura ſub numer.8. ver. ſi vero tit. laicus* latè apud Menoch. *in conſ.398. l.4.* cum ſubſcriptionibus plurimorum Theologorum ac Juriſperitorum *ſub num.7. 17. 22. 42. &* 44. latius & exactius Sanch. *de matrim. lib.3. diſp.23. ſub n.12. verſ. & confirmantur*, ubi plurimos cumulat, multipliciter comprobat; & dicit hanc opinionem eſſe veriorem, Guttier. cum per eum congeſtis *in tract. de matrim. c.63. n.19.* ubi hanc opinionem appellat benigniorem, & veriorem, quæ quidem probatur *in cap. in noſtra de ſepul. ibi (ſoluta quarta Parochiali Eccleſia de cuius Parochia mortuorum corpora aſſumuntur)* & ſic habitatio conſideratur non domicilium, probatur etiam *in cap. fin. de Parochis & in capit. omnis utriuſque ſextus de pœnit. & remiſſ.* & ita intelliguntur Doctores ibi dicentes poſt Innoc. illum dici proprium Parochum ſcholaſticorum, & mercenariorum, in cujus Parochia per annum habitant, ut ibi per Jo. Andr. *n.13.* Ant. de Butr. *num.38.* Cardin. *n.6.* Anch. *n.9.* † Et hæc 6 ſententia confirmatur ex eo, quod eo ipſo ac quis percipit Sacramentia in aliqua Parochia, in dubio videtur ibi elegiſſe ſepulturam, ut per Butr. *in c.1. n.9.* & Abb. *num.4. ſepult.* Franch. & Gemin. *in c.1. de ſepult. in 6.* Lupus *in c. fin. eod. titul.* Sylveſtr. *in Summ. ver. ſepultura num.8.* & eſt comm. opin. ut teſtatur Rota coram Card. Seraphin. *in deciſion.1135. n.3.* Grat. *diſcep. for. to.1. c.95. n.74.* Mareſcot. *var. l.2. c.95. n.11.* Antonell. me citato, *de regim. Eccl. Epiſc. lib.1. c.12. n. 36.* † Sepulturæ quippe electio etiam tacitè fieri poteſt Pet. de 7 Ubal. *de quarta Epiſc. & Paroch. cap.6. n.18. & ſeq.* Grat. *d. num.74.*

Et † jus ſepulturæ plurimum pendet à Sacramentorum ad- 8 miniſtratione, ut tradunt Doctores communiter *in d. c. is qui de ſepult.* & Seraph. Grat. Mareſcott. locis citatis.

Non obſtat modo motiva in contrarium excitata. † Nam 9 ad primum reſpondeo *Clem.* dudum non probare id; ad quod S. Mareſcot. allegatur Doctores vero ab eo citati intelliguntur in terminis, in quibus quis, vel non diſcedit è propria Parochia, vel animo citò redeundi diſcedit.

Ad † ſecundum reſpondeo, text. in *d. c. is qui de ſepul. in 6.* 10 & DD. ex adverſo citatos loqui pariter in eo, qui habitat ruri non animo permanendi, ſed recreationis cauſa vel ut ruralia exerceat, ad urbem poſtea reverſurus. Secus tamen dicendum eſt de eo, qui ſtaret ibi animo habitandi pro majore parte anni, vel habet domum hyemalem in civitate, & æſtivam in Rure, & ſic æquali tempore modo in una, modo in altera moratur, ut qui in duobus locis æque principale habet domicilium, tunc enim efficitur utriuſque Parochiæ Parochianus, & in ea ſepeliendus eſt, in qua decedit *Paluda.4. diſt.17. q.3. art.2. concl. ult. in fi. & art.3. concl.2.* Sylueſt. *in Sum. verb. confeſſ. n.10.* Sanchez *de matr. lib.2. diſp.23. ſub n.32. ver. & confirmatur* Cæphal. apud Menoch. *in dict. conſ.398. n.21. & quidam Theologi in ſubſcriptionibus n.33.* & ibidem Aloyſius Terzagus *ſub n.46. ver. nec obſtat Rebuff. in repet. c. extirpandæ* §. *qui vero ver. contra opem de Præbend.* quod notandum eſt Genuæ ubi plurimi in hoc genere contingunt caſus. Et multo magis ſi ibi pro majori parte anni habitaret, quia ibi propriè diceretur habere Parochiam, ut per Petr. de Vbal. *de Canonic. Epiſc. & Paroch. c.7. nu.12.* cum aliis congeſtis per Tiraq. *de retr. lign.* §. *9. gl.2. n.26.* & latius per Sanch. *de matr. l.3. diſp.23. n.12. per tot. & diſp.24. per tot.* & iſta erit prima ampliatio ad regulam ſup. poſitam Me refert, & ſequitur Antonell. *d. c.12. n.38.* & affert etiam Rot. *dec.656. p.1. diu.*

Præſens itaque ſtatus in dignoſcenda Parochia, ac in jure ſepulturæ conſiderandus eſt, † quod quidem etiam in infante 11 à matre vel tutore ad aliam Parochiam translato dicendum eſt, licet enim ipſe nec animum habeat mutandi proprium domicilium, nec habere poſſit, nihilominus, quia in dignoſcenda Parochia non attenditur domicilium, ſed locus præſentis habitationis ad tempus confide rabile, ideo Parochus hujus infantis erit is, in cujus Parochia moratur, ut per Anch. *in d. c. is qui ſub n.1. verſ. pro clariori de ſepul. in 6.* ubi ait ita tenuiſſe Federic. de Senis ſed non dicit in quo loco, tu dic quod voluit citare eundem Federic. *in conſ.253. &* 254. quod ſanè intelligas ſi nec ſepulchrum paternum adſit, nec electio à

matre

matrè ſecundum regionis conſuetudinem fieri potuerit ad late per me tradita in *dec.* 89.

12 Amplia † tertio in exteris, & forenſibus, habentibus hoſpitium in civitate; Nam Parochiæ, in qua degunt, competit jus ſepeliendi etiam illos ſic in ea habitantes; cum in illa ſumant ſacramenta Archid. *poſt antiquiores in cap.* 1. *n.*3. *de ſepul. in* 6. Butr. *in c.*1. *n.*9. & Abb. *n.*4. *ext. eod. Sum.* Sylveſt. *in ver. ſepul. n.*8. Vitalin. *in clem.*1. *n.*19. *de Privil.* Armil. *in ver. ſepult. n.*12. *in fin.* Feder. de Senis *conſ.*253. Gigas *conſ.*97. *n.*3. Boer. *dec.*175. *in prin.* Seraph. *dec.*1135. *num.*1. Grat. *diſcep. forenſ. c.*95. *n.*73. Mareſc. *var. reſ. l.*2. *c.*95. *n.*9. Antonell. *d.c.*12. *n.*33. ubi quod id limitatur in Epiſcopo, qui ſi in aliena Civitate moriatur in Cathedrali tumulandus eſt, ut aliis relatis advertit Barb. *de off. Epiſc. alleg.*114. *n.*40.

13 Quin † etiam & in viatoribus, & pertranſeuntibus, nec habentibus hoſpitium in civitate concluſio præfata procedit; licet enim in hoc articulo non conveniant inter ſe ſcribentes; opinantibus nonnullis, jus ſepeliendi prædictos ſpectare ad cathedralem, *gl. in c. in noſtra de ſepul.* Innoc. Hoſti. & Jo. And. *in c.*1. *eod. tit.* Aliis autem arbitrantibus inter Cathedralem, & Parochiam, in qua decedunt præventioni locum eſſe Goffred. *in Sum. tit. de ſepult.* in quam inclinare videtur Petr. de Ubal. *de Canonica Epi. & Paroch. c.*9. *n.*4. verior tamen, & crebrior eſt tertia ſententia, ut imò vagi, & peregrini, quorum paternum ſepulchrum vel ignoratur, vel commodè haberi non poteſt, ſepeliendi ſint in Parochia, in qua deceſſerunt Archid. *in c.*1. *de ſepul. in* 6. Butrius *in c.*1. *n.* 9. *extr. eod.* & ibi Abb. *num.*4. *Sum.* Sylveſt. *in ver. ſepultura ſub num.*8. Card. Seraph. *deciſ.*1135. ubi quod iſta opinio eſt verior Mareſcot. *d. c.*95. *num.*10. *leg.*2. qui pariter de veriori teſtatur, prout etiam Gratian. *d. diſcep.*95. *num.*73. etiam ſi Parochus non adminiſtraſſet eiſdem Sacramenta; vel quod ex improviſo decedant, vel quod Parochus repertus non fuerit; Nam quidquid ſecus tenuerint Butr. & Sylveſtr. locis ſupra citatis, ita firmant Cæteri ſupra relati, & eſt communis opinio.

14 Nil † tamen adſit conſuetudo in contrarium, nempè quod forenſes, aut viatores, ſepeliantur in Cathedrali; tunc enim illa ſervanda erit, ut affirmant omnes præfati Doctores; conſtito tamen plenè de conſuetudine; nam ea non probata, non eſt à dicta communi concluſione recedendum ut fuit deciſum penes Seraphin. *in dicta deciſion.*1135. circa finem, Cæterum quicquid ſit de jure, Jul. Lavorius poſt hac ſcripta impreſſus loco infra citando refert Sacr. Congregationem Epiſcoporum etiam circumſcripta conſuetudine 5. Julii 1592. Epiſcopo Fulginaten. reſcripſiſſe advenas, & pertranſeuntes in Cathedralibus, & reliquos in Parochia, intra cujus fines obierint, ſi per aliquod tempus habitaverunt, eſſe ſepeliendos.

15 Clericum † autem viator etiam de jure in cathedrali ejus vrbis, in qua decedit, eſt ſepeliendus, ut per Anton. de Butr. *in c.*1. *de ſepult. in* 6. Sylveſtr. ubi ſupra *ver. ſecundum* Peregr. Boer. *deciſ.*175. *num.*5. & 7. Prout dicitur de Religioſo decedente in itinere vel hoſpitali, qui humandus eſt in Eccleſia ſui ordinis, ſi ad eam commodè poteſt deferri, ut per Butr. & Sylv. locis ſupra citatis, & per Boer. *d. deciſ.*175. per totam, ubi quod ſic deciſum fuit.

16 In † hac eadem materia, ut obiter dicam, peregrinum caſum habui in facto Parmæ de quodam, qui habebat domum in confinio duarum Parochiarum; tunc enim, cæteris paribus ſicuti dividendæ ſunt decimæ, ac quarta funeralis, ſic etiam dividi poteſt ſepultura familiæ alternis vicibus, niſi ex conjecturis appareat defunctum magis inclinaſſe in unam Parochiam, quam in alteram, puta ibi Sacamenta percipiendo, vel frequentando magis oſtium, quod in illa reſpondet, ut per Franc. *c. cum ab eo ſub n.*4. *de ſepul. in* 6.

17 Contigit † etiam non ſemel dubitari ubinam Tertiarii ſint tumulandi, circa quos tam Sacr. Concilii; quam Epiſcoporum Congregatio reſoluit, quod ſi viri collegialiter vivant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginitatem, ſeu cœlibem caſtamque vidualem vitam traduxerint, expreſſo voto, & ſub dicto habitu, cadavera deferantur in Eccleſiis regularium; cujus habitum induxerint, ſi in ipſis eorum communis ſepultura reperiatur, ſine præjudicio tamen jurium parochialium, & requiſito prius Parocho, quo venire abnuente, etiam ipſo invito ad regularium Eccleſias tranſportari poſſint; juxta diverſas Sacr. Congreg. declarationes, quas de verbo ad verbum reſcripſit Lavorius *variar. lucubrat. tit.* 2. *c.*11. *n.*102. & *ſeqq.*

18 Denique cum officiales cujuſdam ſodalitatis vigore ſtatutorum auctoritate ordinarii confirmatorum prætenderent cadaver confratris, qui ſepulturam non elegerat eſſe in eorum oratorio tumulandum, pronunciavi quod imò eſſet in propria Parochia ſepeliendus, ut in puncto tradunt Petrus de Ubald. *de Canonic. Portion. cap.*1. *in fin. ver. variant.* Sebaſt. de Med. *de Sepult. quæſt.*8. *n.*41. Lavorius *d. c.*11. *n.*106. & *ſeq.* ubi addit quod confratre eligente ſepulturam in Oratorio ſodalitatis, officium ſuper cadavere fiet à Parocho intra cujus fine Oratorium eſt ſitum; non autem à ſodalitatis Cappellano ex *Sacr. Congr.* ſententia quam ibi refert.

ARGUMENTUM.

Paruuli an & quando ſepeliendi ſint in Sepulchro majorum, & quodnam dicatur majorum ſepulchrum.
Vidua, vel coniugata ubi nam ſit tumulanda.

SUMMARIUM.

1 *SEpeliendus eſt in Sepulchro maiorum, qui obiit non electa ſepultura.*
2 *Quarta funeralis ſolvenda eſt Parochiæ, quando defunctus in maiorum ſepulchro ſepelitur.*
3 *Sepeliri quando quis debeat in propria Parochia.*
4 *Parochus intentionem fundatam habet ſepeliendi eos, qui alibi ſepulturam non eligunt.*
5 *Probare quis debet fundamentum ſuæ intentionis.*
6 *Patronatus vel ſepulchri iure pro ſe, & deſcendentibus erecto quid probandum ſit ab illud prætendente. Terminis in diſpoſitione qualificatis, non ſatis probatur in abſtracto.*
7 *Sepulchrum maiorum illud dicitur, in quo iacent Pater & Auus.*
8 *Sepulchrum maiorum eius, qui vivo patre decedit, quodnam dicatur.*
9 *Sepulchrum paternum præfertur illi, in quo cæteri maiores iacent.*
10 *Sepulchrum maiorum, quodnam dicatur, ſi pater in uno, auus in alio, proavus in alio diverſo tumulatus fuit.*
11 *Sepulchro maiorum exiſtente in Eccleſia Regularium, an ibi quis ſit ſepeliendus.*
12 *Sepulchrum unius ex maioribus ex conjecturis dici poteſt prædilectum.*
13 *Vidua in ſepulchro ultimi viri eſt tumulanda.* Etiam ſi ad domum paternam redierit n.16.
14 *Vidua retinet domicilium, honorem, & dignitatem mariti.*
15 *Vidua, quæ rediit ad domum paternam, retinet ſepulchrum mariti.*
16 *Vxor viro ſuperſtite mortua, in quo ſepulchro ſit tumulanda* & n. ſeq.
17 *Sponſa non cognita, nec traducta, & uxor adultera ubi ſint ſepelienda.*
18 *Vxor poteſt eligere ſepulchrum ſine viri licentia.*
19 *Fœtus una cum Matre in utero mortuus ubinam ſepeliri debeat.*
20 *Synodalis conſtitutio non obligat exemptos.*
21 *Sepeliendi quando ſint paruuli in loculo ſeparato, & quando in maiorum ſepulchro.*

DECISIO LXXXVIII.

IMmaturata morte ſublato Arimini quodam paruulo ex Battaglinorum familia, Patres Sanctæ Mariæ Servorum prætendebant illius cadaver, eo quod in eorum Eccleſia adeſſet Sepulchrum ejuſdem familiæ, & quidem ſatis conſpicuum. Unde dicebant intrare notiſſimam concluſionem, quę habet decedentem, † non electa ſepultura, tumulandum eſſe 1
in ſepulchro ſuorum majorum, ut Sanctorum Patriarcharum exemplo inſiſtens benè probat Grat. *in c. unaquæque* §. item Joſeph. 13. *quæſt.*2. & habetur *in c.*1. *extr. de ſepul. & in c. is qui eod. tit. in* 6. & utrobiq; DD. Cravet. *conſ.*10. *n.*6. Guald. *de arte teſtam. tit.*9. *caut.*4. *ſub n.*2. Purpurat. *conſ.*413. *n.*9. Rota *deciſ.*492. *n.*1. & *dec.*787. *n.*2. *prim. par. in diuer.* optabile enim eſt unicuique in maiorum ſuorum ſepulchro ſepeliri, ut per Lel. Zecch. *de Repub. Eccl. c.*28. *de Parocho n.*17. *ver. fallit ſi quis fuerat de viſit. l.*1. *c.*25. *n.*12. *in prin.* Soluta tamen Eccleſiæ † Parochiali quarta funerali. *Clam. dudum de ſepult.* 2
*Con. Trid. ſeſſ.*25. *c.*13. *de ref.* de quo latè habetur per DD.

in c.1. relatum in c.de his in c. cum super in c. certificari in c. in nostra extr. de sepul. Petr. de Vbal. *toto tr. de Canonica Episcop. Paroch. inter tr. diversi. tom.* 15. Bertacchi *in tract. de Episcop. p.4. lib.4. n.*40. Gualden. *de arte test. tit.9. caut.6. sub nu.*2. Leon. *in Thesa. for. Eccles. p.2. c.*14. *per tot.* Molin. *de Just. tr.* 2. *disp.*215. Roder. *qq. Regul. t.q.*39. *ar.*2. latè Fr. Jo. della Cruz *de statu religioso li.*2. *& per summistas in ver. Canonica portio*, ad quos in facti contingentia in materia dictæ quartæ recurrere poteris, & dictis per ipsos obiter addo, quod in Bulla confirmationis Ordini mendicantium Pius V. *de anno* 1560. concessit ut monasteria, quæ fundata existunt à quadraginta annis citra; non teneantur solvere quartam funeralium, quod notat etiam Spin. *de testam. gl.*2. *prin. de elect. sepul. num.*39. & Gratian. *discep. forens. tom.*1. *c.*94. *nu.*75. quam tamen constitutionem hucusque nullibi usu receptam vidi, & hæc quidem quarta Parochiali debetur ab Ecclesia sepeliente etiam exempta ut per Lel. Zecch. *de Republic. Eccles. capit.*28. *de Paroch. numer.*17. *in princ.*

3 Parochialem † verò Ecclesiam ajebant non posse prætendere jus sepeliendi, nisi duobus deficientibus, nempe quod quis non elegerit sibi sepulturam, & quod majorum sepulchrum non habeat, vel in eo commodè sepeliri nequeat *c. is qui capit. licet*, & utrobique Doctores omnes de *sepul in* 6. scribentes communiter in *c.*1. *extr. eod. tit.* Petr. de Vbal. *d. tr. de Canonica c.*9. *a.*1. *&* 2. Guttier. *de Juram. confirmatorio c.*14. *n.*1. Fuscus in *tr. de visit. lib.*2. *c.*2. *n.*9.

Cum igitur Patres Sanctæ Mariæ Servorum ostenderent sepulchrum dictæ familiæ in eorum Ecclesia constructum, & haberent electionem sepulturæ factam à Domina Theodora Matre, & sic adesset utrumque utique Parochus præter quartam funeralem nil ulterius prætendere posse videbatur.

4 Pro † Parocho tamen dici poterat ipsum habere intentionem in jure fundatam, unumquemque in propria Parochia; nisi aliam eligat sepulturam, esse tumulandum *c. ex parte cap. cum liberum c. in nostra extr. de sepult.* Roman. *cons.*356. *nu.* 9. Medic. *de sepult. p.*2. *q.*6. *numer.*1. *& seq.* Antonin. *var. res. lib.*1. *ref.*112. *cas.*59. *ver. quarto quando* Lavor. *Var. elucubr. tit.*2. *c.*11. *n.*72. Bursat. *cons.*226. *n.*19. *vol.*3. Beller. *disq. cleric. tit. de Clerico debitore* & aliis relatis dicam *in seq. decis. in fine*. A qua regula tametsi recedi soleat quoties quis habet sepulchrum majorum, quod quidem Parochiæ præfertur; cum tamen familia de Battaglinis in plures ramos dividatur; & ex fide D. Alexandri de Battaglinis intimi Cubicularij Sanctissimi D. Nostri appareat dictum sepulchrum non esse majorum Infantis, de quo agitur, sed alterius lineæ, utique dici

5 non potest constare de existentia sepulchri majorum, † quod cum sit fundamentum intentionis dd. fratrum, utique erat per eos plenè, & concludenter probandum *l. actor, & lege frustra C. de probation. l. qui accusare C. de edendo c. sciant cuncti* 2. *quæs.*8. Ossasch. *decis.*108. *num.*8. ubi testatur de communi opin. Greg. XV. *dec.*288. *n.*2. adeo ut dubia probatio non modo probantem non relevet, sed immo contra ipsum interpretetur Jas. in *l. veteribus ff. de pact.* Decian. *in l. in contrahenda nu.*1. *de Regul. iuris Cagn. in l. semper in obscuris n.*16. *eod. tit.* Cum itaque ex dicto sepulchro non possit inferri majores dicti infantuli ibidem fuisse sepultos, utique Parochiæ debetur ejus cadaver ex supradictis, & tradit Lavorius *dulcissimus amicus meus*, post hæc scripta impressus *Variar. Elucubr. tit.*

6 2. *c.*11. *sub num.*14. *in fine*, † maxime verò quia cum agatur de jure patronatus, vel jure sepulchrorum erecto pro se, & descendentibus, vel pro liberis, quod idem est *l. liberorum* 220. *de verb. signi.* non sufficit probare, quem esse de agnatione, sed probandum est, eum esse de agnatione effectiva, quia ubicumque terminus, qualificatur in dispositione, non sufficit eum probare in abstracto, sed probati debet concursus termini qualificantis *vulg. l.*4. §. *hoc autem actio ff. de vi bonor. rap.* nuperrimè observat Melch. Lotter. *de re beneficiaria libr.* 2. *quæst.*11. *numer.*56. *& seq.* ubi subdit quod alias dispositio fundatoris de facili alterari posset, ut consideravit Ror. *in Mediolanen. iuris patronatus* 28. *Novemb.*1616. *coram D. Pirovano.*

Quin etiam quatenus præfatum sepulchrum ab antiquis ejusdem lineæ constructum fuisset, adhuc tamen dicti fratres fortè succumberent, quia pro parte Rectoris Ecclesiæ Parochialis probatum fuit patrem hujus infantis sepultum fuisse in Oratorio S. Hieronymi, ipsiusque Auum in Ecclesia S. Mariæ de Columnella quo fit, ut sepulchrum in Ecclesia Servorum existens nequaquam dici possit sepulchrum majo-

7 rum: † quamvis enim in isto articulo, quãdo nempe Majores in diversis sepulchris tumulati fuerunt varij varia dixerint, nihilominus, per veras conclusiones procedendo, regula est, ut si Pater, & Auus sepulti fuerunt in uno sepulcro, cæteri maiores in alio, sepultura majorum ea dicatur; in quo jacent Pater, & Avus, cum quibus major consideratur conjunctio quam cum aliis ascendentibus plus enim influit proximum immediatum, quam mediatum, & inter proximos consideratur proximior, ex quibus, & aliis hanc sententiam firmat Oldrad. *in cons.*25. cujus consilium de verbo ad verbum transcripsit Lavor. post hæc scripta impressus *Variar. Elucubr. tit.* 2. *c.*11. *numer.*115. *&* Gemin. *in c. is qui in fine de sepul. in sexto*, & ibi Anchar. *sub nu.*4. Sylvestr. *in Summ. ver. sepultum num.*8. & cum hac opinione in effectu resident Petr. de Vbal. *in tract. de Canonica Episc. & Paroch. c.*9. *num.*12. latè disputat articulum etiam Abb. *in c.*1. *num.*5. *extr. de Sepulcr.* licet inadvertenter allegetur pro contraria opinione à Rodriquez *qq. regul. to.*3. *q.* 58. *art.*8. ubi tenet contra Oldradum *cum glos. in dicto capitulo is qui*, quia forte ipse Roder. neque Abbatem à se relatum, neque supradictos scribentes vidit.

Etiam † si quis moriatur superstite Patre, is enim se- 8
peliendus erit in Sepulchro Avi, & sic vicinioris ascendentis, ut per Petr. de Vbal. in *tract. de Canonic. Episc. & Paroc. c.*9. *nu.*8.

Etiam † si ceteri majores omnes in una sepultura tumula- 9
ti fuerint, Pater verò in alia, dummodo non casu, vel ex accidenti: quamvis enim tunc descendentem sepeliendum esse in sepulchro majorum, relicta Patris sepultura, tenuerit *glos. in c. is qui de sepul. in* 6. & ibi Jo. Andr. *in nouell.* & Sylvest. *in ver. sepultura num.*8. & probari videatur *in c. cum quis*, ibi *cuius maiores sint soliti ab antiquo, & in c. is qui* ibi *vel in ea potius, in qua maiores ipsius ab antiquo sepultura extitis de sepult. in* 6. quam etiam opinionem sequitur Lavorius *in c.*11. *nu.*13. receptior tamen videtur contraria sententia, modo ut dixi, Pater non ex accidenti, nec casu, sed electione, sepulturam diversam ab antiquis habuerit, quam tenuere Gemin. & Jo. And. *in cap. is qui sub n.*8. *in fin. de sepul. in sexto*, & clarius Panorm. *in c.*1. *nu.*1. *extr. eod. tit.* qui ad supracitata jura respondens, ait illa loqui quo ad excludendam Parochiam respectu sepulchri paterni ab antiquorum sepultura, eamque simpliciter sequitur Molin. *de Iustit. tra.*2. *disput.* 214. *colu.*4. *ver. si quis de vita & Medic. de sepul. quæst.*7. *num.*12. & dubio procul etiam hoc in casu militat ratio relata supra *numer.*6. cui alteram post Jo. And. addit Petr. de Anchar. *in c. is qui sub n.*4. *vers. sec. quæro de sepultura in* 6. quia nempè si antiquorum suorum sepulchrum paterno præferretur, oporteret quærere agrum damascenum, ubi ortus ad Adam. Sed melius dixisse, quærendum fore montem Calvarium ubi Adam sepultus fuit, hic enim de sepultura non de ortu tractatur. Hanc eandem sententiam egregiè defendit & contrariis satisfacit Oldr. *in cons.*25. *à num.*2. *vers. contrarium usque ad finem.*

Ac † etiam in terminis nostris, nempe si aliam sepulturam 10
Proavus, aliam Avus, & aliam diversam Pater elegerit; quicquid enim nonnulli arbitrati fuerint hoc in casu non constare de sepultura majorum, quæ in unico majori verificari non videtur, ac proinde præferendam esse Parochiam, quam sententiam de jure magis sustentabilem dixit Anch. in *c. is qui sub n.*4. *post. med. ver. ex decis. de sepul. in* 6. & Sylvest. *in Sum. vero sepult. sub n.*8. *vers. si autem in nullo.* Amplecti tamen solet diversa sententia, nempe Patris sepulchrum esse attendendum Abb. in *c.*1. *nu.*5. *extr. de sepul.* idque de consuetudine servari testatur Gem. post Io. And. *d. c. is qui n.*9. *de sepul. in* 6. & Lavor. *vbi supra nu.*113. Sed ut jam teneamus sententiam, semper Patres Sanctæ Mariæ Servorum excluſi remanebunt.

Rursus † etiam si paternum sepulchrum sit in Ecclesia, 11
quæ non habet ius sepeliendi de jure, sed tantum ex privilegio, ut per Petr. de Anch. *in c. is qui sub n.*2. *vers.*3. *nota de sepulturis in sexto*, qui secus esse dicit si Ecclesia jus habet sepeliendi ex præscriptione, ut potè, quæ stricti juris est. Quod tamen Franchus in *d. c. is qui in fine lecturæ* simpliciter non admittit, sed inquit privilegia esse inspicienda, quæ quidem non minus strictè, quam præscriptio interpretanda sunt.

Quamvis † à prædictis recedatur quoties ex conjecturis 12
suadetur contrarium, puta ex qualitate Patris, vel Avi, vel Proavi, vel ipsius sepulchri, ea quibus Judex arbitrari poterit præsumptam defuncti intentionem per ea, quæ dicit Jo. And. in addi. *ad speculat. tit. de sepul. in pr. n. ver. sed hic addo*, quem refert Petr. de Vbal. *tr. de Canonic. Episc. & Paroch. c.*9. *sub n.*11. & ita etiã tenent Gemi. *in d. c. is qui in*

fine,

fine, & Franch. *sub num.4. ver. prædicta de sepult. in sexto*, Oldrad. *cons.25. sub n.3.*

13 Vel quoties agitur de muliere vidua, vel nupta, † Vidua enim in sui viri prædefuncti sepulchro est tumulanda, quod si plures habuerit viros, erit cum novissimo viro sepelienda text. *in c. is qui §. mulier de sepul. in sexto*, & ibi glos. & DD. & ita etiam firmat Abb. *in cap. de vxore 7. num.6. ext. eodem* Bellet. *disquis. Cleric. tit. de Cleric. debitore §.3. n.16.* Cujus decisionis duplex affertur ratio, prior quia vir, & uxor effecti sunt una caro *c. ebro n.17. q.2.* & quod Deus conjunxit homo non separat, & quos conjunxit unum conjugum, conjungat idem sepulchrum. Posterior est quia Vidua domicilium, dignitatemque retinet mariti, ut dicitur in *d. §.*

14 *mulier* † Unde Regina per viri obitum non amittit nomen dignitatemque Reginæ, ut in puncto dicit Sylvest. *in verb. sepult. sub n.18. vers. quinto*

15 Etiamsi † Vidua rediisset ad domum Patris sui; quia hoc privilegium datum est personæ, non loco *l. fin. ff. de temp. rest.* & mulier vidua censetur durare in conjugio viri *Auth. de Nupt. §. solut.* Abb. *in c. de uxore num.6. ext. de sepul.* Gemin. *in d. §. mulier sub num.3. & 4.* Anch. *in c. is qui sub nu.4. de sepul.* Franch. *in d. §. mulier n.2.* Petr. de Ubald. *de portio, c. Canonic.9. num.20. in fin. & n. seq. Sum.* Sylvestr. *in verb. sepul. sub num.8. ver. quæritur*, & est communis opinio, ut per Molin. *de Iustit. tra.2. disp.214. col.4. ver. sicut vir.* Ubi ampliat etiam si vir fuerit ignobilior, & ipsa longo post tempore decedat.

16 Uxor † itidem viro superstite decedens, tumulanda est, vel in sepulchro majorum viri, vel vbi ille elegit, aut saltem declarat se cum abierit velle sepeliri, ut per Anchar. Franch. Ubal. & Sylvest. locis supra citatis Abb. *in d. c. de Vxore n. 6.* & Gemin. *d. n.4.* Gualden. *de arte testan. tit.9. cant.3. n.2.* Rota *in Veneta Mansionaria 5. Iun.1600. coram Corduba*. Talis enim electio ad eum statum pertinet, in quo mulier soluitur à lege viri *c. de uxore... cap.15. qui §. mulier eod.tit.* Barbos. *in d. c. de uxore nu.2.* Lavor. *var. lucub. tit.2. cap.11. numer.130.*

17 Nisi † tamen vel non fuerit cognita, nec traducta à viro, vel divortium ob ipsius uxoris adulterium factum fuerit, priori enim casu non acquisivit domicilium nec viri cognomen: posteriori illud amisit, ut per Petr. de Ubald. *loco cit.* ubi aliis modis declarat hanc materiam.

18 Vel † nisi uxor elegerit sibi sepulturam diversam, quod & sine viri licentia, facere potest ut per Spin. *in speculo testam. glo.2. prin. num.41.* Lec. Zecch. *de Repub. Eccl. c.28. de Parocho n.17. ver. fallit. prope fi.* Bellet. *disq. Cler. tit. de Cler. debitor. §.3. n.16.* & probat tex. *in c. de uxore ext. de sepul.*

19 Quod † si mulier (ut hoc obiter addam) moriatur prægnans, fœtus in utero ejus existens, una cum matre in ventre mortuus, & non extractus tanquam pars ventris, & viscerum esset in Ecclesia, vel cœmeterio sepeliendus, si verò extractus fuisset fœtus ipse non baptizatus extrà cœmeterium; Mater in cœmeterio sepeliri debet *c. si qua de consecr. dist.4. glos. in c. Eccl. de consecr. dis.1. ver. celebrare* Lavor. *Elucubr. Variar. tit.2. c.12. n.45.*

Stante igitur præfata conclusione sic, ut supra enucleata, monumentum familiæ de Battaglinis in dicta Ecclesia servorum, existens dici minimè potest sepulchrum majorum infantis, de quo agitur, tum quia est alterius lineæ, tum etiam quia Pater, & Avus sepulti reperiuntur in aliis Ecclesiis, quę quidem cesserunt jura sua Ecclesiæ Parochiali, ut constat in processu, ac proinde dd. Fratres non habent jus petendi cadaver de quo agitur.

Et ex hoc unico fundamento credebam fratres servorum malum jus fovere, repudiato altero fundamento, in quo informantes pro parocho magnam vim faciebant, nempe tam per Synodales *constitutiones tit. de Paruulorum sepulchr.* quam per Rituale Romanum *tit. de exequ. Paruul.* caveri,

20 ut infantes in sepulchro à cæteris separato tumulentur; † quia Constitutio synodalis nullam vim habet obligandi, exemptos *Palud. 4. dist.15. q.4. art.3.* D. Anton. *2. part. tit. 7. c.2. §. Ledesma 2. p.4. q.17. art.3.* cum aliis per eum relatis, quibus addo in terminis nostris Navar. *cons.2. circa fin. de sepult. tom.1.* ubi ait ordinarii Constitutionem quoad sepulturam non præjudicare exemptis, cum non sit eorum superior, nec lex extra territorium statuentis ligat *capit.2. de constit. in 6. l. fin. ff. de Iurisd. omn. iud.* eoque non citato idem per eadem fere verba tenuit Roderi. *qq. Regul. tom.3. q. 88. art.9. in fine.*

Rituale vero Parochis directum loquitur de communibus, & promiscuis sepulchris, & sic ubi agitur de tumulando infantulo parentum sepulchro carente; nam si illud existit, in illo sanè sepeliendum esse puerum tradunt Medices *de sepulch. quæst.8.* Bellet. *disqu. Cleric. tit. de Cleric. debitor. §.3. num 17.* Gratian. *discept. forens. c.94. n.79.* Barbosa post hæc scripta typis mandatus *de offic. Parochi c.26. num.28.* ubi refert *Sacr. Congregationem Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum in una Ascolana 21. Oct. 1616.* resoluisse cadaver cujusdam puellulæ restituendum esse Fratribus Conventualibus S. Francisci, in quorum Ecclesia majorum sepulchrum existebat, excluso Parocho, qui sub novi Ritualis prætextu in ejus Ecclesia illam sepeliri prætendebat. Et in hac ipsa causa post inde 26. Novembris 1629. Sacr. Rituum Congregation. resoluit puerum de quo agitur in majorum sepulchro esse sepeliendum, & mandavit Episcopum declarare, an sepulchrum de Battaglinis existens in Ecclesia dd. Fratrum Servorum sit sepulchrum majorum d. infantis.

An autem electio sepulturæ facta in d. Ecclesia Servorum à D. Theodora pro d. Infante ejus filio sit attendenda, ad prolixitatem vitandam videbimus in *seq. dec.*

ARGUMENTUM.

Parentes, an, & quando filiis præmorientibus eligere valeant sepulturam, & an, & quando Consanguineus consanguineo, Amicus Amico, Consuetudo quoto tempore dicatur legitime inducta tam juxta terminos juris Canonici, quàm secundum jus Cæsareum.

SUMMARIUM.

1 *Sepulturæ electionem, an habeat Regularis.*

2 *Sepulturam sibi eligere, an, & quando impubes valeat.*

3 *Sepulturam Pater filio impuberi hodie eligit, vbi est consuetudo.*
Declara ut num.5.

4 Molina tract.2. de Justit. & iur. disput.214. *reprehenditur.*

5 *Sepulturæ electio facta impuberi à Patre expirat adveniente pubertate.*

6 *Mater, an, & quando eligat sepulturam filio impuberi, & num.17.*

7 *Consuetudo eligendi alteri sepulturam, an sit contra ius, & num. seq.*

8 *Consuetudo contra ius si ab ipso iure in aliquo casu permittitur, dicitur rationabilis, & valide inducitur.*
Consuetudo eligendi sepulturam filio impuberi permittitur à iure, & n.33.

9 *Consuetudo exorbitans vel limitativa extenditur ex rationis identitate.*

10 *Sepulturæ electio, quam Pater facit filio impuberi, an pendeat à patria potestate, & n. seq.*

11 *Sepulturæ electio est quid spirituale*, & n. seq.

12 *Patria potestas non consideratur in spiritualibus.*

13 *Consuetudo laicorum, an, & quando indirectè præjudicet Ecclesiæ.*

14 Riccius in prax. rerum quotidian. decision. 666. *reprehenditur.*

15 *Consuetudo non inducitur per actum, & usum mulierum.*

16 *Sepulturam, an eligat consanguineus, affinis amicus pro consanguineo, affine, amico stante consuetudine.*

17 *Consuetudo ius eligendi alteri sepulturam non tribuit, nisi legitimè præscripta.*

18 *Consuetudo ubi permittitur à lege, vel statuto, intelligitur de legitime præscripta.*

19 *Consuetudo qualiter requiratur à iure Civili, & qualiter à iure Canonico.*

20 *Consuetudo decennalis, an, & quando suffragetur patri eligenti filio impuberi sepulturam, & n.26. & 29.*
Franch. in cap. licet num.2. de sepultur. in sexto, *reprobatur.*

22 *Consuetudo contra ius præscribitur, spatio quadraginta annorum.*

23 *Consuetudo præter ius inducitur spatio decem annorum.*

24 *Consuetudo antiqua si requiritur à lege, debet esse quadragenaria, etiam si sit præter ius.*

25 *Consuetudo præter ius commune, si est contra ius privatum tertii spatio quadraginta annorum inducitur.*

26 *Consuetudo præiudicialis particulari Ecclesiæ debet esse quadraginta annorum.*
27 *Consuetudo eligendi sepulturam filiis impuberibus, quando incipiat.*
28 *Consuetudo eligendi alteri sepulturam, an sit contra ius, & an illis ius resistat.*
29 *Inter sepulchrum maiorum, & Parochialem quoto tempore præscribatur.*
30 *Consuetudo eligendi sepulturam filio impuberi debet esse generalis in loco, vel Civitate.*
31 *Consuetudo eligendi sepulturam probanda est ab allegante.*
32 *Tutela non consideratur in electione sepulturæ.*
33 *Parochus habet intentionem fundatam sepeliendi omnes in Parochia decedentes.*
34 *Laicorum vita est Clericis passio, sed mors consolatio.*

DECISIO LXXXIX.

1 QVemadmodum † Regularis non potest sibi sepulturam eligere, quippe non habet velle neque nolle *cap. vlt. de sepult. c. religiosi, ubi glos. fin. eodem tit. in sexto*, Abb. *in cap. de vxore ext. eodem*. quicquid in contrarium dixerit Hostien. *in summa*, quæ reprobauit *Io. And.* & post eum Butr. *in cap. de uxore nu.3.* & *in d.c. fin. de sepul.* De quo articulo latè Rodriq. *qq. Regul. tom.3.q.60. per totam*, & Per. de Vbal. *in tr. de quarta c.9.nu.33. & seqq. & c.11.n.10. & seq.*
2 & Lauo *Var. elucub. tit.2.c.11. a nu.91.* Sic nec impubes ob consilij imbecillitatem text. *in c. licet de sepult. in 6.* Nisi malitia suppleat ætatem Bart. *in leg. qui in potestate versic. in uno casu, & in l. si filius fam. post num.2. ff. de testam.* Lapus *alleg.59.n.2.* Anchar. & Gemin. *in d.cap. licet* Lauor. *Var. elucubr. tit.2.c.11.n.109.*

3 Vnde † priscis temporibus dubitabatur nunquid Pater eidem filio impuberi illam eligere valeat, & è Lucio Tertio Summo Pontifice determinatum fuit id relinquendum esse consuetudini locorum, ut habetur in *c. de vxore §. verum ext. de sepul.* qua re *glos. fi. ibidem* dixit Patrem posse, nisi consuetudo repugnet, quam opinionem tenuerunt etiam Vincen. Laurent. & Goffred. nec non Hostien. *in Sum. tit. de sepul. sub nu.5.* Ea ducti ratione, quia Pater filio impuberi testari potest Instit. *de pupil. subst. §. liberis*, eique substitutionem facere etiam in bonis maternis *leg.1. ff. de vulg. & pupill.* & funeris expensæ ad Patrem spectant *leg. filius ff. de in rem vers.* quasi verò argumentum à temporalibus ad spiritualia validum esset. Ad corrigendam igitur hanc antiquorum à sententia emanavit sub Bonifacio Octavo, decretalis *in c. licet de Sepult. in 6.* ut ibi advertunt Archid. *ante num.1.* & Gem. *num.2.* in qua totum oppositum determinatur, nempè de iure Patrem non posse filio impuberi sepulturam eligere, nisi ubi adest loci consuetudo, ut ibi legitur ad litteram, & penes Canonistas, hodie est indubitata, & post alios tradit Navarr. *cons.2. de sepult.* Gregor. XV. *decis.276. num.1.*

4 † Vnde non possum non vehementer mirare de *Molin.* viro alioqui eruditissimo, qui citans eundem textum in *tract. at. 2. de Iustitia disput.214. col.3. ver. pater eligere* tenuit dictam antiquam opinionem jam correctam, & abrogatam per decretalem in corpore juris clausam, & ab eodem Molina, citatam, quod idem visus est tenere Dilect. *de arte*
5 *testandi tit.9. caut.4. num.1.* † quin etiam ita demum dicta consuetudo tribuit Patri jus eligendum sepulturam si filius ante pubertatem decedat, nam si pubes factus moriatur, non est in sepultura à Patre jam illi electa sepeliendus, nisi eiusmodi electionem ratam habuerit Petr. de Vbal. *tract. de Canon. portion. c.11.* Nauar. *cons.1. de sepul. lib.3.* Lavor. *Var. elucub. tit.2.c.11. nu.18.* ubi etiam inquit *S. Congregationem Episcoporum*, die 27. Octobris 1587. rescripsisse Episcopo Fulginaten. ita demum Patrem posse eligere sepulturam filio impuberi; si electio fiat in vita, secus si post mortem namque novissimè rescripsit in una *Montispelutii 6. Junii 1659.*

Cum itaque D. Theodora de Battaglinis filio infantulo de quo in præcedenti decisione sepulturam in Ecclesia Sanctæ Mariæ Servorum elegisset prætendebatur ex hoc capite Parochum remanere excluſum. Cum ex crebriori *scribentium*
6 sententia † dispositio *d.c. licet* etiam ad Matrem extendatur, vt *ibidem* tradunt *glos.* Innoc. & Gemin. *n.4.* & Franch. *nu.3.* Sum. Armill. *vers. sepulturam n.8.* Sum. Angel. *nu.9.* Molin. *de Justit. tr.2. disput. at.214. col.3. ver. pater eligere* Eman. Sà *in Aphorism. confess. vers. sepultura nu.11.* Layman. *in suo opere moral. tit. de Sepult. & post can. n.15.* & nemine citato firmat novissimè Lavor. post hæc scripta impressus Variar. *elucub. tit: 2.c.11.n.19.* qui omnes concludunt non posse inter Patrem, & Matrem rationis diversitatem assignari, quicquid secus senserit Zeoz, à Gemin. relatus in *d.c. licet* & Petrus de Vbal. *tract. de Canon. Epis. & Paroch. c.11.n.4.* quem visus est sequi Genuen. *in prax. Archiep. cap.16.n.4.* quatenus ex ejus mente extendit *d.c. licet* duntaxat ad Dominum, qui potestatem habet in servum, sicut Pater in filium, & nouissimè firmavit Ricc. *in praxi rer. quotid. decis.666.* ubi perperam concludit solum Patrem hoc privilegium habere.

Non obstat ratio considerata à Zenz. & Per. de Vbal. ubi 7
sup. nempè quod, cum consuetudo ista sit contra jus disponens, quemlibet tumulari in sepulchro Patrum suorum, si fieri possit aliàs in Parochia *c.1. extr. de sepult. d.c. licet eod. tit. in 6.* & dixi in *præced. dec.* cumque agatur de præjudicio tertij, non debet fieri extensio de Patre ad Matrem *vulg. l. si vero §. de viro ff. solut. matr.*

Ad hoc enim Gemin. loco citato simpliciter respondet illud non obstare si consuetudo tribuit jus etiam Matri. † Ego 8
clarius responderem, quod, ut apparet ex *d. cap. de vxore §. fin. ext. de sepul. & in d.c. licet eod. tit. in 6.* in hac materia ab ipso jure permittitur consuetudo contraria in aliquo casu, quo stante, consuetudo in eadem materia dicitur rationabilis, & ideò validè inducitur cum etiam quo ad alios *c. cum tanto ext. de consuet.* ubi Abb. *n.5. in fi.* tradit hanc regulam, & dicit menti tenendam. Ac subinde eadem consuetudo vires acquirit non solum ex tacito consensu virorum Ecclesiasticorum, sed etiam auctoritate Papæ permittentis illam contra Canones induci ut ad aliud propositum aiebat Abb. *in dict. c. cum tanto n.8. extr. de consuetud.* & consequenter licet sit contra jus induci etiam potest ad Matris favorem.

Præterea, salva reverentia antiquorum Patrum, putarem negari posse, non versari in materia correctoria; quia tametsi à jure dispositum sit morientem absque sepulturæ electione sepeliri debere, vel in majorum sepulchro, vel in Parochia; non tamen reperitur in toto corpore juris prohibitum, quin non valentibus sibi sepulturam eligere alter eligat. † Quo fit ut hujusmodi consuetudo, potius quam 9
correctoria, dicenda sit limitatoria, seu exorbitans, in quibus terminis ob rationis identitatem fit extensio de casu ad casum, juxta veriorem opinionem, de qua testatur Osasch. *dec.120.n.4. & 12. & decis.22.nu.9. in fi. & seq.* Tiraquell. *de revoc. dona. in ver. libertis, nu.44.* Rolan. *cons.82. nu.49. lib.1.* Menoch. *de ad. pisc. remed.4.nu.34.* latissimè Villagut. *in tr. de exten. l. rubr. de extens. l. exorbitant.* & Farin. *in fragmen. in vero extensio nu.123.* cum itaque non possit diversa ratio considerare in Matre, quam in Patre, ut mox patebit, meritò sicut à Canonibus tolleratur in Patre, ita & in Matre tolleranda est.

Minus † obstat, quod cum Mater non habeat filium 10
in potestate non possit ei, consuetudo tribuere jus eligendi sepulturam filio, sicut Patri, & Domino, quæ ratio colligitur, ex Petr. de Vbal. *d. tr. de Canonic. c.11.n.8.* sequitur Genuen. *in prax. Archiep. c.76.n.4.* eamque in effectu adducebant antiqui DD. tenentes etiam circumscripta consuetudine, Patrem eligere posse sepulturam Filio impuberi, ut dixi supra nu.5. eandemque rationem affert etiam Roder. *regular. qq. to.3.q.60. art.1.*

Respondetur † enim, electionem sepulturæ esse quid 11
spirituale *c. quæsta. cum trib. seqq 13. quæst. 2. cap. suam de Symon. cum concord.* † Et sic ad illam non extendi patriam 12
potestatem, quæ non consideratur in spiritualibus, cum sit de jure civilis introducta *c. fin. de Judic. in 6.* Abb. *in c. cum voluntate n.8. de sent. excom.* Jas. *in l. Patre furioso. nu.8. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Dec. *cons.432.nu.9. & in l. bonorum possessio nu.3. C. qui admitti Clement. in tract. de patria potestate c.3. num.2. in fi.* Men. *de recup. possess. rem.15. n.320.* Grati. *discept. forens. c.77. num.10.* ita post Io. de Imol. firmat Gemin. *in d.c. licet nu.2. de sepul. in 6.* & ibi Anch. *sub num.3.* Franch. *sub nu.1.* Navar. *consil.1. nu.4. de sepul. to.1.* & colligitur etiam ex Hostien. *in sum. tit. de sepul. nu.5.* & nemine citato tradit Lavor. *Variar. elucubr. tit.2.c.11. nu.100.* Et quod hoc jus competat patri ratione consuetudinis legitimè præscriptæ, non autem ratione Patriæ potestatis, firmat etiam Sanch. *in decal. to.2. lib.6. c.14. n.6.* vbi meritò reprehendit Rodriq. secus sentientem.

Præterquamquod si electio penderet à patria potestate, utique facultas eligendi eatenus duraret, quatenus ipsa patria potestas, & sic non modo ultra infantiam, sed

etiam

etiam in quavis ætate usque ad emancipationem, quod absurdissimum est, & contra expressos Canones.

13 Non † etiam applicatur, quod dicebatur consuetudinem laicorum, neque directè, neque indirectè Ecclesiæ præjudicare posse *c. fin. de immun. Eccles.* propter quam rationem dicit Riccius *in prax. rer. quotid. d. dec.666.* se mutasse sententiam, quam prius tenuerat, quod Amicus, stante consuetudine, possit sepulturam pro Amico eligere ex quo Amicus est alter ego *gl. in c. ego N. de iureiur.* & ex quo etiam amicitia præponderat conjunctioni sanguinis *l. fin. C. de castr. pecul.*

14 *lib.12.* Quia † si Ricc. idcirco sententiam mutasse, quia ratio, à se adducta levis erat tolerabile foret, at nescio qua de causa ad mutandum consilium inductus fuerit ex eo, quod consuetudo non possit Ecclesiæ præjudicare, quia vt jam consideraverat Grat. *tom.1. discept. forens. c.94. num.82.* iste est casus in quo fallit d. regula, sic disponente jure in *d. c. de vxore §. fin.ext. de sepul.& in c.licet eod.tit.in 6.* Præterquamquod, ut supra dicebam, juris dispositione attentata ista consuetudo non sumit vires à laicorum auctoritate, sed à fomento juris, & auctoritate ipsius Papæ, ut per Abb. *in d. c. cum tanto n.8. extra de consuetud.*

15 Eodemque † modo tollitur, quod addebatur, usum, & actum mulierum non posse inducere consuetudinem, eo quod jus condendi leges non habeat Bart. *in l.1. ff. de legibus* Abb. *in d. c. cum tanto n.8. de consuet. & cons.53. num.1. p.2.* cum aliis per me citatis in *decis.* cum enim consuetudo assumat vires à permissione Papæ, nulla requiritur auctoritas in Matre, ut per Abb. *d. n.8.*

16 Quo † fit ut ex mente quorundam Doctorum dispositio *d. cap.licet* extendatur etiam ad consanguineos, affines, & amicos, quia etiam in istis adest eadem ratio consuetudinis considerata in Patre, vel Matre, ut per *gl. in d. c. licet*, & ibi Franch. *n.3.* & Stephan. Gratian. *tom.1. discept. forens. d. c.94. numer.80.* cuius tamen contrarium in Amico, fratre, Avo, consanguineo, & affine tenuerunt Joan. Asin. *in leg. familiaria sepulchra ff. de relig. & sumpt. fun.* Burs. *cons.226. n.118. vol.3.* Bellet. *disqui. cleric. tit. de cleric. debitor. §.3. n.* 18. Barb. *in Collect. ad c.1. n.6. de sepul.*

17 Cæterum † hujusmodi consuetudo non modo Matri, cæterisque remotioribus; sed nec quidem Patri jus ullum tribuit, nisi sit legitimè præscripta, ut in puncto observat Feder. de sen. *cons.91.* & licet ille noluerit id absolutè determinare, idem tamen expressè firmat Franch. *in d.c.licet n.2.*

17 Et † est regulare, ut ubicumque in constitututione fit mentio consuetudinis, intelligatur de consuetudine legitimè præscripta text. *in c. Cumana in prin. & fine*, & ibi gl. & DD. communiter *extr. de elect.* Jason. *in l. de quibus n.44. ff. de legib.* cum aliis relatis per Mascar. *de probat. to.1. concl.* 423. *n.17. & seq.* Et statutum loqui de consuetudine intelligitur de valida Sarnens. *in regul. Cancell. regul. de non tollen.*

19 *iur. quæsit. q.21. circ. princ.* Seraph. *dec.410. n.3.* præsertim † de jure Canonico, ut omnes admittunt; quicquid nonnulli secus senserint circa consuetudinem à lege civili requisitam ob rationem allatam à Panorm. *in d. c. cum tanto sub num.7. ver. debes enim scire extra de consuet.* qua tamen de re videndus est Cravett. *cum relat. de antiq. temp. p.4. in prin.*

Tota itaque hujus articuli difficultas reducitur ad tempus quo consuetudo eligendi sepulturam Filiis impuberibus præ-

20 scribatur, † & quidem Franch. *in d. c. licet n.2. & 3. de sepul. in sexto*, distinguendo tradit in Parte; cui jus assistit, sufficere consuetudinem spatio decem annorum, præscriptam ad quod citat Oldrad. *dict. cons.25.* quem sic dicentem in meo Codice non inveni; In Matre autem, Marito, amicis, & similibus, quibus jus commune non assistit, sicut Patri, sed resistit, requiri consuetudinem quadraginta annorum.

21 Sed † profecto hæc Franchi distinctio in utroque membro vacillat, quod enim attinet ad prius, veriorem puto sententiam Feder. de sen. *qui in d. cons.91. ante n.4.* tenere videtur, etiam in Patre requiri quadragenariam consuetudinem, sive dicamus hic agi de consuetudine contra jus, à jure tamen permissa, sive de exorbitanti, sive etiam de consuetudine præter jus. Quamvis enim communiter distingui soleat inter unam, & alteram consuetudinem, † ut scilicet consue-

22 tudo contra jus canonicum debeat esse præscripta spatio quadraginta annorum, ut per Abb. *in c. cum in tanto num.11. & ibi DD. ext. de consuet.* Alex. *cons.68. n.7. & 13. lib.2.* Paris. *cons.27. n.29. lib.1.* Purp. *cons.315. n.19. lib.1.* Crav. *de antiq. temp. p.4. in pr. sub n.12.* Rot. *dec.456. n.15. p.1. in rec. & dec. 611. n.3. p.2. etiam in rec.* Cum quib. concordat idem Franch.

in capit. cum in tua num.5. de consuetud. in 6. ubi ex mente Jo. Andr. & Gemin. tradit quod ubi in jure fit mentio de consuetudine in materia, quæ fit contra jus, vel sit ambitiosa, vel stricta, intelligitur de consuetudine præscripta spatio quadraginta annorum.

Ea † verò quæ non est contra, sed præter jus, spatio dun- 23
taxat decem annorum dicitur inducta gl. *in capit. fin. in ver. consuetudo de consuetud. in 6.* Abb. *in c cum sint nu.6. in fi. ext. de decim.* Felyn. *in c. statuimus sub nu. 5. ver. attende de Maior. & obed.* Cravet. *cum per eum congestis de antiq. temp. p. 4. in princ. n.7.* Acchil. de Graff. *dec.2. de decim.* Rota *dec.163. n. 4. p.2. diverf. & dec.375. n.8. p.2. in rec.* cum aliis per me adductis *in dec. 67. num. 40. & seq.* & habetur per eundem Franch. *in d. c. cum in tuam nu.5. de consuetud. in 6.* dicentem quod ubi in jure fit mentio de consuetudine in materia, quę non sit contra, sed præter jus, & nec stricta, nec ambitiosa, sufficiunt decem anni. Hoc tamen † posterius distinctionis membrum 24
non est perpetuum, & signanter limitatur, ubi in canone reperitur verbum denotans diuturnitatem, puta si dicatur antiqua consuetudo; tunc enim secundum eumdem Franchium *d. nu.5.* etiam si duntaxat sit præter jus, requiruntur quadraginta anni juxta gloss. *in cap. generali in ver. de novo, & in ver. antiq. de elect. in sexto.*

Vel † quoties agitur de materia, quæ sit saltem contra jus 25
privatum alicujus. Nam & tunc ait Franch. *loc. cit.* intelligitur de consuetudine spatio 40. annor. præscripta, juxta *not. in cap. cum Eccl. de cas. pos. & prop. & in cap. cumana* secundum verum intellectum *de elect.*

Et † signanter quod ubi agitur de præjudicio alicujus par- 26
ticularis Ecclesiæ, etiam si consuetudo non sit contra sed præter jus requiratur spatium 40. annor. tradunt etiam Abb. *in cap. fi. sub num. 11. ver. videtur tamen* & Crav. *de ant. temp. 4. p. in pri. sub nu.7. in fi.*

Ergo, ut dicebam sive demus consuetudinem istam eligendi à Patre filio impuberi sepulturam, esse contra jus commu. ut fatetur ipsemet Franch. & tradunt alii *in dict. capit. licet de sepul. iu 6.* sive dicamus esse exorbitantem, sive etiam præter jus, cum tamen sit præjudicialis Ecclesiæ particulari, nempè vel illi, in qua situm est Majorum sepulchrum, vel Parochiali; semper verum erit etiam in Patre requiri consuetudinem spatio 40. annor. præscriptam. † Quod quidem 27
tempus incipit à primo actu, qui sit taliter, quod verisimiliter transeat in notitiam populi, ut post Joan. Andr. Ant. & Imol. quos citat tradit idem Franch. *in dict. capit. cum in tua sub numer.5. post med. vers. aut loquimur de iure de consuet. in sexto.*

In posteriori etiam membro in quo Franchus loquitur de Matre, cautè legendus est, licet enim verissimum sit in Matre requiri quadragenariam, cum & in Patre requiratur, ejus tamen ratio est falsa, nempè quod jus resistat; hoc enim concesso, sequeretur nullo pacto hanc consuetudinem induci posse, & remanerent in suo robore argumenta supra contra Matrem allata.

Verius † est igitur, hanc consuetudinem esse quidem con- 28
tra jus, sed habere legis assistentiam, seu saltem ei jus non resistere quo casu induci potest, ut per Abb. *in c. cum tanto sub n.5. ver. extra* gl. *de consuetud.* & dixi *supra n.* 10.

In † casu tamen ex mente Franc. *in d. cap. licet sub num.* 29
3. in fin. non requiritur quadragenaria, nempè si agatur de eligenda sepultura in una ex duabus Ecclesiis à jure consideratis, nempè vel in ea in qua est majorum sepulchrum, vel in Parochiali; Cum enim passim, & ubique consuetum sit ut parentes, vel amici alterutrum arbitrariè eligant, secundum gl. *in d c. licet de sepul. in sext.* ideo sufficit præscriptio decem annorum, quasi tunc jus assistat quæ quidem Franc. traditio videtur satis æqua; sed ratio ab eo allata non est apta ad persuadendum, quia idem deduximus, huic consuetudini jus semper assistere.

Denique † observandum est hujusmodi consuetudinem 30
esse debere generalem in loco, vel civitate, aliàs consuetudo particularis alicuius Ecclesiæ non posset cæteris ejusdem verbis Ecclesiis præjudicare, ut colligitur ex tex. *in dict. cap. licet* ibi *consuet. terra*, & expressè *ibid. not.* Arch. *ante num.* 1. Franch. *ante num.2.* & Anch. *ante num.3.* ubi ad hoc citat etiam Lapum. & Jo. Andr. idemque tenuit Feder. de sen. *in d. consil.91.*

Cum itaque P. S. Mariæ Servorum nullo pacto probaverint Arimini eligere consuetudinem eligendi à Matribus sepulturam infantibus filiis mortuo vel absente P. & multo minui fuisse legitimè præscriptam, utique ex hujusmodi

capite in hoc judicio obtinere nequaquam poterant, † quia
31 consuetudo uti quid facti, non præsumitur, sed ab allegante plene probanda est, ut per Canon. *in cap.1. de conſ.* & per Bar. *in l. de quibus nu.6. ff. de l.* cum relatis per Masc. *de prob. lib.1. concl.423. n.20. & 26. per me in dec.*

Et in terminis nostris, nempe in casu, quo Pater elegerat sepulturam filio impuberi in Ecclesia RR. Fratrum S. Francisci supponitur pro indubitabili apud Gregor. XV. *in dec.276.*

Et hoc non obstante, quod D. Theod. Mater erat etiam tu-
32 trix; † Nam ad hunc effectum tutela non habetur in consideratione, quia sepultura confertur ad tempus quo tutela expiravit, nempe mortuo ipso minore, ut per Pet. de Ubald. *in tr. de Can. Ep. c.11. n.5.*

Adeout etiam si impubes sibi sepulturam eligeret cum auctoritate ipsius tutoris, adhuc electio esset nulla ob eandem rationem scilicet, quia electionis effectus oritur post solutam tutelam, ut per eundem Pet. de Ubald. *in dict. c.11. sub num.1.*

Et certè si attendenda non esset electio P. nisi docto de consuetudine, nescio quo pacto sine consuetudine sit attendenda electio tutricis, ut prætendebant dd. Regulares in
33 præjudicium Parochi, † habentis intentionem fundatam in jure, ut in ejus Ecclesia sepeliantur omnes Christi fideles intra limites suæ Parochiæ decedentes Bald. *consil.62. numer.7. & seqq.* Rubeus *conſ.17.* Ricc. *dec.215. n.4. p.1.* Lavor. *Var. elucub. tit.2. cap.12. sub n.54.* cum aliis per me allatis *in præc. dec. nu.4.* & probatur in *c.1. extra de sepult.* ibi *& iuxta Apostolum sint consolationum socii; vt fuerant passionum.* Ex
34 quibus verbis lepidè notavit ibidem † Abb. antiquus, quod vita laicorum est clericis passio, sed mors consolatio, quod latius ibi reassumpsit Panorm. n.3.

ARGUMENTUM.

Agitur de usuris pupillaribus, & ad quid teneatur Tutor pecunias pupilli non investiens.

Interesse alterius, interesse, an, & quando sit licitum.

Usura in quibus contractibus vel dispositionibus indirectè comm ttatur.

SUMMARIUM.

1 *USura directè in mutuo, indirectè in cæteris dispositionibus committitur.*
2 *Usura indirectè committitur in quocumque contractu nominato.*
3 *Et in contractu emptionis, & venditionis, ac similibus.*
4 *Et in testamentis, ac ultimis voluntatibus.*
5 *Sententia impugnari potest de usura, & per Ecclesiam revocari.*
6 *Sententia usuram continens nunquam transit in rem iudicatam.*
7 *Iudex Ecclesiasticus ratione peccati impedit executionem sententiæ Iudicis laici.*
8 *Tutor quo pacto pecunias pupillares investire teneatur.*
9 Stat. Gen. tit. de off. tut. vel curator. §. & similiter *declaratur.*
10 *Tutor non investiens pecunias pupillares ad quid teneatur.*
11 *Tutor non tenetur, nec potest cambio dare pecunias pupillares.*
12 *Interesse quid sit.*
13 *Tutor, ut ad usuras pupillares teneatur quæ sint probanda.*
14 *Tutor tenetur vendere fructus, & pretium investire.*
15 *Non tamen ad interesse tenetur, nisi constito, quod inveniebatur emptor.*
16 *Mutuum palliatum quid sit.*
17 *Usura ratione temporis, & mutuum virtuale idem sunt.*
18 *Mercatura ubi exercetur non est probanda cambiorum prompta occasio.*
19 *Genuæ mercatura floret.*
20 *Interesse alterius interesse, an sit licitum.*
21 *Taxatio uniformis cambiorum est usuraria.*
22 *Tutor palam pecuniis pupillaribus impune utitur.*
23 *Tutor dolose pecunias pupillares in proprios usus convertens punitur.*
24 *Tutor si pupillares pecunias negotiatus fuit, cui lucretur & quid pupillo restituere teneatur.*
25 *Tutor exigens interesse à debitoribus pupilli tenetur ad interesse illius interesse.*
26 *Usuræ pupillares currunt etiam finita tutela.*
27 *Usuræ pupillares debentur etiam à tutoris hærede.*
28 *Bona tutoris sunt tacitè hypothecata tam pro sorte, quam pro usuris pupillaribus.*
29 *Etiam pro interesse post sententiam discurso.*
30 *Usuræ pupillares an, & quatenus duplum excedere possint,*
Interesse an & quando duplum excedere valeat.
31 *Mora irregularis favore minoris contrahitur absque interpellatione.*
32 *Cessat tamen adveniente maiori ætate.*
33 *Sententia in parte nulla vel usuraria an, & quando in totum sit revocanda.*

DECISIO XC.

D. Pantaleo Costa Genuensis, qui dum Mariettæ Vallæ tutelam gereret usus fuerat lib. argenteis nongentis viginti tribus ad pupillam spectantibus, de quibus, ac de illarum fructibus ad rationem quinque pro centenario se in lib. rationum debitorem creaverat; fuit postinde instante Marietta jam adulta condemnatus ad restitutionem dd. pecuniarum una cum interesse cambiorum, & recambiorum decurso ac usq; ad realem solutionem decurrendo ad rationem sex pro centenario; itaut quolibet anno interesse converteretur in capitale, perinde ac si pecuniæ cambio datæ fuissent, ac subinde per aliam sententiam ann. 1630. latam declaratum fuit debitum hujusmodi usque tunc ascendere ad libras decies quinquies mille, & ultra. Pro quarum sententiarum executione cum Marietta coram Rota civili contra filios Juliani Constatæ instaret, D. Franciſca Justiniana eorum mater, & tutrix coram me peritionem usurariæ pravitatis adversus dd. sententias proposuit, unde & statim Rota inhibui, & successivè illas usurarias ac fæneratitias, ac non exequendas declaravi.

Usura † enim quæ directè non nisi in mutuo incurritur, 1
indirectè tamen sive per accidens in cæteris quoque dispositionibus eam implicitam habentibus committitur egregiè declarat Feder. de Sen. *in conſ. vlt. nu.2.* Barbos. *conſ.66. col. 2. ver. ita dicamus lib.2.* Alc. de Nevo *conſ.96. numer.19.* qui appellat hoc mutuum indirectum Bero. *conſ.268. num.12. & 16. lib.1.* Osasch. *dec.95. nu.36.* cum aliis quos congerit, & seq. Menoch. *conſ.109. n.28. seq. lib.2. & conſ.441. n.3. l.5.*

Et † committi in quocumque contractu innominato, sub 2
quacumque verborum forma stipulato tradunt scribentes *in c. ad nostram ext. de empt. & vend.* Bero. *cum relat. d. conſ. 168. n.12.* Nat. *conſ.670. n.9.* Per. *conſ.18. num.7. lib.3.* Rim. jun. *conſ.218. num.59. & 60. & conſ.399. n.62.* Ciof. *conſ.97. n.9. lib.1.* Menoch. *d. conſ.109. n.28.* Borg. *dec.32. nu.54. lib. 2.* Mastr. cum per eum relatis *decis.106. nu.2. cum seqq.* Rota *in Barchin. camb.26. Iun.1606. coram Penia.*

Et † in contractu emptionis & venditionis, ac in simili- 3
bus Abb. *in c. fi. num.6. de usur.* & ibi Calder. *in 5. notab. D.* Ant. *in Summ. p.2. tit. de usur. ex mutuo §.1. ver. quamvis & eod. tit. de vend. rer. & termin. §.15. num.16.* Caiet. *in Sum. ver. usura exter. ver. de usura autem* Silvest. *in Sum. ver. usura il 2. n.3. & 41.* cum aliis relatis per Bero. *d. conſ.169. n.12. & 16.* per Osaic. *dec.95. n.36.* & per Menoch. *d. conſ.109. n.28.*

Ac † etiam in testamentis, cæterisque ultimæ voluntati- 4
bus Cov. loquens de legato *lib.3. var. res. c.1. num.9.* egregiè Surd. *conſ.25. lib.2.* latissimè Menoch. *conſ.440. & 441. lib.5.* quos sequitur Mastr. *d. dec.106. num.7.* & plurimos cumulat Carol. de Graf. *de except. except.28. n.26.*

Et † in terminis nostris sententiam posse de usuraria pra- 5
vitate impugnari, ac per Ecclesiasticum judicem rescindi liquet ex traditis per Alc. *conſ.72. n.5. lib.2.* Cott. *in mem. in verſ. ſent. quæ lata est.* & latius per Tiraq. *de retra. conv. §.1. gl.2. n.36.* ubi de more innumeros congerit Rota *in dec.315. par.2. div.* ubi confirmata fuit sententia Vicarii Mediolanen. qui judicis laici sententiam etiam quoad sortem revocaverat, eo quod reum conventum condemnasset ad solvendum interesse indebitum, denique hanc conclusionem mihi probat text. *in c. quid dicam 14. quæst.4.* ex D. Augustino desumptus in illis verbis *quid dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges, & Iudices reddi iubent*, & ita in praxi servatur.
† Adeout similes sententiæ nunquam in rem transeant ju- 6
dicatam; quia usuræ semper veritate comperta repeti possunt *c. lator*, & ibi *gl.1. c. conſanguinei ext. de re jud. c. frat. de frigid. &*

gid. & malef. lapus allez. 103. cum aliis congestis per Tiraq.
7 *de retr. Convent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 37. Et † Judicem Ecclesiasticum impedire posse executionem sententiæ Judicis laici ratione peccati tradit etiam Celsus Ugo. *in consil.* 87. *num.* 4. qui citat Innoc. *in c.* 1. *de off. Vicar.* & Abb. *in cap. novit. de Judic.*

In sententiis autem contra Pantaleonem latis undique scatet usura: & primò quidem, quia condemnant illum ad interesse cambiorum, & recambiorum, eo quod d. pecunias pupillares non dederat ad cambium. Et tamen ad hoc sive jure comm. sive jure municipali inspecto nullatenus tenebatur.
8 Non quidem jure comm. quia quamvis † olim diversimodè circa hoc statutum fuerit, adeovt Roman. *in consil.* 139. *numer.* 6. & *sequen.* sex diversas Constitut. de jure *Digest.* enumeret, unam de jure *Codic.* & binas de jure *authentic.* ea tamen omnia jam per jus Pontificium sunt correcta, ut latè advertit Gasp. Roder. *in tract. de Annuis redd. libr.* 3. *qu.* 10. *numer.* 17. & 18. quo fit ut hodie tutor teneatur duntaxat, vel pecuniam pupilli ad honestum lucrum tradere, vel in prædiorum emptionem arbitrio suo convertere Bar. *in leg. tutor* §. *si post ff. de admin. tutel. & in leg. Divus Severus* ubi cæteri *scribentes ff. ad l. falcid.* Anchar. *in cap. conquest. de usur.* Aret. *cons.* 31. egregiè Hier. Gab. *in cons.* 26. *nu.* 1. *cum plurib. seq. vol.* 1. Mugnoz. *de Ratiocinat. c.* 14. *nu.* 5. & 6. & 8. Rodriq. *d. qu.* 10. *nu.* 11.
9 De † jure autem municipali, quod procul dubio attendendum est tenebatur tutor exactas pecunias infra octo dies deponere in cartulariis S. Georgii, sub pœna dupli eius quod non deposuit, ut cavetur *stat. civ. Gen. sub rub. de off. tut. vel curat. c.* 13. §. *similiter.* Quæ quidem depositio certè ideo fit, ut ex d. pecuniis opportuno tempore vel annui redditus, vel prædia coemantur ad *leg. si tutor const. & l. tut. qui repert.* §. *deponi de admin. tutel. & in Auth. ut* 11. *qui oblig. se perhib.* §. *pen.* Mugn. *de Ratioc. c.* 14. *nu.* 17. quod notandum est pro d. *stat. Genuensis* declaratione.
10 Cum † itaque Pantaleo pecunias præfatas non deposuerit, profecto, vel in dictam duntaxat pœnam erat condemnandus vel in omnem casum secundum jus commu. ad id solum interesse tenebatur quod Marietta ex prædiis, vel annuis redditibus emendis consequutura fuerat *ad leg. curator Cod. arbi. tutel. leg.* 2. *Cod. quemadmod. ex fact. tut.* Bar. *in dict. leg. tut. qui repert.* §. *si publ. depositionem numer.* 2. *ff. de admin. & peric. tut.* per illum text. ubi quod id hodie fortè non est correctum, quia pupillus non petit directè usuras pecuniæ, sed magis quantum ex fructibus percepisset prædio empto, & post Bald. & Jas. & alios quos refert, tradit Hier. Gabr. *dict. consil.* 26. *numer.* 10. Hond. *consil.* 39. *num.* 4. & 6. *libr.* 2. Costa *de Jur. & fact. ignor. dist.* 24. *cent.* 1. *numer.* 12. Magon. *dec. flor.* 1. *nu.* 42. & 55. Grat. *discept. forens. to.* 2. *c.* 240. *n.* 16. Mugn. *de ratioc. cap.* 14. *n.* 26. *iuncto nu.* 2. & *c.* 28. *sub n.* 48. *in fi.* Gasp. Roderiq. *de Annuis reddit. lib.* 3. *q.* 10. *nu.* 12. ubi plurimos refert.

Nec potuit absque manifesta injustitia usuram patrocinante, condemnari sub nomine interesse ad usuras cambiorum,
11 & recambiorum: † præsertim cum non modo non teneretur cambio dare dd. pecunias pupillares, sed nec potuisset quidem & si de facto dedisset, suo periculo id fecisset, ut per gl. *in Auth. ut hi qui oblig.* §. *quoniam verè*, & ex text. *in Auth. novissimè C. de admin. tutel.* qua cavetur pecuniam pupillarem à curatore non esse fœnori dandam, quod si fecerit, mutui subjacet periculo, & ibi tradunt omnes, & Hier. Gab. *d. cons.* 26. *nu.* 8. *vol.* 1. Palat. *Rub. in repetit. c. per vestras* §. 7. *n.* 2. *extr. de don.*

Qua igitur ratione condemnari potuit si facere omisit ad quod non tenebatur? imo verò id, quod non nisi cum propriæ jacturæ periculo fecisset, & hoc sub blando nomine in-
12 teresse? cum † tamen nil aliud sit interesse damnum emergens, vel lucrum cessans propter factum, vel omissum, quod fieri, vel omitti non debuit, ut notatur in *leg.* 1. *Codic. de sentent. qua pro eo, quod interest* Alexan. *consil.* 168. *vol.* 2.
13 Ex hoc primo capite usuræ resultat secundum, nempe † quia condemnatus fuit non constito, quod reperta fuerint prædia venalia, vel annui redditus, cum tamen id per pupillum tanquam fundamentum intentionis, ipsius probandum fuisset, ad hoc ut tutor ad interesse condemnari potuisset Bar. *in dict. leg. tut. qui repert.* §. *si post depositionem numer.* 3. *ff. de admin. & peric. tut.* Dec. *consil.* 562. *numer.* 12. Cravett. *consil.* 22. *numer.* 3. Riccar. *consil.* 92. *nu.* 3. *lib.* 3. Paris. *cons.* 84. *num.* 20. *lib.* 1. Alciat. *cons.* 8. *num* 6. Jos. Lud. *dec. Perus.* 67. *num.* 2. 3. Menoch. *de Arbit. Iud. cas.* 49. *num.* 6. & consequenter quamvis non sit necesse probare omnia Pauli Castrensis requisita, & signanter quod pupillus vel ejus Pater solitus fuisset negociari, ut ex *Romani* nonnullorumque auctoritate probat novissimè Marta *in consil.* 151. requirebatur tamen probatio doli, culpæ, vel negligentiæ, quibus cessantibus non currit interesse, sive non veniunt usuræ pupillares ad text. in *dict.* §. *si post depositi. in fin. & ibi* Bart. *num.* 3. Dec. *consil.* 177. *in causa quæ in fi.* Hier. Gab. *d. cons.* 26. *nu.* 9. *vol.* 1. Hond. *cons.* 39. *n.* 6. *l.* 2. Caputaq. *dec.* 46. *l.* 3. *in manuscr.* Rot. *in Rom. bon. de Ceulis* 24. *Maii* 1599. *coram Pen.* ubi citatur alia *Auximan. bon. cor. Gypsio*, & rursus in *dec.* 202. *p.* 4. *divers. & dec.* 142. *ex impress. post* 2. *vol. cons. Farin.* Grat. *discept. forens. tom.* 2. *c.* 240. *nu.* 9. & 24. Mugnoz. *de Ratiocin. c.* 14. *sub num.* 6. cum aliis quos refert, & sequitur Rodr. *de annuis reddit. lib.* 3. *qu.* 10. *nu.* 13.

Provt † pariter dicimus de fructibus bonorum pupilli, ad 14
illius sustentationem non necessariis, quos tametsi teneatur distrahere, & redactam ex eis pecuniam in prædiorum emptionem erogare, vel ad honestum lucrum tradere ex *leg. fin. Cod. de adm. tut.* Rom. *consil.* 88. *in hac causa num.* 4 Baeza *de decima tuto. cap.* 3. *num.* 92. Ayora *de port. bon. p.* 1. *c.* 4. *nu.* 28. refert, & seq. Rod. *d. qu.* 10. *num.* 19. Non † tamen ad 15
interesse condemnati petest, nisi probetur, quod tunc inveniebatur emptor, ut benè per Surd. *in dec.* 318. *n.* 7. & 8. Mugn. *d. nu.* 6. quo quidem non probato, remanet mutuum palliatum, † quod ibi reperitur, ubi aliquid exigitur supra sortem 16
propter solam solutionis dilationem glos. *in l. fraudem* §. *qui pro alio in verb. ad compar. ff. de Iur. Fisci* Bal. *in l. si pro mutuo ff. si cert. pet.* Abb. *in c. consuluit nu.* 7. *de Vsu.* Rot. *dec.* 72. *nu.* 1. *p.* 2. *in rec.* † Hujusmodi enim temporis cursus est mu- 17
tuum virtuale, & dicitur usura ratione temporis Bann. 2. 2. *q.* 78. *art.* 4. *dub.* 5. Caiet. *in sum. ver. Vsura c.* 3. Tolet. *in sum. lib.* 5. *c.* 31. *n.* 4. latius Sot. *de Iust. & Iur. lib.* 6. *q.* 10. *art.* 2. ubi in specie contendit hujusmodi cambia ratione temporis, ac dilatæ solutionis habere manifestam mutui rationem, & apertam usuræ iniquitatem. Et sic non applicatur quod pro dictarum sententiarum defensione aiebant, † ut in locis, in quibus 18
mercatura exercetur, & quotidie recipientes ad cambium reperiuntur, non sit opus alia probatione, sed id uti notorium facti permanentis sufficiat allegari, ut post alios inquit Lud. *d. decis.* 67. † Et præsertim Genuæ, ubi omnes ferè cives si- 19
ve nobiles, ignobiles, sive privatam vitam agentes, sive in dignitate constituti, ut Doctores, sive alius quisque itavt ad mulieres usque res pervenerit, negotiis cambiorum, & mercium incumbunt itavt valeat consequentia Genuensis, ergo mercatore (sunt verba præcisa Rotæ *Genuens. in dec.* 139. *numer.* 9.) provt latissimè defendit Scacc. *de comm. & camb.* §. 1. *quæst.* 3. *par.* 2. *ampl.* 8. *num.* 226. *cum plur. seq.* & Medices *dec. Senens.* 14. *num.* 22. & *seq.* Id enim concludit in iis, qui tenentur pecunias alienas cambio dare, secus in eo qui tenetur emere stabilia, vel loca montium, quæ Genuæ non semper sunt venialia.

Tertium usuræ caput ex eo insurgit, quia Pantaleo condemnatus fuit ad usuras usurarum, seu ad interesse alterius interesse † quod quamvis licitum esse latè defendant Cagn. 20
in l. unica, nu. 46. *C. de sent. quæ pro eo*, & Menoc. *de arb. Iud. cas.* 119. & *seq.* Ea potissimum de causa, quia primum interesse debitum efficitur capitale, & sic deinceps, itavt ex eo, sicut ex primæuo capitali nouum debeatur interesse ob rationis identitatem; cum creditor lucro careat, quod fecisset, si illud novum creditum solutum fuisset, quod idē tenuit Rota *Genuensis dec.* 134. *in fine*, & voluit Senatus Mantuanus teste Bursat. *cons.* 68. *num.* 42. *lib.* 1. & se consuluisse ait Vinc. de Franch. *in decis.* 254. *num.* 14. Illud tamen juxta, veriorem magisque receptam sententiam, absque labe usuræ non datur, ut firmat Rebuff. *in dict. leg. unic. in* glos. *in ver. duplic. nu.* 2. *vers. præterea C. de sent. quæ pro eo quod interest*, & ibi Bolognet. *n.* 128. ubi etiam de magis commun. Ruin. *cons.* 55. *per tot. lib.* 2. Afflict. *dec.* 291. *num.* 3. Morott. *cons.* 65. *n.* 3. Fab. de Anna *in cons.* 30. *nu.* 6. & *cons.* 48. *nu.* 12. Honded. *cons.* 50. *nu.* 28. & 39. *lib.* 1. quæ testatur Cagnoli opinionem communiter esse damnatam Siracch. *de Mercatura in tit. de contract. mercat. nu.* 4. Lup. *de usur. in commentar. primo* §. 6. *num.* 12. Roderiq. ad partes disputans, & de veriori attestans *in tract. de annuis reddit. lib.* 3. *quæst.* 7. *num* 27. & *deinceps* Castill. *quotidian. qq. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 55. & *seq.* Raudens. *in cons.* 33. *num.* 64. & *seq. libr.* 1. & decidendo ita Consilium Neapolitanum judicasse fatetur, vel invitus Vinc. de Franch. *dec.* 254. *nu.* 14. & sic fuisse Siciliæ judicatum refert Castil. *dec.* 24. *in fin. lib.* 1.

Borgn.

Borgn. *decis.* 26. *num.* 25. *par.* 3. qui ait hanc esse negociationem Hebræorum Mastrill. *decis.* 224. *num.* 30. Milanens. *decis.* 8. *num.* 251. *& seq. lib.* 1. Giurb. *decis.* 24. *num.* 14. Rota *decis.* 315. *num.* 8. *par.* 2. *diversi.* ubi quod illa superfœtatio, & annatocismus, & fœnoris renovatio omni jure improbatur; & nec quidem per pactum induci potest, idemque latissimè firmat eadem Rot. *in Romana Usurarum* 13. *Jun.* 1619. *coram R. P. D. Merlino* ex quibus patet hanc sententiam non modò veriorem tutioremque esse, sed & magis receptam adeo ut hodie periculosum, & fortè temerarium foret contrarium judicare. Quartò usuram redolent præfatæ sententiæ, quia condemnant Pantaleonem ad interesse cambiorum certum, & uniforme, & quidem tam pro præterito,
21 quam pro futuro tempore, † cum tamen cambia non sint conformia, sed modò plus, modo minus emolumenti, & quandoque jacturam afferant, ac proinde interesse præfatum illicitum sit ac fœneratitium, ut per Rotam *dict. decis.* 315. *nu.* 6. *par.* 2. *diversi. & fuit latè dictum in Barchinonen. cambiorum* 26. *Junii* 1606. *coram Penia*, cum aliis per me adductis infra *dec.* 92.

Et sic neque sustinerentur dd. sententiæ etiam si verum esset Pantaleonem dd. pupillares pecunias super cambiis negociatum fuisse, quod tamen falsum est in facto cum ex processu potius resultet ipsum pro domesticis indigentiis illis
22 usum fuisse. † Cumque id palam, & bona fide fecerit, partitamque in suo libro rationum descripserit, utique nullam meretur pœnam, id enim impune facere potuit *l. pupillus* §. *sanè ff. de auctorit. tut. l. tutor rerum ff. de admon. tit.* Corn. *cons.* 199. *num.* 10. *lib.* 2. Mugnoz *de ratiocin. cap.* 13. *numer.* 26. ubi citat Baez *de decim. cap.* 18. *nu.* 22. & Caballin. *de usur. quæst.* 67.

23 Quicquid † aliàs dicendum esset, si clam, & mala fide illas in proprios usus convertisset, tunc enim tanquam bonorum usurpator, & prædo puniendus esset, ut per Bart. *in Auth. ut hi qui oblig.* §. *quoniam autem num.* 6. Dec. *consil.* 192. *in fi.* Cravett. *cons.* 286. *col.* 2. Rolan. *cons.* 49. *num.* 26. *vol.* 1. Ias. *cons.* 219. *colum.* 2. *lib.* 2. Soccin. *cons.* 159. *numer.* 10. Cavalcant. *de Tut. & Curat. num.* 116. & Bobadill. *in sua politica lib.* 5. *c.* 4. *nu.* 81.

Præterquam quod etiam si per aliquod tempus pecunias super cambiis Pantaleo negociatus fuisset, nec extra illud tempus condemnandus fuerat, nec intra illud teneretur ad
24 rationem cambii, † quia cum supponatur nomine proprio ipsum fuisse negociatum, lucrum utique non cederet ad commodum pupillæ pecuniarum dominæ, sed ad ipsius Pantaleonis utilitatem, qui id tantum pupillæ restituere teneretur, quod ea ex annuo redditu, vel ex prædiis, quæ tutor emere omisit, perceptura fuisset Bart. *in l. Titium* §. *altero ff. de admin. tut.* Bald. Salycet. Paul. de Castr. & Ias. *in l. si patruus comm. utriusque ind.* Gabr. *cons.* 29. *num.* 10. *lib.* 2. Gratia. *tom.* 1. *discept. forens. cap.* 24. *num.* 13. Mugnoz *de ratiocin. capit.* 14. *num.* 26. *iuncto num.* 21. *& cap.* 28. *sub num.* 48. *in fin.* quicquid secus sit ubi tutor nomine pupilli negociatur; tunc enim universum lucrum ad pupillum spectaret, ut per præfatos *scribentes*.

25 Quemadmodum † etiam (ut obiter addam) interesse vel interusuria pupillaria, quæ tutor à debitoribus exegit, habentur loco sortis veniuntque à tutore una cum usuris restituenda; illud enim interesse exactum non petitur accessoriè tanquam interesse vel usura, sed principaliter tanquam sors, textus est in *l. tutor qui repertorium* §. *item si à debitoribus*, & §. *usuras exactas ff. de admin. tut. & in l. qui negociatur* §. *ex duobus*, & §. *quæsitum eod. tit.* quæ jura in hunc sensum explicat Fab. de Anna *cons.* 48. *num.* 22. *cum plur. seqq.* & signanter *num.* 28. *lib.* 1. & ita etiam sentit Bar. *in d. l. tutor qui repertorium* §. *se deponi de admin. tutel.* Castrens. *cons.* 301. *num.* 6. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 55. *num.* 18. *ver. & idem lib.* 2. Montand. *de tutel. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 177. Vuesembergh. *cons.* 38. *num.* 20. *& seq. & cons.* 32. *num.* 18. Rauden. *cons.* 33. *nu.* 64. Roderiq. *de annuis reddit. lib.* 3. *qu.* 8. *nu.* 28. & ita etiam per text. *in l. qui negociationem* §. *ex duobus ff. de admin. tut.* concludit Ayora *de Partit. bonorum p.* 1. *c.* 4. *n.* 22. & Guttier. *de Tutel. p.* 2. *c.* 9. *nu.* 32. *& seqq.*

26 Quintò, † quamvis usuræ pupillares non modò currant durante tutela, vel cura, sed & illa finita usque ad realem satisfactionem *l. tutor qui repertorium* §. *pecuniæ, & ibi glos. in verb. legitim.* §. *fi. & in l. Luc.* §. *quæsitum* ubi Bar. *ff. de admin. tut.* Montan. *in tract. de Tutel. c.* 32. *reg.* 9. *nu.* 178. Debeantur-
27 que † cum ab ipso tutore, tum ab ejus hærede *l.* 3. §. *hæc actio ff. de negoc. gest. l. fi. C. de usur. pupill. l. si pater* ubi Bald. *C. comm. de succes. l. cum ostendimus* §. *culturas quoque ff. de fideiuss. tut.* Rom. *cons.* 413. *nu.* 2. & 3. Dec. *cons.* 110. *num.* 7. Decian. *consil.* 85. *num.* 32. Alciat *respons.* 237. *num.* 5. *ver. circa ultimum*, † Itavt quemadmodum tutoris bona sunt tacite pro redditio- 28
ne rationis capitalis hypothecata *leg. pro officio C. de admin. tut.* & tradunt *scribentes* relati ab Alphan. *collect.* 488. sic & pro dd. usuris sive jure actionis, sive Judicis officio debeantur, cum quo ad hypothecam eodem modo reguletur interesse, quo sors ipsa principalis *l. solutum* §. *si sortem ff. de pignorat. actio*, & ibi glos. & Bar. Negus. *de pignor. in* 1. *par.* 5. *p. princ. sub num.* 12. Olasch. *decis.* 129. *nu.* 11. latè Surd. *dec.* 271. *num.* 2. *& per tot.* Rot. *in Maceraten.* 11. *Febr.* 1608. *coram Manzanedo*.

Et † quidem indistinctè tam pro interesse ante sententiam 29
debitum, quam pro decurso post sententiam, ut post alios tradunt Bursatt. *cons.* 103. *sub num.* 10. *& seq.* Peregrin. *cons.* 114. *num.* 2. *& seq.* in hoc tamen differunt usuræ durante tutela decursæ, & illæ quæ postea decurrerunt, quod † du- 30
rante tutela duplum excedere possunt, eo quia in tutore qui usus fuit pecunia pupillari concurrunt copulativè illa tria, nempe quod est debitor, quod à semetipso exigere tenetur, & quod exactum in prædiorum, vel reddituum emptionem convertere vel ad honestum lucrum dare tenetur, ut bene per Roderiq. *de ann. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 49. Tutela tamen finita; usuræ non possunt amplius excedere duplum cum cessent duo posteriora requisita, ut egregiè ratiocinatur Roderiq. *ubi supra num.* 56. Unde deducitur manifesta usuræ ratio in sententiis de quibus agitur, cum in decursis post finitam tutelam, condemnent, quæ eo devenerunt, ut non modò duplum excesserint, sed modica librarum plus minus non gentarum summa excreverit usque ad summam librarum quindecim millium monetæ antiquæ excedentium libras viginti mille monetæ hodiernæ quod vix sine horrore piæ aures audire possunt.

Sextum usuræ caput ex eo resultat, quod † tametsi fa- 31
vore minoris contrahatur mora irregularis, ita ut debitor absque interpellatione pecunias cum usuris restituere teneantur *l. in minorum C. quibus caus. in integr. restit.* Paul. de Castren. *in l. si post quam ff. remirat. haber.* Soccin. *cons.* 57. *num.* 43. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 26. *sub num.* 33. *ad medium iur. & maxime lib.* 3. Hujusmodi tamen privilegium adveniente maiori 32
ætate expirat, ita ut interim donec interpellatio fiat, interesse nec currat, nec debeatur *l. Titia seia* 89. §. *usuras de legat.* 2. Abb. *in c. naviganti de usur.* Salyc. *in d. l. in minorum in fin. n.* 6. *ver. hinc est C. quibus caus. in integ. restit.* Hieron. Gabr. *cons.* 121. *nu.* 6. *lib.* 1. Vinc. de Franch. *decis.* 16. *num.* 4. Mugn. *de ratioc. cap.* 25. *num.* 30. *cum duob. seqq.* ubi ita interpretatur textum *in d. l. in minorum* Gratian. *discep. forens. tom.* 2. *cap.* 241. *nu.* 4. quamobrem à die quo Marietta fuit effecta major usque ad interpellationem Pantaleoni factam, interesse præfatum nequaquam imputari debuisset, nec absque usurarum labe exigi poterat.

Sententiæ itaque contra D. Pantaleonem latæ, ut fœneratitiæ erant à Judice Ecclesiastico revocandæ, prout eas revocavi, nedum in ea parte, in qua verum licitumque ex- 33
cedebant interesse, sed in totum ob illarum individuitatem, ut in terminis tradunt Rota *decis.* 315. *num.* 5. *p.* 2. *diuers.* quæ citat Put. *decis.* 317. *lib.* 1. errore fortasse Typographi, voluit enim citare *decis.* 323. *per tot. par.* 1. ubi *num.* 3. id limitat quoties tam libellus, quam sententia habere clausulas separatas, ut declarat gl. *in l. etiam* §. 1. *in verb. audiendus ff. de minor.* Ias. *in l. serus plurium* §. 1. *deleg.* 1.

ARGUMENTUM.

Contractus ad negociandum super cambiis qualiter sit licitus & à cambio distinctus.

Contractus, an à partium denominatione, vel potius ab effectu judicetur. Mulieri ex debita causa solutum, an extenuet sortem.

SUMMARIUM.

1 *Creditor quibus concurrentibus intentare valeat utiles actiones contra debitorem debitoris.*

2 *Societas dissolvitur per mortem civilem, vel naturalem unius ex sociis.*

3 *Etiam quoad socios superstites.*
Non tamen, quoad negotia jam cœpta num. 57. & 58.

4 *Societas à priori diſtincta contrahitur inter ſocios ſuperſtites, negotia continuantes poſt obitum alterius ſocii*, & n.ſeq.
5 *Liber ſocietatis renovatæ diverſus eſt à libro prioris, nomenque diverſum.*
6 *Debitor ſocietatis non compenſat cum credito, quod habet ſub nomine alterius ſocietatis, licet idem ſit numero utriuſque ſocietatis ſocius.*
7 *Contractus iudicatur ſecundum mentem contrahentium, quicquid verba ſonent.*
8 *Mens contrahentium non ſonitus verborum attenditur.*
9 *Etiam ſi mens non ſit expreſſa, ſed coniecturata, & veriſimilis.*
Intellige ſi natura contractus eſt certa, & verbis repugnat, alias ſecus n.71.
10 *Vſus communis loquendi declarat mentem, & propriæ verborum ſignificationi præfertur.*
11 *Etiam in ſtipulationibus, quæ ſunt ſtricti iuris.*
12 *Et in omni materia attenditur.*
Fallit quando verba ſunt clara, & ex pactis non apparet contrarium n.66.
13 *Vulgaris appellatio pro lege habetur.*
14 *Datio pecuniæ ad negociandum ſuper cambiis licitis eſt omni iure permiſſa.*
15 *Contractus in foro externo non præſumitur uſurarius, ſecus in foro interno.*
16 *Vſuræ præſumptio ceſſat ubi alia coniectura capi poteſt.*
17 *Vſura in fœmina nobili difficilius præſumitur, quam in cæteris.*
18 *Prohibitum una via, non debet alia permitti.*
19 *Vſuræ licitè petuntur ſub nomine intereſſe maximè à ſolito negotiari.*
20 *Intereſſe lucri ceſſantis quibus concurrentibus debeatur.*
Genuenſis ergo mercator, valet conſequentia etiam in fœminis.
Genuæ ſemper eſt parata negotiandi occaſio.
21 *Scriptura, an ſit de ſubſtantia contractus ſtante pacto de illa conficienda*, & n.41.
22 *Scriptura etiam ubi eſt de ſubſtantia non requiritur quando partes proceſſerunt ad executionem contractus.*
23 *Cambium celebratum non ſervata forma conſtitutionis* Pii V. *remanet purum mutuum.*
24 *Vſura eſt quidquid forti accedit.*
25 *Pecunia non germinat etiam inter mercatores.*
26 *Contractus iudicandus eſt talis, qualem verborum figura demonſtrat.*
27 *Et qualis à partibus nominatur*, & n.36.
28 *Et ſecundum ſuam formam.*
29 *Actum cenſetur, quod ſcriptum reperitur.*
30 *Verba contractus habentur pro textu, cui magis creditur, quam gloſæ.*
31 *Vox & eius ſignificatum habent ſe, uti materia, & forma.*
32 *Contractus ad negotiandum ſuper cambiis diverſus eſt ab ipſo cambio.*
33 *Contractus effectus magis attenditur, quam dominatio.*
34 *Effectus contractus ſi denominationi reſiſtit, denominatio facienda eſt ab effectu.*
35 *Pacta expreſſa tranſire faciunt contractum in aliam ſpeciem.*
36 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
37 *Vbi quis unum dicit & aliud intelligit, neutrum valet.*
38 *Aſſertioni partium in materia uſuraria ſtandum non eſt.*
39 *Cambiorum materia facile labitur in uſuras.*
40 *Cupiditas hominum novas artes ſemper excogitat ad palliandas uſuras.*
41 *Contractus remanet informis pactis non ſpecificatis.*
42 *Forma ſubſtantialis dicitur quidquid adiungitur rei ſubſtantiandæ.*
43 *Contractus perficitur ex ultimo, quando plura requiruntur.*
44 *Eiuſque perfectio conſiſtit in ipſa concluſione.*
45 *Contractus dicitur perfectus, quando totum negocium in mente conceptum eſt abſolutum.*
46 *Actus non dicitur perfectus, quando aliquid ſupereſt peragendum.*
47 *Contractus ad negotiandum ſuper cambiis quot contractus virtualiter in ſe contineat.*
48 *Contractus certus ex pactorum incertitudine reſultare non poteſt.*
49 *Iuſtitia contractus ex univerſo deducitur.*
50 *Vſura omni iure prohibetur.*
51 *Habilitationis forma ad unguem eſt ſervanda.*
52 *Solemnitates requiſitæ in contractu expreſſo, requiruntur, & in tacito.*
53 *In contractu ad negotiandum ſuper cambiis, periculum pecuniæ ad quem ſpectet.*
54 *In ſocietate habenda eſt ratio lucri, & damni.*
55 *Præſumptio cedit veritati.*
56 *Contraria allegans non auditur.*
57 *Societas quo ad cæpta negotia per mortem ſocii non finitur.*
58 *Negotium cæptum etiam per diem ante obitum ſocii terminandum eſt.*
59 *Actio competentes uni ex ſociis ſi ſunt etiam correi, competit alteri, & uterque compenſare poteſt.*
60 *Ratificare quis poteſt in ſubſidium quod non ſuo nomine geſtum eſt.*
61 *Idem quando negotium in veritate ſpectat ad ratificantem.*
62 *Correus quilibet agere poteſt, & inter eos locus eſt præventioni.*
63 *Communis uſus loquendi eſt difficilis probationis.*
64 *Et qualiter ſit probandus.*
65 *Famæ, & communis uſus probatio excluditur à teſtibus dicentibus ſe non audiviſſe.*
66 *A verbis non eſt recedendum, niſi conſtet de contraria mente.*
67 *Verbum ſunt notæ paſſionum animi.*
68 *Cum in verbo nulla eſt ambiguitas, non admittitur quæſtio voluntatis.*
69 *Verba dicuntur clara quando intellectus non laborat in intelligendo.*
70 *Verborum certitudinem omittere, & quærere coniecturas eſt imbecillitas intellectus.*
71 *Mens obſcura ex verbis claris, non verba clara ex obſcura mente interpretari debemus.*
72 *Contractus duplicem habens figuram intelligitur iuxta denominationem à contrahentibus factam.*
73 *Iudices non debent eſſe propitii uſuris.*
74 *De cambii natura eſt non dare lucrum uniforme.*
75 *Obſervantia ſubſequuta decidit omnia ambigua.*
76 *Per poſterius factum declaratur prius actum.*
77 *Conſuetudo debet eſſe obtenta in contradictorio iudicio cum aliis requiſitis remiſſive.*
78 *Conſuetudo vel uſus ex actibus deformibus non inducitur.*
79 *Vſus populi ſi eſt varius, attenditur ius commune.*
80 *Vſus mulierum non inducit conſuetudinem.*
81 *Conſuetudo non attenditur in materia uſuraria, ſed dicitur corruptela.*
82 *Conſuetudo licet excuſet à pœna non validat contractum uſurarium.*
83 *Ignorantia iuris excuſat mulierem à damno vitando non quoad lucrum captandum.*
84 *Vſuraria in materia ſimplicitas ſecus non excuſat à reſtitutione.*
85 *Fructus mulieri ſponte ſoluti, & ab ea bona fide recepti, ſi ſunt indebiti imputantur in ſortem.*
86 *Fructus indebite ſoluti ipſo iure extenuant ſortem.*
87 *Vſura, etiam per iuris errorem ſoluta, reperitur.*
88 *Exactum ex indebita cauſa etiam ſponte ſolutum imputatur in cauſam ſortis non obſtante iuramento.*
89 *Vſuraria in materia non attenditur ius civile, ſed canonicum.*
90 *Retentio rei cum vitio ad aliquem perventa non datur.*
91 *Iudex ſuper non petitis iudicare nequit.*
92 *Vſura poteſt eſſe in foro externo, licet non adſit in foro interno.*

DECISIO XCI.

D. Fauſtina de Vivaldis anno 1618. giravit in cartulario auri celeberrimi Officii S. Gregorii Genuæ libras decies mille ducentas auri ad favorem DD. Stephani Pallavicini, Stephani Loyſii, & Jo. Baptiſtæ de Spinolis ſub iſta formalitate verborum. *Fauſtina Vivalda per Stephano Pallavicino*,

vicino , Stephano , Luigi , e Gio. Battiſta Spinoli in ſolidum lire diece milia ducento à cambi per Milano all'anno , o ſiaper quattro fiere proſſime , conforme la poliza da farſi , e cio fà col conſenſo di Cataneo Pinello &c. Nulla confecta apodoxia , & defuncto infra annum D. Stephano Pallavicino , & ſic diſſoluta ſocietate inter eum ; & dictos Spinolos inita , eadem D. Fauſtina quotannis , difformiter tamen dictarum pecuniarum fructus exegit . Effectis interea non ſolvendo eiſdem DD. Spinulis , eadem D. Fauſtina convenit hæredes quod D. Stephani Pallavicini in ſolidum obligati coram Magiſtratui Cambiorum pro recuperatione ſortis principalis , & ſententiam reportavit favorabilem . Quare iidem hæredes prætendentes præfatum contractum fuiſſe fœneratitium , & uſurarium , ac contra formam *Conſtitutionis fel. rec. Pii V. ſupra cambiis* , introduxerunt coram me cauſam , in qua ſtructo proceſſu , & ſervatis ſervandis pronuntiativi provt in cedula , quæ ad favorem ejuſdem D. Fauſtinæ aperienda videbatur ex pluribus .

Primo quidem quia DD. Pallavicini agentes ad repetitionem , ſeu compenſationem uſurarum per DD. de Spinulis ſolutarum , dicebantur actione carere . Non enim uti creditores hypothecarii Spinolorum utilibus actionibus , directè iiſdem Spinulis contra D. Fauſtinam pro uſuris malè , ut prætendunt , ſolutis competentibus experiri poterant. Quia
1 ad hoc ut creditor contra debitoremdebitoris agere valeat tria copulativè requiruntur,nempe condemnatio principalis debitoris, ejuſdem excuſſio, & debitoris ſui debitori , confeſſio , Bald. *in leg. 2. num. 2. Cod. quand. fiſc. vel priu. & ante eum* Bart. *in l. ſi debitum , eod. tit.* Roman. *conſ. 227. num. 7. & conſ. 292. num.* 1. adden. ad Guid. Pap. *deciſ.* 568. *littera B.* quibus accedit & quartum nempe hypotheca ; nemini enim licet intentare actiones utile directè ſuo debitori competentes , niſi habeat ejuſdem debitoris bona hypothecata Bart. *in leg. nomen quoque num. 5. C. quæ res pig. obl.* & ibi Bald. *num.* 1. & Salyc. *num.* 3. Paul. de Caſt. *in leg. ſi convenerit la 2. num. 2. ff. de pignorat. act.* pulchrè Alexand. *conſ.* 17. *lib.* 6. Neguſan. de Figur. *in* 3. *memb.* 2. *par. num.* 4. Intelligendo tamen ſecundum requiſitum , quod eſt executio , quoties agitur contra poſſeſſores pignorum , ſecus autem ſi contra nomen debitoris,ut per Iacob.de Aren. Jacob.Belvis. Rainer. Cyn. & alios *in l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.* ubi Rayner. inquit , quod ita totus mundus obſervat Bart. *in l. ſi convenerit la 2. ff. de pignor. act.* cum aliis relatis per Neguſ. *de pign. p. 8. memb. 1. num. 19. in fi.* & Joſ. Ludou. *dec. peruſ. 46. nu.* 13. pulchrè Surd. *conſ. 4. n. 32. &* 35. Theſ. *dec.* 51. *in fi.* Caroccius diſputans quæſtionem ad partes *in tr. de excuſſ. bonorum p. 1. qu. 7. ubi nu.* 20. teſtatur de comm. opin.

Ultra quod cum dicta ſocietas jam decoxerit , bona , rura & actiones ejuſdem effecta ſunt creditorum , ſic diſponente Statuto Genuæ *in tit. de decoctis in §. ſequuta declaratione* . Unde actio dicendi de uſura reſpectu ſolutionum ab eadem ſocietate factarum , ad nullum pertinere poteſt , niſi ad deputatos creditorum , juxta diſpoſitionem *Statuti in §. de quibus bonis* .

Nec minus agere poſſe videbantur directa actione , uti correi debendi , ſiquidem tempore ſolutionis dd. uſurarum ,
2 eorum patre jam defuncto evanuerat ſocietas,quæ † quidem per mortem naturalem vel civilem unius ex ſociis diſſoluitur *leg. actione §. morte , & §. publicatione & l. verum §. fin. & leg. ſocium ff. pro ſocio §. ſolvitur Inſt. de ſociet.* Roman. *conſ.* 806. *num.* 3. Dec. *conſ.* 441. *num.* 1. Rota Genuen. *dec.* 71. *num.* 1. Sebaſt. Medic. qui plures congerit *in tr. mors omnia ſolvit concl.* 103. Honded. *conſ.* 85. *num.* 15. *lib.* 1. Card. Mantic. *in tract. de tacit. & ambig. convent. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 1. Rota *deciſ.* 781. *num.* 7. & 8. *par.* 4. *diverſ.* Etiam quoad reliquos ſo-
3 cios † ſuperſtites , niſi aliter ab initio conventum fuiſſet *gloſ. in dict. §. ſoluitur* Bald. *in conſ.* 448. *lib.* 4. Alc. *conſ.* 60. *nu.* 1. *lib.* 7. *& conſ.* 136 *num.* 1. *in fin. lib.* 5. Dec. *conſ.* 212. *colum.* 2. *in prin.* Surd. *conſ.* 20. *num.* 15. *poſt med. lib.* 1. Mantic. *de tacitis l.* 6. *tit.* 24. *nu.* 18. Giurb. *ſuper conſuet. Meſſanenſ. c.* 5. *gl.* 3. *p.* 1. *nu.* 10. Grat. *to.* 5. *diſcep. forenſ. c.* 851. *nu.* 2. Mugnoz *in tract. de ration. c.* 6. *n.* 57.

4 Unde † ſi ſocii ſuperſtites negotia inter eos continuent , non dicitur perſeverare prior ſocietas , ſed altera tacitè inter eos intelligitur renovata , & virtute hujus tacitæ renovationis agendum *l. planè l. nemo leg. ſi titium ff. pro ſocio* Bar. *in l. ſi id quod §. ſi filius ff. eod.* Abb. *conſ.* 87. *l.* 2. Dec. *conſ.* 22. *n.* 11. 17. & 18. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 85. *num.* 26. *lib.* 1. Seraph. *de priv. iur. priv.* 57. *n.* 12. *ver. nunc videamus* Grat. *to.* 5. *diſc. for. c.* 852. *n.* 16.

Et ſic cum à ſocietate tacitè renovata inter dictos Spinulos uſuræ fuerint ſolutæ , utique DD. Pallavicini non videntur correi debendi , † & liber poſterioris ſocietatis diverſus eſt 5
à libro prioris ; cum ſit diverſum nomen ut per DD. *in leg. eius C. de compenſ.* Rota Genuenſ. *deciſ.* 12. *numer.* 15. *in fin.*
† Nec debitum unius ſocietatis compenſari poteſt cum cre- 6
dito , quod quis habet ſub nomine alterius ſocietatis, quamvis idem ſit numero ſocius utriuſque ſocietatis , ut decidit Bald. *in d. l. eius nu.* 5. *C. de compenſ.* Sebaſt. Medic. *in tract. de compenſ. quæſt.* 43. *num.* 1. *par.* 1. Rota Genuen. *dec.* 19. *num.* 3. & *dec.* 26. *nu.* 30. Polidor. Rip. *ſingul. obſerv.* 199. *nu.* 8. Surd. *conſ.* 327. *nu.* 39. Magonius *dec. florent.* 44. *n.* 9. *& plenius dec. Lucen.* 1. *nu.* 20. *& ſeqq.*

Secundo pro iſta parte facit , quia quamvis partita , ut ſupra , à D. Fauſtina girata ſonet in cambium ; revera tamen dicitur intentionem contrahentium fuiſſe , ut pecuniæ illæ cenſerentur datæ ad negotiandum ſuper cambiis licitis , † 7
contractus autem judicandus eſt ſecundum mentem contrahentium quidquid verba ſonent *l. in convent. ff. de verb. ſign. l. cum qui ita in prin. eod. tit.* Bald. *conſ.* 417. *num.* 2. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 64. *num.* 37. *& conſ.* 92. *num.* 27. *lib.* 1. Tiraquel. *ad leg. ſi unquam in ver. revertatur ſub num.* 63. *ver. undecimo fallit C. de revoc. donat.* Mantic. *de tacitis , & ambigus lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 12. *& ſeqq. & num.* 25. *& ſeq.* Hier. Gabr. *conſil.* 6. *num.* 4. & 5. *vol.* 2. Rota *dec.* 1. *num.* 12. *&* 13. *& deciſ.* 700. *nu.* 7. *par.* 2. *in recentior.*

Et † magis attendere debemus mentem contrahentium 8
quam corticem verborum Bald. *conſ.* 107. *num.* 2. *ver. valde l.* 2. Boer. *deciſ.* 172. *num.* 17. Mantic. qui benè exornat *de tacitis & ambig. lib.* 2. *tit.* 7. *ſub num.* 3. Et quidem non † modo men- 9
tem expreſſam , verum & conjecturalem , & veriſimilem *ad lege cum quid ff. ſi cert. petat.* Paul. de Caſtr. *conſil.* 148. *nu.* 1. *in fin. & numer.* 2. *lib.* 1. Soccin. ſen. *conſil.* 78. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. Mantic. *eodem tract. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 3. *& tit.* 7. *num.* 4.

Mens † autem contrahentium rectè elicitur ex commu- 10
ni loquendi uſu , qui propriæ verborum ſignificationi anteponitur *l. librorum §. quod tamen caſſius cum gloſ. de legat.* 3. *l. labeo de ſuppell. legat. & Vtrobique* Bar. Tiraq. *cum relat. de retract. lign. §.* 1. *gl.* 2. *nu.* 3. *& §.* 2. *gl.* 1. *nu.* 5. *cum ſeqq.* Card. Mant. *de conject. ult vol. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 1. Surd. *conſ.* 313. *nu.* 82. *& conſ.* 454. *nu.* 18.

Etiam † in ſtipulationibus, quę ſunt ſtricti juris *l. 1. §. ſi quis* 11
ita & ibi Crot. *in prin.* & Butticell. *num.* 3. *ff. de verb. obl. gl.* & Bart. *in l. ſtipulatio iſta §. hoc quoque eod. tit.* latè Mant. *d. lib.* 2. *tit.* 8. *per tot. & præcipue n.* 1. 5. *& 6.*

In † omni enim materia communis uſus loquendi atten- 12
di debet Abb. *in cap.* 2. *n.* 1. *ver. nam in omni extra de arbit.* Rot. *dec.* 293. *ſub nu.* 1. *p.* 2. *in recent.* Et vulgaris appellatio † pro le- 13
ge habetur Gonz. *ad reg.* 7. *Cancell. gloſ.* 11. *nu.* 68. *&* 56. *& gl.* 13. *nu.* 62.

Porrò in caſu noſtro prętenditur per plurimorum teſtium depoſitionem conſtare , quod quando partitæ girantur in cartulariis pro Mediolano ad quatuor nundinas , ſeu ad annuum , juxta apocham conficiendam , ex communi uſu loquendi , ſeu potius intelligendi Civitatis Genuæ , non dicantur datæ ad cambium formale ; ſed ad negotiandum ſuper cambiis , meritò negotium iſtud non erat judicandum cambium , ut in ſuperficie apparet , ſed contractus ad negotiandum ſuper cambiis licitis , & honeſtis , qui nullo jure prohibitus † reperitur , nec ſapit uſuram , ut deduci- 14
tur extext. *in cap. per veſtras* ubi Abb. *num.* 6. *de dona. inter vir. & uxor.* Sylveſt. *in Summa verb. ſocietas il* 2. *quæſt.* 3. Navar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 257. *ver. quia huiuſmodi , & firmat* Rota *in deciſ.* 168. *&* 209. *impreſſ. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. & in deciſ.* 304. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* Et alias , ut ibi quo loci ſubdit hujuſmodi contractum pro licito & validò admiſſum fuiſſe à fel. record. *Pio V.* per breve conceſſum mercatoribus Bononienſibus de anno 1569. & latiſſimè tradit etiam Scaccia *in tract. de commerc. & camb. §.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 15. *&* §. 3. *gloſ.* 3. *num.* 36. *cum plur. ſeqq.* Igitur à primo ad ultimum hic ceſſare videtur omnis uſuræ petitio . Quæ omnia corroborantur ex eo , quia † contractus in fo- 15
ro externo ſemper judicandus eſt potius juſtus , quam fœneratitius , donec contrarium probetur *l. cum precibus* ubi Bal. *C. de probat. idem* Bald. *in l. rogaſti §. ſi tibi in fi. ff. ſi cert. petat.* Alexan. *conſ.* 221. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 201. *nu.* 20. *vol.* 3. Rota *deciſ.* 340. *nu.* 1. *p.* 1. *diverſ.* Seraph. *deciſ.* 626. *nu.* 3. plurimos cumulat & à contrariis defendit Card. Mant. *tract. de tacitis*

citis & ambig.lib.8.tit.17. per tot. ubi post alios distinguit inter utrumque forum, & fatetur secus esse in foro conscientiæ, in quo pro salute animæ contractus in dubio præsumitur fœneratitius; eandem distinctionem pluribus relatis facit Mascard.*in tr.de probat.l.1.conclus.438.à nu.1.usque ad 7.* & ego dixi in *dec.28.nu.72.*

16 Et † ubicunque alia præsumptio capi potest, cessa præsumptio usuræ Bald.*in locis supra relatis* Cravett. *cons.* 145. *num.2.ver.&* 1.Soc.jun.*cons.27. num.12.lib.4.*Rolan.*cons.97. num.11.lib.2.& cons.95.num.10.lib.4.*Bertaz.*cons.crim.2.nu. 10.lib.1.* Bursat. qui de communi testatur *cons.* 135. *num.* 12. *lib.2.*Honded.*cons.*33.*num.*23.*lib.2.*Menoch.*cons.*343.*nu.1.& seq.lib.4.*

17 Et † id maximè in matrona nobili, & valde pia, ut est D. Faustina, in qua difficilius præsumitur usura Tiraqu. *de retract.conuent.in præfat.n.*34.Covar.*lib.3.variar.resol.cap.8. num.*31.Rota *in Bononien. census* 24. *Aprilis* 1600. *cor. Card. Pamphilio impressa penes* Marches. *de commiss.par.1.* §.2. *dec.* 30.*num.*5.

Tertiò intentioni DD.Pallaviciniorum obsistere videbatur dispositio statuti Genuæ *sub rubr.de contract.minor.& mulier.* annullantis omnem alienationem, obligationem, vel quietationem à muliere vel minore absque certis solemnitatibus factam, cui statuto fieret fraus, mulierumque facilitati, ac simplicitati, illuderetur, si illæ per indirectum possent, sub nomine fructuum seu usurarum, præsertim 18 à sponte dantibus exigere, & extinguere sortem. † Quod enim una via prohibetur non est alia via permittendum facit *l.scire oportet* §.*fi.ff.de tutor.& curat. dat. ab his cap.cum quid de Reg.iuris in 6.& ibi scribentes.* facit text *in l.sed Aurelius ff. ad l.falcid.*

Quarto dato etiam quod D.Faustina dictos fructus sub nomine cambii malè exegisset, non tamen videtur ambigendum quin saltem eos, tanquam interesse lucri cessantis, re- 19 tinere valeat; † quando enim usuræ petuntur sub nomine interesse, licitæ sunt, etiam de jure canonico *glo.in l.curabit, in ver.ratio, Cod. de act. empt.* Decius *consil.* 39. *colum.2. in fin.* præsertim in solito negotiari Anton. Gabr. cum per eum relatis *in titul. de solution. conclus.* 10. Osasc. *sua notab. decision.* 143. *num.* 3. Rot. *decis.792. num. 2. par. 5. divers.*

Hic enim concurrunt requisita Pauli Castrensis *in l.3.*§.*penult.ff.de eo quod certo loco* quem sequitur ibi Jas.*sub nu.*8. Lupus *in l. curabit* §. 6.*sub nu.* 17. *C.de act.empt.*Afflict. *decis.*20. *num.2.*Mohed.*dec.3.alii* 208.*de usur.*Put.*dec.*317.*num.*1.Rota *dec.*315.*num.*5.*par.2.divers.* ubi aliæ *dec.* allegantur, & dicitur quod passim Rot. servat hanc opinionem. Et primo concurrit mora, ratione temporis unius anni in dicta partita 20 apposita † cujus temporis appositio vim habet interpellationis *l. magnam C. de contrah.empt. l. traiectitiæ*, §. *de illo ff. de act. & oblig.* Anton. Gabr. qui alios congerit, ac multipliciter ampliat, & limitat *in suis comm.concl. titul. de solu. concl. 9. num. 9. & seqq.* Baveri. *in tract. de mora par.2.num.1. & seqq.*Scac.*de commer. & camb.* §. 1. *qu.7.par. 2.ampl.8. nu.* 106. Secundo probatum fuit in processu D.Faustinam solitam fuisse negotiari hujusmodi pecunias, quod etiam præsumitur in hac civitate, in qua omnes sunt mercatores, ita ut valeat consequentia Genuensis, ergo mercator, etiam quo ad fœminas ut per Rot. Genuen. *decis.* 139. *num.* 10. Scac. *de camb.* §. 1. *quæst.7.par.prim.num.*65. & dixi in *decis.præc. num.9.*

Tertio denique apparet eandem D. Faustinam habuisse paratas diversas negotiationes, in quibus lucrari potuisset dictam quantitatem; quod pariter etiam si non probasset, erat præsumendum, cum Genuæ semper parata sit occasio dandi pecunias cambio, & semper sint in foro mercatores, qui dant, & recipiunt pecunias ad cambium Rota Genuen. loc. cit.Scac.*d.ampli.8.nu.*242.

Denique non videbatur dubitandum, quin contractus de quo agitur perfectus extiterit, tametsi celebratus juxta sin- 21 grapham faciendam, quæ tamen confecta non fuit. † Quamvis & etenim levis non sit inter scribentes altercatio an pacto inito in aliquo contractu de conficienda scriptura, si exinde illa omittatur, contractus dicatur perfectus, qua in controversia quinque inter se pugnantes sententias refert Thes. *decis.pedem.*97. Ea tamen crebrior videtur, & verior, quæ habet in contractibus, in quibus de jure, scriptura non est de substantia, conventionem de scriptura conficienda censeri appositam ad faciliorem probationem, non autem ad formam, vel substantiam ipsius contractus, qui propterea, etiam dicta scriptura non confecta, remanet perfectus, ut post longam, & pulcram disputationem concludit Barbat. *in Rubr. extra de empt. & vend. num. 6. & 7.* & de communi testatur Gratus *cons.* 107. *numer.* 4. *&* 6. Anton. Gabr. *in suis comm. conclus.tit. de pact. conclus.* 3. *num.* 1. *ver. contrarium*, Puteus *decis.* 13. *lib.* 3. ubi ait Castrensis contrariam opinionem communiter reprobari Marsil. *in sing.* 666. Anchar. Regien. *lib.* 1. *qq.familiar. in quæst.* 21. *per tot.* Thes. *dict. decis.* 197. *num.*7. latè Bursatt. *cons.* 100. Morotius *cons.* 97. *num.* 10.Decian. *respons.*64. *num.* 2. *lib.*3. plenè Bertazzol. *de clau. instrum. in clauf.*30. *glos.*3. *à num.*15. *usque ad* 21. At ita servari in praxi, nisi addita fuerit clausula, quod aliàs contractus non valeat, testatur Curt. jun. *in cons.* 318. *num.* 12. *&* 22. *lib.*3. & Gratian.*discept. forens. cap.* 563. *num.*29. *to.*3. prout testatur etiam Rota *in decisione* 377. *num.*6. *&* 517. *nu. 2.par.1.& decis.*271. *num.2.par.2.diverf.*& Put. *decis.* 43. *lib.* 3. Rota *in Romana affictus Casalis* 29. *Novembris* 1627. *coram Eminentissimi Cardinali Vbaldo*; cum itaque in his terminis non reperiatur lege, vel statuto cautum, ut in contractu de quo agimus, scriptura sit de substantia: utique dicenda est potius conventio ad faciliorem probationem, quam ad formam, & essentiam ipsius.

Quinimo † esto, scriptura esset de substantia actus, cum 22 tamen partes processerint ad executionem, & observantiam illius, cessare videtur omnis scrupulus, & certus est contrahentium animus, ut contractus habeatur pro valido, & perfecto, ut post alios advertit Thesaur. *d.decis.*197. *n.* 8. facit Gratian.cum per eum relatis *to.*3.*discept.forens.c.*564.*sub n.*29.*in fi.& n.seq.*

His tamen, & similibus minimè refragantibus pronuntiavi ad favorem DD. Pallavicinorum nempe prædictas usuras; uti indebitas, & fœneratitias, imputandus esse in sortem, reservato jure D. Faustinæ in alio judicio petendi interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, si & quatenus debeatur, præcipuè autem motus fui.

Primò quia D. Faustina dedit dictas pecunias cambio, non servata forma constitutionis fel. recordat. *Pii V. super cambiis*, in qua declarantur sicca, & fœneratitia ea cambia, quæ fiunt ultra primas nundinas, ac ea, in quibus litteræ non transmittuntur, necnon illa, quæ ita fiunt, ut pecunia cum interesse ibi reposcatur, ubi contractus fuerit celebratus. Hæc autem omnia, & singula reperitur in cambio, de quo agimus, ac proinde sustineri nullatenus potest, sed † remanet quoddam mutuum ad Bar. *in leg. cum* 23 *quid num.* 11. *& seq.* & ibi Alex. *num.* 11. Dec. *num.* 13. *ff. si cert.petat.* Roman. *cons.* 238. Salycet. *in Auth. ad hæc num.* 11. *in princip. de Vsur.* Gratian. *lib.* 1. *discept. Forens.cap.*134. Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*25.*tit.*1,*nu.*18.Rota *dec.*315. *nu.* 2 *p.2.diverf.*& in magistrali *dec.Barchinonen. cambiorum* 26. *Junii* 1606. *cor. Penia.*

Ita † ut quidquid sorti accessit, usura dicatur quocun- 24 que blando vocabulo nuncupetur, *vulg.cap.plerique* 14. *q.* 3. *l.rogasti* §. *si tibi ff. si certum petat.* Anchar.*cons.*150. *nu.*6. Roman.*cons.*338.*nu.*4. Rimin.sen. *cons.* 61. *num.*39. latè, & pulchrè Roland. *cons.l.*55. *per totum lib.*2. cum aliis adductis per Beccium *cons.*213.*n.*10.*lib.*2.Rota *dict.decis.*315.*nu.*2.*p.*2. *diverf.& decis.*72.*nu.*1.*par.*2.*recent.& in d Barchinonen. coram Penia.*

Pecunia † enim non germinat, sed est de sui natura in- 25 fructifera, ut post Aristotelem tradunt DD. relati à Rolan. *d. cons.* 55. *num.* 32. *& seq. lib.* 1. Rodriq. *de annuis reddit. lib.* 3. *quæst.* 4. *nu.* 112. & advertit Rota *in Ianuen. usurarum* 6. *Junii* 1611. *coram Card. Lancellotto*, quæ est in ordine *decis.* 331. *num.*2.*par.* 1.*recent.* quod quidem procedit etiam inter mercatores Cravett. *cons.* 87. *num.* 5. *& cons.* 179. *num.* 8. Decius *cons.* 116. *num.* 2. Mandell. *cons.* 215. *num.*7. Rota Genuens. *decis.* 193. *num.* 5. *&* 6. Rota Romana *dicta decis.* 334. *num.* 1. *par.* 1. *recen. & in dict.Barchinonen. cambiorum.* Quod autem in hac facti specie nullus contractus, præter cambium, fuerit celebratus, apparet evidenter ex ipsa partita girata *à cambio*. † Talis enim judicandus est contra- 26 ctus, qualem verborum figura demonstrat, ut habetur in *leg. fideiussores magistratuum ff. de fideiuss.* Bal. *in c.* 1. *in prin. de feud. dat. in vim leg. comm. in usibus feud.* Alex. *cons.*3. *viso instrumento num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 105. *num.* 2. Rota *decis.* 456. *numer.*4. *par.*2.*recent.* † Et qualis partibus nominatur ad text. *in cap.* in civitate 6. 27 *extra de usuris* Natt. *cons.* 104. *num.* 1. *& cons.* 194. *etiam n.* 1. Becc. *cons.* 213. *nu.* 1. *lib.*2. & illis non citatis Card. Mant. *de tacitis*, *& ambigu. lib.* 2. *tit.* 8. *num.*7. Honded. *cons.* 35. *num.*

num. 4. *lib.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 105. *nu.* 2. Ant. Monach. *deciſ. Florent.* 51. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 96. *num.* 30. Surd. *deciſ.* 322. *num.* 13. Rota *deciſ.* 227. *num.* 6. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 672. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

28 †, & ſecundum ſuam formam ad text. *in dict. cap. in civitate de uſur. cap. porrò de privil. & cap. cum dilecti de donat.* Abb. *conſ.* 15. *in fin. & conſ.* 48. *ver. ſed his lib.* 1. Beccius loquens

29 in terminis cambii *dict. conſ.* 213. *num.* 1. *lib.* 2. † Et illud actum cenſetur, quod ſcriptum reperitur, niſi aliud probetur. Abb. *in cap. pen. de converſ. coniug.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi egregiè exornat Rota *deciſ.* 304. *ſub num.* 10. *par.* 2. *recentior.*

30 † Verba enim contractus habentur pro textu, cui magis credendum eſt, quam gloſæ Oldrad. *in conſ.* 258. *numer.* 6.

31 Bald. *conſ.* 343. *ſub num.* 4. *lib.* 1. † Rurſus vox, & ejus ſignificatum habent ſe tanquam forma materia, & forma, cumque oporteat in unaquaque re materiam, & formam convenire, ita & in vocibus, debet ſignificatum convenire voci, tanquam formam materiæ, ut eleganter docet Bald. *in l. ius civile col.* 2. *ff. de Iuſtit. & Iur.* ſequitur Buen. *in tract. de forma tit. de convent. mat.* Mugnoz. *in tract. de ratiocin. c.* 10 *n.* 73. quæ comprobantur ex infra dicendis *n.* 66. *cum plurib. ſeqq.*

Quamobrem cum partes nunc contractum expreſſe vocaverint cambium, nec de contraria mente appareat, nimis extranea eſt gloſa, quæ ſuper eo fit, ut intelligantur pecuniæ

32 datæ ad negotiandum ſuper cambiis, † qui contractus eſt longè diverſus è cambio, ut tradit Rota *deciſ.* 304. *p.* 2. *in recent.* & Molin. *in tract. de contractibus tract.* 2. *diſp.* 411. *num.* 1. *ver. dictum indefinite.*

Et quamvis prædicta paterentur difficultatem, ubi confecta fuiſſet apodixia ſimilis illis, quæ in proceſſu hujus cauſæ productæ fuere, tunc enim non obſtante partium denominatione, intelligi deberent pecuniæ datæ ad negotiandum, quia pacta, & conventiones in eiſdem apochis contentæ conveniunt huic contractui, non autem cambio:

33 † quo caſu benè intrat regula, ut non attendatur denominatio falſa, ſed effectus contractus, à quo aſſumit robur, & ſubſtantiam Bald. *in l. imperator colum.* 3. *de ſtat. homin.* Roman. *conſ.* 509. *à num.* 1. *uſque ad* 7. Gratian. *tom.* 4. *diſceptat. forenſ. cap.* 657. *num.* 13. Magon. *deciſ. Florent.* 33. *num.* 11. *& deciſ. Lucenſ.* 24. *num.* 16. Barz. *deciſ.* 63. *nu.* 17. *& deciſ.* 110. *num.* 12. Surd. *conſ.* 450. *num.* 34. innumeros

34 congerit Giurb. *deciſ.* 111. *num.* 4. † Et quando effectus contractus denominationi reſiſtit non à verbis, ſed ab effectu fieri debet denominatio *l. inſulam de præſcript. verb.* & eſt tex. *in leg. alienam in fi. & in leg. ubi ita donatur de donat. cauſ. mort.* tradit Bart. *in leg. cotem ferro § qui maximos de public.* Becc. qui rationem reddit *conſ.* 213. *num.* 77. *lib.* 2. Menoch. cum per eum relatis *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 105. *num.*

35 10. *& ſeq.* quo † caſu pacta expreſſa faciunt illum tranſire in aliam ſpeciem contractus, ut poſt Car. *in d. l. ubi ita donatur. & in auth. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccl. tradit* Dec. *conſ* 233. *col. fi.* Cagnol. *in l. contractus num.* 70. *de reg. iur.* Rota *dec.* 500. *nu.* 3. *par.* 1. *diverſ.*

Nihilominus, cum in caſu noſtro nulla confecta fuerit ſcriptura, ex cujus tenore de contraria contrahentium mente poſſit apparere, utique non eſt ullo pacto à verbis recedendum

36 per ſupradicta, † & talis voluntas non expreſſa, ſed in mente retenta, nihil operatur *l. quidam eum filium ff. de hæred. inſtit.* ubi Bald. & Imol. benè Salyc. *in l. in ambiguo in* 5. *not ab. de rebus dubiis* Caſtren. *conſ.* 351. *præſens lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 60. *nu.* 6. *lib.* 2. & optimè deſervit Rota *dec.* 304. *ſub n.* 10. *par.* 2. *in recent.*

37 Quocirca † ſi D. Fauſtina unum ſcripſit in dicta partita girata, & aliud intellexit, neutrum valere debet, ut eſt textus notabilis, in *d. l. in ambiguo ff. de reb. dub.* cujus verba formalia hæc ſunt: *qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia non loquitur.*

Et quoniam verſamur in genere prohibitorum, & in ma-

38 teria uſurarum † non modo non eſt credendum eidem D. Fauſtinæ, verum nec quidem utriuſque partis aſſertioni, ſed de hujuſmodi aſſerta conventione debebat verè conſtare, ne via fraudibus, ac uſurariæ pravitati aperiatur Bart. *in l. ſi fortè ff. de Caſtrenſ. pecul.* Bald. *in l. cum alleges col.* 3. *Cod. de uſur.* Dec. *conſ.* 264. *nu.* 1. Natt. *conſ.* 290. *num.* 4. Roderiq. *de annuis redd. lib.* 3. *quæſt.* 8 *ſub num.* 12. Rota *deciſ.* 559. *in fi. p.* 2. *in recent. & in Ianuen. pecuniaria* 7. *Iun.* 1610. *& 6. Iunii* 1611. *coram Card. Lancellotto*. Præſertim in caſu noſtro, in quo prorſus eluderetur *Conſtitutio Pii Quinti*; quilibet enim dare poſſet pecunias ad cambium reale ad quatuor ferias, ſeu nundinas, ac abſque litterarum tranſmiſſione, ac deinde tacitè continuare pro pluribus aliis feriis, ut in caſu noſtro, & ita exercere cambia ficca, illa poſtea palliando ſub nomine alterius contractus diverſæ ſpeciei, aſſerendo quod intellexit dare pecunias ad negociandum ſuper cambiis, quod omninò intollerabile eſt, & prorſus à commerciis eliminandum, tanquam animabus valde pernicioſum: † cum ni- 39
mis quidem hæc materia cambiorum lubrica ſit, & periculoſa ac in ea facile committatur uſura Lupus *in cap. naviganti* §. 2. *ſub num.* 11. *de uſur.* Salon. ad D. Thom. 2. 2. *poſt quæſt.* 78. *in diſput. de camb. quæſt.* 5. *art.* 2. *ſub num.* 2. Scacc. *de commer. & camb.* §. 1. *quæſt.* 2. *num.* 26. † hominemque cu- 40
piditas quotidie novas excogitat artes, quæ divinis præceptis potius inſuperficie, quam in veritate conveniunt, quod etiam innuere videtur idem Scacc. *d. quæſt.* 2. *ſub numer.* 23. nec teſtes à D. Fauſtina inducti probant partitas ſic in cartulario giratas communiter intelligi datas ad negotiandum ſuper cambiis, nec ubi id probaſſent relevarent, ut dicam infra *nu.* 66.

Secundò principaliter movebar, quia cum dictę pecuniæ datæ fuerint cambio juxta ſingraphamfaciendam; admiſſo, non tamen conceſſo, quod intelligerentur datæ ad negociandum ſuper cambiis, utique ſcriptura non confecta, nequaquam deberi poſſunt uſurę, quia contractus remanſit informis; quicquid enim ſit de illo articulo, an ſcilicet ſtante pacto de conficienda ſcriptura, illa non confecta contractus remaneat imperfectus: in quo hinc inde eſt comm. opinio, & in judicando non puto recedendum à diſtinctione, de qua *ſupra nu.* 21. quatenus in conventione non adſit clauſula annullativa. Advertendum eſt nos non verſari in terminis, in quibus *ſcribentes* diſputant dictam quæſtionem, nempe ubi contractus in ſuis ſubſtantialibus fuit abſolutus, & pacta certa, & determinata fuerunt appoſita, & nil aliud faciendum remanſit præter ſcripturam. Sed in caſu, quo datæ fuerunt pecuniæ ſimpliciter, & abſolute juxta apodixiam faciendam, & ſic juxta pacta, & conventiones in ipſa apoca ſpecificandas, & declarandas, quo † caſu proculdubio 41
ſcriptura neceſſaria fuerat ad formalizandum actum & ſic abſque illa, utpotè abſque pactis, & conventionibus actus ipſe remanſit informis *ad l. Iulianus* §. *ſi quis rem. ff. ad exhibendum cum ſimilib.* facit *l. fundi partem de contrahen. empt.* Tiraq. *in l. ſi unquam in ver. donatione largitus num.* 117. Gab. *de præſump. concl.* 13. *num.* 16. Seraph. *dec.* 347. *nu.* 1. † quic- 42
quid enim adiungitur rei ſubſtantiandæ dicitur ſubſtantia, ſive forma ſubſtantialis, inquit Bal. *in l. in vend. num.* 3. *in fi. C. de contr. empt.* Et † ubi requiruntur plura, contractus 43
perficitur ex ultimo *l. quot. Cod. de rei vend.* Surd. *deciſ.* 82. *nu.* 5.

Et † perfectio contractus conſiſtit in ipſa concluſione *l. con-* 44
tractus C. de fide inſtrum. l. in civile ubi Bald. *C. de legib. l. ſi voluntate C. de reſcind. vend.* benè Surdus *conſ.* 217. *num.* 11. & melius *conſ.* 702. *num.* 6. † Et contractus tunc dicitur per- 45
fectus, quando totum negocium in mente conceptum eſt abſolutum Bolognett. *in l. lecta in* 8. *not ab. ff. ſi cer. pet.* Vinc. de Franch. *in dec.* 369. *nu.* 8.

Nec dicitur actus perfectus, donec aliquid ſupereſt pera- 46
gendum, ut deducit Menoch. *conſ.* 33. *nu.* 12. *lib.* 2. Cum itaque in caſu noſtro pacta ſubſtantialia non fuerint appoſita in partita girata, ſed ad apocam conficiendam reſervata: certè, illa non confecta, contractus remanſit informis: quod eo magis eſt tenendum, quo (ut apparet ex teſtibus examinatis, ac ex formulis hinc inde exhibitis, & quæ in foro mercatorio Genuæ paſſim præ manibus habentur) huiuſmodi apodixiæ multifariam, multiſque modis fiunt; † quan- 47
doque enim aſſecuratur per campſorem capitale, & apponitur pactum, quod lucrum ipſius dantis pecunias non poſſit excedere quinque, vel ſex pro centenario, & ut reliquum lucrum cedat in commodum campſoris pro ipſius labore, & induſtria, ac pro periculo quod ſubit in aſſecuratione capitalis, & lucri juxta formulam regiſtratam à Scaccia *in tract. de commerc. & camb.* §. 1. *quæſt.* 5. *num.* 15. quo caſu virtualiter continet in ſe tres contractus, primum nominatum, nempe ſocietatis, reliquos innominatos ſcilicet aſſecurationis capitalis, & aſſecurationis certi lucri, ut firmat Scacc. *in tract. de commer. & camb.* §. 1. *quæſt.* 8. *par.* 2. *ampliat.* 9. *num.* 7. *&* §. 3. *gloſſ.* 3. *num.* 36. *& ſeqq.* & admittunt etiam Theologi, ut poſt Navar. & alios tradunt Ugolin. *de uſur. cap.* 55. §. 1. & Bonaccin. *tom. de reſtitut. diſput.* 3. *quæſt.* 3.

punct.

punct. 11. *n.* 2. intelligendo de societate impropria, & latè sumpto vocabulo, ut benè firmat Rota *in dec.* 304. *à n.* 10. *usque ad fi. p.* 2. *recentiorib.*

Quandoque è contra non assecuratur capitale, & descripta certa provisione pro campsore conventa, reliquum lucrum redditur domino pecuniæ, quo casu continet contractum locationis operarum secundum Molinam *de contractibus tractat.* 2. *disput.* 411. *sub nu.* 1. *ver. dictum est*, sive potius promissionem facti, ut per Rotam *in dec.* 168. *sub nu.* 1. *in fi. & dec.* 209. *num.* 2. *impress. post tom.* 2. *cons. Farinacius* seu quamdam institutoriam, ut per Bald. *in l.* 1. *num.* 12. *C. de fruct. & lit. expens.*

Quandoque rursus sub alia forma extenditur apoca cum diversorum pactorum ciausularumque appositione. † Donec igitur conficiatur scriptura, impossibile est contractum hunc dici perfectum, & ex hujusmodi incertitudine illius certitudinem, ac effectum resultare *l. duo sunt Titii ff. de testam. tutel. l. non hoc. C. unde legit. c. in præsentia extr. de prob. cum vulg.* 48

Denique cum in dicta partita nulla specificata fuerint pacta sed simpliciter habita fuerit relatio ad singraphum faciendam, utique apparet D. Faustinam dictosque socios voluisse contrahere modo inter mercatores consueto, mediante scriptura, quamobrem, ea non confecta, contractus non potest dici perfectus; præsertim stante observantia aliorum, qui ut plurimum conficere solent apodixiam ad Seraph. *in dec.* 834. *per totam, & signanter n.* 7.

Quod si dicatur partes ipsas ulterius processisse, & contractum hunc habuisse pro perfecto; † continuò responderi 49 poterit in hoc consistere fœnus, & usuram, quia nempe ex contractu incerto, & imperfecto voluerunt dare, & recipere usuras, cumque versemur in genere prohibitorum, non statur ejusmodi tacitæ conventioni, ne hoc modo aperiatur via 50 fraudibus, & usurariæ pravitati † quæ omni jure prohibetur *auth. ad hæc. Cod. de usur. capitul.* 1. *eodem titul.* Gratian. *lib.* 5. *discept. forens. cap* 851. *num.* 13. Rota *dec.* 52. *nu.* 5. *p.* 1. *in recent.*

Potissimum autem; quia D. Faustina cum consensu D. Catanei Pinelli proximioris limitatè habilitata ad contra- 51 hendum juxta apodixiam faciendam; † unde consensus iste extendi non potuit ad casum non confectionis apochæ ad *leg. in agris ff. de acquir. rerum dom. cum vulg.* & forma decreti habilitationis erat ad unguem servanda Dec. *in capitul. prudentium numer.* 4. *alias num.* 26. *de offic. de leg.* Roland. *cum relat. consil.* 72. *numer.* 62. *libr.* 3. sub pœna nullitatis, etiam si fuisset utilis ipsi mulieri, stante statuto Genuensi *sub rubric. de extrinseco intellectu*, & tradit Barbaria *cons.* 41. *col. penult. circa med. lib.* 4.

Nec potuit mulier per tacitam ratificationem ex actibus subsequentibus resultantem, declarare pacta, & conventio- 52 nes sine nova habilitatione; † Quandoquidem statutariæ solemnitates in expresso mulierum, vel minorum consensu requisitæ, requiruntur & in tacito Bald. *in leg. si cum dotem §. fin. ff. solut. matrimon. & in l. si viva matre n.* 5. *C. de bon. matern.* Paul. de Castr. *in cons.* 199. *nu. ver. nam eo casu vol.* 2. Jas. *cons.* 53. *nu.* 4. *& 5. li.* 4. egregiè Aretin. *in §. certè illud. nu.* 4. *Institut. de reo divis.* Campeg. de Dote *part.* 1. *q.* 9. Menoch. *cons.* 138. *sub num.* 34. *ver. prohibet.* Rota *dec.* 638. *sub nu.* 8. *in fi. p.* 1. *in recent.*

Præcipuè verò in hac facti specie, in qua maxima intercedebat differentia Inter casum confectionis apodixiæ, & ca- 53 sum non confectionis; † si quidem in priori ex quo solet fieri assecuratio capitalis; ut aiunt testes ipsius D. Faustinæ, periculum pecuniæ spectasset ad dd. socios; in posteriori vero casu, non facta expressa assecuratione, per casum spectabat ad eamdem D. Faustinam D. Th. 2. 2. *qu.* 78. *art.* 2. *ver. ad quintum* Paul. de Castr. *in l. si is qui §.* 1. *ff. commun. d.* Crot. *in cap. conquestus n.* 20. *& in c. fi. n.* 25. *de usur.* Navar. *in Manual. cap.* 17. *nu.* 251. *& seqq.* Vgolin. cum per eum congestis *de usur. cap.* 55. *in princ.* & tradit Rota *in dec.* 304. *numer.* 7. *par.* 2. *recent.* Non igitur potuit mulier hujusmodi periculum subire sine propinquiorum consensu sic disponente statuto Genuens.

Tertio ex abundanti, si pecuniæ istæ intelligerentur datæ ad negotiandum, utique non confecta apodixia, nec facta assecuratione, nullatenus posset D. Faustina majus lucrum prætendere, quam negocia, in quibus implicata fuerunt respondissent, cum hoc sit de natura hujus contractus ut per Castr. Rot. & Ugolin. *locis supracitat.*

54 Et † lucri, & damni habenda esset ratio provt dicimus de societate Bald. *cons.* 61. *vol.* 2. *& consil.* 114. *volum.* 4. Petr. de Vbald. *de duobus fratrib. p.* 8. *sub n.* 42. Cæph. *cons.* 768. *n.* 14. *& cons.* 769. *sub n.* 1. *vol.* 5. Hier. Gabr. *cons.* 61. *n.* 16. *vol.* 2. cum aliis, quos refert, & sequitur Giurb. *in dec.* 11. *sub n.* 4. Quo circa cum negotiatio facta per dd. DD. Spinulos cum Majestate Regis Catholici, sive cum aliis in partibus Hispaniarum, non modo non fuerit lucrosa, sed maximam attulerit jacturam, adeo ut viri nobilissimi pariter, & ditissimi coacti fuerint pro ingenti pecuniarum summa foro cedere, meritò non potest D. Faustina prætendere præfatas usuras, tanquam sibi debitas ex quæstu cum dictis pecuniis reportato, & ubi jactura est adeo manifesta, frustra afferuntur probationes conjecturam per testes; asserentes ab anno 1618. usque in præsens mercatores, qui exercuerunt cambia, maxima reportasse lucra, † præsumptio enim cedit veritati *l. fin. in prin. ff. quod* 55 *metus caus. l. scriptura in fi. ff. de Jure dotium* Aret. *cons.* 38. *col.* 2. *ver.* 2. *respondetur* Greg. XV. *dec.* 416. *n.* 6.

Quibus sic stantibus, non refragantur ea, quæ supra in contrarium adduxi, imò ex eorum solutione luculentius veritas eluceseet.

Primum enim, quod in suis terminis verissimum est, non applicatur casui nostro, in quo D. Faustina usuras exigit à dd. Spinulis ex negotiatione inita cum priori, & antiqua societate, quam idem communem habebant cum D. Stephano Pallavicino, non autem ex novatione facta cum posteriore societate DD. Spinulorum, quam novationem nec potuisse voluisse facere, sed semper continuasse negocium cum priori societate cœptum, eadem D. Faustina expresè allegavit; ita ut non possit ex eodem ore amarum, & dulce euomere, † nec 56 contraria in judicio allegare text. *in l.* 1. *C. de furt. c. sollicitudinem de appell.* Decian. cum relat. *cons.* 248. *col.* 1. *& in l. ubi repugnantia n.* 1. *de regul. Jur.* Asin. *in Praxi de ordin. Jud. §.* 31. *c.* 28. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 41. *n.* 2.

Solutio itaque usurarum facta fuit à priori societate, & judicanda venit, tamquam negotium ad illam spectans, D. Stephani Pallavicini obitu non obstante.

Quamvis enim per mortem unius ex sociis societas dissol- 57 uatur, ita ut nova negotia inchoari nequeant, ea tamen, quæ prius erant cæpta, utique sunt explicanda, ut disponit textus expressus *in leg. nam & servius* 22. *§. si vivo ff. de negot. gest. l. hæres socii* ubi Bald. *l. actione §. mortuo ff. pro socio* Ruinus *consil.* 216. *nu.* 1. *lib.* 1. Dec. *consil.* 15. *num.* 11. *lib.* 2. Card. Mantic. *de tacit. & ambiguis. lib.* 6. *tit.* 24. *nu.* 31. Gratian. *lib.* 2. *discept. Forens. c.* 276. *num.* 41. *& in c.* 71. *num.* 14. *lib.* 1. ubi citat Rotam *in Anconitana pecuniaria* 23. *Maii* 1587. *coram Cardin. Pamphilio*.

Etiam † si negotium fuisset cæptum per diem ante mortem 58 unius ex sociis Bald. *cons.* 86. *n.* 3. *lib.* 2. Gratian. *lib.* 3. *discept. c.* 424. *in fine*.

Et consequenter cum, ut supra deduxi, omne id, quod solutum fuit, extenuet sortem; utique possunt hæredes D. 59 Stephani correi debendi directa actione pro socio petere, ac etiam per viam compensationis excipere, utpote qui per d. solutionem remanent liberati *leg.* 2. *& leg.* 3. *§.* 1. *ff. de duobus reis* Bar. *in l. ex duobus* 16. *num.* 3. *eod. tit.* & est bonus textus *in l. si duo rei promittendi iuncta* glos. & ibi Odoffred. *eod. tit.* ubi quod actio competens uni ex sociis, si sunt correi, competit & alteri, & uterque compensare potest ad idem textus *in leg. lex. falcidia* 62. ubi Bar. *ff. ad leg. falc. & in leg. si duo ff. de recept. arb.* quibus addo egregium textum inducendo illum à fortiori *in l. quis decedens §. nunc de effectu ff. de liberat. legat.* ubi I. C. rationem reddens inquit, *alioquin dum à correo meo petitur, ego inquietor*.

Et hinc cessat, quod addebatur, non posse istos hæredes ratificare quod eorum nomine gestum non est, quia revera nomine prioris societatis, natum hoc negotium fuit explicatum. † Præterquam quod prædicta regula, non sibi locum 60 vendicat, quando, ut in casu nostro, ipsi ratificanti non potest alia via esse consultum, tunc enim in subsidium potest quis ratum habere, quod non suo nomine gestum fuit si in actu illo habet interesse glos. communiter recepta *in l. si mater C. de rei vend. & in l. eum servum ff. si cert. petat.* Dinus *in regula Ratum n.* 12. *de reg. iuris in* 6. Ruin. attestans de communi opinione *in cons.* 57. *n.* 5. *vol.* 5. † Provt nec procedit, quando 61 in veritate negocium spectat ad ratificantem, attenditur enim veritas Hier. Gabr. *cons.* 5. *nu.* 39. *l.* 1. Quæ tamen dicta sint ex abundanti. Minus terret, quod dicebatur omnes actiones transisse in creditorum deputatos. Nam præterquam quod illi non sunt in causa, in omnem eventum repræsentant personas DD. Spinulorum habentium pro indiviso cum dd. hæredi-

bus

bus jus repetendi, seu compensandi malem solutum ex priori
62 societate, † ac propterea cum versemur in duobus correis, uterq; eorum in solidum agere potest & locus est prœventioni tex. est *in l. si rem §. si duo ff. de novat.* latè Ronchegall. *in leg. ex duobus reis stipulandi num.* 10. *& infra de duobus reis.*

Non pariter obstat, quod dicebatur, dictam partitam giratam à D. Faustina recipere interpretationem à communi usu loquendi, ac proinde intelligendam esse, non de cambio formali, sed de contractu ad negotiandum super cambiis; Ut enim supra dicebam hujusmodi communis usus loquendi seu intelligendi non fuit sufficienter probatus, nec
63 mirum, † quia est difficilis probationis Io. de Anan. *in cap.* 1. *colum.* 7. *de sagit.* Rocc. de Curt. *in tract. de consuet. nu.* 625. *ver. septimo*, Picus *in repet. l. titia §. titia cum nuberet nu.* 21.
64 *ad fin. de legat.* 2. † Et inter cætera testes de tribus deponere debebant, primo quod à decem annis citra, & per ipsum tempus talis communis usus loquendi fuerit in eadem civitate Bar. *in l. labeo n.* 6. *ff. de suppell. legat.* Rocch. de Cur. *in tract. de consuetud. in* 7. *quæst. princ. num.* 627. Alex. *cons.* 131. *num.* 4. *vol.* 7. Card. Mantic. *de coniect. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 8. *sub nu.* 8. Mascard. *de probat. volum.* 1. *concl.* 329. *num.* 4. Alderan. Mascard. cum per eum relatis *de interp. stat. concluf.* 3. *num.* 59. Secundò se ita audiviſſe ab omnibus loquentibus, vel tractantibus de ipsa re, circa quam allegatur communis usus loquendi, vel intelligendi, ita Mantic. ubi supra colligit ex Bart. loco citato, & ex aliis authoritatibus ab eo allatis; maximè cum agamus de facto quotidiano, quamvis si raro contingeret, sufficeret dicere, quod ita audiverunt dicere ab aliquibus, quod notatu dignum censuerunt. Aretin. *in cons.* 73. *in fi.* Dec. *cons.* 11. *num.* 12. Menoch. *de arb. iudic. centur.* 5. *caſ.* 488. *num.* 4. Mascar. *d. concl.* 329. *nu.* 12. Tertiò talem communem usum adfuisse tempore factæ dispositionis, & sic per prius fuisse introductum, ut benè probat Fulgos. *in cons.* 165. *col. pen.* Dec. *in cap. in præsentia numer.* 90. *de probat.* Matthesila. *sing.* 202. & latè tradit Soc. sen. *in l. gallus §. si eius num.* 6. *ff. de lib. & posthum.* ubi transcripsit *consilium Cumani* ita consulentis Mant. *d. tit.* 8. *n.* 8. *sub ver. porrò neceſſe* Mascard. *d. concl.* 329. *nu.* 8. Honded. *cons.* 5. *nu.* 58. *lib.* 2. Becc. *cons.* 1. *n.* 30. *&* 31. Giovagnon. cum per eum relatis *in cons.* 21. *n.* 51. *lib.* 1.

Hæc autem omnia in casu nostro deficiunt, ut percurrendo dicta testium, liquet; nam ex primo loco examinatis primus & tertius testis loquuntur per verbum præsens, *non s'intendono dati à cambio, &c.* & in ratione dicti, *sono molti anni, che mi vi sono essercitato, &c.* subdentes simpliciter se vidisse aliquos contractus sic celebratos. Secundus verò testis loquitur per verba præteriti imperfecti, *si davano, &c.* Ex testibus autem ultimo loco examinatis primus, & septimus loquuntur per verba temporis præsentis, & nil aliud addunt. Sextus nihil dicit. Cæteri deponunt pariter per verba temporis præsentis, licet addunt, *così si è osservato, & si osserva.* Itaque super articulo concernente communem usum loquendi, neque deponunt, ita communiter dici audiviſſe, neque à decem annis citra, neque percutiunt tempus celebrati contractus, videlicet annum 1618. & sic deficiunt in salutaribus.
65 Quin † etiam cum testes DD. Pallavicinorum super interrogatoriis D. Faustinæ interrogati de hujusmodi prætenso communi usu loquendi respondeant, nullam de eo habere notitiam, certè excluditur illius probatio non enim præsumendum est, quod illi, qui omnes ejusdem sunt professionis, talem communem usum ignorarent, provt ex eadem ratione dicimus de fama. Aymon. *cons.* 57. *num.* 9. *in fi.* Horat. *luc. inter conſ. crimin. diverſ. conſ.* 161. *num.* 3. *lib.* 1. Bursat. *consil.* 219. *nu.* 79. *lib.* 2. Surd. qui benè exornat *cons.* 151. *nu.* 79. *vol.* 2. Rota *in Tuller. matrimonii coram Penia impreſſa poſt conſil. Farinac.* 80. *n.* 56. *vol.* 1.

Præterea testes D. Faustinæ loquuntur de illis contractibus, super quibus formatur apodixia, in qua dicunt apponi consueviſſe quædam pacta, & signanter, ut pecuniarium periculum spectet ad campsorem, quod fructus certam summam excedere nequeant, quæ etiam minuatur, si minus respondeant, quod negotientur super cambiis licitis ad præscriptum *Constitutionis Pii V.* & quod vocantur *Polize all'anno*, provt latius per testes, & sic deponant extra casum nostrum; licet autem quidam ex eis subdant, quod quandoque non conficitur apodixia, non tamen dicunt, illa non confecta, commuem usum loquendi esse ut intelligantur pecuniæ datæ ad negotiandum.

Denique ex abundanti respondeo, quod talis usus, etiam
66 si probatus fuisset forte non suffragaretur; † tunc enim ex communi usu loquendi, vel ex alia conjectura, interpretanda est contrahentium, vel disponentium voluntas, quando series contractus, & pacta in eo apposita conveniunt potius vulgari intelligentiæ, quam partium denominationi, & ita, si benè advertantur loquuntur Doctores supra relati, *nu.* 10. *& seqq.* At quando verba contrahentium per se sunt clara, nec ex pactis argui potest diversam fuisse ipsius contractus substantiam, utique à verborum proprietate nullatenus est recedendum *l.* 2. *§. ult. ff. ad Senat. Conſult. Tert.* & firmat Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 105. *num.* 1. *& seq.* ad quod præter eum adduco tex. in *c. de muliere cum gloſ. extra de ſponſat.* Rota *dec.* 361. *n.* 6. *par.* 4. *diver.* & latè dixi supra *n.* 26. *& seqq.* † Sunt enim verba earum quæ sunt in animo 67
passionum notæ, ut post Philosophum tradit I. C. *in l. labeo de ſuppell. lega.* ex communi scribentium suffragia firmat Curt. jun. *in conſ.* 169. *nu.* 1. *& seq.* latè Cæphal. *conſ.* 45. *n.* 16. *& conſ.* 46. *n.* 17. *& infra*, & sunt expressiva intrinsecæ voluntatis *d. l. labeo §. idem tubero. c. humanæ* 15. *p.* 2. *c.* 2. *requiris de appell.* Soc. *conſ.* 11. *col.* 3. *lib.* 1. Neviz. *conſ.* 47. *nu.* 33.

Et † quando verba sunt expressa, non est locus conjectu- 68
ris ad eliciendam mentem contractus, juxta illud vulgatum axioma, cum in verbis nulla est ambiguitas, non admittitur quæstio voluntatis *l. ille, aut ille §. cum in verbis de legat.* 3. *leg. continuus §. cum ita de verb. obl.* nisi certissimis argumentis constet de contraria mente contrahentium Seraphin. *dec.* 689. *nu.* 2.

Tunc † autem verba dicuntur clara, quando intellectus 69
non laborat in intelligendo Bald. *in auth. hoc inter liberos in princ. de teſtam.* Socc. jun. *conſ.* 122. *numer.* 23. *vol.* 1. Card. Mant. *de coniect. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 6. *&* 7. Cum itaque in hac facti specie verba sint clara *à cambio all'anno, ò sia per quattro fiere*, † profecto omittere hanc certitudi- 70
nem verborum significantem formale cambium, & quærere conjecturas esset imbecillitas intellectus, ut per Mantic. loco cit. post Bald. *in l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* & cum propriè sonent in cambium, nec constet aliunde de contraria voluntate, non est ab illis recedendum ut tradit Dec. *in conſ.* 423. *num.* 1. *& seq.* Rolan. *conſ.* 34. *num.* 12. *& seq. lib.* 4. Rota *deciſ.* 304. *ſub num.* 10. *par.* 2. *recent.* † Cum- 71
que eadem denominatio sit clarissima, & sensus ex adverso prætensus, non sit clarus, intentio non clara potius ex apertis partitæ verbis, quam verba clara ex obscura mente, & præsumpto intellectu interpretationem recipit Rota *dec.* 315. *ſub n.* 20. *ver. quia cum par.* 2. *diverſ.*

Quin † etiam ubi contractus duplicem haberet figuram, 72
adhuc tamen intelligendus esset secundum nomen à contrahentibus impositum nisi repugnet substantia Bar. *in l. cotem §. qui maximus num.* 11. *de Public.* Aretin. *conſ.* 55. *in fi.* Card. Mantic. *de tacit. & ambiguit. convent. lib.* 22. *tit.* 8. *nu.* 3. *in fi.* Maresc. *lib.* 2. *variar. reſt. cap.* 76. *num.* 19. Hier. Gabr. *conſ.* 84. *num.* 2. *vol.* 2. Unde aut verba partitæ giratæ per dictam Faustinam habent duntaxat figuram cambii, quam exprimunt *à cambio*, & tunc non est à verbis claris recedendum, aut verò possent habere duplicem figuram, & significare etiam alium contractum, nempe societatis vel negotiationis & neque hoc casu recedendum est à figura, & nomine cambii, quod in ejus facie gestat per supradicta, maximè ne aperiatur via fraudibus, & palliationibus, † quibus Judi- 73
ces non debent esse propitii Afflict. *dec.* 22. *ſub n.* 4.

Præterquam quod in casu nostro effectus etiam subsequutus stat pro ista parte; frustra enim prætendit D. Faustina se contraxisse juxta tenorem apodixiarum ab ea in actis productarum, in quibus limitatur interesse certum, & determinatutu, ad rationem quinque vel sex pro singulis centenario, & anno, & cum constet ipsam exegisse difformi ter, modo ad rationem quinque, modo ad rationem quinque cum dimidio, & modo ad rationem octo pro centenario; † est 74
autem de natura cambii propriè sumpti, ut non det lucrum uniforme, sed modo plus modo minus Seraph. *dec* 946. *nu.* 4. Rota *deciſ.* 315. *ſub num.* 6. *par.* 2. *diverſ. & deciſ.* 331. *num.* 2. *par.* 1. *in recen. & in d. Barchinonen. cambiorum* 26. *Junii* 1606. *coram Penia.*

Per † quam observantiam subsequutam omnia ambigua, 75
si adessent, deciduntur Ant. de Butr. *in cap. cum veniſſent nu.* 2. *de Inſtitut.* Natt. *conſ.* 406. *nu.* 28. Becc. *conſ.* 181. *n.* 49. Magon. *dec. Lucenſ.* 49. *in fin.* Steph. Gratian. *to.* 5. *diſceptat. Forenſ. c.* 825. *num.* 16. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 5. Seraphin. *dec.* 600. *n.* 3. Gregor. XV. *dec.* 502. *nu.* 10.
† Et per posterius factum declaratur, prius actum idem 76
Greg. XV. *dec.* 511. *ſub n.* 8.

Ne-

Neque faceſſit negotium, quod prætenditur conſueviſſe mulieres girare partitas hoc eodem modo, & quandoque omittere apochæ confectionem, & nihilominus cenſeri giratas ad negotiandum ſuper cambiis, quia præterquam quod
77 non probatur † hanc conſuetudinem obtentam fuiſſe in contradictorio judicio cum debitis requiſitis, ut in ſimili materia advertit Rota *deciſ.* 336. *ſub nu.* 6. *in fi. par.* 4. *diverſ.* & præter id etiam quod teſtes D. Fauſtinę fatentur regulariter fieri conſueviſſe apodixias, & rarò omitti, & ſic potius conſuetudo eſt in contrarium, de qua teſtatur etiam Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 2. *amplia* 9. *ſub num.* 3. Rurſus ultra quod non conſtat hos actus fuiſſe factos ad conſuetudi-
78 nem inducendam; † Reſpondeo, ex hujuſmodi actibus difformibus non potuiſſe induci conſuetudinem Aym. *conſil.* 46. *nu.* 5. Rota *dec.* 336. *nu.* 7. *par.* 4. *diverſ.* neque uſum Bar. *in l.* 2. *ff. ſol. matrim.* Giovagnon. *conſ.* 63. *nu.* 113. *lib.* 10. Rota *dec.*
79 4. *nu.* 2. *par.* 4. *diverſ.* & ibi *num. ſeq.* ſubdit quod † ubi uſus populi varius eſt, tunc attendendum eſt jus commune *leg. nemo alieno* §. *temporalia ff. de reg. iur.* Alexan. *conſ.* 1. & *conſil.* 127. *l.* 1. Dec. *conſ.* 8. *num.* 4. *ver.* 2. Mynſing. *ſingul. obſerv. cenſur.* 6. *obſer.* 42.

80 Prętерea † uſus mulierum non inducit conſuetudinem, cum poteſtatem non habeant legis condendę Abb. *conſ.* 53. *nu.* 1. *par.* 2. & *in c. cum tanto n.* 8. ubi Apoſtill. *alias refert extra de conſuet.*

81 Nec † etiam virorum laicorum in hac uſurarum materia ob eandem rationem, quia ſcilicet ſuper illis ſtatuere nequeun t Bald. *in auth. ad hæc ſub num.* 2. *C. de uſur.* ubi alios, quos refert, tradit Becc. *conſ.* 213. *n.* 81. & *ſeq. lib.* 2. Rota *in urbevetana cenſus* 6. *Iunii* 1594. *coram Gypſio*.

Et quod in materia uſuræ nulla ſuffragetur conſuetudo, eſt text. *in cap. quia in omnibus extra de uſur.* & tradunt Bald. *in auth. ad hæc num.* 2. *C. eod.* Boer. *conſ.* 167. *in princ. lib.* 1. Card. Mantic. *de tacit. & ambiguis lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 8. Rota *deciſ.* 336. *num.* 8. & *dec.* 338. *num.* 2. *par.* 4. *diverſ.* & *in Vrbevetana cenſus* 6. *Iunii* 1504. *coram Gypſio*, ubi dicitur eſſe potius corruptelam, & *latius in Rom. ſocietatis* 2. *Iun.* 1570. *cor. Card. Lancellotto*.

82 Et † quamvis ea excuſet à pœna, non tamen validat contractum Iaſ. *in conſ.* 153. *col.* 4. *ver.* 7. *facit lib.* 4. Cravett. *conſ.* 145. *nu.* 12. Urſill. ad Afflict. *dec.* 22. *n.* 1. Becc. *conſ.* 213. *n.* 8. *lib.* 2. ubi exornat.

Præſertim in caſu noſtro, in quo contractus iſte nullatenus ab uſura ſalvari poteſt, niſi in apodixia deſuper confecta adſint verba realitatem cambiorum denotantia, ut deducitur ex Rota *in dec.* 304. *nu.* 2. & 3. *par.* 2. *in recent.*

Aliud obiectum deſumptum ex eo, quod mulier ſibi in ſorte principali præjudicare nequiverit, facili negotio ſubvertitur; Nam † præterquam quod regulare eſt, quod ignorantia
83 juris excuſet mulierem duntaxat à damno vitando, ut per Rotam Genuen. *cum relat. dec.* 31. *ſub nu.* 11. *ver. reſpondetur*, non autem ubi agitur de lucro captando *leg. ſi emancipata C. de Iur. & fact. ignor.* & ibi DD.

84 Reſpondeo † magis in individuo, in materia uſuræ, quę peccatum concernit, ſimplicitatem ſexus non excuſare mulierem à fructuum malè receptorum reſtitutione, tametſi excuſet à pœna, ut advertit Lupus *in tract. de uſur. comment.* 2. §. 2. *nu.* 3. ubi refert ſic vidiſſe judicari ab excellenti N. idem tradit Ugolin. *in tract. de uſur. c.* 25. §. 1.

85 Et † quod licet fructus fuerint mulieri ſponte ſoluti, & ab ea bona fide recepti ex contractu fœneratitio veniant in ſortem computandi pulchrè decidit Card. Seraph. arguens ad partes *in dec.* 106. *per totam*, quæ ſufficit pro hujus motivi reſolutione, & ibi inter cætera adducitur ratio, quia nempe mulier in materia uſuraria non excuſatur in loco, in quo
86 aderat facultas conſulendi peritiores, ut per Abb. *in c. ſalubriter num.* 4. *& ibi cæteri DD. de uſur.* † Nec bona fides quicquam operatur, cum ipſo jura fructus extenuent ſortem, ut habetur *in c. cum contra de pignor. & in l.* 1. & 2. *C. de pignor.* Vivi. cum per eum congeſtis, *dec.* 373. *n.* 1. & 2. Surd. *conſ.* 194. *nu.* 1. *cum ſeqq. & conſ.* 327. *nu.* 20. Gratianus *diſcept. Forenſ. c.* 14. *nu.* 10. *cum ſeqq.*

87 Uſura † enim utpote naturaliter, & civiliter indebita etiam per juris errorem ſoluta vel accepta repeti poteſt ad plenè *not. in l.* 1. *de cond. indeb. & in l. cum quis Cod. de iur. & fact. ignor.* tradit in puncto Becc. *conſil.* 213. *numer.* 22. *lib.* 2. Et
88 † exactum ex indebita cauſa, debet in cauſam ſortis imputari *l. creditor.* §. *ult. de ſolut. leg. eleganter* §. *ſi poſt de cond. indeb.* Roman. *conſ.* 238. *num.* 1. Calderin. *conſ.* 4. *ad fi. de uſur.*

Etiam ſi quis juraſſet non repetere *cap. ad noſtra* 20. ubi gloſ. & DD. *de iureiur.* Roman. *conſ.* 466. *in fi.* ubi quod taliter juranti duplici remedio ſuccurritur. Tiraquell. cum relatis *de Retract. tit.* 2. *ad fi. nu.* 151.

Et etiam ſi uſuræ ſolutæ fuerint ſponte ab eo, qui ſciebat illas indebitas eſſe Bar. *in leg. ſi non ſortem* §. *ſi quis falſo ff. de cond. indeb.* Iaſ. *in l.* 1. *ſub num.* 12. *limit.* 5. *eod. tit.* Dec. *in l. cum per errorem numer.* 4. *de reg. iur.* & ante eos Roman. *cum relat. conſ.* 466. *num.* 1. Rota *deciſ.* 309. *num.* 1. *par.* 4. *diverſ. & in Vrbevetana nullitatis cenſus* 29. *Maii* 1595. *cor. Gypſio*; & *dec.* 291. *n.* 6. & 307. *n.* 5. & 772. *n.* 4. *iuncto n.* 2. *par.* 4. *diverſ.*

Unde extranea eſt indagatio an obſtante ſtatuto Genuæ D. Fauſtina ſortem potuerit extenuare, † ſi quidem in materia uſurarum, quæ de jure civili permittuntur non attenditur 89
ſtatutum civile ſed jus canonicum, ut habetur in *capitul. debitores de Iureiur. & in capitul. conſtitutus ubi gloſſ. de fideiuſſ.* Roderiq. *de annuis reddit. lib.* 3. *qu.* 4. *ſub n.* 30. Rota *in Romana Prætii Palatii* 15. *Ianu.* 1597. *cor. Iuſto.* Alias remaneret mulieribus aperta fœnerandi via, & ſic magis eſt tollerandum, ut fiat ſtatuto fraus, quam *conſtitutioni Pii V.* animarumq; ſaluti.

Ultimum quoque facilè corruit, quia cum exactio ſemper D. Fauſtina facta fuerit ſub nomine cambii, & recambii, & ſic illicitè, ex ſupradictis, utique non poteſt dictas uſuras modo ſub nomine intereſſe retinere; † quia rei ad 90
aliquem cum vitio perventæ nulla datur retentio Bal. *in l. cum vitioſè ff. de pignor. & in l. prætextu C. commodat.* Surd. *conſil.* 4. *num.* 40. *lib.* 1. Gratian. *tom.* 2. *diſcept. Forenſ.* 296. *num.* 16. etiam ſi in actis conſtaret de intentione contrahentium, quod ſcilicet ſi ſciviſſent hunc contractum illicitum, non illum ſed alium celebraſſent, ſecundum veriorem opinionem, quam defendunt Molina *de Iuſt. & iur. tract.* 5. *diſput.* 71. *numer.* 11. Leſs. *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 12. Bonac. *tom. de reſtit. diſp.* 3. *qu.* 3. *punct.* 15. *nu.* 9. & *alii recentiores*, ex quibus apparet contrariam opinionem verificari, quando contrahentes expreſserunt velle contractum omni meliori modo valere. Ultra quod non fuit hujuſmodi intereſſe in
hac cauſa petitum, neque juſtificatum, † nec poteſt Iudex ſu- 91
per alio, quam ſuper petitis judicare *leg. ut fundus ff. comm. divid. l. fi. in fi. C. de fideiuſſ. libera leg. quod tamen in fi. & l. non diſtinguemus* §. *tunc ff. de arb.* & in terminis obſervat Rota Genuenſ. *dec.* 37. *ſub num.* 11.

Debet igitur D. Fauſtina conſcientiam exonerare, & uſuras quas fortaſſe bona fide, & ſimplici intentione, ut credendum eſt recepit (ex quo hodie detectæ ſunt) reſtituere, ac poſtinde illas ſub nomine intereſſe repetere, non enim novum eſt in jure contractum etiam bona fide, & animo non committendi uſuram confectum, tamquam uſurarium redargui poſſe, quia ubi deficit intentio, ſed adeſt pactum, 92
non eſt quidem uſura mentalis quo ad Deum, ſed formalis quo ad judicium Eccleſiæ ut per Silveſt. *in Summ. ver. uſura il* 1. *num.* 1. Menoch. *in conſ.* 441. *num.* 5. *lib.* 5. & ita ex prædictis omnibus ſimul junctis, & ex aliis, quæ ad prolixitatem vitandam, omitto, pronunciavi; & ſententia tranſivit in judicatum.

ARGUMENTUM.

Punitus vel abſolutus à Judice eccleſiaſtico, an, & quando poſſit à laico judice moleſtari in delictis mixti fori.

Punitus vel abſolutus à judice laico an poſſit ab eccleſiaſtico pœnis ſpiritualibus plecti.

SUMMARIUM.

1 *IUdex per viam inquiſitionis procedens an condemnet de iure Can. in pœnam ordinariam.*
2 *Fiſcalis promotor ſucceſſit loco accuſatoris.*
3 *Punitus ab Eccleſ. pœna medicandi poteſt iterum à laico puniri in delictis mixti fori.*
4 *Punitus ab Eccleſ. in cauſis ſanguinis, iterum à laico puniri poteſt in delictis mixti fori.*
5 *Iudex laicus præventus non poteſt iterum punire, quem temporaliter Eccleſ. Iudex punivit.*
6 *Punitus ab Eccleſiaſtico pœna à canonibus impoſita non punitur iterum à ſeculari pœna legum graviori.*
7 *Pœnis diverſis per diverſas leges impoſitis, una exacta non poteſt alia exigi.*
8 *Statutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam, non tenet.*

9 *Pœnæ duæ ſi tendunt ambæ ad vindictam exactæ minori, tollitur altera.*

10 *Abſolutus ab Eccleſiaſtico in cauſa mixti fori an, & quando poſſit à Iudice laico moleſtari.*

11 *Præventionem contumax non allegat. ſed contra eum uterque forus procedit.*

12 *Iudex laicus an moleſtare valeat eum, cui Epiſcopus fecit gratiam vel remiſſionem.*

13 *Epiſcopus non procedit contra ſacrilegium ſi fuit à Iudice laico præventus.*

14 *Epiſcopus præventus in cauſis mixti fori, præcedere poteſt ad pœnas ſpirituales, & n. ſeq.*

15 *Excommunicatio an ſit maior pœna, quæ irrogari poſſit, & nu. ſeq.*

16 *Excommunicatus tranſit de familia Dei in familia Diaboli.*

17 *Percutiens alium in Eccleſia an incidat in excommunicationem.*

18 *Forus foro accumulatur contra ſacrilegos.*

19 *Pœna canonica ſi eſt omnino ſeparata à pœna civili, punitus per unum Iudicem, poteſt & per alterum puniri.*

20 *Abſolutus à Iudice laico, poteſt excommunicari ab Eccleſiaſtico.*

21 *Sententia lata in curia Eccleſiaſtica an, & quando parias exceptionem rei iudicatæ in Curia ſeculari, & quid è contra.*

22 *Sententiæ utriuſque fori ſi ſunt diverſæ, vel contrariæ, nullum inde oritur inconveniens.*

DECISIO XCII.

EX duobus laicis, qui Clericum in rixa vulneraverant, alter in fortiis curiæ ſecularis venit, alter à meis ſatellitibus comprehenſus fuit, quem ego pœnis temporalibus multavi, & una cum ſocio in excommunicationem incidiſſe declaravi, quare judex laicus eumdem jam à me detentum, & per ſententiam expeditum, carceribus mancipari fecit, affirmans illum iterum poſſe punire; tum ob juris communis diſpoſitionem, tum etiam meo ductus exemplo qui reum abs ſe punitum, cenſuris multaveram. Quamobrem de duobus dubitari contingit. Alterum an judex ſecularis in delictis mixti fori poſſit iterum punire quem eccleſiaſticus temporaliter punivit, vel abſolvit. Alterum autem an judex eccleſiaſticus plectere poſſit ſaltem ſpiritualibus pœnis eum, quem judex ſecularis temporali pœna multavit ad materiam vide latè Barboſ. *in remiſſ. ad capitul. cum ſit generale num.* 38. & *ſeqq.* & ibi Felyn. *num.* 21. *de foro competent.* & Carenam *de off. Sanct. Inquiſ. par.* 2. *tit.* 7. *num.* 14. & *ſeqq.*

Quoad primum articulum Doctores antiqui diſtinguebant inter caſum, quo Eccleſiaſticus per viam inquiſitionis, 1
& caſum, quo ad partis quærelam proceſſerat, † & in priori quidem caſu reſpondebant Iudicem ſecularem poſſe iterum procedere: quia de jure canonico Iudex per viam inquiſitionis procedens non poteſt in pœnam ordinariam, ſed dumtaxat in extraordinariam condemnare, juxta theoricam à ſcribentibus traditam in *cap. qualiter, & quando extra de accuſat.* ac propterea reus tanquam non competenti pœna condemnatus, poterat iterum de eodem crimine accuſari, ſecus autem ſi ad quærelam partis, ut per Butrium Abb. Felyn. & alios commu. in *cap. de his ext. de accuſat.* Cæterum hiſce temporibus inutilis remanet hujuſmodi diſtinctio, cum in praxi Iudex Eccleſiaſticus ad pœnas ordi- 2
narias, etiam per viam inquiſitionis procedere ſoleat, † præſertim quod jam frequentiſſimum ſit, quæcumque crimina tractari inſtante promotore fiſcali, qui loco accuſatoris ſucceſſit ut benè ad rem conſiderat Foller. *in prax. crim. canon. cap.* 35. *num.* 21. quem refert, & ſequitur Farin. *de inquiſ. qu.* 4. *ſub num.* 3. & ita re vera ſe habet univerſalis praxis. Omiſſa itaque præfata diſtinctione, longiorique hujus cauſæ diſpoſitione, miſſis quoque quibuſdam ſcribentibus extrema petentibus, ſcilicet quorum aliqui affirmativam, aliqui verò negativam ſententiam indiſtinctè ſectantur. Vera & comm. eſt reſolutio, ut in duobus dumtaxat caſibus punitus à Iudice Eccleſiaſtico poſſit iterum à Iudice laico puniri, 3
† quorum prior eſt quoties impoſita fuiſſet aliqua pœna medicinalis, & potius ad animæ ſalutem, quam ad corporis afflictionem tex. eſt *in l. placet ver. ſi quis contravenerit*, & ibi comm. *DD. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Clar. *in §. fi. qu.* 17. *ver. ſed quæro in fin.* Gomeſ. *variar. reſol. to.* 3. *c.* 1. *ſub n.* 40. *in* 2. *concl.* Farin. *d. q.* 4. *num.* 8. & Scacc. *in tr. de Iud. li.* 1. *c.* 12. *n.* 91. *in princ.* quibus addo Franc. Aret. *in conſ.* 58. *n.* 8.

Poſterior eſt quando fuiſſet imponenda pœna, quæ ſub Ju- 4
dicis Eccleſiaſtici juriſdictionem non cadit, qualis eſt pœna ſanguinis, tunc enim reus dici non poteſt ſufficienter punitus. Vnde jure optimo iterum puniri poteſt, ne delictum graue mitiori pœna punitum, ferè impunitum remaneat, & hanc ſententiam tenet, articulum magiſtraliter diſputando Gomes *d. c.* 1. *ſub num.* 40. per tex. *in c. felicis* §. *hoc quoque de pœnis in* 6. quem plurimi ſequuntur allati à Decian. *in to.* 1. *tract. crim. lib.* 9. *c.* 45. & benè per Brunor. *à ſole in ſuis qu. legal. q.* 17. *n.* 53. *in princ.* Farinac. alios luculenter congerens *in d. q.* 4. *n.* 11. & Scacc. *d. c.* 12. *n.* 91. expedit enim Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita *l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aquil.* quam regulam in terminis noſtris, & ſic quando Judex Eccleſiaſt. non poteſt pœnam condecentem imponere, ſed mitiorem adducit Franc. Aretin. *in conſ.* 58. *n.* 10. & ita in praxi obſervatur *Sacræ Conſultæ* in terris Eccleſiæ.

Extra hos caſus, & ſic in criminibus, in quibus pœna ſan- 5
guinis irroganda non venit, & Iudex Eccleſiaſticus temporaliter reum condemnavit, non poteſt laicus præventus amplius ſe intromittere, ſed ſententia prædicta parit exceptionem rei iudicatę in alio foro, ne contingat quem bis de eodem delicto judicari, ut per Io. Andr. & Dom. *in c. felicis* §. *per hoc de pœnis in ſexto*, Aret. *in c. de his criminibus extra de accuſ.* quos refert, & ſequitur Covar. *li.* 2. *Variar. reſol. c.* 10. *ſub n.* 6. *ver.* 11. ubi inquit id in praxi eſſe admodum utile, quamvis Alciat. non ſat juſtè de hoc dubitaverit; idemque poſt alios tenet Farin. *d. q.* 3. *ſub nu.* 11. & Scacc. *de Iudic. d. li.* 1. *cap.* 12. *n.* 21. Et ſecundum hujuſmodi diſtinctionem intelligendi ſunt nonnulli *ſcribentes*, qui hac in re viſi ſunt generaliter, & indiſtinctè loqui & certè ſi Iudex laicus iterum cognoſcere, vel punire poſſet, materia præventionis inutilis remaneret, ac à ſubſelliis exularet, ad quod enim differere, an Iudex Eccleſiaſticus prævenerit; ad quid inveſtigare qualiter inducatur præventio, ſi eo præveniente in cauſa, in qua pœna ſanguinis irroganda non venit, Iudex laicus iterum procedere poſſet: ob quam quidem rationem ni fallor, omnis ceſſat amaritudo. eandem diſtinctionem approbavit etiam Suar. de Pal. *in pract. Eccleſiaſt. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 49. & *ſeqq.* ubi reſpondet ad text. *in c. felicis de pœn. in ſexto.*

Idque † adeo veritati conſentaneum eſt, ut eſto pœna ab 6
Eccleſiaſtico ſecundum juris Canonici diſpoſitionem impoſita, ſit minor illa, quæ potuiſſet imponi à ſeculari ſecundum leges civiles, adhuc tamen reus dicatur ſufficienter punitus, nec poſſit ulterius à laico Iudice moleſtari: ut poſt Ioan. Andr. & Gemin. *in d. c. Fœlicis* §. *per hoc de pœnis in ſexto*, & Abb. *in capit. tua de procur.* & alios tradit Farin. *d. qu.* 3. *ſub num.* 11. *in fin.* ubi rationem † adducit; quia quando per diverſas le- 7
ges diverſæ pœnæ imponuntur, vna exacta, & impoſita, non poteſt imponi alia ad text. in *l. prætor dixit* §. *ſi dicatur ff. de Iniur. & in leg. quod Senatus Conſultum* §. *planè ff. eo.* cum plenè cumulatis per Gomeſ. *to.* 3. *d. c.* 1. *n.* 39. ubi poſt Salyc. *in leg. qui ſupulchro n.* 8. *C. de ſepulc. viol. teſtatur de comm. opin.* hanc eamdem ſententiam tenuit Boſſius *in tract. crim. tit. de foro comp. num.* 88. & Scacc. *de Iud. lib.* 1. *c.* 12. *ſub numer.* 91. ubi aliam reddit rationem, quia hoc in caſu non excuſat defectus juriſdictionis, ſubdens quod niſi cum hac declaratione intelligerentur ea, quæ tradit Marant. *in ſuo ſpec. p.* 6. *de inquiſ. nu.* 97. non poſſet ſine correctione tranſiere. Ego pro eadem ſententia adduco etiam Cald. *in conſ.* 11. *ſub n.* 2. *de Iud. & foro compet.* ubi inquit Judicem ſecularem non poſſe ſe intromittere, non modo ſi Epiſcopus, qui proceſſit, ſufficienter punivit, ſed nec etiam ſi eſt paratus punire, & rurſus etiam ſi per ſtatutum laicale maior pœna imponeretur; quia cum reus puniendus ſit à Iudice idoneo, non intrat ſtatutum ſtante præventione. Et hæc quidem ſibi proculdubio locum vendicant, etiam ſi pœna arbitraria plectendus eſt reus; quamvis enim Iudici ſeculari videretur mitius quam par ſit punitus, non tamen iterum punire poterit, cum jam ab idoneo Judice fuerit condemnatus, & generaliter in his terminis in quibus præſupponimus pœnam ſanguinis non eſſe imponendam, & ſic Eccleſiaſticum eſſe Iudicem idoneum, quocunque modo reus fuerit ab eo punitus, non poteſt nec debet laicus ſub prætextu, quod non fuerit adhibita pœna ſufficiens, illum moleſtare, alias ipſe per indirectum fieret cognitor, & reviſor ſententiarum fori Eccleſiaſti-

siastici, quod quidem prorsus intollerabile esset, unde rectè dicebat Boss. *d.tit.de for.comp.n.89.* Aret. qui secus visus est sentire in *cons.58.vol.5.* loquii in casu, quo pœna imposita, esset absurda, & à lege reprobata, ut quando pro homicidio esset imposita pœna pecuniaria, secus si illa conveniens esset, dato quod minor esset: quinimò idem Aretin. *ibid. num.12.* stat pro sententia nostra, & dicit se de hoc habere decisiones claras, & apertas.

8 Quibus non refragatur theorica quæ habet, quod quando pœnæ utriusque juris sunt diversæ, & distinctæ, punitus ab Episcopo potest iterum à seculari puniri, & è converso, quia regula ista alio tendit, ut dicam infra *n.19.* At in nostris termi-
9 nis intrat alia diversa Theorica† ut nempe quando duæ pœnę tendunt ad vindictam, semper una imposita, quamvis minori, tollitur altera, nec debet reus puniri, in eo, quod est plus, dummodo utraque sit pœna ordinaria delicti text. *in l. prætor edixit* §. si dicatur *ff. de iniur. & in l. Senatus ff. de accus.* quas in terminis nostris citat Aretin. *d.cons.58. sub num.12.* ubi, & alias conclusiones adducit.

Et ex his resultat decisio casus nostri, ut propterea nullo pacto potuerit Iudex laicus in præventionis, ac ecclesiasticæ jurisdictionis præjudicium iterum carcerare laicum à me pro percussionibus clerico inflictis jam punitum, ac subinde justa fuerit inhibitio à me sibi transmissa.

10 Et † cum præfata distinctione transeunt Doctores etiam ubi reus fuit à Iudice Ecclesiastico absolutus, ut nempe si absoluatur in causa sanguinis, in qua ille ecclesiasticus non poterat condignam imponere pœnam, iterum Iudex secularis inquirere valeat; secus autem ubi Iudex ecclesiasticus potestatem habebat, condignam, & competentem infligere pœnam, si reus fuisset culpabilis; tunc enim absolutoria ab eo lata, parit exceptionem rei judicatæ in foro laico, ut per Farinac. *d.qu.3. sub n.21.* ubi refert Io. Andr. & Dom. *in d.c. fœlicis* §. *per hoc de pœn. in sexto*, Abb. *in c.tuæ de procur.* & Aret. *in c. de his criminibus, de accusat.* & secundum hanc distinctionem intelligendi sunt Anchar. *in regula, & quæ de reg. iur. in sexto, col.17. q.9.* & Gomes. *lib.3. Var.1.c.1. sub nu.30. circa fi.* Egregiè, & latè Franc. Aretin. *in cons.58. n.12.* ubi inquit hanc esse purificationem *glosæ in d.c. fœlicis*, & Bald. *in d.cons.* & Anchar. *ubi supra*, inter absolutum à Iudice ecclesiastico, & condemnatum ab eadem, ut pari passu ambulent, quam æquiparationem verissimam esse dicit, & necessariam, & ibi pluribus conclusionem supra firmatam comprobat, ut scilicet absolutus à Iudice ecclesiastico, non possit amplius à Iudice seculari inquiri: cum præsuppositio quod ecclesiasticus condigna pœna delictum punire potuerit, & secundum hanc distinctionem, ego non semel practicavi inhibendo Iudici seculari molestare volenti reos à me de delictis mixti fori, non tamen capitalibus, absolutos & ita intelligendi sunt Bald. & Soccin. relati ab Amad. à Ponte *in qu. Laudem. tit. quis fit Iudex sub n.46.* ubi quod in his casibus non potest alter Judex alteri inhibere, & ipse Amad. agit de absoluto à Nuncio Apostolico processato de copula cum Commatre habita, sicut versa vice, cum Genuæ anno 1633. prævenissem in captura cujusdam laici de homicidio in sacerdotem commisso inquisiti, & structo processu, illum ob probationum defectum ex hactenus deductis absoluissem, eo deinde ex mandato Rotæ criminalis capto. Advocatus ipsius instetit per me inhiberi Rotæ; ne in dicta causa in præjudicium meæ præventionis se ingereret; Ego vero petitam inhibitionem non facile concedebam, cum ageretur de delicto, in quo si ille fuisset repertus culpabilis, non potuisset per me condigna pœna multari: cum tamen idem Advocatus coram Rota de præfata præventione obiecisset, Rota acquievit, carceratumque dimisit.

Denique prædicta omnia intelligenda sunt quando alter ex
11 Iudicibus prævenit, in captura; † nam si reus fugam arripuit vel aliter est contumax, uterque præventionem allegare nequit, atque proinde uterque Iudex contra eum procedit, secularis quidem ad corporales pœnas, Ecclesiasticus verò ad spirituales, necnon & ad alias, quas imponere potest, ut post alios advertit Farinac. *in appendic. de Immun. Eccles. cap.56.n.236.*

12 Quod † si secuta sit gratia, vel remissio Episcopi, vel concordia cum delinquente, adhuc tamen Iudicem laicum posse illum punire firmat Vivius *in decis.497. nu.6.* ex auctoritate Bertacch. *in tract. de Episc. par.2. num.7.* quem commendat Card. Alban. *in addit.* ad Bar. *in leg. si cui* §. *cum sacrilegium ff. de accusat.* Cæterum advertendum est Bertacchin. moveri ex doctrina Bald. *in leg. si quis in hoc genus num.7. de Episc. & Cler.* qui loquitur non in Episcopo, sed in parte remittente,

Rursus non dicit Bertacch. reum posse puniri à laico pro illomet delicto, pro quo fuit ab Episcopo gratiatus, sed quod cum ex percussione facta in Ecclesia oriantur duo delicta, unum seculare nempe vulnerum, aliud mixti fori nempe sacrilegium, ut dixi in *dec.3. sub num.5. & seqq.* remissio Episcopi non impedit Judicem laicum, quo minus super delicto merè laico procedere valeat, & cum isto grano salis intelligenda est *d.decis. Vivii* ne quem incautum decipiat: Imò si pro delicto vulnerum non veniret imponenda pœna sanguinis, non deberet Judex laicus illum inquietare juxta ea, quæ dixi in *d. dec.3. sub n.8.*

Quo verò ad secundum articulum dicebatur me non potuisse declarare excommunicatum Clerici percussorem, à Judice laico condemnatum, quia Judice laico præveniente, tam quoad principale delictum, quam quo ad sacrilegium, Ecclesiasticus Judex non potest super sacrilegio procedere Gomes. *Variar. resolut. lib.3. cap.1. sub n.30. in fin.* Roland *à valle.* loquens in terminis de laico percutiente aliquem in Ecclesia *in cons.23. nu.13. & 14. volum.2. sequitur* Berett. *cons.68. num.9.* Carol. de Graff. *de eff. Cler. eff.1. sub n.29. vers. quod absq; ratione* Cabal. *lib.1. resol. crim. cas.193. sub nu.8. in fine.* Idemque nemine prædictorum citato, tenet Scacc. *de Iud. cap.12. nu.73.* ubi generaliter firmat conclusionem, ut punitus à Judice laico, regulariter non possit amplius puniri ab Ecclesiastico, & rationem reddit, quia semper præsumitur sufficienter punitus, & gravius, quam ab Ecclesiastico puniri potuisset propter severiorem jurisdictionem, quam exercet. Gomes. *d.c.1. nu.30. in fin.* ubi asserit ita colligi ex mente omnium Doctorum, sequitur Clar. *in §. fi. q.57. ver. sed quæro* Farin. *d.q.4. n.12.*

Cæterum † admittimus conclusionem præfatam, quoties 13
Judex Ecclesiasticus contra sacrilegium à laico punitum ad solas temporales pœnas procedere vellet, non tamen inde sequitur, ut etiam pœnis spiritualibus illum condemnare nequeat, ita tenet Afflict. *in dec.419. n.4. & seqq.* ubi postquam concluisset testem laicum falsum coram Judice Ecclesiastico deponentem potuisse tanquam de crimine mixti fori ab utroque Judice puniri Judicemque laicum prevenire valuisse; subdit fuisse dictum in consilio, quod adhuc curia D. Archiepiscopi poterat procedere ad pœnas spirituales, quia per pœnam falsi à laico infligenda, non tollitur alia imponenda ab Ecclesia, ut per eum, & ibi relatos. Eandem sententiam fatetur veram Osasch. *in dec. Pedemon.* 103. *in fin.* † ubi inquit Ec- 14
clesiasticum posse his in casibus procedere contra sacrilegos ad excommunicationem, aliasque spirituales pœnas, ut veniant, condignam pœnitentiam recepturi, subdens ita tenere Doctores in *c. cum sit de foro compet.* Alciat. *in capitulo pernicioſa num.17. de offic. ordin.* & Osaschum sequitur Baiar. ad Clar. *in §. fin. q.36. n.50.* & Bellett. *disquis. Cleric. tit. de favore Clericorum reali tit. ult. n.106.* Idemque tenet Antonin. *Variar. resol. lib.3. resol.38. nu.3.* & Sals. ad Diaz. *in pract. crim. can. c.77.* Caball. *resol. crim. c.200. nu.73.* Ratio autem hujus conclusionis, multiplex est, & prima quidem affertur ab Antonin. mox citato, ut nempe quoties Judex secundus procedit contra reum cum graviori qualitate; primus, qui prevenit, silere debet *l.2.* §. *fin. ff. de adult.* Farinac. *qu.7. n.65.* † Et 15
ideo cum Judex Ecclesiasticus inquirat super excommunicatione incursa, & excommunicatio sit major pœna, quæ possit irrogari, cum separet animam a gratia Dei, quæ est vita ipsius animæ *cap. nemo 11. quæst.3.* & ibi glos. Farinac. *qu.19. n.12. & 38.* Roman. *cons.369. n.14.* † qui inquit excommu- 16
nicatum transire de familia Dei in familiam Diaboli merito, &c. Hæc tamen ratio nec erat necessaria, nec concludens, & jam dubium ante tempora Ant. repudiata fuerat à Clar. *in §. fin. qu.57. sub nu.13. circa fin.* reo quod quamvis pœna excommunicationis secundum quid sit gravior omni pœna temporali; cum tamen tendat directè ad salutem animæ, & sic potius sit medicinalis, quam afflictiva, non est in hoc proposito connumeranda inter graves pœnas.

Secunda ratio affertur à Salsed. *d. cap.77. ver. diffinitionem in fine*, ubi inquit congruentissimum esse, ut non obstante temporali pœna contra sacrilegium imposita puniatur is etiam pœna spirituali, nempè excommunicationis, vel alia à Judice Ecclesiastico ad condignam criminis punitionem, ut resipiscat nec deinceps audeat rem sacram offendere, vel in sacro loco delinquere.

Tertia accedit ratio satis evidens, quæ fuit Aretin. *in dict. cons.58. n.8.* quod nempe in his terminis Judex Ecclesiasticus ad alium finem agere videtur, nec dicitur propriè eadem res deduci in utroque judicio. Adducebam quartam, & quidem ni fallor irrefragabilem, certum est enim sacrilegum præter

corporales pœnas, ut plurimum incurrere in excommunicationem à jure Canonico inflictam, ut de percutiente laicum
17 in Ecclesia habetur in *c. cum pro causa de sent. excom.* & dixi in *dec.* 5. *nu.* 11. sed ad hanc pœnam à nemine potest condemnari, nisi per sententiam declaratoriam Judicis Ecclesiastici, qui quo ad hoc nunquam à laico potest præveniri, sicut nec laicus ab ipso in pœna sanguinis, frustra igitur in his terminis allegatur Judicis laici præventio, vel rei judicatæ exceptio.
18 † Et hoc est quod Doctores communiter dicere consueverunt accumulari contra sacrilegos forum foro, ut per Abb. *in cap. cum sit num.* 15. *de foro compet.* Et hoc in effectu tenet Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 13. quem sequitur, Guazzin. *defens.* 1. *c.* 11. *sub nu.* 20. *in fine.* quatenus dicunt Judicem Ecclesiasticum, habere in hujusmodi delictis mixti fori jurisdictionem privativam, quo ad Judices laicos, sed non è contra laicos, quod ad Ecclesiasticos, qui etiam ad pœnas temporales procedere possunt, sic vice versa in hunc sensum saluantur Doctores tenentes in hujusmodi delictis, Judicem laicum procedere quo ad pœnas temporales, Ecclesiasticum verò quo ad spirituales, ut tetigi in *dec.* 3. *num.* 5. id enim benè procedit stante Judicis laici præventione.
19 Denique † ubi diversa est pro eodem delicto pœna canonica à civili, & omnino separata, tunc punitus per unum Judicem, potest etiam per alium puniri *cap. fœlicis* §. *per hoc* ubi Franch. & Joan. Andr. *de pœnit. in sexto*, Abb. *in c. tuæ nu.* 5. *de procur. & in cap. cum sit nu.* 1. & ibi Felyn. *nu.* 21. *de foro compet. & in cap.* 1. *nu.* 15. ubi etiam Alciat. *num.* 80. *& seqq. de offic. ord.* Bart. *in leg. placet nu.* 6. *&* 7 & ibi Bald. *nu.* 15. *Cod. de Sacros. Eccles.* Roman. *cons.* 385. Covar. *in cap. Rainutius in princ. nu.* 19. *de testam.* Marant. *in specul. p.* 6. *tit.* 12. Roland. *cons.* 12. *nu.* 17. *cum seq. volum.* 2. Ossaeh. *dec.* 103. *num.* 8. Farinacc. *quæst.* 4. *nu.* 7. *cum seqq.* quos in terminis nostris refert, & sequitur Bellett. *disq. Cler. tit. de favore clericorum reali* §. *fi. n.* 106. ubi propterea ad rem concludit, quod cum pœna censurarum sit prorsus diversa, & separata à pœnis juris civilis, quas Judex laicus imponere potest meritò sententia per illum lata non parit exceptionem rei judicatæ, quominus Ecclesiasticus hujusmodi spirituales pœnas valeat irrogare, & hoc in effectu intendit etiam Leo. *in Thesaur. for. Eccles. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 23. Et ex his ostendi me jure optimò declarasse præfatum Clerici percussorem incidisse in excommunicationem inflictam in *can. si quis suadente* 17. *qu.* 4. non obstante præventione Judicis laici, qui tandem acquievit, & ita sæpius practicavi, sic exigente temporum nostrorum calamitate, qua veneratio erga Ecclesias, aliaque res sacras magna ex parte collapsa est.
20 Nec † omittam eadem per omnia procedere, & quidem à fortiori ubi reus fuerit in foro laico absolutus; nihil enim obstat quo minus isto casu possit Judex Ecclesiasticus illum vel contumacem, vel convictum declarare excommunicatum, vel aliis Ecclesiasticis pœnis multare; ob easdem prorsus rationes, & quia cum hic agatur, an reus inciderit, nec ne in pœnam excommunicationis, utique Judex laicus est prorsus hujus quæstionis incapax, sicut versa vice si agitur de pœna sanguinis, absolutus ab Ecclesiastico potest coram laico molestari, ut supra dicebam. Et in hisce duobus casibus soluatur theorica Doctorum dicentium jurisdictionem Ecclesiasticam, & secularem esse prorsus separatas, & distinctas, ac proinde absolutionem in una latam; non parere in altera exceptionem rei judicatę, ut post alios tradit Arnal. Abb. *in tract. de agnoscend. assert. cathol. & hæret. q.* 15. *concl.* 6. per totam, & signanter *nu.* 56. *& seqq.* communemque profitetur Villalob. *in suis commun. opin. verb. condemnatus n.* 123. cum aliis plurimis quos refert, & sequitur Farinacc. *qu.* 4. *sub numer.* 7. propè finem.
22 Neque obstat ratio, † quam sæpè mihi Judices laici adduxere, futurum valdè absurdum, si à Judice laico absolutus, excommunicetur, vel condemnetur ab Ecclesiastico, & è contra, & sic inveniantur duæ sententiæ prorsus contrariæ, provt contingeret si Judex Ecclesiasticus præventus procederet ad censuras; quia semper respondi, & modo replico, id minimè fore inconveniens: cum facillimè detur casus, ut Judex condemnans meliores habeat probationes pluresque testes, quam alter qui absoluit, ac proinde utraque sententia valida sit, & justa, quamvis materialiter sint inter se pugnantes, ut in terminis nostris observat Afflict. *in dec.* 219. *in fine* ubi ad hoc adducit Bald. *in cap. fi. de re iudic. iunctis*, notatis per Ioan. Andr. *in cap. fœlicis* in novella de pœnis *in sexto*, cum concordantibus.

ARGUMENTUM.

Episcopus, ejusve Vicarius, an sit Judex competens in causa mensæ Episcopalis, quid in causa Ecclesiæ, quid in causa propria ipsius Episcopi. An, & quando possit, uterque, ut suspecti recusari. An, & quomodo, & ad quem effectum eligendi sint arbitri sive Iudex ordinarius, sive delegatus allegetur suspectus, & sive de jure Cæsareo, sive de Pontificio, & refelluntur Antonin. *Variar. resolut.* 48. *sub num.* 8. *lib.* 1. & Bellett. *disquis. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à statut. secul.* §. 1. *nu.* 36.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus in causa suæ Ecclesiæ non potest allegari suspectus.*
Contrarium est verius nu. 4.
2 *Suspicionis causam si Iudex novit manifestè frivolam, vel falsam, reiicere potest.*
3 *Episcopus in causa suæ Ecclesiæ potest esse Iudex.*
4 *Episcopus recusari potest in causa suæ Ecclesiæ.*
5 *Vicarius recusari potest, si Episcopus est suspectus.*
6 *Canonicus in causa sui Canonici recusari potest.*
7 *Suspectus, an, & quando allegari possit iudex, qui magis diligit unam, quam alteram partem.*
8 Antonin. resol. 48. sub numer. 8. lib. 1. & Bellet. disquis. Cleric. tit. de exempt. Clerici à statut. secul. §. 1. num. 36. *notantur.*
9 *Recusato coram Iudice durum, & periculosum est litigare.*
10 *Iudice ordinario recusato, an, & ad quem effectum eligantur arbitri de iure civili.*
11 *Iudice delegato recusato quid agendum de iure civili.*
12 *Delegato Summi Pontificis recusato, quid agendum, & quomodo eligendi arbitri.*
13 *Episcopo vel Vicario, vel alio ordinario recusato, quid agendum & an, & quomodo ad arbitrorum electionem procedendum.*
14 *Arbitri iuris qui dicantur.*
15 *Arbitris iuris intra terminum præfixum non arbitrantibus, an Iudex recusatus procedat.*
16 *Arbitris discordantibus quid agendum, & quomodo ad electionem tertii procedendum.*
17 *Iudex recusatus, an, & quomodo remittere, vel committere possit causam si nolit super causis suspicionis discuti.*
18 *Episcopi causa propria non cognoscitur in suo tribunali, sed eliguntur arbitri.*
19 *Episcopus, an in causa suæ mensæ Iudicem agere valeat.*
20 *Episcopi, causa propria, an dicatur mensæ Episcopalis causa,* & nu. 22.
21 *Vicarius Episcopi non potest esse Iudex in causa mensæ Episcopalis.*
Contrarium est verius 25. & 26.
22 Surd. cons. 50. lib. 1. *censuratur* & n. 26.
23 *Natura intendit generare, non corrumpere.*
24 *De mensa non dicuntur bona infeudari, vel in emphiteusim, concedi solita.*
25 *Vicarius in causa Episcopi non habet interesse ideo iudicare potest, nisi recusetur.*
26 *Vicarii iurisdictio non cessat, si Episcopus ratione proprii interesse non habet iurisdictionem.*
27 *Causæ ad mensam Episcopalem spectantes in eodem tribunali Episcopali de consuetudine agitantur.*
28 *Consuetudo ut Episcopus committat alteri causam propriam valet.*

DECISIO XCIII.

ÆConomus sive Procurator mensæ Archiepiscopalis Genuæ judicium caducitatis quorundam bonorum emphiteoticorum ad eandem mensam, seu Ecclesiam jure directi domini, spectantium contra Illust. D. Victoriam Pasqualem nobilem Genuensem, coram me, tunc Vicario Archiepiscopali proposuit, sed cum attento interesse Illust. D. Archiepiscopi, fuissem ut suspectus recusatus, dubitari contigit, an dicta suspicionis causa esset admittenda, vel potius uti frivola reiicienda esset.
Et † quidem Procurator dictæ mensæ ajebat casum jam ad 1
D. Archiepiscopi favorem decisum fuisse à Mario Antonin. *Var. resolut. l.* 1. *ref.* 48. *sub n.* 8. Ubi cum ageretur super relaxatione, & restitutione Molendini, & furni mensę Episcopalis,
inquit

inquit responsum fuisse non modo Vicarium; sed & ipsum Episcopum esse Judicem competentem in causa suæ Ecclesiæ, neque posse allegari suspectum, ad quod citat text.cum gloss. *in cap. si quis 4. qu. 7. cap. qui prædia 12. quæst. 2. cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* Felyn. *in cap. cum veniissent num. 7. de Iud. c.* Capic. *dec. 12. num. 11. & dec. 137.* ubi latè Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. qu. 77. cap. 3. num. 26. & quæst. 78. cap. 8. nu. 4.* Put. *dec. 210. num. 3. par. 2.* Nav. *cons. 21. num. 17. de sent. excommun. lib. 5.* Marant. *de ord. Iud. p. 4. ver. seculare, vel Ecclesiasticum numer. 26.* per tex. *in dict. cap. dilecto*, & hoc idem inquit, sentire Sbrozz. *de offic. Vicarii lib. 3. quæst. 60.* Cæs. de Graff. *dec. 4. num. 1. cum seq. de except.* Rot. *dec. 361. num. 1. p. 1. diversorum* Cassador. *dec. 6. num. 1. de Privil.* Et reperio quod non citat Antonin. easdèm ferè omnes doctrinas allegans, idem tenet Bellett. *disquis. Cler. in tit. de exemp. Cler. à Statut. secul. §. 1. n. 36.* ob quam Antonini resolutionem attestabantur Notarii dictæ curiæ Archiepiscopalis semel atque iterum in similibus causis retroactis temporibus à Vicariis hujusmodi suspiciones uti frivolas fuisse reiectas quamobrem videbatur me quoque sequendo vestigia antecessorum
2 meorum posse, & debere ad ulteriora procedere, † quia quoties Judex causam suspicionis propositam invenit manifestè frivolam vel falsam potest illam reiicere, eaq; minimè attenta in causa procedere Innoc. *in cap. cum speciali sub nu. 1. & 6. de Appell.* & ibi Jo. Andr. *colum. 1.* Ant. de Butr. *nu. 8.* Anchar. *nu. 1.* Bellamer. *nu. 3.* Abb. *nu. 6.* Franch. & Card. *nu. 11.* idem Card. melius cæteris *in c. quoties Episcopi 2. q. 6.* quos refert, & sequitur Quarant. *in Sum. Bullar. in Verbo Archiepiscopi auctoritas sub num. 19. Donat. à final. tom. 1. comm. opin. libr. 3. tit. 1. nu. 203.* Farinac. *in qu. 21. n. 129. & in cons. 17. nu. 16.* Rota *in Faventina prætentæ suspicionis 28. Novembris 1607. & in Perusina liquidationis fructuum 27. Febr. 1612. cor. bo. me. Penia.*

E converso causa prædicta recusationis minimè reiicienda,
3 sed admittenda videbatur, † licet enim prior pars conclusionis Antonini sit in se vera, ut Episcopus, in causa suæ Ecclesiæ possit esse Judex, ut tradunt Specul. *de Arbitr. 6. sequitur ver. sed nunquid* Bart. & Bald. *in l. 1. C. ne quis in sua causa* idem Bart. *in l. est receptum de Iurisd. omn. iud.* Abb. & Bul. *in c. cum olim. de præscript.* Hostien. *in summa de sent. & re iud. §. quis debet ver. sed nunquid* quos refert, & sequitur Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. qu. 77. c. 3. nu. 26.* & tradit Ant. de Butr. *in cap. cum veniissent 12. sub n. 9.* & Felyn. *nu. 7. de Iud.* & est com. opi. de qua testatur Rim. sen. *in cons. 539. n. 1. lib. 3.* & firmant Doctores mox citandi; falsa tamen videbatur posterior pars con-
4 clusionis, cum imò Episcopus judicare † duntaxat possit altera parte consentiente, non autem illa invita, à qua uti suspectus ratione affectionis ad causam recusari potest, ad quod inducitur tex. per locum à majoritate rationis *in c. insinuante de off. deleg.* secundum Philipp. Franch *in c. postremo ver. quinto quæritur ext. de Appell.* ubi ait hanc esse veriorem opinionem, & post alios quos refert & sequitur, & communem profitetur Capic. *in dec. 137. n. 6.* Rodoan. *d. qu. 77. c. 3. n. 26.* Cæs. de Graf. *dec. 4. n. 2. tit. de except.* qui pariter de communi testatur Natta *cons. 174. n. 6. lib. 1.* qui etiam communem dicit Coccin. *dec. 79. n. 21.* qui perperàm à Belletto pro contraria parte citatur Epi-
5 scopo † autem existente suspecto, etiam Vicarium ex illius persona recusari posse, explorati juris est (quicquid nonnulli secus dixerint) ita probatur in *c. insinuante de off. deleg.* et benè facit text. *in c. iustis 16. qu. 2. ibi humani moris est illum veneri, cuius iudicio, & voluntate nunc erigitur nunc deprimitur,* & tradunt Cravett. *in cons. 6. n. 33.* Marant. *de ord. iud. par. 6. ver. & quandoque appellatur n. 28.* & & aliis relatis probat, & multipliciter declarat Sbrozz. *de off. Vicar. lib. 3. qu. 14. per totam,* & pluribus egregiè comprobat Surd. *in cons. 50. n. 16. li. 1.* alios etiam refert Laurent. *in tract. de iudice suspecto c. 4. nu. 7.* plurimos congerit Scacc. *de Appell. qu. 8. n. 68. & seq.* Rot. *dec. 2. num. 4. par. 2. diverf. & dec. 165. num. 16. p. 1. rec.* Abb. *in cap. cum veniissent 12. sub num. 9. & ibi* Felyn. *nu. 7. &* Dec. *nu. 6. in fin. de iud.* Surd *cons. 50. nu. 16.* Rot. apud Card. Ottobon. *dec. 52. nu. 2.* et meo quidem iudicio probatur à fortio-
6 ri *in c. cum* R. Canonicus Januen. *de off. delegat.* † ubi Canonicus recusari potest in causa sui Canonici, & ibi notant Doctores; at nemo non fateatur majorem præsumi affectionem in Vicario erga suum Episcopum, illiusq; Ecclesiam, quam Canonici erga Concanonicum, & est generale, ut possit Iudex recusari quoties magis diligit unam partem, quam alteram, & magis se favorabilem ostendit uni, quam alteri Præpositi. *in cap. postremo. num. 11. ver. prima respectu, & ver. 20. de except.* & ibi Franch. *nu. 20. ver. vigesimoprimo* Alex. de Ne vo *in capitul. cum inter per illum* text. *eodem tit.* Maranta *de ord. Iudic. part. 6. numer. 43.* Aufrer. *de recus. numer. 18. ver. vigesimoprimo* Farinac. *in fragment. verb. Iudex numer. 785. & sequent.* ubi tenet in specie exprimi debere causam cur Iudex magis favet uni parti, quam alteri, & *numer. 787.* inquit Iudicis arbitrio remitti quando Iudex dicatur uni parti magis favere quam alteri post Aufrer. *in tract. de recusat. numer. 19.* & Menoch. *de arb. iud. cas. 152. nu. 13.*

Et † consequenter dicta suspicionis causa non videbatur 8
frivola neque reiicienda: quam partem si quis subsistinere voluerit, non obstabit resolutio Antonin. & Belletti *locis citatis*; quia cum doctrinas ab eis adductas recognoscere diligenter curaverim, non inveni ex illis eorum intentionem probari. Nam tex. *in c. si quis 4. q. 7.* non reperitur in corpore juris; voluerunt fortasse citare textum in *c. si quis erga 16. in ordine 2. q. 7.* ubi Episcopus excommunicare potest injuriantem se, & dicit ibi *gl. in verbo privetur*, quod Episcopus potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, quod & nos asserimus, non tamen ibi habetur, quod non possit allegari suspectus, textum autem in *c. qui prædia 12. q. 2.* ego nunquam reperire potui *c. dilecto de senten. excom. in sexto*, loquitur de ordinario defendente mucrone excommunicationis bona Ecclesiæ adversus potentiam Domini temporalis, quod habet aliam inspectionem, ut dicam *infra nu...* præterquam quod ibi Episcopus non allegabatur, suspectus, Capic. *in dec. 12.* non loquitur ad rem, in *decis. vero 137.* dicit totum contrarium, sic pariter Fel. *in c. cum veniissent nu. 7. de iud.* inquit Episcopum agere posse Iudicem in causa suæ Ecclesiæ salua recusatione, & defendit posse illum allegari suspectum, & hanc inquit esse com. opin. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 77. cap. 3. nu. 26.* testatur communem esse sententiam, ut Episcopus qui potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, possit quoque ut suspectus recusari *Idem in quæst. 78. cap. 8. num. 4.* dicit quidem Episcopum posse judicare in causa suæ Ecclesiæ, non tamen negat quin allegari possit suspectus Puteus *decis. 210. num. 3.* agit de transumpto, quod quia coram Vicario Parmæ non in forma judicii factum jam fuerat, dicebatur de nullitate quomodo deservire debebat in causa, in qua Episcopus Parmensis habebat interesse; deciditur ibi quod Episcopi Vicarius, & ipse Episcopus est Iudex competens in causa suæ Ecclesiæ, & non suspectus, quod intelligendum est retento themate, nempe quod acta facta coram Episcopo non recusato, etiam si concernant interesse suæ Ecclesiæ, non dicuntur facta coram Iudice suspecto; non tamen negat Puteus quin valeat recusari Navar. *in cons. 21. de sent. excomm. lib. 5.* nihil ad rem; sed fortè Antonius voluit allegare illum in *cons. 25. numer. 17. eod. tit.* ubi simpliciter inquit, Episcopum posse Iudicem agere in causa suæ Ecclesiæ; de recusatione autem nihil Marant. *de ord. iud. par. 4. ver. seculare, vel Ecclesiasticum numer. 26.* loquitur in terminis *cap. dilecto de sen. excom. in sexto*, & sic extra materiam nostram, imò in *sexta, p. ver. & quandoque appellatur num. 376.* tenet contra Antoninum, nempe quod si Episcopus litigat cum subdito eliguntur arbitri, Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 3. quæst. 60.* nihil ad rem; sed alibi tenet contra Antonin. nempe *eod. lib. tertio, quæst. 14.* Cassador. *dec. 6. num. 1. & 2. de privil.* dicit quod subditus cum Episcopo litigans, durante lite est exemptus quo ad illam causam, & sic loquitur contra Antonin. provt etiam Ces. de Graff. *decis. 4. numer. 1. & 2.* qui inquit, quod licet Episcopus Iudex esse possit in causa suę Ecclesiæ; tamen juxta *comm. opin.* potest ut suspectus recusari, quod idem *ibi numer. 3.* dicit procedere in ejus Vicario, Rota *decis. 361. numer. 1. par. 1. diverf.* inquit in causa Episcopi Iudicem competentem esse Nuncium Apostolicum; quamvis ille, qui dictæ decisionis summarium compilavit, per errorem summariaverit ipsum Episcopum suæ causæ judicem esse. Et sic resolutio Antonini, & Belletti, qui eum non visi doctrinis secutus fuit, non modo auctoritatibus destitutas sed & ab adductis per ipsos remanet prostrata, ea potissimum ratione quia † durum est, & periculosum coram 9
suspecto Iudice litigare, ut post alios tradunt Cravett. *cons. 132. num. 25.* Dec. *cons. 26. num. 12. volu. 1. & respons. 110. num. 6. volum. 3.* Seraph. *de Privil. Iuram. privil. 7. num. 1.* Pacian. *de prob. lib. 2. cap. 45. num. 1. cum seqq.* Mugnoz. *de ratiocin. cap. 8. num. 17. &* 18. Magon. *decis. Florent. 63. nu. 18.* Nihilominus sententia Antonini, & Belletti quę re vera plurimos habet sectatores, licèt Bellettus in ultima editione sententiam mutasse videatur attenta hominum malitia æquior videtur, & est à *S. Congreg. super controversiis Iurisdictionalibus* recepta, aliàs enim Episcopis redditur admodum difficilis, & periculosa exactio Canonum, & responsionum

Mensæ Episcopalis. In hoc autem casu particulari justis de causis persuasi D. Archiepiscopo meo, ut permitteret dictam recusationem à me admitti. Et successivè in meo erat arbitrio, vel compellere partes ad eligendos arbitros, qui de d. causa suspicionis cognosceret, vel admissa illa, & habita pro probata, committere causam principalem alteri partibus non suspecto. Nam, ut in gratiam tyronum aliquid pro terminorum intelligentia dicam, licet hac in re jus Cæsareum, & jus Pontificium in aliquo conveniat cum de utroque jure recusatio in scriptis coram Judice recusato sit proponenda juxta text. *in leg. apertissimi Cod. de Iudic.* & tenet glos. *in c. quoniam contra falsam verb. recusationes de probat. & in cap. 2. requiris* §. 1. *verb coram de Appel. Præposit. in c. cum speciali* 61. *num.* 18. *eod. tit.* Rebuff. *in tract. de recusationib. art.* 5. *numer.* 5. Suarez de Paz. cum per eum adductis *in pract. prim. par. 2. to. cap.* 6. *num.* 26. in cæteris tamen magnum est discrimen inter utrumque jus. Quoniam de jure civili causa suspicionis non est exprimenda, ut notant *scribentes in dicta lege apertissimi*: at in foro Ecclesiastico legitima recusationis causa alleganda, & exprimenda est in libello recusationis, sive Judex recusatus sit ordinarius, ut probatur *in dict. cap. cum speciali*, & ibi glos. *in verb. coram de Appell.* sive judex sit delegatus, ut probatur *in cap. 2. & requiris* §. 1. & ibi gl. *eod. tit. & in c. si contra unum*, & ibi glos. *in verb. probari de offic. deleg. in sexto*, *& in cap. 2. de Appell. in* 6. & de utroque tradit Suar. de Paz. *d. cap. 6. num.* 4.

Ad hæc de jure civili si Iudex delegatus recusatur, ut suspectus, suspicione aliter non probata, eliguntur arbitri, qui omisso prorsus suspicionis articulo, ad principalis causæ cognitionem statim procedere, ac in suspecti Iudicis locum succedere debent *lege apertissimi* cum ibi notatis, & *lege final. C. de Iudic.* & ubi Bald. Salycet. & alii communiter Laurent. *in tract. de Iudice suspecto capit. 5. num. 5.* & in his terminis intelligendus est Berous *in cons. 15. num. 5.* ubi de communi testatur. † Si verò Iudex ordinarius recusatur; de jure civili non eliguntur arbitri ad causam suspicionis probandam, imò nec illam exprimere est necesse; sed sat est jurare, quod non per calumniam recusatur; in alio tamen relevatur de illo jure Iudex ordinarius, quia non in totum removetur, sed datur ei adiunctus *Auth. si verò contigerit. Cod. de iudic.* & tradunt *scribentes in dict. leg. apertissimi*, & est com. opinio de qua testatur Abb. *in cap. si quis contra sub n. 12. extra de for. competen.* de quo tamen articulo vide latè Scacc. *de Iudic. lib 1. c. 101. nu.* 28. & Ofasch. *dec. Pedem. 15. per tot.*

Denique autem Canonico. † Si delegatus Summi Pontificis ut suspectus recusetur, provt recusari posse probat textus in *cap. Iudex 5. de offic. delegat. in sexto*, ubi Franch. & Ancharan. *num.* 1. & tradit plenè atque contrariis satisfacit Roffred. *in tract. ordinis iudiciarii par. 1. tit. Virum recusetur Iudex delegatus*, nisi tamen Summus Pontifex in ipsa delegatione recusationem prohibuerit juxta tradita per D. Barbosam *in tr. de Clausul. Vsu. freq. clausul. 131. num. 2. impress. Lugdun.* ipse delegatus sic recusatus poterit litigantes compellere ad eligendos arbitros, coram quibus causa recusationis probetur & decidatur, assignabitque eisdem arbitris terminum competentem, intra quem causam recusationis determinent, compelletque ipsos arbitros, ut advocent sibi tertium, si ipsi discordes fuerint, ut probatur *in cap. suspicionis de offic. deleg. & in dict. cap. secunda requiris* §. 1. *de Appellat. & in cap. legitima de Appell. in sexto*, An autem Arbitrorum electio effectu caruit, possit iterum Iudex eligere, uide Bald. *cons.* 144. *quod Iudex lib.* 4. Tiraquell. *in leg. Boves vers. hoc sermone limit. 1. de verbor. signif.*

Si † verò Vicarius Episcopi ex propria persona allegetur suspectus, causa suspicionis proponenda quidem est coram ipso, sed probanda coram Episcopo quando ille est in Diœcesi vel propè text. *in cap. si contra* ubi Anch. *in* 4. & 5. *not ab.* Archi. *colum. 2. in fi. ver. cum autem Gemin. n. 7. &* 8. Franc. *in* 4. *not ab. de offic. deleg. in* 6. Abb. *in c. si quis contra n. 35. de foro compet.* Bero. *in cap. 1. nu. 128. extr. de iudic.* cum aliis quos refert, & sequitur Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 3. qu. 16. num. 1.* ubi ampliat, & limitat. Si autem Vicarius allegatur suspectus ex causa communi cum Episcopo, vel Episcopus est absens, vel etiam ipse Præsul aut alius ordinarius allegatur suspectus, etiam ille coget partes ad eligendum arbitros, qui de causis suspicionis cognoscere, & judicare debent text. *in dict. capit. cum speciali 61. de Appell. & in cap. suspicionis de offic. deleg. & utrobique Doctores glos. & scribentes in cap. si contra unum de offic. deleg. in* 6. Abb. *in cap. si quis contra num. 12. de foro comp.* Berous *cons. 16. num. 5. lib. 3.* Laurent. *in tract. de Iudice suspecto cap. 5. num. 35. & in cap. 14. num. 22.* Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 105. num. 20.* & est communis, & indubitata sententia. † Qui quidem dicuntur arbitri juris: sic enim appellantur qui ex necessitate juxta formam juris in casibus ab eodem jure expressis, à partibus, vel ab aliis eliguntur, ut per Alciat. *in Rubr. de offic. ordin. num.* 33. Blanch. *de compromiss. quæst. 6. num.* 1. Molin. *de Iustit. tract. 5. disp. 23. nu. 3. & disput. 31. num. 2.* Borell. *in tract. de compromiss.* §. 3. *glos. 3. num.* 33. Azeved. *leg. 4. num. 24. tit. 21. num. 4. novæ recopil.* refert, & sequitur Barbos. *in dict. cap. cum speciali numer. 2. de Appell.* 14

Hi † ergo arbitri intra competentem terminum à Iudice recusato statuendum, negocium recusationis terminare debent, alias illo transacto, Iudex recusatus, recusatione minimè obstante ad ulteriora procedere potuerit, ut probat text. *in cap. legitima ver. alioquin. de Appell.* & ibi Ancharan. Domin. & Franch. & tradunt Doctores *in d. c. cum speciali.* & Scacc. *d. cap. 101. num. 28.* Suar. de Paz. *in pract. 1. par. to. 2. cap. 6. sub nu. 12.* 15

Quod † si arbitri non fuerint concordes, Iudex recusatus coget partes ad eligendum tertium, (sicque venit non ut elector, sed ut compulsor,) ut quid duo ex eis decreverunt, firmitatem habeat, ut docent *scribentes in dict. c. cum speciali 61. de Appell.* ubi Bald. *n. 1. 4.* & 10. Ancharan. *n. 4. in quarto, notab.* Abb. *n. 1. in figuratione casus, & nu. 10. ver. in glos. & cæteri* quos ibidem sequitur Alex. de Nevo *à num. 7.* & Scacc. *de Iudic. lib. 1. d. c. 101. nu. 27.* 16

Ubi autem partes in dictum tertium data bis, terve lista confidentium minimè convenirent, tunc ad infinitatem vitandam, electio devoluitur ad Iudicem recusatum Dec. *in c. proposuisti col. 6. vers. secundo, principaliter de probation.* Ang. *in l. 1. Cod. de usu, & usuf. legat.* cum aliis per Neviz. *cons. 55. in fin.* sequitur Scac. *d. c. 101. sub nu. 27.*

Et hæc quidem de plano procedunt ubi Iudex recusatus intendit, ut de causis suspicionis cognoscatur, & declaretur, an illæ justæ, legitimæ, ac rationabiles sint; provt ad hunc effectum exigit tradunt Doctores quos refert, & sequitur, Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 45. n. 42.* At ubi ille, vel quod causa suspicionis notoria sit, vel quod litem execretur, devenire nollit ad arbitrorum electionem super cognitione causæ suspicionis, si is est delegatus Papæ, antequam coram eo causa recusationis proponatur, ac etiam postquam proposita fuerit, sed nondum ad arbitrorum electionem deventum, poterit causam, vel ad superiorem remittere, vel si maluerit alteri subdelegare, non requisito recusantis consensu, ubi verò recusationis causa coram arbitris probata fuerit, antequam super illa proferatur sententia potest quidem causam principalem subdelegare, modo recusantis accedat assensus *glos. ultim. in cap. cum speciali de Appell.* & ibi Franch. *num.* 13. & Imol. *num.* 12. *glos. penult. in cap. secundo requiris* §. *penult. eodem tit.* text. *in c. Iudex uti* Franch. *not ab.* 2. Ancharan. *nu.* 4. Geminian. *nu.* 3. *de offic. deleg. in sexto*, Abb. *in cap. si quis contra nu.* 14. *de foro competen.* Marant. *de ord. Iud. p. 4. dist. 5. nu.* 43. Molin. *de Iust. tr. 5. disp. 23. n.* 14. quicquid secus dixerit Suar. de Paz. *in pract. tom. 2. 1. p. c. 6. nu.* 14. & 24. licet secus sit ubi jam super causa suspicionis pronunciatum fuerit, declaratumque illatam esse legitimam, tunc delegatus nec quidem de partium consensu causam subdelegare potest, quia statim amittit jurisdictionem, & desinit esse Iudex, textus est *in d. cap. Iudex*, & ibi tradunt *glos. & scribentes* communiter *de offic. deleg. in 6. & in c. cum speciali in prin.* ubi post alios Franc. *n.* 14. & 18. *de Appell.* Marant. & Molin. *locis proximè citatis.*

Si verò Iudex recusatus est ordinarius, verius videtur, ut postquam causa recusationis coram arbitris probata fuerit, non nisi de recusatoris assensu causam principalem alteri committere valeat; & sic in his terminis pari passu ambulat cum delegato, ut expresè probat textus loquens de ordinario in *d. cap. cum speciali 61. in fine principii de Appell.* 1, *& ipsa probata legitimè de recusatoris assensu, personæ idoneæ committat negocium recusatus* per quem textum ita firmant ibi *Doctores communiter*, & signanter Franch. *nu.* 16. Imol. *nu.* 12. Card. *n.* 17. Dec. *n.* 18. *in fi.* & tradunt Innoc. Hostiens. *& antiquiores in dict. cap. si quis contra ubi etiam* Felyn. *nu.* 3. Barbat. *n.* 43. *de foro competen.* Suar. de Paz. *in prax. tom. 2. prima par c. 6. n.* 15. Villalob. *in suis comm. opin. verb. Episcopus n.* 142. Barbos. qui de magis com. testatur *in d. c. Iudex n. 6. de offi. deleg. in sexto*, communem etiam fatetur Abb. *in d. c. si quis contra nu.* 14. licet an ea recedat, & sustineat non exigi in his terminis recusatoris consensum, quem sequitur ibi Socc. *n.* 11. & Molin. mordicus *de Iustit. tract. 5. disp. 23. nu.* 17. 17

In

In terminis verò noſtris, nempe ante electionem arbitrorum ſi Judex ordinarius velit negocium principale alteri partibus non ſuſpecto committere, id facere poterit, etiam abſque recuſatoris conſenſu, ut colligunt ſcribentes ex textu in *dict. c. ſi quis contra de foro compet. ibi exequutor ab eo deputetur*, quatenus facultatem committendi ſimpliciter indulget, non requiſito recuſatoris aſſenſu, ut docet ibi Abb. *in lectur. num.* 24. & latius *in repet. n.* 12. *&* 13. Felyn. *nu.* 3. Imol. *nu.* 3. Aretin. *n.* 6. Socc. *num.* 8. Franch. *in d. c. cum ſpeciali in princ. n.* 15. & ibi Imol. *num.* 12. *de appell.* Suar. *de Paz. d. c.* 6. *nu.* 24. Capic. *dec.* 137. *nu.* 10. fatetur tamen Abb. *d. nu.* 13. communem eſſe ſententiam, ut antequam cauſa ſuſpicionis probetur, ſit in optione Judicis recuſati, an remittat cauſam ſuperiori, vel committat, de partium conſenſu, quem conſenſum exigi inquit non in perſonam, cui fienda eſt commiſſio, ſed in commiſſione facienda; conſultius tamen inquit; illum facturum ſi partium conſenſu etiam quo ad perſonam Judicis deputandi requirat, ut recuſandi facultatem excludat, & ita intelligendus eſt Vezzinus relatus Sintagm. *com. opin. incerti auctoris lib.* 1. *tit. de Epiſcopis capit.* 1. *ante nu.* 5. quatenus ex eodem Panormitan. teſtatur communem eſſe opinionem, ut Epiſcopus recuſatus, cauſam committere, vel delegare debeat de partium conſenſu, non autem eligere delegatum, & conſultius facturum ordinarium ſi partium conſenſum in commiſſione requirat dicit etiam Capicius *loco mox cit.* Ad praxim, à me in hac deciſione ſummatim extenſam, ſe remittit Paul. Guazz. *in tract. ad defenſ. animar. lib.* 2. *defenſ.* 1. *c.* 9. §. 1. *n.* 41. *& vide etiam* Rot. *d. dec.* 165. *n.* 2. *p.* 6 *rec.*

Et hæc quidem procedunt in cauſis in quibus, ut dixi Epiſcopus poteſt Judicem agere, ſed aliqua ratione allegatur ſuſpectus, & ſic vel in cauſis inter privatos vertentibus, vel in cauſis Eccleſiæ ſuæ. Diverſum eſt autem in cauſa ipſius Epiſcopi, ſuo ſubdito litem pro bonis temporalibus moventis: tunc enim non eſt agendum de recuſatione, cum etiam citra illam Judex eſſe nequeat, nec in ſuo Tribunali cauſa ſit agitanda, ſed de neceſſitate juris eligendi ſint arbitri, qui in Judicis locum ſuffecti negotium principale dirimant text. eſt in *cap. ſi clericus* 46. *in ordine* 21. *qu.* 2. gloſſa *in cap. ab arbitris in verb. ad appellandam de Appell. in* 6. Abbas *in cap. dilecti il terzo, quod eſt* 66. *in ordine nu.* 14. *ext. eod. tit.* & ibi Franc. *col.* 5. *verſ. tertia, limit.* Marant. *de ord. Iud. p.* 6. *ver. & quandoque appellatur n.* 376. Zerula *in prax. Epiſc. in verb. Appell. ver. ad decimum ſextum* Capic. *dec.* 137. *nu.* 4.

A quibus quidem arbitris ad Summ. Pontificem appellatur, & ſic ſemper ordinarii tribunal remanet excluſum gloſ. *in dict. cap. ab Arbitris*, & Abb. *numer.* 14. ubi dicit hoc eſſe notandum.

His ita ſe habentibus poterat fortaſſe videri non vana prætenſio D. Victoriæ, dicentis nos non verſari in terminis in quibus Judex recuſatus poteſt de conſenſu, vel ſine conſenſu recuſatoris cauſam alteri delegare, ſed potius in hac facti ſpecie eſſe locum electioni arbitrorum ſuper negotio principali,
19 † cum enim agatur de bonis menſæ Archiepiſcopalis videtur agi de commodo & incommodo D. Archiepiſcopi, & ſic de ipſius propria cauſa, ut poſt Collectan. tradit Ant. de Butr. *in cap. cum veniſſent* 32. *ſub num.* 9. *de Iudic.* ubi diſtinguit tres caſus, primus eſt, quando agitur de bonis patrimonialibus Epiſcopi, vel de cauſa propriæ perſonæ & tunc inquit non poſſe illum eſſe Judicem *l.* 1. *Cod. ne quis in ſua cauſ. iudicet*; ſecundus eſt caſus quando agitur de re ad ſuam menſam ſpectante, & tunc inquit ſe idem credere, ſicut dicitur de actu auctorizandi *clem.* 2. *de reb. Eccl. non alien.* tertius eſt caſus quando agitur de re Eccleſiæ, & tunc inquit Epiſcopum poſſe eſſe Judicem, eandem doctrinam, ut ubi agitur de bonis menſæ, non poſſit Epiſcopus Judicem agere ſequitur ibi Panorm. *nu.* 9. *& dec.* 55. *& ſeqq.* ubi inquit, Epiſcopum iudicare non poſſe quando agitur de proprio quæſtu Alex. in puncto *in conſ.* 79. *n.* 2. *vol.* 1. ubi ait, quod tametſi Epiſcopus poſſit eſſe Judex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, non tamen poteſt ubi agitur de bonis ſuæ menſæ, & ideo ſubdit, tunc eligendos eſſe hinc inde arbitros, coram quibus eſt cauſa tractanda, & terminanda juxta text. in *c. ſi clericus* 11. *q.* 1. Natta *conſ.* 174.
20 *num.* 7. *lib.* 1. qui loquens † de devolutione bonorum feudalium menſæ Epiſcopalis, inquit quod tractabatur de commodo ipſius Prælati, & propterea dicebatur cauſa propria, & ſic judicare non poterat, & plenius cæteris Surd. *in conſ.* 50. *nu.* 11. *lib.* 1. ubi alios cumulat, & per *totum conſ.* ubi tractat de Epiſcopo Caſalenſi agente ex perſona Procuratoris ſuæ
21 menſæ coram ſuo Vicario pro quodam anno cenſus † qui propterea docet Vicarium non modo uti ſuſpectum recuſati poſſe, ſed omni carere iuriſdictione, & Judicem non poſſe agere, quia nullam de ſe habet juriſdictionem, niſi quam ab Epiſcopo recognoſcit, ideoque cum Epiſcopus in dicta cauſa, tanquam propria, careat ipſo jure juriſdictione, non poteſt Vicarius de illa cognoſcere, quoniam Epiſcopus non valeat illi juriſdictionem tribuere, quam ipſe non habet; concludens propterea *ibi num.* 26. *verſ. ſecundo reſpondeo, & nu.* 28. *verſ. Vicarius enim, & nu.* 38. Eundem juriſdictionis defectum qui eſt in Epiſcopo, etiam in Vicario militare.

Ego tamen in præfata cauſa contrarium determinavi, ſcilicet non eſſe arbitros eligendos, ſed illam alteri per me committendam; data à partibus liſta confidentium, & diffidentium. Motus fui. † Primo, quia præfata ſententia, quæ 22
habet Epiſcopum in cauſa ſuæ menſæ non poſſe Judicem eſſe, nondum tranſivit in judicatum, omiſſo enim quod non omnes à Surd. *ubi ſupra citati*, id in meis Codicibus affirmans; nam Bald. *in c. litteras ſub n.* 1. *ver. ſed non ne extr. de Præſump.* agit de Epiſcopo prætendente quendam eſſe hæreticum, & idcirco illius bona ad ſe jure confiſcationis ſpectare, & ſic non de intereſſe menſa Felyn. *in c. cum veniſſent nu* 7. *de iud.* id pariter mihi non dicit, & Calder. militat in caſtris noſtris, ut mox ſubiiciam, & auctoritatem Alciati nunquam invenire potui omiſſo inquam hoc, contrarium expreſsè docet Bald. *in l.* 1. *nu.* 3. *Cod. ne quis in ſua Cauſa iud.* ubi format quæſtionem in præciſis terminis noſtris, de Epiſcopo Peruſino, movente alteri litem de quibuſdam rebus, quas prætendebat eſſe emphiteoticas Epiſcopatus Peruſini, ad eumque reverſas; & quærit an declinante adverſario juriſdictionem, poſſit Epiſcopus de cauſa cognoſcere; & reſpondet quæſtionem in hoc verſari utrum iſta dicatur cauſa ſua, & quod Innoc. *in cap. ex parte de verb. ſignif.* videtur tenere, quod non poſſit cognoſcere, & tandem reſpondet Canoniſtas communiter contrarium tenere: quia iſta non eſt cauſa perſonæ, ſed eccleſiæ, & utilitas principaliter reſpicit eccleſiam, & ideo concludit Epiſcopum poſſe eſſe Iudicem cognitorem, ſeu determinatorem dictæ cauſæ; quam doctrinam ſequitur Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 78. *c.* 8. *numer.* 5. eandemque ſententiam tenet etiam Calder. in *conſ.* 6. *in fi. de Iudic.* (licèt à Surdo pro ſua ſententia allegetur) inquit enim poteſt Hoſtien. quem citat, Epiſcopum in cauſa ſuæ menſæ Iudicem eſſe poſſe de conſenſu adverſarii, niſi ab eo recuſetur, quod idem firmant ſcribentes ſupra me relati *n.* 4. *ultra* Anton. & Bellett. *cit. ſup. n.* 1.

Pro qua ſententia facit regula quæ habet attendendum eſſe quod principaliter agitur, non quod venit in conſequentiam *leg. ſi quis nec cauſam*, ubi ſcribentes *ff. ſi cert. petat.* † Vn- 23
de videmus naturale eſſe, ut generatio unius ſit corruptio alterius, & tamen de prima intentione naturæ eſt generare, non corrumpere, ut in ſimili ait Bald. in *conſ.* 496 *punctus quæſtionis in fi. volu.* 4. & in terminis noſtris eandem concluſionem agnoſcit Abb. in *d. c. cum conveniſſent ſub num.* 9. *de Iud.* quatenus inquit, quod ubi cauſa tangit principaliter eccleſiam, & in conſequentiam Epiſcopum poteſt Epiſcopus eſſe Iudex, niſi recuſetur.

Secundò eſto Epiſcopus de rigore juris non poſſet eſſe Iudex in cauſa ſuæ menſæ, id tamen non videtur applicari noſtro, in quo agimus de bonis ſolitis concedi in emphiteuſim. † Nam de menſa Epiſcopi non dicuntur bona, quæ jure tan- 24
tum directi dominii ſpectant ad eccleſiam, & quæ ſi ad eam revertantur, iterum poſſunt abſque ſolemnitate concedi, vt in bonis infeudatis, in ſolitis in emphiteuſim concedi tradit gloſſ. in *Clem* 1. *in verb. ad menſam de exceſſ. Prælat.* Innoc. in *cap. ut ſemper de reb. Eccleſ. non alie.* Bald. in *cap.* 1 *de Cleric. qui inveſt. fec. circa fi. in uſib feud.* Alex. in *conſ.* 79. *ſub n.* 2. *ver. quo ad ſecundum dubium lib.* 1. cum aliis quos refert, & ſequitur Rimin. ſen. in *conſ.* 539. *n.* 2. *lib.* 3. vbi agit de bonis emphiteoticis Archiepiſcopatus Ravennatenſis: & ſic in noſtris præciſis terminis, quibus addo eundem Alexand. in *conſ.* 72. *n.* 10. *lib.* 1.

Tertiò, quia ſi hac in cauſa D. Archiepiſcopus judicare nequiret, hoc ideo eſſet, quia videtur agi de ejus privato commodo, & ne contingat quem in propria cauſa judicare, ut inquiunt Doctores ex adverſo citati; † Hæc autem ratio nul- 25
latenus in Vicario militat, qui in hujuſmodi cauſa nullum habet intereſſe: & ſic eſto poſſet propter præſumptum obſequium, & affectionem erga ſuum Prælatum recuſari; niſi recuſetur, non eſt incapax judicandi, cum dici non poſſit cum in propria cauſa judicare; quamvis ſit idem tribunal, non tamen eſt eadem affectio, nec idem commodum, quod per Doctores ex adverſo citatos conſideratur in Epiſcopo, nt plenè, & luculenter deducit Rim- ſen. *dict. conſ.* 539. *à nu.* 4.

& plur. seqq. qui propterea *ibidem nu. 7. & seq.* observat quod Doctores, docentes prælatum non posse sibi jus dicere, habent semper respectu ad propriam, & individuam personam ipsius prælati, quippe qui est usufructuarius in vita, & usuarius in morte, sed Vicarius nullum jus penitus habet, nullamque in talibus bonis participationem, est enim alia persona, & quidam arbiter medius inter Ecclesiam, & alios, & hęc est urgens ratio secundum eundem Rimin.

26 Neque † huic rationi adversatur fundamentum Surdi, de quo *sup. nu.* 21. scilicet, quod Episcopo carente Jurisdictione, Vicarium procedere non valet, cum nullam habeat jurisdictionem, præter eam, quæ sibi ab Episcopo tribuitur; quia advertendum est in termins nostris incapacitatem non tangere tribunal Episcopi, neque illius jurisdictionem, sed ad summum, (in sententia adversariorum) inhabilitare personam Episcopi ob privatum ipsius interesse, ut ex jam dictis patet. Imò causa ista de sui natura spectat ad forum Ecclesiasticum, ut per Alexand. *in cons. 79. sub num. 1. in fine*. Nec ad ullum alium Judicem pertinere potest, quam ad Vicarium Generalem, Judicem ordinarium Civitatis, & Diœcesis, in qua dd. bona reperiuntur, ut benè probat Riminald. ubi sup. *numer.* 3. Et hodie habemus dispositionem *Sacri Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform.* decernentis causas omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognosci debere; & consequenter, vel ipse Vicarius non interessatus de partium tacito aut expresso consensu judicare debet, vel si ut suspectus recusari posset, causam committere habet.

Confirmatur rursus eadem ratio ex traditis per eundem Surd. *in cons. 50. sub num. 26. ver. secundo respondeo*, ubi inquit idcirco Episcopum non prohiberi judicare in causa Ecclesiæ, quia dicta causa non est propria, & proprium interesse solum est potens inhabilitare penitus personam Judicis; & ideo cum in Episcopo tunc non militet ratio proprii interesse, merito non prohibetur esse Judex; sed licet cesset proprium interesse, non tamen cessat suspicio propter affectionem, subdens quod proprium interesse, & affectio ad causam, sicuti sunt inter se diversa, ita diversos pariunt effectus, & ex uno non infertur ad alterum *l. Papin. exuli ff. de min.* Sic ergo in proposito nostro, cum in Vicario possit quidem considerari affectio ad causam; quæ non inhabilitat ejus personam, sed ad summum reddit eum suspectum, commodum verò, aut interesse proprium nullatenus in eo considerari possit, meritò nec de uno infertur ad aliud, nec ille dici potest incapax, vel jurisdictione privatus.

27 Quartò † demum quia de generali Curiarum Ecclesiasticarum consuetudine hujusmodi causæ ad mensam Episcopalem spectantes, coram ipsis ordinariis agitari solent, ut originaliter testatur Bald. *in lege 1. C. de his qui in sua causa*, in finalibus verbis; ubi post quam egit per binas quæstiones de bonis mensæ, ac de juribus Ecclesiæ subdit, *& ita servat consuetudo, quod Episcopi omnia iura Ecclesiæ coram se ipsis prosequuntur*, cujus dicta in terminis nostris reassumit Rimin. sen. *dict. cons. 359. numer. 16.* ubi inquit standum esse hujusmodi consuetudini, quæ est à jure approbata *cap. si clericus laicum in fi. de foro compet.* de qua consuetudine testatur etiam Felyn. *in cap. cum venissent in fi. de Judic.* Et ego qui licet minimus inter Doctores, in pluribus nobilissimis Urbibus diversarum Provinciarum Vicariatus munere functus fui, possum itidem attestari hujusmodi causas ubique indistinctè coram me fuisse agitatas, & præsertim Genuę: imò nunquam alias, nisi hac in causa, de qua modo agitur, fui ut suspectus recu-

28 satus, † Unde intrat à fortiori doctrina ipsiusmet Surdi *in eodem cons. 50. nu. 34.* ubi post Hostien. quem citat in *summa de sent. §. qual. col. 7. ver. sed nunquid Episcopus*, docet valere consuetudinem, ut Episcopus committat alteri causam propriam subdens, quod hoc in casu licet Episcopus nullam habeat jurisdictionem, & ideo illam conferre non possit, tamen delegatus illam habebit non ab ipso Episcopo ex causa prædicta, sed à consuetudine, quæ potest jurisdictionem conferre, quod quidem si Surd. fatetur in delegato illius particularis causæ, multo magis fateatur necesse est in Vicario generali, qui est Judex ordinarius Ancharan. *in auth. multo magis C. de Sacrosanct. Eccles.* & in causa non propria Episcopi, sed illius mensæ. Ex quibus sequitur me fuisse dictæ causę Judicem cōpetentem, quod & pars, vel invita fassa fuit, quatenus non declinavit jurisdictionem, sed me ut suspectum recusavit, & successivè non fuisse locum electioni arbitrorum, sed per me cogendas esse partes ad concordandum de Judice; & ita pronunciavi: Et quoniam D. Victoria citata ad dandam listam confidentium, & diffidentium, recusavit illam tradere: ego in ejus contumacia Judicem deputavi; quia quoties partes inter se non concordant, electio devoluitur ad Judicem recusatum, ut ex Ang. Dec. Neviz. & Scaccia *dixi supra sub nu.* 16.

ARGUMENTUM.

Clerici, an, & quando pro fructuum rerumque transportatione, vel venditione ad gabellæ solutionem teneantur, & quando negotiari dicantur. Carol. de Graff. *effect. 3. Clericat. nu. 178.* reiicitur.

SUMMARIUM.

1 *Clerici prohibentur lucri gratia negotiari, & quare,* & n. seq.
2 *Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus.*
3 *Negotiatio reddit clericum vilem, sacerdotalemque reverentiam annihilat.*
4 *Clericus negotiator tanquam pestis fugiendus.*
5 *Clericus negotiator, an sit in statu peccati mortalis.*
6 *Clerici negotiatoris facultates Ecclesia à laicis non defendit.*
7 *Clericus, an soluat gabellam.*
8 *Clericus fructus sui agri exportans, ut carius vendat, est negotiator, & gabellam soluit.*
Contrarium est verius n. 12.
9 *Negotiatio non dicitur, nec est vetitum clericis vendere res proprias, illarumque fructus.*
10 *Clericus vinum ad minutum vendere absque gabellæ solutione potest.*
11 *Extrahere res venales, illasque ad Vrbes caritate laborantes transmittere expedit Reipublicæ.*
12 *Clericus deferens rem propriam, ut carius vendat, non dicitur negotiator.*
13 Carol. de Graff. effect. cleric. 3, n. 178. *reprobatur.*
14 *Negotiatio quid sit, & quæ ad illam requirantur.*
15 *Clericus rem pro usu suo emptam revendens, non soluit gabellam nec negotiator dicitur.*
16 *Clericus prædia conducens, & fructus vendens, an dicatur negotiator, & an gabellam soluat.*
17 *Conducens prædia, ut fructus vendat est negotiator.*

DECISIO XCIV.

CUm frumentum, quod Canonicus quidam ex patrimōnialibus prædiis in horreum condiderat, ad finitimam Urbem, ubi carius vendebatur, transportaretur; prætendebant Publicani non modo ex illo gabellam esse solvendam, sed & illud incidisse in commissum, vigore banni Principis laici, extractionem annonæ sub amissionis pœna prohibentis; quamvis enim transportatio pro usu proprio sit clericis absque vectigalis solutione permissa, secus tamen putabant dicendum esse quoties negotiandi causa illam fieri contingat ex deductis per me in dec. 35. in fine. † Eis etenim lucri gra- 1
tia negotiari vetitum fuit *c. secundum instituta, & toto tit. Nec cleric. vel Monach. c. fi. de vita, & honest. cleric.* & in diversis *Conciliis* cumulatis à Diaz. *in prax. crim. canon.*

Tum quia negotiationis finis est lucrum temporale, quod Clerici contemnere debent; tum etiam quia rarissimè negotiationes absque peccati labe exercentur, tum rursus, quia negotia homines retrahunt à spiritualibus, quibus incumbere peculiare clericorum munus est, † unde habetur *ad Co-* 2
rinth. 2. c. 1. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus quas rationes post alios adducit Salsedo *ad prax. crim. Canon.* Diaz. *cap. 55. littera A.* quibus addenda est quarta, † quia 3
negotiationes reddunt clericum vilem, & sacerdotalem decorem annihilant *c. perlatum 88. disp. 34.* Bellett. *disquis. Cleric. tit. de disciplin. Cleric. §. 21. nu. 3.* Quamobrem † clericum ne- 4
gotiatorem tanquam pestem esse fugiendum, ex D. Hieronym. dicitur in *capit. negotiatorem 88. distinctione*. Et meritò quidem quia † si credimus Salsed. loco citato ex cen- 5
suris cæterisque pœnis, quæ Clericis negotiatoribus imponuntur, facilè dignosci potest, illos esse in statu peccati mortalis *cap. nemo, & cap nullus. 11. quæst. 3.*

Quo sit ut Clericus ex delicto, & propria turpitudine emolumentum, & privilegium consequi non debeat; ac proinde † ejus facultates à laicorum statutis, legibus vel consuetu- 6
dinibus Ecclesia, non defendat inquit ex. in *cap. fi. de vit.*

& ho-

& honest. cleric. & observat Guttier. *de Gabell. q.93. num.* 4.
7 & gabellam solvere teneatur, & quodcumque privilegium, saltem quo ad ipsas res, in quibus negotiatur, amittat Specul. *in tit. de Immun. Eccles. nu.*3. Felyn. *in c. Ecclesia S. Mariæ num.*105. *& ibi* Dec. *num.*78. *de constitut.* Bertacch. *de Gabell. par.*3. *num.*2. *& par.*7. *num.*10. Ruin. reportans ad hoc *capit. quamquam de censibus in sexto, in consil.* 112. *numer.*6. *lib.* 5. Duen. *regula* 100. *fallen.*11. Marant. *in pract. par.*4. *dist.* 11. *numer.*8. Tiraquell. *de retract. tit.*1. §. 32. *gl.*1. *num.* 80. Natta *consil.*139. *numer.*3. *& seq. libr.*1. Surd. *cons.* 513. *num.* 80. *lib.*3. Menoch. *de arb. iud. cas.*562. *num.*42. Zerula *in prax. Episc. in verb. Clericus* §.9. *ver.* 1. *in clerico negotiatore* Thesaur. *dec.*116. *num.*10. Navar. *in Manual. c.*17. *num.* 20. Bobadill. *in polit. lib.*2. *cap.*18. *sub nu.*123. Gironda cum per eum relatis *de gabell. p.*6. *in prin. num.*10. *& seqq.* Guttierez. *etiam de gabell. q.*93. *nu.* 1. *& seqq.* plurimos congerit, & sequitur Carolus de Grass. *effect. cler.* 3. *nu.*176. & probatur *in c. quamquam de censib. in sexto*, ibi *quas non negociandi causa deferunt, & in Clementina præsenti eod. tit.* vbi eadem præcisa verba repetuntur, qua de re latè Stracch. *de Mercatur. p.*2. *tit. de his qui mercat. exerc. poss.*

8 Quod † autem Clericus fructus ex patrimonialibus, vel Ecclesiasticis prædiis recollectos, aliò exportari faciens causa lucri faciendi, & uti carius ibi illos vendat, dicatur negotiator, & vti talis ad vectigalis solutionem teneatur tradit Carol. de Grass. *dict. effect. cleric.* 3. *num.* 178. adducens ad hoc Bertacch. *de gabell. par.*7. *num.*11. Vulpel. *de libert. Eccles. par.*3. *num.*19. Parpal. *in leg. placet num.*13. *& ibi* Alciat. *in verb. canonicam C. de Sacros. Eccles.* Natt. *cons.*139. *num.* 4. *libr.*1. Rolan. *consil.*61. *lib.*4. Boer. *decis.*213. *numero* 213. *in fi.* Scapp. *in tr. de iure non scripto lib.*1. *cap.*19. *n.* 15. *&* 16.

9 Cæterum dicebam hic æquivocari in terminis, † quia vendere res proprias, & fructus ex illis recollectos non est ullo pacto negotiatio, sed est contractus omni jure clericis permissus, qui ex rebus suis negotiari non dicuntur, ac proinde ab omni vectigalis solutione sunt exempti, eo quod res ipsæ personarum conditionem sequantur, ita in effectu respondet Abb. *in consil.*6. *lib.*2. Ancharan. & Imol. *in c. fin. in fin. de vita & honest. Cleric.* Dec. *in capit. Ecclesia S. Mariæ numer.*78. *de Constit.* Cravett. *consil.*6. *numer.*116. *& consil.* 163. *num.*3. Natt. *cons.*136. *n.*2. *lib.*1. Roland. *cons.*71. *nu.*12. *vol.*4. cum aliis congestis per eundem Carol. de Grass. *effect. cler.*7. *n.*35. Tiraq. *de Notabilit. c.*28. *num.*10. Avendagn. *de exequen. manda. reg. c.*19. *nu.*24. Salsedo ad Diaz. *in pract. cr. can. litt. A, ver. ex quibus.*

10 Adeo † ut quacunque prohibitione non obstante possint vinum etiam ad minutum absque gabellæ solutione vendere, nec propterea tabernam dicantur exercere, ut colligitur ex glos. *in cap. negotiationem* 88. *dist.* & tradunt Abb. *in c.*2. *n.*1. *ne cler. vel monach.* Gemin. *in c. unico n.*9. vbi etiam Io. Andr. & Franch. *de vit. & honest. Cler. in sexto.* Bertacchi. *de gabell.*7. *p. prin. q.*7. *col.*4. *ver. an autem*, ubi ait ita fuisse iudicatum Lambert. *de Iure Patr. lib.*2. *p.*1. *q.*6. *art.*62. *nu.*4. Rolan. *d. cons.*71. *n.*9. Bellett. *disqui. Cler. tit. de disciplin. cler.* §. 22. *nu.*15. Salsedo *loc. cit.* Navar. *in Manual. c.* 25. *num.* 100. Graffius *dec. aur. p.* 2. *lib.*3. *c.*8. *nu.*11. *&* 12. Guttier. *de Gabell. qu.*93. *n.*33.

Cum itaque in fructibus ex propriis, vel Ecclesiasticis prædiis recollectis non cadat mercatura, vel negotiatio, nec lucri captandi aviditas, sequitur perneccsse, ut illos liberè possit clericus ubique locorum vendere, & perperam ac insulsè conentur Gabellarii hujusmodi distrahendi facultatem ad unam urbem restringere, quasi nequeat Clericus eosdem fructus ad exteras Civitates præsertim charitate laborantes ve-
11 nales transmittere. † Imò verò id est Reipublicæ valde utile, ut in terminis considerat Redoan. *in tract. de spoliis qu.* 2. *sub numer.*55. *ex* D. Thom. 2. 2. *quæst.*77. *artic.*4. *ad secundum.*

12 Et † in puncto quod Clericus deferens rem suam de loco ad locum, causa vendendi, & habendi majus pretium non dicatur negotiator; quia ad hunc effectum requiritur, ut rem illam emerit ut venderet firmat Vitalin. *in clementina præsenti de Censibus* sequitur Maccabrun. *dict. cons.*18. *n.*291. *& seq.*

13 Non † obstant auctoritates à Carol. de Grass. allatæ quia Bertacch. Natt. & Scapp. loquuntur simpliciter de clerico negotiatore; advertentes illum dici talem, qui emit ad effectum carius non mutata forma vendendi (de quo & nos infra dicemus) Parpalia ad rem non loquitur Alciat. tractat. de clericis qui negotiationis gratia emerint, & secum advexerint, & in hoc inquit eorum juramento stari Boer. & Rolan. loquuntur de laico fructus ab Ecclesia emptos transportante, Vulpellus verba facit de clerico ad effectum negotiandi trasportante, non de vendente fructus proprios, & sic opinio Caroli de Grass. iure ratione, ac auctoritate destituta remanet.

Et ex his cessant quoque rationes supra in contrarium ponderatæ, quæ terminis nostris nullatenus applicantur, sed procederent ubi d. Canonicus frumentum præfatum emisset animo carius revendendi, † ista enim est negotiatio quæ ma- 14
ximè est clericis prohibita, & quæ à D. Chrisost. diffinitur *in capitul. eiiciens* 88. *distinct.* ut sit solertia quædam vilius emendi, & carius distrahendi non mutata forma. Hæc inquam negotiatio è templo Domini eiicitur, ac subinde privilegiis exuitur clericalibus *d. cap. eiiciens & c. canonum* 14. *quæst.*4. & habetur per D. Tho. 2. 2. *q.*77. *art.*4. *ad primum* Card. *in Clem. fin. col.*2. *de censibus* Natt. *cons.*513. *n.*12. *& seq.* Rolan. *cons.* 38. *nu.*28. *col.*2. Maccabr. *d. cons.*18. *nu.*263. *& seqq.* Bellet. *disqui. cler. tit. de disciplin. cler.* §.21. *n.*7. *& seq.* Rodoan. *de spoliis q.*2. *n.*35. 37. *&* 39. Azor. *de spoliis c.*2. *q.*5. Guttier. de commu. attestans *in tr. de Gabell. q.*93. *n.*16.

Et sic duo copulativè requiruntur, prius est ut rem vendat, non ex propria re ortam, sed ab alio comparatam alterum ut eo fine emerit, quò carius revenderet; quorum alterutro deficiente, deficit quoque negotiatio; itavt nec rem propriam vendens vel ad vendendum alibi mittens dicatur negotiator;
† nec ille qui rem emit pro suæ domus usu, & postea muta- 15
ta sententia, vel quia in aliqua parte sibi superfit, carius vendat quia in hoc attenditur prima destinatio Alberic. attestans de comm. opin. *in* 2. *p. statutor. qu.*206. Bertacch. *de Gabell. p.* 7. *n.*11. Stracch. *de Mercatura p.*3. *tit. de his qui mercat. exerc. non poss.* Rolan. *cons.*71. *n.*19. *lib.*4. citans ad hoc text. *in l. cætera* §. *sed si paraverit de lega.*1. Clar. *in* §. *fin. q.*82. *ver. statutum septimum circa blanda n.*5. ubi quod ita quotidie servatur Navar. *in Manual. c.*25. *n.*110. Marta *de Iurisd. p.*4. *c.*3. *n.* 12. *& seqq.* Salsedo ad Viaz. *in prax. canon. c.*54. *littera A, ver. & ut huius capitis* & est doctrina D. Th. 2. 2. *qu.*77. *art.* 4. *ad secundum.* Quod intelligebat Bair. ad Clar. *d. q.*82. *numer.* 88. modò constet de primo proposito, alias inquit præsumi ab initio emisse animo revendendi secundum Ripam. *de Remed. ad conserv. ubert. num.* 109. *cum seq.* & ut primæva intentione exemplum poni potest ut per Alex. *cons.*1. *nu.*22. *lib.*3. Ego tamen arbitror totum contrarium sentiendum potissimum in Clerico, nisi personæ qualitas aliter suaderet, cum delictum non sit præsumendum. Et in omnem casum staretur ejus juramento, tum quia sumus in his quæ ab animo dependent, tum etiam per ea, quæ in his terminis dixi in *dec.*12. *n.*64.

Et hinc etiam decidi videtur alius articulus in hac materia frequentissima, scilicet † an si frumentum à dicto Canoni- 16
co transportatum, non ex proprio, sed ex prædio à se quæstus gratia conducto percepisset, dici posset negotiator, & ad Gabellæ solutionem teneretur? quamvis enim affirmativè responderint reali per Bellet. *disquis. Cleric. tit. de disciplin. Cleric.* §.21. *n.*31. & Guttier. *de Gabel. quæst.*93. *nu.*68. negativam tamen opinionem luculenter defendit Maccabrun. *in cons.*18. *n.* 296. *cum plur. seqq.* ubi Bartoli Lapi. & Alex. auctoritate nititur, eumque sequitur idem Carol. de Grass. *de effect. Cler.* 6. *num.* 30. *&* 31- præcipue quia in prædiorum conductione non verificatur negotiationis diffinitio, cum fructus qui venduntur, non emantur immediatè, sed mediante opera, & artificio percipiantur, quæ tamen sententia vix à Camerali bus de spoliis tractantibus reciperetur, quoties clericus pro vitæ & familiæ substentatione prædium conducit; secus si lucri gratia, per ea quæ post alios latè deducit Carol. de Grass. *d. effect.*6. *cler.* & quia absolutè loquendo † aliena prædia 17
conducens ut fructus inde percipiendo vendat, negotiator dicitur Tiraqu. *de Nobilit. c.*37. *num.*82. Guttier. *loc. cit. nu.*70. nisi id agi ut ex hujusmodi industria sibi suisque victum paret per supradicta.

ARGUMENTUM.

Impedimentum Justitiæ publicæ honestatis ex quibus sponsalibus oriatur, & an illis dissolutis evanescat.

Judex an ex confessione extra processum facta moveri possit.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia an, & quatenus impedimentum publicæ honestatis pariant.*
2 *Non entis nullæ sunt causæ.*
3 *Ordinarius ante omnia debet de impedimento matrimonii apposito cognoscere.*
4 *Enunciativa prolata circa ea, quæ enuncians præsumitur sciviſſe an & quatenus probet.*
5 *Sponsalium promissio absenti per nuncium facta an sit irrevocabilis.*
6 *Turpitudinem propriam allegans non auditur.*
7 *Matrimonium simulatè se contraxisse asserens an audiatur.*
8 *Matrimoninm vel sponsalia fictè contrahens mortaliter peccat.*
9 *Sponsalium requisita quot, & quæ sint.*
10 *Sponsalia non oriuntur ex promissione facta non animo se obligandi.*
11 *Impedimentum publicæ honestatis non oritur ex sponsalibus inualidis.*
12 *Confessio extraiudicialis ante partis acceptationem revocari potest.*
13 *Confessio iudicialis an & quando ante partis acceptationem revocari possit.*
14 *Iudex iudicare debet secundum allegata, & probata,* & vide n. seq. & 19.
15 *Etiam contra veritatem, quam novit ex privata notitia rei gestæ.*
16 *Nec potest extraiudicialiter se informare.*
17 *Sententia quæ non iustificatur exactis est notoriè iniusta.*
18 *Et an sit notoriè nulla, & an transeat in iudicatum, & quid si offerantur in promptu prolationes ad eam iustificandam.*
19 *Iudex an & quando ad iudicandum moveri possit ex confessione sibi viua voce facta.*
20 *Sponsalia mutuo consensu dissoluuntur.*
21 *Impedimentum publicæ honestatis an ex dissolutis sponsalibus oriatur* Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. cap. 3. *ex sententia* Sac. Cong. *declaratur.*
Eman. Sà in ver. Matrimonium n. 12. *reiicitur.*
22 *Impedimentum publicæ honestatis est perpetuum.*
23 *Impedimenta matrimonii non pendent à contrahentium voluntate.*
24 *Opinio singularis an præferatur communi pro sustinendo matrimonio,* & n. seq.
Congreg. Sacr. Concil. Trident. *quam habet auctoritatem.*
25 *Matrimonium invalidum an inducat impedimentum publicæ honestatis dirimens priora sponsalia.*
26 *Dispensare quis possit in impedimento publicæ honestatis.*
Inferior non dispensat in lege superioris.

DECISIO XCV.

ANdreas Bencivegnius Civis Parmensis, qui dudum Barbaram Landrianam per verba de futuro desponderat, & matrimonium post inde cum Octavia eiusdem Barbaræ sorore per verba de præsenti contraxerat. Parocho de expresso D. Vicarii illius temporis mandato, sub prætextu consensus à Barbara præstiti, assistente, judicium tandem nullitatis posterioris conjugii coram me proposuit, & sententiam reportavit favorabilem.

1 Est † enim satis nota & aperta juris dispositio ex præcedentibus sponsalibus oriri impedimentum justitiæ publicæ honestatis, quo consanguineis alterutrius sponsi interdicitur matrimonium cum altero, & contractum dirimitur, textus est *in cap. litteras de desponſ. Impub. cap. inuenis c. veniens cap. ad audiendam cap. ſponſam de ſponſ.* & in melius *in cap. unico de ſponſal. in 6.* quod quidem ad sponsalia valida & ad primum gradum restrictum fuit per *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. capitul. 3. de reformat. matrimon.* intelligendo tamen de sponsalibus per verba de futuro: nam ex contractis per verba de præsenti, etiam nulliter oritur impedimentum, ut declarando conciliarem dispositionem sancivit piæ memor. *Pius V. in eius conſtitut. 62. ad Roman. tom. 2. Bullar. 258.*

De sponsalibus autem prioribus constabat tum ex partium confessione, tum etiam ex depositione testium; quæ quidem probationes per se satis concludentes, coadiuuabantur ex abundanti. Tum ex renunciatione de sponsalibus à Barbara facta, quę in necessarium antecedens præsupponit sponsalia; cum renunciari non possit quod non est, † & non 2
entis nullæ sint causæ *leg. eius qui in provincia ff. ſi cert. petat.* Alexand. *conſ. 196. num. 15. lib. 2.* Greg. XV. *deciſ. 269. num. 5.* tum etiam ex mandato Vicarii in scriptis Parocho dato, ut matrimonio assisteret non obstantibus præfati sponsalibus, quæ asserebat sibi nota fuisse; prout etiam de jure præsumitur; † ille enim uti ordinarius ante omnia cognos- 3
cere debebat an allegata sponsalia verè interceſſerint *capit. ſi. in ſi. de clandeſt. de ſponſ. cap. 1. de conſang. & affin.* Sanchez de Matrimon. *lib. 3. diſput. 15. num. 3.* Guttier. de Matrim. *cap. 60. num. 2.* Segur. *in director. Iudic. Eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 4.* Cæval. *in ſpecul. comm. contra comm. quæſt. 604. num. 49.* † Unde ista enunciatiua prolata circa ea, quæ enuncians 4
præsumitur sciviſſe, utique probat] Ruin. *conſ. 141. numer. 10. lib. 5.* Cæphal. *conſ. 192. num. 38.* Coccin. *deciſ. 199. num. 10.* saltem adminiculis fulcita Vitalin. *de Clauſul. tit. quand. verb. enunc. n. 5.* Afflict. *dec. 83. n. 1.* Rota *in Spoletana bonorum 13. Iunii 1608. coram Marcomontio.*

Tum † denique quia Parochus antequam matrimonium 5
inter Andream & Barbaram publicasset, ad præscriptum constit. Synodal. Parmensis utriusque exegit consensum, & uti Andreæ nuncius illius in matrimonium assensum attulit Barbaræ, à qua vicissim promissionem reportavit, & hinc irrevocabilia resultare sponsalia firmat Sanchez de matrim. *lib. 1. diſp. 7. n. 34.* & sic non applicatur *deciſ. 471. par. 2. rec.* exadverso allegata; quia ibi prætensa sponsalia deducebantur duntaxat ex enunciativa instrumeti promissionis dotis, & ex alio instrumento in quo pariter enunciabantur sponsalia, & sic de illis non constabat; in casu verò nostro multipliciter & plenè de illis apparebat.

Non obstat quod Andreas inter informandum oretenus coram me dixerit se neque propria sponsalia cum Barbara, neque matrimonium cum Octavia animo se obligandi contraxisse, & propterea † licet quo ad d. matrimonium & sic 6
ad sui favorem non sit audiendus propriam allegans turpitudinem *l. ſi creditor. C. de ſer. pign. dat. cum vulg.* † & in specie 7
in foro fori ad quem matrimonium pertinet non esse audiendum eum qui dicit se simulate contraxisse tradunt Hostiens. Jo. And. & Anch. *in c. veniens extr. qui Cleric. vel Monach.* † cum fictè contrahere sponsalia vel matrimonium si pecca- 8
tum mortale Caietan. *in Sum. ver ſponſalia* Armilla *etiam in ver. ſponſalia num. 14.* Navarr. *in Manual. cap. 32. nu. 76.* Veracrux attestans de com. opin. *p. 3. ſpeculi art. 19. concl. 1.* Ledesma *de matrim. dub. 14.* Sanchez *de matrim. lib. 8. nu. 3.* Contra se verò & sic quod præcedentia sponsalia non animo se obligandi contraxerit, eidem credendum esse, & sic deficere primum ex tribus requisitis ad sponsalium validitatem, † quæ sunt ut interveniat mutua futuri matrimonii 9
promissio, ut ea sit acceptata, utque aliquo externo signo manifestata Perel. *de ſponſal. §. 1. & 24.* Reginal. *lib. 31. c. 34. à num. 244.* Henriquez *in ſumm. lib. 1. c. 13.* Guttier. *de matrim. cap. 4. cum duob. ſeq.* & alii communiter. † Et promis- 10
sionem sine animo se obligandi non causare sponsalia, neque marrimonium, eo quod verus requiratur consensus, ac intentio se obligandi colligitur ex Navar. *comme. de datis promiſſis pro iuſtitia num. 22. & ſeq.* Lessius *de iuſt. & iur. cap. 8. dub. 1. n. 6.* & latius *cap. 40. dub. 1. n. 6. & ſeqq.* & in terminis tradit Sanch. *de matrim. libr. 1. diſput. 9. num. 1. & ſeqq.* Coninch. *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 21. num. 7.* & latius *n. 10.* † Et successivè ortum non fuisse impedimentum 11
iustitiæ publicæ honestatis tex. expressus *in cap. unic. in prin. de ſponſal in 6. & in Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. matrimon.* & tradunt Lessius *de iud. & iur. quæſt. 55. art. 4. ver. nihilominus* Navarr. *in ſumm. cap. 22. numer. 57.* Bonac. *tom. de matrim. quæſt. 3. punct. 11. numer. 3.* quicquid secus senserit Sanchez *de matrim. lib. 7. quæſt. 68.* Henriq. *libr. 12. cap. 10. num. 2.* Roderic. & alii, quorum opinio revera non videtur sustentabilis.

Quia præterquam quod Andreas hujusmodi extrajudicialem confessionem antequam à parte acceptaretur, revocavit, † quod indistinctè fieri potest ut post alios firmat Mas- 12
car. *de probat. concl. 347. n. 28.* † Præsertim cum ex abrupto 13
facta fuerit quo casu etiamsi in judicio emanasset & non docto de errore potuisset revocari, si credimus Gemin. *in cap. ſciendum 29. diſtin.* Jo. de Arnon. *in ſingular. primo* & Barz.

deciſ.

decis. Bonon. 307. *num.* 21. Sanè de hujusmodi confessione ni-
14 hil in processu constat. † Judex autem judicare tenetur juxta allegata & probata *gl. in c. pastoralis* §. *quia vero in ver. tenetur de offic. de leg. & in cap.* 1. vbi Joan. Andr. Butr. Imol. *& alii de offic. ordin.* Capra *concl.* 32. *n.* 8. Cassa. *dec.* 2. *nu.* 8. *& seq. super regul. cancell.* ubi de com. cum aliis plena manu
15 congestis per Mascar. *de prob. concl.* 949. etiam contra † veritatem, quam novit ex privata scientia & notitia rei gestæ D. Thom. 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. ubi Caiet. cum aliis quos refert, & sequitur Benzon. *de censur. disp.* 5. *lib.* 7. *cap.* 4. ubi ait hanc esse probabiliorem, quam etiam multis confirmat; idemq; egregie defendit Navar. *cons.* 1. *numer.* 2. *de off. iud. par.* 1. *&*
16 *cons.* 5. *de privil. n.* 1. *&* 12. *part.* 2. nec potest † judex se movere ad judicandum extra acta nec extrajudicialiter se informare, juxta opinionem, quam sequitur Rota de qua Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 22. Rota *decis.* 445. *nu.* 8. *p.* 1. *diu. & decis.* 404. *sub n.* 1. *p.* 1. *in recent.* adden. ad Greg. XV. *dec.*
17 1. *num.* 5. Itaut sententia dicatur notoriè injusta † nisi justificetur ex actis Paris. *cons.* 54. *num.* 2. *lib.* 4. Hier. Gabr. *cons.* 28. *n.* 6. *lib.* 1. Cæs. de Graff. *dec.* 2. *de solut. & dec.* 13. *in fine de sent. & re iud.* Rota *decis.* 689. *nu.* 2. *p.* 1. *in recent. & decis.* 649. *num.* 16. *p.* 2. *in rec.* ubi testatur de stylo Rotæ Greg. XV.
18 *d. dec.* 1. *n.* 4. & ibi add. ac † etiam notoriè nulla Card. Seraph. attestans de inveterata Rotæ observantia *in decis.* 1261. *nu.* 5. Beltramin. *ad d. dec.* 1. Gregor. ubi propterea quod nec unquam transit in judicatum, nec est necesse ab ea appellare, & concordantes refert. Sed quod sententia, quæ non justificatur ex actis non sit nulla, sed tantum contra jus litigantis, cum probatio non sit de substantia judicii, & propterea in rem transeat judicatam; modo non se referat ad acta tenent Afflict. *decis.* 47. *fere per totam* Cravett. *cons.* 65. *vol.* 5. *vers. non obstat.* Vant. *de nullit. ex defect. proces. num.* 38. *& seq.* qui de magis communi testatur Osasch. *dec.* 146. *num.* 16. Surd. *decis.* 36. *n.* 6. Turzan. *comm. opin.* 100. Eman. in Thesaur. comm. opin. *lit. P. num.* 280. Trevisan. *decis.* 53. *libr.* 1. quam opinionem admittit etiam Rota quando offeruntur probationes in promptu ad justificandam sententiam, ut per Put. *decis.* 401. *lib.* 1. Card. Seraph. *decis.* 701. *num.* 1. & antea *decis.* 334. *nu.* 5. ubi rationem reddit, & apud Burat. *decis.* 251. *n.* 10. *& seq.*
19 Et † quamvis ab his recedi soleat quoties ex confessione coram Judice viva voce facta, ille ad sic judicandum inclinatur Bald. *in l.* 1. *propè fin. C. de Vindic. libert.* quod dictum mirabile, & nunquam oblivioni tradendum putat Felyn. *in cap. cum venerabilis n.* 42. *de except.* Alex. *in leg. si is ad quem in fin. ff. de acquis. hæred.* Paris. & Alban. in addit. ad Bart. *in l. illicitas* §. *veritas de offic.* Præsid. Id tamen intelligendum est de confessione facta judici, & vel absentia vel ex omissione notarii vel alia de causa in actis non redacta; secus si Judici, uti privatæ personæ, ut in casu nostro, ut distinguendo, egregiè & latè probat Covar. *lib.* 1. *Variar. resol. cap.* 1. *n.* 9. sequitur Mascard. *d. concl.* 949. *n.* 5.
20 Minus refragatur quod † priora sponsalia mutuo consensu dissoluta fuerint, ut latè per Coninch. *de Sacrament. & censur. disp.* 22. *dub.* 1. cum aliis congestis à Bonac. *de Matr. quæst.* 1. *punct.* 10. & ex nostratibus tradit Surd. *consil.* 364. *numer.* 24. *&* 52. *vol.* 3. Gregor. XV. cum per eum relatis *decis.* 376. *num.* 4. *& seqq.* & est text. *in cap.* 2. *de sponsal.* de cujus interpretatione latissimè agit Guttier. *de Matrim. cap.* 24. *per*
21 *tot.* † Ac proinde ex jam dissolutis sponsalibus oriri non potuerit impedimentum justitiæ publicæ honestatis ut per Em. Sà *in manual. confess. ver. Matrim. n.* 12. & quod ex sententia *Sac. Congregationis Conc. Trid.* ea reputentur invalida, & sic comprehendantur in ejusdem *Concil. Trident.* dispositione *sess.* 24. *de reformat. matrimon. cap.* 3. ut tradit Guttier. *de Matrimon. c.* 109. *num.* 11. Rebel. *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 14. *n.* 2. Nald. *in Sum. ver. sponsalia num.* 5. Molfes. *in Sum. p.* 1. *tit.* 4. *c.* 5. *n.* 42.

Hæc enim sententia directè repugnat textui aperto in *cap. accessit ad præsentiam vers. sane tunctо glos. in verb. ipso iure de spons. impub.* ubi quod sponsus absolutus à consensu præstito super sponsalibus cum puella contractis, illius matrem ducere non potest; quia inhonestum videtur ut matrem ejus habeat, cujus filia fuit sibi desponsata, qui textus non potest dici correctus per *Sacr. Conc. Trid. loc. cit.* illud enim loquitur de sponsalibus, quæ ab initio quacumque ratione valida non erunt, non autem de iis, quæ ex post facto resoluuntur; quapropter meritò Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 68. *numer.* 21. reprehendit Eman. Sà nulla ratione suffultum contra communem tenentem. Allata verò à præfatis Theologis Sacræ Congregationis resolutio apocripha est, cum imò totum contrarium censuerit eadem Sacr. Congreg. teste Leon. *in Thesaur. fori Eccles. cap.* 24. *nu.* 92. & est penes me alia similis resolutio in una Cræmon. in hæc verba. *Dubitavit Episcopus Cremonensis &c. An ex sponsalibus cum Isabella contractis, & mutuo consensu dissolutis ortus si iustitiæ publicæ honestatis impedimentum? Congregat censuit sponsalia hæc cum à principio valida fuerint induxisse impedimentum publicæ honestatis licet mutuo consensu dissoluta: quia Consilium hoc solum considerat quod à principio valida sint, & quia si à principio valida, deinde dirempta per mortem, impedimentum inducunt; ita & dissoluta consensu* eiusdem tenoris est alia ipsius Sac. Congreg. resolutio in una Pacen. cujus exemplar pariter apud me extat unde Guttier. Rebel. Molfes. & Nald. qui ab apocripha declaratione decepti contrariam firmarunt sententiam, hodie si verum Congregationis sensum intelligerent profectò Palinodiam canerent, prout hac eadem de causa illam cecinit Bonacc. *d. quæst.* 3. *punct.* 11. *num.* 7. *in fin. in novissima impressione*. Nec desunt rationes, quibus hæc sententia fulcitur; quarum prima est † quia impe- 22
dimentum justitiæ publicæ honestatis est perpetuum *c. sponsum, & cap. si quis disponsaverit* 26. *quæst.* 2. & colligitur ex *c. fraternitatis* 35. *quæst.* 10. *glos. in cap. unic. ver. public. de sponsal. in* 6. & ibi Jo. Andr. *num.* 5. Franch. *num.* 6. & Domin. *in fin. principii* Alban. *in repet. cap. sponsam numer.* 2. *de sponsal.* & ibi Alexand. *de Nevo numer.* 7. *& Præpos. in fin.* Tolet. *in Sum. lib.* 7. *c.* 20. *num.* 2. Cajetan. *in repet. c. ad crim.* 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 203. *n.* 483. Sanchez *de Matr. lib.* 7. *q.* 68. *n.* 29. Bonac. *de Matr. q.* 3. *punct.* 11. *n.* 7. ac proinde per consensus præstiti revocationem non cessat.

Secunda † est quia hujusmodi impedimentum non cessat 23
per alterius sponsi obitum ut ex *c. sponsi. de sponsal. & c. si quis uxorem* 17. *qu.* 2. firmant communiter scribentes, ut testatur Sanc. & Bonac. *loc. cit.* † tertia est quia impedimenta matri- 23
monii, non pendent à contrahentium voluntate, sed ab Ecclesia, quę constituit ut impedimentum publicę honestatis insurgat ex sponsalibus vulidis; sponsalia verò semel valida ex quibus jam fuit impedimentum cõtractum, non poterant partes ex post facto infringere, & canonũ dispositionem eludere ex Bona. *loc. cit.* Deniq; quia ratio ob quam inductum est ab Ecclesia publicæ honestatis impedimentum, sponsalibus mutuo consensu dissolutis, adhuc durat: ut benè considerat Bonac. citatus, subdens eiusdem esse sententiæ nonnullos recentiores è societate Jesu magistros à se hac in re consultos. Non itidem obstat quod cum Eman. Sà firmaverat mutuo dissensu hujusmodi impedimentum dissolui, † & cum agatur de 24
matrimonio sustinendo, etiam singularis Doctoris sententia præferenda sit communi opinioni, textui aperto non innitenti. Hostiens. *in capit. si vir de cognat. spirit. super verb. aliter*, & ibi Joan. Andr. *numer.* 3. Anton. de Butr. *in fin.* Anchar. *num.* 3. Alb. *num.* 3. cum aliis late congestis per Sanchez *de matr. lib.* 1. *disp.* 18. *num.* 7. Menoch. *de præsump. lib.* 2. *præsump.* 71. *n.* 30.

Quia preterquam quod in terminis habemus textum expressum in *dicto capit. accessit ad præsentiam de sponsi. impub.* sup. relatum ac resolutionem Eminentissimorum Sac. Congregationis Cardinalium † auctoritatem habentibus inter- 25
pretandi Sac. Conc. in rebus moralibus ac ad fidem non spectantibus *ex Constit. fel. rec. Sixti V.* 274. *in S. Congr. tom.* 2. Bullar.

Responderi potest negando assumptum quia imò rejecta singularis Doctoris auctoritate, matrimonio, vel cuicumque piæ causæ faventis, communis est attendenda sententia, ut per Barbat. *cons.* 3. *col. pen. ver. nec obstat. li.* 1. sequitur & latè comprobat Dec. *in cap.* 1. *num.* 31. *de constit.* Alciat. *libr.* 3. *Paradox. cap.* 7. *numer.* 3. *&* 4. *& de Præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 40. *numer.* 2. Cotta *in memorabili. part.* 2. *ver. nuptiarum causa*. Joan. Orosch. *in leg.* 1. *numer.* 17. *ff. de offic. q.* latè Nevizan. cum per eum relatis in Sylv. *nuptial. lib.* 5. *nu.* 73. Menoc. *de Præsump. lib.* 2. *præsump.* 71. *n.* 71. Guttier. *in repet. l. unic. num.* 21. *C. quan. à non peten. part. & in tract. de matrim. c.* 3. *sub num.* 19. Ubi id quibusdam juribus confirmat.

Non etiam obstat dilemma, quod exadverso fiebat aut matrimonium cum Octavia celebratum validum est, & illam dubio procul tenetur Andreas traducere; aut obsistentibus prioribus sponsalibus cum Barbara, celebratis, corruit, & tunc saltem ipsam Barbaram Octaviæ sororem ducere tenetur, cum ex matrimonio rato inualido non inducatur impedimentum publicæ honestatis dissoluens priora sponsalia

valida

valida textus eſt *in c. unico de ſponſal. in 6.* Navarr. *in Summ. cap.22. num.57.* cum aliis, quos refert & ſequitur. Sanch. *de matr. lib.7. diſp.68. n.4.* Coninch. *de Sacram. & cenſur. diſput.32. num.62.* Bonac. atteſtans de comm. opin. *tom. de Matrim. quæſt.3. punct.11. num.20. & ſeq.* Guttier. cum per eum congeſtis *de matrim. capit.27. numer.2.* Nald. *in Summ. verb. Matrimonium num.8.* & dixit Rota *in Tullen. Matr.* 13. *Maii* 1596. *coram Penia*. Quia præterquam quod Barbara non eſt in cauſa neque in hoc judicio de ejus intereſſe ; Adeſt eius expreſſa renunciatio, & per mutuum conſenſum ſponſalium diſſolutio.

Denique non refragatur diſpenſatio à Vicario illius temporis conceſſa , ut prioribus ſponſalibus non attentis matrimonium cum Octavia celebraretur : quia Vicarius ille inadvertenter auctoritatem Summo Pontifici re-
26 ſervatam ſibi aſſumpſit , † nec poterat in lege ſuperioris diſpenſare *capit. inferior diſt.21. Clem. ne Romani de elect.* & tradunt communiter ſcribentes longa ſerie congeſtis per Sanch. *de matrimon. lib.8. diſput.6. num.14. & ſeqq.* Bonac. *dict. quæſt.3. punct.11. num.22.* & eſt clariſſimum & indubitatum.

ARGUMENTUM.

Appellatio à mandato de manutenendo an, & quando concedatur. Diſtributionum percipiendarum Jus an & quando ad ſucceſſorem tranſeat.

Rector an & quando Eccleſiæ , vel proprio nomine agere debeat.

SUMMARIUM.

1 *A Mandato de manutenendo in Summariiſſimo de iure civili non datur appellatio.*
Declara ut num. 15.

2 *A mandato de manutenendo de Iure Canonico an , & quando appelletur* & num.6.

3 *Mandatum de manutenendo per cedulam conceſſum an , & quando per appellationem ſuſpendatur* , & numer.6.

4 *Mandatum de manutenendo eſt decretum merè interlocutorium.*

5 *Mandatum de manutenendo an, & quando in rem tranſeat iudicatam.*

6 *Per cedulam quando dicatur lata ſententia.*

7 *Mandatum de manutenendo in ſummariiſſimo , præſervatiura in petitorio , & poſſeſſorio plenario.*

8 *A mandato de manutenendo in plenario poſſeſſorio de iure canonico appellatur.*

9 *Mandatum de manutenendo datur pendente poſſeſſorio ordinario.*

10 *Mandatum de manutenendo peti poteſt in qualibet parte iudicii.*

11 *In prima, ac in qualibet vlteriori inſtantia.*

12 *Mandatum de manutenendo conceditur in ſecunda inſtantia, etiam ſi in prima fuerit denegatum vel nulliter conceſſum.*

13 *Diſtributiones quotidianæ ſunt ad inſtar mercedis operariorum.*

14 *Mandatum de manutenendo conceditur poſſidenti tempore motæ litis, vel antea.*

15 *A mandato de manutenendo manifeſtè iniuſto, de utroque iure datur appellatio.*
Declara ut num.31.

16 *Manutentio an & quando detur ſucceſſori ratione inſtantiæ ad anteceſſores captæ.*

17 *Poſſeſſio defuncti abſque nova apprehenſione non continuatur in ſucceſſorem.*

18 *Succeſſori adepta beneficii poſſeſſione, competit manutentio iurium illius.*

19 *Eccleſia, etiam mortuo prælato, retinet civilem poſſeſſionem , cuius vigore manutenenda eſt in naturali , quam non habet.*

20 *Eccleſia manutenenda eſt etiam ſi Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato.*

21 *Rector quando Eccleſiæ, & quando proprio nomine agere debeat*, & n.29.

22 *Diſtributionum legatum an cappellarum, vel cappellanorum favore relictum cenſeatur, & an ſit ius perſonale vel reale* & n.30.

23 *Diſtributiones, an, & quando veniant appellatione fructuum* & ſub n.29. verſ. ceſſat.

24 *Diſtributiones an ſint bona beneficii, vel ius ratione beneficii competens*, & n.27. & 28. & ſub n.29.

25 *Diſtributiones dantur pro labore & ſervitio.*

26 *Manutentio in perceptione diſtributionum, & intereſſentia in choro debetur ſucceſſori ratione poſſeſſionis anteceſſoris.*

27 *Maſſa poſſidetur ab Eccleſia, eiuſque bona dicuntur Eccleſiæ bona.*

28 *Cappellania eſt in anima viventis , & poſſidet jura ſua prout cætera beneficia.*

29 Natta conſil. 562. n.9. & 10. *declaratur.*

30 Seraph. dec. 44. & 60. *declaratur.*

31 *Iniuſtitia qualis requiratur, ut à mandato de manutenendo detur appellatio.*

DECISIO XCVI.

D. Robertus Curſus Cappellæ S. Jo. Battiſtæ in Collegiata Eccleſia, oppidi Tabbiæ Albinganenſis diœceſis Rector , proſequendo judicium à Joanne Reghefia ejus anteceſſore ſuper quarundam diſtributionum participatione adverſus Canonicos , cæteroſque Cappellanos tam ſuæ Cappellæ , quam proprio nomine motum , mandatum de manutenendo ab ordinario obtinuit . Cauſa coram me tunc Vicario Metropolitano Genuenſi in gradu appellationis introducta , inſtabat Curſus pro meæ inhibitionis moderatione , ſaltem quoad effectum ſuſpenſivum, quam ei duxi concedendam , ex trita regula quæ habet à mandato de manutenendo in ſummariiſſimo poſſeſſorio denegari appellationem; 1
tam de jure civili *leg. unica C. ſi de moment. poſſeſſ.* ubi Doctores, communiter, & ſignanter Contard. *limitat. 3. num.48. & 49.* cum aliis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.74. num. 16.* Cardinal. Cavaler. *deciſ. 88. num. 2.* † quam etiam de jure 2
canonico *canon. fin. §. de poſſeſſione 2. quæſt. 6. gloſs. penultim. in cap. cum ad ſedem 15. circa fin. de reſtitut. ſpol. ſpecul. in titul. de appell. §. in quibus num. 8 ver. ſexto lib. 2.* Bartol. *in l. 2. ſub num. 19.* ubi adden. *ad eum ff. de appell. recip.* Abb. *in conſ. 55. circa princip. lib. 2. & in d. cap. cum ad Sedem ſub num. 3.* ubi de commun. Alexand. etiam de commun. *conſ. 99. num. 22. ver. & præſuppoſito lib. 5.* & per Afflict. *deciſ. 169. ſub numer. 2.* cum aliis congeſtis per Scacc. *de Appell. cap. 2. quæſt. 17. limitat. 6. memb. 7. num. 1. & ſeqq.* & per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 74. num. 16. 18. & 20. & cap. 310. num. 65. & ſeqq* ubi de commun. Benint. *deciſ. 69. num. 6. & ſeq.* Ioſ. Lud. *deciſ. Peruſ. 20. num. 11.* Rota *deciſ. 641. ſub num. 8. par. 1. diverſ. & in deciſ. 242. num. 13. ex impreſſis penes* Cenc. de Cenſib. & *deciſ. 287. ſub num. 7. par. 2. in recentio.* Card. Caval. *dict. dec. 88. num. 2.* cum aliis relatis per Poſtium poſt hæc ſcripta impreſſum *in tract. de mandat. de manutenend. obſervat. 106. num. 8. & deinceps*, ubi materiam hanc pleniſſimè enucleat, quibus addo Lancellott. *de attentat. parte ſecunda capitulo 12. limitatione 25. num. 28.* Guttierez *Canon. quæſtionum lib. 1. cap. 34. num. 96. & 109.* Capicius *dec. 55. ad finem* & Card. Seraph. *deciſ. 1295. num. 3.* ubi quod ita perpetuò fuit in Rota obſervatum Martinus Andreæ dum hæc cuderentur impreſſus *deciſ. 60. num. 1. & 2.*

Non obſtat quod Vicarius Albinganenſis conceſſerit dictum mandatum de manutenendo per cedulam , † quo ca- 3
ſu de jure canonico appellationem ad utrumque effectum concedi tradunt Boccac. *de Interdict. uti poſſid. cap. 17. num. 5. & ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 310. num. 68.* Rot. *dec. 183. num. 4. & deciſ. 287. num. 7. & 8. par. 2. recentior.* ubi multis congeſtis teſtatur de comm. opinion. Martin. Andre. *dict deciſ. 60. num. 3. & ſeq.* (quicquid ſecus ſit inter laicos in ſtatu Eccleſiaſtico , ut per Rotam *in Aſſiſienſi bonorum coram Card. Virili & in deciſ. 24. num. 15. & deciſ. 25. num. 15. & ſeqq.* ex impreſſis à Poſtio in calce *dicti tract. de Mand. de manuten.* Seraph. *deciſ. 1295.* Thomat. *deciſ. 35. num. 2. & 3.* Rot. *in Barchinonen. Prioratus 23. Ianuarii* 1600. *coram Coccino*, eo quod tunc non militent rationes , quæ conſideratur in ſimplici manutentionis decreto , † nempe quod ſit 4
merè interlocutorium Paul. de Caſtr. *conſil. 3. num. 1. in fin. lib. 2.* Natt. *conſil. 121. num. 9.* Benint. *deciſ. 79. num. 2. 6. & 7.* Barz. *deciſ. 71. num. 1. & 36.* Rot. *deciſ. 641. ſub num. 8. p. 1. diverſ.* cum aliis plenè congeſtis per Scacc. *de Appell. cap. 2. quæſt. 17. lim. 6. memb. 2. num. 2.* ubi de comm. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 74. num. 19.* & uberius per Moder. Peruſin. *d. obſer. 106. num. 63.* † Et quod nunquam quo ad 5

judi-

judicem in judicatum transeat *leg. quod iussit cum ibi no. ff. de re iud.* Rota *d. decis.641. num.1. par.1. diversf. & decis.183. num.4. & decis.287. sub num.2. par.2. recentior.* & Cardin. Seraphin. *decis.1295. num.5.* cum aliis per Postium ubi supra *num.68.*

6 Quia † motivum procederet ubi Judex usus fuisset verbis primæ personæ *condemnamus, vel absoluimus*, & in hunc sensum intelliguntur etiam scribentes simpliciter affirmantes de jure canonico etiam in momentanea possessione appellari posse, & quidem ad utrumque effectum, quos longa serie congerit Scacc. *de Appell. quæst.17. limit.6. membr.7. num.1. & 11.* ut distinguendo advertit post alios Martin. Andr. *dict. decis.60.* ubi fuerat dictum benè appellatum & malè judicatum, & judex illam ferens nuncupaverat eam sententiam diffinitivam; secus autem in casu nostro, in quo per verba tertiæ personæ, dixit, *pronunciavit, ordinavit, & decrevit:* tunc enim non dicitur sententia diffinitiva sed decretum, quamvis per cedulam probatum, ut post Boccac. *loc. cit.* & alios advertit novissimè Postius *dict. observat.106. num.68.* quod in hac facti specie circa ullam controversiam est admittendum, quia coram me probatus fuit stylus illius tribunalis ferendi per cedulam similia decreta interlocutoria; & insuper actorem instetisse pro mandato de manutenendo sine præjudicio jurium partium tam in petitorio, quàm in
7 plenario possessorio, † quæ quidem præservatio est propria simplicis & interlocutorii decreti de manutenendo *leg.2. §. merito ff. pro socio* & post Castren. & Felyn. quos citat tradit Nevizan. *in cons.81. num.17.* Dec. *cons.541. num.17.* Gomes. *super Regul. de iure quæsit. non tollen. q.2. num.5.* Rota *d. decis.641. n.8. part.1. diversf. & decis.404. num.5. p.2. in recent.* Greg. XV. *dec.275. num.14.*

Minus obstat quod Reghesia instituerit coram Vicario judicium in plenario possessorio, & desuper probationes fecerit, ac proinde appellatio de jure canon. denegari non posset:
8 ad Barz. *cum relat. decis.46. num.9. & seqq.* quia Curius pendente judicio ordinario retinendæ ac ordinariè ab se introducto, intentavit summariissimum possessorium extraordi-
9 narium, † quod utique cum illo concurrere potest Menoch. *de retinen. remed. vlt. num.7. & 29.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 38. num.220. & 222.* Giovagnon. *cons.11. num.34.* Capic. *decision.96. in prin. & num.10. & seqq. & num.15. & decis.180. per totam & decis.209. num.1. & seqq.* Barz. *decis. 47. sub num.5.* Card. Seraphin. *decis.299. n.1.9. & 10.* cum aliis noviſſime relatis per Moder. Perusin. *de mand. de ma-*
10 *nuteu. observ.8. nu.31.* † Et quidem in qualibet judicii parte Rota *decis.239. nu.3. ex impressis apud Statil.* Pacif. de Salv. *interd. & in dec.168. num.10. apud d.* Moder. *dict. tract. de mand. de manut.* etiam usque ad conclusionem in causa Giovagnon. *cons.11. nu.47.* & tam in prima, quàm in qualibet ulteriori instantia, & sic post latam in plenario sententiam,
11 modò illa si pro reo ferri contingat, fuerit per appellationem suspensa ut latè per Roland. *in cons.8. num.24. cum plur. seqq. vol.4.* Giovagnon. *d. cons.11. nu.47.* Gratian. *discept. forens. cap.948. num.13. tom.5.* Lotter. *d. qu.38. num.225.* Seraphin. *d. decis.299. num.1. & seqq.* Cavaler. *decis.228. numer.5. & decis.535. in princ. & numero secundo, & sexto* Rota *in dec. 133. num.4. ex impressis* apud Modern. Perus. ubi supra cum aliis per eosdem modernos relatis *dicta observatione 8. n.37.* ubi rationem reddidit quibus addo Bero. *in consil.45. num.2. lib 3.* Gregor. XV. *decis.275. num.13. & decis.365. num.3.* & Rota *in decis.404. n.3. & 4. par.2. in rec.* ubi ampliat etiam si
12 dict. summariissimum mandatum alias denegatum fuisset, quod & advertit Lotter. *loco cit. numer.126.* & quatenus etiam nulliter fuisset manutentio, à Vicario Albinganensi concessa, potuit quidem à me ex integro concedi Verall. *dec.175. p.3.* Put. *dec.177. p.1.* Duranus, dum hæc cuderentur impressus *dec.48. n.1.*

Quæ quidem multo fortius procedunt in hac facti specie, in qua agitur de distributionibus debitis ratione interessen-
13 tiæ in divinis, † quæ propterea ad instar operariorum mercedes censendæ sunt ut per Paris. *in cons.33. num.3. lib.4.* Gigas *in cons.144. num.6. & 13.* Monet. *de distrib. p.1. qu.1. n. 3.* Duran. *dec.216. numer.8. & 9. part. prim.* ut dicitur dari pro distributionibus viam executivam quemadmodum, & pro operariorum mercedibus.

Non pariter refragatur Curium nunquam extitisse in pos-
14 sessione distributionum præfatarum, & propterea sibi non fuisse concedendum mandatum de manutenendo, † quod illi duntaxat datur, qui vel de tempore motæ litis, vel ante, possedisse ostendit Covar. *pract. qq. c.17. num.5. in fi.* Cenc. *de censibus p.2. c.2. q.5. art.4. num.1.* Rota *decis.174. n.1. p.4. diversf.* Card. Mantic. *dec.72. n.3. & dec. 172. sub nu.3.* cum aliis plena manu congestis per Moder. Perus. *tract. de mand. de Manuten. obseru.17. nu.15. & 8. & deinceps.* Ac proinde mandatum præfatum continere manifestam iniustitiam,
† quia stante non modo in canonico, sed in civili foro ap- 15
pellationem in possessorio quamtumvis summariissimo concedi tradunt Bald. *in l. unica n.5. ver. denuo quaro Cod. si de moment. poss.* Abb. *cons.55. post initium lib.2.* Marant. *de ord. iudic. p.6. art.2. princ. & quandoque appellatur n.6.* Lancellot. *de attent. p.2. cap.12. de Attent. appell. pend. limit.25. princ. sub num.15. ver. secundo* Acchil. *de Adipisc. poss. sub numer. 347. ver. præterea tom.3. p.2.* & Baldum in hoc communiter esse receptum testatur latè Contard. *in leg. unica limit.9. n.2. C. si de moment. possess.* Scaccia alios cumulans *de appell. q.17. lim.6. membr.6. n.79.*

Hæc enim conclusio nullatenus applicatur. † Tum quia 16
manutentio datur etiam successori, qui nunquam possedit ratione instantiæ per prædecessorem in sua possessione turbatum cæptę ad ipsumq; transmissæ, ut in terminis nostris saltem de æquitate canonica concludit Felyn. *in c. quia quintum in fi. extr. de Iud.* Menoch. cum per eum relatis *de retin. poss. remed.3. n.62.* Boccac. *de inter dict. uti possid. c.2. num.24.* Rota *in Bonon. de Cardinalibus impressa penes* Pacif. de Salv. *interd. dec.141. nu.4. & rursus penes* Marchesan. *de commiss. p.2. fol.545. & in Pacen. Præheminentiarum 16. Novembris 1618. coram Remboldo & in Assisien. tenutæ 25. Maii 1629. coram Dom. Pirovano*, cum præsertim antecessor proprio, quam Ecclesiæ nomine egerit, & quæstio sit realis tangens cappellam ipsam quicquid secus dicendum esset si vel non Ecclesiæ nomine egisset ad text. *in capitul. quia G.* & ibi Inn. *in ver. sed nobis* Abbas *num.11. ver.3. casus* & Dec. *n.27. extr. de Iudic.* Noal. *in tr. de transmission. cas.55. n.9.* Rota *decis. 13. n.2. de procur. in nou.* vel si quæstio esset personalis juxta notabilem distinctionem de qua Anton. de Butr. *in d. c. quia G. n.11. ver. tertia regula.*

Tum etiam quia † tametsi possessio Cappellæ quæ erat 17
apud Reghetiam non transierit in Curium successorem absque nova apprehensione Menoch. *de retin. remed.3. sub num.57.* Hier. Gabr. *cons.85. num.17. lib.2.* Rota *decis.633. num.1. rec.*

Adepta † tamen per eum cappellæ possessione, sibi no- 18
mine illius agenti concedenda erat manutentio jurium bonorumque Cappellę, ex sola antecessoris possessione Abbat. *in cap. cum super num.181.* & ibi alii *de caus. poss. & propriet.* Guidop. *dec.629.* cum aliis per Garzi. *de benef. part.5. cap.5. num.123. & 125. & seqq.* & per Lotter. *de Re Benefic. libr. 1. quæst.36. num.123.* & per Gratian. *discept. forens. c.871. n. 2.* & tenuit perpetuò Rota, & signanter *in decis.1. de Rest. spol. in nou.* apud Card. Seraphin. *in dec.1417. ante n.3.* penes Greg. XV. *in dec.246. num.1.* & ibi adden. *& decis.538. nu. 3.* penes Card. Mantic. *dec.150. num.2.* penes Coccin. *in dec. 26. num.3. decis.86. numer.1. & decis.380. numer.1.* cum aliis congestis post hæc scripta per Modern. Perusin. *de Mand. de manutenen. obser.55. n.90.*

Quamvis enim naturalis, seu corporis possessio esset pe- 19
nes Reghe fiam antecessorem, per cujus obitum expiravit; civilis tamen possessio penes ipsam Cappellam residebat, tanquam personam fictam & repræsentatam, quæ nunquam moritur, nec mutatur, ac proinde manutenenda erat *cap. liberti. 12. qu.2.* Innoc. *in c. cum super col.2.* & ibi Abb. *n.20. de caus. poss. & prop.* idem Innoc. *in cap. cum in officiis de testam.* Bart. *in l.1. §. fin. & in leg. cum hæredes in princ. ff. de acquis. poss. & in l. sicut ff. quod cuiusque uniuers. nom.* Bald. *in l. non minus §. 1. ff. de hæredit. institut.* Paul. de Castr. *in leg. si sorori circa med. ff. de Iure delib.* Alex. de comm. *cons.81. col.6. lib.3.* Natt. *consil.643. num.11. & 12. libr.3.* Tiraq. *in tract. le mort saisit p.1. declar.5. & in tract. de constit. possess. p.3. limit.19. num.2. & 3.* egregiè Paris. *cons.24. num.7. vol.5.* & Guid. Pap. *decision.355.* per totum Beccius alios cumulans *consil.77. num.3.* Surd. *cons.183. num.37. & seqq. vol.2.* Greg. XV. *decis.116. & 246.* Rota *decis.1. de restitut. spol. in nou.* quod beneficii possessor illius nomine agere potest conditione ex decretali *cap. quæreham de election.* pro annua pensione diu prædecessoribus soluta, & inde subtracta, tametsi ipse nunquam fuerit in possessione illam perspiciendi, eo quod Ecclesia sit in anima viventis, quæ nunquam moritur & rursus *in dec.19. num.8. part.2. diuers.* ubi plurimos refert, & egregiè articulum explicat, subdens *num.12.* ratione civilis possessionis, quæ penes Ecclesia remansit dari interdictum

ctum uti poſſideris reſpectu naturalis quam non habet Eadem Rota *in Salamantina Stipendiorum 16. Iunii 1606. coram Cardin. Lancellott.* ubi licet Cappellani eſſent ad nutum amovibiles, & titulo carerent, fuit tamen deciſum poſſeſſionem vel quaſi recipiendi ſervitium à Cappellanis cum ſtipendio eſſe penes Eccleſiam & altare, ad quod citat Rota *dict. deciſion.* 1. Caputaquen. *deciſion.* 170. *part.* 3. & Covarr. *libr.* 3. *Variar. reſol. capit.* 16. *numer.* 13. ac propterea concluſum fuit altari dandam eſſe manutentionem ſuper ſtipendio in cujus exactionis poſſeſſione defunctus Cappellanus extiterat. Ad quæ adde modern. Peruſin. poſt hæc ſcripta impreſſione *dict. obſeruat.* 55. *numer.* 19. *cum ſequ.* cum congeſtis ab eo.

20 Et † hinc patet reſponſio ad id quod dicebatur Reghesiam ante obitum habuiſſe ſe pro ſpoliato, & ſic manutentionem ceſſare Bart. *in leg.* 2. *num.* 10. *Cod. de ſeruit. & aqua. cum concordantibus*, quia præterquamquod in facto non benè deducitur, in omnem caſum id procederet reſpectu cappellani nomine duntaxat proprio agentis, ſecus eſt in caſu noſtro, in quo tam Reghesia quam Curius egit etiam nomine cappellæ, reſpectu cujus non fuit amiſſa poſſeſſio ut in puncto reſpondet Rota penes Cardin. Seraphin. *in dec.* 1417. *numer.* 3. & habetur per Gregor. XV. *in deciſ.* 116. & 246. ubi addend. Eccleſia enim & pupillus eiuſmodi ſunt, ut civilem poſſeſſionem amittere nequaquam poſſint Bart. *in leg.* 1. §. *ſi vir uxori numer.* 3. *ff. de acquiſ. poſſ.* Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 7. *vol.* 1. & poſt hæc ſcripta tenuit Rota *in Colimbricen. Præſtimoniorum* 28. *Aprilis* 1634. *coram D. Coccino Decano.* Ad quam materiam videnda eſt omnino Rota *in eadem Colimbricen.* 10. *Decembris* 1630. & 18. *Iunii* 1632. *coram Dunozetto* quæ ſunt *deciſ.* 327. *à num.* 4. *cum plurib. ſeqq. & n.* 15. & *dec.* 330. *num.* 26. & *ſeqq.* ex noviſſimè impreſs. per Poſtium *poſt tract. de Mandat. de Manuten.*

Non denique obſiſtit aliud obiectum, in quo cardo diffi-
21 cultatis conſiſtebat, nempè † Rectorem vel Cappellanum ita demum agere poſſe nomine Eccleſiæ vel Cappellæ, ſi agat pro bonis aut juribus Eccleſiæ vel ad illam pertinentibus ut ex comm. ttadit Abb. *in capit. ſuper cauſam num.* 11. *de cauſ. poſſ. & prop.* Faber. *in §. retinendæ num.* 7. *de interd.* dixi in *deciſ.* 74. *num.* 21. At ſi pro juribus ſibi ratione cappellæ ſpectantibus agat, non poſſe Eccleſiæ nomine agere, ſed proprio nomine judicium inſtituere debere *c. conqueſtus & c. cum venerabilis de Relig. dom.* prout etiam ſi pro ipſa Eccleſia vel Cappella adipiſcenda agat; tunc enim nihil habet, ſuper quo nomine Eccleſiæ fundare ſe poſſit, ita magiſtraliter diſtinguit Natt. *conſil.* 562. *num.* 9. & 10. *lib.* 3. & ante eum Lapus *alleg.* 50. *num.* 6. & *ſeqq.* ita Curius prætendens diſtributiones non ad ſuam capellam, ſed ratione Cappellæ ad ſe ſpectantes, nec agere nec manuteneri potue-
22 rit Eccleſiæ nominæ. † Et in puncto legatum cappellanis pro intereſſentia in choro, & pro diſtributionibus factum, dici, non cappellarum ſed cappellanorum favore relictum, juſque percipiendarum diſtributionum eſſe jus perſonale non penes Eccleſiam, ſed penes cappellanum exiſtens firmat Rota apud Cardin. Seraphin. *in deciſ.* 44. & *in deciſ.* 60. quæ deciſiones caſum noſtrum determinare videbantur.

23 Ad † quorum corroborationem addi poterat, ex communi *ſcribentium* ſententia diſtributiones non venire, nec fructuum beneficii appellatione contineri ut per Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 5. *num.* 1. *de præbend.* Caſſad. *dec. unic. de cler. non reſid.* Rota *deciſ.* 330. *nu.* 2. *p.* 1. & *deciſ.* 1170. *num.* 2. *p.* 3. *di-*
24 *uerſ.* † ſed ex beneficio competere clerico jus quotidianas diſtributiones percipiendi *capitul. cum dilectus il primo de præ-*
25 *bend.* † Imò neque id eſſe immediatè, & per ſe ratione beneficii, ſed ratione laboris, & ſervitii in Eccleſia impenſi & tanquam illius merces, ut per Pariſ. *conſil.* 33. *n.* 3. *vol.* 4. Gigas cum per eum relatis *conſil.* 145. *num* 6. & 13. *ſcribentes in cap. unico de cler. non reſid. in* 6. Gonzal. *de Regul.* 8. Cancell. §. 7. *prohemial. num.* 162. & 165.

Duplici enim medio reſpondebam, altero quidem quia perſona non aliter fruitur hujuſmodi diſtributionibus, quam
26 ratione cappellæ, neque dari poteſt ſeparatio in ſubiecto, † & propterea jus illud, cujus quaſi poſſeſſio erat penes prædeceſſorem, dubio procul in ſucceſſorem tranſierit ut patet ex *dicta Salamantina ſtipendiorum* 16. *Iun.* 1606. *coram Card. Lancellotto*, & in terminis ſimplicis juris intereſſendi in capitulo, deberi portionariis ex anteceſſorum perſonis manutentionem firmauit Rota apud D. Coccin. *deciſ.* 490. *nu.* 1. & 2. Altero autem quia diſtributiones de quibus agitur relictæ fuerunt à quodam Andrea de Bonifaciis *pro maſſa, pro Præpoſito, Canonicis, & Capellanis continuo ſeruientib. intitulatis, & intitulandis* † Maſſa autem communis poſſide- 27
tur ab Eccleſia, & licet de ea participient perſonæ, illa tamen eſt realis quia bona maſſæ dicuntur bona Eccleſiæ Vital. Clem. *ut hi de ætat. & qualitat.* Pariſ. *conſ.* 90. *n.* 12. *lib.* 4. Rota *deciſ.* 183. *ſub nu.* 2. *p.* 1. *recent.* quæ habetur etiam apud Card. Caual. *dec.* 37. *nu.* 8. Et pertinent rata vel portio ad ſingulas præbendas, ac Capellanias, † quarum una quæque eſt 28
in anima viuentis, ſuaque bona, & jura poſſidet ad inſtar cæterorum beneficiorum quo ad ſuas dotes, ad Rotam *in d. Colimbricen. Præſtimoniorum coram Dunozetto*, quæ habetur apud *Poſtium de mand. de manut. dec.* 330. & *in ead.* 28. *Aprilis* 1634. *coram D. Coccino Decano.*

Et † ſic non applicatur doctrina Nattæ loquentis de juri- 29
bus ratione Eccleſiæ ſeparatis, aut penitus incertis, ut patet ex *cap. conſtitutus & cap. cum venerabilis de Relig. dom.* ab eo citatis, non autem de connexis & in meſſa incorporatis & certis, qualia reputanda ſunt hujuſmodi emolumenta, quæ nomine cappellæ poſſidentur, ac de manu Maſſarii percipiuntur, tametſi pro ſervitio, & intereſſentia præſtentur.

Ceſſat quoque quod dicebatur diſtributiones non venire appellatione fructuum beneficii, id enim verum eſt in ordine ad valorem, ſimileſve effectus; quo verò ad reliquos effectus, utique fructuum nomine veniunt ut latè per quinque limitationes tradit Gonzal. *in citato* §. 7. *à num.* 156. *uſque ad numer.* 162. & ſignanter ad effectum de quo agitur, cum dentur beneficiatis ex maſſa communi ab ipſa Eccleſia poſſeſſa.

Ceſſat † denique auctoritas Cardin. Seraphin. in *deciſ.* 30
44. & 60. ex illis ibi verbis expreſſis. *Et differt hoc beneficium ab aliis: quia in aliis quicquid per beneficiarium fit, cenſetur factum nomine Eccleſiæ*, ibi igitur agebatur de quodam beneficio, quod in ſua fundatione habebat aliquam ſpecialitatem, itaut non modo ab eo ad reliqua non liceat arguere, ſed potius inde argumentum à contrario ſenſum deſumi poſſit.

Quæ quidem ubi etiam aliquam paterentur difficultatem, ſatis ſuperque ſufficerent in caſu noſtro ad hoc ut prætextu injuſtitiæ notoriæ, executio mandati de manutenendo à judice à quo conceſſi, non ſit retardanda; † ad hunc enim ef- 31
fectum iniuſtitia debet eſſe euidens, quæ offuſcationem, vel dubitationem, aut diſputationem ullam non recipiat, nec aliquo modo defendi, aut velari poſſit Franch. *in capit. dilecti* 63. *numer.* 135. *ad fin. de Appell.* Felyn. *in cap. inter cæteras num.* 3. *ver. ſecunda declaratio de re iud.* Cæphal. *conſil.* 201. *numer.* 9. & ita paſſim ſervari in Rota teſtatur Honded. *conſ.* 28. *numer.* 49. *lib.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 515. *num.* 49. *tom.* 3. Vantius *de Nullit. tit. de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. num.* 118. *ver. etiam præmiſſa* Contard. *in l. unic. lim.* 9. *nu.* 30. & 50. *Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* & tradit etiam Barz. *deciſ.* 71. *num.* 39. Itaut ſufficiat injuſtitiam eſſe turbidam, vel aliquo modo velatam Franch. *ubi ſup. n.* 142. *circa med. & num.* 155. *ad fin. verſ. ex quibus* facit Ægid. *deciſ.* 404. Corn. *conſ.* 10. *n.* 3. *lib.* 4. refert, & ſequitur Rota *in ſegunti-na admiſſionis ad Capitulum* 5. *Iunii* 1587. *ocram Gypſio.*

ARGUMENTUM.

Epiſcopus, an & quando viſitare valeat Monaſteria ſanctimonialium Regularibus ſubiectarum, & quid in eius Vicario generali. Ad ornatum *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* ac Conſtitutionis 8. Pii V. & confutatur Rodriq. *tom.* 2. *qq. regul. q.* 47. *art.* 10.

Vicarius, an, & quando comprehendatur in Conſtitutione de Epiſcopo loquente.

SUMMARIUM.

1 *Vicarius, an, & quando veniat appellatione Epiſcopi.*
2 Concilium Tridentinum *in iuriſdictionalibus nominans Epiſcopum, an, & quando comprehendat Vicarium.*
3 *Vicarius habet ordinariam iuriſdictionem.*
4 *Iuriſdictio ex Principis Priuilegio dignitati perpetuæ tributa, non eſt delegata, ſed ordinaria.*
5 *Monitoria ad finem revelandi conceduntur etiam à Vicario,*

6 *Vica-*

6 *Vicarius dispensat in denunciationibus matrimonii.*
7 *Vicarius non cognoscit causam Episcopo delegatam.*
8 *Episcopus causam delegatam cognoscit non vi Episcopus, sed ut delegatus.*
9 *Vicario commissa censentur, quæ sunt ordinaria iurisdictionis, non quæ delegata nec potest Episcopus illum deputare omnes causas in posterum delegandas.*
10 *Episcopus non cognoscit causam suo Vicario commissam.*
11 *Causa Episcopo, & Vicario commissa, si litteræ præsententur uni alter non cognoscit.*
12 *Episcopi, & Vicarii non est idem tribunal in delegata iurisdictione.*
13 *Vicarius, an, & quando visitet monasteria exempta* & num. seq.
14 *Vicarius ex generali subdelegatione absoluit à casibus Papalibus.*
15 *Episcopus non visitat septa monialium regularibus subiectarum.*
Contrarium est verius num. 19.
16 *Constitutio roborans intelligitur iuxta terminos roboratæ.*
Intellige, vt num. 22.
17 *Lex interpretans, vel innouans recipit extensiones, & limitationes legis interpretatæ, & roboratæ.*
Intellige, ut num. 22.
18 *Constitutio* Pij V. *an excludat Episcopos à visitatione Monasteriorum exemptorum*, & num. 23.
19 *Episcopus visitare potest, & debet Clausuram monialium Regularibus subiectarum.*
20 *Dictio aliis est indefinita.*
21 *Et refert qualitates præcedentis dispositionis.*
22 Navarr. de Regul. comment. 4. sub numer. 60. *reiicitur.*
23 Constitutionis 8. Pii V. *intellectus affertur.*
24 *Monialibus Monasterii septa exeundi licentiam quibus casibus Episcopus concedat remissivè.*
25 Rodericus in quæst. regul. tom. 2. qu. 47. artic. 10. *reiicitur.*
Cap. 5. sess. 25. de regul. *ab interpretatione* Rodriq. *vindicatur.*
26 Conc. Trid. sess. 21. c. 8. de reform. *in quo discrepet à* c. 5. sess. 25. de reg.
27 Sac. Congregationis *resolutio circa visitationem clausuræ Monialium exemptarum.*
28 *Episcopus punit Regulares circa clausuram Monialium eisdem subiectarum delinquentes.*
29 *Regulares loquentes cum Monialibus sibi subiectis absque licentia plectuntur ab Episcopo.*
30 *Episcopus statuere potest contra accedentes etiam Regulares ad Monasteria ipsis subiecta.*
Intellige ut num. 32.
31 *Edictum Episcopi de non accedendo ad Monasteria, an, & quando comprehendat exempta.*
Intellige ut num. seqq.
32 *Moniales exemptas alloquendi licentia, an, & quando sit ab Episcopo impetranda.*

DECISIO XCVII.

INcumbenti mihi anno 1623. visitationi Monasteriorum Sanctimonialium in Regiensi Civitate & Diœcesi, quam pro clare mem. D. Cardinali Estensi tunc regebam, Prior Sancti Dominici se opposuit prætendens me haud potuisse in concernentibus clausuram Monasteria Regularibus subjecta visitare: tum quod *Conc. Trid. sess. 25. c. 5. de Regul.* hujusmodi facultatem Episcopis delegat, non item eorum Vicariis: tum etiam quod Roderici auctoritate fretus arbitrabatur Concilium loqui duntaxat de Monasteriis ordinario, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectis: non autem de iis, quæ Regularibus subsunt.

Quo ad primum caput, quia quidam exadverso comparens, & neminem pro se adducens, terminos confundebat; dicebam obiectum procedere posse in Vicario ad id speciale mandatum non habente, & sic non applicari casui nostro, cum explicitum ejusdem Cardinalis mandatum ego haberem.

Quædam enim à S. Concilio tribuuntur simpliciter Episcopis, quasi per generalem commissionem; quædam verò eisdem, uti Sedis Apostolicæ delegatis committuntur † Vbicumque autem in jurisdictionalibus priori modo facta reperitur deputatio, utique appellatione Episcopi includitur 1

eius Vicarius generalis, etiam speciali carens mandato, nisi reperiatur expressè exclusus, & dummodò materia Vicario ex eius officio conveniat *gloss. in cap. vnico in ver. per Episcopos de Cappell.* Monachor. *in sexto*, ubi etiam Dominicus *in ver. nota benè istam glosam*, & ibi Franc. *numer. 4.* Fel. *in cap. si quis contra numer. 3. vers. sed cave extra de foro compet.* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 2. qu. 43. num. 28. & 29. & qu. 201. num. 2. eodem lib. 2.* Sanch. *de Matrimon. lib. 3. disp. 29. sub num. 16.* Gratian. *discept. forens. cap. 83. num. 12. tom. 1.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. c. 26. n. 1.* Gutt. *de matr. c. 59. n. 11.* & ita intelligenda est doctrina Campan. *in diuers. iur. can. rubr. 11. c. 23. n. 148. & seq.* vel nisi apposita sit dictio taxatiua tantum, ut concludit Probus *in c. 2. de constitut. in sexto*, Neuiz. *in Sylu. Nuptial. in verb. Monitoria* Sbroz. *d. lib. 2. q. 171.* refert, & sequitur Grat. *in dec. Marchiæ 97. n. 16.* vbi testatur ita S. Congregationem declarasse. Genuens. *in prax. Archiepisc. c. 1. n. 1.*

Ubi † namque Concilium voluit Vicarium excludere, illum explicitis verbis exclusit, ut in *cap. 6. in fine sess. 24. de reformat.* quo fit, ut in reliquis casibus illum expressè non excipiendo includere intendat, quo argumenti genere utuntur Genuen. *in prax. Archiepisc. dict. cap. 1. numer. 1. & c. 26. num. 1.* Sbrozz. in locis supracitatis Gratian. *dict. c. 83. num. 11.* Guttier. *dict. num. 11.* & ante eos idem firmavit Camill. Campegg. Papinienſis, qui fuit unus ex Theologis Summi Pontificis in celebratione Conc. Trident. creatus postea Episcopus Sutrinus, in *tract. de Potestat. Papæ in respons. art. 1. num. 48.* attestans Concilium in iurisdictionalibus nominans Episcopum, noluisse excludere Vicarium generalem, qui facit cum eo unum idemque tribunal, sed duntaxat inferiores Prælatos, sequitur Lazar. *de Monitor. sect. 1. qu. 5. n. 2.* 2

Quod multo magis sibi locum vendicat ubi Concilium deputat ordinarium † cum Vicarius ordinariam habet jurisdictionem, ut latè per Sbrozz. alioſque suprà relatos, quibus addendi sunt plurimi congesti per Paris. *de resign. benef. lib. 3. qu. 11. n. 22. & seqq.* 3

Et hæc quidem comprobari possunt ex notabili conclusione quæ habet † jurisdictionem ex Principis privilegio non personæ, sed perpetuæ dignitati, vel officio competentem non esse delegatam, sed ordinariam, habereque ac sequi jura ordinariæ jurisdictionis, ut per Bart. *in l. ambitiosa num. 34. ff. de decret. ab ordin. facien.* Jo. Andr. in addit. *ad specul. tit. de delegato* §. *vlt. ad fin.* Bald. *in c. fin. num. vlt. de offic. ord.* & ibi Imol. *ad finem* Covar. *lib. 3. Variar. cap. 20. numer. 6. in prin. & num. 9. in fi. & seq.* cum aliis congestis per Sanch. *de Matrim. lib. 2. disput. 40. num. 14.* qui ad hoc repertat etiam doctrinam Bald. *in l. 1. ff. de offic. consul.* & Fel. *in cap. licet n. 4. de offic. ordin.* dicentium commissionem perpetuam facere ordinarium, ideſt jurisdictionem reddere ordinariam. 4

Hinc † est, quod quamvis *idem Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reform.* disponat à nemine prorsus concedenda esse Monitoria ad effectum revelandi, præterquam ab Episcopo, cum tamen Vicarius generalis habeat generale mandatum, eandemque Episcopi potestatem, sibi in jurisdictionalibus ab eodem tributam, utique ejusmodi monitoria concedere potest Neviz. *in Sylu. nupt. lib. 3. ver. Monitoria nu. 28.* Diaz. *regul. 243.* Sbroz. *cum relat. de Vicar. Episcop. lib. 2. q. 171. num. 2.* Graſſ. *decis. 6. nu. 6. de sent. excomm.* Costa *de Iur. & facti scient. & ignoran. casu 2 dist. 55. nu. 1. tom. 1.* & sic rursus *S. Congr.* ut testatur Sayr. *de Censur. lib. 1. cap. 9. nu. 33. ver. primum est* Guttier. *lib. 1. Canon. qq. cap. 11. n. 8.* Genuens. *d. cap. 1. nu. 1.* Lazar. *de Monitor. sect. 1. q. 6. nu. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 29. nu. 16.* 5

Hinc † rursus quatenus *Concilium sess. 24. cap. 1. de reformat. matr.* concedit eidem ordinario facultatem dispensandi ex causa super denunciationibus matrimonio præmittendis; includitur etiam vicarius generalis, ut probant Navar. *conf. 5. de sponsal.* Tolet. *in sum. lib. 7. c. 19.* Graff. *conf. 6. numer. 12. de sent. excom.* Lazar. *d. cap. 6. numer. 4.* Sbrozz. *de Vicar. lib. 2. q. 43. nu. 28. & seq. & quæst. 201. n. 1. & seq.* Sanchez *cum relat. de Matrim. lib. 3. disp. 7. n. 9.* Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 31. n. 233.* Coninch. *de Sacram. disp. 27. nu. 55.* Guttier. *Canon. qq. lib. 1. c. 19. n. 13.* Gratian. *discept. forens. cap. 83. nu. 10. cum seqq.* Ceval. *com. contra com. q. 604. nu. 92.* & hoc jure utimur; quicquid secus senserit Cephal. *conf. 421. n. 72. & seq. vol. 3.* Menoch. *de Arb. Iud. cas. 453. nu. 5. & in conf. 69. n. 55. cum seq. & quidam alii.* 6

Si verò Concilium posteriori loquitur modo auctoritatem

tatem ſcilicet committens Epiſcopis uti Sedis Apoſtolicę delegatis ; tunc ea dubio procul Uicario ex generali commiſſione minimè competit ; cum enim Concilium expreſsè mandet Epiſcopum delegata procedere juriſdictione illa jure ordinario exerceri non poteſt . Vnde intrat conclu-
7 ſio , quæ habet † non valere Vicarium cauſam Epiſcopo delegatam cognoſcere Doctor. *in clem.2. de reſcript.* Felyn. *in c. at ſi clerici §. fi. n.21. de Iudic.* Dec. *in c. quoniam n.15. extr. de offic.deleg.* Feder. de Senis *conſ.* 130. *ad fin.* Bertacchin. *in tract. de Epiſcop.lib.4.p.7. quæſt.4. & par.5.tit. de poteſt.& auct.Epiſcop. circa iud.num.89.* Panvin. *de offic. & poteſt.cap. ſed.vac.2.par.princ.q.10.n.34.* cum aliis relatis per Sbrozz. *de offic.* Vicar. *quæſt.135.nu.1.l...* niſi tamen Vicarius eſſet à Papa deputatus ; nam Vicarius Apoſtolicus expedire poteſt ea , quæ Epiſcopo committuntur Alex. *in l.more maiorum nu.42.iuriſd.omni iudic.* Dec. *in c. quoniam* Abb. *nu.* 33. *de off.deleg.* Lazar. *de monitor.ſect.1.qu.6.ſub nu.7. poſt.med.* Gratian. *diſcept.* 106.*n.29. cum ſeq.tom.1.*
8 Et † ratio eſt , quia cauſam delegatam Epiſcopus cognoſcit non ut Epiſcopus , ſed tanquam delegatus Gulielm. de Cune. *in l.ſi pretor ff. de offi. eius relat.* per Dec. *in c. quoniam* Abbas *num.15.* poſt Alex. *in l. & quia ad fin.ff. de iuriſd.iud.*
9 Vnde Vicarius in hujuſmodi prærogativa non ſuccedit ; † quia Epiſcopus conſtituendo Vicarium generalem , ea duntaxat committere videtur , quæ ratione ordinariæ juriſdictionis , non quæ ratione delegatæ competunt ſecundum Federic. de Senis *in conſil.* 130. Dec. *in dict. capit. quoniam nu.14.* Rolan. *conſ.39.nnm.18.vol.1.* Cuccus *Inſtit.Canon.tit. de Vicar.Epiſc.num.16.* Sbrozz. *d.c.135.num.2. & 3.* adeo ut nequeat Epiſcopus ab initio deputare Vicarium ad omnes cauſas in futurum delegandas , ſed dumtaxat poſt ſingulorum delegationem illam ſpecialiter ſubdelegare præclare Rota *in deciſ.ultima num.2. & ſeqq. de off. Vicar. in antiquis* , ubi ad partes diſputat Papazzol. *in addit. ad deciſ.6.numer.3. de offic. deleg. in nouis* , ubi concordantes adducit.
10 Sicut † vice verſa regulariter non poteſt Epiſcopus in cauſa ejus generali Vicario à Principe etiam ſub nomine officii vel dignitatis delegata , ſe ingerere Dec. *in d. cap. quoniam* Abbas *num.15. de offic.deleg.* Rip. *in cap. eam ſe n.46. de reſcrip.* Sbrozz. cum relatis *de offic. Vicar. lib.2. q.136.nu.8.* ubi limitat Lazar. *de Monitor ſect.1.quæſt.6.n.8.* ubi etiam limitat Acchil. de Graff. *deciſ.1.n.8.de reſcript.* Genuen. *in prax. Archiep.cap.85.ſub n.11.* quicquid ſecus ſenſerit Bertacch. *de*
11 *Epiſc.lib.4.part.5.num.59.* † Adeo ut ſi litteræ utrique ſint directæ , eo ipſo , quod alteri eorum præſentantur , alter ſe ingerere nequeat *c. cum plures , ubi omnes ff. de offic. deleg. in ſexto* Genuenſ. *loco citato* .
12 In † delegata enim juriſdictione dici non poteſt idem Conciſtorium , ut in his terminis tradit Anchar. *in clem. ſi principalis n.5. de reſcript.*, refert & ſequitur Marcheſ. *de comiſſ. par. 2. titul. de commiſſ. auocat.* §. 4. *numer.* 127.*fol.*361.
13 Et † in præciſis terminis noſtris , quod cum *Concilium Trident.ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* Monaſteriorum viſitationem committat Epiſcopo auctoritate delegata Vicarius nullam habeat juriſdictionem tradit Sanch. *in decalog. tom. 2. lib.6. cap.5. ſub nu.*30.

At non inde ſequitur quin Vicarius , ſufficiens , & ſpeciale ad hoc habens mandatum monaſteria viſitare queat : quemadmodum in ſimilibus , imò in fortioribus terminis
14 dicimus † *idem Concilium* quatenus *ſeſſ.24.c.9.* tribuit Epiſcopo facultatem à caſibus ſummo Pontifici reſervatis abſolvendi per ſe ipſum , vel per vicarium ad id ſpecialiter deputandum , excludere quidem Vicarium generalem , ut nequeat ex ſua generali commiſſione , & ordinaria juriſdictione abſolvere ; at non per hoc adimere Epiſcopo jus delegandi generaliter eandem auctoritatem ſuo Vicario generali , ut poſt Navar. *2. tom.conſ.lib.5. titul. mihi de ſent. excom.conſ.15.nu.3.* & ſecundum aliam editionem *titul. de priuil.conſ.11.n.4.* tradit Sanch. *de Matrim. lib.3. diſp.40. in fin.* & eſt commun. opin. ut per Homob. qui concordantes refert *de exam.Eccleſ.par.3.c.11.reſol.3.* & Barboſ. *de offic. Epiſc.par.2.allegat.39.numer.*10. ubi tamen quoſdam citat id non dicentes , & ita quotidie practicatur . Vnde advertunt Navar. & Sanchez locis mox citatis Concilium loquendo taxativè demonſtrare Vicarium non habere ex generali Vicariatus commiſſione dictam facultatem , non tamen denegare Epiſcopo poteſtatem generaliter delegandi , & in puncto idem olim reſoluit *S. Cong. in vna Mediolanen.* ad favorem inſignis Præſulis Sancti Borromæi .

Quo verò ad ſecundum caput. † Navar. *de Regul. com-* 15
ment.4.ſub nu.6. quem ſequitur Sanchez *in decalog.lib.6.c.15. nu.20.cum ſeq.* inquit *Concil.Trid.ſeſſ.25.d.c.5. de regul.* edictum in renovationem Conſtitutionis Bonifacii Octavi , quæ habetur in *c. periculoſo de ſtat. reg.in ſexto*, ſecundum illam intelligendum eſſe ; dictam verò *decretalem* mandare Epiſcopis , ut clauſuram fieri , & conſervari curent , quoad moniales ipſis ſubjectas jure ordinario ; quo vero ad exiſtentes ſub immediata Eccleſiæ Romanæ protectione , jure delegato : quo autem ad Monaſteria Regularibus ſubiecta, non Epiſcopis , ſed Abbatibus , aliiſque Prælatis regularibus eandem tribuere facultatem . Hinc Navarri doctrinam ſequitur Roderiq. *q.regul.tom.2. q.47. art.*10. qui pergit ulterius affirmando germanum *Concilii* ſenſum eſſe , ut quoad Monaſteria Regularibus ſubjecta nil aliud agere valeant Epiſcopi niſi , exiſtente dictarum monialium clauſura publicè violata , monere Prælatos regulares , ut illam reſtaurent , & Moniales in officio contineant, quod ſi admoniti intra ſex menſes id emendare neglexerint , tunc inquit ipſe , iidem Epiſcopi eorum defectum auctoritate Apoſtolica , & uti delegati ſupplere poſſunt juxta *idem Conc.ſeſſ.21.c.8. de reform.* & propterea valde carpit Epiſcopos clauſuram earundem ſanctimonialium , viſitationis gratia ingredientes. Et præter eum reperio , quod ſupra relatam Navarri traditionem ſequuntur Liamas *in Methodo curationis in appendice* , quam ponit *in fine.§.5.* Sanchez *in decalog.to.2. lib.6.c. 15. nu.21.* Mirand. *in Manual. Prælat. tr. de Sanctimon. q. 2.art.14. concl.3.* & Bonacci. poſt hæc ſcripta impreſſus *in tract. de clauſura quæſt.1.punct.6.nu.1.* Qui quidem ex allata à Navarro ratione moventur : nimirum † quia Conſtitu- 16
tio ad aliam roborandam edita juxta terminos legis roboratæ eſt intelligenda gloſ. in *clem. ſtatutum verb. conſuet. de Elect.* quam dicit ſingularem Card. *ibi in 3. oppoſ. idem* Roderiq. *qq.regul.tom.1.q.67.art.*10

Et † lex interpretans recipit omnes extenſiones , ac limi- 17
tationes , quas lex interpretata , ſeu roborata recipiebat ut communi calculo adſtruunt *ſcribentes* uttiuſque cenſuræ teſte Roderiq. *d.art.*10. & eſt text. *in Auth. hac conſtitutio* §. *hæc igitur collat. & in dicta clem. ſtatutum cum ſua* gloſſ. & *in c. is qui in verſ. vel electi de conſuet. in ſexto*, pulchrè text. *in auth. de fil. ante dotal.inſtru.nat.collat.5. ad fin.* ibi , *cum omnibus manifeſtum ſit oportere ea , quæ addicta ſunt per interpretationem , in illis valere , in quibus interpretatis legibus ſit locus* tradunt etiam Felyn. *in c.1.nu.5. de Iureiur.* & ex Bart. *aliiſque* quos refert firmat Aretin. *conſ.59. in fi.* Bero. *in cap. nulli nu.87. de reb.Eccl. non alien. & in cap.in præſentia nu.190. & nu.384. de Probat.* Sanch. de Matrim. *tom.2. lib.7.diſp.46.ſub nu.21.* ubi aliis relatis id inquit procedere etiam ſi lex declarans loquatur ſtrictius .

Mouentur rurſus ex eo , quia † idipſum ferè expreſſis ver- 18
bis dixit piæ mem. Pius V. *in ſua Conſtitut.8.incip.Cura Paſtoralis in Bullar.nou.tom.2.fol.*184. ibi *Mandantes Patriarchis , &c. quatenus in Monaſteriis monialium ſibi ordinario iure ſubiectis ſua ; in his vero , quæ ad Romanam mediatè , vel immediatè ſpectant . Eccleſiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate , una cum ſuperioribus , eorundem Monaſteriorum clauſuram ſeruari procurent .*

Cæterum his , uti leuibus minimè attentis , † dicebam 19
Epiſcopum ſive ejus Vicarium generalem ad id ſufficiens mandatum habentem , toties quoties domino viſum fuerit , in pertinentibus ad Clauſuram , non modò poſſe ſed & debere Monaſteria Regularibus ſubjecta , viſitare : eo quod Concilium in *d. c.* 5. quæcumque Monaſteria in ordine ad Clauſuram Epiſcopis commendat , & ita tenuerunt Zerula *in prax.Epiſc.par.1.ver. Moniales* §. 4. & §.8. *ver. quarto* Piaſec. *in prax.Epiſc.p.2.c.3. de Viſitat. Sanctim.nu.53.fol.*165. Campanil. *in diverſ. iur.canon.rubr.12. cap.13.nu.83.* Cochier. *de iuriſd.ordin. in exempt.p.2.q.45. nu.15. &* 81. Barboſ. *offic.Epiſc.p.3.alleg.*102.*n.3.* Suarez *to. 4. de relig.tract.9. de variet.relig.lib.1.c.12. in fin.* Genuenſ. *in prax.Archiep.c.33. ſub nu.1.*

Et quod nullo pacto impediri valeant quominus ingrediantur ſepta Monaſteriorum ipſis regularibus ſubjectorum ad effectum videndi ſi clauſura violata ſit deciſum fuiſſe teſtatur Gallet. *in margarit.caſ.conſc. in verb.Clauſura. & Armendar. in recopil. l.* Navar. *lib.1.tit.18.l.7. de Epiſc. numer.* 44. prout eos refert Barboſa *alleg.*102.*num.7.& 8.*

Et certè *Concilium* claris verbis loquitur ; dum jubet , ut Epiſcopi in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis ordinaria , in aliis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram conſer-

uari ,

uari, ubi adest, & restaurari ubi violata est procurent. Et-
20 enim † dictio aliis est indefinita, ut post alios habetur per Mugnoz. *in tract. de ratiociniis c.*18. *num.*20. Barbos. *de dilection. d. in fine.*

21 Eademque † refert præcedentis dispositionis qualitates *c. sedes* vbi omnes *de iudic. glos. in l. si fugitiui C. de seruit. fugit.* Jason. *in leg. si unus in princ. num.*10. *ff. de pact.* Ruin. *cons.*181. *sub num.*2. *libr.*2. Sanch. cum per eum congestis *de Matrim. lib.*3. *disp.*20. *num.*2. Surd. *cons.*21. *num.*14. *libro* 1. vbi exornat *& cons.*42. *num.*26. *lib.*1. Galganet. *de condit. & demonstr. part.*2. *cap.*1. *quæst.*18. *num.*12. vnde dum in præcedenti ejusdem *capituli* dispositione dictum fuerit in *omnibus Monasteriis sibi subiectis* dictio illa in aliis intelligitur sub eadem generalitate; ita ut significet; *in cæteris omnibus*, nullo excluso.

22 Non obstat prima ratio Navar. & sequacium † quia lex roborans, seu interpretans intelligitur quidem secundum terminos roboratæ, vel interpretatæ Constitutionis in dubio, secus autem ubi apparet legislatorem voluisse dispositionem ampliare; prout re vera apparet in *d. c.*5. *sess.*25. *de regul.* in quo plura circa clausuram adducuntur, quæ in *d. cap. periculoso de stat. reg. in sexto*, non continentur; & sic Concilium noluit illi in omnibus inhærere, ac proinde non tam est ejusdem decretalis interpretativum, vel roborativum, ampliativum, ut ex ejus lectura apparet.

Non item refragatur secundum obiectum, desumptum
23 ex *Constitutione* 8. *fæl. rec. Pii V.* † quin potius eadem Constitutio retorquetur: cum ibi in §.2. mandetur ordinariis, ut una cum superioribus Regularibus satagant cunctas Moniales, etiam exemptas, etiam Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani in clausuram redigere: quatenus vero in §.8. præcipitur Episcopis, ut ejusdem Bullæ observantiam in Monasteriis sibi subjectis auctoritate ordinaria procurent, sedis autem Apostolicæ auctoritate in spectantibus immediatè ad eandem sedem, ponitur ampliativè ut nempè etiam in iis, quæ sunt sub immediata sedis protectione, ac proinde magis privilegiata, quam regularibus subjecta, eandem jurisdictionem, & auctoritatem habeant; quod clarius reditur ex illis verbis *vna cum superioribus eorundem Monasteriorum*, quæ præsertim Monasteriis Regularibus subjectis conveniunt.

Confirmantur prædicta ex subsequenti Constitutione quę incipit Decori in qua idem Summ. Pontifex. inhærendo præfato decreto S. Concil. Trident. disponit Moniales etiam Regularibus subiectos ex causa infirmitatis, lepræ, vel epidimiæ, septa monasterii exire non posse, nisi eadem infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus monasteriorum curam incumbit, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium cognita, & expresè in scriptis approbata sit. (Unde apparet eumdem Pontificem voluisse Episcopis in concernentibus legem clausuræ exemptarum auctoritatem tribuere.)

24 De † qua materia, & de cæteris casibus quibus Episcopus licentiam exeundi septa monasterii impertire possit, videndus est Guttier. *qq. Canon. lib.*1. *c.*14.

25 Et † multo minus refragatur interpretatio, quam Roderic. afferebat ad *d. c.*5. *sess.*25. *de regul.* ut nempe Episcopis tunc demum jurisdictio visitandi clausuram monialium exemptarum concedatur, si jam ea evidenter appareat violata, & superiores regulares ab iisdem Episcopis moniti, per sex menses negligant, qui dum asserit hunc esse germanum Concilii intellectum; euidentissimè decipitur tum quia verba illa Concilii *ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est conservari maximè procurent*, pariformiter determinant utrumque casum, scilicet conservationis; ac restaurationis, unde nec nos debemus diversimodè eos determinare, nec licuit Roderico alterum amplecti casum, &
26 alterum reiicere. † Tum etiam quia termini *eiusdem Conc. c.*8. *sess.*21. *de refor.* ex quo eandem interpretationem ipse desumpsit, sunt valdè diversi, ac separati à terminis *d. c.*5. in illo namque agitur de Monasteriis virorum religiosorum, in isto de clausura monialium; unde nec debent confundi, nec de uno ad alterum infertur, ob rationis diversitatem, propter quam nec Concilium illos conjunxit, imò in diversis *capitulis*, ac separatis *sessionibus* de i[illegible] disposuit. Possunt itaque Antistites, eorumque Vicar[illegible] sufficiens ad id habentes mandatum septa monialium R[illegible]gularibus subiectarum in concernentibus clausuram uti Sed Apostolicæ delegati visitare, & ita de facto passim utiqu[illegible]racticatur. Verum quia idem Prior, cui Roderici doctrina valde applaudebat, meis rationibus non acquiescebat, ego ob meam eximiam in dictam Religionem reverentiam, nihil per vim attentare volui, sed S. Congregat. consului, ac favorabilem reportavi resolutionem, quam una cum meo supplici libello hic imprimendam curavi, tenoris sequentis. † Eminentissimi, 27
& Reverendissimi Domini Statutum est per Decretum *Sac. Conc. Trident. cap.*5. *sess.*25. *de regul.* vt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati clausuram Sanctimonialium in Monasteriis sibi subiectis conservari maximè procurent, in vim cujus decreti *Alexander Sperellus Vicarius Generalis Eminentiss. D. Cardinalis Estensis*, ut suo muneri satisfaceret, intendebat singulis annis Monasteria Regularibus subjecta, visitationis gratia, in concernentibus clausuram ingredi, ad quod cum cæteri Regulares annuerent, Fratres S. Dominici resistunt: prætendentes duo. Prius vigore eiusdem decreti Episcopum solum, non autem ejus Vicarium etiam mandatum speciale habentem ingredi posse. Posterius nec quidem Episcopum valere, nisi aliquam rationabilem violatæ clausuræ suspicionem habeat ex Roderiq. *qq. Regul. to.*1. *q.*47. *art.*10. Unde cum Orator hac in re nil præter Dei honorem quærat, ac neque desidia, neque nimio zelo laborare intendat; supplicat humiliter pro opportuna horum casum declaratione, *Sac. Congreg. Card. Concilii Trid. Interpretum ad utrumque dubium respondit non solum Episcopo, sed etiam generali eius Vicario ad hoc speciale mandatum habenti, licere pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectorum tametsi nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irrepserit & acriter reprehendit Rodericum, quod hac de re tam audacter locutus fuerit.*

Subscriptio. *Antonius Card. Gaietanus.*

Locus † *Sigilli.*

Adeo autem certum est Episcopis jurisdictionem circa clausuram Monialium Regularibus subiectarum fuisse † tri- 28
butam, ut si Regulares ipsi quantumvis exempti in concernentibus eandem clausuram delinquant, ab Episcopis uti Sedis Apostolicæ delegatis puniendi sint ex *Constitut. fæl. rec.* Gregor. XV. *de exemptorum priuilegiis* §. *ad hæc.*

Etiam † si delictum consistat in collocutione cum Monia- 29
libus sibi subiectis absque legitima licentia, ut Congr. consulta respondit, annuente S. D. N. anno 1624. vt infra Posita *Constitutione fel. rec.* Greg. XV. de exemptorum privilegiis. An regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens à Diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri possit? *S. Congreg. Cardinalium Concil. Trid. interpretum censuit posse, quam Congregationis sententiam Sanctiss. D. N. Vrbanus Octavus ad se relatam approbavit. Cosmus Cardinalis de Torres.*

Quin † etiam possunt Episcopi accessum ad Monasteria 30
Regularibus subiecta, sub excommunicationis pœna prohibere, ut per Gem. & Franch. *in c.*1. *de stat. Regul. in sexto*, Jason. *in cons.*83. *volum.*1. Angel. *in Summ. vers. statutum* 3. Sylvestr. *in verbo excomm.* 2. *n.*3. Henriq. de Betto *in tr. de Synodo Episcopi p.*3. *art.*1. *concl.*13. *n.*4. latè Rolan. *cons.*33. *nu.*16. *vol.*3. Genuen. *in prax. Archiep. c.*33. *sub num.*1. qui ait sic censuisse S. Congreg. & ita Neapoli servari, ac DD. communi calculo sentire, Gratian. *discept. forens. cap.*393. *nu.*23. *& seqq. tom.*2. quibus addendi sunt idem Genuens. *in Manual. pastur. c.*82. Ugolin. *de offic. Episc. c.*21. §. 4. *num.* 4. Lazar. de Blasph. *q.*10. *num.*28. Campanil. cum relatis *in diversor. iur. canon. rubr.*12. *c.*16. *n.*45. & facit text. in *cap. Monasteria de Vit. & Honest. Cleric.* generaliter, & indistinctè loquens, & ita semper & ubique practicavi. Etiam contra exemptos absque licentia accedentes, ut benè per Campanil. & Grat. *locis mox citatis.*

Facienda † tamen est in Edicto expressa, & specifica men- 31
tio Monasteriorum exemptorum, aliàs si simpliciter loquitur illa non comprehendit, ut per Rolan. Genuen. Grat. & Campanil. *locis citatis.*

Et hæc quidem intelligenda sunt modo adsit Consuetudo loci legitimè præscripta, ut licentia accedendi ad Monasteria, vel à solo Episcopo, vel ab eodem, ac superioribus Regularibus conjunctim obtineatur, & ita Congregationem declarasse testatur. Quarant. *in Summ. Bullar. ver. Monasteria Monialium fol. mihi* 153. ubi ait sic Neapoli servari quo testis est etiam Genuens. *in prax. Archiep. c.*33. *sub n.*1. *in fi.* idemque tradunt Piasecc. *in prax. Episc. p.*2. *c.*3. *de Visitatio. San-*

ction. n.54. fol. 199. Campanil. *in diverſ. iur. can. rubr.* 12. *c.* 16. *num.*45. Barboſ. *de offic. Epiſc. p.2. alleg.*102. *numer.*30. quam conſuetudinem ego fere ubique reperii. Ciarlin. me honorifice citato *in* 2. *p. controu. forenſ. c.*147. *n.*30.

ARGUMENTUM.

Clericus agens pro Canone rei emphyteoticæ, vel pro rei Eccleſiæ recuperatione, pro laudemio, pro fructibus, decimis & obventionibus, pro redditione rationis ſuper adminiſtratione rei Eccleſiaſticæ, pro turbativa, vel ſpolio, habet fori electionem Theſaur. *qu. forenſ. lib.*4. *qu.*4. examinatur, & parte reiicitur.

SUMMARIUM.

1 *LAicus Conventus à clerico pro canone rei emphyteoticæ declinat forum* ſecundum Theſaur. Contrarium eſt verius n.9.
2 *Clericus pro re Eccleſiæ trahit laicum ad forum ſuum quacunque actione agat.*
3 *Eccleſiæ rem detinens præſumitur iniuſtus detentor.*
4 *Laicus rei Eccleſiæ adminiſtrator cogitur in foro Eccleſiaſtico rationem reddere.*
5 *Laicus pro fructibus rei Eccleſiæ, coram Epiſcopo conuenitur.* Oſaſch. deciſ.32.n.5. *reiicitur.*
6 *De fructibus idem iudicium, ac de re ipſa.*
7 *Fructus rerum Eccleſiaſticarum pro Eccleſiæ egenorumque neceſſitatibus ſunt obnoxii.*
8 *Colonus, vel conductor fundi Eccleſiæ, vel clerici, conuenitur in foro Eccleſiæ.*
9 *Laicus pro re Eccleſiaſtica, vel illius connexis, & acceſſoriis quacumque actione poteſt coram Epiſcopo conueniri.*
10 *Emphyteuta non ſolvendo canonem, ſpoliat dominum directum.*
11 *Conductor rei Eccleſiaſticæ, an coram Epiſcopo conueniri poſſit.*
12 *Locatæ rei penſio ſoluitur pro uſu rei.*
13 *Canon, an, & quando pro uſu rei, vel in recognitionem directi dominii ſoluatur.*
14 *Pro laudemio poteſt laicus coram Epiſcopo conueniri.*
15 *Actio pro canone rei emphiteoticæ eſt perſonalis in rem ſcripta,* & n. ſeq.
16 *Emphyteuticam rem poſſidens tenetur etiam ad canones antea decurſos.*
17 *Obligatio perſonalis quomodo cognoſcatur.*
18 *Actio perſonalis cui competat.*
19 *Dominus directus in re emphyteutica habet ciuilem poſſeſſionem.*
20 *Laicus trahitur ad forum Eccleſiæ per actionem perſonalem continentem rem Eccleſiæ. Et quare.*
21 *Hypotheca omnium bonorum apponitur in inſtrumento emphiteuſis ex conſuetudine. Et quid operetur.*
22 *Decimarum conductor laicus coram quo Iudice ſit conueniendus.*
23 *Pro fructibus & obventionibus temporalibus Eccleſiæ, an Iudex laicus ſit competens.*
24 *Exactor decimarum pro ratione reddenda coram Iudice ſuo conueniendus eſt.*
25 *Decimarum cauſa quando ſit merè Eccleſiaſtica, & quando mixti fori,* & n.30.
26 *Pro decimis etiam in quæſtione facti poteſt quis cenſuris cogi.*
27 *Cenſuræ non infliguntur niſi pro cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus,* & n. ſeq.
28 *Laicus trahitur ad forum Eccleſiaſticum pro quacumque cauſa, pro qua excommunicari poteſt.*
29 *Laicus in quibus caſibus poſſit coram Eccleſiaſtico conueniri* remiſſivè.
30 *Iudex laicus quando ſit competens in cauſa decimarum* remiſſivè.
31 *Laicus qui ſe ſubmiſit cuicumque foro poteſt coram Eccleſiaſtico conueniri.*
32 *Emphyteutæ Eccleſiæ ſolent de conſuetudine cuicumque foro ſe ſubmittere.*
33 *Laicus Eccleſiaſtici Iudicis prorogare poteſt Iuriſdictionem.*
34 *Conſuetudo conuertendi laicum pro canone coram Epiſcopo, eſt à iure approbata.*
35 *Conſuetudo etiam immemorabilis conueniendi clericos coram laico eſt nulla.*
36 *Conſuetudo conueniendi laicos coram Eccleſiaſtico, etiam in cauſis prophanis tenet* & n.40.
37 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica cum ſit religioni favorabilis, de facili prorogatur.*
38 *Cauſæ omnes olim ad Eccleſiæ iudicium deferebantur.*
39 *Iuriſdictio in temporalibus penes Eccleſiam habitu reſidet.*
40 *Conſuetudo, ut Epiſcopus laicorum cauſas cognoſcat, tenaciſſimè ſervanda eſt.*
41 *Conſuetudo conueniendi laicos coram ordinario, privatim ad Judicem laicum ſervanda eſt.*
42 *Iudex laicus non ſupplet Iudicis Eccleſiaſtici negligentiam.*
43 *Iudex Eccleſiaſticus ſupplet Iudicis laici negligentiam.*
44 Theſaur. q. forenſ. 15. lib.2. *declaratur.*
45 *Reo negante rem eſſe emphyteoticam, an, & quando Epiſcopus remittere debeat, vel cognoſcere cauſam.*
46 *Laicus ratione doli, rapinæ, ſacrilegii, vel violentiæ coram Epiſcopo conueniri poteſt, etiam ſi factum neget.*

DECISIO XCVIII.

QUidam Antonius ex oppido Brixelli conventus coram me tunc Vicario Parmenſi à D. Benedicto Bacchino Canonico occaſione canonum ſibi cujuſque præbendæ pro agro emphyteotico debitorum, declinando forum prætendebat cauſam ad Gubernatorem Brixelli Judicem ſuum eſſe remittendam, & allegabatur in terminis præciſis determinatio *Theſauri iunioris quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.*15. qua tamen non obſtante in contrariam iui ſententiam; & quidem tum in ſpecto jure communi tum etiam ex forma inſtrumenti, & obligationis, tum denique attenta Diœceſis conſuetudine. De jure quidem, † quia quemadmodum poteſt Clericus pro re Eccleſiæ laicum coram Eccleſiaſtico Judice convenire ſive agatur actione reali, ſiue perſonali, ſive mixta text. expreſſus in *c. ſi clericus laicum de foro compet.* ubi *ſcribentes* omnes, & eſt crebrior opinio de qua Oſaſch. *deciſ.*32. *num.* 6. & in effectu fatetur idem Theſau. *d. qu.*15. *num.*11. *&* 16. *in fin. &* 19. & tradunt plurimi relati à Bellett. *diſqui. Cleric. tit. de favore Clerici reali* §.5. *n.*2. *&* 6. & Guttier. *Canon. qq. lib.*1. *cap.* 34. *num.*13. Rota *in Ravennaten. Emphyteuſis* 28. *Maii* 1631. *coram D. Merlino* ubi teſtatur de communi opinione; quæ eſt *deciſ.*42. *p.*6. *rec.* & me citato, tradit etiam Ciarlin. *controv.*171. *n.*6. quod quidem privilegium fundatur tum in Eccleſiæ, clericorumque prærogativa: tum etiam in negligentia Judicum ſecularium, qui parum, aut nihil ſolent † illis favere, denique tum quia detinentes rem Eccleſiæ, non præſumuntur juſtè detinere *d. c. ſi clericus laicum* junctо *capitul. cum ſit de foro competen.* & utrobique ponderant *ſcribentes.* 2 3

Etiam † ſi is qui Eccleſiæ bonæ adminiſtrauit pro reddenda ratione pulſetur *c. iudicatum, & ibi gloſ.*9. *diſt.* Socc. *in c. de Iudic. & in rubr. de foro compet. ſub num.*3. *& in cap. licet ſub num.*14. *ver.*24. *eod. tit. Concil. Trid. ſeſſ.*25. *cap.*8. *de reform.* 4

Sic pari † modo poteſt quis pro fructibus ex eiſdem bonis provenientibus in curia Eccleſiaſtica conveniri, ut deducitur ex *dict. cap. ſi clericus laicum*, ponderando verba *pro re ſua vel Eccleſiæ*, Rei namque appellatione veniunt & fructus *leg. rei ff. de verb. ſign. leg. rem. ff. de acqui. rer. dom.* & utrobique Doctores Hieron. Gabr. *conſil.*37. *numer.*10. *vol.*2. Antonin. *Variar. reſol. lib.*1. *reſol.* 8. *n.*9. Bellett. *d.* §.5. *numer.*8. alias adducens rationes, idemque de iſtis acceſſoriis eſt judicandum, ac de principali *capitul. acceſſorium de Regul. iur. in ſexto*, *Archid. in cap. ſi annum n.*1. *de Iudic. in ſexto*, Surdus *cum relat. deciſ.*88. *nu. decimo*, quidquid ſecus ſenſerit Oſaſch. *deciſ.*32. *nu.* 4. ſub pretextu, quod fructus non ſint, quid ſpirituale, ſed temporale, quod quidem ad hunc effectum non concludit; † cum de illis idem ac de ipſa re ſit judicandum *cap. ſi annum*, & ibi gloſ. *in verb. deponentibus*, & Archid. *in princ. & nu.*1. & Anchar. & Fran. *de Iud. in* 6. 5 6

Idque

7 Idque † potiſſimum procedit quo ad fructus bonorum Eccleſiaſticorum, qui pro Eccleſiæ, pauperumque neceſſitatibus, non ſecus ac ipſa bona ſunt obligati, ut per Aufrer. *de poteſt. ſecul. in Eccleſ. numer.* 31. & ita reſpondet Bellett. *dicto* §. 5. *ſub numero octavo*, præterquam quod nec bona temporalia clericorum ſunt quid ſpirituale, & tamen quo ad illa clericus habet electionem fori text. *in dict. capit. ſi clericus laicum*, ibi *pro re ſua, vel Eccleſiæ*, & ibi notant *ſcribentes*.

8 Unde † & coloni partiarii, ſeu conductores fundi Eccleſiæ, vel clericorum, pro recollectis fructibus, ac pro illorum expulſione poſſunt in foro Eccleſiæ conveniri ad tex. in *dicto capitulo ſi clericus laicum* Hier. Gabr. *dict. conſil.* 37. *numero decimo*, Bellett. *dicto* §. *quinto numero octavo*, & eſt de mente *ſpeculat. in titul. competen. iud.* §. *primo*, *numero vigeſimoſeptimo*; quatenus diſtinguendo, inquit dd. colonos pro delicto, vel alio contractu conveniendos eſſe coram Judice ſuo; at ſuper rebus, quas ab Eccleſia tenent, poſſe coram Eccleſiaſtico conveniri, ſequitur Marian. Soccinus *in capitulo ſi quis clericus*, *ſub numero octavo*, *ver. ſed tu. De foro competenti*, quicquid ſecus ſenſerit Marta ceſſante obligatione Camerali *in tractatu de Juriſdictione parte quarta*, *caſu* 112. *ſub numero primo*, quem reprobavi ſupra in *dec.* 41. *numero trigeſimo primo*.

9 Et hinc † patet noſtri caſus deciſio ſcilicet Emphiteutam pro canone ex re Eccleſiæ debito poſſe coram Eccleſiaſtico Iudice conveniri; quomodocunque enim & quacumque actione agatur occaſione rei Eccleſiaſticæ, ac de omnibus inde accidentibus, & connexis, Eccleſiaſticum contra laicum judicare poteſt, ut poſt Innocentium docet Abbas *in dicto capitulo ſi clericus laicum ſub numero duodecimo*, *in fine*, *& numero decimo tertio*, *de foro competenti*, quem in terminis noſtris ſequitur Valaſch. *de iure emphiteut. quæſtione trigeſimanona*, *ſub numero decimo quarto*, *ver. quod ſi emphiteuſis*, & Borgnin. *deciſione quadrageſima quinta*, *numero* 68. *parte prima*. † & eo fortius quo emphiteuta recuſando ſoluere canonem dicitur dominum ſpoliare, ſive judicialiter, ſive extra judicium id agat, ut per eundem Borgnin. *decisione quadragesima quarta n.* 107. *& dec.* 45 *n.* 72. *p.* 1, ubi propterea innuit ratione ſpolii poſſe coram Iudice Eccleſiaſtico agi (licet de more plurimos citat ad rem non facientes) dixi etiam in deciſione, & quod emphiteuta non ſolvens canonem deſtituat dominum ſua quaſi poſſeſſione tradunt Valaſc. *de iur. emphiteut. quæſtione* 18. *num.* 10. & Amad. à Ponte *de Laudem. quæſt.* 46. & benè facit *Capell. Tholoſ. in deciſ.* 95. ubi etiam adden. & notatur in *capitul. querela de election.*

11 Non obſtat prima ratio Theſaur. *in dict. quæſt.* 15. nempe quod ſicut rei Eccleſiaſticæ conductor pro mercede coram laico eſt conveniendus, ut per Oſaſch. *deciſ.* 22. ſic pari ratione pro canone rei emphiteoticæ, quia præterquam quod aſſumptum non eſt tutum, cum imò, & pro mercede rei Eccleſiaſticæ habere clericum fori electionem tradiderit Inn. *in dict. capitul. ſi clericus laicum*, & ibi Abb. *num.* 13. *initio*, & habetur per Bellett. *diſqui. cleric. titul. de favore cleric. real.* §. 5. *numer.* 9. Argumentum de mercede rei ad modicum tempus locatæ ad canones rei emphiteoticæ ob ra-

12 tionis diſparitatem non procedit, † penſio enim in locatione ſoluitur pro uſu rei *leg. in re legata* §. *colonis Cod. locati*, in emphiteuti verò canon fructibus non correſpondens, ut in caſu noſtro ſolvitur in ſignum recognitionis directi dominii gloſſa *in capitul. potuit extr. locati*; (quicquid ſecus ſit ubi fructibus correſpondet, de quo aliis relatis tradit Ale*conſil.* 112. *numer.* 3. *libr.* 1.) quo fit ut tanquam recognitio; & fructus proprietatis, non ſit omnino res temporalis, ſed de eo idem quod de directo dominio, cujus eſt pars, judicandum ſit. Quemadmodum, & pro laudemio, quòd pariter in pecunia in ſignum recognitionis directi dominii ſoluitur, poteſt laicus coram Eccleſiaſtico Iudice conveniri, ut per Burgium *in tractat. de Laudem. part. tertia inſpect. prima numero ſexto*, *& ſeqq.* & per Bellett. *dict.* §. *quinto numer.* 10. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. eff.* 1. *numer.* 521.

Alia ratio qua movetur Theſaur. nempe cauſam eſſe remittendam ad laicum Iudicem, eo quod hic actione perſonali agatur (ſalva ejus reverentia) neque in facto, neque in

15 jure videtur applicari. Non quidem in facto † quia actio competens pro canone, non eſt merè perſonalis, ſed in rem ſcripta, deſcendens quidem ex contractu, ſed cum ipſa re juſmodi onere affecta ad quemcumque tranſiens poſſeſſorem † qui propterea ad omnes canones decurſos tenetur, ut latè, 16 & egregiè per Afflict. *dec.* 95. *per totam*, ubi Vrſill. *in add.* nonnullas reportat *deciſiones*, quas non recenſeo, ne videar aliena dicta de carta in papirum reſcribere, & hanc ſententiam originaliter tenuit Bald. *in Auth. ſi quas ruinas numer.* 5. *in fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſequitur Iaſ. *in l.* 3. *nu.* 70. *C. de iure emphiteutic.* Soccin. *conſ.* 70. *nu.* 14. *volum.* 1. latè Alexand. de Nevo *conſ.* 95. *num.* 7. & 8. Caſſador. *deciſione* 3. *n.* 2. *de locat.* Amed. de Ponte plene hinc inde deducens *in tr. de Laudem. quæſt.* 45. *num.* 12. *& ſeqq.* Cæphal. *conſ.* 200. *n.* 2. *libr.* 2. Monterenz. *ſuper ſtatut.* Bononien. *libro ſecundo*, *in Rubr. quomod. & qualit. forenſ. agent. ius redd.* §. *volumus ver. realia littera B. nu. tertio*, Abbas *conſil.* 20. *num.* 1. *vol. ſecundo*, Alexand. *in leg. ſi domus* §. *final. ante. numero ſeptimo de legation. primo* Ripa *in leg. prima*, §. *ſi hæres*, *ſub numero undecimo ff. ad Trebell.* Aym. *conſil.* 117. *ſub numero quinto*, Pedroc. *conſil. ſecundo nu.* 81. Menoch. *conſil.* 444. *nu.* 2. *& ſeq. lib.* 5. Borell. *in ſumm. dec. tomo primo*, *num.* 33. *&* 228. Amat. *dec.* 31. *num.* 24. *& ſeqq.* ubi probat hanc eſſe communem, & tenendam opinionem reportans ad rem auctoritatem Cæpoll. *de Serv. Vrb. prad. cap.* 2. *nu.* 6. docentis ad cognoſcendum an obligatio ſit perſonalis, obſervandum eſſe, an for- 17 ma obligationis contineat cauſam, perſonalis enim obligatio ex eo apparet, quod cauſa non exprimitur. In terminis autem noſtris exprimitur canonis obligatio pro re ipſa emphiteotica, & ſic non eſt mere perſonalis, ſed in rem ſcripta. † Denique perſonalis actio illi competit, qui nullum in re jus 18 habet, ſeu cui res nullo reali jure eſt affectus; ſe perſonam habet obligatam ex contractu, vel quaſi, vel quaſi-delicto Iaſ. *in* §. 1. *n.* 1. *cum tribus ſequentib. Inſtitu. de Action.* & ibi Gomeſ. *num.* 1. *&* 5. Adaman. Dioniſ. *de Diviſ. actio. diviſ.* 3. & obſervat Rot. *dec.* 879. *alias ſecunda ſub num.* 3. *in antiq.* Unde neceſſe eſt dicere domino directo non competere ſimplicem actionem perſonalem cum ille habeat dubio procul jus in re, nempe dominium directum, † ſed civilem poſſeſſio- 19 nem, ut tradunt Bart. Alexand. & Doctores *in l. naturaliter in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi Jaſ. *num.* 15. inquit id eſſe expeditum in jure, cum reliquis copioſe congeſtis per Valaſch. *de Iur. emphit. quæſt.* 18. *nu.* 1.

Sed neque in jure applicatur *Theſauri* ratio, quia dato etiam quod pro Canone rei emphiteoticæ perſonalis competeret actio, † cum tamen ea concernat rem Eccleſiaſticam, 20 non poteſt dici mere perſonalis; ſed concurrit cum reali atq; ideo propter illius concurſum trahitur ad ejus naturam, & ſucceſſive poteſt laicus ad forum Eccleſiæ trahi *ad l. quod fundum* §. *ſi tu ex parte* ubi Bart. *nu.* 2. *ff. ad lege Falcid.* ita Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 137. *nu.* 17. *&* 18. *tomo ſecundo*, & bene facit Federic. de Senis ab ipſo citatus *in conſ.* 245. *in fine*.

Quæ † quidem ſententia citra ullam hæſitationem proce- 21 dit attenta generali conſuetudine apponendi hypothecam omnium bonorum in inſtrumento Emphiteuſis, de qua teſtatur Amadeus *in tractat. de Laudem. q.* 46. *n.* 24. tunc enim tranſire obligationem ad tertium poſſeſſorem, & conſequenter actionem perſonalem eſſe in rem ſcriptam, ultra præfatos, & alios, quos citat fatetur Surd. *dicta deciſione* 32. *nu.* 4., *& ſeq.* & Corbul. cum ab eo relatis *de cauſ. privil. ob non ſolut. can. quæſt.* 6. *nu.* 5. *& ſeq.*

Minus refragatur argumentum à ſimili à *Theſauro* adductum † de conductore laico decimarum, quem inquit con- 22 veniendum eſſe cotam laico, judiciumque Eccleſiaſticum poſſe declarare ex Aufrer. *de poteſtat. laic. ſuper Eccleſ. reg.* 4. *Fallen.* 19. *&* 27. Covar. *pract. q.* 35. *ſub n.* 2. *ver.* 5. Nam Aufrer. *d. Fallen.* 19. quæ eſt ſub *n.* 23. non dicit judicem Eccleſiaſticum declinari poſſe, ſed laicum pro reſtitutione fructuum decimarum poſſe coram utroque judice conveniri; & ſic cauſam eſſe mixti fori, ad quod plurimns adducit *ſcribentes*, & ſignanter Feder. de Senis *conſ.* 245. dicentem judicem laicum poſſe cognoſcere de cauſa decimarum ſuper quæſtione facti duntaxat, non juris, & ita intelligit textum in *c. poſtulaſti de homicid.* ſubdens non eſſe peccatum tenere quod favore Eccleſiarum habeat Eccleſia duos Iudices, & ſic iſta doctrina, quam comprobat etiam Gratian. *to.* 2. *diſcep. forenſ. c.* 238. *ſub n.* 82. retorquetur contra *Theſaur.* Aufr. in 27. *fallentia* 23. † inquit pro fructibus, & obventionibus tempora- 23 libus, ex re ſpirituali provenientibus etiam judicem laicum eſſe competentem, præſertim ſi detinens arguitur de mala fide, ac illicita, & injuſta detentione: tunc enim cum hujuſmodi fructuum ſubtractio dici poſſit ſacrilegium, certum eſt

etiam judicem laicum esse competentem, textus in *c. cum sit generale de foro competente*, quæ verba Aufrerius desumpsit ex Ancharano *in regula, ea quæ de Regulis iuris in sexto, in quæstione quinta*, & sic etiam ista doctrina retorquetur.

24 Covaruvias, † autem loquitur de exactore decimarum pro jam exactis decimis convento, contra quem cum non agatur propriè de decimis, sed de ratione reddenda, inquit judicium coram judice laico esse agitandum: in nostra verò facti specie non contra eum qui canones exegit, sed contra ipsum emphiteutam agitur qui illos in recognitionem directi dominii solvere tenetur, & sic obiectum non concludit, quia decimæ jam exactæ, non sunt amplius decimæ, sed pecunia-

25 rum creditum. † Nam si de decimis ipsis ageretur, utique retorquetur argumentum, in eis enim si oriatur quæstio juris, Iudex Ecclesiasticus usque adeo non potest à laico declinari; ut imò ipse solus, & privativè sit competens *clement. dispendiosam de Iudic.* & ibi latè Cardin. *num. 22. & sequent. cap. litteras de Iurament. calumn.* & habetur *toto titulo, de Decimis, ubi scribentes* notant Calderin. *cons. 15. circa fi. de foro competenti* Soccin. *in cap. licet ex suscepto numer. 15.* Et sive agatur de petitorio, sive possessorio; latissimè *Moneta* cum per eum congestis de Decian. *capitulo octavo, quæstione prima.* Etenim contra tertios possessores. Covarruvias *pract. qu. capitulo 35. nu. secundo* Germon. *de Sacrorum immunit. capitulo decimoquinto, & numero 95. 96. libro tertio.* Si verò agatur de quæstione facti, an scilicet decimæ solutæ fuerint, vel an unus aut alter solvere teneatur, Ecclesia electionem fori habebit, & sic uterque Iudex ab ea poterit adiri, ut per eundem Covarruv. *pract. quæst. capitulo 35. numero secundo*,, & per alios latè congestos *à Moneta dicta quæ-*

26 *stione prima, numero quinto, & sequentibus*, † potest enim laicus etiam si quæstio tantum facti sit examinanda ad solutionem decimarum censuris compelli, *capitulo pervenit cap. nuncius, capitulo cum homines capitulo de terris extr. de de-*

27 *cim. clement. 2. de Iudic.* Covar. *loco citato.* † Et tamen excommunicatio non infligitur nisi ex causa, quæ sit de foro Ecclesiastico *capitulo quicumque 30. distinct.* Ioan. Andr. *in regula eadem de Regulis iuris in sexto* Soccin. *in capitulo cum*

28 *sit generale sub numero 15. de foro competenti*, ubi ex hoc infert laicum trahi posse ad forum Ecclesiasticum pro quacumque causa, pro qua excommunicari potest, quod apertius firmat in *cap. licet sub numero 14. ver. trigesimusnonus eodem*

29 *titulo* † ubi refert quadraginta tres casus in quibus laicus potest coram Ecclesiastico Iudice conveniri.

30 An vero, & quando Iudex laicus sit competens super decimis, sive principaliter, sive incidenter, sive in petitorio, sive in possessorio, sive ut Iudex, sive ut arbiter, sive ut arbitrator, agit latissimè Gratian. *discept. forens. cap. 238. à num. 82.*

De jure itaque quicquid senserit *Thesaurus* dictus Antonius poterat dubio procul coram me pro Canone conveniri. Sed & multo manifestius inspecto tenore instrumenti emphiteotici, in quo emphiteuta cuicumque foro se submise-

31 rat, † quo casu laicus absque ulla hæsitatione potest coram Ecclesiastico trahi ad notata per Doctores *in cap. si diligenti, & in cap. dilecti de foro competenti* Decianus *resp. 39. num. 67. volum. secundo*, & in terminis Borgninus *decis. 45. sub numero septuagesimo* Guttier. *Canon. quæst. libro primo, capit.*

32 *trigesimo quarto numer. 49.* † quæ clausula de generali consuetudine solet apponi, ut fatetur *Thesaur. dicto capitulo decimo quinto, sub numero decimo sexto.*

33 Nihil † enim obstat quominus Iudicis Ecclesiastici jurisdictionem prorogare valeat Soccin. *in c. significasti nu. 5. de foro competenti*, & ex mox dicendis patebit.

Quod rursus indubitatum reddebatur attenta notoria Parmensis Diœcesis consuetudine conveniendi quotidie laicos

34 coram Vicario Episcopali pro dd. canonibus, seu livellis, † quæ quidem consuetudo est à jure approbata text. *c. si clericus laicum*, & ibi Abb. *nu. 5. de foro competenti* Rota *dec. 783. n. 3. par. 1. diverf.* Antonin. *Variarum resolut. lib.... resolut. 48.*

35 *sub num. 14.* & procedere etiam si de re profana ageretur, † quamvis enim consuetudine induci nequeat, ut Clericis coram Judice laico conveniatur, cum ea repugnet juri divino, canonico, & civili *cap. clerici* ubi glosa *de Iudic. cap. placuit, c. inclita 21. quæst. 1.* Innoc. *in cap. postulasti de foro competenti*. Abbas & Doctores *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitut.* Alex. *cons. 8. numer. 1. volum. 1.* Rota *decis. 10. numer. 4. de consuet. in antiq.* Natt. *cons. 595. numer. 14. libr. 3.* Surd. cum per eum relatis *consil. 301. numer. 54. lib. 3.* cum aliis plenissimè congestis per Carol. de Graff. *effect. 1. cleric. numer. 371.* etiam si ea esset immemorabilis Abb. *in repetit. dict. cap. Ecclesia S. Mariæ, & in cap. solita in sexto, not. ab. de Maiorit. & obedien.* Clar. *in §. fin. quæst. 36. num. 3.* Covar. *pract. quæstionum cap. 3. nu. 5.* ubi de commun. Villalob. *in suis commun. opin. in verbo Clericus numer. 80.* Decian. *tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 14.* Germon. *de Sacror. immun. lib. 3. cap. 15. numer. 65.* cum aliis relatis per Carol. de Graff. *ubi sup. numer. 375. & seqq.* ubi latè de materia Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decis. 126.* Rota *dict. decis. 10.* egregiè, & doctè Suarez *in defens. fid. contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 32.* de qua latissimè egi *in decis. 101. per tot. par. 2.* In- 36 duci tamen potest ut clericus actor laicum coram Judice Ecclesiastico conveniat, etiam si non agatur de re Ecclesiastica, nec de patrimoniali ipsius Clerici, ut docet Abbas per illum text. *in cap. si clericus numer. 5. de foro compet.* adducens ad hoc tum alia jura, tum *text. iuncta* glos. *in cap. si quis Presbyter. 2. qu. 5.* & post alios observat etiam Bellett. *disqu. Cleric. tit. de priu. Cler. real. §. 5. n. 4.* Cujus rei duplex potissimum assignari potest ratio, † altera est, quia Iurisdictio Ecclesia- 37 stica cum sit favorabilis religioni, de facili prorogatur, & ampliatur, ut per Suarez *in defens. fidei cathol. lib. 4. titul. de Immun. Eccles. cap. 14. numer. 16.* † Altera est quia olim om- 38 nes, cum laicorum, tum clericorum causæ ad judicium Ecclesiæ deferebantur *cap. per venerabilem extr. qui fil. sint legitim. c. relatum 11. qu. 1. c. si quis presbyter secunda qu. 5.* † ita- 39 ut adhuc penes Ecclesiam residеat habitu etiam in temporalibus jurisdictio, rametsi actu regulariter illam nequeat exercere ut tradunt *scribentes* per illum text. *in cap. novit. de Iudic.* & facit text. *in cap. licet*, ubi id notat Socc. *nu. 1. de foro compet.* Vnde si laicus redeat ad suum primævum forum, non videtur ejus conditio facta deterior.

Hinc † est, quod ubi adest consuetudo Episcopus, vel or- 40 dinarius etiam inter merè laicos est Iudex competens Rota *dec. 793. n. 1. p. 1. diverf.* & est text. *in c. licet ex suscepto*, ubi Doctores *de foro compet.* Et quod ubi invaluit consuetudo cognoscendi causas laicorum in tribunali Ecclesiastico tenacissimè servanda sit etiam in Terris, & Regnis ab Ecclesiastica ditione remotis, habetur per Capic. *in dec. 161. n. 3.* & per Suar. de Paz. *in prax. to. 2. prælud. 2. n. 19.* Segur. de Aval. *in direct. Iudic. Ecclesiast. p. 2. c. 13. n. 25.* Ricc. *dec. 217. n. 5. & per tot. p. 2.* † Vnde prætendente D. Bertoldo Vrsino Marchio- 41 ne Montis S. Sabini Arætinæ diœcesis interrumpere laudabilem consuetudinem trahendi laicos ad forum Ecclesiasticum in causis civilibus prophanis, in quibus clerici sunt actores etiam privativè ad ipsum Marchionem, causa diligentissimè in *Sacra Congregatione Episcoporum* discussa, *Eminentissimi Patres* proponente bon. mem. Cardin. Lancellotto *die 31. Januarii 1617.* censuere laicos à clericis ad forum Ecclesiasticum in præfatis causis trahi posse, & debere; eosdemque Clericos absque Episcopi licentia laicos hujusmodi coram Judice laico pro similibus causis cõvenire minimè posse.

Hinc † rursus quamvis Iudex laicus Ecclesiastici Iudicis 42 negligentiam supplere nequeat *c. generaliter, cap. qualiter, & quando de Iudic.* Bellug. *in specul. princ. rubr. 1. §. dubitatur n. 14. & seq. & §. videndum n. 14. & rubr. 18. num. 8.* Carol. de Graff. cum per eum relatis *de effect. cler. effect. 1. n. 390.* Marta *de Iurisd. p. 4. cas. 146. & 147.* Farin. *de Inquis. q. 8. sub num. 46. in fin.* quod in realibus temperant Covar. *pract. qq. c. 35. sub n. 2. ver. non negamus, & n. seq.* & Menoch. *de retin. remed. 3. n. 355.* & Farin *d. qu. 6. n. 23. in fi.* à quo non dissentit Marta *d. c. 147. n. 14.* cui generalis consuetudo suffragatur Iudex tamen 43 Ecclesiasticus indistinctè supplere potest laici Iudicis negligentiam *scribentes de foro competen.* Abbas *in cap. cum contingat n. 25. eod. tit.* Marta *d. p. 4. c. 146. n.* Fuscus *de Visitat. lib. 2. c. 20. n. 26.* Menoch. *de Arb. iud. cas. 69. n. 39.* ubi concordantes affert Bellug. *d. rubr. 11. §. videndum n. 15.* Segur. *in direc. iud. Eccles. p. 2. c. 7. n. 10.* cum aliis quos refert, & sequitur Carol. de Graff. *d. effect. cler. 1. n. 391.* quem ad materiam consulvisset. Et ex his ad ulteriora procedendum esse censui, & successivè mandatum Canonico Bacchino concessi, quod & executioni demandatum fuit.

Cæterum quia *Thesaur. in eadem quæst. forens. 15. libr. 2.* 44 inquit, quod ubi laicus pro canone, vel libello coram Ecclesiastico pulsatus, simpliciter negat rem esse emphiteoticam, causa est ad Iudicem laicum remittenda; non omittendum esse duxi hanc conclusionem esse cum grano salis intelligendam, nimirum ubi clericus actor instat non obstante dicta exceptione, ad ulteriora in meritis procedi (prout complures faciunt ad effugiendum laborem bis idem probandi

dila-

dilatoriæ scilicet, & quo ad merita) secus si ille offert summariè docere de jure Ecclesiæ, Judex enim Ecclesiasticus de clerici actoris consensu cognoscere summariè potest de hujusmodi qualitate jurisdictionem tribuente & ita procedit text. in *d. c. si clericus laicum de foro compet.* alias illius dispositio nullius esset momenti, vt latè, & docte per Abbat. *ibid. num.*15. post Anton. de Butr. & Felyn. *numer.*2. *vers. limita* Ægid. Goffred. & omnium latissimè Soccin. *num.*15. ubi ad rem ponderat quod tametsi qualitas ista jurisdictionem tribuens, non videatur à se separabilis principaliter, est tamen ordine intellectus separabilis; quemadmodum contingit in eo qui conventus ratione delicti in alieno territorio commissi, negat simpliciter delictum, *& sub n.*11. *vers. prima opinio & num.*13. ubi alios citat Butrius *in c. cæterum n.*9. *de Iud.* Ant. cum per eum congestis *Variar. resol. lib.*1. *resol.*48. *n.*4. *& seq.* ubi multipliciter comprobat quibus addo Dec. *in d. c. cæterum num.*18. *de Iud. & in c. ad audientiam numer.*4. *de Appel.*. Menoch. *de recup. poss. remed.*15. *num.*208. & latius *in remed.*30. *num.*373. ubi alios refert, & Abb. *in c. cum sit generale num.*14. *de foro compet.* ubi etiam quod Iudex Ecclesiasticus cognito summariè jurisdictionem non esse suam, clericum actorem in expensis condemnabit, causamque ad suum iudicem remittet; idemque firmat Socc. *ibid. n.*1.

45 Prout † nec etiam causa ad laicum est remittenda si notorium sit rem esse Ecclesiæ, tunc enim negatione emphiteutæ non obstante, Judex Ecclesiasticus in causa procedere debet *cap. super eo de testibus cogen.* Abbas *in d. c. si clericus num.* 13. *in fin.* & ibi Felyn *num.*1. & Socc. *nu.*11. *&* 14. Nec ubi negatio habet contra se iuris præsumptionem, ut per Felyn. *ibidem num.*2. *vers. fallit tertio*, ubi alios citat in specie Rotam *decis.*327. *in nou.* Nec ubi esset inverisimilis Felyn. *loco*
46 *citato sub num.*1. *ver. quinto fallit*. † Nec tandem ubi à clerico allegatur delictum, rapina, vel dolus, vel sacrilegium, vel violentia: his enim casibus non obstante negatione, cognitio spectat ad Ecclesiasticum *cap. cum sit generale* ubi DD. communiter *de foro compet.* Guttier. *cum relatis lib.*1. *canonic. qq.c.*34. *num.*14. quod si negetur spolium, adhuc super ista qualitate jurisdictionem tribuente cognoscit Episcopus Guttier. ubi supra *numer.* 14. & Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.*205. *& seqq.*

ARGUMENTUM.

Creditores apprehendentes bona decocti, inter quæ est prædium emphiteoticum, an, & quando laudemium soluere teneantur, & an illo non soluto emphiteusim amittant; ad interpretationem statuti Genuens. *lib.*4. *cap.* 7. *de decoctis* §. *secuta*. Et de pluribus alienationis speciebus, caducitatem causantibus.

SUMMARIUM.

1 *Cessio bonorum est species alienationis.*
2 *Cedens bonis quando amittat illorum dominium*, & num.41.
3 *Periculum interitus rei, an spectet ad Dominum.*
4 *Decocti, eorumque fideiussores, an, & quando capta à creditoribus bonorum possessione liberentur*, & numer.43.
5 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
6 *Argumentum de Gabella ad laudemium, an sit validum*, & n.56. & seqq.
7 *Incertitudo rei ratione loci, vel quotæ, an, & quando dominii translationem impediat*, & n....
8 *A ratione legis unica, etiam non expressa argui potest.*
9 *Dominii translatio à statuto facta in creditores ad unum effectum, an possit alium effectum operari, & tertio opponi* & num.51.
10 *Verbum* intelligatur *quando fictionem, vel veritatem importet*, & n.52.
11 *Cedens bonis, re integra aliunde soluens, bona sua recuperat* & n.41. & 53. ver. ad sextum.
12 *Caducitas, an, & quando incurratur ex alienatione revocabiliter facta, ut in puncto legis commissoriæ, vel si adiectionis in diem* & n.54.
13 *Emphiteuta alienans, quia sciebat se vigore indulti Apostolici posse compelli, non incurrit caducitatem.*
14 *Emphiteuta non privatur iure suo per dationem in solitum factum auctoritate legis, vel Iudicis.*

15 *Emphiteuta vendens vigore Bullæ iuris congrui, vel retractus, non cadit à iure suo.*
16 *Emphiteuta an, & quando emphiteusim amittat per adiudicationem rei emphiteuticæ creditori factam.*
17 *Emphiteuta per alienationem necessariam, an, & quando in caducitatem incurrat*, & num.19.
18 *Gabella non soluitur ex alienatione necessaria.*
19 *Laudemium quando debeatur ex alienatione necessaria.*
20 *Emphiteutæ, an, & quando ob non solutum laudemium in caducitatem incurrat*, & n.30. & 53.
21 *Alienatio originata à conflatione æris alieni dicitur in sua causa voluntaria.*
22 *Voluntario principio dato quicquid inde sequitur dicitur voluntarium.*
23 *Alienatio necessaria etiam in sua causa quæ dicatur.*
24 *Canonem non soluere, & irrequisito Domino alienare paria sunt.*
25 *Emphiteuta omittens soluere canonem per errorem excusatur.*
26 *Emphiteutico in contractu licet apponere pacta domino directo bene visa.*
27 *Emphiteuticus contractus non habet propriam regulam, vel naturam.*
28 *Emphyteutico in contractu quando de aliquo dubitatur, recurritur ad investituræ tenorem.*
29 *Emphiteutica res pactis non seruatis cadit in commissum*, & 55.
30 *Laudemio, infra tempus conventum non soluto, caducitas incurritur.*
31 *Dominum, & possessio transfertur per statutum sine traditione, & apprehensione.*
32 Franc. Merlin. in dec. Lucens. 33. n.40. *reprehenditur.*
33 *Dominium rei, an etiam non Dominus in alium transferat.*
34 *Statutum disponens, quod bona decocti intelligantur effecta creditorum, dominium eorundem bonorum illos transfert.*
Creditores decocti dicuntur illius singulares successores.
35 *Dominium, & possessio nec in suspenso, nec apud duos esse possunt.*
36 *Dominio probato penes unum, dicitur probatum non esse penes alium.*
37 *Emphiteoticæ rei hypothecatione subsecuta possessione, ubi non est spes luitionis, dicitur translatum dominium, & incurritur caducitas.*
38 *Emphiteoticare specialiter hypothecata, & creditori tradita, ut fructus inde percipiat, debetur laudemium.*
39 *Emphiteuta malè æris alieni grauatus, cuius bona vi statuti à creditoribus possidentur alienasse dicitur.*
40 *Argumentum à minori ad maius affirmativè valet.*
41 *Illatio non fit ex diversis.*
42 *Cessio bonorum, & decoctio simul stare non possunt.*
43 *Statum exorbitans à iure communi non interpretatur secundum illud.*
44 *Laudemium non soluitur ex legato rei emphiteoticæ.*
45 *Gabellæ non debetur ex donatione.*
46 *Laudemium debetur ex donatione rei emphiteoticæ.*
47 *Gabella non debetur ex locatione ad longum tempus.*
48 *Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus.*
49 *Argumentum ab æquiparatis quando valeat.*
59 *Certitudo quartæ quæ dicatur ad effectum transferendi possessionem.*
51 Socc. Sen. cons.78. n.2. in fin. vol.4. *interpretatur.*
52 *Verbum* intelligatur *quandoque veritatem importat.*
53 *Fictio in legibus, & statutis idem operatur, quod veritas.*
54 Statuti Genuensis c.7. lib.4. *interpretatio.*
55 *Laudemium etiam ex permissa alienatione soluitur.*
56 *Laudemium non soluens emphiteuta lite pendente, cadit à iure suo.*
57 *Error non præsumitur nisi probetur.*
58 *Dolus præsumitur in eo, qui quod debet, non facit.*
59 *Mora intra breve tempus est purganda.*
60 *Ius superveniens lite pendente ex causa de præterito quando prosit ad victoriam.*
61 *Decocti bona dicuntur vacantia.*
62 *Ius superveniens lite pendente ex causa de futuro, an, & quando suffragetur actori.*

63 *Libellus, à Domino directo ad caducitatem agente quomodo formandum* remissivè.

64 *Statutum laicale, an comprehendit utile dominium emphiteusis Ecclesiæ.*

DECISIO XCIX.

CAvetur statuto civili Genuensi sub Rubrica de Decoctis *lib.4.c.7.* §. *secutâ quod facta declaratione ruptura, omnia bona rupti*, seu Decocti *intelligantur effecta creditorum*; *de quibus bonis curam habeant deputandi sive à creditoribus, sive à Magistratu ruptorum, qui debeant bona restringere, & pretium illorum ponere in pagis S. Georgii pro ipsis soluendis, cui, vel quibus de iure erunt soluendæ, vel repartiendis inter ipsosmet Creditores.* Cum itaque N. nobilis Genuensis de anno 1629. mole creditorum gravatus declaratus fuerit ruptus, seu decoctus pro summa scutorum fermè sexcentis mille, Deputati creditorum vigore præfati statuti omnium ejusdem bonorum possessionem apprehenderunt, & signanter cujusdam domus quam ille emphiteusim à Monacis Olivetanis recognoscebat; qui quidem deputati Judicis mandato, in domino à conductoribus d.domus recogniti diu pensiones exegerunt non petita investitura, neque soluto canone, vel laudemio iisdem Monacis, qui subinde coram me judicium devolutionis introduxere ex pluribus capitibus in libello expressis, ac ex quocumque alio verificando.

Causa diu multumque agitata, pro parte creditorum deducebatur primo ex præfato statuto non transferri re vera dominium in creditores, ita & realiter, ut illud omnino à decocto abdicetur, sed illa verba, *omnia bona Rupti intelligantur effecta creditorum*, in eo sensu esse accipienda, ut Rupto ipsi interdicatur administratio, ita ut actum creditoribus præjudicialem facere nequeat, in ipsosque creditores, seu eorum deputatos translata ad effectum restringendi bona, & inter creditores distribuendi: Vnde quousque distributio fiat, dominium minimè videri translatum, & per consequens
1 laudemium non deberi, quemadmodum videmus in simili, † quod quamvis cedere bonis sit species alienationis *l.5.& tot. tit. de Cessio.bon.* Simonell. *in tract. de decret. lib. de decret. lib.3.tit.6.inspect.15.n.128. & seq.* Fusc. *singul.3.ver.feudatarius*:
2 † non tamen cedens desinit suorum bonorum esse Dominus nisi facta illorum inter creditores distributione Capel. Tolos. *dec.134.* ubi citat Bart. *in l.15.C. qui bon. ced. poss.* & Rota *dec.468. in antiq. seq.* Marchet. *in tr. de commiss. p.3.sit. de commiss. admiss. ad bon. cess.§.1.n.18.fol.290.* Idemque tradunt Maur. Borgius *in tr. de laudem. p.3. inspect.49.n.3.& 5.* Carolus de Grass. *in tr. de except. excepo.37 n.17. & seq.* cum aliis per me allegandis *infr.n.41.*

Pro cujus argumenti confirmatione asserebant bona Decocti in terminis nostris ante illorum distributionem perire ipsi Rupto non creditoribus, ex quo inferebant do-
3 minium penes ipsum Decoctum remanere; † cum regulariter periculum interitus rei spectet ad Dominum, *l. Lucius ff. de evict. leg.1. & l. cum inter, C. de peric. & com. rei vend. cum vulg.*

4 Secundò dicebant † Decoctos illorumve fidejussores non liberari à nexu obligationis ex possessione capta per creditores illorumve deputatos, donec inter eos fiat bonorum venditio, vel distributio Paul. de Cast. *in leg. hæres à debitore, §. quod si stipulatur in fin. ff. de fideiuss.* qui ait id esse notandum Stracca *in tract. de Decoct. §.3. numer. 47.* Vinc. de Franch. *decis.55. numer. 2. p.2.* Petr. Caball. *cons. decisiu.167. numer.30. lib.1.* Vnde nec ante d. distributionem dici posse translatum in creditores dominium bonorum, alias enim dubio procul Decoctus, ejusque fidejus-
5 sores à nexu obligationis liberarentur; † solutione ejus, quod debetur omnis tollatur obligatio *l. Inst. quib. mod. toll. oblig. in princ. glos. fin. in leg. cum plures in fi. ff. de evict.* latè exornat Surd. *dec.113. nu.2.* Rota *decis.536.n.2. & decis.169. num.2. p.1. in recent.*

Tertiò addebatur quod quemadmodum Genuæ non solvitur gabella à creditoribus seu deputatis ab eis donec distributio bonorum inter eos facta fuerit, sit nec laudemium solvendum est, † prout de Gabellis ad laudemium arguebat Rodoan. *in tr. de reb. Eccles. non alienan. quæst.66. num.19.* & quod laudemium pari passu cum gabella ambulet dicit Guttier. *in tract. de Gabell. quæst.58. num.8.*

6

Quarto pro eadem parte considerari poterat; quod antequam fiat præfata distributio, ob creditorum multitudinem prorsus ignoratur quidnam uni, quid alteri eorum sit assignandum; † quo fit ut ex rei incertitudine ratione loci, & 7
quotæ in eos dominium, vel possessio transferri nequeat *l.3. §. in certam ff. de acq. poss. l. si fur. §. fi. de usuc.* latè Paris. *cons.55. n.2. l.1.* Gab. *cons.64.n.3. & 4. l.1.* Menoch. *cons.222.n.50. & 51.* Rot. *dec.130.n.3.p.5.* quicquid secus sit ubi incertitudo est duntaxat respectu quotæ vel respectu loci Bart. *in d.§. incertam n.1.* & ibi Alex. *n.5. in fi.* Dec. *cons.178. post n.3. ver. ult. non obstat. & cons.226.n.3. & 4. & in l. contract. n.24. de Regul. iur.* Ias. *cons.147. post n.5. l.2.* Marsil. *sing.499.* Tiraq. *de Iur. constit. lim.19.* Bero. *cons.159.n.1. lib.1.* Rot. *ubi sup. n.9. & 10.*

Quinto quatenus etiam dici posset in casu nostro dominii translationem interdicere, utique ea facta diceretur non verè, sed per modum fictum, ad hoc duntaxat ut creditores mediantibus deputatis propriè indemnitati consulere bona restringere, & alienare valeant, & hæc videtur unica, & indubitata hujus statuti ratio: † à qua tametsi non expressa, li- 8
cet arguere *l. milites argum. ff. de re milit. glos. in l. quamuis Cod. de fideicomm. Roman.* scribens super constitutione Perusina, contra cessantes, & fugitivos debitores, *in cons.404. sub n.4.* ubi Mandos. *in add.* alios adducit. † Vnde cum tran- 9
slatio ad hunc finem facta fuerit, diversum effectum operari non debet, ut in non dissimili statuto Florentino sentit Soccin. Sen. *in cons.78.n.2. in fi. vol.4.* Nec de hujusmodi dominii translatione ad præfatum finem à statuto inducta, tertius opponere potest, ut per eundem Socc. *d.n.4. & 5. & per tot.*

Confirmatur, quia statutum non dicit bona esse effecta creditorum, sed intelligi effecta, † Verbum autem *intelligan-* 10
tur de sui natura fictionem importat secundùm Alberic. *in suo dictionario in verbo intelligitur* ubi ad hoc adducit textum *in l. qui à socero iuncta* glos. *ff. de actio. & oblig. & in §. sed si in bello Inst. de excus. tut.* quæ jura re vera, parum probare videntur, idem tamen firmant Tiraquell. *in tr. Le mort saisit par.2. declar.10. à nu.7.* Menoch. *de Præsumpt. lib.4. qu. 36. num.9.* Bertaz. *in repet. l. si quis maior. n.650. C. de transf.* Vnde ad rem nostram subdit Alberic. *loco citato* in statutis, in quibus sæpe apponitur hujusmodi clausula, *intelligatur ipso iure facta*, non ideo intelligi, quod sit, sed quia fingitur, licet non sit *l. unic. in princ. ff. de rei uxor. act.*

Sextò si dominii translatio a statuto inducta, nomen alienationis meretur, saltem dicenda esset alienatio revocabiliter facta ex quo solvente aliunde ipso Rupto, seu Decocto, bona iam à creditoribus occupata, & nondum distributa, ad ipsum revertuntur iuxta praxim, de qua complures Aduocati attestantur, quod nullatenus contingeret, si fuissent irrevocabiliter, in creditoris translata, ut indubitati juris est † Prout etiam de Jure communi cedens bonis, si re integra, 11
ideſt antequam fiat distributio bonorum offerat satisfacere creditoribus, bona ipsa recuperat *per text. in l.3. ff. de cession. bonor. & in l.2. C. qui bon. ced. poss.* Brun. *de cess. Bonorum qu.14.n.6.* Socc. Jun. *cons.58.n.14. lib.4.* cum per eum relatis † 12
Porrò ex alienatione revocabiliter facta non incurritur caducitas, ut videmus in venditione cum pacto legis commissoriæ, vel adjectionis in diem, à principio interpositio, quousque contractus ille omnino perficiatur; Nam si resolvatur per conditionis eventum ipso jure retro transfertur dominium, & dicitur non contractum, ut benè per Bald. *in l. ab emptione sub n.4. ff. de pact.* cum aliis adductis per Corbulum *de cauſ. priu. ob alien. irrequiſ. Domino lim.34.* & per Molin. *de contract. diſp.459.n.12.*

Septimò, esto per statutum vera induceretur domini translatio; † non tamen est dubitandum, quin ista sit alienatio ne- 13
cessaria à lege inducta, quæ propterea caducitatem causare non debet ut post alios tradit Hieron. Gabr. *in cons.92.n.5.& 6. lib.1.* loquens de quodam, qui ideò alienaverat, quia sciebat se vigore indulti Apostolici posse compelli, sequitur Corb. *de cauſ. prin. ob alien. irrequiſ. Domin. lim.30.* † Prout etiam eandē ob causam idem videmus in datione insolutū, ut post alios quos citat, tradit Tiraq. *de retr. lign. §.1. gl.14.n.10* cum aliis per Corb. *de cauſ. priu. ob alien. lim.19.* † Et in venditione vi- 15
gore bullę juris congrui tradit Rot. *in dec.223. p.4. diverſ.* † Et 16
in adjudicatione rei Emphiteoticæ facta creditori, nominatim per Judicem, in defectu tamen cæterorum bonorum, in quibus satisfieri potuisset, quicquid sit si aderant alia bona, tunc enim debetur quidem laudemium, sed non ad effectum, ut eo non soluto, res cadat in commissum cum in hujusmodi adjudicatione Domini consensus non requiratur, sed ea inconsulto ipso fieri possit; ut distinguendo tradit Maur. Burg. *in tr. de laudem. p.2. inspect.45.n.8. & 9. ver. nos autem & n.10.*

ubi

ubi citat Amad. à Pont. *in q. laudemial. q.27. & 28. vers. idcirco.* Prout etiam tradit Corbul. *de cauſ. priu. ob alien. lim. 13. n.2.* & in addit. ad eundem locum *ſub num.24.* ab impu-
17 gnatione Coſtæ ſe defendit † Et generaliter in alia quacumque neceſſaria alienatione, quæ fit à lege, vel iudice compellente invito emphiteuta Doctores communiter *in l. ideo, ff. de cond. furt. leg. 3.* & ibi Jaſon. *num.48. C. de Iur. emphit.* Aufrer. in add. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.75. circa fin. ſumma* Silveſtr. §. *emphiteuſis nu 28. verſ.4.p.1.* Bertrand. *conſ.310. nu.2. p.2.* Ruin. *conſ.159. numer.9. lib.1.* Tob. Nonius *conſ. 28. n.9.* Vinc. Ann. *in ſing. 579.* Cravett. *conſ.215. num.3. & in conſ. pro Genero nu.290.* cum alii quos refert, & ſequitur Maur. Burg. *de laudem. p.2. inſpect.1. nu.105.* qui de comm.
18 teſtatur. † Prout videmus in ſolutione gabellæ ex contractu debitæ, quæ ex neceſſaria alienatione non eſt ſolvenda Surd. *deciſ.305. n.29.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.148. n.14.* Maur. *loc. mox citato in add. n.37.*

19 † Et quamvis huiuſmodi juris concluſiones limitari ſoleant in ea neceſſaria alienatione quæ cauſam originalem habet à mera voluntate, & ſic in ſua cauſa eſt voluntaria ex qua juxta magis communem opinionem laudemium debetur Surd. *deciſ.254. n.29.* Burg. *in addit. ad dictam inſpect.1. num.36.* latiſſimè defendit Fabr. *de laudem. decad. 3. error.1. numer.3. cum ſeqq.* & latè examinat Vinc. de Franch. *deciſ.277.* per totam, & poſt alios ex recentioribus tradunt Theſaur. *deciſ.* 139. Gratian. atteſtans de veriori, ac crebriori opinione *diſcept. forenſ. cap.244. num.19. & 20. in 3.* & noviſſimè Brittus *in cap. potuit §.5. num.13. verſ. alia eſt alienatio extr. de locato.* Et de quacumque alienatione, quæ inconſulto Domino fieri poteſt, tradit poſt alios Soccin. ſen. *in conſ.70. n.*
11. *& ſeqq. vol.* ubi teſtatur de comm. opin. dicens, ſe non
20 inveniſſe contradictorem. † Dicebatur tamen, hoc caſu deberi quidem laudemium at non ſub pœna caducitatis, ita ut ex illius omiſſione res cadat in commiſſum, ut admittit Ant. Fabr. *citato error.1. ſub numer.6.* Prout de jure communi generaliter ob non ſolutionem laudemii non incurri caducitatem, ceſſante mora per lapſum diei, vel per interpellationem hominis latè defendit Surd. *deciſ.200.* per totam, & Blancard. in addit. ad Amad. de Pont. *quæſtion.19.* inquiens contrariam ſententiam Hieronymi de Laurent. *in deciſion. Avenionen.143.* & Vivii *in deciſ.496. num.13.* rigidiorem eſſe quam ut amplecti debeat, & ſic in ſuo robore remanere putabant d. ſeptimum fundamentum, quamvis admitterent
21 huiuſmodi alienationem fuiſſe in ſua cauſa voluntariam † quippè quæ immediatè originem trahit à cauſa voluntaria ſcilicet à mole æris alieni, quod debitor volens liberè contraxit, & ſponte in hac neceſſitate ſe poſuit, à qua poterat abſtinere Signorol. *conſ.73. factum ſic præſupponitur paulo ante fin.* quem refert, & ſequitur Tiraq. *de retract. lign. §.1. gl.*
22 14. *num.13.* Caball. *conſ. deciſiu. 115. lib.2.* † Et dato principio voluntario, quidquid inde ſequitur voluntarium quoque exiſtimatur Bald. *conſ.306. in fin. verſ. porrò* Tiraqu. &
23 Caball. locis proximè citatis. Cum vice verſa † illa dicatur cauſa neceſſaria, quæ initium habet neceſſarium à ſtatuto ſine aliquo ipſius viri facto, ut per Bald. *in l. ſi uxor. nu.2. ff. de bon. auct. iud. poſſid. & in conſ.58. in reſtit. nu.4. verſ.3. ratio n.2.* Petr. Caball. *in conſ. dec.115. n.1. lib.2.*

Octavò denique cauſabantur deputati ſe per errorem omiſiſſe ſoluere laudemium novamque petere inveſtituram,
24 quo ſtante excuſandos eſſe; † Cum enim paria ſint canonem ſoluere, & irrequiſito Domino alienare Ancharan. *in capit. potuit, numer.8. de locat.* Alexandr. *conſ.106. ſub n.4. volum.4.* Ruin. *conſ.116. num.13. volum.1.* Soccin. *conſ.208. numer.2. volum.2.* Corbul. *de cauſ. priuat. ob alien.*
25 *ampl.1. num.2.* cumque † omiſſio ſolutionis canonis ab errore cauſata, & non à malitia, excuſet à caducitate Verall. *deciſ.180. n.4. p.1.* & tradit fusè Rota *in Piſana caducitatis*
25. *Iunii* 1601. *coram Coccino Decano, & in deciſ.896. n.1. & ſeq. p.4. diuer.* Utique pari ratione, excuſandos ſe dicebant ab omiſſione petitionis inveſtituræ, vel ſolutionis laudemii ex errore cauſata.

E converſò conſiderabam, nos verſari in inveſtitura pactum expreſſum continente, quod nempe *ſi contigerit domum præfatam vendi, alienari, aut in alium quovis titulo transferri, intra menſem, à die alienationis vel poſſeſſionis habitæ & toties quoties de uno in alium deambulaverit, præterquam in comprehenſos, intra menſem peti debeat inveſtitura, & ſolui laudemium ſub caducitatis pœna ipſo iure incurrenda.*

Quod † pactum nemo dubitat quin validum fuerit, 26
cum unicuique rem ſuam in emphiteuſim concedenti licitum ſit apponere legem conditioneſque & pacta ſibi bene viſa §. *adeo Inſt. de locat. leg. fin. C. de pact. inter empt. & vend.* Valaſq. *de Iur. emphit. quæſt.4. numer.3.* † Cumque contra- 27
ctus iſtius nomen veteribus I. C. incognitum fuerit Zeno Imperator, qui primus fuit, qui contractum emphiteoticum certo nomine, & iure donavit, conſtituit, quod cum ille propriam aliquam regulam, & naturam non habeat illam dumtaxat ſortiatur, quam contrahentes paciſcendo ſibi imponunt, ut probat textus *in l.1. & 2. Cod. de iur. emphit. & in d. §. adeo Inſtit. locat.* & dixit Rota *in Lucana Molendini 14. Novembris 1605. coram Penia* noviſſimè Faber. *de conject. lib.20. cap 11. num.7.* † Certè quando circa bona 28
emphiteotica de aliqua re dubitatur, regula eſt, ut ad inveſtituræ tenorem recurratur, & ſecundum illam res decidatur *dict. leg. fin. C. de Iur. emphit.* Roman. *conſ.33. numer.1.* Alex. *conſ.24. num.2. vol.5.* Corbul. alios adducens *de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. ampl.12. n.12.* Menoch. *conſ.148. n.2. lib.2.* etiam ſi contra emphiteuſis naturam ſit ut per Camill. Borell. *in ſumma deciſ. tit.33. num. 283.* † & ſic pactis non 29
ſervatis res emphiteotica cadit in commiſſum, & ad dominum directum pleno jure revertitur, ut tradunt Doctores *in leg.1. Codic. de iur. emphit.* ubi Jaſon. *num.21.* dicit, & eſſe utile, & notandum Bald. *in leg. fin. in ultim. notab. in 2. lect. Cod. eodem*, Ruin. *conſ.110. num.1. & conſ.113. num.*
18. *vol.1.* Corbul. *de cauſ. priuat. ob non ſeru. pact. nu.1.* Joſ. Ludovic. *deciſ. Peruſ.22. numer.10.* Surd. *deciſ.180. numer.1.* Milanenſ. *deciſ.17. num.68.* noviſſimè Ciriac. *controverſ. iur. tom.2. contr.266. n.5.*

† Et in puncto quod quando in inveſtitura appoſitum fuit 30
pactum, ut ex quacumque alienatione, vel dominii translatione ſoluatur intra certum aliquod tempus laudemium, alioquin res, in commiſſum cadat; tunc laudemio, intra dictum tempus non ſoluto, caducitatis ſit locus, etiam ſi illa alioquin de jure non incurreretur tradit Fulgoſ. ſcribens pro noſtro inſigni Capitulo Metropolitanæ Genuenſis, cuius hodie ſum Archipresbiter, *in conſ.219. colum.2. ver. ſecundum autem*, quem ſic intelligit, & admittit Amad. à Pont. *in tract. de laudem. quæſt.19. num.3.* Sola *ad conſtit. Sabaud. ſub tit. de iur. emphit. gl.1. decreti in caſibus primæ partis num.37. fol. mihi 68.* ſequitur Blancard. *in annot. ad quæſt. laudem.* Amad. à Pont. *ad quæſt.26. ver. excipiunt.2.* qui omnes eam adduncunt rationem, quia ſcilicet pactis, in inveſtitura appoſitis præjudicium afferri non licet, nec etiam per ſtatutum, vel per Judicem, ut per Bald. *in conſ.306. per tot. lib.1. l.1. & 2. C. de iur. emphit.* Molin. *de primog. lib.1. c.2. n.*
24. Pereira *de Nominat. emphit. q.7. n.8. & ſeq.* Grat. *diſcep. forenſ. c.88. n.1. lib.1.*

Porrò in caſu noſtro dubitandum non videbatur, quin domus, de qua agitur à dicto N. decocto in creditores illius deambulaverit (ut inveſtituræ verbis utar) ſtatuto ſic deponente; Quod quidem per illa verba *bona Rupti intelliguntur effecta creditorum*, potuit, & voluit dominium transferre: potuit, quidem (præſupoſita ſtatuentium auctoritate qua de re infra aliquid dicetur) † quia per legem vel ſtatutum 31
transfertur dominium ſine traditione, vel alio inſtrumentali adminiculo, & poſſeſſio ſine apprehenſione Bald. *conſil.* 345. *num.4. lib.1.* Abb. *conſ.94. in fine libr.2.* & nonnullis relatis tradit Grat. *diſcept. forenſ. cap.310. num.10. tom.2.* Voluit etiam, quia, ut dicebam, diſertis verbis declaravit bona Rupti intelligi effecta creditorum, quibus authoritatem apprehendendi, reſtringendi, alienandi omnimodam dedit; † quamvis enim non placeat id quod in propoſito ad- 32
vertit Franc. Merlin. *in deciſ. Lucenſ.33. nu.40.* ex hujuſmodi alienandi facultate creditoribus conceſſa, probari dominii translationem per regulam, quæ habet, rei Dominum dici eum, qui liberè de ea diſponere poteſt, adducens Menoch. *in conſ.429. num.12.* & Stracc. *in tract. de Mercat. tit. de decret. p.7. nu.6.* tum quia præfat. Doctores in dictis locis id non dicunt, tum quia imò etiam is, qui rei Dominus non eſt, quandoque ratione ſui crediti ex pacto, vel ſtatuti diſpoſitione liberè diſponere, & dominium in alium transferre poteſt, ut expreſsè inquit text. *in leg. non eſt novum Cod. de acquir. rer. dom. & inſtit. qui alien. poſſ. in princ.* de quo vide latè Neguſan. *de pignor. p.6. membr. per totum.* Nihilominus dict. dominii creditores translatio bene deducitur ex eadem ſtatutaria diſpoſitione, quatenus cavetur bona Rupti, intelligi effecta creditorum.

34 † Quando autem lex, vel ſtatutum diſponit bona effecta eſſe, vel dici alicujus intelligi, debere quoad dominii translationem probat text. *in leg. 1. & in leg. ſi id quod ff. pro derelicto*, unde, & ille dicitur ejus ſingularis ſucceſſor Rota *in Roman. Pecuniaria* 3. *Decembris* 1593. *coram Card. Pamphilio ſeniore*, quæ eſt *deciſ.* 53. *numer.* 2. *ex impreſſ.* Pacif. de ſalv. *interd.* Grat. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *capitul.* 391. *num.* 44. *& tom.* 3. *capitul.* 537. *numer.* 12. & in terminis ſtatuti, nempe quod ita interpretari conſueverit, deponunt nonnulli teſtes petiti in proceſſu examinati, & adeſt fides ab inſignioribus practicantibus ſubſcripta, & non obſcurè tradit Rota Genuen. *in deciſ.* 83. *à numer.* 6. *uſque ad fin*, & ſignanter *numer.* 10. ubi inquit quod donec durat qualitas Rupti durare videtur dominium creditorum in ejus bonis tam quæſitis, quam quærendis, & rurſus *eodem nu.* 10. ſubdit voluiſſe ſtatutum ob publicam vtilitatem pleniſſimè creditoribus eſſe proviſum, *& num.* 14. quod propterea debitor ipſius Rupti, vel Decocti, ſolvendo eidem, non liberatur, quia ſcienter non vero Domino ſoluit, imò dicitur rem contrectare alienam invitis creditoribus dominis, & ſic furtum committere per *l. inter omnes* §. *rectè de furt.* idem in terminis conſimilis ſtatuti firmavit Rota Lucenſis apud Franc. Merlin. *d. dec.* 33. *nu.* 40. citat etiam Petrum Caball. *in conſ.* 162. *nu.* 1. qui tamen re vera hoc mihi non dicit.

Quibus ſtantibus, ſequitur dubio procul, hujuſmodi do-
35 mum deambulaſſe à dicto D.N. in ipſos creditores, † quando rerum dominia, & poſſeſſiones nec in ſuſpenſo ſtare poſſunt *leg. fin. ff. com. præd. leg. ſicut duobus* §. 1. *ff. de in diem adiect.* Neque eodem tempore penes duos *leg. ſi ex certo* §. *ſi duobus ff. commod.* Bald. *conſil.* 6. Columbin. *libr.* 1. Alexan. *conſ.* 3.
36 *numer.* 5. *verſ.* 4. *accedit.* † Ita ut, probato dominio penes unum, dicatur probatum non eſſe penes alium Signorol. *in conſil.* 75. *in qu. vertente numer.* 6. & conſequenter ob non ſolutum intra ſtatuta tempora laudemium videbatur in incurſa caducitas, & eo magis, quo ſi aliter diceremus, maximum ſequeretur abſurdum, ut nempe Eccleſia per plurium annorum curriculum nullum haberet conductorem; non primum, quia Decoctum, & ſpoliatum; non creditores, ſeu illorum deputatos, quia gerentes in cæteris ſe pro Dominis, in recognitione dominii directi dicunt ſe jam per tres annos continuos non eſſe Dominos, ſed loco cuſtodiæ retinere: & ſic expreſsè fieret præjudicium Eccleſiæ, ac pactis in inveſtitura appoſitis, quibus neque Iudices, neque ſtatutum, neque partes præjudicare poſſunt, ut dixi ſupra *num.* 30.

37 Confirmantur prædicta, † ex abundanti, quia ſi ex nova hypothecatione rei emphiteoticæ, ſubſequuta poſſeſſione, debetur laudemium, quando nulla eſt ſpes luitionis, eo quod tunc dicatur alienata, & cenſeatur effecta creditoris *leg. qui habebat* ubi gloſ. & Bart. *ff. de legat. tertio*, Fab. de Monte *in tractat. de empt. & vend. quæſt.* 4. *numer.* 7. Tiraq. *de utroque retractat. in præfat. numer.* 36. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. ſub titul. de ſignif. verbi alienatio. verſ. item ſub vocabulo numer.* 3. *& ſeqq. fol. mihi* 12. *& titul. de caducit. ob rei alienat. verſ. emphit. quoque numer.* 3. Amad. de Pont. *in tractat. de laudem quæſt.* 33. Neguſ. *de pign. membr.* 1. *part.* 3. *numer.* 30. Solſon. *de Laudem. cellula* 20. *num.* 66. Mozzius *in tractat. de contractib. titul. de pign. & hypothec. ſub verſ. de reb. quæ pign. dar. poſſ. numer.* 38. Villalob. *in ſuis com. opin. ſub litt. P. numer.* 83. Simoncell. *in tractat. de decret. libr.* 2. *titul.* 5. *numer.* 1. Burg. cum relat. *tractat. de Laudem. inſpect.* 17. *num.* 4. Carrocc. *de excuſſ. par.* 2. *quæſt.* 5. *numer.* 13. *& part.* 2. *quæſt.* 38. *numer.* 34. *& ſeq.* Coſt. *de retrotract. caſu* 10. *capitul.* 8. *numer.* 18. Roderic. de Annuis *redditib. libr.* 2. *quæſt.* 22. *numer.* 53. Rendell. *de iure prothom.* §. *ſcriptum ver. in venditi. numer.* 7. Surd. *deciſ.* 175. *numer.* 1. Gama. *deciſ.* 108. *numer.* 3. dixi *in deciſ.* 74. *& ſeqq.* ita ut eo non ſoluto incurratur caducitas, ut per eundem Burg. ubi ſupra *numer.* 5. poſt Corbul. cum relatis *de cauſ.*
38 *priv. ob alien. lim.* 33. *numer.* 6. Provt † etiam ſi res fuerit ſpecialiter hypothecata, & tradita creditori ea lege, ut fructus percipiat, quia ipſius rei dominium dicitur translatum, ut tradunt communiter ſcribentes in *leg. traditionibus Codic. de pact.* & Mozz. & Amad. *locis proxime citat.* & Burg. *dict. inſpect.* 17. *numer* 7. prohibita enim alienatione inhibetur omne id, per quod pervenitur ad illam *leg. oratio ff. de ſponſal.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 6. *num.* 11.

39 Quanto † magis idem in caſu noſtro dicendum erit cum N. omnibus bonis ultra vires tum generaliter, tum ſpecialiter hypothecatis, illis jam jam ſtatuti, & Judicis miniſterio tanquam decoctus privatus fuerit, ita ut ea cenſeantur effecta creditorum, à quibus ita poſſidentur, ut nulla ſit ſpes luitionis? † conficiendo argumentum à minori ad majus affirmati- 40
vè, quod in jure noſtro validiſſimum eſt, ut per Everard. cum innumeris ab eo congeſtis in *centur. loco à minorinum.* 1. *& 2.*

His itaque ſic firmatis tenendo hanc ſententiam ſingula ex adverſo deducta facili negotio proſterni videntur. Nam argumentum à ſimili, quod primo loco deſumebatur à curatore ejus, qui bonis ceſſit ad hos deputatos ex forma ſtatuti Genuenſis; habet in ſe clariſſimam ſolutionem; † per bonorum ſiquidem ceſſionem, quæ à Decocto ju- 41
re communi ſit, non aufertur à lege ab ipſo cedente dominium, nec in creditores transfertur text. expreſſus in *leg.* 3. *ff. de ceſſ. bonor. quæſt. princ.* 18. *numer.* 6. quouſque bona ipſa per curatorem fuerint creditoribus diſtributa, ut deducitur *ex leg. legis Iuliæ Cod. de ceſſ. bonor. & ex leg. fin. ff. de curat. bon. dand.* & tradit Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 18. *in princ. numer.* 9. *cum ſeqq.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 27. *numer.* 16. *verſ. iſtis concurrentibus* cum aliis per me ſupr. adductis *numer.* 2. ac ſubinde curator perſonam ipſius cedentis repræſentat, bonaque ipſa adminiſtrat, uti patrimonium debitoris, qui ante venditionem illa recuperare poteſt, & ne veniant impedire, ut decidit text. in *leg.* 3. *ff. de ceſſ. bon.* cum per me allatis ſupra *numer.* 11. Unde non mirum ſi antequam illa diſtribuantur laudemium non debetur, cum interea nullo pacto alienata dicantur. At è converſo ſtatutum de quo agitur, exorbitat à jure communi, & vult quod bona decocti intelligantur effecta creditorum, deputatoſque non debitoris perſonam, ſed creditorum repræſentent, eorumque nomine adminiſtrent, alienentque. † 42
Ex diverſis itaque non ſit illatio *vulg. l. Papinian. exuli ff. de min. cum ſim.* Abb. *conſil.* 16. *lib.* 1. & ita in effectu reſponder Rota *Lucenſ. penes* Merlin. *dict. deciſ.* 33. *ſub numer.* 41. *verſ. nec obſtat*, ubi *numer.* 42. ſubdit bonorum ceſſionem, & decoctionem ita inter ſe differre, ut decoctoribus ceſſionis beneficium minimè poſſit competere Ruin. *in conſil.* 90. *numer.* 13. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 215. *num.* 6. Tiraq. *in leg. ſi unquam in ver. bona num.* 5. *Cod. de revoc. donat.* Stracc. *de decoct. par.* 3. *numer.* 9. *&* 19. quibus addo Caball. *reſolut. crimin.* 105. *numer.* 11. *&* 15. & conſequenter de uno caſu ad alterum malè arguitur.

Ejuſdem farinæ eſt ſecundum, in quo dicebatur Decoctos illorumque fideiuſſores non liberari donec fiat bonorum venditio: Nam hujus argumenti ſolutio colligitur ex eodemmet Paul. de Caſtr. in loco ex adverſo citato nempe in *leg. hæres à debitore* §. *quod ſi ſtipulator in fin. ff. de fideiuſſ.* inquit, propterea præfatos non liberari, quia per poſſeſſionem bonorum captam creditores non efficiuntur Domini, niſi bona dentur in ſolutum: in caſu verò noſtro ex juris municipalis diſpoſitione bona ſtatim cenſentur effecta creditorum, & ſic Caſtrenſis doctrina potiùs retorquetur, † & evidenter apparet nihil momenti habe- 43
re diſpoſitionem juris communis ad interpretationem dicti ſtatuti, quod in hac parte ab ipſo jure communi diſcedere voluit Bald. *in leg. maximum vitium colum. penult. Cod. de liber. præter* Alexand. *in conſil.* 20. *numer.* 9. *libr. prim.* latè Roland. *conſil.* 62. *numer.* 45. *cum ſeqq. vol.* 3. Surd. *deciſ.* 272. *num.* 33. Cartar. *deciſ. Genuenſ.* 66. *num.* 15. cum aliis per me alibi citatis.

Eadem facultate corruit illatio, quæ fiebat ex eo, quod in caſu noſtro non ſoluitur Gabella, quaſi nec propterea ſolvendum ſit laudemium: Non enim à Gabellis ad laudemia duci poteſt argumentum, quæ licet in aliquibus pari paſſu ambulent, in multis tamen ſaltem in praxi valde differunt, præcipuè ex legibus S. Gregorii, quæ paſſim à jure communi exorbitant, unde quamvis Gabellæ ſolvantur de quocumque contractu inter comprehenſos inito, laudemium tamen ex lege inveſtituræ eo in caſu non debetur. E converſo Gabella non ſolvitur Genuæ, niſi ex contractibus inter vivos, † laudemium autem debetur etiam ex rei emphiteoticæ le- 44
gato, vel donatione cauſa mortis in extraneum facta, tam de conſuetudine, quam etiam de jure communi, ut probat textus in ſui generalitate in *leg. fin. Cod. de Iur. emphit.* & ibi poſt Bartol. Salycet. Butrig. Alberic. Iaſon. & Ioan. Andr.

& Pau-

& Paulus de Eleaz. *in cap. potuit de locat.* Alexand. *consil.* 102. *lib.*... & Bertrand. *Argenteus cum relatis in tract. de laudem* §. 45.

45 Sic † ex gratuita donatione Gabella non debetur, ut tradunt Bald. & Salyc. *in leg. contractus num.* 1. *Cod. de fide Instr.* Bertac. *in tractat. de Gabell. in octava parte memb.* 3. *nu.* 21. *& seq.* & ex commu. opin. firmat Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 61. Guttier. *in tract. de Gabell. quæst.*

46 64. *num.* 1. 2. *& per totam*. † Laudemium autem ex donatione facta in extraneum debetur Domino directo secundum magis veram, & crebriorem sententiam Baldus *in leg. fin. n.* 6. & ibi Salycet. *num.* 4. & Iason. *num.* 68. *Cod. de fund. Emphiteut.* Soccin. jun. *cons.* 70. *num.* 12. *&* 28. *lib.* 3. Aretin. *consil.* 41. *in fin.* Hieronym. Gab. *cons.* 48. *num.* 3. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 161. *num.* 22. *volum.* 4. Guid. Pap. *decis.* 46. *num.* 1. *& decis.* 48. Vinc. de Franch. *decis.* 201. *num.* 11. Vivi. *decis.* 436. *num.* 9. Hieron. de Laurent. *decis. Avenion.* 143. *ver. sed adverte*, & de commu. testantur post Clar. & alios Corbul. *de cauf. priv. ob non pet. investit. num.* 4. *&* 6. *de cauf. priv. ob alien. lim.* 13. *num.* 3. Vivi. *lib.* 1. *comm. opin. ver. emphiteuta opin.* 92. Villalob. *in suis communibus opin. littera E. num.* 73. Burgius, qui innumeros cumulat, & latè defendit, & ampliat in *tractat. de laudem. parte prima* 2. *inspect.* 30. *à numer.* 4. *usque ad fin.* Gratian. *discept. forens. capitul.* 373. *numer.* 31.

47 Rursus † ex locatione ad longum tempus, an debeatur Gabella de jure communi controversum est, & quamvis opinio affirmativa videatur communis, contrariam nihilominus post alios defendit Guttier. *in tract. de Gabell. quæst.* 40.

48 *per totam* quæ de consuetudine servatur Genuæ; † cum tamen ibi ex dicta locatione soluatur laudemium, provt etiam de jure communi illud deberi tradunt *specul. in tit. de locat.* §. *nunc aliqua ver.* 123. Bertrand. *cons.* 155. *num.* 4. *volum.* 7. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 14. *num.* 82. *ver. ex ea* Alexand. *cons.* 165. *volum.* 2. Dec. *cons.* 204. Cassan *in consuet.* Burgun. *tit. de censes* §. 7. *numer.* 3. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 11. *vers. ista autem num.* 14. *cum seqq.* Rim. jun. *consil.* 251. *num.* 61. *ubi asserit* ab hac opinione non esse recedendum Cravet. *cons.* 337. *num.* 10. *volum.* 3. Amad. à Ponte *in quæst. Laudemial. quæst.* 34. *per totam* Maur. Burg. plurimos congerens *in tract. de Laudem. par.* 2. *inspect.* 58. *num.* 5. 6. Et hæc est magis communis, & practicata opin. ita ut non sit curandum de Guttier. de Gabel. *d. quæst.* 40. *num.* 8. ubi fretus auctoritate *modern. Parisien.* in contrariam partem in-

49 clinare videtur; † Cum igitur æquiparatio inter Gabellam, & laudemium non sit facta universaliter, & quo ad omnia per modum regulæ, meritò non licet ab eis arguere, extra casus, in quibus reperitur facta æquiparatio à lege *glos. in leg. omnes dies in verb. Apostolicæ Cod. de feriis* DD. communiter in *l.* 1. ubi in specie Rip. *num.* 4. *de l.* 1. Rom. *consil.* 179. *ver.* 3 latè Paris. *consil.* 49. *numer.* 45. *& seq. lib.* 3. Menoch. *consil.* 202. *numer.* 131. *lib.* 3. Honded. *consil.* 81. *num.* 47. *lib.* 1. Gutt. *pract. qq. l.* 3. *capitul.* 4. *numer.* 14. & optimus modus tollendi hujusmodi argumentum est per assignationem instantiæ text. *in cap. cum Martæ in princ.* & ibi Abb. notat *ext. de celeb. Miss.* §. *pavonum vers. nec ad rem pertinet Instit. de rer. divis.* cum aliis per Ever. *in sua cent. loco à simili numer.* 12. ubi quod hujusmodi argumentum corruit data parva dissimilitudine, ut per But. *in repet. cap. fin. de consuet.* & DD. *in cap. translato ext. de Constit.*

Ad id quod quarto loco dicebatur incertitudinem ratione rei, & quotæ impedire dominii, & possessionis

50 translationem duplex assignari potest responsio † prior ut quoties in dispositione veniunt omnia bona sine loci expressione, portio dicatur certa ad effectum transferendi possessionem, ut de locatione bonorum cum clausula constituti defendit Ang. *in l.* 1. *in princ. numer.* 2. *vers. extr. quæro ff. de pignor.* Rom. *in leg. stipulatio hoc modo concepta* 61. *num.* 47. *de verb. oblig.* Alexan. *in l.* 3. §. *incertam sub nu.* 7. *de acqu. poss.* Jas. de magis commun. opin. *in cons.* 174. *post nu.* 41. *vers. nec obstat.*

Unde cum in casu nostro statutum transferat omnium bonorum dominium in creditores illorumvè deputatos, qui propterea illorum nacti sunt possessionem, nulla potest considerari incertitudo. Posteriori modo respondetur quod ubi dominium transfertur ex legis, vel statuti dispositione, incertitudo non vitiat, neque illius impedit translationem *leg. quæ de tota* §. *incertæ ff. de rei vend.* & ita limitantur jura supra in contrarium adducta, ut post Socc. benè explicat Ias. *in leg. possideri* §. *incertam numer.* 15. *vers.* 5. *limit. ff. de acquir. poss.* loquens tam de dominio, quam de possessione.

Minus refragatur secundum argumentum, in quo dicebatur per dictum statutum transferri dominium non verè, sed per modum fictum ex auctoritate Soccin. sen. *in cons.* 78. *nu.* 2. *in fin. vol.* 4.

Nam † imò si Soccinus attentè legatur, stat pro hac 51
parte: loquitur enim in statuto Florentino, quod eatenus translatum censeri volebat dominium bonorum decocti in creditores, quatenus illi bona ipsa exigere voluissent, & propterea distinguendo, inquit, ut nolentibus creditoribus exigere, non censeatur dominium translatum, nec tertius valeat hujusmodi exceptionem opponere, at si creditores exigere voluerint, consentit dominium in eos esse verè translatum, & subinde tertium opponere posse. Statutum autem Genuense simpliciter, & ipso jure transfert dominium bonorum decocti in creditores, & propterea non est cur expectetur eorundem voluntatis declaratio, nec cur ad unum magis effectum, quam ad alium restringatur, præsertim attento alio statuto de extrinseco intellectu, quo cavetur, statuta dictæ Civitatis intelligenda esse provt littera jacet, nec posse declarari, restringi, vel ampliari, ut in terminis nostris advertit Rota *Genuen. decis.* 83. *sub num.* 15.

Sed & quatenus expectanda esset voluntatis declaratio juxta terminos statuti Florentini, in omnem casum ea satis superque adfuit cum creditores mediantibus deputatis acceperint bonorum possessionem, & Auctore Prætore obtinuerint in Dominos recognosci, pensionesque à conductoribus exegerint.

Ad confirmationem respondetur, † quod licet quan- 52
doque verbum intelligitur fictionem importet, id tamen non est perpetuum, nonnumquam enim veritatem designat, ut per Cald. Pereir. *in tractat. de empt. & vend. capitul.* 11. *numer.* 12. novissimè Barbos. *de diction. dict.* 144. Et signanter in iis, quæ sunt juris veritatem importat Jas. *in rubr. ff. solut. matrim.* & ibi Soccin. jun. *numer.* 55. Dec. *in leg.* 1. *sub numer.* 19. *Cod. unde vir. & uxor*, quod maximè fatendum est in casu nostro, in quo statuto procedit ulterius, auctoritatem præbendo creditoribus bona restringendi, & cætera hujusmodi faciendi. Sic pariter in ista materia emphyteutica in investitura dicitur, quod ob canonis, vel laudemii non solutionem bona intelligantur cecidisse in commissum, utique illud verbum *intelligantur* non impedit quominus verè efficiantur caduca, ut notissimi juris est, & quotidie practicamus. Itaque † in legibus, & statutis fi- 53
ctio ab ipsis inducta, idem operatur quo ad omnes juris effectus, quod veritas ipsa operaretur, ut firmat Bart. *in l. si is qui pro emptore ff. de Vsucap.*

Ad sextum respondet Merl. *dict. decision.* 33. *sub numer.* 41. *vers. non obstat. & numer. sequent.* illud procedere in cedente bonis, non autem in declarato Decocto, ut ibi per eum. Sed amissa pro nunc dicta responsione, animadvertendum est † obiectum cessare ex lectura Stat. 54
Gen. *in dict. capitul.* 7. *libr.* 4. §. *ipse sicut* disponentis, quod si debitor personaliter in fortiis curiæ se præsentaverit, debeat per spatium octo mensium expectari ad effectum tractandi cum creditoribus compositionem, quæ dilatio ad alios menses octo per Magistratum prorogari valeat, quibus sexdecim mensibus transactis pecuniæ, in S. Georgio à deputatis positæ: absque ulla remaneant obligatione, & sic duntaxat per dicti temporis curriculum dominium dici potest revocabiliter translatum, ubi tamen, & debitor in carceribus se constituat, & Creditores concordiam acceptantes consentiant. Cum itaque neque D. unquam se præsentaverit, nec in morte sublatus, præsentari queat, consequenter dominium suorum bonorum irrevocabiliter translatum fuit in creditores, omnisque spes cessat, ut ipse aliunde solvendo, illa recuperare possit, & eo redacta res est, ut omnino alienatio sit irrevocabilis, & plenum sortita fuerit effectum, & successivè caducitatem causat: exemplo venditionis factæ cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem ad Jas. *in leg. fin. numer.* 138. *quæst.* 21. *Cod. de Iur. emphit.* Cotta *in memorabil. in verb. Emphiteuta alienans in princ.* & tra-

dit

dit etiam Corbul. *de cauſ. privil. ob alien. lim.* 34. *per totam*.

Quod ſeptimo loco dicebatur ex hac alienatione neceſſaria, voluntaria tamen in ſua cauſa, deberi quidem laudemium, ſed non incurri caducitatem, omiſſo pro nunc,
55 quod † imò ubi alienatio fieri poteſt, irrequiſito Domino, ut in caſu noſtro prætenditur, adhuc tamen, ſi non ſolvatur laudemium, caducitas incurritur ſecundum opinionem, quam defendit Guidop. *in conſil.* 56. *numer.* 4. *uſque in fin. & conſil.* 146. *in prin. & ſub numer.* 6. quem ad hoc reportat Socc. jun. *in conſil.* 70. *numer.* 10. *libr.* 3. Certè ſumus extra hanc difficultatem, cum expreſſa inveſtituræ lege in caſu alienationis domus, vel de uno in alium ambulationis, infra menſem peti debeat inveſtitura, & ſolui laudemium ſub caducitatis pœna: quod quidem pactum omnino ſervandum eſt, ut expreſsè cavetur in *leg.* 2. *in fin. Cod. de iur. emph.* & in terminis noſtris tradit Fulg. *in conſil.* 19. *col.* 2. *verſ.* 2. *autem*. cum aliis per me relat. *ſup. numer.* 27. *& ſequen.* & admittunt quoque *ſcribentes* in motivi adducti ſupr. *numer.* 26. quin etiam (&
56 hoc ex abundanti) † cum jam creditorum deputati per integrum biennium hanc cauſam tractaverint nec unquam laudemium obtulerint, ex hoc etiam eorum mora inexcuſabilis redditur ad Hier. de Laur. *in dec. Aven.* 143. *in fin. verb.* ubi refert fuiſſe condemnatum emphyteutam ad rei reſtitutionem erga dominum directum, qui alioquin legitimas proponebat excuſationes, eo quod per plures annos ſuper caducitate ſibi motam litem ſubſtinuerat, nec laudemium unquam ſoluerat. Et hinc etiam tollitur, quod ultimo loco dicebatur, hos deputatos tamquam per errorem omiſſiſſe dict. laudemii ſolutionem, & ideo excu-
57 ſandos fore, † error enim non præſumitur, ſed ab eo probandus eſt, qui ſe fundat in illo Ang. *in leg. de err. Codic. de teſtam.* Bal. *in leg. Imper. prim. in prin. de teſtam.* Iaſ. *in leg. ſi poſt diviſionem numer.* 3. *Codic. de Iur. & fact. ignor.* Dec. *in leg. ſi librar. numer.* 3. & ibi Cagn. *numer.* 9. *de Reg.*
58 *Iur.* & qui non facit, quod debet, in dolo dicitur eſſe Bartol. & cæteri *in leg. ubi autem in princ. ff. de eden.* Natt. *in conſil.* 17. *numer.* 3. Sur. in propoſito noſtro *in deciſ.* 221. *numer.* 20. Præterquam quod introducto judicio, ac inveſtitura in actis producta, in tam diuturna pertinacia per-
59 ſeverantes inexcuſabiles remanſerunt: † qui enim ſe excuſat, & ad moræ purgationem admitti petit; intra brevem terminum id agere debet, ut in terminis noſtris conſiderat Surd. *in dict. dec.* 221. *num.* 23. & 24. poterantque facili negotio, vel inveſtituram pro perſona nominanda petere, vel domum ipſam uni ex anterioribus creditoribus aſſignare. Et ſic etiam in caſu, in quo notitia poſt litem motam ſupervenisſet adhuc tamen caducitas incurſa eſſet
60 † quia jus ſuperveniens, lite pendente, ex cauſa de præterito prodeſt ad victoriam *leg. ſirem* §. *fin.* ubi gl. Bar. & Paul. de Caſtr. *numer.* 2. *ff. de pign. act. leg. ſi mandavero tibi ff. quand. leg. ſi titius ff. de verb. oblig.* & ibi Bar. cum aliis relat. per Cæph. *in conſil.* 112. *numer.* 17. *& ſequen.* & per Ant. Gabr. *in titul. de Iud. concluſ.* 2. *numer.* 1. ubi multipliciter ampliat, & limitat, dixi in *deciſ.* 74. *numer.* 16. & in materia caducitatis nempe in emphyteuta qui lite pendente ſuper caducitate Canones non ſoluit Capic. *in deciſ.* 16. *numer.* 6. & hanc ſententiam ſemper amplecti ſolet Rot. Roman. ut apparet ex Acchil. de Graſſ. *deciſ.* 1. *titul. de locat.* Pute. *deciſ.* 426. *lib.* 2. Verall. *deciſ.* 299. *part.* 1. Seraph. *deciſ.* 958. *numer.* 2. Rot. *deciſ.* 187. *numer.* 4. *part.* 1. & *deciſ.* 813. *numer.* 2. *ver. non obſtat*, & *deciſ.* 806. *num.* 2. *part.* 4. *diverſ.* & firmant complures DD. relati à Surd. *in deciſ.* 6. *numer.* 1. 2. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr.* 22. & 27. *numer.* 12. *in fin.* latiſſimè Gizarell. *in deciſ. Neap.* 68. *per tot.* noviſſimè Ovid. de Amic. *in repet. capitul. potuit quæſt.* 200. *numer.* 2. & tradidere plures ſcribentes, quos refert Suar. *in deciſ.* 6. *numer.* 1. & 2. *& infra*, quo loci dictam concluſionem limitat, quando Dominus directus nollet illum in emphyteutam recognoſcere, quia tunc, pendente lite ſuper hujuſmodi articulo, non teneretur canones ſolvere, ut latè ibi per eum, & ſignanter circa finem.

Cæterum hæc dicta ſint ad ornatum dict. Statuti Genuenſis, nam in hac facti ſpecie non indigebamus tam diligenti diſcuſſione quia lite pendente ſupervenit alia caducitatis cauſa, nempe obitus d. N. debitoris decocti, cujus hæreditatem nemo apprehendere voluit (omiſſo quod nec bona, † quæ ex hujuſmodi perſonis ſuperſunt, deferuntur 61
jure hæreditario, ſed dicuntur vacantia, ſi credimus Bartol. de Boſio Gen. *in conſ.* 172. *nu.* 2. *ex l.* 1. §. *uti bona*, & §. *ſeq. ff de Iur. fiſci*.)

Quo fit ut dicatur aperta nova caducitatis via, ſcilicet ob lineam finitam, cum agatur de emphyteuſi mixta requirente utramque qualitatem deſcendentiæ, & ſucceſſionis, ut ex inveſtituræ tenore liquido apparet, quæ cauſa tametſi poſt litem motam ſupervenerit, cum tamen ſit de præterito, prodeſt ad victoriàm, ut mox dicebamus. † Idem 62
enim judicium eſt de jure ſuperveniente, ac de præcedenti ſi ſit validum, ut per Pereg. *in conſil.* 115. *numer.* 23. *& ſeq. volum.* 3. Canc. *libr.* 2. *reſol. capitul.* 19. *de teſtam. opp. num.* 28. Imò cum hujuſmodi lis tractetur ſecundum jus Canonicum, ſat eſſet jus ſuperveniens ex cauſa de futuro text. *in capitul. Abbate ſanè de re Iud. in ſexto* Bartol. *in leg. an eandem* §. *actiones*, *ſub numer.* 19. *ff. de except. rei Iudic.* Marian. Socc. *capitul.* 2. *volum.* 30. *verſ. ſed ſi ex nulla de libell. oblat. cum aliis* per Gabr. *titul. de Iud. concl.* 3. *numer.* 20. & tradit Genuen. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt.* 747. † ſtanti- 63
bus præſertim clauſulis libelli à dictis Monacis porrecti de quibus benè Mar. Socc. *in dict. cap.* 2. *col.* 27. *in* 10. *qu. princ. de libell. oblat.*

Quamobrem non fuit opus ingredi aliam † difficultatem, 64
an ſcilicet domus præfata, in emphyteuſim ab Eccleſia data, quo ad utile dominium, ſub dicto laicali ſtatuto comprehendatur; in qua quidem, quatenus Eccleſiæ non interſit, affirmativam ſententiam ſectati ſunt Anch. *conſil.* 125. *numer.* 7. *& conſil.* 433. *numer.* 2. & 3. Alexand. *conſil.* 25. *numer.* 5. *volum.* 6. Abb. *conſil.* 28. *numer.* 6. *volum.* 1. Socc. *conſil.* 99. *in prin. volum.* 1. Clar. *in* §. *emph. quæſt.* 48. *ver. bene verum eſt in fin.* & plurimis relatis Tiraq. *de retr. lign. gloſſ.* 23. *numer.* 8. Surd. *conſil.* 338. *ſub numer.* 14. *cum plur. ſeqq. & deciſ.* 160. *ſub numer.* 13. Valaſch. *de Iur. emph. quæſtion.* 17. *numer.* 12. Mart. *de Iuriſpatr.* 4. *caſ.* 13. *numer.* 18. Rot. *in Peruſ. hæredit.* 27. *Iunii* 1571. *coram Bravo*, & poſt hæc ſcripta Fenz. *ad Statut. Vrb. cap.* 122. *num.* 28. *& ſeq.*

Negativam verò in materia Ægidianæ plenè diſcuſſo articulo defendit Rot. *in Roman. Domus de Scapuccis* 19. *Ianu.* 1611. *coram Rever. Padr. Domin. Cocc.* Dec. quæ eſt *deciſ.* 238. ex impreſſis *à Statil. de Salv. interd. & in dec.* 472. *par.* 2. *recent. & in Roman. de Schianchis* 29. *Aprilis* 1617. *coram Emin. D. Card. Pamph. impr.* poſt Cyr. *controv. for. capitul.* 12. *numer.* 67. & noviſſimè *in Raven. emp.* 28. *Maii* 1631. *coram R. P. D. Merl.* ubi poſt Grat. *diſcept. For. capitul.* 447. *numer.* 21. dicitur, quod ab hac opin. difficile eſſet recedere: niſi tamen agatur de ſola poſſeſſione, & uſu rei, ut per Marc. *de commiſ. part.* 1. §. 2. *f.* 998. D. Coc. *deciſ.* 150. *numer.* 5. cum qua moderatione nuperrimè *Signatura* me proponente tranſivit *in una Bonon. bon. de Maluaſ.* 17. *Septemb.* 1637. Quia creditores ipſi viam elegerant ſtatuti, dictam Domum uti effectum de bonis ipſorum, ac ad ſe ſpectantem jam diu occupantes, ac in dominos ab inquilinis ſe recognoſci facientes, & in hoc judicio ſemper affirmarunt illam ſub dicto Statuto comprehendi, nec alia ratione illam poſſidere poterant, vel prætendebant. Et denique nihil opponebant adverſus præfatam cauſam caducitatis ex morte debitoris orientem, unde & ſuccubuere, & vide quæ dixi *in deciſion.* 121. *numer.* 13. *cum ſequent. parte* 2.

ARGUMENTUM.

Conductor an, & quando except. dominii refricare poſſit locat.

Clerico donatario an, & quando obſtet exceptio ſolemnitatis ſtatutariæ in donatione omiſſæ, ſivè in foro agatur Canonico, ſive in Laicali.

SUMMARIUM.

1 *AGens conditione* leg. ſi quis conductione Cod. locati *debet plenè, & concludenter docere de locatione.*

2 *Conductor ad longum tempus naturaliter poſſidet.*

3 *Conductor ad modicum tempus habet nudam detentionem.*

4 *Conductor ad modicum tempus, quando valeat refricare*

care quæſtionem dominii , vel poſſeſſionis.

5 *Commodatarius, depoſitarius, & ſimiles an & quando quæſtionem domini refricare valeant.*

Vtilis condictio ex leg. ſi quis conductoris Cod. locati *datur contra alieno nomine poſſidentes.*

6 *Exceptio reſpiciens petitorium non admittitur contra agentem condictione* leg. ſi quis conductionis.

7 *Conductor negans rem conductam reſtituere, dicitur locatorem ſpoliare.*

8 *Penſionem penſionario, vel affictum domino ſoluere negans dicitur illum ſpoliare.*

9 *Spoliatus an, & quando in primis ſit reſtituendus* , & num. 13.

10 *Spoliatus reſtituendus eſt etiam quo ad fructus , & expenſas, damna, & intereſſe.*

11 *Malæ fidei poſſeſſor reſtituit etiam fructus, qui percipi potuerunt.*

12 *Poſſeſſor. remedio agens proteſtare debet , ne cumuletur petitor.*

13 *Spoliatus qui patitur cumulari petitorium cum poſſeſſorio non eſt in primis & ante omnia reſtituendus.*

14 *Exceptio non impeditur , niſi replicatione eliditur.*

15 *Actor ſequitur forum rei , illiuſque leges , & ſtatuta.*

16 *Clericus agens in foro ſeculari ex iuris permiſſione ſubiicitur ſtatutis illius fori.*

17 *Intellige , quo ad ordinatoria , non quo ad deciſoria , & ubi agitur de iure privilegii perſonam tangentis* n. 2.

18 *Quæſtio an inſinuatio ſit neceſſaria reſpicit deciſoria iudicii.*

19 *Statutum dans formam probationibus reſpicit deciſionem cauſæ.*

20 *Probatio reſpicit deciſoria, non ordinatoria.*

21 *Perſonæ qualitas attenditur, ubi agitur de iure privilegii illam tangentis.*

22 *Clerico conveniente laicum in foro ſeculari, quo ad deciſoria , an attendantur ſtatuta eiuſdem fori,* & num. 32.

Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 145. refellitur.

23 *Statutum laicorum attenditur in eorum foro, etiam quo ad deciſoria contra Clericum ſe fundantem in illo.*

24 *Statutum laicorum an attendatur quo ad deciſoria contra Clericum in quærendis* & numer. ſeq. & 32.

25 *Statutum prohibens alienationem in forenſes an comprehendat Clericos,* & n. ſeq.

26 *Alienari poſſunt ſtabilia in Clericos, ſtatuti prohibitione non obſtante.*

27 *Excommunicantur Domini temporales prohibentes aliquid vendi Clericis vel ab eis emi, vel aliquod obſequium , vel ſervitium illis præſtari* , & nu. ſeqq.

28 *Directè, vel indirectè facere contra immunitatem paria ſunt.*

29 *In generali diſpoſitione non venit , quod ſtatuentes ſpecialiter diſponere nequeunt.*

30 *Generalis diſpoſitio non comprehendit caſus , nec perſonas ſpecialiter privilegiatas.*

31 *Eccleſia ſpecialiter privilegiata eſt quo ad donationes non inſinuandas.*

32 *Statutum requirens ſolemnitatem in contractibus in curia ſeculari attenditur contra Clericum actorem.*

33 *Statuta requirentes ſolemnitates non attenduntur in foro Eccleſiaſtico ſine quo ad ordinatoria ſiue quo ad deciſoria.*

34 *Statuta laicalia non attenduntur inter laicos in foro Eccleſiæ litigantes.*

35 *Clerico reconveniente laicum in foro Eccleſiaſtico quæ iura ſint ſervanda, iura fori naturalis, non autem accidentalis attenduntur in deciſoriis,* & n. 37. Rationem vide n. 39.

36 *Naturalis cauſa abſorbet accidentalem.*

37 *Clerico reconvento in curia ſeculari, & in deciſoriis attenduntur iura canonica.*

38 *Cauſæ Clericorum an , & quando in foro ſeculari tractandæ ſint ſecundum ius canonicum.*

39 *In deciſor. an, qualiter attendatur qualitas fori rei, & perſonæ.*

40 *Laicus occupans bona etiam patrimonialia Clerici conveniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico.*

41 *Iudex Eccleſiaſticus in defectum iuris canonici, iudicat ſecundum ius civile etiam inter laicos.*

DECISIO C.

R. D. Dominus Ferrinus egit coram me condictione *leg. ſi quis conductionis Cod. locati.* adverſus Antonium ejus patruelem pro reſtitutione prædii , quod eidem ad triennium tunc elapſum locaverat; † de qua 1
locatione plenè , & concludenter docuit provt in hoc remedio requiri tradunt Menoch. *de recuperat. poſſeſſ. rem. primo numer.* 38. & Rota *deciſion.* 179. *in fin. parte ſecunda in recentior.* Antonius , è contra excipiendo , oppoſuit , præfatum prædium eidem Domino donatum fuiſſe à Julio ipſius Antonii genitore abſque ſolemnitatibus ſtatutariis , ac propterea donationem extitiſſe nullam , & ſubinde prædii dominium ad ſe uti filium , & hæredem Julii ſpectare , & pertinere : ſuper qua exceptione Dominus paſſus fuit probationem fieri , & alia de quibus in actis . Structo proceſſu , de duobus dubitari contingit . Videlicet , an Antonius conductor potuerit refricare locatori quæſtionem Dominii. Et an dicta donatio ob dictarum ſolemnitatum defectum nulla extiterit.

Quo ad priorem articulum , concluſivè procedendo , dicebam , quod re vera in hoc judicio non fuiſſet diſcutienda quæſtio dominii . † Non enim verſamur in 2
locatione ad longum tempus , ex qua transfertur in conductorem naturalis poſſeſſio *leg. quis ante* ubi Alexandr. *numer. nono* & Jaſ. *numer. ſexto ff. de acquir. poſſeſſ.* Bal. *in capitul. quærelam in fin. de Iureiur.* & eſt communis opinio , ut per Ruin. *conſil.* 156. *numer. ſexto volum. primo* Crot. *conſil.* 22. *numer. ſexto volum. primo* Carocius cum relatis *de locat. & conduc. fol. mihi* 59. *num.* 9. Mozzius *de contract. tit. de locat. & conduc.* §. *de Natural. locat. num.* 11.

Sed ſumus in locatione ad modicum tempus † in 3
qua conductor nec civiliter , nec naturaliter poſſidet , ſed habet ſimplicem detentionem *leg. non ſolum* §. *primo ff. de uſu leg. ſi quis ante ff. de acquir. poſſeſſ.* & ibi Jaſ. *numer. ſexto* Gratian. *conſil.* 81. *numer.* 25. *libro primo* Caroc. *ubi ſupra numer. octavo* ubi ait , hunc caſum eſſe clarum , nec ullam in ſe habere dubitationem Mazzius ubi ſupra ac proinde hujuſmodi exceptio reiicienda fuiſſet ; † quia in hac locationis ſpecie vera eſt , 4
& communis Bart. diſtinctio , locatori agenti actione ex locato poſſe quidem conductorem refricare quæſtionem proprii Dominii (licet non alieni) quoniam ex hoc detegitur nullitas contractus locationis , quæ in re propria conſiſtere nequit : Agenti autem condictione *dict. leg. ſi quis conductionis Cod. locat.* non poſſe refricari Dominii quæſtionem , quia hoc eſſet deludere locatores , ut per eundem Bart. *in leg. non ab re in princ. & numer. quarto Cod. unde Vr. & in dict. leg. ſi quis conductionis numero tertio* Butr. Abb. & DD. *in capitul. inter dilectos extra de fide inſtr.* ubi Feyln. *numer.* 20. alios citat , & poſt plurimos , quos refert communem teſtatur & à Cyno defendit Menoch. *de recuperat. remed.* 11. *numer.* 35. & 45. Jac. Macchol. *patrocin.* 15. *numero primo & ſeqq.* Rota *in Bononien. Domus* 10. *Novembris* 1628. *coram Reverend. Patre Domino Merlino* ubi quod conductor nec quidem quæſtionem poſſeſſionis refricare poteſt ; idque ampliatur ibidem tam quo ad illius hæredem , quam contra locatoris ſucceſſorem.

Quæ † concluſio admittitur etiam in aliis contracti- 5
bus , in quibus , nomine alieno , quis poſſidet , ut in commodato , depoſito , & his ſimilibus , in quibus datur utilis condictio *ex dict. leg. ſi quis conductionis* , ſicut directa , datur in locatione , ut per Paul. de Caſtr. *in leg. commodare numer.* 3. *ff. commod. & in leg.*

qui

qui rem numer. ſecundo & tertio ff. depoſ. Fel. *dict. numer.* 20. Maran. *de ordin. Iud. parte quarta diſt. 7. numer.* 49. Rim. *conſil.* 94. *numer. ſexto libro primo* Dec. *conſil.* 28. *numer.* 3. *in fin.* Pariſ. *conſil.* 59. *numer.* 31. *libro primo* Neviz. *conſil.* 37. *numer.* 22. Cæphal. *conſil.* 47. *numer.* 40. *libro primo* Belo. *libro primo ſupput. iur. capitul. ſexto numero ſecundo* Menoch. *dict. remed.* 11. *num.* 6. *& ſeqq.*

Et conſequenter cum Dominus egerit condictione *dict.*
6 *leg. ſi quis conductionis* , † quod eſt remedium recuperandæ poſſeſſionis , non fuiſſet audiendus Antonius ſuper dicta ejus exceptione petitorium concernente , ut dicitur expreſsè in eodem contextu , & tradunt ibi *om-*
7 *nes* † Adeo , ut conductor negans rem conductam finita locatione reſtituere , dicatur , locatorem ſpoliare *dict. leg. ſi quis conductionis , & l. conductores in fin. verb. Cod. locat. leg. colon. ff. de vi. & vi arm.* Alexandr. *conſil.* 33. *numer. primo & 3. libro ſexto* Cæphal. *conſil.* 47. *numer.* 46. *libro primo* Menoch. *de recup. dict. remed.* 11. *numer. ſecundo* Cravett. *conſil.* 107. *libro primo* Cavalcan. *deciſion.* 44. *numer.* 107. *parte prima* qui ait , hoc procedere , ſive recuſet judicialiter , ſive extrajudicialiter .
8 Prout † etiam ſpoliare dicitur conductor , nomine alterius poſſidens , vel titularis , negans affictum , vel penſionem ſoluere Ruin. *conſil.* 165. *numero quarto volum. quinto* Gigas *de penſ. quæſt.* 17. *numero primo* cum per eos relatis Put. *deciſion.* 151. *libro tertio* Guido Papa *deciſion.* 628. Rota *deciſion.* 186. *in fin. par.* 2. *recent.*

9 Ac † proinde Dominus uti ſpoliatus , & agens dicto remedio recuperandæ poſſeſſionis , in primis , & ante omnia fuiſſet reſtituendus *leg. ſi quis ad ſe fund. Cod. ad leg. iul. de vi publ. & ibi omnes capitul. conquerente de redit. ſpol. cum vulgar.* Borgn. *cum relat. dict. deciſion.* 44. *numer.* 108. *parte prima* latiſſimè Gab. *de reſtit. ſpol. concluſ. prim.* ubi multipliciter ampliat , & limita Ricc. *in coll.* 624. ubi pariter plurimas tradit ampliationes , & limitationes Rota *deciſion.* 652. *numero ſecundo parte ſecunda recentiorib.* ubi inquit id non modo de æquitate , ſed etiam de rigore ſibi locum vendicare.

10 Etiam quo ad fructus , & expenſas , damna , † & intereſſe Cæſ. de Graſſ. *deciſion.* 5. *numer. octavo de reſt. ſpol.* DD. *in capitul. conquærente de reſt. ſpol. & in leg. natural. §. nihil comm.* ubi Rip. *numer.* 50. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Aym. *conſ.* 140. *numer.* 3. Pariſ. *conſil. primo numer.* 145. *& ſeqq. libro primo* Surd. *conſ.* 28. *numer.* 30. *& ſeq. libro primo* Menoch. *de recup. remed. primo num.* 412. Caputaqu. *deciſ.* 171. *numer. primo & 3. parte* 3. Rota *in Mantuana bonorum* 10. *Decembris* 1612. *coram*
11 *Ubaldo Senior.* † Et non modo quo ad perceptos fructus , verum & quo ad eos , qui percipi potuerunt , ubi tamen convenitur malæ fidei poſſeſſor juxta diſtinctionem allatam poſt alios à Gab. *tit. de reſt. ſpol. concl.* 5. *num.* 97.

12 Nihilominus , † quia procurator Domini paſſus fuit allegari , & interloqui ſuper dicta exceptione , nec proteſtatus fuit de non cumulando petitorium cum poſſeſſorio , ut inſtanter facere debebat Borg. *cum cong. deciſ.* 44. *numer.* 110. *parte prima* Menoch. *cum relatis de*
13 *recup. remed.* 1. *numer.* 166. quo † caſu ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus per text. *in capitul.. . . . leg. de reſt. ſpol.* ubi DD. & ibi latè Bero. *numer.* 20. Bart. *in leg. ſi quis ad ſe fundum numer. ſecundo Cod. ad leg. iul. de vi public.* cum aliis pleno calamo congeſtis per Menoch. *dict. remed. primo numer.* 163. *& ſeqq.* ubi ab impugnatione Baldi hanc ſententiam ex mente Aretini de-
14 fendit ; ea ratione , † quia ſicut ſe habet exceptio ad actionem , ita ſe habet replicatio ad exceptionem *leg. ſecunda ff. de excep.* Unde quemadmodum , ſi exceptio non obiicitur , actio non impeditur , eadem ratione ſi obiiciatur exceptio , & replicatione non refellatur , exceptio illa locum habet *toto titul. ff. de replic.* ut originaliter notavit Jac. Butrig. à Bald. *in leg. ordinarii colum. fi. verſ. quid de hac quæſt. Cod. de rei vend.* Bart. *leg. ſi quis ad ſe fundum numero ſecundo Cod. ad leg. iul. de vi publ.* Menoch. *de recup. remed. primo ſub numero* 163.

Ideo neceſſe fuit ingredi difficultatem illam, an re vera donatio prædicta in Clericum collata , ob omiſſam ſtatutariam ſolemnitatem , ſit nulla in caſu , & ad effectum , de quo agitur.

Et quidem pro parte dicti Antonii dicebatur , dubio procul donationem fuiſſe nullam , ex regula à me tradita ſupra in *deciſion.* 10. *numero tertio & ſeqq.* nempe ſtatuta concernentia actus ſolemnitatem tempore contractus adhibendam , regulariter comprehendere etiam donationem à laico in Clericum collatam , præſertim , quia in caſu noſtro non applicatur ulla ex reſtrictionibus *ibid.* à me poſitis.

Ex alia verò parte Dominus ajebat dictam concluſionem quamvis in theorica veram , in praxi numquam verificari poſſe . Nam aut cauſa agitatur in tribunali Eccleſiaſtico , & tunc dimiſſo ſtatuto judicandum eſſe ſecundum jura Canonica , ut eſt text. claras *in capitul. quod cler. ext. de foro com.* aut verò lis vertitur in foro laicale , & tunc , quia hujuſmodi ſtatuta reſpiciunt deciſoria judicii , pariter quoad clericos non eſſe attendenda , ut per Abb. *in dict. cap. quod Clericis nu.* 21. *in fi.*

Pronunciavi ad favorem ejuſdem R. Domini , non eſſe attendendum dictum ſtatutum laicale , ac ſubinde donationem validam fuiſſe . Non quidem ex præmiſſa ratione , in qua ille ſe fundabat , ſed ex aliis ; quoniam autem materia videtur broccardica, & ſatis involuit , ideo pro illius dilucidatione diſtinguebam quatuor caſus ex quibus DD. inter ſe pugnanter fædere diſtinctionis ad concordiam reduci poſſunt.

Primus caſus eſt , quando Clericus agit contra laicum coram ſeculari Judice pro rei donatæ conſequutione , & tunc dicebam ſtatutum prædictum loquens de inſinuatione , ſeu ſolemnitate in contractu adhibenda , intrare etiam contra ipſum clericum actorem , pro ut communiter tradunt Doctores quos pleniſſimè cumulavit in *dict. deciſion.* 10. *numer.* 5. & patebit ex dicendis *infra numer.* 22. cujus concluſionis duæ adduci ſolent rationes ; prior , † quia quemadmodum actor ſequitur fo- 15
rum rei *capitul. cum ſit generale* , ubi Doctores *omnes de foro compet.* ita etiam ſequi debet ejuſdem rei conventi leges ; & ſtatuta *capitul. experientiæ* 11. *quæſt. primo & capitul. acceſſorium de reg. iur. in ſexto* , & ita in ſpecie arguunt Maria. Socc. *in dict. capitul. quod clericis numer.* 4. *ver.* 70. *quid* , & Menoch. *conſil.* 991. *numero ſexto* paria enim ſunt forum ſortiri , & ſtatutis ligari *gloſ. in capitul. quod Clericus de for. compet.* Surd. *conſil.* 2. *num.* 14. *in fi. & conſ.* 338. *num.* 26. *ad fin.* cum aliis per me adductis in *deciſ.* 10. *nu.* 41.

Secundus poſterior eſt , quia jura Canonica con- 16
ſentientia , ut clerici agant in foro ſeculari , conſentire cenſentur , ut agant ſecundum ſtatuta illius fori , ut per *gloſ. & Canoniſt. in dict. capitul. quod clericis de foro compet. gloſ. in clement. ſecunda ver. & ſecus de iud. Doct. in dict. capitul. Eccleſ. Sanct. Mariæ de conſt. dixi in deciſ.* 10. *num.* 25.

Cæterum † hujuſmodi rationes quamvis in ſuis ter- 17
minis veræ , caſui tamen noſtro non applicantur , quippe quæ procedunt duntaxat , quando ſtatutum reſpicit ordinatoria judicii , ſecus ſi deciſoria , ut in ſpecie declarat Abb. *in dict. capitul. quod clericis numer.* 21. *in fi. de foro compet.* & dixi in dicta deciſione decima , *numer.* 12. Nos autem verſamur in deciſoriis : † ſiqui- 18
dem , an ſit valida donatio abſque inſinuatione , non reſpicit ordinem judicii , ſed cauſæ deciſionem , ut per Canar. *in tract. de inſinuat. par.* 2. *ſub num.* 36.

Quod eo magis ſuadetur , quia ſtatutum iſtud admit fidem , & probationem contractibus non inſinuatis ; † ſtatutum autem dans formam , & modum pro- 19
bationibus non reſpicit ordinem proceſſus , ſed cauſæ deciſionem Bart. *in leg. ictus fuſtium in ultim. quæſt. Cod. ex quibus cauſ. inf. irreg.* Bald. *in leg. prima in fin. Cod. quæ ſit longa conſuet. aut. in capitul. dilecti colum. fin. de Iudic. & conſil.* 45. Felyn. *in capitul. quod clericis in fin. de foro compet.* Alexand. *conſil.* 162. *volum.* 2. quos refert , & ſequitur Decian. *in tract. crim. par. prim. libro ſecundo capitul.* 34. *numero nono* , quibus addo Felyn. *in capitul. Eccleſ. Sanctæ Mariæ , numer.* 101. *verſ. ſed pro declarat. de conſtit.* Bero. *in quæſt.* 50. qui teſtatur neminem ab hac opinione diſſentire Menoch. *conſil.* 971. *ſub numero tertio & ſexto libro* 10. Et ratio rationis eſt ,

† quia

20 † quia probatio reſpicit deciſoria, cum litis victoria ex probationibus procedit, ut per Scacc. *cum relat. de Iudic. par. 2. cap. 9. nu. 878.*

Quo ſtante non videtur obſtare, quod dicebatur attendenda eſſe jura fori Rei, in quibus Jus Canonicum
21 conſentire videtur; † id enim procedere non ſolet, quando agitur, an ſtatutum comprehendat, vel non perſonam privilegiatam, quia cum agitur de jure privilegii perſonam tangentis attendi debet qualitas perſonæ, & ſecundum jura illam ſignantia judicari debet, coram quocumque Judice agatur Calder. *in ſua diſput. incip. Statuto Civitatis cavetur, quod ſi ab actore conſ. 211. ſub num. 4. lib. 2.*

22 Ad evitandam hanc † difficultatem, Carol. de Graſſ. *de off. Cleric. effect. 2. numer. 145.* plurimis relatis, de communi fatetur, quod quando clericus convenit laicum in foro ſeculari, etiam quo ad deciſoria attenduntur ſtatuta illius fori; Verum pace ſua apertiſſimè decipitur, nec ejus opinio commun. eſt, nec vera, & ex Doctoribus, ab eo citatis nonnulli loquuntur in ordinatoriis, & ſignanter Paul. de Caſt. *in leg. ex ea cauſa numer. quarto & quinto ff. de poſtul.* Rolan. *conſil. 52. numer. 20. libro ſecundo* Surd. *conſil. 204. num. 14. libro ſecundo & deciſ. 13. numer. 8.* Menoch. *conſil. 991. numer. 11. & ſeqq. libr. 10.* nonnulli vero tenent contrarium ejus, ad quod allegantur, nempe in foro ſeculari, etiam ſi Clericus ſit actor in deciſoriis attendi jura Canonica, non autem ſtatuta laicalia, & in ſpecie Abb. *in capitul. quod clericis num. 6. 8. 10. 11. & 21. in fin. de foro compet.* Felyn. *in capitul. ſignificaſti numer. ſexto eodem titul.* Gail. *obſerv. 32. numer. 10. libr. ſecundo* & Decian. *in tractat. crim. parte prima libr. 2. capitul. 35. numer. 10.* & clarius *ſub numero ſexto verſ. ampliat. etiam ſi cauſa*, ubi alios refert, & ultra prædictos, quos inadvertenter Carol. de Graſſ. pro contraria opinione adduxerat, hanc eandem noſtram ſententiam tenuerunt Bald. *in leg. omni novatione* per illum textum, *& in auth. caſſa Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Alexand. *conſil. 209. ſub numer. 14. in fine, & numer. ſequent. libr. ſecundo* & clarius *conſil. ſequent. num. 4. & per totum*, ubi tam ipſe, quam addentes plurimas adducunt doctrinas, & latius Pariſ. *conſil. 106. column. prim. volum. 3.* Felyn. *in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub numer. 81. verſ. 3. caſus de foro competenti*, ubi citat Calder. *in dict. ſua diſput.* & Doctores *in dict. capitul. quod clericis*, & ibi etiam Abb. *numer. 24. & ſeq. & numer. 42.* quem refert, & ſequitur Gail. loco ſupracitato, qui hanc opinionem non fuit auſus negare, quamvis in multis ibi contra Eccleſiaſticam libertatem ſenſerit, & hæc eſt vera communis, & in pra-
23 xi recepta ſententia. † Niſi tamen clericus agens fundet ſe in ipſo ſtatuto, tunc enim ſecundum illud, illiuſque qualitates judicandum eſſet, ut per Bald. & Alexand. ubi ſupra, & per Soccin. *conſil. 36. libro primo* late Tiraquel. alios congerens *de retract. Ligna. §. primo gloſ. 13. numer. 7.* cum aliis per me adductis in *deciſ. 11. num. 17. & ſeqq.*

24 Quare † ſecundo modo ad excitatam difficultatem reſpondebatur ex Deciano, & ab eo relatis *in tractat. crim. par. 1. lib. 2. capit. 35. numer. 4.* & à Gaill. *obſer. 32. numer. 7. lib. 2.* diſtinguentibus inter bona de novo per clericum quærenda, & inter jam quæſita recuperanda, ut primo caſu in deciſoriis ſervanda ſint in foro ſeculari ſtatuta, laicalia, poſteriori vero, jura Canonica. Sed & hæc reſponſio falſa eſt, quia præſupponit ſtatutum, ne bona ſtabilia poſſint in forenſes, non ſubditos alienari, comprehendere alienationes faciendas in clericos forenſes, eo quod agatur de quærendis, provt viſus eſt tenere Vulpell. *in tract. de libert. Eccleſ. parte 2.* & poſt Bald. Federic. de Sen. Signor. & alios ſentit expreſsè Tiraquell. *de retract. lignag. §. primo gloſ. 13. numer. quinto & rurſus de Primogen. quæſt. 39. & de legib. connub.* qui multos etiam pro utraque opin. adducit, & Covar. *in regula poſſeſſor. in ſecunda parte §. 4. numer. 8.*

26 Quæ tamen opinio communiter damnatur. † Nam imò d. ſtatutum non comprehendere alienationes factas in clericos, vera eſt, & magis communis ſententia, quam tenuerunt Joan. Andr. *in capitul. fin. de Immunit. Eccleſ. in ſexto* Abbas *in capitul. à nobis numer. 5. de ſent. excommunit.* Bart. *in leg. filius familias §. divi num. 12.* ubi etiam Ang. Imol. Alexand. *numer. 11.* & Iaſ. *in 1. lectura numer. 7. & ſeq. & in 2. lectura numer. 107. & ſeq.* qui inquit hanc opinionem communiter approbari, reprobata opinione Bald. Fed. de ſen. Signor. & ſequac. contrariam ſententiam ſectantium, & quod durum eſt ab hac opinione, tam in conſulendo, quam in judicando recedere, & ibidem Crotus *in repetit. num. 88.* Ferd. Leaz. *numer. 82. & 107.* Soccin. jun. *numero 166. & ſequentibus*, Ripa *num. 81. & ſequentibus* Crott. *in conſil. 370. numer. 13. & ſequentibus* Corn. *conſil. 145. numer. quarto libro quarto* Alexand. *conſil. 211. numero tertio libro ſecundo* Mandel. *conſil. octavo numero nono* Marant. *in ſpec. diſput. 8. numer. 12.* ubi de communi, latiſſimè Rim. *conſil. 15 numer. 85. & ſeqq. & 89. & ſeqq. libro primo*, ubi plurimos congerit, & hanc opinionem communem oſtendit, omnibuſque contrariis ſatisfacit, ſequitur Honded. cum per eum relatis *conſil. tertio numer. 22. libro primo*, communem fatetur etiam Socc. jun. *in conſil. 76. numer. 30. volum. tertio*, & ab ea dicit non eſſe recedendum eamque firmat, & alios concordantes citat Gaill. *obſerv. 32. numer. tertio libro ſecundo* Marta, cum per eum relatis *de Iuriſd. parte 4. cauſ. 6. numer. ſexto* Duar. *in Bullam Cœnæ libro ſecundo can. 15. quæſt. 19. numer. 84. & ſeqq.* plurimos etiam coacervat Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 2. num. 340.* & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur, etiam poſt alios, quos congerit Surd. *in conſil. ſecundo numer. 14. lib. 1.* communem etiam dicit Navar. *in conſ. 4. in fin. tit. de conſtit. lib. 1.* Quæ quidem probatur lege, & ratione, † lege quidem per textum clarum *in capit. fi.* 27
de Immunit. Eccleſ. in ſexto, ubi infligitur excommunicatio latæ ſententiæ, contra Dominos temporales prohibentes, vel ſtatuentes, ne laici aliquid vendant Eccleſiaſticis, vel emant ab eis, vel operas ſerviles pro illis exerceant, cum talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur; Ideoque dicit Geminian. quem omnes ſequuntur, hanc prohibitionem eſſe nullam, ſive fiat directè, ſive indirectè, eſt enim contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ reſtringitur, quando laici non valent cum clericis liberè negociari.

Quæ † quidem *decretalis* tametſi loquatur in terminis 28
in quibus ſtatutum expreſſam de clericis mentionem facit, ad effectum tamen de quo agitur, ejus diſpoſitio operatur, ut in ſtatuto generaliter loquente clerici non dicantur comprehenſi: Paria enim ſunt directè; vel indirectè facere contra Immunitatem *capitul. quarto de privileg.* Bald. *in auth. caſſa. numer. ſeptimo de Sacroſ. Eccleſ.* Geminian. ubi ſupra, † & ſub generali diſpoſitio- 29
ne non comprehenditur, quod ſtatuentes non valent in ſpecie diſponere *leges Lucius §. penultim. ff. ad Munic.* Bart. *in leg. ſi quis ſub condit. ff. de conditio. inſtrum.* Dec. *conſil. 504. & in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. tertio de Conſtitution.* Cravett. *conſil. 106.* cum aliis per Mariam *de iuriſd. parte quarta caſ. 4. numer. 14. & caſ. 40. numer. 22. & ſequent.* & per me *in deciſ. 10. numer. 31.* ubi etiam oſtendi in hoc eſſe differentiam, quod ſtatuta mentionem facientia de clericis ſunt nulla; ea verò quæ de illis mentionem non faciunt ſunt quidem valida, ſed clericos non comprehendunt, & ſic *dict. cap. fin. de Eccleſ. Immunit. in ſexto*, optimè decidit quæſtionem iſtam; illudque innovatum fuiſſe per Bullam Cœnæ Domini, & in illa includi, dixi in *deciſione 12. numer. 55.* Imò ſi ex generalitate ſtatuti dubitari poſſet, an Clericos comprehendat, poteſt Epiſcopus ſub excommunicationis pœna compellere ſtatuentes, vel eos, ad quos ſpectat, ut declarent illud non comprehendere Clericos Felyn. *in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 107. de conſtit.* Marta *cum relatis iuriſd. parte ſecunda capitul. 44. numer. 19.* & ita declaravit *Sacr. Congreg. Immunit. in una Neap. 4. Iunii 1630. proponente* Emin. Paulutio, provt & idem Epiſcopus declarare etiam non citatis, nec auditis ſtatuentibus ejuſmodi ſtatutum Clericos non afficere Carol. de Graſſ. cum per eum relatis *effect. Cleric. 2. numero 513.* Felyn. *loco citato numero 108.*

Ra-

30 Ratione quoque probatur, † quia nulla dispositio generalis comprehendit casus, vel personas in specie privilegiatas, ut latè probat Dec. *in leg. certis annis Cod. de pact. & in capitul. sedet numer.* 13. *de rescrip.* Ruin. *consil.* 195. *numer. quinto libro primo* Tiraqu. *cum relat. de retract. lign. §. primo numer.* 96. Quidquid secus, & malè visus sit sentire Vasq. *de succeff. creat. capitul.* 10. *numer.* 659. *verf. facit*; ubi de communi, & vera opinione perperam testatur.

31 Unde † cum Imperator concesserit speciale privilegium Ecclesiæ universali super donationibus in eam largiendis *leg. illud Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in leg. venditionib. leg. ut inter divin. Cod. eod. tit.* utique statutum generale non potest hujusmodi speciale privilegium auferre, ita in puncto arguit Duar. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *qu.* 19. *num.* 86.

Vera igitur responsio ad difficultatem contra hunc
COLONVS, vel conductor fundi Ecclesiæ, vide Conductor.

COLORATVS contractus, vide Contractus.

Titulus, vide Titulus.

COMMENDÆ Equitum S. Iacobi &c. an sint beneficia Ecclesiastica, dec.2. n.101.

Equitum hierosolymitanorum sunt ad nutum Magni Magistri amouibiles, & quam potestatem Commendatarij in illis habeant, dec.21. num.37.

COMMENDATARII Religionis Hierosolymitanæ, quam potestatem habent in suis Præceptorijs, & commendis n.37.

COMMENDATITIÆ litteræ proprij Episcopi probant clericatum, & is visis, Iudex laicus debet reum carceratum statim remittere ad Ecclesiasticum, dec.17. n.21. & 34.

COMMISSIONIS peccatum grauius punitur, quam omissionis, dec.33. num.21.

COMMISSIONES Ordinario, seu Vicario Episcopi directæ an exequantur à Vicario Capitulari, dec.31. n.1. & 2.

Dispensationum de stylo non diriguntur Vicario Capitulari n.4.

Vicario Episcopi directæ an exequantur ab eius successore numer.12. & 13.

Canonico directæ sub nomine proprio, etiam facta resignatione canonicatus durant n.14.

Dignitatem habenti directæ sub nomine proprio durant, etiam facta resignatione dignitatis n.14.

COMMITTERE laicis causas ciuiles clericorum quatenus possit Ordinarius, dec.14. n.11.

Alia vide in verbo Delegare.

COMMENDATARIVS, Depositarius, & similes an, & quando quæstionum dominij refricare valeant, dec.100. n.6.

COMMODITAS bonorum suorum, non dominium spectat ad Equites Hierosolymitanos, dec.21. n.42.

COMMODVM clericis si afferat statutum laicale arctatiuum, illos non comprehendit, dec.10. n.21.

Delinquenti nisi afferat delictum, illud non præsumitur, decis.5. num.93.

COMMVNICATIO immunitatis, vni fratri, vel socio concessa, an, & quando alteri fiat, dec.41. n.76.77. & seqq.

COMMVNE BONVM, vide Bonum.

COMMVNEM esse murum indicant trabes penetrantes vltra dimidum muri, dec.54. n.1.

COMMVNI etiam in re committitur furtum, dec.24. n.53.

Res potest quis ad vsum destinatum vti iure communionis, etiam inuito socio, dec.54. n.11. Et etiam sine mercede si vsus sit indiuiduus num.12. Et an etiam si socijs luminibus efficiat, vide n.13. 18. 24. & 28.

COMMVNIS consuetudo, vide consuetudo.

Vsus loquendi, vide vsus.

Vtilitas, vide vtilitas.

Res inter Ecclesiam, & laicum non præscribitur, nisi vti præscribuntur bona Ecclesiastica, dec.19. n.31.

Res quando dicatur mea, & non mea, decis.56. n.5.

Res non præsumitur accepta per socium animo furandi, decis.24. num.54.

Paries an, & quando dicatur pro diuiso, vel indiuiso, remissiuè, dec.54. n.9. Vbi antiquitus fuit eleuatus, post vicinus extollere domum depressam vsque ad eiusdem parietis culmen n.28. In vna parte, in alia quoque parte dicitur communis n.2. Contra Gramaticum in cons.164. n.9. An sit, peritorum relationi defertur n.3. Inferiori si est, idem iudicandum de superiori n.6. In dubio præsumitur num.7. Sed pro diuiso n.8.

Error cum titulo Officialis putatiuo supplet iurisditione rigore l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. dec.30. n.4.

Operatur quod teneat dispositio facta ab eo, qui communiter reputabatur habere facultatem disponendi n.6.

Attendi vtro probo potius debet, quam veritas n.7.

Validat actum à Iudice putatiuo factum, non tamen reddit habilem illum officialem n.10.

Alia plura, vide in verbo Leges diuersæ, sub vers. l. Barbarius, & dec.30. per totam.

Reputatio probat clericatum dec.17. n.26.

Quid operetur, vide in verbo Leges diuersæ, sub vers. l. Barbarius, & dec.30. per totam.

COMMVNITAS collectam si imponat ex Principis permissione, illa non est collecta ordinaria, dec.36. n.13.

Fiscum non habens, si collectas imponat, pro illis non oritur hypotheca, decis.36. n.26.

COMMVTATIO Voti castitatis in continentiam coniugalem, non mutat Regulæ substantiam, dec.2. n.66.

COMPENSATIONIS exceptio an, & quando in deposito, sicut in mutuo opponi possit, dec.29. n.28.

COMPETENS Iudex, vide Iudex.

COMPLETVM negotium, vide Negotium.

COMPLICATIS præsumptionem, an, & quando inducat associatio post delictum, dec.64. n.13.

DE COMPROMITTENDIS causis statutum, respicit ordinatoria iudicij, dec.10. n.26. Et si sit laicum non comprehendit clericum, num.27. & decis.11. num.27. Ipsi tamen eo vti possunt, dec.11. num.27.

COMPVLSIO abesse non solum debet in matrimonio, sed etiam compulsionis timor, dec.5. n.34.

COMPVTIS dandis, etiam si testator stari mandauit, adhuc potest error calculi ex alijs scripturis probari, dec.29. n.6.

Dandis vt stetur si mandauit testator, intelligitur de ratione nondum reddita, & de computis nondum datis n.7.

Computorum liberationis legatum regulariter non liberat à solutione reliquatus n.8.

Concedentis morte non exspirat regulariter, ne integra iurisdictio ordinaria, dec.30. n.9.

Concessio licentiæ extrahendi aliquem ab Ecclesia, an fieri possit per Vicarium capitularem, dec.31. n.8.

Concesso fine, concessa etiam censentur ea, quæ sunt ad finem, dec.40. num.86.

Concilium Constantiense in Confirmatione Actorum Benedicti, & Gregorij Summorum Pontificum, exceptauit præiudicium Religionis Hierosolymitanorum, dec. 21. n. 73.
Concilium Tridentinum sess. 25. c. 5. de Regulari ab interpretatione Rodriquez vindicatur, dec. 97. n. 25.
Sess. 25 de Reformat. c. 6. quæ requirat, vt clericus gaudeat priuilegio fori, dec. 26. n. 3. & 4.
Sess. 29. c. 6. de Reform. non tribuit Vicario capitulari facultatem dispensandi in impedimento occulto, dec. 31. n. 7.
Sess. 24. de reform. matr. cap. 3. ex sententia Sacr. Congregationis declaratur, dec. 95. n. 21.
Sess. 22. cap. 11. de reform. dat. iurisdictionem, etiam Conseruatoribus contra vsurpantes bona Regularium, dec. 4. n. 44.
Sess. 25. cap. 11. de Regulari comprehendit Equites Hierosolymitanos, quoad curam animarum, dec. 21. n. 53.
Ead. sess. cap. 15. de professione certo modo amittenda, an, & qua ratione comprehendat Equites Hierosolymitanus n. 49.
Sess. 6. cap. 3. de Reform. An comprehendat Equites Hierosolymitanos n. 51. Et quomodo intelligatur. ibid.
Sess. 25. cap. 19. de Regul. comprehendit Equites Hierosolymitanos num. 54.
Sess. 21. cap. 8. de Reformat. in quo discrepat à cap. 5. sess. 25. de Regul. dec. 97. n. 25.
Clericus quando inseruiendo alicui Ecclesiæ, dicatur satisfeciſſe menti Concilij, dec. 26. n. 26. & 31.
Seruari debet, quæ ad formam traditam in renunciationibus Nouitiorum, dec. 16. n. 12. & 47. Vbi etiam n. 47. ponitur resolutio Congregationis eiusdem Concilij.
In iurisditionalibus nominans Episcopum, an, & quando comprehendat Vicarium, dec. 97. n. 2.
Ad eius formam redacta sunt priuilegia Equitum Hierosolymitanorum, dec. 21. num. 50. & 53.
Eius congregatio quam habeat auctoritatem, dec. 95. n. 24.
CONCIONATOR cuius expensis sit alendus, dec. 68. n. 17.
Alendus est ex redditu ad id destinato, dec. 70 n. 16.
Alia vide in verbo Prædicatorem, & Prædicare.
CONCIONATOREM ad alendum vigore consuetudinis adstrictus populus, an, & quando exigere illum debeat, dec. 70. n. 9.
Alere an, & quando Parochus teneatur num. 15.
CONCIONATORI, vt populus alimenta præst, seruanda est consuetudo, & sufficit decemnalis, dec. 70. n. 1.
Et Ordinarius in tali consuetudine turbans censuris se defendit num. 2.
Aliquid vltra alimenta dandi consuetudo, an sit simoniaca n. 11. & 13. An, & quando talis conuentio sit licita n. 13.
CONCIONATORIS super deputatione in qualibet Parochiæ suæ Diœcesis, Episcopus habet intentionem fundatam, dec. 69. num. 21. & prefigere potest terminum existentibus in memorabile consuetudine præsentandi ib. n. 57.
In electione Ius Episcopi immemorabilis excludit secluſa Cathedrali num. 22.
Pro alimentis ad agendum populum immemorabilis, an requiratur, dec. 70. n. 6. & seqq.
CONCLAVISTA Eques Hierosolymitanus si fuerit, an & quando habeat testamenti factionem, dec. 21. sub n. 40.
CONCLVDENS Testium Depositio, vide Testes.
Probatio, vide Probatio.
CONCVBINA clerici est mixti fori, dec. 19. n. 2.
Intellige in publica n. 5.
Secus in occulta, vel in muliere à clerico cognita n. 4. 7. 8. & seq.
CONCVBINAS clericorū contra Statutū laicorum an valeat n. 13.
CONCVBINATVS quo iure fuerit prohibitus n. 12.
Publicus quando dicatur, remissiuè n. 6.
Remanet in contrahentibus, si matrimonium nullum existat, dec. 5. num. 27.
IN CONCVRSV testium, illi præferuntur, qui habent assistentiam, & præsumptionem iuris, dec. 69. n. 53.
CONCVRSVS specialium duorum non admittitur, dec. 28. n. 56.
Præsumptionum duarum denegatur n. 57.
CONDEMNARI debet tanquam turbator mandans turbari possessionem, vel damnum dari, dec. 14. n. 9.
In expensis an debeat clericus differens in foro laico allegare clericatum vsque ad sententiam, dec. 18. n. 14.
CONDEMNATI mandatarij si fuerint, vti turbatores damnum dantes, possunt de bonis mandatis satisfacere, dec. 24. n. 10.
CONDENDI iuris authoritas, & facultas tributa est Papæ à Deo, dec. 15. n. 36. & Episcopus à Papa n. 37.
CONDERE testamentum, vide Testamentum.
Testamentum non possunt Equites Hierosolymitani sine licentia Magni Magistri, dec. 21. n. 41.
Amplia vt n. 66.
Et quid si fuerint Conclauistæ n. 40.
CONDITIO rei conuenti, melior est in pari causa, dec. 40. n. 35.
Importatur per Dictionem Dum tamen, Italicè, *Doue però* n. 37.
In contractibus, actiuè, & passiuè retrotrahitur, dec. 72. n. 14.
Pro parte sua, si non adimpleatur, quis nullam ex ea lucrum, vel ius acquirit dec. 40. n. 40.
Expressa, vel tacita impedit ortum obligationis n. 41.
Nihil ponit in esse n. 42.
Mixta, si ex parte sua non adimpletur, vel adimpleri non offeratur, quis non acquirit obligationem, nec constituit debitorem in mora num. 43.
Personæ si mutatur, an, & quando mutatur rei, dec. 42. num. 34. & 27.
Prohibentis quando sit potior, dec. 54. n. 18. 22. 23. & 31.
Sub quam pœna caducitatis imponitur est potestatiua, & non retrotrahitur, dec. 70. num. 31.
CONDITIONALIS obligatio, vide Obligatio.
Est dispositio post alterius mortem collata, dec. 72. n. 10.
Stipulatio, actiuè, & passiuè transmittitur, secus in vltimis voluntatibus num. 17.
Contractus, an, & quando transmittatur n. 19.
CONDITIONALE ius, an, & quando statim acquiratur n. 13.
Impedimentum, & suspensiuum, non debet fieri præcisum, & perpetuum n. 20.
CONDITIONE pendente, nullum oritur vinculum, dec. 16. n. 33.
SVB CONDITIONE quamuis resoluendam, dispositio pura, obtinet effectum puræ dispositionis n. 34.
Resoluendus, ingressus Religionis est purè factus, si sibi placuerit infra annum n. 35.
CONDVCENS prædia, vt fructus vendat, est negotiator. decis. 94. num. 17.
CONDVCTOR operarum an possideat rem, seu prædium, perquirere non debent operarij, dec. 24. n. 8.
Et quid si sint vicini n. 29.
Prædij Ecclesiastici an soluat gabellam dec. 41. n. 70.
Mensæ Episcopalis ad longum tempus, an gaudeat exemptionem, & priuilegio fori, dec. 24. n. 21.
Vel colonus fundi Ecclesiæ, vel clerici, conuenitur in foro Ecclesiæ, dec. 98. n. 8.
Rei Ecclesiasticæ, an coram Episcopo conueniri possit n. 11.
Decimarum, coram quo Iudice si conueniendus, n. 25.
Ad longum tempus, naturaliter possidet, dec. 100. n. 2.
Ad modicum tempus, habet nudam detentionem n. 3.
Quando valeat refricare quæstionem dominij, vel possessionis numer. 4.
Negans rem conductam restituere, dicitur locatorem spoliare n. 7.
CONDVCTORI si obediant operarij in re de sui natura non prohibita in nihilo tenentur, dec. 12. n. 62.
In re, quæ de sui natura non sapit delictum excusantur, decis. 24. num. 7.
CONDVCTVS colonus si fuerit à clericis certa mercede, non potest grauari, dec. 42. n. 11.
Operarius, non alteri protestanti credere debeat, dec. 26. n. 49.
CONFESSIO extra iudicialis quomodo probetur, dec. 79. n. 60.
Ante partis acceptionem reuocari potest, dec. 95. n. 12.
Iudicalis an, & quando ante partis acceptationem reuocari possit num. 13.
Clerici facta coram Iudice laico, an sufficiat, vt ille torqueri possit ab Ecclesiastico, dec. 18. n. 11.
Qualificata scinditur, & qualitas reijcitur, dec. 64. n. 15.
Sufficit ad pœnam extraordinariam, non ad ordinariam n. 16.
Tacita per statutum inducta, non parit effectum veræ confessionis, in crimine læsæ Maiestatis n. 25.
Facta si fuerit à socio criminis, alter socius non torquetur, dec. 38. num. 10.
Facta si fuerit coram Iudice incompetente est nulla, si iurisdictio non erat prorogabilis, dec. 48. n. 64.
Ficta non sufficit in probanda qualitate, quæ priuat ab Ecclesiæ immunitate n. 26.
Patris superat omne genus probationis, dec. 29. n. 1.
Resultans ex productione instrumenti, vel scripturæ, si acceptetur à parte producens censetur approbare contenta in illam, dec 29. num. 10. & 13.
CONFESSIO PECCATORVM Sacerdote non approbato an fieri possit per Equites S. Iacobi, & similes, dec. 2. n. 123.
Facta si fuerit Sacerdoti, cui reuocata fuit licentia audiendi confessiones, valida est absolutio ab eo data, si reuocatio communiter ignoretur, dec. 30. sub n. 26.
CONFIRMANS causa si superueniat retrotractio conceditur ad tempus, quo actus fuisset nullus, dec. 16. n. 30.
A CONFIRMANTE sumitur robur actus cōfirmatus, dec. 14. n. 2.
Statutum censentur confectum n. 5.
CONFIRMATIO Actorum Benedicti, & Greg. Summorum Pontificum facta per Concilium Constantiense exceptuauit præiudicium Religionis Hierosolymitanæ, dec. 21. n. 73.
Dicti sui fieri debet in tortura per socium criminis, dec. 38. n. 9.
Declara vt num. seq.
Instituti Religionis ad Summum Pontificem spectat, decis. 2. num. 91.

Sta-

Index Rerum,

Statutorum laicorum an, & quando ab Ordinario fieri possit, ita vt Clericos afficiat, dec. 10. n. 39. & 42. decis. 14. n. 1. & sub nu. 18. vers. Obiecta.

CONFIRMATIONIS SACRAMENTVM delegari potest à Papa simplici clerico, dec. 37. nu. 36.

Ministrari à simplici Sacerdote, induci non potest per consuetudinem, dec. 37. nu. 35.

CONFIRMATVS actus, sumit robur à confirmante, dec. 14. numer. 2.

CONFORMARE se cum stylo præsumitur Princeps, dec. 31. numer. 6.

CONFRATERNITATES laicorum, an possit in Ecclesia conuentus facere, dec. 51. n. 20. & seq.

CONFRATRES tenentur ad onera, in quibus sodalitas indirectè non læditur, dec. 42. nu. 18.

Sodalitatum, vbi nam sint sepeliendi, dec. 87. nu. 17.

CONGREGATIO Concilij Tridentini, vide Concilium.

CONGREGATIONIS super controuersiis iurisdictionalibus, resolutio circa examen in loco immuni, ac occisorum exhumatione, dec. 57. num. 18.

CONIECTVRÆ dolum arguentes, cuiusmodi esse debeant, vt non nisi in malam partem recipi possint, dec. 28. nu. 52.

Quales esse debeant ad metum probandum, dec. 79. n. 40.

Et præsumptiones metus, plenè, & exactè sunt probandæ n. 46.

Metum, vel illius suspitionem, an, & quando probent, & quomodo vide Metus.

Pecuniam in censu simulatè ostensam fuisse, probant, decis. 27. num. 1.

Simulationem verisimilem probant, etiam si sint leues numer. eodem. Quot probent, dec. 28. num 6.

Veneni propinationem quales probent, dec. 20. nu. 1.

Arbitrio Iudicis probant simulationem, dec. 27. nu. 3.

Non probant simulationem, si de causa simulandi non apparet, dec. 28. num. 1.

Declara vt num. 5.

Similes illis, quæ à iure sunt expressæ, eodem modo iudicantur, dec. 27. num. 77.

Violentæ, dicuntur præsumptiones iuris n. 69.

CONIECTVRALIS materia manifestè, & liquidè dicitur probata, etiam per indicia, dec. 5. nu 71.

CONIECTVRIS non est opus in claris, decis. 28. nu. 71.

Contrarijs præferuntur præsumptiones conformes publicis scripturis num. 67.

CONIVGATVS clericus an quis sit, & an gaudeat priuilegio fori, cognoscit Iudex Ecclesiasticus, dec. 17. nu. 10.

Citatis tamen fisco, & interesse habentibus n. 12.

CONIVGES cohabitare simul perpetuò tenentur ex contractu matrimoniali, dec. 9. nu. 2 Et ad id cogi an possint per vtrumque Iudicem n. 3. cum plur. seqq. & 24. cum seqq.

Reuertentes ad inuicem propria authoritate sunt excommunicandi num. 11.

Separationem Thori si allegauerint, Iudex secularis procedere nequit n. 26 Et si eam allegauerint coram Ecclesiastico, & hoc fuerit extraiudicialiter notificatum Iudici laico, debet ille statim supersedere in causa nu. 39.

Sæuitiam si allegauerint ad effectum separationis thori, causa remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum n. 8.

EX CONIVGIBVS ab vno per professionem emissam in Religione dirimitur matrimonium ratum, non consumatum, dec. 21. n. 44.

CONIVGIVM, vide Matrimonium.

CONIVNCTVS priuilegio coniuncti an, & quando gaudeat, dec. 41. num. 73.

IN CONIVNCTIS immunitas vni concessa, competit, & alteri, numer. 72.

CONIVNGERE non coniungendos, & separare non separandos in matrimonio, peccatum æquale est, decis. 5. n. 99.

CONNEXITAS causarum, vide causa.

Interesse, seu iuris inter laicum, & clericum, an & quando operatur vt laicus eximatur à iurisdictione seculari, & subsit Ecclesiasticæ, vide Clericorum, & Clericus.

Operatur, vt maior gaudeat cum minore beneficio restitutionis in integrum, decis. 19. n. 3.

An, & quando operetur, vt quis gaudeat beneficio alterius, n. 37.

CONNEXA quæ sint, quæ separata, remissiuè, dec. 62. n. 16.

CONNEXORVM idem est iudicium, decis. 69. num. 24 decis. 62. num. 2.

Intellige, vt num. 27. & 28.

Vbi est eadem ratio, dec. 62. nu. 14.

Declara, vt n. 14. & 15.

In odiosis non est idem iudicium n. 17.

CONNEXVM interesse, seu ius inter clericum, & laicum an, & quando operetur, vt laicus eximatur à iurisdictione seculari, & subsit Ecclesiasticæ, vide Clericorum, & Clericus.

CONQVÆSTIONES extraiudiciales coadiuuant metus probationem, dec. 5. nu. 62.

Et quærimoniæ remouent consensum ab actu, dec. 79. n. 3.

CONSANGVINEI, vel familiares mei familiaris à testimonio non repelluntur, dec. 75. n. 40.

Et domestici in causa matrimoniali, etiam contra matrimonium sunt omni exceptione maiores numero nu. 26.

Non probant in causa matrimoniali, si adest disparitas in sponsis, dec. 5. nu. 88.

Si deprehendunt aliquem cum Amasia, ille præsumitur metu contraxisse matrimonium cum ea, etiam si non constet de armis, neque minis num. 36.

Vocati si non fuerint ad matrimonium, illud præsumitur meticulosum num. 40.

CONSANGVINEVS an sit integer testis aduersus matrimonium, dec. 75. num. 726. & seqq.

CONSCIENTIA tuta, an, & quando clerici possint extrahere, & vendere annonam, vide Annona, & Clerici.

IN CONSCIENTIA clerici an, & quando teneantur abstinere ab actibus lege laica prohibitis, dec. 13. n. 1.

Lex ciuilis, quando obliget, dec. 15. n. 42. remissiuè.

Non obligat lex in præsumptione fundata, quando in particulari casu. Veritas est in contrarium. dec. 28. n. 32.

CONSENSVI contrarius, an, & quatenus sit metus decision. 25. numer. 23.

Nihil sub cælo magis contrarium, quam metus, dec. 75. n. 76. dec. 79. num. 31.

CONSENSVS Apostolicus, vide Apostolicus.

Mutuus partium in contractu, nec per mille testis suppletur, dec. 81. num. 12.

Episcopus non sufficit, vt laicus in clericos iurisdictionem exerceat. dec. 14. n. 13.

Extorqueri vt possit, debet ordinari Metus, vt Actum annullet, dec. 5. num. 9 dec 9. n. 4. 7. 9. 11.

Filij tacitus in nuptijs matris, an, & quando operetur, vt ea legitimam etiam proprietatis, in prædefuncti filij bonis consequatur, dec. 33. num. 16. & seq.

Legitimus requiritur, ad concedendam restitutionem in matrimonium, dec. 9. n. 5.

Liber non præsumitur ex amore præcedenti, sequuta copula, dec. 5. num. 89.

Si probetur per duos testes, matrimonium probatur fuisse contractum sine metu n. 21.

Et talis probatio, etiam si fiat per mille testes, an, & quando præferatur testibus de metu deponentibus n. 22. & 28.

Mutus contrahentium requiritur ad dissoluendum contractum bonæ fidei, dec. 29. n. 40. & 42.

Prælati non sufficit, vt Nouitius emittere possit professionem ante expletum annum probationis. dec. 16. n. 23.

Præstitus per metum, an, & quando dicatur à deprehenso in facinore si matrimonium statim celebret. dec. 5. n. 14. 35. & seq.

Simplex non sufficit in matrimonio, sed requiritur plena libertas, & securitas, dec. 25. n. 7.

Et libera voluntas, sunt de substantia professionis, & excluduntur à metu, dec. 99. n. 42.

Consentiens alienationi ad collectas fraudandas, ad quid teneatur, dec. 39. num. 44.

Consequentis naturam sequitur, & iuxta illius naturam regulatur antecedens, dec. 8. n. 20.

CONSEQVI contra testamentum quis non debere plus quam præter, vel secundum testamentum, dec. 34. n. 11.

Limita vt num. 12.

PRO CONSERVATIONE vbertatis edictum laicorum, an liget etiam clericos. dec. 12. n. 1. & 21.

CONSERVATORES iurisdictionem habent contra vsurpantes bona Regularium, ex Concil. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. decision 8. num. 44.

Super CONSERVATORIBVS Decreta Gregor. XIII. & Constitutio 15. an comprehendat Equites Hierosolymitanos, decis. 21. num. 59.

In CONSIDERATIONE non habetur actus, qui momento durat, dec. 28. num. 28.

Declara, vt n. 76.

Nec dominium, quod momento durat. ibid.

Declara num. 76.

CONSIGNATIO rei, vel pecuniæ est depositum, dec. 29. n. 43.

CONSILII in vim si resoluatur statutum, laicorum faciens mentionem de clericis, tenet dec. 10. n. 34.

CONSORS Litis clericus, si sit, an, & quando laicus, propterea habeat fori electionem, dec. 19. num. 34.

CONSTANS vir, & de metu in eum cadente, vide Metus.

CONSTANTINVS IMPERATOR Clamide sua cooperire optabat clericos peccantes, dec. 19. n. 10.

CONSTITVTI clausula, an operetur alienationem, ita vt emphyteuta cadat à iure suo, dec. 74. n. 8.

CONSTITVTIO acceptata præsumitur, dec. 15. n. 27.

In vna parte, non obligat in alia n. 10.

Nec

Nec in diuersa Prouincia n.11.
Non dicitur quando pars maior populi facit, quod facere consueuerat num.14.
Dicitur si in illius publicatione non fuit improbata n.28.
De regularibus loquens an, & quando compræhendat Equites Hierosolymitanos, dec.21.n.54.
Episcopalis obligat, etiam ante acceptationem, dec.15.n.24.
Non ligat, nisi probetur vsu recepta, dec.2.n.43.
Non publicata, non tenet, decis.2.n.38. Fallit si habet clausulam decreti irritantis n.129.
Noua quando ligare incipiat, dec.15.n.26.
Excommunicans aliquem vti temerarium violatorum exigit dolum, vel ignorantiam iuris crassam,& supinam dec.39.n.28.& 44.
Politica quot, & quas habeat species, dec.13.n.3.
Roborans, intelligitur iuxta terminos roboratæ, dec.97.n.16.
Intellige vt nu.22.
Publicata dicitur perfecta, dec.15.n.29.31.
Vsu recepta nisi probetur, non ligat, dec.2.n.43.
An probari debeat ab allegante nu.1.& 16.
Pœnalis quando dicatur, dec.47.nu.2.
A Papa confirmata, potest iuramentum infringere nu.5.
Declarans, legis declaratæ interpretationem recipit decis.60.numer.40.
Intellige vt nu.46.& seq.
Per modum vniuersalis statutis procedens, tollit ius commune, dec.60.nu.46.
Synodalis an, & quando appellationem tollere possit, decis.85. num.3.
Non obligat exemptos, dec.88.nu.20.
Parmensis circa Ecclesiarum reparationem, dec.68.nu.15.
Regni contra vendentes, vel retinentes venenum declaratur, decis.22.num.6.
Ægidiana, vide Ægidiana.
De largitione munerum, non compræhendit Equites Hierosolymitanos, dec.21.n.56.
Gregorij XV. super Conseruatoribus infra certum tempus, eligendis, an compræhendat Equites Hierosolymitanos n.59.
Marchiæ lib.4.c.68.contra vendentes, vel retinentes venenum, decis.22.num.6.
Ad omnes prouincias extensa fuit, dec.47.nu.6.
Annullat ipso iure actus sine insinuatione gestos nu.25.
Gregorij XIV. super immunitate Ecclesiarum, intelligitur iuxta terminos iuris communis, dec.23.n.2.
Cur condita, dec.60.n.42.
Pij IV. ne Episcopi pœnas temporales irrogent laicis est abrogata dec.4.n.16.
Pij V. contra illegitimos quoad bona emphyteotica interpretatur, decis.75.n.11.& seq.
Eiusdem an excludat Episcopos à visitatione Monasteriorum exemptorum, dec.97.n.18.& 23.
Intellectus afferetur n.23.
Sixti V. de procurantibus abortum explicatur, dec. 30. sub n 44.
An in censuram in ea inflictam incidat monialis procurans in se abortum eodem num.
Punit pœnis temporalibus, non autem spiritualibus præbentes pocula sterilitatis nu. 35.
CONSTITVTO ex simplici, an & quatenus obligetur promittens sponte soluere alienum debitum, dec.40.n. 96.
Equiualet immemorabilis, dec.37.n.8.
EX CONSTITVTO obligatus, dicitur interuenire vti fideiussor, numer.98.
CONSTRVCTIO mœnium, cuius sumptibus fieri debeat, dec. 41.num.47.
Est onus mixtum num.48.& seq.
CONSVETVDO vbi permittitur à lege; vel statuto, intelligitur de legitima, & præscripta, dec.89.n.18.
Nutritiua peccati, nullo tempore præscribitur, dec.37.n.50.
Debet obtenta esse in contradictorio, cum alijs requisitis, dec.91. num.77.remissiuè.
Qualiter requiratur à iure canonico, & qualiter à iure ciuili, dec. 89.num.29.
Improbata si fuit vti irrationabilis compræhendit etiam immemorabilem, dec.37.n.51.
Et in ea cursus temporis non facit præsumere assensum apostolicus num.57.
Contra ius præscribitur spacio quadraginta annorum, decis.89. num.22.
Praua excusat à pœnam temporali, non à spirituali, dec.37.n.43.
Præter Ius inducitur spatio decem annorum, dec.89.num.23.decis.70.nu.7.
Antiqua si requiratur à lege debet esse quadragenaria, etiam si sit præter num.24.
Rationabilis non præsumitur sublata per Papam, dec.37.n.27.
Præter Ius commune si est contra ius priuatum, spatio quadraginta annorum inducitur, dec.89.n.25.
Interrumpitur quotannis à Bulla Cœnæ, si sit illi contraria, dec. 37.num.48.
Præiudicialis Ecclesiæ, debet esse quadraginta annorum, decis.89. num.26.
Conueniendi laicum pro canone coram Episcopo, est à iure approbata, dec.91.n.34.
Inducere potest, vt sententia excommunicationis proferatur sine scriptis, dec.39.n.23.
Vel vsus, ex actibus difformibus non inducitur, dec.91.nu.78 decis.67.num.23.
Spectanda, an & quando sit quoad munera mixta, dec.142 n.2.
Non attenditur in materia vsuraria, sed dicitur corruptela, dec. 91.num.81.
Non tollit immunitatem colonorum clericorum ab oneribus mixtis, dec.42.n.1.& seq.
Licet excuset à pœna, non validat contractum vsurarium, decis. 91.num.82.
Vt Episcopus committat alteri causam propriam valet, decis.95. num.28.
Non præsumitur, sed est ab allegante probanda, dec.67.n.19.
Qualiter, & quomodo probata dicatur nu.20. Probanda est in specie in casu, de quo agitur nu.21.
Declara vt num.32.
Etiam antiquissima, si est mutata, non extenditur, n.25.
Non probatur ex actibus gestis prætextu consuetudinis, non animo illam inducendi n.27.
Vera, & recepta quæ dicatur num.40. An, & quando decennio introducta dicatur, eodem num.
Vt absentes in electione Prælati non citentur, per quod tempus inducatur n.40.
An sit inducta, est Iudici arbitrarium n.41.
Per quot Actus inducatur n.42.
In vigintiquinque casibus, de casu extenditur ad casum, remissiuè num.43.
In vno ex casibus à iure æquiparatis, operatur, & in altero n.45.
Restrictiua liberæ voluntatis, an, & quando in facultatiuis inducatur num.45.& 47.
Decennalis in facultatiuis, & fauore Ecclesiæ, & piæ causæ obligat num.47.
Vt populus alimenta præstet Concionatori, seruanda est, & sufficit decennalis, dec.70.n.1.
Et Ordinarius in tali consuetudine turbatus, censuris, se defendit num.2.
Aliquid Concionatori, vltra alimenta dandi, an sit simoniaca nu. 11.& 15.
Simoniaca, est ipso iure nulla n.12.
Iurisdictionem tribuit dec.37.n.34. In clericos, laico potest tribuere, si sit tollerata a Sede Apostolica n.24. Nisi prohibitio ab exemptione diuina procedat n.39.
Declara vt n.61.& seq.
Legis vim habet, si sit tollerata à Principe, habente potestatem legis condendæ n.25.
Declara vt num.39.61.& seqq.
Notoria per decennium, contraria legi, tollit illam, dec.15.nu.43.
Quid autem si lex ab initio fuerit recepta num.8. Imò sufficere tempus minus decennio, probabile est n.44. Modo tamen actus sint effectus minus decennio, probabile est n.44. Modo tamen actus sint effectuati, & ad populi notitiam deuenerunt n.45. Vel absenti in contradictorio iudicio n.48.
Conueniendi laicos coram Ecclesiastico in causis prophanis, tenet dec.98.n.36.& 40.
Vt Episcoporum laicorum causas cognoscat, tenacissimè est seruanda num.40.
Præualet iuri positiuo, dec.38.n.2.
Improbata à iure non tenet, præsertim si est Ecclesiæ onerosa num. 43.
Introduci de nouo non potest n.45.
Valet contra Canones n.3. à dec.66.n.4.
Etiam immemorabilis conueniendi clericos, coram laico, est nulla, dec.98.num.35.
Vniuersalis spectanda est in dubijs quoad iurisdictionalia, dec.16.n. 46.
Contra jus diuinum est irrationabilis, & nulla etiam si sit immemorabili, dec.37.n.28.& 29.
Conueniendi laicos, coram Ordinario, priuatiuè quoad Iudicem laicum, seruanda est, dec.98.n.41.
Vt simplex Sacerdos Confirmationis Sacramentum ministret, non valet, dec.37.n.35.
Contra immunitatem Ecclesiasticam tam à canonico, quam à ciuili iure reprobatur n.41. Etiam in minimo est graue præiudicium n. 42. Nullum ius tribuit num.24. annullatur vti irrationabilis, etiam sub censurarum incursu num.46. & an id procedat in consuetudine particulari n.47.
Attendi debet circa iuris diuini interpretationem n.17.
Ius diuinũ ex causa an limitet, distinguẽdo, & declarãdo n.21.& 28.

Index Rerum,

Ciuilis non derogat iuri canonico nu.62.
Antiqua non præsumitur sublata per Papam n.27.
Etiam contra ius attenditur, dec.76.n.4.
Communis clericorum, & laicorum, an clericos liget, dec.14.n.7.
Tantum habet de potentia, quantum de actu, & vsu, dec.76.nu.7.
Excusat à peccato articulo dubio, dec.37.n.18.
Vt iunior Canonicus in sedendo præcedat antiquioti, an valeat, decis.76.num.12.
Contra exemptionem, & immunitatem clericorum, non sufficit ad hoc, vt Iudex seculatis præscribere possit iurisdictionem in clericos, etiam si sit immemorabilis, & à Papa tollerata, dec.2.num.126.
Sufficit tamen ad præscribendam talem iurisdictionem contra Equites S Iacobi, & similes n.127.
Interpres optima est legum, ac dubiorum dec. 37.n.19.
Eligendi sepulturam; vide Sepulturam.
Cognoscendi possessorium spirituale, Iudici laico non suffragatur quo minus iucidat in Bullam Cœnæ, dec.8.n.34.
Immemorabilis, vide Immemorabilis.
Contra ius, si ab ipso iure in aliquo casu permittatur, dicitur rationabilis, & validè inducitur, dec.89.n.8.
In obrobrium clericorum, non tenet, dec.19.n.14.
Exorbitans, vel limitatiua, extenditur ex rationis identitate, dec. 89.num.9.
Contraria etiam si tollatur per legem, vel statutum, nihilominus lex, vel statutum firmatur moribus vtentium, dec.15.num.5.& 6.
Quod tamen procedit de facto, non de iure n.34.
Laicorum an, & quando indirectè præiudicet Ecclesiæ, dec.89.nu. 13.
Non inducitur per actus, & vsus mulierum n.15.
De Consuetudine vbi sermo sit, intelligitur de legitima, & præscripta, dec.76.n.29.
EX CONSVETVDINE soluendi primitias, non arguitur ad decimas, num.22.
CONSVETVDINEM vnicus actus difformis interrumpit nu.24.
Declara, vt nu.34.
Qui testes, & quomodo probent n.26.
Decennalem, cogitur quis seruare Ecclesiæ, vel præ causæ fauore num.8.
CONSVETVDINIS vigore adstrictus populus ad alendum concionatorem an & quando illum eligere debeat n.9.
CONSVETVM si fiat à maiori parte populi, Constitutio non dicitur recepta, dec.15.n.14.
Fieri quid non est factum non præsumitur, dec.29.n.66.
CONSVEVISSE deferre habitum clericalem, & tonsuram si probet clericus, sine illa captus, gaudet priuilegio fori, dec.26.n 25.
CONSVLERE Principem, vt possit, an Iudex laicus retardare valeat remissionem clerici carcerati ad Ecclesiasticum, dec.17.nu.18.
Superiorem non debet Iudex in quæstione facti n.19.
Qui poterant metum passo, si superueniant; metus an videatur purgatus, dec.5.n.18.& 81.
CONSVMMATVS Actus, vide Actus.
Effectus, vide Effectus.
CONTENTAM relegata matrem esse, si filius iussit an ei si sit Binuba debeatur supplementum legitimæ in Bonis primi viri, dec. 33.num.11.
CONTENTIOSA via si non procedatur à Iudice seculari, sed summariè se informando de notorio. An ipse Iudex secularis cognoscat de Articulo spirituali, dec.8.n.32.
CONTENTIOSVS actus non est examinatio, & iuramentum testis, dec.51.num.3.
CONTESTATIO litis, vide Litis.
CONTINENTIA coniugalis, compatitur cum Religione, dec. 2.num.65.
Est verè castitas n.64.
Si in ea commutetur votum Castitatis, non mutatur Regulæ substantia nu.66.
Vide etiam in verbo Castitas.
Continentiæ perpetuæ Votum requiritur ad statum Religionis numer.5.
Imò sufficit continentia coniugalis num.61.cum seqq.& quomodo sit intelligendus, D. Thom. 2.2.q.86.art.8. dicens ad perfectionem Religionis requiri Votum perpetuæ continentiæ, declaratur num.67.
CONTINENTIA CAVSÆ ne diuidatur, multa specialia permittuntur, remissiuè, dec.24.nu.12.
CONTINVVM seruitium Ecclesiæ non requiritur in clerico, vt gaudeat priuilegio fori, sed sufficiat interpollatum cum frequentia, & perseuerantia, maximè si constet de legitimo impedimento, dec 26.num 26.& n.29.
CONTRACTVS clerici cum laico celebratus, subest Statuto formam præscribenti, dec.10.n 3 & sub n.4.
Cum clerico gestus per laicum, non comprænditur sub statuto laicali dante formam, si loquitur in personam numer.18. nec subStatuto arctatiuo numer.20. nec requirit solemnitatem statuti, quæ difficile impletur n.13.
Bonæ fidei, est depositum, dec.29.nu.39.
Non soluitur nisi mutuo contrahentium consensu n.40.& 42.
Claudicare non potest, dec.10.n.5.
Insinuatio à quo sit facienda n.9.
Insinuatus an sit cum pio loco gestus nu.17.
Irritari an debeat, nec ne per metum priuata authoritate iuste illatum ad extorquendum consensum, dec.6.n.11.
Et per metum in quem quis incidit propria culpa n.12.
Illicitus, si fuerit, adhuc iuramentum in eo appositum, indiget relaxatione, & in periurium incidere facit, dec.25.n.26.
Occultatur, & palliatur ab Vsurarijs, dec.56.nu.82.
Iuratus exequi potest coram Ecclesiastico, dec.1.n.13.
Litigiosæ rei, est ipso iure nullus, dec.7.n.6.
Matrimonialis, vide Matrimonialis.
Meticulosus quomodo probetur, dec.5.n.4.74.& 75.
Minoris factus absque solemnitatibus, est nullus, dumtaxat ipso volente, dec.16.n.26.
Etiam si annulletur à iure municipali, dec.16.n.27.
Mulieris iuramento firmatus an subiacetur, dec.47.n.11.
Per vim, vel metum celebratus, validus, sed venit rescindendus, dec.25.nu.4.
Rescindendi vt possit an sit necessaria reuocatoria, vbi quis ignoranter emit rem litigiosam, dec.7.n.12.
Simoniæ vitium an contineat, discuti debeat coram Ecclesiastico dec.1.n.11.
Inualidos reuocabilis est, tam per contrahentes, quàm per successore, dec.74.nu.32.
Subditi cum non subdito fieri non potest spretam lege sui superioris, dec.10.nu.4.
Pernicioſus fuerit, adhuc iuramentum in eo appositum indiget relaxatione, & in periurium incidere facit, dec.25.nu.26.
Vitiari an debeat, nec ne per metum priuata authoritate iustè illatum ad extorquendum consensum, dec.6.n.11.& 12.
Vsuræ vitium an contineat, discuti debet coram Ecclesiastico, dec. 1.n.11.& dec 40.n.89.
Inualidus redditur, si probetur reportatio pecuniæ ex præcedenti conuentione, dec.28.n.33.
Præsumitur talis, qualis à partibus nominatur, dec.29.n.9.
Insinuatione à statuto requisitam carens, non est perfectus, nec exequibilis, dec.83.n.14.
Simulatus, an, & quando firmetur iuramento, & an, & quando iuramento non obstante exceptio simulationis opponi possit, remissiuè, dec.27.nu.45.
Impugnatur, non autem instrumentum, si pecunia statim creato censu dicatur restituta; secus si dicitur soluta n.48.
Differt ab instrumento num.49.
Præsumptionem iuris pro se habet in dubio n.57.
Et ista præsumptio iuris ex contractu resultans, præfertur præsumptioni hominis n.58.
Simulatus, inualidus est, & nihil operatur, dec.28.n.20.
Dicitur coloratus, & depictus n.21.
Deficit in substantialibus nu.22.
Figuram habet, non essentiam contractus nu.23.
Conditionalis, an & quando transmittatur, dec.72.n.19.
Iudicatur secundum mentem contrahentium, quidquid verba sonent, dec.91.n.7.
Vsurarius declarari debet in dubio, dec.28.n.38.
Distingue, vt n.71.& 72.
An sit, cognoscit Ecclesiasticus, etiam si ab alio Iudice pronunciatus fuerit validus, dec.40.n.89.
An citra peccatum fiant in Ecclesia, dec.91.n.22.
In foro externo non præsumitur vsurarius, secus in foro interno, dec.91.num.15.
Simulatus non præsumitur ex tractatu præcedenti, si ex interuallo fuit celebratus, dec.29.nu.41.
De substantia an sit scriptura, stante pacto de ea conficienda, dec. 91.num.21.
Palam factus præsumitur bona fide, absque labe vsurarum, celebratus, dec.28.n.60.
Ab effectu, non à nomine à contrahentibus imperito iudicatur, decis.84.num.33.
Legalis an præsumatur, vel simulatus, & fænerationis in foro externo, & quid in foro interno, dec.28.n.72.
Mercatoris soliti fænerari præsumitur vsurarius in vtroque foro, num.73.
Coram Iudice celebratus, an & quando egeat insinuatione, decis. 74.num.19.
Adimpletus ex parte sua si non fuerit, quis nullum ex eo lucrum, vel ius acquiritur, dec.40.n.40.
Negotiationis super cambijs quid sit, & quamdiu distet à cambijs, num.53.
Quot contractos virtualiter in se contineat, n.47.
Exequibilis non est, si causa à contrahentibus sperata, non fuit in esse deducta n.58.

A lege

A lege in priuatorum fauorem prohibitus, firmatur iuramento, decis. 46. num. 9.
Iudicandus est talis, qualem verborum figura demonstrat, decis. 91. num. 26.
Et qualis à partibus nominatur n. 27. & 36.
Et secundum suam formam num. 28.
Verba habentur pro textu, cui magis creditur, quam glosæ n. 30.
Ad negotiandum super cambijs, diuersus est ab ipso cambio num. 32.
Effectus magis extenditur, quam denominatio n. 33.
Effectus, si denominationi resistit, denominatio facienda est ab effectum num. 34.
Remanet informis pactis non specificatis n. 41.
Perficitur ex vltimo, quando plura requiruntur n. 43.
Eiusque perfectio consistit in ipsa conclusione n. 44.
Dicitur perfectus, quando totum negotium in mente conceptum, est absolutum n. 45.
Certus, ex pactorum incertitudine resultare non potest n. 48.
Iustitia, ex vniuerso deducitur n. 49.
Duplicem habent figuram, intelligitur iuxta denominationem à contrahentibus facta n. 72.
QVASI CONTRACTVS oritur ex indicijs, dec. 40. n. 91.
Alia vide in verbo, Quasi contractus.
CONTRACTVI æquiualet immemorabilis, dec. 37. n. 8.
CONTRACVM contra legis prohibitionem, firmat iuramentum, dec. 46. num. 1.
Lege vetitum, etiam cum clausula irritanti firmat iuramẽtum n. 2.
Item, quem lex declarat nullum ipso iure n. 3.
Declara concurrentibus, de quibus num. 4.
Iuratum quando annullet turpitudo recipienti n. 11.
In aliam speciem transire faciunt pacta expressa, dec. 91. n. 35.
CONTRACTV vti pro se possunt Ecclesia, & clerici, & illum non recipere contra se, dec. 11. nu. 10.
IN CONTRACTV expresso requisitæ solemnitates, requiruntur, & in tacito, dec. 91. n. 52.
Ad negotiandum super cambijs, periculum pecuniæ ad quem spectet n. 53.
EX CONTRACTV peruenientia firmiora, & validiora sunt, decision. 72. num. 15.
Nullo, nulla oritur obligatio, dec. 83. n. 12.
CONTRACTIBVS formam si præscribat statutum, an sit validum, & an liget forenses, vide Statutum.
IN CONTRACTIBVS conditio actiuè, & passiuè retrotrahitur, dec. 72. num. 14.
NON CONTRADICENS protestationi, dicitur illam acceptare, dec. 29. num. 37.
CONTRADICERE citatus si non possit, non requiritur citatio, decis. 9. num. 34.
IN CONTRADICTORIO iudicio actus debent esse obtenti, ad hoc vt lex tollatur per consuetudinem illi contrariam, dec. 15. nu. 43. & 46.
CONTRAHENTES matrimonium, animum habere debent plurima securitate gaudentem, dec. 5. n. 46.
Per metum an contraxerint, dignoscitur ex eo an fuerint in sua libertate constituti num. 45.
Remanent in concubinatu, si matrimonium nullum existat n. 27.
Per metum, non est necesse quod protestentur n. 85.
Præsumuntur qui contraxerunt ad fauorem eius, in cuius domo, vel camera fuerunt reperti n. 35.
CONTRAHENTIS mens, vide Mens.
Scientia, etiam si non adsit, actus redditur nullus ex metu à tertio incusso num. 7.
CONTRAHENTIVM mutuus consensus requiritur in dissolnendum contractum Bonæ fidei, dec. 25. n. 40. & 42.
CONTRAHERE subditus non potest cum non subdito spreta lege sui superioris, dec. 10. n. 4.
CONTRARIA allegans non auditur, dec. 91. n. 56.
Consuetudo, vide Consuetudo.
CONTRARIETAS vt euitetur, facienda est interpretatio, dec. 40. n. 52.
CONTRARII vnius ingressus, alterius contrarij operantur egressum, dec. 69. n. 11.
Intellige vt num. 12.
Actus, sciente, & patiente legislatore, derogant legi, & duo sufficiunt, dec. 13. n. 39.
Debent tamen esse effectuati, & ad populi notitiam in obseruantia deuenisse, vt tollant legem n. 43. 45. & 46.
CONTARIIS coniecturis, præferuntur præsumptiones conformes publicis scripturis, dec. 28. n. 67.
CONTRARIO facto, clericus recuperat priuilegium fori ob non delationem habitus clericalis, vbi tonsuræ, requiritur perseuerantia, dec. 26. num. 24.
Consensui, an & quatenus sit metus, dec. 25. n. 23.
Vsus legis quomodo sit probandus, dec. 15. n. 19.
Non vsus habens implicitum cõtrarium vsum, legem abrogat n. 22.
In Contrarium quando adest veritas, in particulari casu, lex in præsumptione fundata non obligat in conscientia, dec. 28. n. 32.
CONTRARIVS retrotractio non fit, dec. 16. n. 22.
Declara, vt n. 25. cum multis seqq.
CONTRA SE contractum non recipere possunt Ecclesia, & clerici, quamuis eo vti possint pro se, dec. 11. n. 10.
Legem non recipere possunt Ecclesia, & clerici, quamuis ea vti possint pro se num. 10.
Priuilegio Motu proprio concesso potest quis non pati, licet illo vtatur num. 16.
CONTRA TABVLARE testamentum filij, in quo est præterita potest mater vidua, dec. 32. n. 13.
Secus si esset Binuta nu. 15. Habet tamen præterita optionem, vel contra tabulandi, vel agendi ad supplementum legitimæ, decis. 34. num. 31.
Testamentum fratris, non potest frater, nisi sit instituta turpis persona num. 5.
Testamentum patris non potest filia dotata à statuto exclusa propter masculos, etiam ipsis masculis exhæredatis n. 17.
CONTRAXISSE matrimonium per metum quando quis præsumatur, & quando non, vide Matrimonium.
CONTRIBVTIO cum laicis an fieri debeat à clericis in respicientibus communem, & promiscuam vtilitatem dec. 12. n. 3. & 48.
Pro excubijs ob publicam vtilitatem indictis an fieri debeat etiam ab Ecclesia n. 5. & 50.
Non debet à clericis n. 50.
A clericis fieri debet pro Academiæ publicæ impensis n. 10.
Pro oneribus respicientibus publicam vtilitatem an, & quando fieri debeat per clericos, eorumque colonos, dec. 41. n. 41.
Alia, vide in verbo Clerici, & Coloni.
Pro mœnium, arcium, arginum, & pontium refectione fieri an debeat à colonis clericorum, dec. 41. n. 42. & 45. & seqq. & 84.
Pro Seminario clericorum fieri non debet ab Equitibus Hierosolymitanis, dec. 21. n. 32. & 55.
CONTVMACIA quid sit, dec. 39. n. 33.
Est causa, & fundamentum censuræ n. 31.
CONTVMACIÆ ratione clericus non soluit vti laicus condemnatus Mulctam, dec. 18. n. 16.
CONTVMAX verus non appellat, dec. 48. n. 46.
Verus dicitur appellans minus rectè ab interlocutoria n. 48.
SI CONVALVERIT Nouitius qui in articulo mortis professionem ante expletum annum Probationis omiserat tenetur annum explere, & iterum profiteri, dec. 16. n. 23. & 24.
CONVENIRE pluribus æquè, si possint prædicata, tunc subiecta talia non sunt, qualia prædicata demonstrant, dec. 9. n. 19. & 20.
CONVENIRI clerici coniungati, an & quando possint coram Iudice laico, dec. 1. n. 125. & vide in verbo clerici.
Clericus coram quo Iudice debeat pro rebus à laico acquisitis, vide in verbo clerici.
Coram Iudice Ecclesiastico debent omnes cohæredes, si vnus ex eis fit clericus, dec. 19. nu. 21. idem de executoribus Testamenti num. 24. In indiuiduis debent laicus, & clericus num. 33 dec. 24. sub nu. 11.
Equites S. Iacobi, & similes, an & quando possint coram Iudice laico, vide Equites S. Iacobi.
Religio Hierosolymitana debet vti hæres testatoris, non vti hæres Equitis pro debitis hæreditatis ab ipso Equite ante oblitum aditę, dec. 21. nu. 40.
Coram Iudice laico contingat emphyteutam Ecclesiæ, an, & quando declinet forum, dec 24. n. 14.
CONVENTIO partium fingitur à lege in tacitis hypothecis, dec. 36. num. 8.
Præcedens præsumitur ex pecuniæ reportationem in contractu censuali, nisi probetur negatiua, dec. 28. n. 34.
Distingue vt num. 76. Et si probetur reportata pecunia ex precedenti conuentione, contractus redduntur inualidi num. 33. An, & quando præsumatur ex pecuniæ reportatione in creatione census, num. 76.
Aliquid Concionatori præter alimenta dandi, an, & quando sit licita, dec. 70. num. 13.
A CONVENTV recedens Regularis sine obedientia, prætextu recurrendi ad Superiores, quomodo puniatur, dec. 38. n. 25.
PRO SVO CONVENTV quæstuans Regularis, non impeditur numer. 27.
Declara vt n. 29.
EXTRA CONVENTVM si degat Eques Hierosolymitanus, non soluitur à nexu obedientiæ, vel paupertatis, dec. 21. n. 66.
Alia vide verbo Claustra, Claustrum, & Monasterium.
CONVERSI non sunt propriæ Religiosi; gaudent tamen priuilegio canonis, dec. 21. sub n. 17.
COOPERANS quomodocumque ad mortem alterius efficitur irregularis, dec. 86. n. 28. Si secuta sit mors, vel mutillatio n. 22.
COPIÆ non creditur magis quam originali, dec. 69. n. 31.
COPVLA CARNALIS Equitum S. Iacobi, mutat speciem, dec. 2. num. 55.

Meti-

Meticulosa præsumitur, si matrimonium fuerit metu contractum, dec. 25. n. 19.
Sequuta si fuerit matrimonium præsumitur metu contractum, si Amasia ducatur in vxorem, dec. 5. n. 89.
Præsumptio liberi consensus non indicitur in contractu matrimonij ex amore præcedenti, n. 89.
COPVLA &, vide Dictio.
COPVLATI vtriusque concursum requirit copula, seu Dictio, & dec. 26. n. 7.
CORPORA quomodo, & quo ordine lædantur à Veneno dec. 20. num. 24. 28. & 39.
CORRECTIO vt euitetur, sumenda est interpretatio, dec. 40. num. 52.
CORRELATIVI in definitione, poni debet, & alterum, dec. 41. sub n. 7.
CORRELATIVORVM natura communis est vtrique extremo, ibidem.
CORRESPECTIVITAS præsumitur ea actuum vicinitate dec. 28. n. 8. Limita, vt n. 44. & seq. Etiam in fraudem vsurarum, n. 9. limita, vt n. 44. & seqq.
Præsumitur ex vicinitate actuum, quando actus fiunt in eodem re num. 45.
Non præsumitur in casibus, de quibus n. 44. & 48. nec in instrumentis palam celebratis n. 46. nec in materia pœnali n. 47.
CORREVS quilibet agere potest; & inter eos locus, est præuentioni, dec. 91. n. 62.
Corruit superædificatum, sublato fundamento, dec. 28. n. 51.
COVARRVVIAS ab impugnatione Ios. Ludou. vindicatur, dec. 84. num. 36.
CREDERE potestanti an debeant operarij conducti dec. 24. n. 49.
Creditor non constituit debitorem in mora, nec potest petere interesse, si non fuit tempore debito in loco destinatæ solutionis, dec. 40. num. 60.
Quibus concurrentibus intentare valeat vtiles actiones contra debitorem debitoris, dec. 91. n. 1.
Ad caducitatem vitandam soluere potest canones rei emphyteuticę sibi hypothecatæ, emphyteuta non soluente, dec. 74. n. 6.
Creditoris contemplationem, alienam pecuniam à debitore recipiens, secuta ratificatione, tenetur actione negotiorum gestorum, dec. 40. num. 22.
Fauore apposita quando dicatur alternatiua; & quid operetur, vide Alternatiua.
Ex parte, semper commensuratur interesse n. 23.
CRIMEN abominationis Domini quale vocetur, dec. 23. n. 25.
Læsæ Maiestatis, vide Læsæ Maiest.
Ecclesiasticum à laico commissum, cognoscitur priuatiuè per Ecclesiasticum, dec. 3. n. 27.
Quotuplex committatur à carnaliter cognoscente monialem, dec. 39. num. 15.
Alia vide in verbo Delictum.
CRIMINIS socius, confirmare debet suum dictum in tortura, dec. 38. n. 9. Declara, vt n. seq.
Non torquetur, vbi etiam alter socius fatetur n. 10.
CRIMINALI in iudicio, quomodo probetur simulatio, remissiuè, dec. 27. num. 46.
CRVCIS dimidiæ Equites Hierosolymitani, non sunt Religiosi, nec Religionis priuilegijs fruuntur, dec. 21. n. 77.
CVLPA augetur per frequentiam peccati, dec. 47 n. 49.
Propria, quis incidat in metum, an irretur eius matrimonium, vel professio, & quid in cæteris contractibus, dec. 6. n. 12.
A Cultura colonos Clericorum Principes si auertant, incidunt in Bullam Cœnæ, dec. 41. n. 66.
PRO cultura gabellam, vel onus imponentes colonis clericorum, incidunt in Bullam Cœnæ n. 22.
AD cultum Diuinum cum bonis assignatis, non transeunt onera, etiam ordinaria, & realia, dec. 35. n. 1.
CVM libera clausula, restricta ad præmissa, non comprehendit causas speciale mandatum requirentes, dec. 25. n. 17.
CVRAM ANIMARVM in respicientibus promittitur obedientia Ordinario, etiam per Regularem effectum Parochum, decis. 2. n. 8.
Equites Hierosolymitani comprehenduntur sub Decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. c. 11. dec. 21. n. 53.
Curatum beneficium, vide Beneficium Ecclesiasticum.
CVRIA laica an auferat bladas Clerico transportanti Annonam contra edictum Principis secularis, dec. 12. n. 14. & 59.
An auferat à clerico arma prohibita edicto Principis secularis num. 15. & 60.
Clericum remittere ad curiam Ecclesiasticam, an, & quando debeat, nec ne, & quomodo, vide in verbo Clericum.
Principis laici etiam ex clericis, & laicis mixta, non cognoscit de articulo spirituali, dec. 8. n. 47.
Secularis capit reum, quem Episcopus in casibus exceptis renuit tradere, dec. 48. num....
Dummodo super hoc præcesserit cognitio Episcopi n. 65.
Ecclesiastica solum cognoscit, vbi agitur duplicibus iudicijs contra Clericum, & Laicum, dec. 19. n. 32.
IN CVRIA LAICA actorum factorum contra clericum expensas an soluat ipse clericus, dec. 18. n. 8. & sub n. 16.
CVRIÆ Romanæ opinio sequenda, præsertim in materia iurisdictionali, dec. 8. n. 24.
Stylus seruandus est, dec. 39. n. 20.
CVRRVM tribuere pro aliquo opere, est onus personale, dec. 42. num. 51.
CVRSV temporis, vide Tempus.
CVRTIVS IVNIOR cons. 68. n. 4. volum. 1. corrigitur, dec. 35. num. 34.
In Custodiam rem habentis protestatio an sufficiat, dec. 24. n. 46.
Custos carceris si ex insidijs à carcerato occidatur, homicidium non dicitur proditorium, dec. 23. n. 13.
Pontium, & Portarum exigens gabellam à clericis, in quam incidant censuram, dec. 37. n. 82.

D

DAmnatur sententia Cam. qui publicauit turpitudinem clericorum, dec. 19. n. 9.
DE DAMNO infecto cauere tenetur fodiens in suo tam altè, vt paries vicini damnum pati possit, dec. 55. n. 62.
An, & quando cauere teneantur vicinus ædificans in re communi, dec. 56. n. 18.
DAMNVM dari mandans, tenetur, & condemnari debet, vt turbato, dec. 24. num. 9.
Intrinsecum, & extrinsecum quando debeatur, dec. 53. n. 18.
Aliud timeri non debet propter delictum, quam eidem delicto sit debitum, dec. 6. n. 8.
Pati dicitur, qui aliquid facere cogitur: è contra lucrari dicitur suam adimplens voluntatem, dec. 54. n. 21.
Dare, vel dolo facere non dicitur, qui suo vtitur, decision. 55. numer. 6.
Si cauſa ſit indiuidua, ſemper ad iudicem Eccleſiaſticum remittitur num. 13.
Declinatiuè quando, & in quibus actionibus fieri poſſit & quando inſtructiuè tantum n. 21. & ſeq.
Facta ſi ſit de eo, qui eſt neceſſarius defenſor, reus conuentus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & porrigitur nouus libellus, dec. 24. num. 3.
Facta de eo, cuius nomine quis poſſidet, dicitur exceptio declinatoria, dec. 24. num. 3.
NOMINE alicuius, poſſidens, ſi illum nominet in auctorem, nominatio dicitur exceptio declinatoria, dec. 24. n. 4.
Sub proprio, ſi fuerint directę commiſſiones alicui in dignitate conſtitutio, durat etiam reſignata dignitate, dec. 31. n. 14.
NOMINE TENVS idem eſt, ac ſecundum quid, dec. 2. n. 21.
NON AMICVS, vide in verbo Amicus.
NON SVBDITVS, in verbo Subditus.
NON VSVS habens implicitum contrarium vſum, legem abrogat, dec. 15. num. 22.
Non tamen ſi ſit ſimplex num. 21.
Priuilegij debet per allegantem probari, dec. 2. n. 116.
NOSTRA ea facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem, dec. 14. num. 3.

NOTARIVS hæreticus si occultè fuerit, valida sunt eius acta, & instrumenta, dec. 30. n. 37.
Numerationem pecuniæ an probet per eius attestationem, etiam in censu, dec 27. n. 19 & 20.
Officium suum fideliter exercuisse præsumitur, dec. 27. n. 11.
Si scribat pecuniam fore statim reportandam, instrumentum census dicitur falsum, dec. 28. n. 25.
NOTARII alterius manu, fieri potest insinuatio, dec. 10. sub n. 10.
Criminali officium acceptans an sit irregularis ex defectu lænitatis, dec. 77. num. 1.
NOTITIA inobseruantię legis, si ad maiorem populi partem non deuenerit consuetudo contraria legi non tollit eam, nisi fuerit decretalis, dec. 15. n. 43. & 45.
Legis, seu statuti, si ad homines non deuenerit, moribus utentium non firmatur, dec. 15. n. 5. & 9.
NOTORIA Consuetudo, vide Consuetudo.
A NOTORII declaratione datur appellatio, licet non detur ab ipso notorio, dec. 48. num. 44.
NOTORIVM facti transeuntis probandum iuris ordine seruato, dec. 48. num. 11.
Non tamen si est facti permanentis n. 45.
Inducitur ex probatione per rei euidentiam, dec. 13. n. 3.
Sat est allegari in informationibus iuris, dec. 85. n. 33.
Probandum ad effectum decidendi causam, debet ex actis verificati, num. 35.
Alterius Ciuitatis plenè probandum est n. 36.
DE NOTORIO, an, & quando possit iudex se extraiudicialiter informare, dec. 85. n. 33. cum seqq.
Potest si est facti permanentis, dec. 71. n. 8.
IN NOTORIIS potest esse iudex, qui aliàs non esse, dec. 17. n. 4.
NOTVM factum vicini, an, & quando præsumatur sciri à vicinis dec. 24. num. 30. 31. & 36.
NOVARIVS q. forens. 78. refellitur, dec. 16. n. 54.
NOVATIO non inducitur, nisi expresè dicatur, dec. 29. n. 42. & dec. 40. num. 4.
Induci quando dicatur per pœnalem stipulationem subsequentem, dec 40. num. 6.
Inducitur quoties causa debiti mutatur, dec. 40. n. 54.
Per sequentem obligationem cum præcedenti incompatibilem, num. 56.
Si eligatur vnus debitor pro alio n. 57.
Inducta dicitur vbi quietatio prioris obligationis promittitur, dec. 40. num. 97.
An inducatur per sequentem obligationem, oppositam in defectum solutionis, dec. 40. n. 5. & 8.
NOVITATES plerumque discordiam pariunt, dec. 69. n. 2.
NOVITIA non dicitur propriè monialis, dec. 16. n. 4. & 39. vbi quod dicitur talis quo ad quid.
NOVITIATVS anno expleto tantum professio in quacumque Religione fieri potest etiam si sit in legitima ætate constitutus, ac etiam de Prælati consensu, dec. 16. n. 23.
Etiam Equites S. Iacobi, vel alterius Religionis, dec. 2. n. 52.
Fallit in articulo mortis; sed si conualuerit iterum debet profiteri, dec. 16. num. 24.
Durante conferri alteri non potest beneficium Nouitij, decis. 16. sub num. 22.
Vide etiam in verbo Probationis annus.
NOVITII ante professionem non appellantur Monaci, nec efficiuntur de corpore Monasterij, dec. 16. n. 2.
Remanent laici n. 5.
Nec desinunt esse de populo n. 6.
Habent velle, ac nolle; ac testamenti factionem n. 9.
Si moriantur, an & quando eorum bona ad hæredes reuertantur num. 11.
Equites, an gaudeant priuilegio fori, canonis, & gabellarum, decis. 2. num. 130.
Exempti sunt à gabellis, dec. 16. n. 19.
Initiandi sunt ab Episcopo loci probationis, dec. 16. n. 36.
Priuilegio canonis gaudent, dec. 16. num. 10. & 13. & decision. 21. num. 19.
Priuilegio fori gaudent, dec. 16. num. 14.
Nisi habitum dimiserint n. 16.
Sunt tamen Nouitij à suo Prælato Regulari puniendi n. 15.
Priuilegijs Religionis generaliter gaudent, dec. 16. n. 37.
Renunciantes eorum bonis debent seruare formam à Concil. Trid. latam, dec. 16. n. 12.
Et cum præsentia, & decreto Ordinarij n. 55.
Etiam si sint maiores decem & septem annorum n. 46.
Limita in dispositione reuocabili num. 50.
Et in solutione, vel obligatione necessaria n. 52.
Et quid in donatione remuneratoria n. 53.
Et quid in facta ante bimestre proximum professioni, n. 54.
Renunciationem quandocunque facere possunt in causam solutionis æris alieni, dec. 16. n. 52.
Denunciationem si faciant decimo mense transacto, an illa corruat, si per accidens professio differatur, dec. 16. n. 57.
Renunciationis materia à quibus tractetur n. 58.
Resignare beneficia Ecclesiastica, quo tempore valeant, decis. 16. num 49.
Religiosi sunt actiuè, idest in fauorabilibus, non passiuè decis. 16. num. 41.
Religiosi verè non sunt, dec. 21. num. 18.
Sunt personæ ecclesiasticæ, & de clerico, dec. 16. n. 40.
Declara, vt num. 42.
Testamentum quandocumque condere possunt, dec. 16. n. 50.
Conditum ante Religionis ingressum an reuocare possint, remissiuè dec. 16. num. 51.
NOVA constitutio quando ligare incipiat, dec. 15. n. 26.
NOVVM iudicium, vide in verbo Iudicium.
NOVVS libellus fit eo in auctorem nominato, qui est necessarius defensor, dec. 24. n. 3.
NOCTE si fructus colligantur, operarij an, & quando præsumantur in dolo, dec 24. num. 38. & seqq.
Vide in verbo Nocturnus.
Nubentes secundò, vide in verbo Nuptiæ.
Nullitas actus non inducitur per inhibitionem minus canonicè factam, dec. 9. n. 32.
Contrarium in praxi seruatur n. 37.
Vide in verbo Actus.
Census, in verbo Census.
Contractus, in verbo Contractus.
Consuetudinis, in verbo Consuetudo.
Instrumenti, in verbo Instrumentum.
Matrimonij, in verbo Matrimonium.
Processus, in verbo Processus.
Professionis, in verbo Professio.
Statuti, in verbo Statutum.
Ex eodem instrumento non apparens, vel quæ incontinenti ostendi non potest, dicitur requirere altiorem indaginem, dec. 83. n. 23.
Ex eodem instrumento oriens, reddit obligationem nullam, dec. 83. num. 19.
Si à statuto inducatur, an & quando illud dicatur pœnale, dec. 10. num. 14.
Nullitatis exceptio, de qua per sententiam non liquet, an & quando retardet instrumenti executionem, dec. 47. n. 1.
Quando retardet executionem obligationis cameralis, dec. 83. n. 18.
Et quando executionem obligationis in causa dotis factæ n. 6.
Vel restitutio in integrum non impedit executionem prius petitam num. 26.
Numeratio, arguitur in constitutione census ex diuturna fructuum solutione, dec. 28. n. 64.
Facta si fuerint ante, vel post creationem census quomodo ille reddatur validus, dec. 28. num. 30.
Probatur ex attestatione Notarij, dec. 27. n. 19.
Etiam in censu num. 20.
Non numeratio quomodo probetur n. 21. & 28.
Simulata probatur per præsumptiones hominis, dec. 27. n. 5.
In Pecunia numerata factum depositum, assumit naturam mutui, dec. 29. num. 25.
Præsertim si ea numeretur indigenti n. 16.
Et dicitur depositum irregulare n. 26.
Non numeratæ Pecuniæ exceptio, an & quando contra deponentem opponi possit, dec. 29. n. 29.
Nuncians nouum opus, non potest postea illud auctoritate propria demoliri, dec. 57. num. 26.
Nuntij æquiparantur birruarijs, dec. 77. n. 4.
Declara, vt n. 43.
In causa sanguinis sequuto effectu fiunt irregulares, dec. 86. n. 20.
Vel Notarij criminalis officium acceptans an sit irregularis, decis. 77. num. 1.
Publici, vel baiuli officium exercens irregularitatem ex infamia incurrit num. 2.
Contrarium n. 25. & seq.
Officium est infame num. 3.
Nuncio testificandi de pertinentibus ad eius officium, creditur, dec. 48. num. 35.
Nuptiæ coactæ malos exitus habere solent, dec. 5. n. 98.
Et illis fauendum non est n. 97.
Secundæ si contrahantur à viro, ipse amittit lucrum dotale, dec. 32. num. 28.
Secundarum nuptiarum pœnæ, quæ sint per ius canonicum sublatæ, dec. 32. n. 17. & 19.
Vide in verbo Mater binuba.
Compræhendunt, & Patrem, dec. 33. n. 33.
Ius dandi de huiusmodi iniuria transmittitur ad hæredes, dec. 33. n. 13. & seq.
NVTRIX Christiana non potest esse hebræorum, etiam de licentia Episcopi, dec. 1. num. 6.
Et quæ sit ratio num. 18.

O

OBBROBRIVM Clerici ſi contineat ſtatutum, vel conſuetudo non tenet, dec. 19. n. 14.
Obedientes operarij, conductori in re, quæ de ſui natura non ſapit delictum, excuſantur, dec. 24. n. 7.
Obedientia Ordinario promittitur per regularem effectum Parochum in reſpicientibus curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, dec. 2. num. 83.
Religioſorum Ordinum non eſt equalis, dec. 2. n. 81.
Obedientiæ votum quid in ſe contineat, dec. 2. n. 79.
Requiritur ad ſtatum Religionis, dec. 2. n. 10.
Exigit omnimodam voluntatis ſubiectionem n. 11.
Intellige, vt num. 79.
Rigidè emittitur ab Equitibus S. Iacobi, & ſimilibus n. 80.
A nexu non ſoluitur Eques Hieroſolymitanus, etiam ſi extra conuentum degat, dec. 21. n. 66.
Sine Obedientia Regulares vagantes, ab Ordinarijs carcerantur, dec. 38. num. 22.
Quandoque dimiſſorias falſificant, ac ſine ordinibus celebrãt n. 24.
Non ſunt in Monaſterij ſuorum ordinum recipiendi, n. 26.
A conuentu prætextu recurrendi ad Superiores recedentes, quomodo puniantur n. 25.
Obedientiales, vide Literæ.
Obedire clericis debet Princeps ſecularis potius quam iuriſdictionem in eos ſibi vendicare, dec. 10. n. 28.
Obitus, in verbo Mors.
Obligans ſe ad aliquid dum in furto, vel adulterio deprehenſus, habet actionem quod metus cauſa, dec. 5. n. 37.
Obligatoria quando lex, vel conſtitutio ſit, in verbo Conſtitutio, & verbo Lex, & verbo Statutum.
Obligatio Cameralis paratam habet executionem, ad fauorem omnium, quorum intereſt, dec. 83. n. 33.
Etiam ſi fiat per laicum Auctorem clerici, adhuc ipſe clericus eſt coram ſuo iudice pro rebus ab eodem laico acquiſitis conueniendus, dec. 7. num. 1. & 2.
Obligatio acquiri non dicitur per non adimplentem, vel non offerentem adimplere pro parte ſua conditionem mixtam, deciſ. 40. num. 43.
Contrahentis oritur ex alterius acceptatione, dec. 81. n. 13.
Eſt mater actionis, dec. 83. num. 12.
In conſcientia, quando oriatur ex lege, vide in verbo Lex.
Neceſſaria Nouitij, an requirat ſolemnitates Concl. Tridentini, dec. 16. num. 52.
Non reſultat ex inſtrumento contra bonos mores, dec. 25. n. 24.
Non oritur nec tollitur ex tempore, dec. 37. n. 31.
Oriens pro re, ſucceſſorem priuilegiatum non afficit, dec. 35. num. 24. & 36. num. 28.
Et quid ſi oriatur ex re, dec. 35. n. 24.
Oritur ex præceptis negatiuis, dec. 37. n. 40.
Reſultat ante obtentam abſolutionem, ex iuramento metu extorto, dec. 25. num. 11.
Sequens appoſita in defectum ſolutioni, cenſetur appoſita in pœnam, & præcedentem nouat, dec. 40. n. 5.
Contrarium verius n. 8.
Sequens cum præcedenti incompatibilis, nouationem inducit, dec. 40. num. 56.
Soluendi collectas reſpicit perſonas, dec. 35. n. 28.
OBLIGATIONES collectarum tot ſunt, quot ſunt anni, & pro futuris ſunt conditionales, dec. 35. n. 25.
OBLIGATIONIS ortum impedit conditio expreſſa, vel deciſ. 40. num. 41.
OBLIGATVS ex conſtitutio dicitur interuenire vt fideiuſſor, deciſ. 40. num. 98.
OBLIVIO excuſat à pœna, dec. 39. n. 25.
OBSEQVIA clericis præſtare non poteſt Princeps etiam indirectè ſubditis prohibere, dec. 12. n. 54.
Debent laicis, non autem imperare, dec. 14. n. 14.
Matrimonialia ſi vxor petat in iudicio, præſtari debent à viro alimenta, & ſumptus litis, dec. 9. n. 19.
OBSERVANTIA legis, vel ſtatuti non requiritur pro illius forma ſubſtantiali, dec. 15. n. 3.
Legis præſumitur n. 20.
Iuramento promiſſa, talis promiſſio non porrigitur ad legem non receptam, dec. 15. n. 13.
Mala excuſat pœna temporali, dec. 24. n. 43.
Minoris partis populi, non ligat maiorem, dec. 15. n. 15.
Subſequuta, declarat omnia ambigua, dec. 91. n. 75.
OBSERVATIO iudicij, vide in verbo Iudicium.
OBTENTI in contradictorio iudicio debent eſſe actus, ad hoc vt lex per contrariam conſuetudinem tollatur etiam ante lapſum decennij dec. 15. n. 43. & 46.
OCCIDENDI animo percutiens aliquem proditorie, an Eccleſiæ immunitate priuetur, dec. 22. n. 4.
Venenum præbens an priuetur immunitate Eccleſiæ, dec. 22. n. 5.
OCCIDENS ante fores Eccleſiæ, vide Eccleſiæ.
Amicum, non priuatur Eccleſiæ immunitate, niſi conſulto Summo Pontifice, dec. 23. n. 30.
Clericum, vel ſacerdotem an gaudeat Eccleſiæ immunitate, dec. 22. n. 7. 8. 9. & 10.
Cuſtodem carceris ex inſidijs, carceratus non dicitur proditor, dec. ciſ. 23. num 13.
In ianua Eccleſiæ, vide Eccleſiæ Propè vide infra.
In cameris Eccleſiæ nec immunitate priuatur, nec eſt ſacrilegus, dec. 61. n. 4.
Inimicum à tergo, vel ex inſidijs, vel per feneſtram, an proditor, & Eccleſiæ immunitate priuetur, dec. 23. n. 1. & 10. & ſeqq.
Veneno aliquem immunitate priuatur, dec. 23. n. 1. Contrarium eſt verius, ſecluſa præcedenti amicitia n. 14.
Eſt proditor n. 27. Declara, vt n. 29. & 30.
OCCIDENTEM propè Eccleſiam, an reſolutio Clem. 8. ab immunitate excludat, dec. 60. n. 48.
OCCIDERE gladio minus eſt quàm necare veneno, dec. 23. n. 26.
OCCIDI clericum ſi quis mandet, quo tempore incidat in excommunicationem canonis, dec. 20. n. 11. ſub n. 36.
Occulta Concubina, in verbo Concubina.
Occultum impedimentum diſpenſari non poteſt à Vicario capitulari, dec. 21. n. 7.
Occultus excommunicatus, vide Excommunitatus.
Hæreticus, vide Hæreticus.
In Occultis qualiter iudex arbitrari debeat, dec. 27. n. 78.
Occultare contractus illicitos ſolent vſurarij, dec. 27. n. 82.
Quo magis tentant ſimulationem, eo magis fit manifeſta, dec. 28. num. 16.
Ad Occultandam ſimulationem pactum inſolitum illam potius arguit, dec. 28. n. 60.
Occupans bona Eccleſiaſtica excommunicatur, ac ab vtroque iudice punitur, dec. 8. n. 43.
Odioſa diſpenſatio, vide Diſpenſatio.
Dicitur excluſio Eccleſiaſticæ immunitatis, dec. 23. n. 16.
Materia an ſit, quomodo cognoſcatur, dec. 41. n. 13.
In Odioſis decretalibus loquentibus de Regularibus, comprehenduntur Equites Hieroſolymitani, dec. 21. n. 14.
Fit extenſio, vbi agitur de periculo animarum, dec. 21. n. 58.
Nouitius non habetur pro Religioſo, ſed in fauorabilibus, dec. 16. num. 41.
Offendens aliquem ſimulata amicitia, eſt proditor, dec. 23. num. 6. & 8. & 33.
Clericum mediante inſtrumento illum tangente, incidit in can. ſi quis ſuadente, dec. 20. n. 23.
Familiam iudicis an, & quando illius iuriſdictionem proroget, dec. 86. n. 4. & ſeq.
Principem ignoranter non eſt maieſtatis reus, dec. 64. n. 37.
Principem laicum, ſi ſit clericus, non committit crimen læſæ maieſt. dec. 21. n. 35.
Offenſa facta Biruarijs Epiſcopi an ſit mixti fori, dec. 86. n. 6. & ſeq.
Perſonæ clerici, & delictum in Eccleſia commiſſum è pari procedunt, dec 3. n. 4.
Timeri vbi poteſt, an & quando inducat iuſtam metus ſuſpicionem, Vide in verbo Metus, verſ. Suſpicio.
OFFENSVS in domo quis dicatur, in verbo Domus.
OFFICIA quænam infamiam irrogent, dec. 77. n. 30.
Secularia an concedi debeant Equitibus S. Iacobi, & ſimilibus, deciſ. 2. n. 122.
Non conceduntur Equitibus Hieroſolymitanis, dec. 21. n. 63.
Eis tamen conceſſa, ſi in illis delinquant, puniuntur à Superioribus Religionis num. 64.
OFFICIO Expleto, expirant Edicta Ordinarij, dec. 14. num. 20. & ſeq.
Ac Rectorum Ciuitatis n. 20.
Et an, & quando expiret exilium ab Epiſcopo iniunctum, n. 23.
OFFICIVM ſuum fideliter exercuiſſe præſumitur Notarius, dec. 27. num. 11.
OFFICIALIS putatiui titulus cum errore communi, ſupplet iuriſdictionem, dec. 30. n. 4.
Habilis non redditur ex communi errore, licet actus validetur, dec. 30. num. 10.
IN OFFICIALI qui vnicum, vel binos actus exercuit, an procedat l. barbarius, dec. 30 n. 12.
Quid in deputato à non habente iuriſdictionem n. 26.
Quid in deputato à non habente auctoritatem illum habilitandi, num. 36.
OFFICIALES ſepeliendi ſunt in qua degunt Parochia, deciſion. 86. num. 5.
Sedis Apoſtolicæ inquirens Epiſcopus, ſeu Inquiſitor, incidit in pœnam extrauag. cum Matthæus, dec. 39. n. 14. Vbi quid ſi ignoranter id agat.
PRO OFFICIALIVM ſalario onera impoſita non tranſeunt ad Clericos, dec. 35. num. 9.

Index Rerum,

OLEVM inijciens in clerici veſtes, an & quando incidat in excommunicationem, dec. 20. n. 27.
OMISSIO formæ actum annullat, dec. 10. n. 6.
OMISSIONIS peccatum mitius punitur, quam commiſſionis, dec. 33. num. 21.
OMNI MELIORI MODO clauſula operatur vt legata dicantur titulo inſtitutionis relicta, dec. 73. n. 61.
ONERA apponere ſuæ rei quilibet poteſt non autem ſtatutum, dec. 35. num. 38.
Collectarum, vide in verbo Collectæ.
Extraordinaria quæ ſint, dec. 36. n. 11.
Dicuntur Collectæ num. 12.
Ex Principis ordinatione fiunt ordinaria, & illorum appellatione veniunt, dec. 36. n. 2.
Extraordinaria hodie non differunt ab Ordinarijs, quo ad tranſitum ad clericos, dec. 36. n. 20.
Hypothecæ legalis pro re debitæ, extinguntur re perſonam priuilegiatam tranſeunte, dec. 36. n. 29.
Impoſita pro ſalario officialium, non tranſeunt ad clericos, dec. 35. num. 9.
Impoſita perſonis pro rebus quando dicantur, dec. 41. n. 53.
Et quando munitione perſonarum ceſſent, deciſ. 36. n. 21.
Impoſita ſi fuerint colonis clericorum pro cultura, & laborerio, imponentes incidunt in Bullam Cœnæ, dec. 41. n. 22.
Imponi an poſſint colonicæ portioni à prædijs Eccleſiæ ſperantæ, deciſ. 41. n. 4.
Laicalia, ſolui an debeant ab emphyteuta Eccleſiæ, dec. 41. n. 25.
Licita de ſui natura, laici à clericis exigentes, incidunt in Bullam Cœnæ, dec. 37. num. 72. & ſeqq.
Mixta quæ dicantur, dec. 36. n. 15.
Formaliter ſunt collectæ n. 16. & 19.
Mixta eſſe merè realia ſi ſtatuatur, implicat contradictionem, num. 23.
Mixta ſunt mœnium inſtructio, arginum, pontiumque refectio, & ſimilia, dec. 41. n. 48. & ſeqq.
Sunt quæ habent animi, vel corporis ſolicitudinem, annexo ſumptu, dec. 41. num. 49.
Sunt quæ indicuntur perſonis pro rebus n. 50.
Sunt inſeruire proprijs expenſis cum ſuis beſtijs n. 52.
Fundantur principaliter in prædijs ſecundariò in perſonis, n. 55.
Spectant ad dominum prædij, non ad colonum, etiam pro portione colonica, n. 56.
Naturam mutare nequeunt ex Principis, vel ſtatuti diſpoſitione, deciſ. 41. num. 86.
Neque per deſcriptionem in æſtimo dec. 35. n. 26.
Non tranſeunt ad clericos cum bonis, niſi ſint rebus affixa, n. 32.
Ordinaria, quæ ſint, dec. 36. n. 11.
Non ſunt collectæ ex Principis permiſſione impoſitæ n. 13.
Non differunt hodie ab extraordinarijs quod tranſitum ad clericos, num. 20.
Ordinaria non tranſeunt cum bonis ad diuinum cultum, vel pro patrimonio aſſignatis, dec. 35. n. 1.
Perſonalia quæ dicantur dec. 36. n. 15.
Perſonalia ſunt taxæ ſalis, & ad clericos non tranſeunt, dec. 35. n. 7. & ſeq.
Et tribuere equum, & curum pro aliquo opere, dec. 41. n. 51.
Et ab his immunes ſunt coloni clericorum n. 80.
Perſonarum formaliter ſunt collectæ, dec. 36. n. 19.
Purgationis putei an ſint realia, & ad Eccleſiam tranſitoria, dec. 35. num. 6.
Realia quæ dicantur, dec. 39. n. 15.
Dicuntur collectæ iuxta patrimonij vires impoſitæ, dec. 36. n. 5.
Contrarium eſt verius n. 14. ſunt tamen materialiter n. 19.
Refectionis itineris an ſint realia, & ad Eccleſiam tranſitoria, dec. 35. num. 6.
Reſpicientia prædij conſeruationem ſpectant ad dominum, non ad colonum, dec. 43. n. 1.
Recipi non poſſunt per laicos à clericis etiam ſponte dantibus, dec. 37. num. 78.
Et an incurrant cenſuram reſeruatam ſi recipiant onera non impoſita num. 81.
Et an clerici ſoluentes incidant in cenſuram n. 83.
Soluere non tenentur clerici ex bonis patrimonialibus, ſecluſa negotiatione, dec. 37. n. 75.
Spiritualia ſubeunt clerici, dec. 11. n. 9.
Onerum natura ex origine, & cauſa eorum dignoſcitur, deciſ. 43. num. 4.
Species quot ſint, dec. 36. n. 15.
AB ONERIBVS exemptio, vide exemptio, & in verbo Immunitas, Immunis.
AD ONERA ratione bonorum propriorum tenentur coloni clericorum dec. 42. n. 17.
Impoſita ſuper fructibus à ſolo ſeparatis an coloni clericorum teneantur n. 19.
PRAXIS defendendi colonos ab oneribus mixtis, dec. 42. n. 5.
ONEROSVS Titulus, vide Titulus.
OPEM præſtans in crimine læſæ Maieſt. ead. pœna, qua principalis punitur, dec. 64. n. 6.
OPERARII accedentes ad prædium armati an, & quando excuſentur à dolo, dec. 24. n. 42.
Quid ſi de nocte n. 38. & ſeqq.
Quid ſi colligant fructus immaturos n. 37.
Conducti an credere debeant alteri proteſtanti, dec. 24. n. 49.
Obedientes conductori an & quãdo in aliquo teneantur, n. 7 & 62.
Perquirere non debent an eorum conductor rem poſſideat, n 8.
Quid ſi ſint vicini n. 29.
OPERARIIS ab alio conductis non præiudicat profeſſio turbida actoris, dec. 24. n. 34.
Proteſtatio ſi fiat, an & quando illos afficiat n. 44. & ſeqq.
OPERARVM Conductor, in verbo Conductor.
Locatio, in verbo Locatio.
OPINIO Curiæ Romanæ ſequenda eſt; præſertim in iuriſdictionalibus, dec. 8. n. 24.
Doctorum probabilis, ſi errore cauſet, intrat diſpoſitio l. barbarius, dec. 30. n. 33.
Eccleſiæ fauens amplectenda eſt, dec. 81. n. 29.
Æquior eſt ſequenda, dec. 81. n. 32.
Ex qua ſequitur abſurdum, reijcienda eſt, dec 34. n. 29.
Singularis an præferatur communi pro ſubſtinendo matrimonio, deciſ. 95. n. 24.
OPINIONVM diuerſitas an & quando ab incurſu Bullæ Cœnæ excuſet deciſ. 42. n. 7.
OPPOSITIO exceptionis ſimulationis, cui renunciatum fuit, an & quando fieri poſſit, remiſſiuè, dec. 27. n. 44. & ſeq.
Exceptionis compenſationis, an & quando in depoſito, ſicut in mutuo fieri poſſit, dec. 29. n. 28.
OPTIO non fit ex nouo titulo, ſed ex antiquo, dec. 76 n. 21.
OPVS perfectum, reputatur animi deſtinatio, ex actu inchoato reſultans, dec. 16. n. 20.
Quod ædificanti parum prodex, & vicino valdè obeſt, prohibendum dec. 55. n. 37.
IN ORATIONE eadem ſi plura præferantur, quæ ab eodem reguntur verbo, dictum in vno, cenſetur & in cæteris repetitum, deciſ. 40. n. 46.
ORATORIO in priuato, percuſſio facta eſt mixti fori, & an dicatur ſacrilegium, vel quaſi, dec. 3. n. 18. & ſeq.
Et an ſtatutum de ſacrilegio loquens, illam comprehendat, n. 19.
Ordinanti, actus tribuitur, non exequenti, dec. 14. n. 8.
Et ab eo geri dicitur miniſterio mandatarijs n. 12.
ORDINARIVS ante omnia de impedimento matrimonij oppoſito cognoſcere debet, dec. 95. n. 3.
Atteſtationem ſi fecerit de alicuius clericatu, an ei credere teneatur iudex ſecularis, dec. 17. n. 41.
Carcerare an poſſit regulares, abſque literis obedientialibus vagantes, dec. 38. n. 22. Et an Apoſtatas, & fugitiuos n. 31.
Capturam clericorum de nocte, vel cum armis incedentium, an & quando poſſit laicis delegare, dec. 14. n. 19.
Cauſas ciuiles clericorum quatenus laicis committere valeat, dec. 14. num. 17.
Confirmare an & quando poſſit ſtatutum laicorum ita vt clericos afficiat, deciſ. 10. nu. 39. & 42. & deciſ. 14. n. 1. & ſub nu. 18. verſ. Obiecta.
Decretum interponere debet in renunciationibus Nouitiorum, dec. 16. n. 55.
Equites Hieroſolymitanos extra clauſtra delinquentes an puniat, dec. 18. num. 18.
Quid de illorum colonis, miniſtris, & famulis, dec. 21. n. 79.
Exequi an debeat ſententiã à laico in clericum latam, d. 14. n. 18.
In cauſa neceſſitatis an licentiam tribuat laico examinandi in loco ſacro, dec. 51. n. 10. & 18.
Licentiam aſſiſtendi matrimonio non concedere ſi habuit in animo adhuc tenet matrimonio cum aſſiſtentia ab eo deputati celebratum, dec. 30. n. 22.
Opponere ſe debet grauantibus clericorum colonis, dec. 41. n. 4.
Procedens ex delegata iuriſdictione, qua carebat, actus non ſuſtinetur ex ordinaria dec. 74. n. 25.
Punire omittens delinquentes in Eccleſia, iniuſtus eſt, & delinquit, deciſ. 59. n. 10.
Intellige vt n. 11. & 34.
Regularem extra clauſtra delinquentem, quandiu detinere valeat, deciſ. 38. n. 13. & ſeq.
Regularem ſtudiorũ gratia extra clauſtra degentem, ac delinquentem an puniat n. 19.
Regulares vagantes abſque literis de obedientialibus, an carceret num. 22.
Et qualem erga eos adhibere debeat diligentiam n. 23.
Repetit clericum à laico iudice detentum, dec. 17. n. 52.
Alia vide in verbo Epiſcopus.
Ordinario directæ commiſſiones an à Vicario Capitulari exequantur, dec. 31. n. 1. & 2.

Dele-

Delegatio facta, dicitur potius excitatio, quàm tributio iurisdictione num. 9.
Obedientia promittitur à Regulari effectu parocho in respicientibus curam, & sacramentorum administrationem, dec. 2. n. 83.
ORDINATIO generalis non comprehenditur sub c. 1. de sentent. excomm. in 6. dec. 39. n. 48.
Politica an & quando à clericis saltem vi directiua seruanda sit, dec. 13. num. 9.
ORDINATORIA iudicij, quæ dicantur, dec. 10. n. 23.
Alia in verbo iudicij ordinatoria.
Pœna, in verbo Pœna.
ORDINATVS ad titulum patrimonij si quis fuerit, eiusmodi patrimonium gaudet priuilegijs Ecclesiæ, dec. 37. n. 77.
Ad titulum paupertatis an dicatur tacitè professus, d. 8. n. 2. & seq.
Cum dimissorijs Vicarij post obitum Episcopi communiter ignorati, dicitur ritè ordinatus, dec. 30. n. 19.
ORDINES à non sacerdote, vel non Episcopo, tametsi pro tali communiter reputato collati, non imprimunt characterem, dec. 30. num. 32.
Conferendi sunt Nouitijs, & Religiosis Episcopo loci, in cuius Diœcesi habitum susceperunt, dec. 16. n. 36.
Militaris habitus si assumatur, an dicatur satisfactum voto Religionis, dec. 21. num. 62.
Militares, vide in verbo Equites.
ORDO Ciuitatum finitimarum attenditur in sedendo, quando dubius est in loco iudicij, dec. 79. n. 14.
ORDINIS Priuilegium, vide Priuilegium.
Validitatis quæstio remittitur Ordinario vna cum capto, decis. 17. num. 46.
Priuilegium, vide Priuilegium.
SINE ORDINIBVS quandoque Regulares vagi celebrant, dec. 38. num. 24.
ORDINATIONIS instrumentum probat Clericatum eo viso debet Iudex laicus reum ad Ecclesiasticũ remittere, d. 17. n. 21. & 34.
Et an prætextu falsitatis illius denegetur remissio n. 42.
Et an sufficiat descriptio in libro ordinatorum n. 23.
Et an probent testes, qui ordinationi interfuere n. 25.
ORETENVS adscriptio clerici facta ad Ecclesię seruitium, sufficit dec. 26. n. 16.
ORIGINIS in loco si incoetur delictum, cui fiat remissio, dec. 17. n. 36. & seq.
ORIZA seminata si fuerit à colonis clericorum contra principis prohibitionem, illi puniuntur, d. 41. n. 34. Contrarium verius n. 39.
Et an statutum de non seminanda oriza liget clericos, n. 8. & 51.
ORPHANI in baptizari possint non requisito Tutoris assensu, dec. 1. num. 24.
OSASCHVS dec. 32. n. 5. Reijcitur, dec. 98. n. 5.
OSCVLVM si sponsus non dederit sponsæ, & recedat, præsumitur metu contraxisse, dec. 5. n. 60.
OSTIVM est de Ecclesia, non in Ecclesia, in qua non existit, qui est in ianua, dec. 60. n. 54.
Vide in verbo Ecclesiæ, & in verbo Domus.

P

PACISCI cum laicis super immunitate non possunt Prælati absque assensus Apostolico, dec. 37. n. 63.
PACTA expressa transire faciunt contractum in aliam speciem, dec. 71. num. 35.
Fauorabiliora sunt pars pretij, dec. 41. n. 18. & 67.
Insolita simulationem arguunt, dec. 28. n. 11.
Declara vt n. 50.
Non debent esse frustratoria, dec 71. n. 10. & 37.
Statutis an æquiparentur, dec 35 n. 39.
PACTI vim obtinet immemorabilis, dec. 37. num. 8. vbi quod est eo fortior.
PACTVM ne emptor, vel conductor exerceat aliquam artem in domo, seruandum est, dec. 55. n. 20.
Resolutiuum, quando moræ purgationem impediat, d. 71. n. 42.
Super dotalibus interusurijs, sustinetur pro summa fructibus correspondente, dec. 84. n. 49. & seq.
Vt emphyteuta non soluens, cadat ipso iure, intelligitur secundum ius commune, dec. 71. n. 19.
PALAM contractus factus, præsumitur bona fide, & absque labe vsurarum celebratus, dec. 28. n. 60.
Fructus si colligant operarij, etiam de nocte, non præsumuntur in dolo, dec. 24. n. 39.
Instrumenta si celebrentur ex eis, non præsumitur correspectiuitas, vel simulatio, dec. 28. n. 46.
PALLIARE contractus illicitos solent Vsurarij, dec. 27. n. 82.
PALLIVM oblongum sine veste si gerat clericus, an dicatur incedere in habitu, dec. 26. n. 17.
PALLOR vultus inducit metus præsumptionem, dec. 5. n. 56.
PAPA absoluere potest Religiosos à votis ex iusta causa, decis. 2. num. 87.
Absoluit à periurio, non inferior, dec. 25. n. 13.
Ad libitum tollere potest ea, quæ sunt iuris positiui, dec. 45. n. 47.
Confirmat instituta Religionum, dec. 2. n. 91.
Concedere potest Principi seculari facultatem procedendi in certis casibus, etiam contra clericos, dec. 37. n. 23.
Consuetudines antiquas, & rationabiles tollere non præsumitur, dec. 37. n. 27.
Confirmationis Sacramentum simplici clerico delegare potest, dec. 37. n. 36.
Consulendus est ad hoc, vt perimens amicum veneno, priuetur immunitate, dec. 23. n. 30.
Declarat ius diuinum, illudque interpretatur, dec. 37. n. 20. & 33.
Dispensat aduersus ius diuinum in casu particulari ex magna causa, dec. 37. n. 22. & 33.
Dispensat Religiosus super proprietate, & testamenti factione, dec. 2. n. 74. Et quid super incapacitate dominij, n. 23. Et an super votis Castitatis, & paupertatis. n. 86. Vbi declaratur c. cum ad Monasterium extr. de stat. Monach.
Dispensasse censetur cum Equites Hierosolymitano, si pensionem ei nominatim reseruet, dec. 21. n. 68.
Eximere non potest laicos à iurisdictione sui Principis, decision. 2. num. 41.
Declara vt n. 111. & seqq.
Facere potest vt Religiosus, remanendo Religiosus non sit votis substantialibus adstrictus, dec. 2. n. 17.
Facere potest de Religioso non Religiosum n. 17.
Iuris condendi facultatem à Deo recepit, dec. 15. n. 36.
Ab eoque eadem auctoritatem habent Episcopi n. 37.
Immunitatem Ecclesiasticam lædentes non permittit, imò punit, dec. 37. n. 60.
Pœnam sanguinis imponere potest statuendo, non exequendo, dec. 86. num. 11.
Priuilegium can. si quis suadente an possit auferre, vide in verbo can. si quis suadente.
Solemnitates voti in Religione requisiti determinare, ac minuere potest, dec. 2. n. 89. & seqq.
PAPÆ auctoritas præsumitur adhibita immemorabilis temporis cursu, dec. 37. n. 10.
Declara vt n. 57. & seqq.
Consensus tacitus non sufficit, vt laici clericos collectent, dec. 37. n. 61. Sed expressus requiritur n. 66.
PARAGRAPHVS hinc nos in Auth. de Nuptijs, interpretatur, dec. 32. n. 26. Et explicatur, dec. 33. sub n. 2. Et à Merlini impugnationibus explicatio defenditur, dec. 33. n. 3. & seq.
PARENTES medijs suauibus, ac paterna increpatione, non metu inducere possunt liberos ad matrimonium, dec. 75. n. 22. & 75.
Per metum inducentes filios ad matrimonium quando peccent, & quando in excommunicationem incidant n. 76.
In testes an & quando fauore matrimonij admittantur, dec. 75. n. 27. & quando in tali causa sint integri testes, dec. 5. n. 20. & 88.
PARENTIBVS legitima debetur, sicut & liberis, dec. 32. n. 1. Et quo iure num. 3. Et aucta fuit instat legitimę filiorum, dec. 34. n. 2. 3. & 13.
PARIA SVNT aliquid fieri per metum, vel per probabilem metus suspitionem, dec. 5. n. 32.
Directè, vel indirectè contra prohibitionem facere, dec. 12. n. 47.
Forum sortiri, & statutis ligari, dec. 10. n. 41. & dec. 12. n. 24. & dec. 16. num. 17.
Offensio personæ clerici, & delictum in Ecclesia commissum, dec. 3. num. 4.
Quid non fieri, vel ita fieri, vt non duret, dec. 28 sub n. 27.
PARI PASSV ambulant immemorabilis, & priuilegium Apostolicum, dec. 37. n. 6.
Interrogatio rei præsentis, & inquisitio absenti transmittenda, dec. 38. num. 1.
IN PARI causa melior est conditio rei, dec. 40. n. 35.
PARIES communis in vna parte, in alia quoque dicitur communis, dec. 54. num. 2.
Communis an sit peritorum relationi status n. 3.
Communis antiquitus eleuatus si fuit, potest vicinus extollere domum depressam n. 28.
Communis in dubio præsumitur n. 7. Sed pro diuiso n. 8.
Communis quando dicatur pro diuiso, & quando pro indiuiso remissiuè, dec. 56. n. 45.
Destinatus pro clausura, non dicitur destinatus ad fabricandum num. 30.
Inferior si est communis, idem iudicandum est de Superiori n. 6.
In dubio præsumitur destinatus ad fabricandum n. 31.
Intermedius facit, vt res diuisæ sint numero plures, dec. 61. n. 3.
PARISIVS de resign. l. 2. quæst 15. num. 15. Refellitur, decis. 66. num. 34.
PARLATORIVM, cæteraque ædibus affixa, monasterij appellatione continentur, dec. 62. n. 3.
IN PARLATORIO, laicum percutiens, in verbo Laicus.
PAROCHIA non mutatur nisi quis ad aliam accedat cum rerum sub-

ſubſtantia, animo ibi perpetuò manendi, dec.87.n.1.
Etiam ſi proprius Parochus negligat illi adminiſtrare Sacramenta n.2. Intellige vt n.9.
A PAROCHIA diſcedens animo redeundi, illam non dicitur mutare dec.87.n.9.
IN PAROCHIA, in qua degunt ſepeliendi ſunt officiales, ſcholares, famuli, ac domos conductas incolentes, etiam anno non expleto n.5. Sic exteri, & forenſes n.12.
In qua Sacramenta quis percipit, ſepulturam eligere videtur, n.6.
Vrbana ſepeliendus eſt habitus ruri, animo non ibi permanendi, dec.87.n.3. Declara, vt n.10.
Et quando habitans partim in Vrbe, & partim ruri, euadat vtriuſque parochiæ n.10.
AC PAROCHIAM cognoſcendam, an attendatur domicilium, vel præſens habitatio, dec.87. n.4.& 5.
Ad aliam parochiam translatus infans à matre, vel Tutore, vbi nam ſepeliendus ſit n.11.
PAROCHIANI, & parochus tenetur de iure ſimul concurrere pro Eccleſiæ reſtauratione, dec.67.n.39.
An & quando per Sacramentorum ſubtractionem compellantur ad reficiendam Rectoris domum, dec.68.n.6.
PAROCHIANVS mutans domicilium tenetur ad onera de præterito, dec.67.n.51.
PAROCVS Concionatorē an & quando alere teneatur, dec.70.n.15.
Eccleſiam quando reparare, & ornare teneatur, dec.68.n.7.
Et quę rata fruſtum pro eius ſuſtentatione ſit relinquenda, n.18.
Et an ſimul cum eo teneantur Parochiani concurrere, n.39.
Excommunicatus tolleratus tamen, ſi alium deputet ſacerdotem ad aſſiſtendum matrimonio, illud ritè contrahitur, dec.30.n.22.
Intentionem fundatam habet ſepeliendi eos qui alibi ſepulturam non aligunt, deciſ.88.nu.4.
Et omnes in ſua Parochia decedentes, dec.89.n.33.
Interrogationem inſolitam ſi fecerit, inducitur præſumptio metus in matrimonio, dec.5.n.54. Idem ſi ſponſus voce non intelligibili reſpondeat n.55.
Non reſidens, an ſit ab Eccleſia alendus, dec.67.n.6.
Putatiuus validè abſoluit à peccatis; ſed peccat, dec.30.n.11.
Regularis promittit obedientiam Ordinario in reſpicientibus curam ac Sacramentorum adminiſtrationem, dec.8.n.83.
Reſignans, vide in verbo Reſignans.
Teſtis, ac Parochi perſona fungi non poteſt, dec.81.n.2.
Titulū inualidum habens, validè matrimonio aſſiſtit, dec.30.n.21.
PAROCHI alimenta præferuntur Eccleſiæ reparationi, dec.67.n.5.
Domus cuius ſumptibus ſit reſtauranda, dec.68.n.4.
Præſentia, non niſi per duos teſtes ſuppletur, dec.81.n.3.
Prædicare per ſe ipſos, vel per alios tenentur, dec.70.n.4.
Et quibus medijs ab Ordinario compellantur ad verbum Dei ſubminiſtrandum num.5.
PARRICIDII pœna punitur opem pręſtans occidenti Patrem, dec.64.num.41.
Pœna an puniatur occidens patrem ignoranter n.43.
PARS acceptare ſi voluerit confeſſionem ex productione reſultantem producens inſtrumentum cenſetur approbare contenta in eo, dec.29.n.10.& 13.
Remittere poteſt exceptionem periurij, non autem periurium, dec.25.num.28.
DE PARTIVM voluntate præſumitur confectum inſtrumentum, deciſ.27.n.56.
PARTES ſi non conuenerint de ſimulando non inducitur ſimulationis præſumptio ex præcedenti tractatu, dec.28.n.42.
A PARTIBVS qualis nominantur, talis præſumitur contractus, dec.20.n.9.
PARS Dominicalis, ſi per colonum partiarium aſportetur, non committitur furtum, dec.24.n.55.
Maior temporis, vide Tempus.
Maior populi ſi non facit quod facere conſueuit, Conſtitutio non dicitur recepta, dec.15.n.14.
Minor obediens, non ligat maiorem n.15.
Vna conſtitutionis ſi fuerit acceptata, illa non obligat in alia, dec.15.n.10.
IN MALA PARTE ſolum accipiendæ ſunt coniecturæ, ex quibus arguendus eſt dolus, dec.28.n.52.
PARTE non opponente periurus non repellitur, & proceſſus tenet, deciſ.25.n.27.
PARTICVLARE iudicium retardatur ab vniuerſali, dec.24.n.15.
Relictum non cenſetur factum titulo inſtitutionis, dec.34.nu.27.
PARTICVLARIS Caſus, in verbo Caſus.
Conſuetudo, in verbo Conſuetudo.
Derogatio, in verbo Derogatio.
Ratio boni communis non obligat clericos vi directiua ad ſeruanda ſtatuta laicalia, dec.13.n.4.
PARTICVLARI in caſu ſi veritas eſt in contrarium, lex in præſumptione fundata; non obligat in conſcientia dec.28.n.32.
PARTVS in viſceribus matris incluſus, vnum & idem cum matre cenſetur, dec.43.n.18.
PARVVLI ad vitam æternam inuitantur à Saluatore, deciſion.1. num.33.
Bptizari inuitis, vel inſcijs parentibus Hebræis quando poſſint in verbo baptizari, & in verbo Hebræi.
Baptizatur in fide patrinorum etiam ſine parentum mandato, dec.1.num.35.
Sepeliendi quando ſint in loculo ſeparato, & quando in ſepulchro maiorum dec.88.n.21.
PASSIVE, ideſt in odioſis Nouitius non habetur pro Religioſo, dec.16.num.41.
PATER conſtitutus ſi ſit in eadem neceſſitate, in qua nepos, & filius vtrumque alere nequit; patri potius, quam filio ſubuenire debet, dec.32.n.4.
Compræhenditur ſub pœna impoſita matri ſecundo nubenti, dec.33.num.23.
Filio inueſtituram per ſe, vel per Notarium acceptanti præiudicare nequit, dec.72.n.5.
Neque in peculio aduentitio n.7.
Pro ſe, & filio acquirens, dicitur rei donare cauſa mortis, & poteſt donatum alienare, dec.71.n.3.
Vel frater donec dotem ſoluat, tenetur ſtatim ad intereſſe ob moram irregularem, dec.84.n.1.
PATRIS Teſtamentum, vide Teſtamentum.
PATERE ſatis dicitur quod iuris præſumptione conſtat deciſ.27. num.62.
PATI ſi quis non vult ius aliquod, nec ipſe illo vtatur dec.11.n.1.
Limita tripliciter numer.13. verſ. Non obſt. Et quid in priuilegio num.16.
PATIENTIA Legislatoris, vna cum illius ſcientia requiritur, ad hoc vt actus contrarij legi derogent, dec.15.n.39.& ſeqq.
PATRIA POTESTAS baptiſmum filiorum impedire non poteſt, dec.1.n.38.
Etiam Hebræis competit, dec.1.n.37.
In ſpiritualibus nihil operatur, nec conſideratur, dec.1.n.40.& 89. num.12.
PATRIMONIALIA bona clericorum veniunt acceſſoriè ad perſonam quoad forum, & iuriſdictionem, dec.12.n.35. vbi reijcitur Theſaur. lib.2.qq. forenſ.q.8. ſub n.9.
Bona clericorum exempta ſunt ab oneribus, ſecluſa negotiatione, deciſion 37.nu.75. Ita vt exigentes incidant in Bullam Cœnæ num.74.
Et gaudent quod forum, priuilegijs bonorum Eccleſiaſticorum, dec.42.n.9.
PATRIMONIVM, ad cuius titulum quis ordinatus fuit, gaudet priuilegijs Eccleſiæ, dec.37.n.77.
Cum eius bonis non tranſeunt onera, etiam ordinaria, & realia, dec.35.n.1.
Iuxta Patrimonij vires collecta impoſita, dicitur onus reale, dec.36.num.5.
Contrarium eſt verius n.14.
Patrini in fide baptizatur infans etiam ſine mandato parentum, dec.11.num.35.
Patrocinari nemini debet dolus, & fraus, dec.35.n.42.
Patronus ad inopiam redactus, an & quando ſit ab Eccleſia alendus, deciſion.21.n.71. Et quid ſi eſſet Eques Hieroſolymitanus num.72.
Cogitur ad congruam Parochi ſuſtentationem, dec.68.n.12.
Prouidere Eccleſiam de neceſſarijs an, & quando teneatur n.11.
Putatiuus ſi præſentat, non vitiatur præſentatio per ſuperuenientem ſcientiam, dec.30.n.20.
Tenetur iterum dotare capellam, de indotata remanſit, deciſ.67. num.12.
PATRONI in defectum tenetur Epiſcopus ſubuenire Eccleſiæ, dec.68.n.13.
A PATRONIS reparari an debeat Eccleſia de iure patronatus exiſtens, dec.67.n.10.
PAVLINA vſu recepta non cenſetur, niſi probetur, dec.15.n.2.
Contrarium eſt verius n.17.
Paul. de Caſtr. vide Caſtrenſ.
PAVPERIS remiſſio cuius ſumptibus fiat, dec.18.n.4.& ſeqq.
PAVPERTAS, an & quando per Papam in Religioſis relaxari poſſit, dec.2.n.86. Vbi declaratur cap. cum ad Monaſterium deſtat. monach.
Voluntaria exigitur ad Statum Religionis, dec.2.n.7.
Vouetur limitatè ab equitibus, proprium retinentibus n.9.
Intellige vt n.75.
A Paupertatis nexu non ſoluitur Eques Hieroſolymitanus, etiamſi extra conuentum degat, dec.21.n.66.
Ad Paupertatem patronus redactus, an & quando ſit ab Eccleſia alendus, dec.21.n.71.& ſeqq.
Alia vide in verbo Inopia.
PACIS fractæ cauſa eſt mixti fori, dec.1.n.16.
Fractæ pœna punitur etiam Auxiliator, dec.64.n.39.
Fractæ ratione iudex Eccleſiaſticus in qualibet cauſa ſe intromittit, dec.1.n.16.

PECCANS ſpe abſolutionis, abſolui poteſt, dec.60. n.19.
PECCARE in Eccleſiam dicitur mulier turpiter clerico adhærens, dec.19. num.7.
PECCATVM eſt oponere ſe periculo peccati, dec.47. n.8.
Æquale eſt iungere non coniungendos, & ſeparare non ſeparandos, dec. 5. n.99.
Cenſuræ cauſa, & fundamentum eſt, dec.39. n.31.
Clericorum clamide ſua cooperire obtabat Conſtantinus Imperator, dec.19. n.10.
Commiſſionis grauius eſt, quam omiſſionis, dec.33. n.21.
Committitur à laicis exigentibus gabellam à clericis, deciſ. 37. num.70.
Inducitur ex actu facto contra prohibitionem ab exemptione diuina procedentem, dec.37. n.39.
Non eſt non ſeruare legem vſu non receptam, dec.15. n.12.
Non datur, niſi voluntarium, dec.39. n.32.
Remiſſibile per partes ſi ſit, ſententia tranſit in rem iudicatam, etiam vbi reuertitur periculum animarum, dec.40. n.93.
Peccatorum Abſolutio, vide Abſolutio.
Confeſſio, vide Confeſſio.
A PECCATO excuſat conſuetudo in articulo dubio, deciſion.37. num.18.
PECCATI frequentia culpam exaggerat, dec.37. n.49.
Nutritiua conſuetudo nullo tempore præſcribitur, dec.37. n.50.
Per quæ Peccamus, per hæc & torquemur, dec.14. n.16.
PECVLIVM habere in quo caſu poſſit Religioſus, dec.2. n.69.
PECVNIA depoſitata, vide in verbo Depoſitata, Depoſitum, Depoſitarius, Deponi.
Non germinat, etiam inter mercatores, dec.91. n.25.
Numerata ſi fuerit ante, vel poſt cenſus creationem, an cenſus ſit validus, dec.28. n.30.
Numerata præſumitur in cenſus conſtitutione ex diuturna fructuum ſolutione, dec.28. n.64.
Non numeratæ pecuniæ exceptio, an & quando contra deponentem opponi poſſit, dec.29. n 29.
Oſtenſam ſimulatè fuiſſe, quomodo probetur, dec.27. n.1. & 4.
Reportata ſi fuerit, etiam in præcedentis debiti extinctionem, cenſus eſt nullus, dec.28. n.24.
Diſtingue, vt n.37. & ſeq.
Et non niſi à ſignatura gratiæ ſanatur n.29.
Et caſu quo notarius ſcribat pecuniam fore ſtatim reportandam, inſtrumentum cenſus dicitur falſum n.25.
Reportata ſi probetur ex præcedenti conuentione, contractus redditur inualidus n.33.
Quæ præcedens conuentio in cenſu præſumitur, niſi probetur negatiua n.34. Diſtingue, vt n.75.
Solui quando debet pro forma, an debitum præcedens transfundi poſſit alium contractum, dec.28. n.31.
Declara vt num.73.
PECVNIAM alienam à debitore recipiens contemplatione creditoris, ſequuta ratificatione, tenetur actione negotiorum geſtorum, dec.40. num.27.
Numeratam ſimulatè fuiſſe, probant præſumptiones hominis, dec.27. num.5.
Et ſatis euidenter conſtat ex Notarij atteſtatione n.19.
Etiam in cenſu n.20.
Numeratam non fuiſſe inſtrumento non obſtante, quomodo probetur, dec.27. n.21.
Præſertim in cenſus conſtitutione n.28.
Reportatam fuiſſe in cenſu conſtitutione quomodo probetur, dec.27. n.7. & ſeqq.
Reſtitutam fuiſſe ſi dicatur ſtatim creato cenſu; non impugnatur inſtrumentum; ſed contractus: ſecus ſi dicatur non fuiſſe ſolutam, dec.27. num.48.
Soluens vti mox ſibi reddatur, ſoluere non cenſetur, dec.28. n.26.
PENDENTE conditione, nullum oritur vinculum, dec.26. n 33.
Articulo an clericus in habitu laicali repertus gaudeat priuilegio fori, an fiat ad Eccleſiaſticum remiſſio, dec.17. n.9.13.21. & ſeqq.
PENSIO Eccleſiaſtica exprimenda eſt inter cætera obtenta in impetratione beneficij, dec 66. n.36.
Non eſt beneficium Eccleſiaſticum, dec.66. n.33.
Obtineri non poteſt ab Equite Hieroſolymitano, dec.21. n.67.
Si tamen eidem nominatim à Papa referuetur; cenſetur cum illo diſpenſaſſe num.68.
PENSIONEM poſſidens vti quid prophanum, eſt merus laicus, nec fori priuilegio gaudet, dec.66. n.38.
Penſionem, vel affictum domino ſoluere negans, dicitur illum ſpoliare, dec.100. n.8.
PENSIONARIVS gaudet fori priuilegio ad inſtar beneficiati, dec. 66. num.34.
In fauorabilibus an veniat appellatione beneficiati, n.35.
Non deferens habitum, vel Eccleſiæ non ſeruiens, an gaudeat fori priuilegio, dec.66. n.31. & ſeqq. vſque ad finem.
Officium paruum quando recitare debeat, & in habitu incedere non teneatur n.33.
PENVRIA, in verbo caritas.
PERCVSSISSE non animo occidendi dicens, probare tenetur, dec. 64. num.10.
PERCVSSIO clerici à laico facta eſt mixti fori, dec.3. n.20.
Facta in Eccleſia, quæ pœna puniatur, dec.4. n.13.
In Eccleſia ab vtroque iure prohibetur, dec.13. n.14.
Et violat Eccleſiam non minus quam extractio ab illa, dec.3. n.6. & 32.
In loco ſacro dicitur ſacrilegium, dec.62. n.12.
In Oratorio priuato eſt mixti fori; & an dicatur ſacrilegium, vel quaſi, dec.3. n.18. & ſeq.
Vbi an comprehendatur ſub ſtatuto de ſacrilegio loquente.
Factam in ſe ipſam à moniali non bono fine, an faciat illam incidere, in can. ſi quis ſuadente, dec.20. n.7.
Quæ grauis, quæ mediocris, quæ leuis remiſſiuè, dec.45. n.65.
PERCVTERE verbum, in ſacra pagina pro homicidio ſumitur, dec.23. num.20.
PERCVTIENS aliquem in Eccleſia, an incidat in excommunicationem, dec.92. n.17.
Clericum, an Eccleſiæ immunitate gaudeat deciſion.22. num.7. & ſeqq.
Miniſtrum laicum Papæ, vel fori Eccleſiaſtici, neque ſacrilegium, neque cenſuras incurrit, dec.86. n.1.
Proditoriè aliquem, morte non ſequuta, gaudet immunitate, dec. 22. n.2. Quid ſi animo occidendi percuſſerit n.4.
Grauiter aliquem in Eccleſia, ita vt illa polluatur. Vel aliud in ea committens delictum præter homicidium, & mutilationem, extrahitur, & ab Ordinario punitur, dec.59. n.9.
Contrarium eſt verius n.11. & 34.
Sacerdotem Eccleſiæ immunitate an gaudeat, deciſion.22. num.7. cum ſeqq.
Perditionis filius vocatur qui monialem carnaliter cognoſcit, dec. 19. num.16.
Perfectum factum, vide factum.
Opus reputatur animi deſtinatio, reſultans ex actu inchoato, dec. 16. num.20.
Perfectus Actus, vide in verbo Actus.
Periculi inſtantis probabilis ſuſpicio, pro metu habetur, dec.5. n.31.
Periculo peccati ſe exponere, peccatum eſt, dec.42. n.8.
Periculum animarum vbi adeſt, fit extenſio etiam in pœnalibus, & odioſis, dec.21. n.58.
Depoſitatæ rei an quem ſpectet, dec.29. n.30.
Imminens, vel præſentaneum inferendi metum quod nam dicatur, dec.5. n.79.
Et an metus ſuſpicionem inducat n.16. & 78. & ſeqq.
Interius rei an ſpectet ad dominum, dec.99. n.3.
Periti debent pro forma iurare de fideliter æſtimando, dec.54. n.4.
Nec in relatione requiritur aliud iuramentum n.46.
Electio ſpontè facta, dicitur quoddam compromiſſum in arbitratorem factum, & quædam tranſactio, dec.54. n.34.
Periti æſtimatio vel menſuratio nulla eſt ſi pars non fuit citata, dec. 54. num.47.
Relatio abſque partis citatione, eſt nulla n.43.
Relatio ex falſa cauſa facta, dicitur erronea, & retractanda, n.49.
Quarti an ſit electio facienda, eſt iudici arbitrarium, dec.54. n.39.
Tertij relationi etiam ab ambobus diſcordantis, ſtandum eſt, dec. 54. num.16.
Contrarium verius, vt iurè nulli ſtetur n.38.
Peritis in arte ſtandum eſt, dec.54. n.4.
Etiam de crudelitate deponentibus n.5.
Diſcordantibus, deuenitur ad tertij electionem n.15.
Intellige ſi Iudex velit, cum ſit illi arbitrarium n.39.
Perito tertio ab ambobus diſcordante, quid agendum, dec.54. n.38.
Peritorum ad relationem lata ſententia, an tranſitum faciat in iudicatum, dec.54. n.42.
Relationes tranſeunt in iudicatum n.17.
Contrarius verius n.40.
Etiam ſi à partibus fuerint communiter electi n.41.
Vbi quoad vſque ad triginta annos reuideri poteſt.
Relationi ſtatus, ſi à iudice fuerit confirmata, alias ſecus n.32.
Et modo à partibus fuerint ſpontè electi, ſecus ſi ex neceſſitate, n.33.
Relationi à partibus approbatæ ſtandum eſt n.35.
Relationi, cui partes ſtare promiſerunt, ſtandum eſt n.36.
Niſi altera pars à parte decepta fuerit, vel contra minores retulerint num.37.
Peritus referre debet de eo, quod eſt facti; non autem de eo, quod eſt iuris, dec.54. n.48.
Tertius à partibus eligendus eſt, iudice interueniente, tamquam compulſore, non tamquam electore n.43.
Tertius quando, & à quibus eligi debeat, duobus diſcordantibus, num.44.
Periurium committitur etiam per iuramentum appoſitum ſuper illicito, & pernicioſo contractu, dec.25. n.26.
Incurritur per ſolam libelli oblationem, dec.83. n.39.
Remitti non poteſt à parte; ſed benè illius exceptio, dec.25. n.28.

Index Rerum,

A Periurio solus Papa absoluit, dec.25. n.13.
Datur periurio absolutio, non à iuramento n.12.
Periurius quomodo, & à quo absoluatur, dec.25. n.12. & 13.
Actor à limine iudicij repellitur, dec.83. n.27.
